Bibliothèque numérique
medic@

Hippocrate / Mercuriale, Girolamo.
Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros praelectiones patavinae... in quibus innumeri pene ipsius Hippocr. obscuriores loci, ac sententiae elucidantur, problemataq permulta obstrusiora facili methodo enodantur : opvs varia doctrina refertum, philosophis, medicis, ac studiosis omnibus vsui, ac iucundum futurum ...

Bononiae : apud H. Tamburinum, 1619.
Cote : 35

BIUM

(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00035

©BIUM

B 41 20 Bis

©BIUM

Jay achete ce Liure a paris le 20 Juillet 1668. 6. tt.

C. Seron. D. m.

©BIUM

©BIUM

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS

SVI SECVLI ARCHIATRI.

In omnes Hippocratis Aphorismorum libros Prælectiones Patauinæ.

In quibus innumeri penè ipsius Hippocr. obscuriores loci, ac sententiæ elucidantur, problemataq; permulta obstrusiora facili methodo enodantur.

OPVS VARIA DOCTRINA REFERTVM, PHILOSOPHIS, MEDICIS, ac studiosis omnibus vsui, ac iucundum futurum.

INDICE RERVM, AC VERBORVM, DITISSIMO ORNATVM.

Nunc primum à MAXIMILIANO ipsius Auctoris filio publici iuris factum.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVERENDISSIMVM

D. D. MARCVM SITTICVM

EX COMITIBVS IN ALTAEMPS ARCHIEPISCOPVM, & Principem Salisburgensem, Sedis Apostolicæ Legatum natum.

CVM PRIVILEGIO SVMMI PONT. AC MAGNI DVCIS HETRVRIÆ.

Carolus Jeron. D. M.





BONONIÆ, M. DC. XIX.

Apud Hieronymum Tamburinum.

SVPERIORVM PERMISSV.

©BIUM



©BIUM

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS.
D. D. MARCO SITTICO,
EX COMITIBVS

In Altaemps Archiepiſcopo, & Principi Salusburgenſi, Sedis Apoſtolicæ Legato nato.

MAXIMILLIANVS MERCVRIALIS S. D.

DVLCISSIMI Parentis labores, Princeps Illuſtriſs. in omnium peritiſsimorum publicam vtilitatem excuſsi, vt communi hominum luce fruerentur cum decernerem: Illud multas depoſcebat manus, ſub cuius munimine ac patrocinio, ſecurè in lucem prodire poſſent: opus enim viri planè admirabilis, non cuique dicandum eſt, ſed Mecenati Ampliſsimo: quod nomen ſingulari tua benignitate, & mira quadam beneuolentia, qua omnes virtute prędditos protegis, & tueris, iure optimo tibi peperiſti: Accedunt inſignes dotes quibus excellis, ac animi tui ornamenta quibus incedis, quæ omnes admirantur, illa enim ſapientiam, literarum eruditionem, quibus ſacrum tuum pectus excultum

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 6 sur 867

©BIUM

est prædicant. Tibi igitur Heroi præstantissimo munera parentis libentissimè voueo: quæ serena fronte suscipe, cum tuo dicantur nomini, illaque tanquam certissima amoris, & gratitudinis signa amplectere: Interim ego pro celsitudine tua, vota faciam, & preces ad Deum fundam. Viue tu fœlix, viue, vt patria viuat. Vale.



©BIUM

In Editionem Commentarij

HIERONYMI MERCVRIALIS

in Hippocratis Aphorismos.

AVDAX è Diuum Templis Donaria Cous
Sustulerat, sacras depopulatus opes:
Reddideratq; suum, quod Apollinis ante fuisset
Sic furto, patria nomen in Vrbe tulit.

Sed crepera, & tenebris Anathemata condita densis,
Nec benè nota graui delituere situ:
Admouit dextram dum MERCVRIALIS amicam,
Omnia eunt ipso lucidiora die:
Mercurio duce, rem sacram hic malè sustulit at qui
Rem sacram reddat MERCVRIALIS adest.

Thomas Dempsterus à Muresk Scotus.

©BIUM

AD LECTOREM.

PRÆLO tandem dedimus præsens hoc opus, quod summa cum diligentia per longum tempus apparauerat Hieronymus Mercurialis, magno literarum detrimento, omnibus præreptus, quod qua sit ingenij subtilitate elaboratum, qua claritate conspicuum, quantum denique ex eo, medicam profitentibus artem, constare possit emolumenti te lectorem Iudicem facio. Illud igitur hilari fronte, accipe, dum ego tres alios Tomos eiusdem in apertum proferam primum in secundum Epidemiorum Hippocratis, secundum de natura humana, & salubri dieta, tertium denique in aliqua Aristotelis Problemata, singulos ab ipso Authore omnes absolutos, & ad tectum, vt aiunt, fastigiumque perductos. Vale.

PAVLVS

PAVLVS PP. V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Exponi ſanè nobis nuper fecit dilectus filius Maximilianus Mercurialis clericus, ſeu laicus Foroliuien. Quod cum ipſe exponens quendam librum Prælectiones Patauinæ inſcriptum opera quon. Hironymi etiam Mercurialis prædicti exponentis patris ſuper Aphoriſmo Hippocritis conſcriptum ad publicam communemque vtilitatem in lucem dare decreuerit, ſed quia plurimum vereretur ne aliqui qui ex alieno labore lucrum querunt eundem librum imprimi curent in ipſius exponentis præiudicium. Nobis propterea humiliter ſupplicari fecit dictus exponens quatenus eius indemnitati in præmiſſis opportunè prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eundem exponentem ſpecialis gratiæ fauore proſequi volẽtes, necnon à quibuſuis Excommunicationis, ſuſpẽſionis, & interdictis, aliiſq; Eccleſiaſticis ſententijs, cen. & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectũ præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati eidem exponenti, vt ſi vel poſtquam liber prædictus iuxta formam Cõcilij Tridentini examinatus, & approbatus, ac etiam per ordinarium loci, & Inquiſitores hæreticæ prauitatis illarum partium viſus, & etiam approbatus fuerit viginti annis à primeua dicti libri iam recogniti, & approbati impreſſione computan. duran. nemo tam in Vrbe, & in vniuerſo ſtatu noſtro Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis, & Sedi Apoſtolicæ ſubiecto, quam extra, illum librum prædictum ſine ſpeciali dicti exponentis, aut eius hæredum, vel ſucceſſorum, vel ab eo, vel eis cauſam habentium licentia imprimere, ſeu imprimi facere, aut illum ab alijs ſine huiuſmodi licentia impreſſum, vel imprimendum vendere, ſeu venalem habere, aut proponere, vel in officinis, aut alibi retinere poſſit Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus, nec non vniuerſis, & ſingulis vtriuſq. ſexus perſonis præſertim librorum impreſſoribus, & bibliopolis, ac typographis in Vrbe, videlicet, & ſtatu Eccleſiaſtico prædictis ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ Apoſtolicæ, & & pro alia eidem exponenti, ſeu eius hæredibus, & ſucceſſoribus, aut cauſam ab eis habentibus, & pro reliqua tertijs partibus accuſatori, & Iudici exequenti irremiſſibiliter applicare: extra ſtatum verò Eccleſiaſticũ ſub EXCOMMVNICATIONIS incurrendæ pœnis toties quoties contrauẽtum fuerit, ne per dictos viginti annos prædictum librum, aut aliquam eius partem ſub quacunq. forma, vel mutatione, vel inuerſione, vel etiam cũ quibuſuis additionibus, ſcholijs, ſummarijs, gloſſis, aut interpretationibus, etiam ad inſtantiam cuiuſuis alterius perſonæ, cuiuſcunq. dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, nobilitatis, præeminentiæ, & conditionis exiſten. quouis quæſito colore, vel ingenio alicubi, abſq. expreſſa licentia prædicti exponentis, vel ſucceſſorum prædictorum imprimere, ſeu imprimi facere, aut etiam alibi etiam in quauis orbis terrarum parte, & per quoſuis alios, præterquam de licentia, & aſſenſu huiuſmodi impreſſum vendere, ſeu venalem exponere audeant, ſeu præſumant, niſi ad hoc exponẽtis, vel ſucceſſorum prædictorum expreſſus acceſſerit aſſenſus, de quo per cedulam eius, vel eorum manu propria ſubſcriptam cõſtare debeat: diſtrictius inhibemus, & nihilominus vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac noſtris, & dictæ Sedis Apoſtolicæ, & de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, aut Præſidentibus, Gubernatoribus, aut alijs Iuſtitiæ Miniſtris prouinciarum Ciuitatum, terrarum, & locorum quorumcunq. contractus dicto exponenti eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, ſeu ab eis cauſam habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocunq. ab eodem exponente, aut alijs prædictis fuerint requiſiti pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes exequantur præcipimus, & mandamus. Irritum quoque, & inane decernimus ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit atteſtari. Non obſtan. Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus Prouincialibusq. & Synodalibus Concilijs editis, & eden. ſpecialibus, vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunq. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 21. Martij M. DC. XIX. Pontificatus Noſtri Anno XIV.

Locus Sigilli

C. Maffettus.

©BIUM

D. Homob. Pœnitent. pro Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Card. Archiepiſcop. Bonon.

Imprimatur

Inquiſit. Bonon.

©BIUM

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS,

PRAELECTIONES PATAVINAE,

IN PRIMVM LIBRVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS.



QVOD hoc tempore, atq, hoc anno, Hippocratis Aphorismorum librum primum ſuſceperim vobis interpretandum, cauſæ quidem complures, ſed potiſſimum duæ, effecerunt; quarum altera fuit, quia cum triginta quatuor annorum ſpacio, quibus ad publicè, atque in primo medicinæ gradu profitendi munus ſum à Deo vocatus, nunquam hunc librum (qui paſſim, tamquam totius medicinę initium, cenſetur) ſim interpretatus, vix hanc vitam mihi iucundam eſſe duxiſſem, ni totius artis noſtræ fundamentum etiam quandoque explicuiſſem. Altera fuit, quod cum (vt ſcribit ſuidas) aphoriſmorum liber omnem humanum intellectum tranſcendat, quod feci in alijs auctoris huius libris interpretandis (nec ſine aliqua laude, & fructu) vt in hoc quoque ingenij mei vires, ſi quid poſſunt, in veſtram commoditatem, & delectationem tentarem. Itaque Magni Hippocratis magnum opus interpretaturus, magnum quoque apparatum aliquem faciam cogi videor. Erit autem vniuerſus huiuſmodi apparatus à me quinque capitibus comprehenſus. In primis quis ſit auctor, nam ad reddendum auditorem attentum, & beneuolũ, quantum poſſit perſpecta auctoris interpretandi auctoritas, facile intelligunt, quicumque apud Ariſtotelem legerũt, nihil eſſe, quod æquè populo perſuadeat, eumquè in optatam ſententiam ducat, atque cognitam hominis perſuadẽtis peritiam, ac bonitatem. Secundum caput erit, quod nam ſit illud Hipp. opus, quod expoſituri ſumus, vbi de inſcriptione & titulo neceſſe erit, loquamur. Tertium erit, quem ordinem inter medicinæ libros, Hippoc. aphoriſmi habeant. Quartũ, qua methodo, & quo ordine in componendo hoc vtiliſſimo, & nobiliſſimo libro ſit vſus. Quintum, & poſtremũ, quæ ſit futura ratio, & quis modus, quibus

Auctoris in hoc lib. interpretandi apparatus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 12 sur 867

©BIUM

nos in explicando hoc diuino auctore, ſumus vſuri. Vt ergo incipiamus; Hipp. vitam non eſt vt ab ouo ordiamur, tum quia auctoris antiquiſſimi pauca habemus, ob eius temporis ſcriptorum paucitatem, quando ſcilicet vix vnus Herodotus hiſtoricus, atq; is alio intentus fuerit; tum quia ſi quid haberi potuit, totum fere à Sorano (quem habemus) poſteritati relictum eſt. id autem dicemus, virum hunc fuiſſe nobiliſſimum, quia ab Hercule exmatre, & ab Aeſculapio ex patre, originem habuit. Fuerunt illi Præceptores egregij: in rhetorica Gorgias Leontinus, in philoſophia vero Democritus, qui vt Ælianus ſcribit 4. de varia Hiſt. c. 20. impulit eum ad ſcribendum Ionicè, cum eſſet Doricus. In medicina verò patrē Heraclidem, ex genere Aſclepiadarum, præceptorem habuit, atque Herodicum Selybrianum à Platone laudatum, vt maximè temperatum, atque etiam ab Ariſtot. & quod prouerbio dicebatur de filijs Hipp. qui vt ſtulti à Comicis traducebantur, (vt quoq. Gal. lib. quod an: mor. memorat,) haud quaquā huius, ſed alterius fuerunt filij: cum Theſalus multa ſcripſerit præclarè, & in honore fuerit apud Archelaum Macedoniæ Regem, & Draco ſimiliter optimus fuerit medicus; Iuramentum vero illud ſanctiſſimum eundem fuiſſe teſtatur, quòd etſi forſan ab Hippo. non ſit æditum, haud tamen vero diſſimile eſt potuiſſe ab eo, vel ore, vel ſcripto ſequacibus, & auditoribus ſuis proponi, quòd deinde per manus traditum, vt pleraq. alia rara, tādem ad nos peruenit, proq. ipſius Germano fętu paſſim nunc cenſetur. Eundem verò liberaliſſimum monſtrant, non modo ſingularia benefitia prouintijs, atq. regnis ab ipſo collata, ſed & ingentes opes ſpretæ, ac præſertim factum illud Artexerſis inter ipſius epiſtolas relatum, cuius munera, ac maxima præmia, non quia Hoſtis grecorū eſſet, vt quidam dixere, ſed ob animi magnitudinem potius reſpuiſſe, credendū eſt. Quę verò fuerit ipſius apud omnes, auctoritas præter Abderitarū ad curandum Democritum uocatio, Athenienſiū, aliarumq. Græciæ rerū publ. teſtimonia, ſacrificia præſertim, Araę, tępla, ſibi ab ipſis ſeruatis, erecta, palā oſtendunt. Nec minus eſt id, quod ſcriptum inuenitur in lib. Gal. attributo de catharticis, Eraſiſtratum ſcilicet illum magnum medicum conſueuiſſe dum per urbes, & prouincias ambularet, Homeri atque Hippocr. libros decantare. Porrò quę fuerit Hippocr. doctrina, atq; in medendo conſumata peritia, illius ſcripta celebratiſſima teſtātur, quæ ab omnibus poſteris cuiuſq. profeſſionis ita ſunt æſtimata, ut aliqui (ueluti Celſus,) eum medicinę cōditorem, alij medicorum principem, vt Plinius, alij Diuinum, pleriq. magnum nuncuparint, eiuſquè ſcripta tamquam pura, & uera oracula putarint. Vnus Ariſtot. & ipſius pronepos, ab eo plurima bona mutuatus, Hippocratis nuſpiam, niſi ſemel, atque Ieiunè ſatis lib. Polit. 7. mentionē fecit; quod aūt Varro, Strabo, Plinius, atque alij memorię prodiderunt, Hippocratem, ex tabulis tēplo Æſculapij Pergami appoſitis, medicinam ſuam conflaſſe, atque poſt (concremato templo) eam diuulgaſſe, purum flagitium, & ſcelus eſt, de tanto uiro ea comminiſci, & exiſtimare, niſi forſan id egerint, ut docerēt doctrinam Hipp. non poſſe non ueram, indubitatam, ac diuinam eſſe, poſtquam ipſi fuit ope numinum ſuppeditata: ſic etiam fabulam puto, quod ſcribit Celius lib. 12. cap. 16. ſcilicet ipſum guſtaſſe excrementa corporis, ut medicinam addiſceret, & forſan id ſibi confinxit ex Ariſtophane, apud quem medici uocantur στατοφάγοι.

De Hippocrate non nulla.

Nobilitas illius.

Præceptores.

De hoc cōſule Marſil. cagnat. lib. 4. obſer. cap. 1.

Sāctitas.

Liberalitas.

Eius apud omnes auctoritas.

Doctrina.

Opus

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 13 sur 867

©BIUM

Opus hoc (quod fuit 2. loco propoſitũ) nobis interpretandum propoſitum, (vt audiuiſtis ex Suida) omnem humanum intellectum trãſcendit, atq; tanti omni tempore, & apud quoſcumque ſcriptores eſt æſtimatum, vt ueluti in prouerbium abierit, vbi de veritate alicuius eſt aſſerendum, vt dicatur eſſe Hippocr. aphoriſmum. quãdoquidem nihil eſt in ipſis, quod non ſit naturę conſentaneũ, longaquè, & certa experientia cõfirmatum; cum etenim in poſtrema ætate poſt magnas, & diuturnas peregrinationes, poſt infinita propemodum corpora ab omni morborum genere curata, poſt certas diſputationes, hoc opus condiderit haud eſt dubitandum quin abſoluti ſſimum, omniſq; ἀκριβείας, refertum fecerit, vt minimè mirandum ſit, quod nullus ferè ſcriptor inueniatur, qui aphoriſmorum teſtimonio, non modo ad res medicas confirmandas, verumetiam ad cuiuſque artis præcepta, vel probanda, vel ditanda, non vtatur. Cæterum quæ ratio Hipp. impulerit, ad ipſum ſic appellãdum, varia apud varios ſcriptores traddita reperitur. Alij enim ſic vocaſſe putant, quòd ſint veluti ſententiæ quædam inter ſe ſeparatæ, alij quòd ſint breues, & dilucidæ ſententiæ, veluti finitiones, & reſſolutiones rerum ad artem pertinentium. Galen. autem exiſtimauit aphoriſticũ doctrinę genus, nil aliud eſſe, quam breuiſſimis uerbis, oẽs rei proprietates deffinire. Nam idem Galen. 3. in 6. Epid. dicebat Hipp. aphoriſmos eſſe ab ipſo longo tempore dijudicatos, & deinde in cõmunes ſententias redactos, & firmatos: vt ex his facile ſit colligere aphoriſmos ſic appellatos, quaſi ſint breues, quędam ſeparatę ſententię, longo uſu, & ratione, ut ueræ dijudicatæ, & approbatæ. nec valet, quòd interdum, atque etiam in hoc ipſo 1. libro, imò verò ſtatim, ſint aliquæ ſententiæ ſatis profuſę: quoniã pauciſſimæ illæ ſunt, ſi vniuerſim ſpectẽtur, atque illę paucæ, planè haud perueniunt ad diexodicum interpretandi genus. Iam verò Ariſt. 2. Rhet. cap. 21. de ſententijs tractans, alias cum ratione eſſe, alias ſine ratione, ſcribit; atque non quidem de particularibus, ſed de vniuerſalibus, ad actioneſq; pertinentibus eſſe: quemadmodum etiam aphoriſmi, quorum alij (vt ſuo loco videbitur) habent coniunctam rationem, alij vero non habent: atque illud etiam hoc loco eſt adijciendum quòd Seneca, & omnis ſtoicorum ſchola proddidit, huiuſmodi antedictas ſententias, alias eſſe pura dogmata, alias eſſe præcepta; id quod maximè elucet quoque in ipſis aphoriſmis, quorum aliqui ſunt ueluti dogmata, vtilia ad medendum, alia vero ſunt præcepta. etenim, ut rectè ſcripſit idem Seneca Epiſt. 95. artes pleræquè, imò etiam liberaliſſimę habent ſua pręcepta, & dogmata (ut medicina) cum alia ſit ſecta Hipp. alia Aſclepiadis, alia Themiſonis: etenim quę Græci dicunt δόγματα, latini decreta uocant, ſeu placita. Pręcepta uerò ſunt (ut ait Seneca epiſt. 38.) ueluti ſemina, quę ut pauca mole ſunt, uires tñ habent ingentes, ob quas ampliſſimos fructus producunt, ſic & pręcepta, ſeu aphoriſmi: unde pręſtat habere ea potius, licet pauca, in promptu, quam multa, ſed non in promptu. Hic autem docendi, & loquẽdi modus pręterquam quod maximè omnium ad grauiſſimos magnęq; auctoritatis uiros (cuiuſmodi fuit Hip. in medicina & Ptolomęus in Aſtrologia qui & ipſe fecit aphoriſmos,) ad Senes etiam (ut ait Ariſt. loco citato) ſpectat; habet & alios præclariſſimos uſus, atque commoditates, ut Galen. luculenter diſputat primo Aphoriſ. comm. primo, etenim ij, qui recenter in arte inſtitui

Aphoriſmorum dignitas.

Aphoriſmi curiti nũcupati.

Aphoriſticę doctrinæ uſus, ac commoditates.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 14 sur 867

©BIUM

ſtitui cupiunt, ex hoc doctrinæ genere, mirum in modum proficiunt: ſiquidem cum (vt ſcribit Ariſt. 3. rhet. x.) diſcere facile, omni naturæ ſit iocundũ, breuitas diſcendi, cum facilitatem pariat, ſit, vt ſit cunctis gratiſſima. Deindè ad complectendum, & retinendum memoria hoc genus docendi magnopere iuuat: ſi quidem, quę cum iocunditate, & facilitate cõprehenduntur in memoria admodum firmantur, vt ob hoc pueri (quẽadmodum ſcribit Plato in Timęo) magnoperè valeant memoria, quia, quæcumque diſcunt, cum voluptate comprehendunt: & quæ breuius diſcũtur ab omnibus, etiam tenacius retineri conſueuerũt. Poſtremò valdè conuenit ad reducenda in memoriam quæcumque ſunt ob litterata; cum etenim reminiſcentia ſit opus quoddam animæ, quo per aliqua pauca, multorum recordationem ſibi comparat, ſanè aphoriſticus docendi modus ad hoc maximè conducit, & ob hoc Gal. 4. in 6. Epid. 19. dicebat Hipp. ſextum Epid. cõpoſuiſſe reminiſcentiæ cauſſa, ex quo libro, atq; alijs Epidemicis magnã ex parte captos fuiſſe aphoriſmos ſcimus. De ordine huius libri ad alios, ſeu in qua parte medicinę comprehendantur ſcio multos fuiſſe, qui putarunt inter Theoriticos debere cenſeri, imò hac ratione obtinuit vetuſtiſſimus uſus, vt qui theoricam vocatam profitentur, antè cætera aphoriſmorum librum exponendum ſumant. Alij contra eſſe puram praxim, quòd omnia, aut certè plurima quæ hic traduntur in vſum artis tendant. verum hanc ſententiam libentius ſequor, quòd aphoriſmorum liber ſit veluti totius medicinæ promptuarium, vel potius theſaurus, ac propterea non vnum genus, ſed cuncta artis genera breuibus ſententijs complectatur: propterea què non modò futuris medicis, antè omnes alios proponatur, vt in ipſo, quaſi in tabula quadam totã artem ſpectent, verumetiam, ij memoria totum mandent, & quòd faciebat Eraſiſtratus ubiq; cantent; etenim vt ſcribit Ariſt. 3. ethic. capit. 5. & 19. ſec. prob. 28. cum omnes teneantur leges ſcire, iure ab antiquis vt à Therpandro Antiſcæo, qui (ſecundum Clementem primo ſtromatum) eos carminibus dedit, inſtitutum fuit, vt paſſim vulgo cantarentur, ne facile obliuioni mandarentur, quòd multò magis in arte ea faciendum eſt, cuius leges non tranquillitatem populorum, ſed ipſam ſalutem continent. Circà ordinem, & methodum qua vſus ſit Hippoc. in componendo hoc libro, non minus curioſa, atque ſollicita fuerunt pleraq. interpretum ingenia, alijs compoſitiuam, alijs diffinitiuã, alijs reſſolutiuam methodum faciẽtibus: Fuit etiam Hiſpanus quidam, nomine Benedictus Buſtamantes, qui profeſſus eſt ſeſe vnam inueniſſe methodum, qua ſit vſus Hippocrates in aphoriſmis, ſed Dij boni, quas inæptias, & quas confuſiones peperit, dum ordinem in re inordinata nimis ſollicitè quæſiuit. Ego autem libentius ſequor illorum ſententiam, qui putarunt doctrinam aphoriſticam, nullum ordinem, nullamquè methodum requirere, quòd ſint veluti ſeparatæ quædam ſententię, multa breuiter complectentes: Et quæ me ad hoc arbitrandum impulerunt, multa ſunt, & primum eſt auctoritas Galeni, qui cum præclariſſima omnium in hoſce libros ediderit commentaria, aut nihil tamen, aut omninò parum laborauit in docenda vlla ipſorum methodo, quòd (alioqui ſtudioſiſſimus methodi) certè non omiſiſſet, ſi, quem parentem, & ducem artis habuit, eo vſum fuiſſe putaſſet; quinimò in libro de fracturis, Hippoc. & veteres exquiſitum ordinem rerum tractandarum

Apho. an Theor. an verò prac.

Auct. opi.

De ordine an compoſ. an deffini. an reſolut.

Opi. prop.

Ratio.

aut non-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 15 sur 867

aut nondum nouisse, aut contempsisse, asseruit. Prætereà si res ipsa consideretur, in vnoquoq; libro conspiciuntur aphorismi toto genere diuersi, parum aut nihil coniuncti: Etsi enim aliqui videantur inter sese connexionem habere, sunt tamen pauci, atque id casu potius, quã arte factum uidetur: siquidem cùm Hippo. ex multis suis aduersarijs, ea, quæ ratione, & lõgo usu probatissima habebat colligeret, ut unum hoc uolumen faceret, ac prout hæc, uel illa approbabat, notaret, haudquaquam poterat, eum exquisitum ordinem, ac methodum seruare, quem imaginati sunt multi, Galeno alicubi dicente, neminẽ antè se doctrinã à notione finis inchoãtem, ex qua constituantur artes, secũdum methodum, tradidisse: quamquam non is sum, qui etiam singula absque ullo ordine faciam: cum primus liber præsertim, aliquod lumẽ methodi (ut suo loco dicetur) præseferat. Non tamen quia aphorismi careant ordine, sunt aspernandi, quòd una breuitas illa succulenta utilissima per se sit, nec ita ordine egere uideantur, quemadmodum longa oratione traddita, quæ nisi ordine aliquo, & methodo traddantur, nec facile intelligentia comprehẽduntur, nec memoria seruantur: ut propterea dixerit Arist. μαθήματα, esse ὠμνημόνευτα, quia habent ordinem. Quòd pertinet ad me ipsum, cum Gal. scripserit primo in tertiũ de morbis vulg. in principio, c. 10. lib. de Frac. 3. de diff. resp. præcipuum interpretis munus esse, auctoris mentem perspicuam facere, eiusq; dogmatibus semper consentanea dicere, necnon quicquid ipse dicit demonstrare, ac postremò, ut idem Gal. 2. ad Glauc. scribit, si opus est ad maiorem claritatem uerba etiam sua adijcere: Quantum in me erit, strenuam dabo operam, ut mentem Hippocratis diligenter & perspicuè aperiam: si quæ autem ab ipso sine ratione erunt proposita, conabor proprijs demonstrationibus confirmare: nunquàm interim ab ea Hippocr. doctrina recedens, quam in suis commentarijs scriptam reliquit: & quoniam sæpe dubia occurrunt, ut sæpe in Hipp. quem òb obscuritatem à veteribus paleo tectum caput, depictum fuisse narrat Soranus, & (vt sunt res omnes humanę in æterna caligine, & obscuritate sepultę) ea dissoluere enitar, simulquè ad usum artis, quicquid reduci, & ueluti digito monstrari poterit, propter utilitatem uestram, omni industria, & fidelitate conabor docere: incipiamus igitur.

Altera ratio.

Interpretis munus.

---

1 *Vita breuis, ars longa, occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet opportuna facientem, sed & ægrum, assidentes, & exteriora.*

VTRVM hic sit unus aphorismus, an duo, plerique interpretes disputarunt, veruntamen semper fui huius sententię, aut esse duos coniunctos, aut vnũ duas partes habentẽ. Etenim cum à pleriq; scriptoribus præsens sententia citetur, vt quę omnibus artibus, imò omnibus tractationibus inchoandis sit accõmodatissima, semper ferè posterior pars omittitur, quasi seiũcta esse debeat à priore. Attamẽ cum Galenus (qui cõmentarios in hũc libũ Ronæ fecit, ut aliorũ malas interpretationes cõfutaret, quẽadmodũ ipsemet in lib. de lib. propr. est testatus) vnum tantum fecerit aphorismum; ego quoque libentius unum esse duas partes habentem statuo, atque totum esse ueluti prohemium quoddam ipsius

©BIUM

ipſius artis; etenim prior pars eſt, *Vita breuis.* ſecunda. *Non ſolum oportet &c.* Quòd autẽ ſpectat ad prohemiũ: Ariſ. 3. rhet. c. 14. ſcribit, maximè propriũ illud eſſe prohemio, ut in eo dicatur breuiter, quid dicendũ, & faciendũ ſit: ac propterea ubi res tractanda, uel nota eſt, uel parui momenti, nõ eſſe opus prohemio. Eappter Hipp. facturus prohemium ipſi medicinę, nõ modo uoluit dicere, de quo ſit ipſi tractãdum, nẽpe de arte medica, uerumetiã de re magni momẽti, ſcilicet in qua iudiciũ difficile, experimẽtum fallax, & occaſio pręceps: quaſi dicat Hipp. tractaturus ſum de arte, quæ longa eſt, ſi breuitas vitæ æſtimetur, & in qua occaſio pręceps, iudiciũ difficile, & experimentum fallax; neq; Gal. malè cẽſuit eos interpretes, cæteris eſſe pferendos, qui dixerunt Hipp. in hoc prohemio cauſsã reddere ſcriptionis aphoriſticę, ac præſentis libri, quaſi uerò, ob artis longitudinem, & vitæ breuitatem, eo modo ſit ſcribendum, vt in tanta breuitate temporis, ac artis lõgitudine poſſit ars addiſci; quod fit ſi breuiter, multa (vt in aphoriſmis) doceantur: ſed uidendum eſt, cur Hip. hæc quinque tantum, & non plura poſuerit. Nam lib. de locis in homine, plura dixit de artis medicę difficultate, deq. occaſionis, & vitę breuitate. Verum quòd nec plura, nec pauciora uoluerit prędicere de arte medica, ſummo artificio fecit, ſiquidem breuitatem aphoriſticã ſibi ſeruandam propoſuerat, ità ut nil neceſſarium omitteret, nil ſuperfluum apponeret, artẽ itaq; longã, (de qua tractare debebat,) opus erat ut diceret: & cũ longũ ſit correlatiuum, atque ad aliud dicatur (vt Ariſt. in prędicamentis) cogebatur uno poſito & alterum ponere, ſcilicet breuitatem uitæ: ob quam ars medica potiſſimũ longa dicitur: & ante poſuit breuitatem uitę, longitudini artis, quòd hoc ſit apud omnes maximè confeſſum, & clarum, cum enim cuncti homines ſint viuendi cupidiſſimi, nemo eſt, qui ubi ad ſenectam peruenerit, non uideatur ſibi exiguũ tempus uixiſſe, etiam ſi Ariſt. in fine lib. de long. & breu. vitæ, homine, & elephãte, nullum aliud animal diutius viuere ſcripſerit: quamquam Seneca in initio lib. de breuit. vitæ, (vbi hanc Hipp. medicorum maximi exclamationem quandam eſſe dicit,) haudquaquam ita breuem eſſe ſuaptè natura uitam noſtrã monſtrat, ſed potius à nobis eam breuem fieri, qui uitam ad res maximas agendas, nobis datam, in luxibus, ac nullius momenti rebus, profusè nimis conſumimus.

Hip. artificium in pri. aph.

Quæſit. *Ars Longa*: Conſideratione dignum eſt, cur Hippocr. tractaturus de Arte medica, non dixerit eam eſſe longã, ſed ſimpliciter artẽ protulerit; pro cuius rei intellectione dupliciter reſponderi poteſt: uno modo ſic locutum eſſe Hipp. quoniam facturus prohemium quaſi ad omnes artes, debebat uniuerſaliter loqui, nam illud ueriſſimũ eſt, omnem artem lõgo tempore acquiri; Vnde Ariſtoteles initio libri methaphiſicorum, artem fieri ex pluribus memorijs, & experimẽtis, ait, quæ fieri nequeunt niſi longo tẽpore; alio modo reſponderi poteſt, veteres illos medicinam, per excellentiam, conſueuiſſe appellare artem, vnde Hip. duos libros inſcripſit de arte, & de arte uetere, in quibus tractat de medicina, & Virgilius noſter uocauit medicinam artem mutã; & certè ſi in medicina cõſiderentur particularia, eſt lõga, ſi vniuerſales regulæ breuis, quam neſcio quis pollicetur ſe docturum eam ſex menſibus ut Gal. ait. Porrò de tribus alijs propoſitis, ſcilicet occaſione, experientia, & iudicio, Galenus putat eſſe addita tamquam cãm lõgitudinis Artis, quaſi dicat Hippoc. artem medicam eſſe longam, quoniam occa-

Reſp.

Altera reſponſio.

ſio præ-

©BIUM

ſio præceps, experiẽtia fallax, & iudiciũ difficile: ſed quamquã hoc non damnem placet tamen magis, qđ dixi, hæc uerba oĩa eſſe veluti exclamationem, vt dicebat Seneca: quod totum ſumma ẽt cum ratione a diuiniſſimo hoc ſcriptore, factum eſt: quandoquidem tria ſunt dumtaxat, quibus omnes humanæ actiones, & artes diriguntur; nempè occaſio, & mens ipſa, vt à Platone ſcriptum eſt, Mentis autem duæ maximæ operationes, experientia, quæ eſt mater memoriæ, (ut ait Ariſt. primo phyſicorum,) & iudicium, quod eſt ueluti concluſio quædam ipſius diſcurſus; (Vt ob hoc omnes philoſophi, & præſertim ſeptici dixerint duo eſſe κριτηρια, omnium artium, rationem ſcilicet, & experientiam, quę Gal. in medicina appellare conſueuit ipſius cura;) Cum itaque medicina tota conſtituatur ex occaſione, experientia, & iudicio, ſeu ratione, ſapientiſſimè Hippocrates monſtraturus artem de qua propoſuit agere, eſſe magni momenti, (vt natura prohemij poſtulat) probauit ex ijs tribus ſolis, non autem pluribus, neque paucioribus. Nunc autem uideamus: An verum ſit, occaſionem eſſe præcipitem, experientiam periculoſam, & iudicium difficile. Quod ad occaſionem, quæ hic ab Hipp. καιρὸς, vocatur, ideſt tempus, ſeu opportunitas, certiſſimum eſt ipſo tempore nihil eſſe fugacius, adeò ut interdum bene agendi tota uis in momento ſit collocata, vt & ueteres hãc occaſionis celeritatem ſignificaturi pinxerint iuuenculã nudam currentem, habentemq. capillos fuſos ante faciem, poſteriori uerò parte depilatã, quaſi fugaciſſima ſit, captu difficilis, & q̃ niſi, ubi offertur ſtatim comprehendatur, ſemel elapſa, manibus haud amplius præhendi queat: & hoc eſt quod Hipp. ẽt in lib. de ornatu, & de locis in homine innuit dicens, occaſionẽ eſſe modo uelociſſimam, modo uelocem, & qui eã cognoſcit omnia bona eum cognoſcere, monẽs, ut Medici in exercenda arte, ſint maximè prompti, & prudentes, in arripiẽda operandi occaſione, arq; opportunitate, ſiue medicus ſit medicamentum daturus, ſiue alimentum, ſiue quippiam aliud remedium adhibiturus: quod quoque ſignificare uoluit elegantiſſimus Celſus, ubi tertio lib. capit. primo dixit, in medicina facienda nihil minus fortunam ſibi, quam artem uindicare. Experimentũ pariter eſſe periculoſum ſatis docet, & ait Gal. τὺλης ἀξιωμα, medicus enim uerſatur circa corpus humanum, ꝙ cunctis alijs præ dignitate antecellit, & cuius uita ad fęlicitatẽ æternã, reſque maximas agendas deſtinata, magnopere æſtimari debet, uerũ conſtat ex materia admodũ caduca, & labili, adeò ut ipſius ſalus ſemper in ſummo periculo uerſetur, facileq. conſpiciatur ex quolibet, uel minimò interdum caſu, ſtatim concidere. Vnde experiri in ipſo remedia, cuius ſtatus intimus, non ità certò cognoſci poteſt, nil aliud eſt, niſi de nece & uita ſummum periculũ facere, ut propterea latini ſæpe, uolentes experimentũ ſignificare, dicant, periculum facere; quòd ſi eſt in alijs rebus, quæ haud comparandæ ſunt dignitati, corporis humani, multò magis debemus exiſtimare in ipſo eſſe; ignoratio ẽt proprietatum rerum eſt cauſſa fallacię experimentorum. Atquì dubitandum, an uerè experientia ſit fallax, & periculoſa. Nàm fit à ſenſu, qui eſt certiſsimus iudex, & ſceptici unũ criteriũ faciebant: ad hęc dici ſolet experientiam eſſe rerum magiſtram. Reſpondendum, dupliciter conſiderari experientiam, uel in fieri, uel in facto eſſe, hoc modo certa, illo in certa eſt. Haud ſecus de iudicij difficultate cenſendum eſt, quoniam (ut ait Galenus) ſiue pro iu-

De occaſione.

De experimento.

Dubit.

Reſpõſio. De iuditij difficultate.

©BIUM

pro iudicio intelligamus ipſum diſcurſum & ratione, ſcimus quàm difficilimũ ſit, & quàm vſq; in hodiernam diem ſit diſputatum, de cũctis medicinę dogmatibus: quæ quot fuere, tot quoque ferè eſſe excitatas ſectas nouimus: ſiue autem intelligamus diſcretionem accidentium ex experientia, nõ eſt obſcurum, quàm ſit arduum à recto tramite nõ diſcedere: ſiue intelligamus cauſſarum, morborũ, & ſymptomatum notitiam, necnon futurorum circa ægrotãtes præſenſionem, id quoque manifeſtum eſt, nihil eſſe laborioſius, & difficilius, quàm veras huiuſmodi cauſas reperire, & quid futurum ſit ſane, & ſecure iudicare. Atque hæc prior eſt aphoriſmi pars. poſt quam, quæ ſequuntur omnibus interpretibus miram quandam ſententiarum varietatem attulerunt, quomodo ſcilicet, ſuperioribus ſint connectenda. Alij enim voluerunt hæc eſſe initium totius prohemij, ſcilicet debere medicum, non ſolum facere opportuna, ſed & ægrum, &c. eo quia, vita ſit breuis, ars longa, occaſio, præceps, &c. Alijs contra magis placuit, hæc verba eſſe veluti illationem quandam ex prioribus, perinde ac ſi diceret Hipp. cum vita ſit breuis, ars longa, &c. ideo oportere non ſolum, vt medicus ex ſeſe faciat, quæ neceſſaria ſunt, ſed æger, aſſid. & exteriora, quaſi verò aduerſus tot in medicina facienda difficultates ſuperãdas, induſtria medici, & miniſtrorũ maximè valeat. Sed vtrumuis dicatur, idẽ perinde eſſe puto, cũ nec quicquã huiuſmodi cõtentiones ad vſum artis cõducant. illud certè conſtituẽdum eſt, eum qui medicus futurus eſt, debere conſiderare totam artem, ex parte contemplatiua, & practica conſtare, quæ partes cum vaſtę ſint, ac vita humana, ſi rectè examinetur, breuiſſima ſit, illi qui ipſam comparare cupit, neceſſe eſſe, vt breuem aliquam rationem diſcendi (cuiuſmodi eſt aphoriſtica) ineat; quam etiã, vbi aliqua ex parte, fuerit adeptus, haud hic ſiſtendum eſt, ſed ad vſum ipſius deſcendere, atq; pro ea tutò, ac ſapienter exercenda, nõ modò ipſe medicus debet opportuna facere, ſed æger, & aſſidentes, ſimulq; exteriora omnia debent eſſe accommodata; medicus inquam debet eſſe diligens, & prudens, tum in cognoſcendis morbis, & ſymptomatibus, tum in perſcrutandis cauſis, tum demum in iudicio ferendo, atque auxilijs præſtandis oportunè; Aeger pariter debet obſequens eſſe, & confidens, quoniam ut ipſemet Hipp. dicebat initio lib. progn. ille plures ſanat, cui plures confidunt, & confidendo obediunt. Aſſidentes, & miniſtri ſolliciti, vigilantes, & periti quoque ſint oportet; ac tanti refert ſedulitas miniſtrantium, vt de huiuſmodi medico aſſidente interdum loquens Cornelius Celſus dixerit, vnum tantum ægrum, vix ab uno medico, curari poſſe. Quæ uero exteriora dicuntur, nempè aer, remedia, cibus, potus, & alia, quæ extrinſecus corpus humanum afficiunt, niſi quoque, & ipſa ſint, qualia requirunt ægrotantium natura, & morbus, ars prudenter exerceri non poteſt; vt ob id, omnia hęc in limine artis conſtituenda ſibi propoſuerit Hippocrates, tamquam maximè ſcitu neceſſaria ipſi medico. Sed circa hæc nonnulla diſcuſſione, & contemplatione digna ſunt, vt huic primo aphoriſmo finis imponatur. Primum eſt cur Hippocr. hoc diuinum opus inchoare voluerit, ab his verbis. *Vita breuis*. Id quòd à nemine alio factitatum eſſe animaduertimus. Secundum cur ſtatim artis medicæ capeſcendæ difficultatem propoſuerit; æquius enim uidebatur ad allicienda ingenia facilitatem potius, quàm difficultatem proponere: ſiquidem, vt aliàs dixi

Altera pars aphoriſmi.

Libro tertio cap. 4.

1. *Dub.*

2. *Dub.*

natura

©BIUM

natura pótiùs cupimus faciliter, quàm difficiliter diſcere, quemadmodum pueri demonſtrãt, qui addiſcere non ob aliud recuſant, quamquod id cum difficultate comparatur. Tertiũ erit cur in ſecunda parte poſuit hunc ordinem, vt primò medicũ, deinde ægrũ, tertiò aſſidẽtes, quarto exteriora collocarit. Circa primũ Gal. multus eſt in refellendis aliorum opinionibus, Iacobus quoq. conciuis meus diſputationem inſtituit, an vita breuis ſit. Sed vtinã huiuſmodi res dubia eſſet, nec potiùs apud oẽs explorati ſſimũ haberetur, nimis breuem eſſe, q̃ vnuſquiſq; vellet, vt nec ẽt Gal. hac in re mihi plenè ſatisfaciat, qui putat Hippo. ex illis tribus ſeq. Occaſio p̃ceps, experimentũ fallax, & iuditiũ difficile, voluiſſe demõſtrare vitę breuitatem, & artis longitudinẽ; quinimò puto ego inter aliàs cauſas, quæ impullerũt Hip. vt ſtatim hoc diceret, illud fuiſſe, quoniã, cum medici opus p̃cipuum ſit hanc vitam cunctis (vt dicebat Plinius) nimium optatiſſimam tueri, atquè (ſi fieri poſſet) prorogare, ad hortandos homines ad hanc artem haud ſegniter capeſcendam, & vt eos moneret, ne vitæ (vt rei fugaciſſimæ) amorem amplecterentur, ſtatim voluit docere hanc vitam eſſe breuiſſimam, propterea q̃; non ità magnifaciendam, vt illi poſtponamus uirtutum, atquè artium humanò generi vtilium, ſtrenuam exercitationem; ac conſequenter eſſe aſſiduo vigilandum ne temporis fuga deluſi, medicinæ acquiſitionem amittamus. Circa ſecundum dicunt pleriq̃; iccircò Hip. ſtatim poſuiſſe artis difficultatem, vt tarda, & hebetia ingenia ab hac arte capeſcenda deterreret, & vt feruida magis ad comprehendenda, atque retinenda medicinæ myſteria inflammaret, etenim à natura comparatũ eſt, vt animi validi rebuſq̃; magnis deſtinati, quò magis in rebus arduis implicantur, eò fortiùs, atquè vehementius agant, contrà qui imbecilles, & frigidi ſunt, difficilibus rebus minimè ſeſe immiſceãt; vndè narratur Pythagoram priuſquàm diſcipulum aliquem erudiendum, & informandum ſuſciperet, conſueuiſſe ipſi aliquam rem faciendam difficilem proponere, ut facto illius ingenij, & uoluntatis periculo, melius de eo ſuſcipiendo decerneret; quod, & ſi dicat Gal. faciendum eſſe potiùs in congreſſibus, quàm in libris, attamen etiam in libris facere quoquè ſolebant ueteres, ut dicitur Ariſt. ſcripſiſſe Metaphyſicos, & Phyſicos libros ità obſcurè, ne paſſim à quouis tractarentur. Sed præter hanc rationem (quæ potuit ſanè Hipp. impuliſſe) fuit, & alia, ſcilicet, ut attentum maximè auditorem faceret, quem ſcribit Ariſt. 3. Rhet. 14. maximè tunc diſponi ad attentionem quùm in exordio proponuntur ſibi res magnæ, ſiue. nouę, & iucũdæ; Magnã enim eſſe rem medicinam, ſatis monſtrat dicens, eam eſſe longam &c. Ad tertiũ dicendum eſt, non ſine rationem eum ordinẽ poſuiſſe, quia cum tota artis fabrica ſit collocata in medico, ægro, & morbo (ut alibi ſcripſit Galen.) ad medicum, & ægrum pertinet, ut ſimul concordes ſint aduerſus morbum, ſi victoria eſt comparanda, & propterea primò medicum, deinde ægrum oportet facere diligenter, quę ad ipſos pertinent. Aſſidentes etiam, & quæ exteriora uocantur, maximè requiritur, ut ſint cum medico, ac ægrotantibus cõcordia, quaſi uerò nequè ſinè ipſis quicquàm boni queat præſtari; at dignitate, & uſu, uerè in medicinæ abſolutione poſt cedunt medico, & ægro, ut qui ordo eſt in ipſa rei natura ab ipſo integrè ſeruatus uideatur.

3. Dub. Sol. 1.

Ad ſecundam.

Ad 3.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 20 sur 867

©BIUM

2 *In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontaneis, ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leuiter ferunt: ſin minus, contrà. Sic & vaſorum inanitio ſi talis fiat, qualis fieri debet: confert, & bene tolerant: ſin minus, contrà. Inſpicere itaque oportet & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos, in quibus conueniat, aut non.*

Dub. POST prohemium ſequitur narratio ipſius rei tractandæ cuius initium eſt preſens aphoriſmus. Sed ſtatim occurrit cõſiderandum, qua ratione Hip. voluerit auſpicari ab eo medicinę inſtrumento, quòd pharmacæuticum nuncupatur, ſiquidem ſi Homerum auctorẽ velimus, Chirurgia eius tempore primùm omnium exculta videtur, qui loquens de Podalyrio, & Machaone, medicumque alijs multis pręponens de Chirurgia ipſum eſſe locutum facilè legentibus patet, ſin autem Hipp. auctoritas magis placet, is in lib. de arte vetere, & lib. de arte mõſtrat homines illos primos dum medicinam ignorarent, ac ægrotarent, conſueuiſſe ad contrariam viuendi rationem ſeſe conuertere; ex quibus verbis clarè in-

Sol. dicat dieteticam partẽ medicinæ alijs cunctis origine anteceſſiſſe. Reſpondendũ eſt iccircò hoc feciſſe Hippocratem, quia etſi origine, pharmacorum vtendorũ diſciplina ſit poſterior, vtilitate tamen, preſtantia, & dignitate videtur eſſe anterior, quòd nihil eſt, quo medicus maiori cũ gloria, & fructu verſetur circa ęgrotos, quàm dum prudenter, & feliciter medicamentis quibuſuis, & preſertim purgatorijs vtitur; & Hipp. in lib. de natura hum. probaturus, quę ſit propriè natura noſtra, non aliam potiorem duxit haberi poſſe rationem, quam quæ ab exẽ

Scopus Hippoc. in præſenti aph. plo medicamentorum purgantium capitur. Eſt igitur Hipp. verus ſcopus in hoc aphoriſmo tractare de ea medici operatione, quæ purgatorijs medicamentis fit, quæque purgatio propriè ſemper vocatur à medicis; & quia purgatio hæc nil aliud eſt, quam euacuatio humoris peccantis, vel qualitate, vel quantitate, vel motu, vel alijs huiuſmodi, hic tantum de peccantis qualitate, qua etiam ipſius ſpecies comprehenditur, agit, docens medicũ non alios ſuccos ſecundũ qualitatem vnquam debere euacuare, quam peccantes; adeò vt videatur hic aphoriſmus connecti cum ſuperiori, & eſſe veluti quandam illationem, quaſi dicat medicum ſe oportet præſtare opportuna facientem; tunc autem oportuna facit, cum imitatur naturam purgatq. qualia debent purgari, & ſic vtilitatem affert. Quod autem debeat medicus purgare qualia oportet, probat exemplo eius, quod facit natura, quæ quotieſcumque purgat cum fructu, ſemper euacuat humores peccantes qualitate & ſpecie. Ità enim ratiocinium Hippoc.

Ratio huius aphoriſ. inſtitui põt; Natura vbi euacuat qualia oportet, ſemper iuuat; ſed medicus debet imitari naturam, & ſemper iuuare; igitur debet medicus euacuare qualia oportet. Atquì potuiſſet aliquis ſciſcitari ab Hippocr. quomodo poſſint cognoſci humores qualitate peccantes, & iccircò diuina ſua breuitate docet quomodo hoc cognoſci poſſit, ſcilicet ex regione, ætate, tẽpore & morbo. Regione, quia lib. de aere aquis, & locis docet Hipp. alios humores cumulari in corporib. ſeptentrion. alios orientalium &c. Ætate quoniam in iuuentute alij humores, alij in pueritia, alij in ſenect. exuberant, vt Gal. lib. de temperamentis copioſiſſimè docet; haud ſecus de tempore, cum Hipp. & Gal. citatis locis, atque etiam

terrio

©BIUM

Tertio aphor: probent in æstate, alios quàm hieme dominari, & autumno alios quàm vere abundare. Morbi quoque species, & idea satis monstrant, qui humores peccent, vt tertiana bilem, quartana melancholiam &c. Itaque tria præclara, & in facienda medicina maximè necessaria nos hoc in aphorismo docet Hipp. scilicet debere imitari naturam, debere purgare, & purgando iuuare, postremò, debere qualia sint ab ipso purganda cognoscere, ex regione, ætate, tempore, & morbo. Cęterum vt institutam nobis iam methodum non deseramus, videndum est qua ratione Hipp. hic appellat Alui motum, perturbationem, & non potius suo proprio nomine. Nam 23. aph. & 25. haud hac voce utitur, sed in eo libello, qui de Elleb. usu inscribitur. Secundum cur non cõtentus dixisse cõferre addidit, & leuiter ferre ægrotantes. Tertium erit cur Hippocrat. non contentus de euacuatione dixisse, *vasorum inanitionem*, addiderit κανεαγγείη, Quartum erit quare cum multa sint alia, quæ medicus considerare potest ad dignoscendos peccantes humores, sola illa quatuor proposuerit, regionem, &c. Circa primum, Gal. 3. de uictu acut. 19. turbare, seu ταράπτειν, & ταραπτεθαι turbationem significare apud Hipp. scribit, non quemlibet alui motum moderatum, sed potius illum, qui modum excedit; undè sæpè apud Hipp. ut in coacis pręnot. & alibi dicuntur uentres ταραχῶδεις illi, qui ualdè sunt turbari, & ad excretionem cum impetu moti. Itaquè cum huiusmodi motus sint illi, qui ualdè sollicitos habent tàm ægros, quàm medicos, & à quibus non rarò, uel salus, uel interitus pendet, Hippocrates duxit necessarium, ut medicus atque ipsi ægri in primis doceantur, quando hos motus formidare, & quãdo charos habere debent. Id quod etiam consequenter potest esse ipsi medico certum documentnm eius, quod facere debet; quoniam si ubi euacuãtur, etiam in uehementibus alui motibus qualia euacuari debent, conferunt, & leuiter ferunt ægrotantes, manifestum est medicum quoque esse conlaturum, & ęgros ipsos leuandos si qualia oportet euacuari, cum impetu euacuet. Etenim uix esset, qui existimaret uehementes illas, & concitatas alui motiones umquam esse profuturas, nisi Hipp. certa demonstratione id docuisset. Circà secundum dicendum est, nequè id absquè ratione fecisse Hippocratem, quoniam interdum usu uenit in uehemẽtibus alui motibus atquè etiam uomitibus, licèt sint utiles, attamẽ ęgri lęsi, & hebetati admodũ remanent. Verùm ubi qualia oportet euacuãtur, secùs est, scilicet, & conferunt, & ægri exonerati ab humorib. grauantibus, & molestantibus, nõ lęduntur; ut ob id non absquè ratione addiderit Hipp. particulam illam (*& leuiter ferunt.*) Etenim ut optimè notat cõciuis meus, hęc quatuor uera sunt in spõtaneis, seu naturalib. euacuationibus, scilicet conferre, & leuiter ferri, conferre, & non leuiter ferri, leuiter ferri, & non conferre, non conferre, nec leuiter ferri; ex quo etiam sequitur conferentiam attendi penès dispositionem præter naturalem, àc facilem tolerantiam attendi penes uirtutem, quę semper à medico respici debet, nè scilicet unà cum morbo uincatur. Atq; hinc patet etiam responsio ad tertium quęsitum, siquidem non modo in euacuatione humorum qualitate peccantium, sed etiã quantitate imò verò in omni uasorum inanitione, siuè facta sensibiliter per inædiam, siuè per motum, siuè quocumque alio modo id semper verissimum est, vbi euacuantur qualia debent, conferre, & leuiter ferre ægrotantes, sin autem

Monita triâ in praxi maximè spectãda.

Dubitationes circa hunc aphorismum.

Solutio prioris.

Sol. 3.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 22 sur 867

©BIUM

Sol. 4. non euacuentur quæ debent, nocere. Circà quartum ſcire oportet multa alia eſſe quorum cognitio magnopere dirigit medicum ad cognitionem peccantiũ humorum, vt exercitatio vitæ, conſuetudo, forma, mores. Veruntamen nihil eſt, quòd æquè ducat medicum in prędictam cognitionem atquè quatuor nunc ab Hippocrate commemorata, nam regio, & Anni tempus, vt præclarè docet Hipp. lib. de aere, aq. & lo. maximè corpora humana alterant, qua ſiquè ipſorum non modò temperamenta, ſed & mores fingunt, vt propterea Gal. lib. de temperam: & Ariſt. xiiij. ſect. probl. dixerint alios eſſe mores habitantium Plagas Septentrionales, alios verò eorum qui incolũt regiones meridionales. Aetas quoquè maximè ad idem valet, quia hæc ſequitur caloris natiui operationem, & ſtatũ; ac propterea inter cauſas internas, licet mediatas recenſetur humorum, dominij; nam hac ratione dicuntur alij humores in iuuentute, alij in ſenectute dominari, haud ſecus, & morbi ipſius idea efficaciter admodum docet humores peccantes, quales ſcilicet debent euacuari, & præſertim eius morbi qui fit ab humoribus; ſicut enim ſemper tertiana febris à bile fit, & quartana à melancholia, ſic Eryſipilas ab ea, & cancer ab hac fiunt; ita vt hæc quatuor commemorata ab Hipp. maximè omnium aliarum rerum perducant medicum ad cognitionẽ peccantis humoris, ac propterea Hipp. breuitatis ſtudioſus alia reliquerit, vt minus ad id conferentia.

Quid regio, & anni tempus in corp. hum. poſſint.

---

3 *Habitus exercitatorum, qui ad ſummum bonitatis attingunt, periculoſi, ſi in extremò conſtiterint. neque enim poſſunt in eodem per manere, neque quieſcere. Cum verò nõ quieſcant, neque poſſint proficere in melius: reliquum eſt, vt decidant in deterius. His de cauſis, bonum habitum ſtatim ſoluere expedit, vt corpus rurſus nutriri incipiat. Nequè compreſſiones, ad extremum ducendę (periculoſum enim) ſed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit, ſic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculoſæ, & rurſus refectiones, eum extremę fuerint, periculoſæ.*

Cur Hipp. cauſam huic aph. apoſuerit.

HANC ſententiam ex iis eſſe, quæ cauſam coniunctam habent, compertiſſimum eſt, nec Hipp. abſquè ſumma ratione cauſſam apponendam curauit, quoniam vix credibile eſſet ſummam ſanitatem, ſummum robur malũ, & periculoſum eſſe, niſi cauſſa, atquè ratio fuiſſet appoſita. Quomodo autem hic aphoriſmus ſuperiori connectatur rationabiliter, non ita perſpicuum eſt, quamquam Galenus, & qui eum ſequuntur dixerint eam eſſe vtriuſque connexionẽ, ſcilicet quod in ſuperiori de qualitate euacuandorum, nunc de quantitate agat; & ſi enim prior ſit natura, quantitas qualitate ac propterea Ariſt. illius prædicamentum præpoſuerit; haud tamẽ Hip. in hiſce ordinibus ſeruandis ſuperſtitioſus eſſe conſueuit. ſed puto etiam alium ſcopum in hac ſententia habuiſſe Hippocratem nimirum docere axioma illud precipuum atquè cũctis artibus maximè neceſſarium, vt dicit Gal. 12. meth. primo, ſcilicet *μέθοδον ἄγειν* (de qua etiam ſecũdo aph. 51.) potiſſimum in medicina facienda neceſſarium, quò probat precipuis illis tribus operationibus, quas faciunt medici tàm circà ſanos, quàm circà ægros, ſcilicet repletione, euacuatione, & refectione. Tamquam

Connexio Gal. & ſequac. Auctoris.

hæc

©BIUM

hæc ſit præcipua, quam tradere uoluit Hippocrates ſententia, ſummam replectionem, ſummam euacuationem, & ſummam refectionem eſſe periculoſas, & quoniam ex his tribus (vt etiam antea dicebam, de plenitudine nempe quæ ſanitati eximiæ videtur eſse coniuncta) maximè poterat dubitari, ea propter voluit exemplo primum athletarum tunc temporis vulgatiſſimo, deindè ratione illud docere, ſimulq; ad euitandum periculum documentū afferre. Quod igitur dicit Hip. eſt, Habitus exercirat &c. Vt autem præſentis ſententię exactam aliquam anatomem faciamus. Hæc ſunt expendenda; quare Hippocrat. ad repletionis exceſſum damnandum potiſſimum aſſumpſit Athletarum exemplum. Secundo, cur non contentus dixiſſe, *Habbitum Athletarum, qui ad ſummum peruenerit, &c.* Addit *ſi in extremo ſint*, nam videtur idem repletionem ad ſummum peruenientem, & in extremò exiſtentē. Tertio quę ſit vis rationis ab Hippocrat. allatæ. Quarto cur Hippocr. docet ſolummodò remedium prò ſumma replectione, non autem prò inanitione, & refectione Quinto; quæ ſint ξυμπτώσιος, quas dicit Hippocr. non eſſe faciendas ad extremum, ſed qualis natura fuerit facientis ad hoc ducendas. Sextò, quæ documēta p̄ arte facienda ex hac ſentētia habeātur. Poſtremò cur loquens de euacuatione, & refectione ſimpliciter dixit eſſe periculoſas, ſi ad ſummū deueniant. Circa primum ſciendum eſt, vt abundè ſatis docui in primo de gymnaſtica circa finē, eam artem vetuſtis temporibus in maxima exiſtimatione fuiſſe, non modò propter militiam, & ſanitatis tutellam, ſed maximè propter populi delectationem, ſiquidem cum certamina illa quinque celebrata ob eam eſſent inſtituta, in quibus præmia victoribus ſatis prò ea tempeſtate glorioſa proponerentur, certatores robuſti fieri ſtudebant, vt vincerent, atquè pro robore comparando ſaginæ corporis valdè ſtudebant tum cibis, tum ſomno, tum alijs, vt etiā docuit Gal. in pri. de alim. fac. & in exhortatoria ad bo. necnon in lib. quòd ars. gym. Erat autē ſanitas, & habitus athletarum apud gentes in tanta exiſtimatione, vt vbi quiſpiā rectiſſimam valetudinem habere ſignificaretur, dicerent eum athleticè, & pugilicè valere, quemadmodum eſt apud Plautum. Itaquè Hippoc. tum ad deteſtandum, huiuſmodi valetudinem, tum ad abducendos homines à ſimili ſtudio fallaq; bonæ valetudinis opinione, in primis docere voluit huiuſmodi athletarum habitum non eſſe verè bonum, ſed potius periculoſum, præſertim quando ad eam ſummitatem peruenerit, vt amplius proficere non liceat. Atquè id vt facilius crederetur, adiungendam putauit rationem, cur ſcilicet minimè tuta ſit eiuſmodi valetudo, nempè quia cum corpus noſtrum ſit in continuo motu, ac propterea neceſſe ſit, vel ad bonum, vel ad malum moueri, vbi ad bonum amplius terminare non datur, (quod vltra præſens nullum aliud ſit): neceſſe eſt ad deterius flectatur. ſed eſt & altera potior ratio, quia vbi corpora nimium ſunt repleta ſanguine, & carne, vix fieri poteſt, vt calor natiuus, quemadmodum decet, perſpiretur, vnde ab aſſiduis fuliginibus, & à coarctatione vaſorum veluti compreſſus, & cohibitus aut ſtrangulatur, aut impeditur, quo minus propria munia obeat, atque hoc eſt quod dicebat elegantiſſimus Celſus, vbi quis ſpecioſior factus ſit eum ſuſpecta ſua bona, debere habere, & D. Baſilius lib. de leg. gentilium hunc ipſum Aphoriſmum citans narrat Platonem cum nimiam ſanitatem

Queſita ſeptem, circa hunc aph.

De hac cō ſule Valeſium.

Ad primū

illi

©BIUM

corporis ſui haberet ſuſpectum, Academiam in loco Athenarum peſtilenti, ſibi
Dub. 1. elegiſſe. Cæterùm dubitatio oritur an verum ſit, quod ſcribit Gal. in comm. Athleticam habitudinem fuiſſe alioquin inculpatam atquè ipſos Athletas ἐνχύμους. Nam Hipp. lib. de alim. dicebat habitum athletarum haud quaquam
Dub. 2. naturalem fuiſſe. Pręterea Plato 3. de repub. vocat Athletas ſomnolentos, ſegnes, ignauos, vertiginoſos, morboſos. Ariſt. 4. de gener. animal. 3. Athletas ſępè numero ob cibos varijs formis affici conſueuiſſe ſcribit, qui etiam pallidiores fiebant poſt exercitium, eo quòd nimis laborarent, ſcribit Ariſt. vlt. partic. prob. 5. Galen. etiam in Suaſ. & lib. ad Thraſibulum ſcribit Athletas conſueuiſſe pati repentinas obmuteſcętias, ſenſus amiſſiones, ſuffocationes, & alia mala, qua ſimiliter ratione D. Hier. 2. ad Iouinianum dicebat Athletas diù viuere nō potuiſſe; vt ex his omnibus perſpicuum fiat Athletarum valetudinem, eorumquè corpora non ità firma fuiſſe, quemadmodū Hipp. & Gal. dixerunt. Prò qua dubitatione
Sol. 1. dicendū eſt, Hipp. dixiſſe non omnes Athletas tales fuiſſe ſed aliquos, quaſi multi eſſent, quales dicebat Plato, & Ariſt. attamen aliqui etiam reperirentur ſumma ſanitate, & ſummo robore præditi, quę tamen ſanitas, & quod robur erant potius ſtudio, & diligentia comparata, quàm natura, vt Hippoc. hac ratione dixerit
Sol. 2. habitum Athletarum haud quaquam eſſe ſecundum naturam. Ad ſecundum dicendum (quemadmodum audiuiſtis nuper) bonas Athletarum habitudines duos gradus habuiſſe, aut ſummum illum bonitatis, in quo tamen ſani degebāt, ita vt nullus magis; aut exceſſum illius ſummi, in quo nimia illa valetudo haud firma erat, vt Hip. igitur diſtingueret hunc gradum ab altero non contentus dixiſſe bonas ad ſummum habitudines addidit ſi in extremo ſint; hæ enim ſunt periculoſæ propter rationes ab Hippocrate allatas; illæ verò quæ non erant in extremo gradu, ſed tamen ad ſummum bonæ, haud quaquā ità periculoſæ ſunt, & quamquam hodie ars illa athletica ſit penitus abolita, minimè tamen eſt negandum, quin reperiantur corpora habitudinem Athleticam æmulantia, quæ morbos, pericula, & mortes ab Hipp. & Gal. commemoratas incurrant. Porrò ratio (quod 3. proponebam) allata ab Hipp. prò damnanda extrema Athletarum bona habitudine, ea ſanè eſt irrefutabilis, vt ſolent eſſe, quę ab Hipp. proponuntur, qui cum obſeruatione ab experientijs cōmparata, aut ratione artem hanc illuſtrarit, cunctaquè dogmata fabricauerit, ſanè rarò rationem afferre ſolet, atquì quando res ipſa poſtulat, maximè validā. Licet alij authoritate ſapiętum etiā vtantur, q̄ Hip. haud umquàm, aut parciſſimè facit, cū antè ſe paucos habuerit quos ſequeretur. Certum eſt itaq; cuncta uiuentia tamdiù nutriri quamdiù uiuunt, ut non ſemel etiam Ariſt. dixit. Nutritionis autem opus fit per nutrimēti appoſitionem, atquè aſſimilationem, undè fit ut quando nil apponi, atquè aſſimilari amplius poteſt, nutritio non fiat, ſicquè, & cibus aſſumptus abundans lędat, & ablata uiuętis prędipua actione (quę eſt nutritio) homo inſigniter labefactetur, tandemq; intereat: iàm uerò in corporibus Athletarum in extremò bonæ habitudinis conſtitutorum fieri non poſſe nutritionem certum eſt; quod cuncti meatus, cunctaquè ſpacia ita ſint repleta, & compacta, ut continuā diffłatio, quæ merito ambientis ſemper fit in cunctis, haud ſufficiat ità conſumere, vt locus nouæ appoſitioni relinquatur. Quo etiam fit, vt caloris natiui duo

alli

©BIUM

illi motus quibus cuncta viuentia ſeruantur, impediantur, ſicq. ſubitaneæ extinctiones interdum ſequantur; Sed dicet aliquis, ſi hoc verùm eſt, quomodò igitur poſſunt athletæ multa appetere, & propterea multum edere; nàm fames cum ſit perceptio ſuctionis venarū oris vētriculi, facta à venis meſeraicis attrahentibus, ob factam membrorum exinanitionem, vt Galen. 1. de ſympt. cauſ. 7. vbi membra minimè ſunt exinanita, vt in Athletis, haùd poſſunt à meſeraicis attrahere, neq; illæ à ſtomaco, &c. Vnde minimè deberent appetere, vt faciunt animalia hyemè latentia, cum tamen ſecus ſit, ſcilicet quòd Athletæ multum appetebant, & multum edebant, vt præ ceteris relatum de Milone, de Biante, ac de alijs. Reſp: eſt famem duplicem eſſe aliam naturalem, aliam præter naturalem, fames naturalis eſt quæ fit quinque illis motibus commemoratis à Gal. lib. artis med. atque hæc in Athletis reperiri non poteſt, quoniam òb ſummam vaſorum repletionem haud quaquàm poteſt fieri tanta conſumptio ab ambiente, ut egeant, ac propterea attrahant. Iàm uerò fames præternaturalis quæ fit ob quamlibet uentriculi exinanitionem, & corrugationem fieri poteſt in Athletis, quorum corpora cum calida ſint, & humida, iecurq. & uentriculum ampla habeant, facilè fit, ut cibus ſomno, & motu quamuis magnus coquatur, ſicq. uentriculus inanis redditus, nouum cibum appetat; Etenim fieri appetitum ob ſtomachi inanitionem, demonſtrat ſubita illius ex cibi aſſumptione ceſſatio, quæ non ſequeretur ſtomaco repleto, niſi fieret fames illo inanito. Et hæc eſt cauſa cur aliqui uoraciſſimi ſint, & graciles, quia ſcilicet citò uentres eorum exinaniuntur ob amplitudinem pylori, & lubricitatem, quemadmodum & aliqui ſunt, qui ut poſſint continuò appetere, & edere, cibum aſſumptum continuò uomunt, ut Vitellium Imperatorem feciſſe narrant hiſtorici, hic.n. uomitoria ſumebat, ut Iuuenalis narrat de Vippa quàm ſumebant, ut rabidam facerent orexim: Quartum erat cur Hipp. dicat habitum Athletarum ſummum, eſſe ſoluendum, quia plenitudo ſumma eſt, non autem de ſumma inanitione dicat, ſtatim eſſe replendum, cum tamen dixerit, & ipſam eſſe periculoſam. Cui Reſp. propter tria feciſſe Hipp. unum eſt, quia maius eſt periculum in ſumma replet. quàm inanitione; Alterū, quia ſolutio plenitudinis ſtatim fit, repletio minimè. Tertium quia in poteſtate medici ſitum eſt magis ſoluere plenitudinem quàm, vel eam facere, vel poſt euacuationem reficere. In his enim duobus etſi medicus vtatur debita ratione ad replendum, & reficiendum, poteſt tamen fruſtrari, multa ob impedimenta, quòd non contingit ubi per euacuationem nimis bonum habitum ſoluere ſibi proponit. Ad Quintum ξυμπτώσεις, quas latinè dicere poſſumus concidentias, vt docet Gal. lib. de Opt. ſect. ſunt vaſorum ſubſidentiæ, & cōtractiones, veluti ex euacuationibus, quibus opponuntur διογκώσεις, & idem penè eſt ξύμπτωσις, & κένεαγγιεν, vt colligitur ex comm. aph. 2. lib. 1. vult igitur Hipp. dicere, etſi bonus habitus in extremò poſitus, ſoluendus ſit, haud tamen ità ſoluere, & euacuare decet, ut uaſa concidant, quòd ſignum eſt nimiæ euacuationis, ſed ſemper uniuſcuiuſq. ſoluendi, & euacuandi naturam ſpectare opportet, ut ſcilicet ad eundem ſtatum reducatur per ſolutionem, in quo poſitus erat, priuſquam ad tantam ſanitatis bonitatem peruenisſet, cur autem periculoſum ſit nimias euacuationes

Dub.

Sol.

Fames duplex naturalis, & præter naturam.

Cur voraciſſimi interdū graciles.

Ad 4. princip. ſol.

Ad 5.

facere

©BIUM

facere, duas affert Gal. rationes, quarum vna est, quòd sic nimium corpora labefactantur, viresq. deteruntur, dissolutis scilicet spiritibus, & humoribus etiam probis eductis, tum quia difficilè est nimium euacuatos reficere; quia cum refectio sit opus caloris naturalis in vasorum concidentia, naturalis calor multũ hebetatur, ità ut nequeat deindè faciliter munera propria obire. Possumus ét adijcere illam rationem quam Erasistratus apud Agelium afferebat, quòd nimis ieiunantium intestina ità concidant, vt deindè cibũ non possint recipere. Haud secus. n. ubi vasa ab nimiam euacuationem conciderunt, haud amplius chylum & sanguinem possunt suscipere, vndè fit, vt interitus sequatur, vel detrimenta irreparabilia. Neque valet quòd aliqui post immensa ieiunia tamen superuiuant, & reficiantur, quia vt dicebat Hipp. lib. de alim. variæ sunt naturæ, & variæ corporum constitutiones, vndè fit, vt aliqui magis, aliqui minus patiantur. *Ad sextũ.* Ad sextum dicendum est, tàm euacuationes, quàm refectiones nimias esse periculosas, quoniam, vt dicit Hip. 2. aph. 51. omne nimium est periculosum, quòd natura cuiusq. in mediocritate conseruetur; veruntamen, quia de summa plenitudine minus credibile videtur, & magis refert, sermoni illius causam, atque alia adiunxit, his verò vt magis creditis, & confessis nil aliud putauit adiungendum. Neque verò idem est concidentia seu compressio vasorum, & euacuatio, quippè cum illa sit partium solidarum, hæc verò succorum. Iam verò euacuatio omnis nimia est periculosa, quia vires deijcit. Similiter refectio nimia post euacuationem periculosa est, quia vires euacuatione anteacta labefactatas obruit, ita vt nequeãt sustinere nimiã refectionem, atque hæc est differentia inter plenitudinem, de qua loquitur initio, & refectionem post euacuationem, quia in illa vires alioquin validæ strangulantur, & impedita perspiratione putredinibus occasio præbetur, in hac verò vires fractæ antea opprimuntur. *Sol. 7.* De Septimo, & ultimo ità se habet, medicum doceri, ut non debeat summæ plenitudini studere, neque euacuationi, & refectionem esse faciendam paullatim, ἐκπροσαγωγιϛ, atque prudenter, quia sicut corpora longo tempore extenuata, ut dicebat Hipp. 2. aph. lentè sunt reficienda, ob uires debiles, haud secus etiam quę sunt debilitata ab euacuatione, non statim, neque multum, sed maturè sunt reficienda.

---

4 *Victus tenuis, atque exquisitus, in passionibus quidem longis semper, in acutis verò, in quibus non conuenit, periculosus, & rursus, qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis est. Nàm & repletiones, quæ ad extremum deueniunt graues sunt.*

De ordine huius partis videndo est Cardanus ī com. aph. xi.

QVOD ab hoc aphorismo usque ad 20. tractet Hipp. de uictu in uniuersum, tum ad sanos, tum maximè ad ægros pertinente, unicuiq. compertiss. esse potest; pòst quem iterum de euacuatione, & euacuandi ratione usque ad finem uerba facit; undè id uerissimum esse apparet, quòd aliàs dixi huiusmodi aphorismos haùd certa aliqua, & cõtinua methodo esse collectos & dispositos, sed interdum eam apparere, interdum nullum uideri ordinem, quamquàm possumus dicere Hipp. cum in postremis uerbis antecedẽtis aphorismi

©BIUM

ziſmi mentionem feciſſet inanitionis, & refectionis, (quæ fiunt detractione, & additione victus) quæ eſt diffinitio medicinæ allata ab Hipp. lib. de flatu, voluiſſe aphoriſmos ad victum (in quo maxima pars curationis morborum quæ in inanitione, & refectione ſita eſt,) ſpectantes, ſtatim collocare; Quoniam autem in victus contemplatione conſideratur ſubſtantia, quantitas, qualitas, ordo, & tempus, de omnibus his ità agit, vt poſſit induſtrius lector ſuoptè ingenio, totam rem intellectu atq; memoria complecti: ac primum agit de ſubſtantia, ſecundum quàm victus dicitur Craſſus, vel tenuis: etenim, etſi quoddam pacto hę differentię poſſint etiam pertinere ad quantitatem, modum etiam quemdam ipſius ſubſtantiæ videntur referre; Dicit igitur Hipp. *Victus, &c.* Videndum eſt autem quot ſint differentiæ victus tenuis, quibus cognitis etiam quis ſit victus plenus, vel craſſus cognoſcetur; Etenim Celſo: Hipp. æmulatori lib. 2. cap. 18. placuit victus totius tria tantum genera facere, quorum vnum vocauit valentis materiæ, aliud mediæ, tertium imbecillimæ: quibus uocibus reperitur etiam vſus interdum Cælius Aurelianus. Gradus autem, ſeu differentiæ victus tenuis allatæ à Gal. ſunt victus tenuis, exactè tenuis, tenuiſſimus, & exactè tenuiſſimus; Tenuis enim dieta eſt ptiſſanæ ſuccus mediocriter datus, exactè tenuis eſt idem cremor in parua menſura acceptus; tenuiſſimus eſt melicratum, exactè tenuiſſimus eſt ἀφυτία; Cum autem victus tantummodò à viribus indicetur, manifeſtum eſt eas, vel conſeruandas, vel augendas, vel diminuendas eſſe; in morbis nunquàm vires augendæ ſunt, quoniam ſimul etiam augetur morbus, vt dicit Hipp. 7. aph. Cibus ſicut ſano robur, ità ægro morbus: ſæpenumero uerò conſeruantur, præterquàm in acutiſſimis, in quibus ẽt uires diminuuntur à medico, non quòd principaliter intendat uirium detritionẽ, (quia hoc nunquàm facit,) ſed quia eius curationem ſequitur neceſſariò virium diminutio: Vndè in exactè acutiſſimis morbis, conuenit exactè tenuiſsimus victus, ꝙ eſt nil dare, à quo uires minuũtur quidẽ, ſed quia huiuſmodi morbi nõ pertrãſeunt quartã ferri ꝑt hmõi uiriũ imminutio, q̃ alioquin, ſi protraheretur, eſſet lęthalis, cũ Hip. tradat inædiã ſeptem dierũ eſſe exitialem (q̃quàm Plinius & alij ſecus:) in Acutiſſimis aũt ſimpliciter cõuenit uictus tenuiſſimꝰ, vt in pleuirtide, q̃ ſeptima terminat cuiuſmodi eſt melicratũ: pariter in exactè acutis q̃ quattuordecim dieb. finiũtur ptiſſanę modicũ cõuenit, ſicut in ijs, qui paullò ulterius protrahũtur plus ptiſſanę conuenit dare: Verùm in longis morbis haud hic cõuenit vnquã, alioquin longitudine morbi uires detritæ, numq̃ conſeruarentur, ꝙ tamen principaliter facere oportet. Imò etiam in aliquib. acutis haud ſemper conuenit, cum in ijs qui protrahuntur ultra 14. inutilis, & damnoſus ſæpè ſit uictus tenuis in quibus potiùs plenus uictus, vt oua piſces, & alica exhibendus: Hæc eſt igitur uniuerſa Hip. doctrina de victu ægrotantium acutè, & cronicę, ut, ſ. in cronicis, numquàm victu tenui ullo gradu, vel differentia vtamur; in acutis interdum abſtineamus, Sed circa hęc ſunt nonnulla conſideranda. Primũ vtrum hæ Hip. regulę ſint hoc tempore neceſſarię. Secundum cur Hip. dietas extremè tenues dicat eſſe difficiles, idq̃. probet eo qđ repletiones extremę ſint difficiles. Poſtremò quomodo Gal. in comm. comemmorans uictum plenum, ἐδραιδιαστην numerat oua, piſces, alicam; carnis, & panis non meminit, cum tamen Celſus oua dicat eſſe imbecillimę materiæ. Circa primum regulas, & præcepta Hipp. in arte exercenda ſemper, & vbi-

Quæ ſpectanda in victus contẽplatione

Differentiæ victus ex Celſo.

Differentiæ victus tenuis ex Galeno.

Vires in morbis nuſquam augendæ.

Inedia ſeptem dierum Hippocrati lęthalis.

In morbis quibuſdã acutis victꝰ tenuis damnoſus.

Dub. 1.

2.

3.

Ad Primum.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 28 sur 867

©BIUM

& vbiq; veriſſima eſſe puto, vt ipſe met innuit in extremò prognoſt. verumtamẽ haud inficiandũ eſt, quin & ipſę ob diuerſitates regionũ, & conſuetudinũ aliquã exceptionẽ patiantur; quis eſt. n. qui neſciat alia ratione hyberos, alia Germanos, alia Aetiopas eſſe in victu tractãdos, ſiuè ſint ſani, ſiuè ægrotãtes; hodie ẽt apud Italos ſi quiſpiã medicus velit ægros, quatuor diebus ſine vllo alimẽto, ſuſtinere, aut vſq; ad ſeptimã ſolo melicrato, aut uſq; ad quatuordecim ſola ptiſſana, neq; obtẽperabũt miniſtri, neq; ẽt res bene vertetur, & in malo euentu medicum ſic curantẽ, vocabũt carnificẽ: quare cũ Hip. vbiq; pręcipiat in oĩbus rebus artis adminiſtrandis ſummã eſſe habendã rationẽ conſuetudinis, regionis, & temporis id maximè faciẽdũ eſſe in victu inſtituẽdo putauit, & ppea nõ eſt damnãdus noſter vſus, ubi iuſcula, panatellas, atquè etiam oua initio acutorum, atquè etiam acutiſſimorum præbemus: quemadmodum non damnamus, quod tempore Hipp. & Dioclis ut ẽt notat Sextus Empiricus lib. 3. hypotypoſeõ carnes catulorũ præberent ęgrotantibus, millequè alia eduliorum genera, quæ tempore, & reginibus noſtris, nullus ſumere ſuſtineret. De ſecundo dicendum Hippoc. tenues diætas, & exactas uocaſſe periculoſas, extremè uerò tenues non σφαλὲρας ideſt periculoſas, ſed χάλεπας, ideſt difficiles uocaſſe, quoniam tenues dietæ feruntur ab ægrotantibus, ſed cum periculo, extremè uerò tenues præterquàm quod periculoſę ſunt, habent etiam difficultatem magnam. Atque hoc probatur, quoniam etiã replectiones extremæ nõ modo periculum afferũt, uerumetiam difficulter ab ęgris tolerantur, ut enim habetur, ſecundo de acutis ab eodẽ Hipp. grauia mala, & uentriculi, & capitis fiunt in ægrotantibus ubi ab inædia ad nimiã ciborum repletionẽ imprudenter tranſeunt. Nàm particula γὰρ non eſt hoc in loco cauſſatiua, ſed expletiua, ut ſæpè apud ſcriptores Græcos. Vera autem cauſſa cur extremè tenuis uictus ſit periculoſus & difficilis toleratu ẽ quia nimiũ uires atterit, & à conſuetudine longè eſt remotus, ſic enim dicebat Hip. 4. aph. 5. ante canem, & ſub canem purgationes eſſe ἀργώδεας ideſt difficiles, quia & periculum afferũt, & ab homnib. difficulter ſuſtinẽtur; undè apud Euſeb. 5. de prępar. Euãg. in fine lib. x. Oraculum Delphicum, Athenienſibus conſuluit, ut uiginti diebus antè, & uiginti poſt canem uterentur ſolo Dyoniſio medico in domo opaca. Ad tertium, & ultimum dicendum eſt ueteres medicos rarò ęgris carnes dare cõſueuiſſe, & præſertim febrientibus, ꝙbus mirabilis ẽt Auenzoar eas, ex toto amputabat; undè non eſt mirum ſi earũ nihil meminit Gal. De pane uerò ità certũ ſemper fuit apud omnes eum maximè omnium nutrire, atquè adeo ipſum ſolũ, ut dicebat Ariſt. in probl. eſſe homini proprium, & naturale alimentum, ut de ipſo hac ratione quicquã dicere noluerit, quinimo nec panem frequenter dediſſe ęgrotantib. ueteres exiſtimare ſoleo, ꝙ ipſius, & aliorũ magnorũ alimentorũ corruptio facta in ſtomacho, ęgro multò ſit deterior, ꝙ alterius cuiuſq; ut Hippo. & Celſus, & Auuic. perſpicuis uerbis docuerũt. De ouis, quę Celſus imbecillimę materię facit, dicendũ puto ea ſi ſummantur ſorbilia minus nutrire, non tñ minimè omniũ, ut uidetur Celſus malè credidiſſe: ſin cocta ſummãtur plenè alunt: & de ouorũ uitellis loquens alicubi Plinius dicebat, nihil eſſe, ꝙ in aduerſa ualetudine ęquè alat, nec oneret, ſimulq; uim cibi, & potus habeat, ut, & ob hoc, & ob uerba Gal. putẽ antiquos ubi paullò pleni⁹ infirmos alere cupiebãt, & cremorẽ ptiſanę, & piſces, & alicam, & oua dediſſe, ſecùs quã aliqui qui ita in ęgris abhorent oua.

In victu ſtituendo quę ſpectãda pręcipuè.

Ad 2.

Cur victꝰ extremè tenuis periculoſus.

Ad 3. & vltimum.

Coruptio panis deterior oĩum eduliorum coruptione.

De ouis.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 29 sur 867

©BIUM

ς In tenui victu ægri delinquunt: quo fit, vt magis lædantur. Quicunq; enim error cõmittitur, maior in hoc fit, quam in paulò pleniori victu. Propterea etiam ſanis periculoſus exiſtit Valdè tenuis, & conſtitutus, & æquiſitus victus, quoniam errores grauius ferunt, ob hoc igitur tenuis victus, atq; admodum exquiſitus, eo, qui ſit paulò pleniior, magis periculoſus.

IN hoc aphoriſmo interpretando, qui Galeno clarus ſatis viſus eſt, interpretes poſteriores admodum varij fuerũt; vt hac ratione putem nõ ità eſſe facilem intellectu; Sed nè in alienis cõfutandis tempus inutiliter conteram, interpretis boni munere fungi curabo, quem dicebat Gal. in id potiſſimum debere incũbere, ut mentem authoris aperiat. Itaquè quod ad connexionem cum ſuperiori aphoriſmo pertinet. Cum Hipp. ſuperius de uictus tenuitate, & craſſitie in morbis ſeruanda docuiſſet (quæ res eſt ſummi momenti in medicina facienda) nunc quia uix fieri poteſt quin, & ægri, & ſani in uictu peccent, docere uoluit, utrum quando peccatur, ſit minus malũ peccare in tenui quàm in craſſo, & pleno uictu. Atquè ait in tenui uictu magis peccari ægros, ac propterea magis lædi; eo qđ quicunq; error cõmittitur, ſit maior in tenui, quàm in paullò pleniori uictu: ſimiliter etiam inquit euenire in ſanis, ob uictum valde tenuem, conſtitutũ & exquiſitum, quoniã errores grauius ferunt, & magis lædũtur. Vnde fit, ut uniuerſaliter loquẽdo tàm, ſ. in ægris, quàm in ſanis uictus tenuis ſemper ſit periculoſior, quàm paullò plenior, ità ut ſumma ſententiæ totius Hipp. hæc ſit, omnibus, & ſemper uictum tenuem, & exquiſitum eſſe deteriorem, & magis periculoſum; eo quod tam ſani quã ægri ubi delinquunt in uictu, grauius lęduntur à tenui, quàm à paullò pleniori; & notãdum eſt iure Hippoe non dixiſſe ſimpliciter pleniore, ſed paullò pleniore, quoniam ubi nimiũm erratur in pleno, ſæpè contingunt grauiora detrimenta, quia citius facultates corporis alioquin in ęgritudine fractæ; ſub graui uictus onere ueluti obruuntur, ac ſerius atquè difficilius exurgunt; & hoc eſt, qđ uoluit etiã Ariſt. Hip. ingratus ſequax ſecundo Ethic. ad Eũdem: cap. 5. quando ſcripſit, in uictu propiorem eſſe medio defectum, quàm exceſſum, ꝙ etſi de animi uirtutibus, uideatur à philoſopho dictum, haud tamẽ dubitandum eſt, quin etiam de corpore ſit intelligendum, & eò maximè quia idem fermè habet primo problem. 47. Iam uerò pauliſper quędam circa preſentem aph. ſunt examine, & contẽplatione digna. Primum eſt de contradictione manifeſta, quæ apparet in Hippocrate, qui ſecundo de uictus ratione in morbis acutis contex. 49. & 38. cum dicat multo minus eſſe ad adiectionẽ accedẽdum, quod detractionẽ auferre ſæpenumerò conferat, Gal. in expoſ. illius aph. inquit id quod plus eſt, ſæpè damna incorrigibilia facere: ſecus autem ab eo quòd minus eſt, detrimenta fieri facile emendabilia. Alterum eſt, quare adeò diligenter Hipp. de uictu tàm ęgrorum, quàm ſanorum hoc docuit, ut etiam repetere, id ꝙ docet, uideatur. Tertium ut uideamus, quæ ſint detrimenta à tenuiori, & quæ à pleniori uictu emanantia, ut ſcilicet his ſimul comparatis, ſententiæ Hipp. ueritas magis appareat. Circà primum omnes fere interpretes tam illius quàm huius loci ingenijs certarunt, & fere quot interpretes, tot fuerunt modi contra-

Connexio huius aph. cum ſuperiori.

Victus tenuis cum in ęgris tũ in ſanis sẽper periculoſior.

Dub. 1.

Altera dub.

3 Dub.

Ad primam.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 30 sur 867

©BIUM

dictionem ſoluendi. Vt autem reſſolutam hanc ueritatem habeatis, illud oportet ad memoriam reuocare, uictum à uirtute proprie indicari per ſe, negari uerò à morbo, unde Hipp. 7. aph. ait Cibus ut ſano robur, ſic ægro morbus, ſedm uerò qualitates per accidẽs à morbo indicari, quatenus ſcilicet morbus deprimit uires, contra quem, qualitatibus contrarijs uictus, eſt pugnandũ: Et hoc eſt, quod Hip. dicet inferius uictum humidum febricitãtibus omnibus conuenire, ſimiliter etiã quantitas ipſius cibi, & tempus diffinitur propriè, & per ſe à quantitate ipſarum uirium, uel præſentium, uel futurarum; nam & ſi ab Hipp. & Gal. habeamus in morbis acutis tenuiter eſſe alendum, in initijs eſſe abſtinendum, & quandoquè in paroxyſmo eſſe nutriendum, in morbis longis plus eſſe nutriendum, id totum diffinitur habita conſideratione, & indicatione ab ipſis viribus, prout ſcilicet magis, vel minùs à morbo deteruntur, adeò, vt ſemper id quòd per ſe, & principaliter indicet victum nil aliud ſit quàm virtus; ſicut id quòd indicat remedium nihil aliud eſt quàm morbus, Et ſi quandoq. virtus indicat remedium, eſt per accidens, quatenus ſcilicet, vel remedium eſt etiã alimentum, vt Hipp. lib. de alim. vel quatenus aufert cauſam, quæ uires diminuit (exẽpli gratia) ſi ab calida intẽperie vires proſternuntur, indicatur lactuca, tum quia eſt alimentum, tum quia ſua frigiditate, tollit cauſam illam à qua vires minuuntur. Hoc conſtituto dico, varia indicatione habita, variè locutum eſſe Hippocratem; nã habita indicatione ad vires ſemper melius eſt in paullò pleniore errare, quàm in tenuiore; & ratio eſt, quia ſic uires minus lædũtur, quo pacto loquitur Hipp. hoc in loco, quãquam, ubi multùm plenum eſt, magis erretur, quia uires debiles, ab immenſo alimento ſtatim ueluti ſtrangulantur; unde quemadmodum dicebam, iure Hip. dixit paullò pleniore, & non multum pleniore. Sic habita indicatione à morbo, in ſecundo acut. dixit melius eſſe detrahere cibum, quàm augere; quia ubi reſpicitur ſolus morbus, uel nihil, uel parum, cibi eſt dandum, quia tametſi uires conſeruentur, & augeantur ab alimento, attamen augetur etiam morbus, ut dicebam ex Hippocrate, qui auctus procul omni dubio uirtutem deterit. Ad ſecundum alias dixi, & miniſtros, & ægros maximè in cibo, & potu errare conſueuiſſe, ea propter Hipp. iure multus fuit circà hoc, tum quia in omnibus penè morbis primas habet uictus obſeruatio, uel inobſeruatio, tum quia opus eſt ſæpius ea inculcare, & diligenter monere, quæ maximi ad ſalutem ſunt momenti. Imò uerò, ad ingenia etiam formanda, uictum non parum ualere, docuit Plato in Timeo, ut ob id Hipp. 1. de affect. inter ea de quibus interrogandus eſt æger à medico, ponat uictum, quemadmodum, & Celſus uictus temperantiam optimum omnium remediorum appellauit; neque enim alia ratione Hipp. in hoc aphoriſmo ſupponit ægros in uictu errare, niſi quia ſibi erat compertum hoc quaſi cunctis ægris in eſſe, ut & propter appetitus corruptionem, & propter diſcurſus, atque iudicij defectum, haudquaquam intelligant quæ ſibi utilia, & quæ in utilia ſint; ſic enim Ariſtotel. 8. Ethicorum dicebat incontinentes eſſe ſimiles ægris qui dum poſiti ſunt in ęgritudine haud quaquã intelligentes dulcia biliosis nocere, ea tum diligunt, tum perſequuntur. Circa tertium ea ſunt huc referenda quæ ab Hipp. ſunt indicata ſecundo de uictus ratione in mor. acutis, in quo loco copiosè, & diſertè ſatis docet quæ mala eueniant ex uberiori; & quæ ex parciore

Ad 2.

Ad 3.

©BIUM

ciore uictu detrimenta oriantur, ubi etiam ſemper potiùs detractioni ciborum quàm adiectioni incumbendum præcipit, & ubi eos, qui dimittunt prandia, quiquè uberius aluntur, complura detrimenta pati monſtrat, quæ omnia ibi ſunt uidenda.

6 *Extremis Morbis, extrema exquiſitè remedia optima ſunt.*

AVT nulla eſt connexio præſentis aphoriſmi cum ſuperiore, aut ſi eſt, Galenus eam vel non cognouit, vel diſſimulauit; poſſumus tamen dicere, cum Hipp. ſuperius monſtraſſet ægros in victu tenui errare, ad eiuſmodi errorem euitandum, hoc præceptum ſemper eſſe memoria habẽdum maximis morbis, maximas medicationes eſſe optimas; quaſi verò eadem ratione paruis paruæ, & mediocribus mediocres conueniant; atque ità minimè erretur, ſi in morbis maximis victus tenuiſſimus, in mediocribus minus tenuis, in paruis autem adhuc minus tenuis adhibeatur; Sed cur Hipp. potiùs hoc totum præceptum voluit proferre de maximis morbis, quàm de mediocribus, & paruis, deinde cur dixit eſſe optimas, κράτιστα, potius quam vel conuenire, vel decere? Reſpondendũ eſt. Exemplũ potiùs attuliſſe de maximis quàm de alijs, quoniã de hiſce magis videtur dubiũ, quàm de cæteris: ſiquidem maximę medicationes omnes periculoſæ ſunt, nec videntur tentandæ faciliter; aliarum autem vſus, & facilior, & minus periculoſus eſt. vnde præceptum eſt in amplectendis morborum curationibus, ſemper eſſe à leuioribus inchoandum, quòd quidem Gal. 5. meth. 15. in morbis periculo vacantibus, aduerſus Eraſiſtratum monſtrat verùm eſſe, non autem grauibus, & periculoſis, in quibus ſi occaſio prætereatur, ægri vel extinguuntur, vel in irremediabiles ægritudines cadunt? Atq; hoc modo etiam intelligendus eſt Gal. 2. de med. Local. in fine cap. 21. vbi dicit ſemper medicamenta leniora eſſe adhibenda. Dixit autem eſſe optimas, quoniam id in more poſitum eſt apud Hippocratẽ, vt ferè ſemper vbi aliquid conſulere medentibus cupit, id bonum eſſe dicat, quòd faciliùs amemus, & perſequamur, id quòd bonum futurum ſperamus, quamquòd conuenire ſcimus; etenim quæ bona ſunt, omnia cõueniunt; non vice verſa, quæ conueniunt, ea ſemper bona ſunt. Eſt autem hic aphoriſmus ad omnes, artes accommodatus præſertim verò ad ciuilem, & militarem, in quibus id ſemper obſeruatur, vt maximis malis maxima remedia opponantur.

Dub.

Sol.

7 *Vbi igitur Morbus peracutus eſt, ſtatim, & extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt. Vbi verò non, ſed pleniorem victum contingit adhibere: tantum cibi indulgendum eſt: quantum morbus extremis eſt mollior.*

ILLVD ipſe quoque ueriſſimùm eſſe puto hunc aphoriſmum connecti poſſe cum ſuperiori, quaſi hic doceat Hipp. qui ſint morbi illi extremi, & ſummi, quibus dixerat ſuprà extremas conuenire curationes, & diætas; Verùm haud

©BIUM

haud quaquã mihi placet eorum ſententia, qui exiſtimant hic agi de victus indicatione à morbo ſumpta: quandoquidem nulla propriè victus indicatio ſumitur à morbo, ſed tantùm à uiribus, & ſi quid morbus in hoc genere facit eſt, quia uel ſuo motu, uel ſua magnitudine præſcribit tùm tempus, tùm menſuram ipſius victus, & qualitatem. diuiditur autẽ me iudice in tres particulas vna eſt *vbi morb. peracut, &c.* ſecunda eſt *victu ext. ten.* & tertia eſt *cum autem non, &c.* Inquit igitur Hippoc. in prima parte eos morbos eſſe ſummos, & extremos qui ſtatim ſummos labores habent. Etenim, ut præclarè docet Galen. tum primò, tum tertiò lib. de crif. circà morbum conſideratur Idea, Magnitudo, Motus, & Mos. Magnitudo eius menſuratur ex magnitudine ſymptomatum, quæ hoc in loco vocantur ab Hipp. labores: quia uerè laborem & moleſtiam corpori afferunt. Motus uerò ex celeritate, uel tarditate ipſorum: itaque ubi huiuſmodi ſymptomata non modò magna ſunt, uerùm etiam citò fiunt, morbus tunc dicitur magnus ſiue extremus, & peracutus, tantoq; maior & acutior eſt, quantò maiora, & celeriùs fiunt ſymptomata. Huiuſmodi autem celeritas, ut optimè notat Gal. ſolet eſſe primis tribus, uel quatuor morbi diebus; in quibus ſolent fieri ſummi labores, & morbi acutiſſimi, ad ſtatum deuenire: qui uigor, & ſummum alioquin ipſius nuncupatur. Secunda pars eſt *tunc ſummè tenui victu vti neceſſe eſt*: huius autem rei neceſſitas indè pendet, quòd ubi ſunt ſummi labores aduerſus quos natura certet, haudquaquã ea, à illo certamine ad cibos auocanda eſt; uerumtamen Hipp. non dicit penitus uictum eſſe negandum, alioquin natura ſub laboribus penitus euerteretur, ſed ſummè tenui uictu, hoc eſt minimo eſſe utendum, & tanto, ut ſufficere poſſit ad conſeruandam naturam aduerſus uim morbi. Porrò tertia pars eſt *cum non ſtatim habet morbus labores, ſed licèt pleniorem victum adhibere, tunc tantum à ſummè tenui victu eſſe recedendum, quantum morbus à ſummo diſtat*. Certè ſi verum eſt, quod dictum fuit, ubi morbus ſtatim (hoc eſt) circa primum quaternionem, vt exponit Galen. habet ſummos labores, extremè tenui victu eſſe vtendum, hoc quoque veriſſimum, vbi non habet ſummos labores dicere vti victu pleniore, ſique victus quantitas, & qualitas metienda eſt, à magnitudine morbi, & ſymptomatum, id quoquè ſequitur vbi morbus, vel maiora, vel minora ſymptomata habet, modò maiorem, modò minorem victus tenuitatem oportere adhibere, etenim cum vigor morbi videatur præſcribere uictum tenuem, ob ſummos labores quos habet, prorſus hic uel propior eſt, uel longinquior, ſic tenuiori, aut craſſiori utendum eſt, uictu. Atquè hæc quæ dicit Hipp. veriſſima ſunt, tam in inflammationibus, quàm in febribus, quæ ſunt à morbis acutis inſeparabiles. Etenim ubi uehementia ſunt inflammationum incendia (ut in ſtatu) ubi quoquè uehementes febrium impetus, haudquaquam, ut dicebam, natura eſt, circã cibos occupanda. Cæterum illud dubitatione dignum uidetur, quod nuper dixi, quodq; Gal. in com. dicit nùm ſcilicet uerum ſit, à morbis acutis febres eſſe inſeparabiles. Etenim ſunt pleriq; morbi, ut epilepſia, apoplexia, qui prorſus febre cãrent, quinimò Hipp. multos morbos peſtillentes recenſet in Epidemicis libris, quos dicebat eſſe prorſus ſine febre; neque tamen negandum eſt eos fuiſſe acutos, cum ſymptomata haberẽt magna uelociter mota, & quæ etiam citò interime-

Morbus victus rationem nõ indicat, ſed vires.

Quattuor in quolibet morbo ſpectanda.

Dubitatio.

terimeret. Dicendum ut Galen. 3. de diffic. reſpir. circa finem, pròpriè acutos morbos ſemper habere coniunctas febres, vel dic. quinque de cauſis fieri acutos morbos, vel ex intenſione, vel ex velocitate motus materiæ, vel ex quantitate materiæ, vel ex ſitu ſeu loco, vel ex prauitate: Febres, ſemper coniũguntur acutis morbis primo, & ſecũdo modo, nõ aũt alijs: quia multa materia frigida ſtatim poteſt necare ſine febre. Sicut pauca in cerebro facit mortem, ſine febre. Sed de peſtilenti non ita certum, niſi dicamus exiguas ſæpe peſtilentium, & ferè inſenſibiles eſſe febres, atq; has ab Hipp. non uocari febres, qui conſueuit uocare febres ignẽ, quaſi euidẽs, & valdè ſenſibile ſit ipſarũ incẽdiũ. Faciũt hoc in loco interptes magnas q̃ſtiones, ſ. an ęgri ſint tenuuius ante ſtatũ, uel in ipſo ſtatu cibãdi; an ĩ morbis habẽtibus ſtatũ ualdè remotũ ſit in principio uictus craſſior adminiſtrandus aliaq́. ſimilia, ſed non placet mihi hęc tractare, q̃ tyronum ingenia ab ipſis cõfundantur, atq; earũ reſſolutiones, cõmodiùs haberi poſſint ex pura, puta verborum Hippocratis intellectione: ſiquidem, ut dicebat Gal. is eſſe debet optimi interpretis ſcopus, vt mentem ipſius auctoris aſſequatur, atquè explanet.

Morbi acuti quib. de cauſis fiant.

Febres peſtilẽtes ratione caloris ſæpe mites, & exiguæ.

---

8 *Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit, tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt.*

CVM inſtituerit Hippocrates vniuerſam victus rationem in morbis cũrandis obſeruandam edocere, atq; de tempore cibationis, tàm vniuerſalis, quàm peculiaris doctrina ſit non minus neceſſaria, quã vtilis, nunc occaſione nuper dictorum docet, pluribus aphoriſmis qui victus tàm in vniuerſum, quàm particulariter (habito temporis reſpectu) ſit præſcribendus adeò, vt aphoriſmus præſens de tempore vniuerſali hoc eſt de tota morbi conſtitutione ſit, quæ cũ habeat quatuor tempora ab uno uigore, de alijs more ſuo docet, eo quòd hic ſit meta, & ſcopus in quem medicus mentem dirigens totam cibandi practicam determinat. Et iure à uigore hoc totum negocium eſt metiendum, quoniam in hoc tempore de uita, & morte ægrotantium fieri ſolet verum iudicium ſicut enim de uictoria, uel de expugnatione tunc decernitur, cum acriter inter hoſtes pugnatur, haud ſecus in maximò naturæ, & morbi certamine fit de alterutrius victoria, uel extinctione deliberatio; Quòd igitur breuiter dicit, eſt, *quando morbus in ſummo vigore fuerit, tunc vtendum eſſe tenuiſſimo victu*, vocat autem victum tenuiſſimum, melicratum ſolùm, iuſcula, & ſimilia atq; hoc non ſemper intelligendum eſt ſimpliciter, ſed reſpectu victus antecedentis: cauſa autẽ, cur hoc uictu ſit utendum illa ẽ potiſſimum, quòd natura in ſtatu à ſymptomatibus ualdè turbata eſt, totaq́. incumbit in concoquendos morbificos humores, vndè nequaquàm eſt diſtrahenda ad ciborum confectionem; Sed dicetis tunc cibus eſt offerendus, cum maximè uiribus opus eſt, ſiquidem illius præcipua indicatio eſt à uiribus, atquì in ſtatu opus eſt maximè uiribus, tùm ob pugnam, tum ob coctionis opus, quæ ſine caloris opera non perficitur, ergo, tunc maximè opus eſt nutrimento. Dicendum vt inquit Galen. verè indicari cibum à viribus, & per ſe, verùm per accidens etiam à morbo, quatenus, ſ. uires in hoc, uel in illo tempore magis, uel minus frangit, ſicut quantitas cibi ab illius tẽ-

Continuatio cum ſuperiori & intentio.

Cur à morbi vigore tota cibandi ratio metienda.

Cur in ſtatu victus tenuiſſimꝰ conueniat.

Dubitatio

Sol.

poribus

©BIUM

poribus metitur. Verum vires cum non ſtatim à cibo, vel reficiantur, uel augeantur, ſed aliquo tempore opus habeant, ea propter antequam pugna fiat, nutrire expedit, ut in pugna uires ſufficere queant, & ne inutiliter, ac cum damno in ipſa cibum importunum dare cogamur. illud tamen eſt à vobis diligenter animaduertendum, (qđ etiam aliqua ex parte adnotatum eſt, à Gal. in com.) ſcilicet uerum eſſe hunc aphoriſmum in morbis ſalubribus, & materialibus, qui pertranſeunt omnia quattuor tempora; & in ijs quorum ſtatus non eſt longinquus, nec uires inualidæ. In his enim omnibus caſibus, & præſertim, ubi uires ſunt imbecilles pernicioſum eſt ualdè, circà ſtatum uti uictu tenuiſſimo nempè quod facilè ſit, niſi cibo ſuſtententur, ex toto eas concidere, & extingui. Verùm de hac re agitur etiam in tertio ab hoc aphoriſmo.

Quibus in morbis aphoriſmus præsẽs verificetur.

---

9 *Coniectari autem oportet, an æger cum victu ſufficiat perdurare ad morbi vigorem: & nunquid prius ille deficiat, nec poſſit, cum victu perdurare; vel morbus antea deficiat atquè hebeteſcat.*

SVNT quædam regulæ, à ueteribus traditæ, quę ſi in omnibus ueræ putentur, maximorum errorum eſſe cauſſa poſſunt: Vnde eas qui tradunt opus eſt, prudentiſſimi ſint, atquè ità edoceant, ut omnem errandi anſam ingenijs adimant. Id quòd modo facit Hipp. qui cum uideret antecedentem aphoriſmũ uniuerſaliter intellectum, poſſe magnorum errorum occaſionem eſſe, ob id hũc ſubiunxit. Nam (ut dicebam antea) uictus tenuiſſimus in ſtatu, ſi inueniat uires iam fractas, atquè debiles perdit: iccircò inquit diligenter conſiderare medicum debere, num uires ſint ſuffecturæ uſq; ad morbi uigorem, an æger prius deficiat, cum tali uictu, an morbus. Si enim ſuffecturæ ſunt uires, poſtulat omnis ratio, (quemadmodum antea dixi) ut in ſtatu uictu tenuiſſimo utamur, ſin minus ſufficiat, damnoſa eſt ea regula: ſed ſi morbus deficiat prius & hebetetur, tunc multò magis augendus cibus, cum non ſit morbus, qui illum prohibeat. Verùm hic duo ſunt examinanda, cur Hipp. dicat examinandas eſſe uires, & morbum ante ſtatum, non doceat autem, quid ijs examinatis deindè ſit faciendum. Aliud eſt cum uirtus debilis fiat per reſſolutionem, & per oppreſſionem, an utroquè modo debili exiſtente uirtute uera ſit regula ab Hipp. tradita. Circa primum Hippo. in primo de acutis multa pręclara docuit, ex quibus intelligere licet, quid agendum ubi uires ad ſtatum ſuffecturæ ſunt, & ubi non; ſimiliter ubi natura eſt uictrix futura ante ſtatum, uel ubi morbus: atque ea omnia eo tendunt, ut medicus debeat diligenter coniectari, tum de magnitudine uirtutis, tum de magnitudine morbi, atquè ſi uirtus magna ſit cum magno morbo, utendum eſſe tenuiſſimo uictu, quippè quem fert uirtus, & morbus expoſcit, ſin morbus magnus, ſed uirtus debilis, non ità tenuiſſimo uictu eſſe utendum: quemadmodum ſi uirtus ualida, & morbus non magnus, adhuc tenuis requiritur, & exiſtente uirtute debili nec magno morbo, uberior cibus poſtulatur. Hoc itaquè eſt quod uult Hip. innuere, eſſe ſcilicet coniectandum nùm uires ſufficere poſſint; non explicuit autem euidenter, quoniam ex dictis, & dicendis ſagax ingeniũ, id poteſt conijcere, & uerè

Continuatio cum ſuperiori.

Queſita duo.

Reſp. ad primum.

dicit

©BIUM

dicit conijciendum, quoniam noſtra ſigna, & argumẽta coniecturæ potius ſunt, quàm demonſtrationes. Vires verò cum ſint partim vitales, partim animales, vt Ariſt. placuit, vel etiam naturales, vt plerique medici ſentiunt, modus earum validitatem, & debilitatem cognoſcendi varius eſt: nam naturalis vocata à medicis cognoſcitur vrinis, alijſque excrementis coctionem, aut eruditatem ſignificantibus, vt ait Ariſto. 4. Meteor. vel etiam ex appetentia, & in appetentia vt Gal. 3. in tertium Epid. 72. vitalis pulſibus & anhelitu: quamquàm pulſibus etiam coctiones cognoſci interdum ſcripſerit Galenus 9. Metth. 5. Animalis verò cognoſcitur motu, ac ſenſibus tàm externis, quàm internis; vbi enim coctio ad eſt, facultas naturalis bene valeat neceſſe eſt: ſic ẽt pulſus amplus, robuſtus, reſiſtẽs vitales vires bene valere indicat, vt motus agilis, mentis conſtantia, ſenſuum puritas, animalis ſanitatem docent: ex his itaque Solers medicus coniectabit de ſtatu uirium, quemadmodum de magnitudine morbi ex ſympt. magnis, ut Galen. 4. & 6. Meth. 1. & 3. de criſib. q̃ ſunt actiones læſę, excrem & qualitates. Ac prout eas repererit, ſic victũ inſtituet, habita ſemper ea conſideratione, melius eſſe, vt ómnes bene valeant: ſin minus, vt plures, vel ſaltem, vt vitalis; ſiquidem hæc eſt ſine qua cæterę vix quicquam valent, cum ipſius miniſterio ſpiritus, & calor (vnde robur cunctis membris,) ſuppeditãtur: & quamquàm Gal. facultatem naturalẽ multi facere videatur, haud tamen putandum eſt, tunc eam à vitali ſeparare, quandoquidem coquere, ſeparare, expellere, ſunt opera caloris natiui & ſpirituũ, qui à facultate vitali benè valente ſubminiſtrantur. Id verum eſt tamen, vix fieri poſſe, quin vna facultate inſigniter læſa, aliæ remaneant offenſæ, ſi diu illius læſio duret. Circa ſecundum, an ſcilicet æquè ſe debeat medicus gerere in cibando, vbi virtus debilis eſt per reſſolutionem, atquè per oppreſſionem, poſſet quoq; eſſe difficultas ex vna parte, quoniam facultas debilis per ſe, & ſubſtantialiter, videtur minus poſſe conficere cibos, quàm debilis per accidẽs: contra facultas debilis per oppreſſionem, uidetur multo minus exigere alimenti, & ſicut ignis, qui per defectum alimenti plus exigit, quam qui multitudine alimenti, & lignorum obruitur, ſic facultas infirma ob defectum plus uidetur exigere, quã debilis, ob aggrauationem à copia humorum factam. In hac tamen controuerſia graui, & difficili dicendum eſt Virtutem conſiderari à medico, ſecundũ ſeipſam, uel in comparatione ad morbum: ſecundũ ſeipſam ſemper indicat ſui coſeruationem, quod cum fiat alimento, conſequenter alimentum indicat. In comparatione autem ad morbum conſiderata: uel eſt ualde minor, uel parum minor morbo, ſi ſit ualde minor morbo per reſſolutionem, indicat alimentum, etiam in augumento & ſtatu, ſin parum, in ſtatu alimentum non requirit, quoniam ſuffectura eſt: contra ſi per aggrauationem ſit multo debilior morbo, non poſtulat alimentum in ſtatu, ne magis obruatur, & ſuffocetur, ſimiliter ſi parum. cum enim eſſentia uirtutis ſit penè integra, putandum eſt non modo eam eſſe ſuffecturam, uerumetiam niſi diuertatur à pugna, & coctione copia cibi, eſſe ſuperaturam.

Vires quotuplices, ac quibus ſignis earum robur dignoſcatur.

Ad ſecundum.

Virtus à medico dupliciter cõſiderari poteſt.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 36 sur 867

©BIUM

10 *Quibus igitur ſtatim morbus in vigore conſiſtit, ijs etiam ſtatim tenuis victus adhibendus eſt: quibus verò poſterius debet conſiſtere, ijs & in ipſo conſiſtendi tempore, & parum antè illud, cibus ſubtrahendus: prius verò uberius victus adhibendus eſt, vt æger ſufficiat.*

Continuatio.

SENTENTIAM præſentis aphoriſmi, etiamſi non dixiſſet Gal. vt dicit, eſſe fere eandem cum ſuperiori, quiuis tamen mediocriter ingenioſus poſſet; illud comprehendere uerum dixit hoc intereſſe qđ ſupra tãtum de acutis locutus eſt, nunc verò de omnibus: ego autem addo, illud etiam intereſſe inter hos aphoriſmos, quod ſuperius vniuerſaliter prolatum eſt, in vigore ſemper eſſe abſtinendum, nunc verò peculiariter docet, non modo id eſſe agendum, verumetiã quomodo propter ipſum vigorem, medicus in reliquis temporibus ſeſe gerere debeat: quaſi ſcopus ſit breuiter edocere, quomodo habita vigoris morborum ratione, debeat totam victus rationem inſtituere. Dico autem habita temporum ratione, quoniam ſecus eſt, ſi medicus ſymptomata morbi, atque ipſius ſpeciem animo voluat. Etenim ſecundum temporum conſiderationem res hunc in modum ſe habet, vel enim principium, & ſtatus ſunt inter ſe remota, vel propinqua; ſi ſint remota, in principio uberius alendum, quo poſſit vſquè ad ſtatum virtus ſufficere, ſicq; paullatim cibum ſubtrahẽdum, donec uigore præſente, tenuiſſimus victus fiat. Ità namquè fiet, ut uirtute conſeruata, non cogatur medicus præter rationem in ſtatu nutrire; ſed ſi ſtatus, & principium, non lõgè inter ſe recedant; ut in febre ardẽte, in febre ſanguinea & angina, quas dicit Gal. 3. de criſi cap. 4. habere breuiſſima initium, & augumentum, etiam in principio tenuiſſimo victu vtendum tum quia virtus, nondum fracta à morbo poterit ſuſtinere huiuſmodi moram, tum quia natura circa ſolum morbum occupata robuſtior, & valentior erit ad eum expugnandum. Hæc vt dixi veriſſima, & vtiliſſima ſunt præcepta, ſi tantummodo conſiderentur per ſe tempora morbi. Verùm ſi ſpecies morbi, aut accidentium magnitudo, aut mos conſiderentur poſſunt hæc variari. Siquidem ſi morbus ſit inflammatio, vtpotè pleuritis, vel peripneumonia, aut vlcus aliquod recens, cum debeat medicus ſtatim intercipere illius incrementum, atq; fluxionem arcere, cogitur cibo tenuiſſimo vti, etiã in principio. Vnde Hipp. 2. de acutis in pleuriticis non nutrit, priuſquam ſit, vel ſectione venæ, vel purgatione, ſedatus dolor; pariter ſi circà ſtatum factus ſit morb. deterior, ità vt prauitas, aut accidẽs ẽt aliqđ magnum, ueluti dolor, uel ſyncope, vehementer vires proſternat tunc ſepoſita temporis conſideratione cogitur medicus à tenuiſſimo uictu ſeſe abſtinere, atq. uires ſuſtentare, alioquin unà cum virtute etiam vita perdetur. Sed uideo ſtatim ingenioſum eſſe dubitaturũ quomodo hoc umquam tutò fieri poſſit, quoniam nullum eſt alimenti genus, q̃ uires conſeruare, aut augere queat, niſi nutriàt, nutrire nequit, niſi coquatur, non coquitur uerò niſi calor natiuus, q̃ eſt ipſa facultas, aut primũ (ut dixit ſæpè Gal.) facultatis inſtrumentum, ualeat; ergo hoc imbecillo exiſtente, & pœnè extincto ſuperuacanea, & potius onerоſa erit cuiuſquè alimenti exhibitio. Hæc dubitatio certè apud me fuit ſummi momẽti, atq, ità ut putẽ ex incõſideratione huiuſrei ple-

Scopus huiꝰ aph.

Victus ratio quomodo ĩſtituẽda, ſi tempora morbi ſpectentur.

Idea morbi, et mos accidẽtiũq; magnitudo, victũs rationem variant.

Dub.

Sol.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 37 sur 867

©BIUM

rei plerumquè committi errores exitialiſſimos à medicis, qui indiſcriminatim ægrotantibus imbecillibus offerunt copioſos cibos, quaſiq; illos ſuffocant. Quare dicendum naturam ſemper eſſe uitæ conſeruandæ ſtudioſam, adeo, ut ſæpè pro ea uias nobis incognitas, (ut dicebat Hip.) ſibi paret, licèt enim in magnis uirium ruinis ipſa, & natiuus calor langueant, ità tamen laborat eo pauco calore in percoquendo alimento, in reficiendis ſpiritibus & humoribus, ut uitam diu ſuſtentet, modo tamen prudens medicus, & peritus ſit, qui oportunè cibum ità paratum, ac penè coctum necnon in ea menſura exhibeat, quæ non opprimat facultatem, & calorem, ſed potius quodam modo conſoletur, & uiuificet: ſic enim uidimus ſæpè modico iuris, aut alterius cibi facilis coctu uitam prorogatam, & ſeruatam, quemadmodum narrant de Democrito, qui in extremo uitæ poſitus diſcrimine, petentibus id filiabus, conceſsit ſibi ſolo odore recentis panis, uel (ut alij perhibent) mellis guſtatu uitam per octiduum prorogari.

Naturæ uitæ conſeruandæ ſtudioſa.

---

11 *In acceſsionibus abſtinere oportet: nam [cibum dare] nocuum eſt: et quibus per circuitum fiunt acceſsiones, in ipſa acceſsione abſtinere oportet.*

SI uerum eſt quod ſupra dicebat Hip. in ſummo uigore utẽdum eſſe tenuiſſimo uictu, quoniam tunc turbatur natura circà morbum, eadem ratione uerum eſt, in acceſsionibus ſimiliter conuenire, quod tunc quoquè natura ſollicita ſit circà morbi inſultum effugiendum, & propterea Hipp. iure nunc ſubiungit in acceſsionib. abſtinere oportere, quando apponere noxium ſit; ſimiliter & in morbis qui per circuitus fiunt, in ipſis paroxyſmis abſtinere oportere; adeò, ut totus aphoriſmus cõmodè in duas partes ſecari queat, quarum prior eſt *in acceſsionibus abſtinere oportere*, ſecũda eſt, *& quibus per circuitum fiunt acceſsiones, in ipſa acceſsione abſtinere oportet.* Circa priorẽ partem videndum eſt quid ſit paroxyſmus ſiuè acceſſio, & cur cum ſupra dixerit in ſummo vigore vtendum eſſe tenuiſſimo victu, nunc loquens de paroxyſmis dicit ὑποσύλλεσθαι χρή, ideſt ſubtrahere, oportet, quoniam apponere noxium eſt: nam inter ſubſtractionem & appoſitionem mediat, nil innouare: & æquè videtur hoc nocere, atq; etiam apponere. Paroxyſmus, quem Celſus vocat acceſſionem, & alij exacerbationem, vt tradit Gal. in hiſce commen. eſt totius circuitus deterior pars, quę à prima inuaſione vſque ad vigorem extenditur, ſcilicet incluſiuè, adeò vt ex quatuor temporibus inuaſionis febris, tria priora vocentur paroxyſmus; inclinatio aũt non ſit pars paroxyſmi, & iure, ſiquidẽ παροξύνεσθαι, idem eſt ꝙ exacui, quæ res in declinatione haud quaquam reperitur; Sic Ætius lib. 5. cap. 8. diffiniuit paroxyſmum eſſe motũ morbi particularis à remiſſione ad deteriùs: etenim vt ait Gal. 3. de decr. dieb. c. 8. acceſſiones ſunt ſtimuli quib. natura excitatur ad pugnã: vnde ſemper in acceſſionib. fit criſis; Sed vt cumq. ſit, illud clarum, paroxyſmum eſſe morbi exacerbationem, quæ licet euidentiùs in febribus appareat, ſunt tamen, & alij morbi qui id habent, vt podagra, ac dolores pleriq. Iàm verò febrium immaterialium nulla ſanè eſt exacerbatio, neque vllus paroxyſmus, imò neque vlla compreſſionis pulſus adnotatio, ſed tantummodo materialium, atque harum interpollata-

Cõtinuatio. Diuiſio.

Paroxiſmus quid Galeno.

Paroxiſmus ex Aetio.

Febres immateriales paroxiſmis, et exaccerbationibus deſtitutę.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 38 sur 867

©BIUM

rum potiſſimum, nàm licet etiam continuæ aliquæ, vt proportionatæ vocatæ manifeſtas exacerbationes habeant, multo tamen id euidentius apparet in interpollatis, vt meritò videatur Ætius appellaſſe motum morbi particularis à remiſsione ad deterius. Hoc itaq; tempore dicit Hippoc. eſſe ſubtrahendum, hoc eſt, prohibendum cibum, quoniã damnoſum eſt apponere, & exhibere; Sed cur Hipp. vt dicebã ſic loquitur? & quæ nã ſunt mala, & detrimenta quę affert cibi oblatio in paraxyſmo? Alias Hip. dixit medicum in ijs ſeſe exercere debere, vt ſi non iuuat ſaltem non lædat; Vnde quia aliquis forſan credere potuiſſet offerre cibum in acceſsione, eſſe ex ijs quæ nõ lædunt, ac propterea poſſe fieri: vt huius erroris occaſio omnis adimatur addit, cibum nõ eſſe præbendum in acceſsione, qm̃ damnum affert; porrò quæ nam ſint damna naſcentia ex hac importuna cibi oblatione, etſi abundè doceat Hippocr. 4. de acutis hic tamen quoque explicandum eſt. Primũ ergo damnu eſt ſubmerſio, & ſuffocatio caloris, cum n. in initio acceſsionis ſemper calor intro cogatur, & ueluti à materia obruat multò magis id patitur, ſi cibus accedat. Secundum eſt paroxyſmorum, atque adeò totius morbi productio: cum enim natura circa cibi coctionẽ occupatur, haud ità poteſt materiam morbificam cõſumere, & proinde ignis durat diutius. Tertium eſt quòd cum nec materia morbifica, nec cibus benè coquantur, excremẽta neceſſariò cumulantur, quæ poſtmodum augẽtia mareriam morbi effectricem, conſequenter, & ipſum morbum augẽt. Quartum eſt inflammationis & æſtus augumentum. nam ſicut flamma ignis, addito oleo in immenſum augeri ſolet; haud ſecus ignis febrilis longè, lateq. incrementum ſuſcipit, ubi cibus tamquam oleum ſibi affunditur. In acceſsionibus itaque cum hæc mala fiant iure abſtinere oportet, ſcilicet in eo toto tempore, ſiuè ſit initium, ſiuè augumentum, ſiuè ſtatus, quod eſſe deterius uidetur; nam interdum ægri peius habent in initio, interdum in augumento, interdum in ſtatu; Circa ſecundam patrem primum dubitatur, quia Hipp. uideri poſſet nugari, atque inutiliter repetere, quòd antè dixerat, ſiquidẽ haud differre uidetur dicere, in acceſsionibus nõ dandum, atque dicere in ijs morbis, qui per circuitus affligunt, eſſe in ipſo paroxyſmo abſtinendum. Sed res non ita ſe habet, uerum hæc poſterior pars eſt ueluti confirmatio, cum emphaſi quadam, ſuperioris partis: quaſi dicat non ſolum in acceſſionibus abſtinere oportet in uniuerſum; uerumetiam hoc maximè agẽdum eſt in paroxyſmis, ſeu acceſsionibus eorũ morborũ, qui per circuitus affligunt; Ex quo loco ſcire primũ licet Periodos eſse reditũ morbi ordinatũ, & ueluti p circulum quendã ab ijſdem ad eadem, ut Gal. lib. de tẽporibus morbi adeò, ut differat à paroxyſmo, qui ſolùm exacerbationem continet: cum periodus etiam complectatur intermiſsionis tempus. uerum paroxyſmi ſeu acceſsiones aliæ ſunt in morbis continuis, aliæ in interpollatis; In utriſque autem fiunt, ut dicebam cum natura, uel copia, uel qualitate humoris morbifici ſtimulata eum mouere aggreditur: & licet in febribus interpollatis id maximè conſpicuum fiat, ſiuè paucum, ſiue multum ſit quietis, atque intermiſsionis tempus, attamen in cõtinuis (& præſertim illis quæ proportionatæ nuncupantur) ſæpenumero etiam apparent quædam exacerbationum lumina, quæ fugere oportet in cibandis ægris. Ergo Hipp. atquè aliorum medicorum hæc eſt ſententia, ut ubi in morbis nul-

Dub.

Reſp.

Quæ dãna ægris contingat ex importuna cibi oblatione.

Dub.

Sol.

Periodus quid & quomodo à paroxyſmo differat.

©BIUM

bis nulla remiſsio, nec ulla paroxyſmi nota apparet, cibus præbeatur hora cõſueta tempore ſanitatis, uel ut dicebat Auuicen. hora diei frigidiore. In febribus autem, alijſque morbis, in quibus euidẽter fiunt acceſsiones, diligenter conſiderandum eſt, an intermiſsio ſit longa, an breuis: ſi longa ſit ea ſemper eſt expectanda, ſin breuis, in ipſa declinatione acceſsionis eſt offerendus cibus, ſcilicet, ut quãtum fieri p̃t, in illius oblatione recedatur ab initio futuri paroxyſmi, atque hoc eſt, quod Hippocr. 2. de acutis pręcipiebat, dandũ non eſſe unquã cibũ dum pedes frigent, & calẽt pectus, atq; caput, ſed cum calor ad pedes, & manus deſcendit, ſcilicet, relinquens interiora, quòd quidem tempus eſt declinantis paroxyſmi, non autem tempus intermiſsionis, quo nuſpiam, in corpore caloris febrilis antecedentis ueſtigia apparent. Cęterum quæret aliquis num huiuſmodi regula ità ſit perpetua, vt numquam liceat, vel initio, vel augumento, uel ſtatu alimẽtum offerre, ſiquidem Gal. 10. Meth. cap. 3. cuiuſdam iuuenis hiſtoriam narrat, qui in æſtate tertiana laborans, niſi initio acceſsionis alebatur in ſyncopem incidebat. Dicendum cibum per ſe non ab alio requiri, niſi ab ipſis uiribus, quæ quotieſcumquè præcipites ruunt, ità ut periclitentur, ne pęnitus extinguantur, ſuccurrendum eſt cibo, non ut nutriatur tantum, (ſiquidem hoc fit longo tempore, quod in eiuſmodi caſibus expectari nequit,) ſed ut uaporibus illis, qui ſtatim è cibis optimè paratis in uentriculo attolluntur, atque diſtribuuntur, ſpiritus uitales, qui cõſumuntur regenerentur. Igitur ſiue in ſtatu, ſiue in initio, ſiue in augumenro, ſyncope (quæ eſt præceps uirium ruina) contingat, tunc paullò antè, cibis pręmuniendum eſt: in qua re medici ſolertia, & iudicium magnopere ualent, qui ſi animaduerterit ægrum eſſe calidæ, & ſiccæ naturæ, ęſtus, iras, aliaq́. huiuſmodi exiccantia paſſum fuiſſe, aut os uentriculi, ità læſum & imbecillũ habere, ut à quolibet ad ipſum affluente humore inſigniter offendatur, faciendęq́; ſyncopes periculum ferat, hunc debebit (paullò antequam huiuſmodi periculum experiatur) nutrire ijs præſertim rebus, quæ ſimul etiam corroborandi os uentriculi poteſtatem habeant, ut panis cum ſucco granatorũ, uel limonum, uel citoniorum, ac ſimilium.

In morb... tum ſin... remiſſi... tum ... manif... acceſſio... b⁹ qua ... ra cib... dus ſit ... ger.

An licea... in initi... augmẽt... & ſtat... grum ... quãdo ... bare.

Reſpon...

Medici ... lertia ĩ ... gro ciba... do, in ... maximè ... eluceat.

---

12 *Acceſſiones verò, & conſtitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituũ ſucceſſiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiãt. Sed & ex ijs, quæ mox apparent, indicia ſumuntur: quemadmodum in morbo laterali, ſi circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat: ſi verò poſtea appareat, producit. Et vrinæ, & alui excrementa, & ſudores, quęcunquè apparuerint, vel bonam morborum indicationem, vel malam: vel breues aut longos fore morbos oſtendunt.*

PERSPICVA cuiq; ſatis eſſe poteſt præſentis aphoriſmi cum antecedẽte connexio; ſiquidem cum antea docuiſſet, non dandum eſſe in acceſſionibus cibum, nequè etiam immediatè antè acceſſiones, atque ad hoc prudenter faciendum, neccеſſaria ſit ipſorum paroxyſmorum, totiuſq. morborum conſtitutionis præcognitio: nunc quomodo hæc præcognoſcere, ac ſubindè cibum rectè adminiſtrari oporteat, docet dicens, Paroxyſmos, & conſtitutiones medicari

Cõtinuatio hui⁹ ... ph. cũ ſuperiori.

©BIUM

Huius aph. diuiſio.

dicari medico à morbis, temporibus anni &c. Adeo vt in duas partes præſens aphoriſmus diuidi queat, in quarum priore docet cognoſcere prædicta ex morb. anni temporibus, & circuitibus, in alia verò ab incrementis. Itaquè, vt ſigillatim hęc res non exigui momenti edoceatur, cum iam expoſuerimus, quid ſit paroxyſmus, opus eſt doceamus, quid ſit in morbis κατάστασις, ſiue cõſtitutio. Huiuſmodi. n. vox ſæpiſſime, atquè in diuerſis rebus ab Hippocrate vſurpata inuenitur, ſed vbi de morbo dicitur nil aliud ſignificat, quam illius formam, & conditiones, per tempora vniuerſalia circumſcriptas, vt teſtatur Galen. tum hoc in loco, tum maximè in primo comment. ad lib. de hum. atq; etiam primo de criſibus: quo pacto etiam antiquus medicinæ auctor Aretæus cap. 1. lib. 2. de curat. acut. locutus eſt. Quod ergo dicit Hip. eſt, acceſſiones, & conſtitutiones morborum, ob quas dicũtur, vel acuti, vel chronici, atq. citò, aut tardè ad vigorem peruenientes, indicari ab ipſis morborum idæis, ab anni temporibus, necnon à circuituum inter ſeſe incrementis, ſiue quotidie, ſiue altera quaque die, ſiue longiori fiant interuallo: quod enim ipſa morbi ſpecies doceat paroxyſmos, & conſtitutiones, ſatis manifeſtè colligitur ex ijs, quæ de pleriſq; morbis tractat Hipp. 2. & 3. de morbis, quæquè Gal. in lib. de criſiib. & progn. docet. Sic etiam dicit 2. aph. tertiana ſeptem circuitib. terminatur. Pleuritis ſeptẽ, angina, & tetanus quatuor, ac ſimilia, adeo, vt hinc clarè perſpiciatur paroxyſmos futuros, & quando ſimiliter, & quandiu morbi ipſi duraturi ſint, ab ipſa morbi idea edoceri. Similiter quoquè & à temporibus anni, Æſtiuæ quartanæ breues &c. Hyeme quilibet morbi ſemper diutius protrahuntur, longioreſq. paroxyſmi fiunt, Æſtate acutiores, quamquàm Ariſt. in probl. dicat febres ardentes hyeme fieri ardentiores. Et veriſſimè dixit Gal. hoc in loco ab Hip. ſub anni temporibus complecti quoquè corporũ temperamẽta, quippè quæ haud ſecus indicare poſſunt, & paroxyſmos & conſtitutiones morborum, ſi vel acutiem, vel diuturnitatem atquè ipſa anni tempora, quoniam vt æſtas breues morbos ſic cõplexio calida, & ſicca ipſi correſpondens, qđ ét intelligendũ de ætate, natura, & exercitatione vitæ, ac cõſuetudine, & regione in qua quis habitat, vt Ariſ. 14. prob. 3. dicit fieri magis feb. ardentes in regionibus frigidiſſimis. Quod autẽ poſtremo loco ſubiungit Hip. etiam indicari paroxyſmos, & conſtitutiones ab incrementis acceſſionum inter ſe comparatarum, ſiue fiant quotidie, ſiue tertia die, ſiue longiori interuallo: ità interpretatur Gal. quaſi ſenex loquatur de anticipatione, & poſtpoſitione, ſeu tardatione paroxyſmorum; Nam illud veriſſimum eſt, vbi cęteris paribus anticipant paroxyſmi longas indicari febres, ſicut è contrario ubi tardant, fore breues; Sed utrum hoc voluerit dicere Hipp. nonnulli aduerſus Galenum dubitarunt, quòd non de anticipatione, uel tarditate uideatur loqui Hippoc. ſed de ipſa morbi idea, cum dicat, ſiue fiat quotidie, ſiue tertia die, ſiue quarta; Vnde putarunt ſic eſſe interpretandum Hippocratem, tanquam dicat, ipſorum circuituũ hoc eſt tàm interualli, quàm acceſsionis productionẽ, ſignificare ipſos paroxyſmos, & conſtitutionem: ſed vt libere dicam non poſſum horum ſententiam probare, quia cum conſtitutio ſignificet morborum formam, & conditiones ab vniuerſalibus temporibus circumſcriptas, eſſet veluti nugatio dicere has conſtitutiones, quę ſunt tpa ét cognoſci per ipſarum acceſsionum tempora; Vn-

Morbi cõſtitutio quid ſit.

Acceſſiones & cõſtitutiones morborum à quibus indicentur.

Temperamenta acceſſiones, & conſtitutiones etiã morb. indicant.

de multo

©BIUM

de multo magis arridet mihi Galeni interpretatio: nec obſtat, quod uideatur diuerſam eſſe anticipationem, à ſpecie morbi ſignificata ab Hippoc. ſub illis uerbis, *ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue longiori tempore, &c.* quoniam non uideo, quin hic ſit accommodatus loquendi modus, cum dicitur anticipationes, & tarditates paroxyſmorum, ſiue ſint paroxyſmi quotidiani, ſiue tertianarij, ſiue quartanarij, indicare futuros paroxymos, & morborum conſtitutiones, hoc eſt acutiem, uel diuturnitatem: nam ubi, ut dicebat, anticipant paroxyſmi quartanarij, ſeruata proportione, poteſt ſciri ex ijs, qua hora ſit uēturus; quemadmodū longa tardatio breuitatem, & celer anticipatio longitudinem, ceteris paribus ſignificat. Iacobus conciuis meus haud malè ſenſit, per incrementa circuituum, poſſe apud Hipp. hoc in loco intelligi, uel quia paroxyſmi prolungantur, uel quia fiunt uehementiores, & magis affligentes, uel quia minoratur quies inter paroxyſmum, & paroxyſmum, uel quia anticipant. Sed dicet aliquis nonnè etiam per pulſum poſſunt cognoſci, & futuri paroxyſmi, & conſtitutiones. *Dub.*

Reſp. poſſe quidem, cognoſci, veruntamen, id præteritum eſt ab Hipp. quoniam is, aut peritiam pulſuum non habuit, aut ipſam contempſit. Sequitur altera pars aphoriſmi, in qua Hip. dicit ſimiliter cognoſci paroxyſmos, atq; conſtitutiones ex ijs, quę mox apparēt, vt in pleuriticis ſputum & quę ſequūtur. Quę omnia, ut clarius, & facilius comprehendi queant, Primum ſciendum quæ ſint ἐπιφαινόμενα, ſeu mox apparētia ab Hippocrate vocata, deinde videbimus, qūo hæc quoq; doceant paroxyſmos, & morborū conſtitutiones. Ἐπιφαινὸμενα, ut docet Gal. & hoc in loco, & primo de criſ. dicūtur illa, quæ haud cū morbo fiunt, ſed poſt ipſum iam factū apparēt, quaſiq; ſuperueniūt, ſiue ſigna, ſiue ſymptom. ſint, q̄ ſunt aſſidētia, iudicialia, coctionis, cruditatis, & mortis. Pathognomonica ſunt q̄ vnà cū morbo inuadūt, ut in pleuritide febris acuta, dolor, tuſſis, difficultas anhelitus. Aſſidētia, q̄ non cōſtituūt eſſentiā, nec ſemper cū morbo inuadūt, ſed faciunt differētiā morbi, ut dolor, uel ad clauiculam, uel ad hypocōdrium, ut decubitus facilior in unū, uel alterū latus, quorū exempla proponit ipſemet Hip. incontextu, ſed latè explicat Gal. ut in pleuritide ſputum, qui ſi inchoante morbo appareat, morbum futurum breuem, ſin autem poſt, lōgum ſignificat, ut apparet in hiſtoria Anaxionis pleuritici, quam quoniam Gal. locupletiſsimè explicauit, & in hoc com. & in lib. de criſib. & in ipſis comment. lib. Epid. vbi eiuſmodi hiſtoria deſcribitur, non eſt opus eam inutiliter repetere; Sat eſt ex ſignis poſt apparentibus, ſiue ſint aſſidentia, ſiue iudicialia, ſiue coctionis, ſiue cruditatis cognoſci, tum paroxyſmos, tum ipſorum morborum conſtitutiones. Nàm ſigna coctionis apparentia citò breuem, & ſalutarem morbum, ſicuti exitialia citò, citàm etiam ægri mortem prænunciant ſigna autem cruditatis quantum ſit ex ſe indifferentia ſunt, quod ad ſalutem ſpectat, uerum ſemper morbum futurum longum ſignificant. Sunt autem. ſigna cruditatis, vt in pleurit. nil expuere, aut tenue & exiguū: coctionis uerò ſtatim expuere multum, mediocriter album, æquale, illud verò dubitationē facit, q̄ cū ſoleat Hipp. breuitatis amātiſsimus ſæpè uno tm̄ adnotato, multa ſimul cōplecti, ut in hoc eodē aphoriſmo, ſub tpe tot diximus cōprehēdiſſe, hic uerò ſecus fecerit, nominans ſputum, urinam, egeſtiones, ſudores, aliaq̄. ſimilia, quæ & critica, & coctionis, atq; *Sol.*

De huiuſmodi ſignis conſule Galenū hoc loci.

crudi-

©BIUM

cruditatis ſigna vocantur dicens hæc omnia ſignificare facilitatem, vel difficultatem iudicij, & longitudinem, vel breuitatem morbi, quoniã morbus difficilis iudicij, non modo dicitur, qui longus, & difficulter iudicatur, ſed etiam qui malè iudicatur, ut iure Hipp. non contentus dixiſſe, δύσκριτα καὶ εὐκριτὰ, addiderit, μακρὰ, καὶ βραχέα. Alterum reſpon. eſt. Hippocrat. iccirco hoc in loco ſolita breuitate non fuiſſe vſum, quòd res non ita clara ſit: vel dicendum maximè hæc omnia inter ſe differe ratione loci, & materiæ, ideo non poſſe ità ſimul comprehendi, maximè cum non parum referat ea omnia cognoſcere. Aliud dubium eſt quomodo Hipp. dicat coctionis ſigna apparentia in principio breuem morbum indicare, cum certum ſit, & ab Hipp. ac Gal. pleriſq; in locis repetitum, ſigna coctionis in principio non poſſe apparere, quoniam cum coctio fiat materiæ, vt ſaltem aliqua eius portio, parti nutriendæ vniatur, & aſſimiletur, hoc non citò, ſed poſt aliquot neceſſario dies, efficitur, &c. Dicendum per principiũ non accipere Hip. primũ illum inſultũ, ſed primos tres dies, aut tempus primũ morbi, atque pro coctione non intelligere perfectam, quæ initio numquam fit, ſed aliqualem, hoc eſt inchoatam, & rudem.

Altera Reſp.

Altera Dub.

Reſp.

---

13 *Senes facilime ieiunium ferunt: ſecundo loco, qui ętatem conſiſtentem habent: minus adoleſcentes. omnium minimè pueri, pręſertim qui inter ipſos ſunt iuniores.*

SI prima facie ſuperior, & hic aphoriſmus ſimul comparentur haud quaquam inter ſeſe ullam ſimilitudinem, aut coniunctionem gerere uidentur. Sin autem rei medullam, & Hippocratis diuinum ingenium æſtimemus, haudquaquàm debemus putare, temerè hunc illi ſubiunxiſſe. Itaquè, dico Hippoc. ſibi propoſuiſse de uictu ægrotantiũ tractare, ad quẽ inſtituendũ cũ multa ſpectẽtur, & nõ naturalia, & naturalia, præſertim tẽpora morborũ, tàm uniuerſalia, q̃ particularia p̃ cæteris dixit in acceſſionib. nõ dandũ, quomodoq́; acceſſiones, ſeu paroxyſmi futuri cognoſci queant, diligenter ſatis in antecedenti aphoriſmo docuit: & quia præter alia ad inſtituendum victum, etiam ætas eſt ſpectanda nimirũ à qua ſæpè ſumitur ſua propria indicatio: ea propter in præſenti quomodo ipſa ſpectanda ſit, docet. modus autem quo utitur eſt, ut oſtendat, quomodo vnaquæq; ætas ſeſe habeat ad tolerandam uictus tenuitatem, quàm appellat ieiuniũ, quaſi hoc ritè percepto, quantum ad ætatem pertinet, medicus deinde poſſit, ubi quiſque ægrotat, melius diſcernere ad quam victus rationem ſit accommodandus, Quòd ergo dicit Hippoc. eſt *Senes. facil. ieiunium ferunt, &c.* Nec malè quantum ego puto, ſenſit Galen. qui exiſtimauit aphoriſmum immediatè ſubſequentem poſſe huic copulari, quaſi in eo huiuſce cauſſa afferatur, perinde, ac ſi dicat, pueros minimè oĩum ieiunia longa ferre, quoniam quæ plurimum creſcunt, plurimo egent nutrimento; Vt autẽ rectè intelligãtur documenta pro arte exercenda, quæ nobis ab Hippocrate in hoc aphoriſmo tradduntur operæpręcium eſt uideamus, quot uerè ſecundum Hipp. ſint ætates: cur Hipp. vtitur potiùs nomine νηστεῖας, ſiue ieiunij quàm, ἀλιγοσιτίας, uel, ἀσιτίας. Quòd pertinet ad ætates, librum habemus Hippoc. nomine editum, qui περὶ, αἰώνως ταυτρωτες,

Conexio.

Scopus.

ſiue

©BIUM

siue de ætatibus est inscriptus, atque ex libro de carnibus, seu potius de principijs totus est captus: in quo sacrosancto septennario numero, ætatē hominis totā contineri ea ratione probat, nempe, primam esse septem dierum, qua in vtero quandam rudem, neq; admodum discretam imaginem recipit: dico enim rudem, quoniam consumatam recipit masculus triginta, femina autem quadraginta duob. dieb. vt idem Hipp. testatur lib. de nat. pu. de genitura, ac de septim. partu. cęterum quum de principijs hominis, quæ in vtero fiunt, scilicet conceptu articulatione, & animatione diuersæ fuerint semper sententiæ, atque admodum sit incertum, quomodo res sese habeat, natiuitas, quæ omnibus sit conspicua primum hominis principium iure statui debere, atq; ab hac deinceps esse inchoandā ætatum hominis numerationē maximè videtur. vtrum verò q̄ ait Hipp. & à Gal. 1. de sympt. causis capit. 7. necnon à Varrone, apud Gellium est confirmatū ad probādum hominum ætatem septennario numero præfiniri, inędiā scilicet septem dierum irreparabiliter, aut statim, aut paullò post interitum afferre, alia quæstio est; cum Plinius, Albertus, alijq́; tam antiqui, quam recentiores scriptores secus asseuerent. Sed quæ Hipp. ibi dicit de ætate hominis, haud faciunt ad rem nostram, qui non de tempore hominis, quo viuit, & moritur quærimus, sed de numero, nomine, & natura ætatum, quæ non ἀιωνεως, sed proprie magis ηλικιας nuncupantur: ηλικία enim, etsi interdum Hippocrati significet ipsius ætatis florem, vt secundo prorrhet. vbi παρθένες ἐν ηλικίη, vocat virgines adultas, quæ sunt in flore ætatis: attamen propriè vocatur totius vitæ decursus certo quodam annorum spacio circumscriptus; quod spacium Dauid Propheta annis septuaginta videtur diffiniuisse; sicut Plinius lib. 11. capit. 37. ex Ægyptiorum sententia definiuit centum annis, argumento augumenti, atquè decrementi ipsius cordis. Sed veritas est huiusmodi spacium verè non posse diffiniri, nequè etiam cognosci, quod cum vitæ longitudo, ut scribit Aristot. lib. De longitud. & breuitate uitæ, posita sit in copia, puritate, atquè visciditate ipsius humidi radicalis, diuersissimæ sunt, & penitus incognitę harum conditionum mensuræ, tum in ipso homine, tum etiam in brutis. Verum de Ætatibus maior pars, & potior scriptorum eas in septem diuiserunt, infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, virilitatem, senectutem, atquè decrepitatem; infantia terminatur septem annis: pueritia quattuordecim: adolescentia viginti uno: Iuuentus triginta quinque: virilitas quadraginta nouem: Senectus sexaginta tribus: reliquis autem quicumquè sint ipsa decrepitas. Hæc enim est per septennarios numeros ætatum partitio, quas Hippocr. in lib. supradicto septimanas vocauit: sed (vt dicebam) haud in omnibus est firma huiusmodi diuisio: quandoquidem aliqui reperiuntur quibus, siue corpora, siue animi æstimentur, aut maturius, aut serius desinunt pueritia, decrepitas, alia vè ætas. Sed si tot sunt ætates, cur ergo Hipp. solas quattuor comemmorat. senectutem, virilitatem, adolescentiā, atquè pueritiam. Resp. has quatuor Ætates aliarū maximè in corporib. humanis insignes mutationes afferre, pp quas oportet vt victus quoq; ratio uarietur; qui uictus, cum indicetur à viribus, atque hæ positę sint in caloris natiui temperamento, qui est instrumentū omniū actionum proutiistud

Hominis ætas septenario dispensatur.

Hominis ætas ex Dauide.

Spatiū vitæ non ità facile diffiniri, ac cognosci posse.

Ætates quot, & quæ, quibusq; terminis claudantur.

Dubitatio Respōsio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 44 sur 867

©BIUM

mutationes euidentes patitur; sic quoque uictus mensura uidetur esse metienda; Et primum, quòd pertinet ad senes, quos dicit omnium ἐυφορώτατα ieiunium ferre; scire conuenit, non sine ratione dixisse γάροντες, quia licet ætas, quę dicitur propriè à Græcis γηρας, interdum decrepitã significet, ut adnotauit Galen. 3. aph. 31. & vsus est Arist. 7. polit. 2. quando dixit ἐστὶ δὲ ὥσπερ σώματ. καὶ τις διανοίας γηρας: verumtamen etiam aliquando uiridem, & crudam senectutem denunciat, in qua tametsi incipiat calor natiuus diminui, & consequenter multi nutrimenti necessitas deficere, nihilominus haud tantus est defectus, quantus est in decrepitis: ut ob id opus habeant frequentiori saltem, & ualidiori, licet non maiori mole nutrimenti. Etenim νηστεύειν, & νήστειν, non tantum dicitur, de ijs, qui minus cibi sumunt, & aliàs ὀλιγοσιτεῖν dicuntur, uerumetiã de illis, qui una uice tantum, aut saltem paucioribus uicibus solito, aluntur: quo pacto hoc in loco capiũtur senes crudi, qui ferunt quidem facillimè (respectu aliarũ ætatum) & paucitatem, & raritatem cibi, non autem decrepiti, quibus licet non debeatur multus cibus, ob caloris paruitatem, debetur tamen refectio crebrior, eò quòd in dies cadunt magis ipsorum uires: atque de his loquebatur planè Galen. 5. de tu. valet quando præcipiebat, ut senes ter in die cibarentur, atque hoc totum intelligendum est in vniuersum: quandoquidem reperiuntur interdum aliqui etiam in extrema senectute constituti, adeo robusti, qui sicut ex sententia Corn. Celsi facilius ferunt sectionem uenæ iuuenibus infirmis, ità quoque possunt ieiunium ferre leuius. Secundò loco statuit Hippo. eos qui in consistenti ætate seu utilitate positi sunt, quos iure ait minus posse ferre ieiunium quàm senes: uocat autem καθεστηκότας eos, qui positi sunt inter senes, & in uigore constitutos, quos ait minus posse ieiunare, propterea quòd (ut innuit in sequenti aph.) plus habent caloris, & ideò plus consumunt, & coquũt: ut hac ratione ieiunantes nimium non modo corpus colliquent, uerumetiam infirmiores uires, imò & ingenia, & animos minus aptos contemplationibus, atque actionibus reddant: ut longo & admirabili discursu disputat D. Basilius (qui & medicus fuit) in aureo illo de Virginitate libello. Hac in re tamen plurimum ualere consuetudinem ubique, & præsertim primò, & secundò de uictu acutorum docet Hippocr. ut minimè mirum sit, quod de Essęis Hebræorum philosophis scriptum reliquit Eusebius Cæsarienſis, qui dixit eos semel tantum in hebdomada edere, & semel aluum exonerare: consueuisse quòd non potest adscribi, nisi consuetudini cum alioquin Hippocrat. lib. de principijs (ut etiam testatus est Plin. libr. 11. capit. vlt.) dixerit septem dierum inędiam lethum afferre: Nàm, & Erasistratus apud A. Gellium 3. capit. lib. decimisexti dicit, ieiunantibus nimium, ità cohærere intestina, ut nequeant deinde cibum recipere. Tertio loco μειρακια, idest adolescentes, ponit, quasi uerò post ætatem consistentem hæc minus idonea sit sustinendis ieiunijs, ob maioris caloris consumentis copiam: & certè si de vllis potest verum esse illud, quod scribit Plinius loco citato ex sententia Hippocr. nimirum non prandentium exta lædi, & animalia hyeme latentia, ob ieiunium intestina habere in sese ita coacta, vt opus habeant Archano cuiusdam herbæ remedio pro ijs dilatandis, planè conuenit ipsis adolescentibus,

Senes alimento ualidiori, nõ tamen quoad molẽ, frequentius cibandi.

Essęi Hebræorum Philosophi semel in hebdomada comedebant.

qui si

©BIUM

qui ſi interdum fruſtrentur debito nutrimento, ſtatim conſumi conſueuerunt, ut propterea ipſis concedatur, ea ieiunia non obſeruare, quæ alioquin Chriſtiani quilibet exercere tenentur. Quarto loco ponit pueros, quos iure dicit omnium aliorum minimè tolerare poſſe ciborum paucitatem, & præſertim viuidiores, eò quod omnium, ut dicemus inſequenti, maximè augentur, atquè calidiſſimi ſunt. Etenim ad multam auctionem, opus eſt materia multa, quæ ſolum à cibis multis, beneq; coctis, & præparatis ſuppeditatur. Atque hęc eſt tota, & integra preſentis aphoriſmi ſententia: cuius uſus eſt præclarus, tam in ſanis ad cõſeruandam ualetudinem, ac robur, quam in ægris: ſiquidem, ubi febricitat puer, haud ęquè alendus, & ſub arcta dieta continendus eſt, ac ſenex, aut uir. Sed dubitabit aliquis cur Hippo. ſicut uarietates indicationum pro nutriendis corporibus hominum accepit ab ætatibus, non ità quoq; accepit à ſexu: quandoquidem uidetur rationi conſentaneum, ut alio pacto nutriantur mulieres, alio uiri, quemadmodum aliter ſenes, & aliter pueri. Ad quam dubitationem multis modis licet reſpondere, uno quod mulieres differunt à uiris, dumtaxat ſecundum inſtrumenta generationi, & fœtus nutritioni deſtinata: In reliquis inſtrumentis & operationib. naturę, haudquaquàm differunt: undè Plato non malè in lib. de repub. (ut etiam diſputat ibi Proclus) ſenſit, mulieres ęquè, ac uiros debere inijſdẽ corporis & animi ſtudijs exerceri, quod habeant eadem inſtrumenta, & eaſdem operandi facultates. Alio modo reſponderi poteſt, quòd etſi aliqua poſſit eſſe diuerſitas in nutriẽdis maribus, & fęminis, ea tamen ita exigua eſt, & adeo pauci momenti, ut non mereatur peculiarem, & diſcrepantem tractationem. Tertio modo reſpondere poſſumus Hippo. non tradidiſſe theoriam diuerſitatis indicationum à ſexu, quoniam ſi quæ differentia poteſt haberi, illa tota comprehendi poteſt à ſolertibus ingenijs, habita ętatum diligenti conſideratione. Sicut enim docet Hipp. corpora puerorum eſſe plus alenda, quod calidiora ſint, pariter colligere licet ſemper uiros, qui ſunt calidiores fęminis, uberius eſſe nutriendos.

Pueri febriẽtes nõ ità arctè cibandi, ut Senes; & uiri.

Dubitatio.

Solutio 1.

Solutio altera.

Tertia reſponſio.

---

14 *Qui creſcunt plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento: alioquin corpus abſumitur. Senibus verò parum calidi innati ineſt, paucis propterea fomitibus egent: quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob cauſam febres ſenibus non ſimiliter acutę fiunt: frigidum enim eorum corpus.*

ET in duodecimo, & in præſenti aphoriſmo interpretandis ſatis profuſus fuit Galenus: Sed excuſatione dignus, tum quia etiam Hippoc. tranſit breuitatem aphoriſticã, tum quia res grauiſſimæ ſunt, & ob id lõga diſcuſſione dignæ; Nos verò quanto breuius fieri poterit, eos facere claros adnitemur: & primum, quòd pertinet ad connexionem cum ſuperiori, ſatis ea manifeſta eſt, ſiquidem, & hic maximè pertinet ad inſtitutionem victus complendam ab ipſa ætate captam; & quamquam in tertio libro, atque etiam in antecedente aphoriſmo, plures ætatis gradus conſtituerit, hic tamen duos tantum accepit extremos nempe pueritiam, atquè ſenectutem, tum quia dichotomiæ amantiſſimus Hip. nimirum caloris, & frigoris, has tantum duas ætates calidam, ſcilicet & frigidam

Connexio

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 46 sur 867

©BIUM

proponere voluit, tum quia extremorum intellecta ratione viuendi facile est,
Scopus huius aph. mediorum quoque reperire, itaque scopus Hipp. in præsenti sententia idem est generaliter, qui & in antecedente, peculiariter uerò est; monstrare quomodo se debeat medicus gerere in præscribendo victu puerorum, quos plurimum augeri certũ est; Est enim sententia tota curatoria, pertinés ad partem diæteticam, quæ in tres partes diuiditur, quarum unaquæq; rationem coniunctam habet, Prima igitur pars est, *quæ plurimum crescunt, &c.* Circa quam tria sunt paullò diligenter consideranda primum erit, quæ sit vniuersa caloris natiui idea, siue natura; Secundum quomodo calor natiuus sit causa auguméti omnium viuentium,
De calore natiuo q. dam scitu digna. & quomodo, vbi nõ habet debitum alimentum, nõ modo nõ augeat, sed potius diminuat corpora; Tertiùm erit, vnde fiat, vt cum homo plus caloris natiui habeat, quam quoduis aliorum animalium, haud tamen excedit omnia in magnitudine totius corporis, sed complura habeãtur, quæ multò maiora sunt ipso homine. Circa primum varie fuerunt opiniones, atque disceptationes de numero
Quattuor calores in quolibet animali. calorum, qui ad generationem, & conseruationem animalium concurrunt, & qui quatuor effecerunt, non mihi uidentur aberrasse, siquidem rerum ipsarum naturam, atque ordinem considerantibus, unumquodq; animal primum fit corpus, quòd cum constituatur ex quatuor elementis, certissimum est elementalem calorem oportere in vno quoque corpore conseruari: factum corpus, deinceps, fit viuens, quòd cum sit diuersum à non uiuente corpore, atq; uita à calore pendeat, vitalem quoque calorem ipsi ineſſe oportet; Sed quis sit hic calor uitam
Calor vitalis quis nam sit. præstans, haud ità compertum habetur: veruntamen, ne longius abeam, semper iudicaui statuendum, hunc calorem nullum alium esse, quàm celestem illum per omnia dissem inatum, de quo loquebatur Aristot. 2. de gener. animalium cap. 3. & 2. physicorum quando dixit Solem, & hominem generare hominem, & de quo Virgilius 6. Æneidos loquebatur hoc uersu; *Igneus est ollis vigor, atque cælestis origo*. Hunc significasse puto Hippoc. in lib. de carnibus ubi dixit calidum quod vocamus immortale esse cuncta intelligere, uidere, audire, & scire omnia præsentia & futura, quasi huiusmodi celestis calor, sit instrumentum, quo animus humanus utitur ad operandum. Tertius calor est qui
Calor implantatus. ἔμφυτον, siue implantatus uocatur, propterea quod cunctis partibus corporis tenacissimè inhæret, & quamquã paullatim imminuatur donec uiuitur, vt primo de tu. valet. Gal. docet, attamen semper est, semperq; operã præstat corpori ad uiuendũ, augendum & generandum. Nè verò properantius consumatur, à corde quod est fons illius, ob idq. à Pytagoricis ἑστία, & Iouis sedes vocatum est, assiduo quartus calor
Calor influens. suppeditatur, qui influẽs propterea uocatur à medicis, quoniam continuo à fonte influit omnibus partibus, ne implantatus perdatur citiùs quàm par est. Quid autem sit hoc postremum calidum natiuum scilicet, tam innatum, seu implantatum, quàm influens inter scriptores diu controuersum est, quòd autem putauit Galenus lib. aduersus Iycum, (atque etiam ipse opinor) est, naturam & substantiam calidi innati, atque influentis nil aliud esse, quàm substantiam humidam, calidam, spiritibus plenam, quam naturam, atq; animam ipsam esse, idẽ Gal. lib. de trem. & rigore cap. 6. asseruit: dico enim substantiam calidam, atquè humidam, quoniam id totum, quòd calidum innatum uocamus fit ab initio ex

seminis

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 47 sur 867

©BIUM

ſeminis, & ſanguinis menſtrui purioribus partibus: volebat autem menſuram huius caloris vniçuiq; tribui conceptionis principio, ſed ſtatim incipere minui, cõtrà Ægyp. (ut docuit Plinius) qui huius caloris domicilium eſſe cor putabant, ꝙ ét augeri uſq; ad quinquageſimũ ætatis annũ, atq; inde poſtmodum decreſcere arbitrabãtur. Sed rationi magis cõſentaneũ uidetur, haud calidũ innatum, quãdo corpus eſt adeo puſillum, eſſe in ea menſura, qua eſt ubi corpus iam grandè factum eſt, ſed prout extendũtur viſcera, & membra, ſic calidum innatum extendi, donec incrementum naturale finiatur. An verò Crocodillus ſemper vſq; ad mortem augeatur, vt tradunt ex aliorum ſententia Ariſt. 5. de Hiſt. animal. cap. 33. Nec non lib. 8. c. 25. & Plinius, difficile eſt creditu: cum omnibus viuentib. auctionis terminus ſit datus; Nec dubitari oportet, quin augumentum ſit caloris natiui opus qui non alio modo, (ut ſecundo loco conſiderandum propoſuimus) operatur quàm nouã materiã addendo, eamq; per prẽparationẽ, & coctionem diſponendo, ità ut non ſolum extendi, verumetiam vniri, atque agglutinari, & aſſimilari poſſit. fit autẽ huiuſmodi additio, donec calor natiuus robuſtior eſt calore ambientis, ità vt plus apponat, atque aſſimilet, quam hic diſſipet, & conſumat: quo tempore per omnes dimenſiones additionem faciens, conſequẽter augumenti cauſſa eſt: vbi verò infirmior, atque plus eſt quod detrahitur, aut æquale, uel nullum ſit incrementum, uel etiam ſubſtantia diminuitur, propterea q. fit decrementum. Iam uerò cur aliqui celerius aliqui tardiùs augeantur eadem eſt, quę in plãtis ratio: quarũ enim humidum tenuius, & paucũ eſt, celeriter, ſed parum creſcunt, quarum uerò humidum tenue, ſed multum eſt, & citò, & multum augentur, ut ſalices & populus. Contrà quæ viſcidum, & copioſum, illæ multum, ſed tardò augentur, cuiuſmodi reſiniferæ omnes ſunt, ſic quę, & uiſcidum, & paucum nõ ſolum tardò, ſed parum augentur. Idem contingit in homine, atque alijs animalibus, ut quæ plurimum humidi uiſcidi habent plus augeantur, ſed tardius, contrà, quę tenue, & exiguum, uel multum: parum, uel multum & celeriter creſcũt. Sed grauis eſt dubitatio, ſi calor natiuus eſt cauſſa augumenti, & quæ creſcunt, eum habent plurimũ, qui fit vt belluę marinæ, & multæ fluuiatiles vſquè adeo creſcunt atq; multo magis, quàm tereſtria: nã ea terreſtribus, & prẽſertim homine eſſe calidiora nemo dixerit. Reſpondendum id quod diſputat Plutarcus 5. Sympos vlt. ſcilicet ſalem, & omnia ſalſa maximè ad fęcunditatem piſcium conferre, quo fit vt etiam magnæ belluę in mari oriãtur, quod ad venerem continuò ſalſuginis opera ſtimulentur. Magnitudinis autem ipſorũ cauſſa eſt humidũ copioſum atq; extenſibile ex quo giguntur & alluntur; neq; dubitandum eſt, caloris illius celeſtis copia abundare, cum aſſiduo à ſole tractentur: etenim idem Plutarc. in quæſt. naturalib. quærens cur alij humores motu, & agitatione refrigerentur, mare verò potius in caleſcat, Reſpondet cęteris humoribus calorem, qui ineſt peregrinum eſſe, & propterea motu excludi, mari verò quia calor natura ineſt, non expellitur, ſed potius excitatur, ſignũ verò, ꝙ calor inſit natura mari, dicit eſſe quia ſplendet & nunquam glaciatur. Erat tertiũ propoſitũ cur homo cum ſit calidior, & humidior cęteris animalib. non tamen alijs quibuſquè magis augetur, pro qua re dicendum eſt, verum eſſe multa animalia reperiri minus calida, & humida ipſo homine, quæ tamen magis

Cor vſquè ad quinquageſimum annum augeri Aegyptij cenſebant.

Crocodillus an ſemper augeatur.

Auctio quomodò fiat.

Cur aliqui tardius aliqui verò celerius augeãtur.

Dub.

Reſp.

©BIUM

Auctio à quibus efficiatur.

gis creſunt,& ſubinde proceriora euadunt.ſed(vt dicebam)auctio cumefficiatur non tam à calore, quàm ab humido tenui, atque extenſibili, fit, vt quæ habent hoc humidum extenſibile copioſum, etiamſi non adeo calida ſint,maius incrementũ ſuſcipiãt, ijs qui viſcidius humidũ,atq; illud minuscopioſũ habẽt,cuiuſmodi eſt homo,qui cũ deberet diutius viuere,quàm alia bruta,opus fuit humidũ haberet non tantum copioſum , & lentum,verumetiam purum:atquè hæc eſt ratio propterquam animalia maritima ſunt terreſtribus maiora,ut egregie diſputauit Plutarchus in lib. vtrum prudentiora ſint aquatilibus terreſtria animalia; Itaquè modo patet,quid ſit calidum innatum; cur verò quæ plurimum habent huiuſmodi calidi,plurimum quoq; creſcant,vt ſubiungit Hipp.non eſt arduum inuenire cauſam,quandoquidem ſi incrementum fit,eo quod plurimum materiæ ſingulis partibus adijciatur,& plurima materia tunc additur, cum id quòd ſumitur maxima ex parte in vtilem conuertitur, atq; hoc fit quotieſcumque cibus qui ſumitur, optimè coquitur, & ad nutriendum præparatur,certè hoc fit in ijs,qui multũ natiui caloris habent;quippe qui ſit uerum inſtrumentum,imò uerus author omnium naturalium functionum,& præſertim coctionum, ſine quibus nulla fit nutritio, neque auctio. Igitur ueriſſima eſt hæc propoſitio, & conuertibilis, *quæ plurimum creſcunt plurimum habent caloris*, & è conuerſò, *quæ habent plurimum caloris natiui plurimum creſcunt*: ſubiungit Hippocrat. *Igitur pluri egent nutrimento, &c.* Veriſſimam eſſe hanc Hippocratis illationem haudquaquam debemus dubitare; Siquidem cum calor,vt ſuſtẽtetur ſemper indigeat pabulo, atq; ob id eo priuatum, conſumat quicquid humidi alimentalis ineſt partibus,ſit ut quo maior eſt, eò plus pabuli requirat, ne cogatur à dictis trahere,atque illas conſequenter abſumere. iàm uerò corpora puerorum creſcentia,ſi habẽt plus caloris, plus quoque pabuli requirunt,alioquin fit quod ait Hippoc. ſcilicet vt corpora ipſorum conſumãtur, perinde ac lucerna deficiente oleo conſumit elychnium: conſumuntur etiam corpora deficiente alimento, quoniam impeditur augumentum, vt videmus illis catellis accidere, quas volumus paruas conſeruare, quibus & cibus, & potus ſubtrahuntur. Atque hæc de priore parte: ſequitur ſecunda quæ eſt *Senes, &c.* quæ & ipſa diuiditur in ſententiam, & ſententiæ rationem: Sententia eſt, *Senes habere parum caloris innati, & propterea paucis fomitibus egere*: Ratio verò eſt, *quoniam à multis extinguuntur*: De quibus ſenibus an intelligat Hippocrat. nonnulli dubitant; Verum ratio ipſa docet, de nullis alijs potuiſſe ipſum intelligere, quàm quibus minimum ineſt calidi innati, cuiuſmodi ſunt, qui in decrepita ętate ſunt conſtituti;his enim quantum plus ciborum dederis,tanto magis pusillus ipſorum calor ſuffocabitur, perinde ac ſi paruo igni multa ligna ſuperpoſueris: quamquam hoc quandoque fallere experientia,(vt retro etiam diximus) monſtrat,cum interdum reperiantur decrepiti,qui ſi non multum edant, citius conſumuntur, vel quia robuſtum calorem habent, vel quia multum edere ſint aſſueti, qui tamen reſpectu ſuæ iuuentutis pauciore cibo egent: rurſum ſunt alij quos etiam primo ſenio ſi pluſculum alas, puſillus eorum natiuus calor ſtrãgulatur. Et Plutarchus ſexto ſympoſ. 1. quærens cur ieiunantes potiùs ſiti quàm fame vrgeantur, antecedentẽ aphoriſmũ citans inquit, pueros ob feruorem eſſe voraces,

Cur quæ plurimum habent caloris plurimũ creſcant.

Secunda pars aphoriſmi.

©BIUM

voraces; at ſenes facile ieiunum ferre, quod eorũ calor iam ſit retuſus, vt inexanguibus animalibus, quæ ob caloris inopiam, exiguum alimentum requirunt: & ieiunantes potius ſitire ſcribit, quoniam calor debito alimento priuatus, ſeſe vertit ad humidum, quo conſumpto fit ſitis. Tertia pars aphoriſmi eſt, veluti corrolarium quoddam cum ſua ratione: ſenes propterea à febribus acutis non tentari, quoniam eorum corpora ſunt frigida: nam quod rarò tententur febribus magnis, veluti ardentibus, & peſtiferis experimento conſtat: ob quod etiam dicebat Plinius ſimilia corpora haudquaquam peſte tentari, & Auicennas quoq; dicebat ſenum febres eſſe ſepultas, & ratio euidens eſt; quia quo magis corpora ſunt imparata ad febres ſuſcipiendas, eo minus illis capiuntur, atquì frigida corpora magis ſunt imparata, quoniam magis reſiſtunt cauſſis febrilibus, igitur minus tentantur; Atque hæc ſunt, quæ ab Hippocrate in præſenti aphoriſmo traddũtur, & circa quæ ſunt nonnulla paullò diligentius conſideranda, vnum eſt, quomodo intelligatur, vnum plus calidi innati habere, quàm aliud. & vtrum huiuſmodi calidum poſſit augeri aliqua ratione, aut ſaltem conſeruari, ne indies minuatur. Alterum eſt, quæ ſit vera cauſſa, propter quam ſenes ità paucis cibis egeant, & quomodo intelligatur egere pauco nutrimento, an ſcilicet mole, an vicibus; Tertium eſt, cur Hipp. dixit potius ſenes egere paucis fomitibus, ſcilicet ὑπεκκαυμάτων, quàm τροφῶν, ſiue alimentis, cum dixerit ſupra, quæ plurimum creſcunt pluri egere nutrimento, non autem pluri fomite; Quartum, & poſtremum eſt, an verum ſit minus acute febrire ſenes: ſiquidem cum calor natiuus ſit, qui continet, & conſeruat humores, ne à cauſſis externis lædantur, ac in ſenibus multi ſint humores, ac paucus calor natiuus, videtur rationi conſentaneum, vt in ſenibus poſſint facilius humores putrefieri & largius, atque conſequenter ſæuiores febres excitari. Circa primum dicendum eſt, aliquid dici alio calidius tripliciter: vel ſimpliciter, vel reſpectu alterius ſimiliter calidi, vel reſpectu ſui ipſius diuerſis temporibus. Qui creſcunt plurimum, non ſimpliciter dicuntur habere plus caloris, nec reſpectu aliorum animalium, ſed reſpectu ipſorum in alia ætate acceptorum, nempè in ætate vigente, & ſenili: atque hoc fit, quia plus humidi ſubſtãtialis habẽt, quo ſuſtentatur, aut (vt ità dicam) vigoratur calor, qui licet non verè augeatur, cũ vnumquodq; à natiuitate propriam habeat eius mẽſuram, attamen extendendo, coquendo, vniendo, & aſſimilando humidum, ꝙ quotidie ſuppeditatur ab alimento, eſt in cauſſa, vt corpus augeatur, abſq; quo ipſe augumentum vllum ſuſcipiat: nam ſi ipſius caloris ſubſtantia, & forma augeri poſſet, conſequenter poſſet hominis vita longiſſimè protrahi, atque corpora fieri maximè procera. Verum licet calor natiuus non dicatur augeri ſimpliciter, dicitur tamen augeri quo ad effectum: quia plus coquit: vnde dicebat Auicen. pri. primi doct. 3. cap. 3. ſenibus non augeri calorem natiuum, quia coctiones omnes diminuuntur, nec ſuppeditatur debitum alimentum corpori, ſicut è conuerſo augentur coctiones, vt dicit Gal. 3. de temp. cap. 4. vel ob contractionem caloris ipſius ad viſcera, vel ob remotionem impedimentorum, ſcilicet excrementorum, atque obſtructionum, vel ob rerum adiuuantium appropinquationem; quare id verum eſt, nõ augeri ſimpliciter, & ſecundũ ſui ſubſtantiam calidum innatum, ſed augeri illius opera, & effectus, ob hocq. dici modo plus, modo

Cur ieiunantes potiũ ſitiãt.

Cur febres ſenũ ſint ſepultæ.

Quæſitã aliquot.

Primum.

Secundũ.

Tertium.

Quartũ.

Ad primum aliquid dicitur calidũ alio multipliciter.

Calor natiuus non augetur ſimpliciter ſed quo ad effectũ

©BIUM

Ad secundum.

modo minus illius ineſſe corpori. Circa ſecundum dicendum puto veram cauſam propter quam illi, qui ſunt in primo, & ſecundo Senio, egent pauco alimento eſſe, quoniam potius decreſcunt, quam creſcant: & ſicut verum eſt, creſcentia plurimum, egere multo alimento, ſic viceuerſa verum eſſe debet, decreſcentibus minus deberi: quod verò Senes decreſcant, ipſe ſenſus monſtrat, atq; hoc deberet tribui cordi, ſi verum eſſet, quod ſcribit Plinius exiſtimaſſe Ægyptios, atque Pythagoricos, nẽpe cor ipsũ augeri duabus dracmis, vſq; ad quinquageſimum ætatis annum, ac totidem vſq; ad centeſimum minui: propterea q́ue ætatem hominum haud vltra centeſimum annum produci poſſe. Itaq́ue cauſſa vera propterquam ſenes pauco cibo egent, eſt quia decreſcunt, & decrementi cauſſa eſt paucitas natiui caloris, ob cordis magnitudinem imminutam, vt dicebãt Ægyptij, vel potius ob illius refrigerationem: & cum dicitur paucus cibus, intelligendus eſt æquè paucus ſecundũ vim, atque ſecundum molem: ſiquidẽ multò plus laboris inſumit calor natiuus in conficiendo magnæ virtutis alimento, quàm in paucæ, eo quod vt dicit Gal. 7. Meth. q̣uę multum nutriunt, humidum habent tenax, craſſum, & conſequenter ſuperatu difficile. ſed quia vires in ſenibus in dies magis dilabuntur, opus eſt eas ſuſtentare nõn quidem multo cibo vna, uel duabus uicibus, ſed pluribus accepto: ſic enim meliorem quod capitur, coctionem aſſequitur, & plus vtilis nutrimẽti corpori accedit: vnde firmius redditur corpus, quàm ſi vna, vel duabus vicibus plus ſumatur, quàm cõfici queat; dicebat enim Hipp. 1. de diæta, ſenes eſſe frigidos, atque humidos, quia ignis quidem receſſus contigit, aquæ autem acceſſus. Vnde lib. de ſalubri diæta dicebat ſeniores magna ex parte uictu ſicciore eſſe nutriendos, ſicut etiam dixit libro de alim. cibum ſenum debere eſſe ἀκροσαπὲς, ideſt ualde maceratum, quaſiq́. ſuperficietenus putrefactum, quò ſcilicet poſſit facilius à calore natiuo, alioquin debili, confici; Circa tertium non eſt exiſtimandum abſque ratione Hippocratem mutaſſe uocem τροφὲς, in uocem ἐπεκκαυμάτων; quoniam nutrimentum quod capiunt illi, quorum corpora adhuc augentur, uix ad quicquam aliud ipſis proficit, quàm ad ſuſtentandum calorem illorum exiguum, ne citius dilabatur, quàm illius terminus præfixus à natura poſcit, ultra nihil operatur, neque ad augumentum carnis, nec ad aliud quicquam: quæ eſt etiam cauſſa propter quàm ſeniores ſemper magis extenuantur, atque nigreſiunt, necnon paullatim ſenſus omnes amittunt, ut uerè dixerit Plautinus ille *malam mercem eſſe annos*. Circa quartum, & ultimum dicendum eſt, morbos acutos fieri à bile ut etiam Ariſt. dixit 4. de partibus animalium 3. at in ſenib. dominatur pituita: ad hęc puſillus calor ſenum in materia frigida nõ poteſt multũ igniri, & quãquàm à pauco natiuo calore minus gubernentur humores, non tamen fit, ut tantam putredinem aquirant quemadmodũ in iuuene: unde fit etiam, ut quod ait Plinius, rationi conſentiat corpora ſenilia minus à peſte tentari. Eſt autem utilis aphoriſmus hic ad inſtituendum uictum, &c.

Aegyptij & Pythagorici q̣d de hoīs auctione ſentirent.

Cibus ſenum qualis ex Hip.

Ad tertiũ.

Ad quartum.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 51 sur 867

©BIUM

15 *Ventres hyeme, & verè natura calidissimi sunt, & somni longissimi, quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda. Etenim tunc calor innatus, plurimus est: vnde & pluribus egent alimentis, indicio sunt ætates, & Athletæ.*

SI longitudinem huiusce sententiæ spectemus planè aphorismi terminos excedere uidetur; Si etiam rem ipsam, uidentur plures aphorismi simul coniuncti; Verum quia & Galenus, & alij ipsum tamquam vnum sunt interpretati, nos quoque idem faciemus, ordine nobis consueto seruato, scilicet ut primum connexionem cum superiori tradamus, deinde naturam ipsius speculemur, diuisionemq́. afferamus, postremò singulas particulas paullò diligenter expendamus; Et quantum pertinet ad primum, diuersi diuersos modos continuandi proposuerunt; At mihi illa magis placet, quàm etiam Galeno placuisse uideo; scilicet cum Hippo. sibi proposuisset, partem diæteticam medicinæ primum omnium inuentam (ut lib. de arte Vet. ab ipso traditum est) necnon tempestate sua, aut neglectam, aut saltem parum excultam, absoluere (quantum tamen exigit aphoristica doctrina) atque in superiori aphorismo de ipsa (ætatis respectu habito) esset locutus, in præsenti de eadem tempestatis, & consequenter regionis (nàm utræq́. sub vno capite solent comprehendi) respectu habito, sibi loquendum esse proposuit; Et quamquam huiusmodi contemplatio uideatur potius attinere ad uictum bene ualentium, attamen etiam ægrotantibus conuenire non est dubitandum; quandoquidem ubiq́. Hippocrates præcepit, tum in iudicijs faciendis, tum in curandis ægris, rerum non naturalium, atq; etiam naturalium, magnam rationem haberi: Natura uero aphorismi est sententia multiplex cum ratione, atque pertinens ad partem medicinæ diæteticam: Diuidi autem potest in quinque particulas, quarum alia est sententia, alia conclusio, alia ratio conclusionis, alia ratio rationis, alia signa. Sententia autem principalis est. (*Ventres Hyeme, & verè calidissimi atq; somni longissimi.*) Quæ sententia licet nuspiam alibi ita explicata apud Hippocratem reperiatur, attamen à Galen. plerisq́. in locis citatur: Quid autem per uocem αἱ κοιλίαι, idest ventres intelligat; Iacobus conciuis explicauit, dicens omnes cauitates corporis ab ipso complecti, cuius sententia tametsi nullam absurditatem habeat, magis tamen mihi placet, pro uentribus accipiendas esse tantum illas partes cauas, in quibus celebrantur coctiones, & de quibus Gal. 7. de vsu pretium, cap. 2. & lib. de inęquali intẽp. cap. 1. & præsertim pectus, atquè hypochondria: in quibus viscera, tam naturalia, quàm spiritualia sunt collocata. *Hyeme, etuere*, Hæ duæ anni partes sæpè numero simul capiuntur ab Hipp. quemadmodum æstas, ac autumnus, quoniam naturam ferè eandem, aut saltem similem habent, qua etiam ratione factum est, ut ipse, qui maximè dilexit illam à Theophrasto etiam celebratam dichotomiam, sæpius annũ in solam hyemem, atq; æstatẽ diuiserit. *Calidissimi* Nõ contentus Hipp. dicere calidos, uel calidiores esse uentres maluit dicere calidissimos, atque hoc non simlpiciter sed φύσει, idest natura. Quod autem uentres animalium ijs temporib. sint calidiores, quàm alijs uerissimum est, atquè facilè comprobatur operationibus ipsius naturę, quæ tunc multo meliores efficiuntur, quã æstate, & autumno: nam de æstate dicebat Arist. 2. probl. sec. 21. Æstate ma-

Continuatio.

Propositũ.

Diuisio.

Quid per (Vẽtres) intelligat Hipp.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 52 sur 867

©BIUM

gis esse prouocandum sudorem, quoniam tunc deteriores fiunt coctiones, & plura excrementa, quæ opus est, ut per sudorem euacuentur. De autumno similiter dicebant Hippoc. Aristot. & Plutarchus in symposiacis eum, tum esse morbosissimum ferinumq; tumq; turbulentorum, & prauorum insomniorum authorem, ꝙ in illo naturalia opera non ità perficiantur, quemadmodum deceret, secus quã in hieme, & uere quãdo natura perfectiores edit actiones, quòd ipsius instrumentum nempè calor naturalis sit maior, atque uegetior; non tamen ob hoc dicere conuenit, esse maximum, & validissimum, nisi dicamus ab Hippocrate usurpari sæpe nomina superlatiua pro cõparatiuis. Atqui quomodo dixerit φύσει, idest natura, quasi uerò caliditas naturalis in hyeme augeatur non paruam dubitandi occasionem præbet: siquidem natiuus calor, hoc est substãtia illa spiritalis, & seminaria, haud quaquam incrementum suscipere valet, imò potius statim à natiuitate vsq; ad interitũ diminuitur. nisi dicamus pro calore, eũ intelligere, quo opera cordis in dies cõmunicantur cunctis partib. internis, & præsertim cauis: quiq; frigore aeris ambientis intrò magis coactus, sese maiorem (quo ad operationes saltem) ostendit; & propterea natura maximus dicitur ab Hippocrate, quoniam hoc est à natura comparatũ, vt vbi calor eiusmodi magis retinetur ne expiret, & dissoluatur, eò etiam viuidior atq; fortior euadat: quãquam, (vt etiam optimè dicit Gal. in comm.) minimè hoc perpetuum est: quia, quæ natura habẽt pusillum hunc calorem natiuum, is potius à frigore vim & detrimentum patitur, quã vt augeatur. Vndè dicebat Arist. 4. sect. probl. ex Hesiodi sententia feminas minus hyeme ad veneris vsum sollicitari, quoniã exiguus earũ calor ab ambientis frigore, magis adhuc lęditur: & operatur secus q̃ in masculis, in quib. calor alioquin maior, potius à frigore coactus, maior euadit: & hęc etiã ratio est, propter q̃ debilem calorem natiuum habentes, hyeme minus cibum appetunt, & minus coquunt. Dici etiam potest ab Hippocrate positam esse illam particulã φύσει, quoniã id quidem cõi natura est comparatũ, verum ob peculiares proprietates aliquorum, contrarium accidit, atq; id est, qđ voluit dicere Hippo. 3. aphorism. 2. vbi dixit naturarum aliæ bene, vel malè ad æstatem, aliæ ad hyemem se se habent: *Et somni longissimi;* Nec est dubiũ, quin hoc ẽt in loco vtatur Hipp. voce μακροτάτοι, idest longissimi pro voces μακροὶ, idest lõgi, alioquin falsissima esset: si quidẽ somn⁹ hyemalis cõparatus cęteris, haud quaquã in omnib animalib. est longissimus, exceptis tamẽ vrsis, glirib. alijsq; similib. quæ ab Arist. διαύρι-ξοντα, & φολεύοντα. nuncupantur) sed uel ęqualis, vel paullò longior. Verum hoc in loco oritur nõ leuis dubitatio qm̃, Alex. aphrodis. lib. 1. quęst. naturaliũ c. 20. quærens cur, si somnus fit, ob retrocessionẽ caloris natiui ad interiora, ęstate tamen somnolentiores sumus q̃ hyeme, vnde uidetur pro certo cõstituere somnos æstate longiores esse, contra quàm dixit non solum Hipp. hoc in loco, uerũetiam Arist. xj. sect. probl. 17. ubi quærens cur hyeme uoces fiant grauiores inter alias caussas, & illã affert, ꝙ homines tunc temporis somnolentiores sint, ac plus dormiant. Pro cuius dubitationis ressolutione dicendũ est, Alexandrum tres caussas attulisse sui problematis. Vnam, quæ est secunda in ordine, ꝙ somni æstate nõ sint uerè lõgiores, quã hyeme, sed ità appareant, pp noctiũ breuitatẽ, ob quã cũ hoies ẽt interdiu dormiãt, uidẽtur ob hoc ad somnũ propẽsiores. Alterã respõsionẽ (quę est prior in ordine) affert Alex. iccirco dormiri plus ęstate, qm̃ calor natiu⁹ debilior

Dubitat.

Solutio 1.

Quid per calorem hoc loci Hippoc. intelligat.

Fœminæ hyeme min⁹ salaces.

Altera responsio.

Dubitatio pulchra.

Solutio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 53 sur 867

©BIUM

debilior cum ſit circa pectus ob eius ad circumferentiam diffuſionẽ tardius diſſoluit eam euaporationem, quę cauſſa eſt ſomni, ſicut è contra hyeme idẽ calor robuſtior exiſtens circa pectus, citius diſſoluit eoſdem halitus, vnde minus durat ſomnus. Tertia & vltima cauſſa quàm proponit Alexander, eſt æſtate à calore exteriori exſiccari multo magis quã hyeme ſenſoria, ob idq̃. debiliora effecta minus poſſe proprias functiones exercere: atq; inde fieri ſomnum, quem dicere ſolebat Ariſtot. eſſe veluti ſenſuum ipſorum vinculum; Itaq; ſi primam accipiamus Alexandri reſponſionem facilè conciliari poteſt cum Hippo. Namq. Alex. ſecundum apparentiam locutus eſt, at Hipp. ſecundum veritatem: ſin verò aliàs duas reſponſiones attendamus dicere licet, melius Hippocratem ſenſiſſe, quãdoquidem, vt eſt calidum natiuum hyeme potens ad illas euaporationes diſſipãdas, ità potentius eſt ad eas attollendas, ex multa materia, quę ſuppeditatur, tum à copioſiore cibo, tum à materia pituitoſa dominãte, ac ſubinde ad ſomnum excitãdum; Similiter etiam dicere poſſumus de poſtrema ipſius ratione, ſcilicet cũ ſomnus fiat à blanda euaporatione humida, atq; æſtate magis ſiccum dominetur, à quo fiunt vigiliæ, æquũ eſt tunc minus dormiri, quàm hyeme. Niſi quoq; dicere placeat, aliud eſſe profundè dormire, aliud ad ſomnum inclinari, nam hyeme proculdubio profundiores, & longiores ſunt ſomni, æſtate verò magis inclinamur in ſomnum, & ſæpius ob ſenſoriorum debilitatem, vt ait Alex. *In his igitur temporibus*: hæc eſt illatio, quã Hipp. ex præcedentibus facit, quaſi ita argumentari voluerit; Tunc eſt plus cibi dandum quando melius & facilius coquitur, ſed hyeme, quando calor internus maior eſt, & ſomni longiores cibi facilius & melius coquuntur, ergo tunc plus alimenti offerendum eſt: Maiorem enim propoſitionem videtur nonnullis reuocaſſe in dubium Galen. cum dixit tum pluri cibo opus eſſe, cum maior fit diſſipatio, quæ certè maior fit æſtate, quàm hyeme: vt propterea latentia animalia non edant hiberno tempore, quia nulla fiat ipſorum corporum diſſipatio; At licet externa diſſipatio ſit maior æſtate, maior tamen fit interior hyeme, ob copiam caloris natiui, qui cum in latentibus animalibus, à copia crudorum ſuccorum æſtate cõgeſtorum, obruatur, haud ità diſſipat; quemadmodum in ceteris animalib. ac ob id multo diutius dormiunt. ſomnum autem, & calidum auctum (ſcilicet id, quod influit) adiuuare coctionem, manifeſtiſſimum eſt, vt verè liceat dicere huiuſmodi Hippocratis argumentationem eſſe veriſſimam; Sed ſi hoc uerum eſt, quo igitur in 3. de diæta vult Hip. hyeme & veris initio ſemel tãtum eſſe cibãdum, niſi aluus ſit ſicca, æſtate verò, & autũno, bis. Niſi dicamus excepiſſe iure Authorẽ eos, qui habent aluũ ſiccam, quoniã vt idem ait. In 2. de victu acutorum nõ prãdentiũ exta magis ſiccantur, velutiq; appenduntur: ac quãdo dicit ſemel, intelligere cibari vſq. ad ſaturitatẽ, ſicut erat in vſu apud veteres, vt vnica vice multum cibũ ſumerẽt, æſtate verò, aut paullo minus, aut idem ſed duabus uicib. Verum alia eſt dubitatio qm̃ Plutarch. 2. ſympos: 2. narrat Ariſt. dixiſſe homines autumno magis famelicos eſſe, ob q̃ uidere tur tũnc opus eſſe plurib. alimentis. Ad q̃ reſpondendũ eſt famẽ, quę excitatur autumno nõ eſſe naturalẽ, ſed ex fructib. appetentiam excitantibus, necnon ex alui lubricitate, quàm Theophraſtus etiã pri. de cauſis plantarũ c. 15. tũc maiorẽ eſſe ſcripſit *Signũ ſunt pueri & athletæ*. Quod hyeme & ueris initio ſint calidiores

Dubitatio.

Solutio.

Altera Dub.

Reſponſio

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 54 sur 867

©BIUM

uētres,& ppea plus cibi tūc offerendū ꝓbat ēt exēplo ętatū,ſeu puerorū,at athletarum quorū corpora cum ſint valde calida;iccirco ipſis plures cibi omni tpe tradūtur. Quod.n. pueris plus alimenti offeratur,veriſſimū eſt,quia ſiue lactationem,ſiue ablactationē reſpiciamus ſemper(habita proportione corporū.)& magna quantitas ciborū ipſis conceditur,& frequētiorib.vicibus exibetur.De athletis ſimiliter in primo lib. gymnaſticę noſtræ,circa finem,monſtrauimus eos,& craſſis,& valde copioſis alimentis vti conſueuiſſe, quòd ſemper in illud exercitij genus eligerentur corpora procera robuſta,& conſequenter calidiora ac ſana, vt in prouerbium abierit Athleticè, & pugilicè valere. Hæc tamen omnia Hipp. dicta,ſunt intelligenda,non tam de temporibus proprias naturas ſeruātibus,quā de corporibus moderatè conſtitutis;non autem nimium debilibus,ac de ijs, qui praua viuendi ratione non vtuntur. Vtilis eſt aphoriſmus ad inſtituendam viuendi rationem tam in ſanis,quam etiam in ægris corporibus: ſiquidem etiā dū ægri curantur à medicis,niſi habeatur ratio temporum,ætatis atque vitæ conſuetudinis in ipſis alendis,errata magna committi ſolent.

16 *Victus humidus febricitantibus omnibus confert; maximè verò pueris: & alijs qui tali victu vti conſueuerunt.*

Continuatio. CLARISSIMA eſt pręſentis aphoriſmi cum ſuperiore connexio,tum quia uterquè ſpectat ad partem medicinæ diæteticam, tum quia vterquè de cibādo tractat:licèt antecedens de ſanis & ægris necnō de quantitate alimenti

Scopus. hic tantum de ægris,nempe febricitantibus ſimulquè de qualitate ciborum agat imò uerò cum illi, qui nimio iocinoris, aut totius corporis calore exercentur, ſint quodammodo febricitantibus ſimiles;ſub hiſce poſſe illos quoquè compleCti non dubito: maximè quod Hippocrates ſexto Epid. ſcripſit calidis naturis conuenire quietem, atque aquæ potum. Eſt igitur hic aphoriſmus totus

Diuiſio. curatorius ſine ratione, ſed in duas partes diuiſibilis. Iam primę partis contemplationem aggrediamur, in qua id primum eſt animaduertendum, diuerſa eſſe exemplaria græca, & latina;Nam aliqua habent αἱ ὑγραὶ διαῖται, ideſt omnis victus humidus, &c. quàm lectionem, & hoc in loco ſequitur Gal. & 8. meth. necnon lib. de ſalubri diæta,aliqua verò habent αἱ ὑγραὶ διαῖται πάσι, ideſt victus humidus omnibus, &c. quàm ſcriptionem maior pars ſequitur:& certè eſt accommodatior, licet etiam altera retineri poſſit, & maximè quia videtur loquendi modus Hippocrati ſatis familiaris, qui etiam ſexto Epid.ſect.4.16. dixit αἱ διεταὶ ἀσθενεῖς ὑγραὶ,& ſect. 5.tex. 20.τὰ ἀσθενέστερα σιτία ὀλιγόχρονα διανδιστην ἔχει;

Dubit. Ceterum priuſquam vlterius progrediamur dubium eſt, cur cum febris ſit affectus calidus & ſiccus, propterea q; ſibi debeantur frigida & humida, nihilominus

Reſp. Hippocrates ſolum meminit humidorum dicēs; Victus humidus,&c. Quę res peperit magnas altercationes, atque opinionum varietates; Cęterum quod ego ſentio eſt, altero duorum modorum poſſe Hippocratem intelligi, vel quod pro humido intelligat victum liquidum, & ſorbilem, ſiquidem ſemper Hippocrates ità loqui conſueuit, vt ſi febris adſit, ægri ſorbitionibus quæ ſunt victus humidus,alantur,ſin minus febricitent,vt nutriantur στέρεοις, ideſt cibis; Et in lib.

de arte

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 55 sur 867

©BIUM

de arte ſorbitiones omnibus prope ægris comendat; Vel intelligendum eſt humidum propriè, & ſimpliciter, quoniam febres omnes requirunt ſemper victũ humectantem, non omnes autem refrigerantem, cum febris â pituita, & à melancholia non poſtulet refrigerantia, imò verò Ariſtot. circa finem penultimi problematis primæ ſect. dicebat victum quartanariorum debere eſſe qui partim ignem, partim rorem indat in corporibus, quod etiam docuit Hippocr. lib. de loc. in homine, ſed maximè 1. lib. ad Galen. vbi pipere ſinapi, diaſpolitico, alijsq. ſimilibus calorificis utendum conſulit in quartana: tametſi hac in re ut in plerisq. alijs ab Alexandro Tralliano damnetur, iniuſtè: *Maximè autem pueris, &c.* Hæc eſt ſecunda aphoriſmi pars in qua Hippoc. docet etiam indicationem nutriendi ægros capiendam eſſe tum ab ætate, tum à conſuetudine; Nàm ætas puerilis, virilis atque ſenilis, diuerſas requirunt nutrimentorum facultates: non ſolum ſcđm quantitatem, verumetiam qualitatem: vt enim plus nutrimenti poſcunt pueri, quia multum creſcunt nec non liquidum, & humidum, quò habitus ipſorum humidus conſeruetur, ſic etiam aſſueti uictui humido, illum potius quàm ſiccum requirere videntur: quoniam à conſuetudine facta eſt ſibi veluti quædam natura, quàm conſeruare neceſſe eſt, adeo vt tàm in morbis, quàm in ſanitate, tum pueri, tum aſſueti victu humido ſint alendi quantum ſcilicet ſit ex ſeſe; nam ſi morbis laborent valdè humidis, certè cibo exſiccante vti debent, non tamen valde, nec eo pacto, quo alendi eſſent ſenes natura ſicci, vbi humido morbo tenerentur. Idem dicendum eſt de conſuetudine, quàm Hipp. lib. 2. de victu acutorum dicebat tanti eſſe in valetudine conſeruanda, vel recuperanda, ut etiam ſi deterior ſit, haudquam permutari debeat, uel ſi id facere oporteat, id ſit agendum paullatim, & cum magna prouidentia. Sed hic dignum eſt conſideratione, cur cum ſint multa alia, quæ ſpectantur in medicina rectè facienda, nempe anni tempus, regio, corporis habitus, ſexus, vitæ exercitatio, de qua etiam Martialis quaſi loquens dixit *fabrorum prandia betæ* attamen Hippocr. duntaxat mentionem facit ætatis, atque conſuetudinis: Ad quod reſpondendum, ad ſtudioſos aphoriſticę doctrinę pertinere ante alia breuitatis ſtudium, ità ut ubi poteſt res paucis explicari, illud nequaquam multis agatur: unde cum omnia poſſint hiſce duabus comprehendi, iure ab alijs recenſendis abſtinuit Hippocr. nam ſub ętate quæ eſt res, & cauſſa interna mediata comprehenduntur etiam alię ſimiles, ut ſexus, atque habitus corporis, veluti ad conſuetudinem reducuntur alię res externę, ut tempus anni, & regio, de qua loquens alicubi Plinius dicebat aſſuetos etiam in peſtilenti aere durare, necnon uitę exercitatio, quàm eſſe ueluti ipſiſſimam aſſuetudinem haudquaquam dubitandum eſt. Vtilis eſt, &c.

Cibus in quartana qualis ex Ariſtot.

Secunda pars.

Cõnſuetudo quanti facienda.

Dubitat.

Reſponſ.

---

17 *Et quibus ſemel, aut bis: & quibus plura ne: an pauciora particulatim oporteat afferre: conſiderandum. Condonandum autem aliquid. tempori: ætati: & conſuetudini.*

GALENVS connectens aphoriſmum præſentem cum ſuperioribus dixit, non ſatis putaſſe Hippoc. docere, qui cibi quanti, & quales ſint exhibendi,

©BIUM

Connexio

bendi, vt fecit in ſuperiorib. niſi etiam ordinem quendam quantitatis, tam diſcretę, quàm continuæ ijs utendi in præſenti docuiſſet, quod eſt, ut animaduertatur diligenter, quibus ſemel, aut bis dandum ſit alimentum, & quibus plus minuſuè, quod ait ſtatuendum eſſe ex ætate perſpecta anni tempore, regione, atque conſuetudine; Alij diuerſos connectendi modos excogitarunt, ſed ut liberè dicam licet cuiq. ingenio in hac re proponere uaria modo ſint ad rem pertinentia; nam certum eſt & hanc quoquè ſententiam ſpectare ad diæteticam medicinæ partem, & ſcopum in ea Hippocratis eſſe monſtrare, in quibus, & quantum tàm diſcrete, quàm continuè, ſit alimentum prębendum: quę duę partes ſunt potiſſimę adminiſtrationis rectæ, ipſarum rerum: eſt autem ſententia ſine ratione in duas partes diuiſibilis, in quarum prima docet, quantitatem alimenti eſſe neceſſario, & prudenter decernendam: in ſecunda uerò monſtrat vndè totum hoc ſit perdiſcendum. Itaq; quod primum ait eſt, conſiderandum eſſe quibus corporibus, ſiue febricitantibus, ſiue aliter ægris conueniat ſemel, aut bis, plus aut minus nutrimenti præbere. Et notandum licèt non adſit vox in græco cõtextu (conſiderandum) tamẽ eam intelligi oportere, atque Hippoc. ſæpenumero conſueuiſſe ità concisè loqui: dicebat enim 6. Epid. ſect. 8. tex. 48. victus ratione, quo ad eius fieri poteſt eſſe dignoſcendam. Hanc enim non penitus perſpectam habere, eſſe rem calamitatis plenam, *Et quibus ſemel*. Procul dubio haud omnes ægrotantes poſſunt vno modo nutriri. Sed cum nutrimentum non à morbo, ſed à vita poſcatur ſit, vt prout ſalus huius, vel illius exigit, ſic modo ſemel, modo bis in die, modo multum, modo parum ſit exhibendum: atque id quod exhibetur, vel totum ſimul, vel particulatim: vt ſit quando vires egent multo nutrimẽto, atque non poſſunt ferrè totum ſimul, vndè partitur, atque in pluribus vicibus datur, quod eſt apud Hippo. κατὰμέρος. Hæc enim omnia non eſt dubium neceſſaria eſſe conſideratu ad hoc vt nullus error committatur in victus ratione ægris preſcribenda: qui errores non modo ægritudines longiores, & acerbiores efficiunt: verumetiam interdum afferunt exitium, vt contigit illi, quẽ ſcribit Hipp. interiiſſe cum intempeſtiue cenaſſet. *Dandum autem aliquid*. Hęc eſt ſecunda aphoriſmi pars, in qua monſtrat. Hippo. vnde nam poſſit comparari ratio vera adminiſtrandi alimenti, ſcilicet ab anni tempore, à loco, ab ætate, & à conſuetudine; nam alio modo nutriendi ſunt ęgri verè, alio æſtate alio magnis æſtibus alio magnis frigorib. Sic etiam dicẽdũ eſt de loco: ſiquidem in plaga occidẽtali, orientali, meridionali, & ſeptentrionali ſunt quoque variandę dietę: ob quod ſæpe Auueroes ſolet tueri dubias Hipp. ſententias, tamquam ea prębcepta eſſent vera in eius patria, non ità alibi. De ætate ſimiliter, atque conſuetudine eſt dicendum ſcilicet aliter pueros & ſenes, aliter ſuetos, atque inaſſuetos cibari oportere. Cæterum circa hanc vtilem ſententiam nonnulla ſunt expendenda unum eſt cur Hipp. uſus ſit hac loquendi formula, (δοτέον δὲτὶ καὶ τῳῦρι) dandum eſt & aliquid loco, qua formula uſus eſt quoque alibi. Alterum eſt cur ſolas haſce quatuor enumerauerit nempe locum, tempus anni, ętatem, & conſuetudinem. Tertium eſt, ut uideatur, quo nam pacto hoc Hippo. curatorium prębceptam compleri debeat. Ad primum dicendum eſt, prębcipuas, & maximas indicationes, quæ ſemper ſunt magno ſtudio ſpectandę, eſſe tantum duas, uel ad ſummũ tres

Scopus.

Diuiſio.

Prima pars.

Secunda pars.

Dub. prima.

Secunda.

Tertia.

Ad primam.

ſcilicet

©BIUM

ſciljcet morbum, ſeu cauſſam morbi, vires, atq; aerem ambientem: quemadmodum copioſè docuit Gal. lib. 9. Meth. ceterç autem indicationes haud ità conſiderandę, & magnifaciendę, ut ijs contraindicantibus debeat auerti ſtudium medici à pręcipuis illis tribus: ac propterea Hipp. iure dixiſſe aliquid eſſe dandum, & alijs indicationibus: ſed non ità ut non primò ſit attendendum illis tribus. Nec ualet, quòd Gal. 9. meth. cap. 14. inter illas tres recenſeat aerem ambientem, cui hic aliquid tantum eſſe tribuendum pręcipit Hipp. qui certè ſub nomine tęporis anni, & loci, non aliud intelligit, quàm ipſum aerem ambiętem, quoniam aer ambiens, uel poteſt comparari reliquis duobus indicantibus, ſcilicet uirtuti, & morbo, uel poteſt ſimpliciter, & per ſe, aut comparatus alijs cõſiderari: Primò modo ſi conſideretur, eſt ſibi aliquid dandum: & ità accipiendus eſt Hippoc. in pręſenti: ſin autem ſecundò proculdubio habet locum aliquem cum præcipuis indicantibus; Ad ſecundum verò eſt reſpondendum, quòd diſertiſſimè traditũ eſt ab eodem Gal. cap. 15. 9. methodi, ſcilicet quaſlibet indicationes poſſe reduci ad vnã, ad plures, & ad pauciores, prout diuiſionem earum facere placet; nam ſi primum, & communiſſimum indicatum ſummatur, illud eſt contrarium cauſſæ lędenti, vndæ oritur principalis, & veluti matrix aliarum indicationum, nempe contraria contrariorum eſſe remedia, vt primum omnium videtur docuiſſe Hipp. ſeu quiſpiam alius in libello de flatibus in ſcripto: ſi verò minus communes, ſed præcipuas indicationes ſumamus, illæ ſunt duæ morbus, & vires, ſeu affectus naturalis, præternaturalis, atque aer ambiens: quod ſi has quoq; partiri placeat, exurgunt aliæ non ità principales, vt ab affectu naturali, ſexus, ætas, habitus corporis ducuntur, à præternaturali morbo, & cauſſa morbi, ab aere ambiente, regio, anni tempus, vitæ exercitatio vita anteacta, & ſi quę ſunt alia, adeo vt non ſit mirandum, ſi Hippoc. varium numerum in varijs occaſionibus propoſuit nobis earum rerum, quas oportet ſpectare in recte conſtituenda morborum curatione. Circa tertium eſt dicendum quantitatem tam ſecundum molem, quàm ſecundnm vices indicari; tum à viribus tum ab ipſis humoribus in corpore dominantibus. Eſt vtilis aphoriſmus ad viuendi rationem in inſtituendam, & in ægris, & in ſanis corporibus.

Ad ſecundum.

Indicationes reduci ad vnam, ad plures & pauciores.

Ad tertiũ.

---

18 *Aeſtate, & autumno cibos difficillime ferunt: hyeme facillime: ſecundum locum ver habet.*

GAL. de connexione huiuſce aphoriſmi cum antecedẽte in commentario loquitur, forſan quia retrò de ijſdem verba fecit. Nam potuiſſet quiſpiam non immeritò ſuſpicari ne Hipp. nunc eadem repetat, quę nuper dixerat de hieme, ſcilicet uentres tunc eſſe calidiores, ac ob id eſſe opus alimentis pluribus; iccirco Gal. occurrens huic dubitationi, monſtrare nititur, hanc eſſe diuerſam ab illa ſententiam: tum quia ibi de ſanis, hic de ægris loquatur, tum quia ibi de ordinatione quantitatis cibi ſecundum tempora ſit locutus, hic uero quaſi probet, cur ſic quantitas cibi ſit ordinanda. Alij in continuando, & defendendo Hipp. ſunt diuerſum modum ſectati; Ego quoque meam hac in re ſententiam proponam

Continuatio ex Galen. ſententia.

Ex mente Autorij.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 58 sur 867

©BIUM

ponam, quæ eſt Hippocr. in antecedenti docuiſſe in alendo ſemper habendam eſſe rationem conſuetudinis, temporis, regionis, & ætatis, & quia omnium rationem afferre terminos aphoriſticos exceſſiſſet, placuit ſibi vnius tantum, ſcilicet temporis cauſſas proponere, vt hoc cognito poſſet quiſq. de alijs ſimiliter cogitare. Itaque in præſenti aphoriſmo ſcopus Hipp. eſt docere rationem quam obrem, ſit temporis ratio habenda, in inſtituendo victu, tam ęgrorum, quàm ſanorum; id quod etiam intelligendum eſt de regione, quippe quòd ſeſe proportionabiliter habeant, & tempus, & regio: vt qui unum facit, idem etiam aliud agat. Eſt hic aphoriſmus practicus, ad diæteticam pertinens, ſine ratione, ſed qui poteſt diuidi in tres breuiſſimas particulas, prout tres continet concluſiones, quarum prior eſt *Aeſtate & Autumno*; Æſtatis, & Autumni, quod ſit tempus declarauit Gal. ſæpè, ſcilicet æſtatē ab ortu Virgiliarū uſq; ad Arcturi exortū, & Autumnū à prædicto Arcturi exortu, vſq; ad Virgiliarū occaſum extēdi. ſed cum quodlibet horum temporum complectatur tres menſes, nec in omnibus ſit æquale, quandoquidem alię ſunt eorum condiciones in principio, alię in medio, aliæ in fine, dubitari poteſt de qua præcipue Æſtatis & autumni temporis parte loquatur, & an de omnibus intelligi debeat. Cui dubitationi, ut ante cætera ſatisfiat, ſciendum eſt principium cuiuslibet partis ſemper naturam retinere antecedentis cōſtitutionis, ſicut finē ſubſequentis, quo fit, vt ſola pars media cuiuſlibet tempeſtatis, habeat proprias, & peculiares ſuæ naturę condiciones, & ideo licet, quando Hippoc. nominat Æſtatem, & Autumnum, poſſit intelligi de totis ijs temporibus, attamen conuenientius videtur, vt eius verba capiātur de medio, quod quidem Æſtatis eſt, & canicula, ſiue πρόκυων appellata, & canis de quibus cum aliàs dixerit Hipp. tunc moleſte ferri medicationes ab ægrotantibus, nunc eadem ratione dicit dificillimè ferri cibos, non quidem (vt ego puto) ſimpliciter, ſed in comparatione ad alia tempora. Quare paulliſper examinandum eſt, quid intelligat Hipp. per difficilimè ferri cibos, & quæ ſit cauſſa cur tam Æſtate, quā Autumno potiſſimum difficilime ferantur cibi. Et vt primū de Æſtate loquamur, ſciri cupio, id quod ſcriptum inuenitur apud Euſebium lib. 5. de præp. Euā gelica cap. 9. Athenienſes oraculum conſuluiſſe, quid pro ſanitate deberēt æſtate agere, atque reſponſum accepiſſe, vt Dionyſio medico in domo opaca, vterentur. Iam verò difficilime ferri cibos puto ego ſignificare duo, vnum eſt copiam ciborum aſtomaco minimè abſque moleſtia ſuſtineri, ſiquidem, vt homines debiles ſub nimio onere fatiſcunt, magnamq; moleſtiam percipere conſueuerunt, haud ſecus ſtomachus debilis, quemadmodū eſt in æſtate, ualde à ciborum pōdere oneratus, minimè illud citra moleſtiam ſuſtinet, ſed grauatus toti corpori δυσφορίαν quandā inducit, ob quam, ut ait Gal. in fine primi de motu muſcul cogitur homo non quieſcere, ſed huc, atq; illuc ſeſe vertere. Atquè hinc etiam eſt quod, qui in ueſpere pluſquàm conſueuerunt, ſunt paſti, vel dormire nequeunt, uel id agunt magna cum turbatione, quemadmodum etiam, ſi prandeāt largius, & laſſitudine, & crebris eructationibus agitātur. atq; hoc eſt verè cibos difficilimè ferri. Alterum quod ſignificat eſt difficiliter coqui cibos in æſtate, ſi quidē tunc cū ob ambientis caloris immenſitatē langueat calor natiuus, ſicut lucerna in fornacæ, vel aliquo alio magno igne nō modo imminuitur, verumetiam extingui-

Scopus.

Diuiſio:

Dubitat.

Reſponſio.

Difficilimè cibos ferri quid ſignificet.

tinguitur, indè fit, vt coctiones oēs, quæ opera caloris natiui, aut tamquā instrumēti, aut tamq̄ agētis principalis perficiūtur, omnino difficilius, & imperfectius obeantur; Hæ rationes etsi pariter valeant in autumno propter eā, quàm habet cū æstate coniunctionē, sunt tamen aliæ causſę quibus fit, vt autumnali tempore tàm ægri, quàm sani cibos difficillimè ferunt, de quibus præclarè disputatum est à Plutarco in symposiacis, & quæ etiam colliguntur ex Hippocrate, & Galeno, qui cum de autumno loquentes uocent illum ferinum, morborum exitialium feracem, melancholiæ, & lumbricorum parentem, proculdubio significare voluerunt, natiuum calorē tunc quoque temporis esse magnopere violatum, ac propterea haud posse multos cibos sustinere, atque conficere. Quæ forsan etiam inter aliàs causſas referri potest, quamobrem autumno alui solnantur, scilicet ob ciborum incoctionem: quamquam non video, quomodo hinc rationabiliter Theophrastus collegerit, autumnum esse humidum. Circa alterum non est dubium sub anni temporibus comprehendi etiam regiones, quoniam, vt æstas se habet ad alteranda corpora, vel hyems: sic se habent regiones calidæ, & frigidæ; Vnde Corn. Celsus lib. 3. cap. 4. dicebat eo cęlo, quo magis digeritur, celerius cibū esse dandū: ob quā causam in nulla die ægri debēt abstinere, & Hipp. lib. de aere, aquis & loc. nec nō Aristot. 14. prob. 5. scribunt regiones facere etiā ad ingenia, & qui viuunt in frigidis regionibus esse ueluti ebrios, qui verò in calidis sobrios, quod regiones etiam ad formanda ingenia, & mores maximè valeant, & præter Hippocratem, Aristotelem, etiam Plato affirmat in Timæo. *Hyeme verò facilimè.* Hæc est secunda aphorismi pars, siue conclusio, in qua Hippocratēs docet de hyeme contrarium ei, quòd dixerat de æstate, scilicet tunc facilimè cibos ferri, scilicet melius coqui, & melius eorum copiā sustineri à stomaco, tum quia calor naturalis robustior est, tum quia vires vniuersæ corporis sunt fortiores: Sed dubitari posset de Hippocratis indiligentia quādoquidem de hyeme videtur iam idem statuisse, quando dixit retrò, ventres hyeme esse calidiores, propterea quę tunc plus cibi esse offerendum; neque valet, quod aliqui respondent hic Hippocratem loqui de ægris, ibi verò de sanis, quoniam Hippocratis institutum in præsenti libro est de uictus institutione in vniuersum tractare, & hæc forsan magis est in sanis, quàm ægris spectanda: quandoquidem ægra corpora à medicis aluntur, pro vt vires atque morbi constitutio requirunt, nulla, aut exigua admodum, habita temporis ratione; Itaque dicendum est, hic Hippocratem non absolutè fuisse locutum, sed potius habita comparatione ad æstatem, atque autumnum, de quibus cum esset locutus, iure quodam videtur coactus esse de hyeme subiungere: & certè haud simpliciter æstate, atque autumno adeò difficiliter sustinentur cibi à stomaco, sed in comparatione ad hyemem, in qua non est dubitandum, quin ob caloris ad interna recessum facillimè copiosiores cibi ferantur, quemadmodum retrò dictum est. *Secundum locum ver habet.* In hac tertia parte videtur quoque Hippocrates idem quòd supra dixisse, quando scripsit ventres hyeme, & vere esse calidiores, propterea quę tunc temporis, non solum facillimè ferri copiosos cibos, verumetiam debere dari, vbi nullum discrimen uidetur feciſſe veris, & hyemis; at hic discrimen quidem fecit, cum dixit primo faciliter ferri cibos hye-

Autumnus qualis ex Hippo. & Gal.

Regiones ad ingenia formanda haud parū conducūt.

Dubitat.

Respōsio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 60 sur 867

©BIUM

me, ſecundario autem vere: quaſi velit minuendos eſſe vere cibos, contra quàm dixit tertio libro de diæta, vbi ſcribit, quod ſicuti arbores ratione carentes, tempore veris aduerſus æſtatis violentiam ſeſe muniunt incremento, atquè folijs, ità quoquè debere homines ſeſe carne munire; quaſi tunc ſit magis ſtudendum carni generandæ, quàm hyeme, quod tamen fieri nequit abſquè maiore ciborum copia. Sed hac in re dicendum eſt librum illum non eſſe ità Hippocratis germanum, quando ab eius authoritate liceat diſcedere: uel dici poteſt Hippocratem dicere, generandam quidem eſſe carnem, aduerſum futuram æſtatis conſumptricem caliditatem, haud tamen negare quin id quoque ſit agendum hyeme, atque etiam magis, quam vere, quod cùm ſit medium inter æſtatem, & hyemem, ſimiliter medio modo debet medicus ſeſe gerere in alendo. Cæterum pro veritate integra aphoriſmi nonnulla ſunt animaduertenda, & primum illud eſt, ſi Hippocrates verum docere debet, oportere eius concluſionē intelligi cęteris paribus exiſtentibus, nempè temperamento naturali, necnon diſpoſitionibus præternaturalibus, alijſquè ſimilibus. Aliud etiam animaduertere oportet, ſæpenumero contingere, vt anni tempora, haud conſtitutionem propriam, atquè naturalem ſeruent, quo in caſu haud neceſſe eſt, ut eadem quoquè ratio in alendo ſeruetur. Tertium obſeruare oportet, quantitatem cibi metiri ſolere, uel ſecundum molem, uel ſecundum uices; ſi ſecundum molem, atque etiam facultatem alendi, proculdubio tempore hyemis plus dādum, at uere minus: id quod intellexit Polybus in libro de ſalubri diæta, quando ſcripſit uerè minuendos eſſe cibos: ſin autem intelligamus de quantitate ſecundum uices, certè plus æſtate exhibere oportet, quia tunc facultas naturalis, quæ eſt ipſemet calor, languida eſt, ut ppēa egeat, ut ſuſtentetur: cūq; id fieri nō poſſit mole ciborum bene nutrientium, quàm ferre nequit, expedit, ut ſaltem ſæpius in die offerantur, quò ſimul neceſſitati ſuppleatur, neque uires nimio cibo onerentur. Atquè hoc eſt, quod uoluit intelligere Galenus in comm. quando dixit hyeme non eſſe prandendum, ſed ęſtate: quod pāriter quodammodo innuere uoluit Hippocrates in tertio libr. de diętą, ſcilicet etſi hyeme plus cibi ſuſtineatur, & ęſtate minus; attamen ęſtate illud partiri debet, quod haud quaquàm neceſſe eſt fieri hyeme.

Quæ prò aphoriſmi huius veritate, ſint animaduertenda.

---

19 *His qui per circuitus acceſſionem habent: nihil dare oportet: neque cogere: ſed ſubtrahere adiectioni ante iudicationes.*

HIC eſt poſtremus aphoriſmus ex ijs, qui ad rationem uictus inſtituendam pertinent, & in quo, indicatione à tempore particulari capta, docet rem magni momenti, & in qua forſan tempore Hippocratis non parum peccabatur, quemadmodum & noſtro, in quo pauci, uel medici, uel adſtantes ſunt, qui indiſcriminatim non alant ſatis largè ægros, tam in acceſſione particulari, quā uniuerſali, & tam in chronicis, quā in breuibus morbis. Itaq; ſcopus Hip. in preſenti aphoriſmo eſt remouere hunc errorē, & docere etiam in interpollatis

febribus

febribus maximam rationem esse habendam nutriendi ægros, atque in accessionibus illarũ esse potius detrahendum, quàm addendum ipsi alimento. est autem huiusmodi sententia purum præceptum practicum sine ratione, atq; sine vlla diuisione, nisi placeat in duas partes secare, quarum prior sit, *in accessionibus* &c. posterior verò, *Sed subtrahere &c.* Habetur hic aphorismus, etiam lib. de humoribus ijsdem præcisè verbis, & videtur fere idem cum superiore, vbi dixit Hipp. *in accessionibus abstinere oportet.* Vndè aliqui sunt suspicati, hunc ex eo libro esse hic adiectum. sed cum Gal. nihil hac de re dicat, qui tamen solet esse satis diligens in censendis Hippoc. aphor. fit, vt credam minimè esse adiectitium, sed germanum, & in eo ab antecedente distare, quod licet & hic loquatur de accessionibus, seu exacerbationibus interpollatarum, sicut & ibi: attamẽ hic nescio quid plus est, cum dicat non modo, non dandos cibos, verumetiam neq; cogẽdos ægros, vt sumãt, quasi eam sententiam ampliare magis voluerit. nam sæpe vsu venit, vt medici cogant, etiam nolentes ægros, vel abhorrentes cibum capere, prætetquamquod hic meminit iudicationis, tamquàm velit præcipuè tempus immediatum antè illam esse vitandum, in nutriẽdis ægris. Quæ porrò sint periodi, & qui paroxysmi, seu exacerbationes, non est intellectu difficile, cum vtriquè habeantur sæpius à Galeno definiti, qui præ cęteris in lib. de temp. morborum, & alibi dixit periodum esse quẽdam morbi ex ijsdem, in eadem, per circuitum, redditum: quod quidem tempus intensione, & remissione perficitur: intensio autem vocatur aliàs paroxysmus, qui est propriè ea pars morbi, in qua acerbior euadit, interdum cum horrore, seu frigore, aut rigore, interdum verò sine. Itaq; hoc in loco tantũ de exacerbationibus eorum morborum, qui periodici vocantur, sermonem habet, atque de eorum exacerbationibus, quamquàm etiam hoc idem præceptum tradiderit retrò, vt visum est. *Nihil dare*, nil dare licet propriè dicatur de ciborum oblatione, attamen etiam, imò multo magis de medicamentorum oblatione intelligendum videtur, quorum administratio, & si interdum fiat etiam in ipsis paroxysmis, quemadmodum placuit Auuicennæ fieri in curatione febris quartanæ, vt scilicet humor ille terrestris, motu difficilis duobus simul impulsibus naturali, atque artificiali ageretur, nihilominus id neque ab omnibus probatur, neque tutus medendi modus est: sicut & tutius multò, & probatius est, vt medicamenta quoquo modo corpus soluentia, illo tempore administrentur, quo minus natura à morbi ferocitate turbatur, ne scilicet illa duabus turbationibus agitata, magis lædatur, atque succumbat, cum prouerbiò dicatur, neque virum Herculem posse aduersus duos pugnare. Ratio verò propter quàm nullo tempore sit dandum alimentum in accessione est, quia tunc natura occupata in contentione aduersus morbum, conficiendo alimento minus potest attendere: quo fit, vt ille incoctus augeat morbi segetem; præterquam quod symptomata, & capiti, & alijs visceribus tunc temporis accidentia, multò sæuiora euadunt cibi adiectione: nisi tamen sint nonnulla, quę cogunt medicos etiam in initijs paroxysmorum cibos offerre, vt sunt cardiatgiæ, atque animi defectiones, de quibus monuit Galenus decimo meth. capit. quinto, vt offerantur cibi non modo paullò antè accessionem, verumetiam ipsa in accessione, atque initiò, alioquin periclitantur ægri, ne sub violentia symptomatis extinguantur, & Hippocrates 2.

Cur ægri in accessionibus minimè cibandi.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 62 sur 867

©BIUM

Epid. mulieri illi cardialgicæ polentam cum ſucco granatorum exhibuit: quemadmodum, & Galen. ac alij in anxietate halicam cum uino offerendam conſulunt: ſed ut bene dicunt Arabes, hæc eſt cura coacta non autem regularis. *Neque cogere.* Certè dignum eſt conſideratione, cur Hippoc. hanc uocem in præſenti aphoriſmo poſuerit, quàm haud poſuit in undecimo: & (ut dicebam) ſentio in hac poſitam eſſe differentiam utriuſq; aphoriſmi, quę differentia planè haud eſt exigui momenti. Etenim intermittentium febrium conſiderare licet, uel ipſam acceſſionem, uel interuallum. In acceſſione rari ſunt, qui non auerſentur omne genus alimenti, cum tunc uentriculus magnopere turbetur, unde fit, ut ubi poſtulat neceſſitas pleriq; ſint cogendi eum accipere: ſimiliter etiam in interuallis, ſæpenumero appetitus adeo violatur, vt neceſſe ſit, vi ęgrotãtes ad accipiendum cibum cogere. Ad hoc itaquè reſpiciens Hipp. voluit, neque in acceſſionibus (poſtulãte etiam neceſsitate) cogendos eſſe ægros, vt cibum capiant, propterea quod ſi cogantur, qui penitus abhorrent cibum, illũ ſumere, eius moleſtia inſigniter augetur, & ob id multò grauius ſymptoma euadit, propter quod datur cibus. Atque ſic poteſt inſtitui ſententia, tamquàm Hippo. dicat, non eſſe cibum in acceſſionib. exhibendum ijs, qui libenter ſumunt, neque item eos, qui illum abhorrent eſſe cogendos, etiam ſi aliqua neceſsitas illud exigeret. Potrò de interuallo, quod dicunt aliqui, non eſſe in eo ſimpliciter cogendos ægros cibum ſumere, ſi illum abhorreant, haud ſemper verum exiſtimo, quoniam interdum in paroxyſmo vſque adeo vires atteruntur, vt niſi in quietiore tempore alantur probè, uix ſufficere queant futuris alijs acceſſionibus. Vnde hi etiam cogẽdi ſunt ſi non multum, ſaltem cibum aliquem capere: atq; ſic puto intelligi, & interpretari debere hanc uocem, non ità intellectu facilem. Sequitur ſecunda pars aphoriſmi, quæ eſt, *Sed adiectioni Subtrahendum eſt ante iudicationem.* Non eſt dubitandum quin Hipp. hic ſupponat factam eſſe cibi auctionem: ſiquidem aliàs præcepit, ut ubi proximè futura eſt iudicatio, medicus debeat paullulum augere cibum, ne cogatur id facere in ipſa criſi, ſed potius detrahat. Vnde ſententia ipſius hæc ſolida eſt, ut antè criſim aliquo tẽpore cibus augeatur, ubi uerò, uel proxima, uel præſens eſt ipſa criſis, tum non pęnitus cibus auferatur, ſed illud quod fuerat adiectum, detrahatur. Sic enim natura ab antecedente cibo recreata, poterit ſuſtinere abſtinentiam in ipſa iudicatione, & tamen aduerſus morbi uim, (quæ tum magna eſt) ſtrenuè certare. Quę eſt intelligentia mentis Hippocratis. Ad quid autem ſit utilis aphoriſmus manifeſtum ſatis eſt, iuuat enim ad docendum medicos, quomodo ſeſe gerere debeant in eligendo tempore, tum uniuerſali, tum particulari alendorum ægrorum, maximè in morbis, qui per circuitus exacerbantur.

Notandũ.

Ante criſim aliquo tempore cibus augendꝰ, et cur.

---

20 *Quæ iudicantur: & iudicata ſunt integre, neq; mouere neq; nouare aliquid: ſiue medicamentis: ſiue aliter irritando, ſed finere.*

CERTE uidetur, præſentem aphoriſmum haud recte ſuperiori poſſe cõnecti, cum in illo, & alijs ipſum antecedentibus actum ſit de inſtituenda uictus

©BIUM

victus ratione, quæ est potissima pars, & curatoriæ, & præseruatoriæ partis medicinę, in hoc verò agatur de pharmaceutica. Et quamquàm aliqui connexionē haud contemnendā afferant, nimirum, q̄ cum egerit Hipp. de purgatione, quando scilicet agenda sit; nunc doceat, quando non sit agenda. Attamen huiusmodi continuatio non pertinet ad aphorismum proximè & immediatè antecedentē, sed potius ad alios longè præcedentes. Vnde si placeat connectere cum eo, qui hunc immediatè antecedit, possumus dicere (præter id quod videtur innuere Galen.) nempè, quòd sicut Hippocrates ibi docuit non esse cibandum largè: vbi iudicatio instat, uel fit, sic in præsenti docet, neque etiam simili tempore esse purgandum: quasi & hic, & ibi spectetur tempus agendi, & quiescendi: nam (vt rectè monuit Hipp. 6. Epid.) debet medicus prudens, non modo cognoscere opportunum operandi tempus, verum etiam quiescendi: si quidem sæpenumero non minus iuuat nihil penitus agendo, quàm multa, atque sollicitè operando; Et puto consilium Hipp. fuisse à Medicis purgādi libidinem auferre: siquidem plerumq. id agūt sine ratione, & cum damno. Est sententia seu præceptum practicū absq; ratione, & absq; vlla diuisione, nisi tñ quis postrema illa verba. *Sed quiescere.* secundā partē faciat, *Quæ iudicantur, & iudicata sunt.* Solent medici, vt abundè docuit Gal. in libris de crisibus circa iudicationis negocium tria tempora considerare, scilicet quando futura est, quando fit, & quando iam facta, atque consummata est, quæ omnia tempora suis proprijs signis cognoscuntur; Nam vbi fieri debet, nox ipsam antecedens, (vt dicebat Hippo.) solet esse grauis: nam fiunt ingentes perturbationes, anxietates, deliria, atque alia multa, & grauia symptomata. Cognoscitur similiter iudicium quando fit, euacuatione aliqua indie critica, & apparente coctione: cognoscitur postremò perfecta & consumata iudicatio, quando præter iudicatorium diem, atque coctionem prægressam, morbus ex toto leuatus est, atq. æger multo leuior, atq. melior factus est: Iam vero quòd apparētibus signis mox futuræ iudicationis, medicus nihil debat moliri certum est, quia tunc valdè sollicitata natura ab humoribus iàm motis, & ferocientib. si simul à medicamento (quantumuis leui) adhuc sollicitetur, præterquam quod à pugna auocatur, quam habet cum morbo, etiam debilior fit, sicq. haud pugnare strenuè, & vincere potest. Pari pacto ipsa crisis dum fit, minimè quicquam, vel medicamentis, vel alio modo agere conuenit, quia tunc vigor est morbi, omniaquè vehementiora: quo tempore dicit 2. aphor. 29. nihil penitus esse mouendum, quia vel impeditur natura, vel nimia, & concitatior quàm par sit, efficitur euacuatio; Haud secus, imò multo magis abstinendum est, perfecta iam iudicatione, ab omni purgatione: tum quia finito morbo dimittendum est, vt natura sese recreet à labore, quem in ipsa pugna exantlauit, quia nullum est medicamentum purgans etiam leuissimum, quòd aliquam noxam non afferat naturæ, vnde à ratione alienum est, vbi non sit opus vllo auxilio, amplius ipsam facultatem sollicitare, quòd faciunt aliqui imprudentes medici, qui vt uideantur aliquid circa ægrum operari, ēt non postulante usu, præbent medicamenta, dedecus putantes nil agere. Quare summo iure Hipp. iubet vt vbi fit, vel facta est perfectè, (ità vt nulla condicio defit) iudicatio; nec quicq̄ mouendum, nec nouandum esse, vel medicamentis, vel incitamentis: sed sinendum esse, atque ita patet Cardanum

Connexio.

Scopus.

Circa crisim tria tē pora ſpectantur.

Imminente crisi nil molliēdū.

©BIUM

danum otio valdè abusum fuisse, vbi contendit multis uerbis, sententiam Hippocratis esse interpretandam, non de iudicatione facta integrè, sed nuper. Circa quòd præceptum quatuor sunt breuiter expendenda. Primum est, quomodo cognoscatur uerè integram esse factam iudicationem; Etenim sæpe uidetur usu uenire, ut reliquiæ nonnullæ remaneant, etiam post iudicationem, quę nisi medicamento tollantur, faciunt recidiuam (ut ait Hip.) quæ est deterior priore morbo; Alterum est, quid intersit inter mouere, & nouare: nam non est credendum Hippoç. tautologia esse usum. Tertium est, quæ sint illa alia incitamenta, præter medicamenta. Quartum, & postremum est; Cur Hippoc. postquam dixit nil esse mouendum, nec nouàdum, addit sed esse quiescendum: nam hoc uidetur esse superuacaneum, siquidē quiescere nil aliud significat, quam nil mouere, nec innouare; Circa primum Galenus in commentario sex conditiones perfectę & inculpatæ crisis proponit, quarum si uel una desit, cadit à uera perfectione, sin uerò non una, quanto plures desiderantur, tanto incertior, atque imperfectior iudicatur crisis. Prima itaq; conditio est, ut fiat per euacuationē, nō autem per abscessum; siue autem euacuatio sit per sanguinis è naribus fluxum, siue per aluum, siue per urinam, siue per sudorem, siue per sputum non multum refert, modo ceteræ conditiones haud desint; Cur uerò abscessus non faciat crisim perfectam, illa caussa est, quia nec extra corpus, nec tota materia morbifica per eum euacuari potest: Et quamquam Hipp. 6. Epid. dixerit suppuratum non reuerti, quoniam in ipso est crisis, abscessus, & coctio: attamen propter hoc non dicit crisim bonam fieri etiam abscessu, imò uidetur utrosque distinguere. Secunda est, ut illi succi euacuentur, qui morbum faciunt, uel fecerunt, uel facturi sunt: sic enim dicebat Hippoc. pleriſq; locis, tunc conferre euacuationem, & leuiter ferri ab ægris, quando euacuantur qualia, & quanta debent euacuari. Tertia est, vt fiat per loca cōueniētia, hoc est remota à loco ubi est sedes, atq; occasio ipsius morbi. Quarta est, ut sit cum leuitate ipsius ægrotantis, ita vt statim sentiat sese leuiorem, atque meliorem factum. Quinta est, ut uera præcesserint concoctionis signa: etenim ut ait Hipp. 2. Epidemiorum quęcumq; disparent absq; signo infida sunt: Sexta est ut fiat in die critica, Etenim semper huiusmodi omnes conditiones sunt meliores, & laudatiores suis oppositis, siuè sint excessus, siuè defectus, nam utroque modo crisis solet à perfectione deficere, si vel plus, vel minus, quam par sit, fiat euacuatio, & vbi minus fit, tunc medicum debere supplere, & Hipp. & Gal. in com. & horum sectator Auuic. 1. 4. cap. de putrida rū feb. curatione, præceperunt. Cognoscitur autē non esse perfectā euacuationem, vt docet Hipp. 6. Epid. si adhuc remaneat sitis, oris siccitas, fastidiū, inappetentia. Circa secundum scire oportet uocem κινεῖν, idest mouere vsurpatissimam ab Hippoc. Significare interdum quamlibet circà ægrum actionem, interdum verò solum purgationem per pharmaca; primo modo intelligebāt diatritarij atq; Ægyptij, apud quos dicit Aristot. 3. polit. xi. fuisse vetitum quicquā mouere circa ægros. At de hac motione, haud loquitur in præsenti Hip. sed de ea, quæ per medicamenta purgantia, quemadmodum etiam ubi dixit concocta medicari oportere, & non mouere cruda. Iam verò νεωτεροποιεῖν, idest nouare, nil aliud est, quàm actionem aliquam nouam, quoquo modo ægrotantis corpus alteran-

Quædam circa crisim notatu digna.

Conditiones optimę crisis.

Circà secundum.

©BIUM

alterantem moliri, id quod etiam intelligi debet tum de cauſſis internis, tum etiã de externis, quas omnes prohibere debet, iuxta illud retrò dictum, ſcilicet debere non ſolum medicum ſeſe præſtare opportuna facientẽ, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora. Ex quibus colligi poteſt etiam reſponſio ad tertium propoſitum, videlicet pro medicamentis eſſe accipienda, non ſolum quomodolibet purgantia, verumetiam alterantia; pro alijs vero incitamentis capienda eſſe quęcumque exterius adhibentur, vt lotiones, frictiones, veſicantia, aliaq. ſimilia, nã refert Gal. 1. progn. com. 4. fuiſſe quendam, qui perſuadens ſibi neſcio quem ſeſe in iudicatione adiuturum, ſi eum in baleno poſuiſſet, loco iuuamenti mortem attulit. Circà quartum dicendum eſt, non in caſſum addidiſſe Hippocr. ἀλλ' ἐᾶν, ideſt ſinendum eſſe, quia tametſi videtur totum hoc etiam complexum eſſe antecedentibus uocibus: attamen tantam uidebat Hippocrates eſſe tranquillitatis ſummę neceſſitatem, vbi natura in iudicatione facienda occupatur, ut non contentus dixiſſe nil mouendum, neque innouandum, uel medicamentis, uel alijs incitamentis, voluit ad maiorem manifeſtationem rei, quæ eſt ſingularis momenti in medicina facienda, etiam addere in vniuerſum, vt prorſus æger in ſumma quarũlibet actionum ceſſatione, atq; tranquilitate detineatur, ne ulla ratione impediatur, aut auocetur natura, à tam graui, & ſalutari operatione. Vtilitas huius aphoriſmi in medicina facienda eſt maxima, & licet tempeſtate noſtra rariſſimæ fiant perfectæ criſes, hoc tamen præceptum debet eſſe in oculis medicorum, vt etiam ſecundum ſui proportionem in qualibet perfecta proxima iudicatione obſeruetur.

Quid per irritamenta intelligendum.

---

21 *Quæ ducere oportet: quo maximè natura vergit per loca conferentia eo ducere.*

ILLVD quod Hippo. ſcripſit 6. Epid. μηδὲν εἰκῇ, μηδὲν ὑπεροπτικῶς, ſi vlla in operatione obſeruandum eſt, certè in purgandis corporibus, maximè neceſſariũ eſt ut obſeruetur; ſcilicet vt nil temere agatur, nihilq. contemnatur, ſed sũma prudentia purgatio ſemper adminiſtretur: quæ prudentia, cum in hoc potiſſimum collocata ſit, vt diligenter ſpectetur, quid, vbi, quantum, quibus, & quando agendum eſt: pari pacto in purgatione prudenter efficienda, conuenit vt accuratè proſpiciatur quis humor, quando, quantum, per quæ loca, & quibus purgandus; Id quod cum ſibi propoſuiſſet Hipp. in hoc libro aphoriſticè præſtare, ſecundo aphoriſmo docuit tantum, qui humores ſint euacuandi. & certè par erat, vt proſequeretur reliqua de purgatione: uerum quemadmodum aliàs diximus cum Galeno, ueteres, illis rebus dumtaxat nuper inuentis integrè docendis, intenti, ordinem, elegantiam, aliaſq. traddẽdarum diſciplinarum rationes neglexerũt, ut minimè mirari oporteat, ſi Hippocr. initio id tantum docuerit, reliqua uero uſque ad præſentem locum reſeruauerit; in quo nullum aliud conſilium habuiſſe uidetur, quam breuiter totum purgationis negocium expedire, ſcilicet primũ quo uel ubi, deinde quantum, & quando; quæ tractabit in ſequentibus aphoriſmis: ob quod non ità euidens eſt præſentis aphoriſmi connexio cum ſuperiore, niſi tamen dicere libeat (ut aliquibus placuit) in ſuperiore monere uoluiſſe,

In purgatione rectè inſtituenda, quę ſpectari debẽt.

Connexio.

quando

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 66 sur 867

©BIUM

quando ſit abſtinendum à purgatione. Hic verò & inſequentibus, de ea facienda loquutum eſſe; ſed non admodum hoc refert decernere; illud certè verum eſt, in præſenti aphoriſmo Hippocratem ſibi hoc propoſuiſſe, vt monſtraret quãdo deliberauerit medicus eſſe purgandum, per quas vias, & per quos locos id facere expediat (quod maximè intereſt ſcire) cum plures ſint loci, quibus natura purgare ſponte ſoleat, atque medicus ipſam naturam rectè operantem imitari teneatur. Eſt & hæc ſententia præceptum practicum, ſinè ratione, atque ſinè vlla diuiſione. *Quæ ducere oportet.* In lib. de humoribus habetur hic quoque aphoriſmus cum pleriſque alijs, habetur quoq; 6. Epid. vbi egregiè docet ſi impetus humorum feratur quò oportet, eò ducendos eſſe, ſin minus eſſe reuellendum, aperiendum, atq; omni induſtria ipſi naturæ operanti rectè auxiliandum. Iam verò quid Hippocrat. intelligat pro ἄγειν, ſiue *ducere*. Conciuis meus Iacobus appoſitè explicuit; eum ſcilicet intelligere quemlibet modum euacuationis, ſiue per aluum, ſiuè per urinam, ſiuè per ſanguinis fluxum, ſiuè per ſputum, ſiuè per ſudorem. *Oportet*, Prudenter, nec ocioſe appoſuit hanc particulam Hippoc. quoniam medicus numquam debet, quicquam circà ægros mouere, niſi cum aliqua neceſſitas cogat, ſic enim ſolet ſemper huiuſmodi vocem vſurpare. *Quo maximè natura uergat.* Sententia ità mihi videtur in hac parte inſtituenda, quaſi Hippoc. dicere uoluerit, quod medicus non debet ſemper imitari naturam, & ducere humores per eas partes, ad quas illa inclinat. Nam haud ſemper debet ducere, quo vergit natura, vt quando verſus partes nobiles incitatur, aut uergit, tunc enim nõ eſt naturæ opitulandum, alioquin male agenti, ſed potius contrarium faciẽdum ſecus autẽ vbi inclinat ad partem commodam, tunc enim ait Hippocrates eo ducere oportet, vtpote per loca conuenientia, & commoda. Quare ad hoc, vt fiat recta purgatio, quatuor in primis ſpectanda ſunt. Vnum eſt, an oporteat ipſam facere. Alterum eſt, an natura ſponte incitetur. Tertium eſt, uerſus quàm partem incitetur. Quartum eſt, an loca, in quę natura inclinat, ſint conuenientia. Nam vt de primo loquar oportet tunc euacuare, quando iam materia concocta eſt, vt dicetur infra, ità vt natura ipſa, uel ceperit iam ſponte euacuare, vel euacuet, ſed non pro ratione humorum peccantium; eo enim tempore debet medicus ipſi auxiliari, atq; diligenter cogitare in quam partẽ pronior feratur, quod ſi ea ſit commoda, & conueniens, non aliam quærere debet; Lucullentam ſanè huius præcepti praxim habemus primo libro de rat. uictus in acutis, vbi loquens de pleuritide dicebat, ſi dolor uergat ad clauiculam, euacuandum eſſe per ſanguinis miſſionem à partibus ſuperioribus: ſin autem uergat ad inferiora, eſſe purgandum per inteſtina; Quòd verò ad ſecundum attinet certum eſt, magni eſſe momenti ad purgationem efficiendam ipſius naturæ motum, quandoquidem plus ſemper poſſunt duo motus, quàm unus, ut etiam in mechanicis patefit; in quibus quo plures per machinas fiunt motus, eò grauiora onera facilius attolluntur, præterquam quod natura ipſa cum ſit uera medicatrix, vt ait Hipp. 6. Epid. multo melius medico, oportunitatem omnem intelligit, atq; obſeruat. Verum quia natura quandoquè ſponte, quandoquè coacta concitatur, atq; vbi cogitur, ſolet, ferarum more, huc, atque illuc ferri (quod dixit Hipp. ὀργᾶν, ideſt turgere) atque eo in caſu ſæpè in partes nobiliores ferri, ideo tertium neceſſarium, ut

Quæ ſpectãda ſint prò recta purgatione efficiẽda.

ſcilicet

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 67 sur 867

ſcilicet mõtus ipſius naturæ in quã partem vergat, diligenter attendatur, vt ſcilicet, ſi verſus partes nobiliores, & vitę magis vtiles feratur, non per eaſdẽ, ſed per diuerſas, & interdũ cõtrarias partes euacuatio moliatur. Sin verò in partes ignobiliores vertatur, atq; ipſi purgationi faciũdæ cõmodas, tũc per eas ſimiliter naturam ipſam ſequi medicus debebit: atque id eſt quod ait Hip. quarto loco. *Per regiones conuenientes.* Nam hoc niſi fiat, ſed medicus per aliam euacuet, vtpotè natura vomitum moliente, ſi per aluum euacuare tentet medicus, vterq; ſeſe impedient, quo minus nulla bona purgatio ſequatur, aut ſi ſequatur: nimiæ purgationis periculum imminet, quam poſtmodum detrimenta magna ſequi conſueuerunt: & notandum eſt, per loca conuenientia, non tantum eſſe complexum Hippocratem vias ipſas, per quas, tamquam per canales ducũtur humores, verũ etiam locum à quo decidit materia, & locum in quem deſinit. exempli gratia. locus à quo facienda eſt purgatio conueniens, debet eſſe is, vbi materia peccans, atque morbum faciens latitat: ſi enim ab alia parte, vel natura, vel medicus, vel vterquè ducere nitantur, proculdubio materia morbifica non ducetur, & vtilis potius magno cum damno euacuabitur: locus verò ad quem motus eſt conueniens: primus quidẽ eſt extra corpus, ſecũdus uerò eſt ipſa cutis, tertius eſt emunctoriũ aliquod: hęc enim ſunt loca, per quę, cum commodè ſoleat natura peccãtes humores euacuare, debet medicus illam ſequi, quemadmodum etiam veſica, aluus, os, quæ ſunt loca euacuandis ipſis excremẽtis à natura deputata. De quib. tñ dubitandũ eſt nõnihil, primũ quia Hip. lib. de glãdulis dicit ſeptẽ loca deputata eſſe euacuãdis cerebri excremẽtis, inter quę numerat oculos, per quos numquã eſſe euacuandã materiã peccãtẽ certũ eſt. Prętera ſępe cõtingit, ut rõne doloris, uel caloris ad partẽ ignobilẽ, materiæ impetus feratur, quo certè in caſu non aptè ſemper mouetur materia, etiã ſi locus ſit ignobilis. Itaq; de prima dicendũ haud Hipp. dixiſſe oẽs eas ſeptẽ regiones, in id fuiſſe factas, ut cerebrũ per eas expurgaretur, ſed dũtaxat per eas ſolere cerebrũ expurgari à natura, uel rectè, uel ſpontè, uel coacta, cuiuſmodi eſt cũ p oculos euacuat, id. n. facit ob aliquã uiolẽtiã ſemp. nec eſt rationi coueniẽs partẽ uſq; adeo nobilem, & tot alijs munimentis diligẽter cuſtoditã, fuiſſe deſtinatã euacuãdis ijs rebus, quę poſſint ipſi nocumentũ ingens afferre. Et hinc eſt, quod Hipp. in lib. de locis in homine, cauet ne in fluxionib. ad oculos uomitus ueratro albo excitetur, nè. ſ. materia magis ĩ oculos traha tur, ut fieri ſolet in uomitu ob quod ueteres, ut eſt apud Oribaſiũ 8. collect. dum uolebãt uomitũ mouere, oculos arctè cõſtrigebãt, nè reciperent humores. Circà ſecundũ animaduertere oportet, id quod antea indicauimus ad ueritatẽ aphoriſmi conſtituendam opus eſſe nonnullas conditiones ad eſſe, atque illã maximè, ut natura regulariter operetur, nõ autem coacta, uel à quantitate, uel qualitate peccantis humoris, uel à loco dolente, aut inflammato. Vtilis eſt aphoriſmus, &c.

Quæ loca expurgationi conuenientia.

Dubitatio

Altera dubit.

Ad primã.

Ad ſecundam.

---

22 *Concocta medicari, atque mouere non cruda: neque in principijs modo non turgeant, plurimum verò non turgent.*

SI quis eſt aphoriſmus, qui ſemper ſit in ore medicorum, & qui in medicina faciẽda ſit maximè neceſſarius, proculdubio eſt preſens, in quo de tem-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 68 sur 867

©BIUM

pore,& qualitate purgationis faciendæ: vt non sit dubitandum,quin apte cõnectatur cum superiore, & quin scopus Hipp. sit monere medicos,ne ad purgandum temerè,& properanter accedant,sed prius materiã disponant,quò facilius, atq; securius peccantes humores è corpore ducere queant. Est aphorismus præceptum practicũ sinè ratione,quod tamen in tres particulas diuidi potest,licet plures videantur esse propositiones. Prima particula est. *Concocta medicari, atque mouere non cruda*. Secunda est. *Neque in principio, nisi materia turgeat*. Tertia est. *Vt plurimum autem non turget*. Primum autem circà priorem paullò diligentius est discurrendum; Nam videre oportet,quid sit coctio de qua loquitur in præsenti Hippocr. deinde expendendum est, quid proprie sit φαρμακεύειν tertio, cur non contentus Hipp. dixisse μη φαρμακεύειν, ideſt non esse purgandũ, voluerit addere,& κινέειν,ideſt mouẽdũ esse. Postremò perspicere conuenit, cur addidit (non cruda, μὴ ὦμα,) nam videri potest aliquibus huiusmodi particula superuacanea, postquam iam dixit. *Concocta medicari & mouere oportere*. Circà primum,vox,qua vtitur Hippo. πέπονα, rarissimè etiã ab ipsomet vsurpata reperitur, & ab Homero vox πέπονες, tribuitur hominbus insulsis & bardis. Verum hoc in loco omnium consensu, idem significat, quod πεπασμένα, & πεπεμένα, concocta. Iam verò πεπασμὸς, qua voce crebrò vtitur Hippo. siuè πέπανσις, quemadmodum loquitur Arist. 4 meteorol. idem significat,quod latinis cõcoctio, siuè maturatio, & scribit Erotianus in Onomastico, huiusmodi vocem vsurpari etiam in humoribus,metaphora capta ab ipsis fructibus,dum matureſcunt,vel iam maturuerunt; Capitur verò hæc vox interdum communiter, interdum verò propriè:atque hoc,uel secũdum Arist. vel secundum medicos πεπασμος,itaq;uel πέπανσις, communiter accepta nihil aliud est (vt accipitur à Gal. 6. Epid. sect. 5. tex. 6.)quam deductio quædam ad cõmoderatam temperiem,quẽadmodum in matureſcentib. fructibus. Hi etenim,vbi maturantur, ex asperis, duris,acerbis, & insuauibus,fiunt molles, dulces, & edendo gratiores: quod si excedant in matureſcendo huiusmodi temperiem, solent latini, atque etiã vulgares appellare ea omnia genera, *Mitia*. Quamquam apud Virgilium,Horatiũ, Columellam,atque Pliniũ reperio,fructus maturos,vt poma, vocari *mitia*, quæ ita sunt concocta,vt iam gustum delectent, quod quidem non reperitur, in ijs, qui eam mediocritatem excesserunt, & insuauiores propterea habẽtur,licet alioquin *mitia*, vocentur,tam pyra,quam poma,atque alia. Porrò πέπανσις, siuè pepsis,aut πεπασμος,proprie accepta secundum Aristotelem, 4. meth. c. 2. nil aliud est,quàm perfectio quædam à calore naturali, & proprio in subiecta materia, hoc est in corporibus passibilibus; Quæ verò à medicis propriè uocatur coctio,& tam morbo,quam ipsi materię morbificæ tribui solet,nil aliud est(ut docet Gal. 5. Epid. com. 1. tex. 44 uer. 29.)quàm maturatio eorũ,quę sunt in morbo prẹter naturam; nam utraquè hęc coctio differũt primum inter seſe ratione agentis, quoniam coctio philosophi, fit tantum à calore naturali, atque proprio,medicorum uerò fit,tum à naturali,tum à præternaturali calore, ut ex Galeno patet in fine primi prognost. & ex Auerroe in Collect. differunt etiam ratione subiectæ materiæ, quæ coquitur, quoniam secundum Aristotel. hæc est omne passibile, nam quæ concoquuntur, simul atque sunt concocta perfe-

Scopus.

Diuisio.

Quæsita aliquot.

Ad primũ.

©BIUM

perfecta habentur, & id quod potentia erat ſtatim actu obtinet: ſecundum medicos materia coctionis eſt humor morbificus. Differūt poſtremò ratione finis, quoniam quæ perfecta coctione coquuntur, id habent à natura, vt poſſint conuerti in ſubſtantiam partium nutriendarum. Quæ coquuntur alio modò ſunt materię morbificę, quę ità parantur à natura, & à medico, vt poſſint extrà corpus pelli, aut ſaltem à nobilioribus ad ignobiliora loca mitti: atque de his loquitur Hippocrates quando dicit πέπονα, ideſt concocta, quibus etiam conuenit coctionis vniuerſaliter acceptę diffinitio, nuper ex Galeno tradita, ſcilicet quod redigantur ad quandam temperiem, de qua etiam loquebantur Arabes, quādo dixerunt, per coctiones attenuari craſſos humores, atque tenues incraſſari. Φαρμακεύειν, ideſt *medicari*. Illud eſt veriſſimum, quod ſæpe à Galeno, atque à nobis dictum eſt, hanc apud Hippocratem ferè ſemper ſignificare eam purgationē, ſiuè euacuationem, quæ fit per medicamenta purgantia. Et dixi apud Hipp. propterea quod apud Poetas, atq; alios ſcriptores, tria alia ſolet ſignificare, ſcilicet venenare, faſcinare, atq. tingere. Ταὶ κινέειν, ideſt *& mouere*.) Hanc vocem haud ociosam eſſe poſt purgationis vocem, aliàs monſtraui. Nunc ēt repeto iccircò hanc eſſe additā, vt doceret nullā grauē operationē, circà ęgros debere eſſe aggrediendam, niſi prius debitæ, quæ requiruntur pręparationes antecedāt. *Non cruda μὴ ὠμά*] Certum eſt cruditatē in materia, eſſe quid cōtrarium ipſi coctioni, quę ſicut duplex eſt, vt docuim⁹, ſic cruditas, huic oppoſita duplex eſt, altera, quę ἀπεψία, nuncupatur, altera verò, quę μόλυσις, defœdatio ab Ariſtot. nuncupatur; de qua poſtrema non poteſt loqui hoc in loco Hipp. quoniā hoc, quod ità crudū eſt, minimè in corpore retinendū, cum ſit corruptū, ſed ſtatim pellendū eſt, & Gal. lib. de cibis bo. & ma. ſuc. de ſimili cruditate loquēs dicebat, vbi ſic cibi crudi, & corrupti sūt, niſi ſpōte à natura è corpore ducātur, debere medicū ſollicitū eſſe in ijs euacuādis, alioquin ſi remaneāt in corpore, ſolere pernicioſas corruptiones, atq; febres inducere. Quare de priore cruditate, melius eſt Hipp. intelligatur, quippe cuius materię pars, reduci poteſt ad benignum, pars verò deterior cū ſit, huic per mixta ab ea per coctionem ſeparanda eſt, ità vt poſſit, vel naturæ, vel medicamētorum ope ſeparari. *Neque in principio*. Si in principio ſemper materia eſt cruda, vt ratio, & Galeni authoritas docent, & cruda non ſint, nec euacuanda, nec mouenda, certiſſimum eſt hoc multò minus in principijs morborum eſſe agēdum; ad quid igitur voluit hoc Hipp. adijcere, quod minimè erat neceſſariū: niſi dicamus ipſum addidiſſe illā vocē propter ea, quę ſequūtur. ſ. vt doceret numquā etiā in principio euacuādū eſſe, niſi materia, uel turgeat, uel urgeat, ſeu (ut dicūt barbari) ſit furioſa. Pro qua re intelligēda uidendū eſt, quid ὀργασμὸς ſit, ſeu materiæ turgentia, & quare ubi materia turgeat tunc liceat medico purgare, etiam nō expectata coctione, ὀργασμὸς itaq; ſiuè ὀργᾶν, quod transferunt noſtri turgere, ut docet Gal. tum hoc in loco, tum primo & x. aph. libri quarti, tum alibi ſæpe, necnon Heſychius, ac cæteri gloſographi, dicitur proprie de animalib. quando præcopia ſeminis in maximam libidinē, & excernendi ſeminis cupiditatem efferantur: quo tēpore, quia genitalia in tumorē quendā attollūtur, inde fit, ut huiuſmodi paſſio, etiam ad terrā, ad arbores, ut inquit Theophraſtus, à quo uocatur interdum λόπατος, qui alias ὄργασμος, atque ad ipſas quoq. uites transfertur, ut eſt

Qualis coctio competat materiæ morbificæ.

Cruditas duplex & de qua intelligat Hippoc. in preſenti.

Dubitat.

Solutio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 70 sur 867

intelligere apud Virgilium, & alios poetas Latinos. Pari pacto ab Hippocr. alijsquè medicis facta est huius uocis translatio ad ipsos humores, siuè potius ad ipsam naturam humanam, quæ ubi à copia, uel etiam acrimonia, & calore humorum, ità lacessitur, ut ipsos deponere aueat, atque nitatur, tunc dicitur turgere: quamquam hoc etiam impropriè ab aliquibus tribuatur ipsi materiæ, quæ ubi inordinatè, atque impetu quodam ab una, in aliam partem fertur, haud secus titillat, atque proritat naturam ad suimet expulsionem, atque seminis copia stimulat, ac ad sui ipsius excretionem impellit. quēadmodum enim animalia cum præ libidine ferociunt, uspiam quiescere non possunt, sed huc, atque illuc seseuertunt, sic & humores quando naturam percellunt, ægri ipsi haud quiescere possunt; sed uarijs, & magnis symptomatibus agitati, loco stare nequeunt: Ex quibus omnibus iàm facilè comprehendi potest, cur præceperit Hippo. ubi sic natura, siue humores turgent, tunc eos esse purgandos, non expectata humorum ulla coctione; Nam propter tres rationes hoc agendum esse prudenter consulebat Hip. Vna est, quia hęc materia ità inordinatè mota, periculum est, ne in aliquam nobiliorem partem labatur, ibiq. exitiū, uel aliquod graue malum producat; Altera est ratio, quoniam tunc motui medicamenti suffragatur natura, quemadmodum, & ipsi naturę fatiscenti egregiè auxiliatur, ipsius medicamenti operatio. Tertia ratio est, quoniam materia adeò furiosa, nisi statim euacuetur, facilè contingit, ut amplius euacuari nequeat, iam alicubi firmata; Vnde iure dixit Hippocr. occasionem esse prępcipitem, ac ob id eam subitò esse arripiendā, nè elabatur; Et aduertendum est quod dixit conciuis meus, eam esse quoque turgentem materiam, quę si non copia, aut qualitate manifesta lædit, saltem id facit archana, & uenenata qualitate, unde placuit plerisq. doctis, & peritis medicis, ut in materia venenosa, atque pestilentibus febribus, statim ad humorum purgationem, deueniatur; de qua aliàs à nobis deliberabitur, & quæ propterea etiam est necessaria, quoniam nulla de ipsa materia, coctio, neque emendatio alia est expectanda. *Sed magna ex parte non turgent*. Hæc verba (ni fallor) sapientissimus senex addidit, vt commonefaceret medicos, ne sese decipi patiantur in iudicanda statim materia turgente, atque illa consequenter ex purganda, tamquam hoc scire sit maximè necessarium, atque utile. Verum illud quoque, interest non parum, scire, quæ sit vera causa, quamobrem rarò materia in principio turgeat, nam de principio, non de alijs morbi temporibus Hippocrat. dictum esse intelligendum, satis ipsamet dictio Hippocratica potest docere. Præterea videndum est cur Hippo. adeò rarò hanc rem tractauerit, quæ est tanti momenti, nam Gal. in fine commentarij scribit, se nusquam hunc aphorismū reperisse, nisi in lib. de humoribus. Quantum pertinet ad caussam, cur ut plurimum materia non turgeat initio, Galen. dixit hoc patere experimentis, quoniā est videre rarò de mēbro, ad mēbra humores ferri, sed maximè in uno eodemq. membro quiescentes, ibiq. usque ad concoctionem, præparationem, morbiq. finem permanentes: nam ex verbis ipsius Gal. non videtur ulla ratio posse afferri, nisi sola experientia: attamē puto licere dicere, propterea initio rarissimè materiā turgere, quoniam cum turgentia, siue turgor fiat à copioso, calido, atque acri humore, naturam ad sui expulsionem excitante, rarò contingit, ut inchoent morbi à simi-

Turgere propriè quid sit.

Cur natura, seu materia turgente purgandum.

Cur rarò materia turgeat in principio.

Turgētia à quo fiat.

©BIUM

à ſimilibus humoribus, eò quod non ſtatim tales fiant, ſed aliquo habeant opus tempore ad ſui generationem, & Hippocr. 4. de morbis dicebat, non fieri ſubitò morbos, ſed ſubitò ἐκλάμψειν, ideſt elucere. Cur autem Hippoc. de augumento morbi non ſit locutus, neque docuerit, an in ipſo liceat vmquam purgare, puto rationem fuiſſe, quoniam verè ubi humores ſunt aliqua ratione turgẽtes initio, ſi permittantur vſque ad augumentum, periculum eſt, ne ferantur in aliquod membrum nobile, ibiq; ſiſtantur; quod vbi fit, non eſt amplius laborandum illos indè tollere, tum quia multò difficilius eſt, tum quia, cum in augumento inchoetur à natura coctio, omnis eius ſpes tolleretur, turbatione, à medicamento purgante, facta: quamquàm non diffiteor, quandoq; etiam poſſe in auguméto purgari, ſi initio aliqua ratione ſit prætermiſſa, atq; eò tempore turgentia perduret. Cur verò Hipp. adeò rarò hanc materiam tractauerit, cum tamen ſibi occaſione ſæpe data ſit, puto cauſſam fuiſſe, quoniam non putauit, eam ſatis compertam eſſe, quando alia ſcribebat, ſed cum ſcriberet aphoriſmos in ſenectute, iam habebat omnia longo vſu explorata, ac confirmata, & propterea voluit poſteris tradere. Vtilis eſt aphoriſmus.

In augumento aliquãdo purgare licet.

---

23 *Deiectiones non multitudine ſunt æſtimandæ, ſed ſi talia deijciantur, qualia conueniunt, & ægri facilè tolerant. Atque vbi vſque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, ſi æger poſſit tolerare.*

CONTINVATIO præſentis aphoriſmi cum antecedente ea eſt, quod cum ibi tractauerit de tempore purgandi, ſcilicet quando materia, vel eſt concocta, vel turgens, nunc tractat de modo cognoſcendi, quando purgatio rectè, & prudenter eſt facta, & eſt quando non pauca, vel multa educitur, ſed quando purgantur qualia debent, hoc eſt ſucci morbifici, & ægri ipſi leuantur, facileq. purgationes tolerant: & quamquam hoc etiam ab ipſo, in ſecundo huius libri aphoriſmo, videatur fuiſſe dictum, eſt tamen non exiguum diſcrimen inter hanc, atque illam ſententiam, ac præſertim illud, quòd ibi locutus eſt de euacuationibus ſponte à natura factis, hic verò de artificialibus: quaſi dicere voluerit (vel potius illi dicto addere) quod ſicuti rectè natura operatur, quãdo purgat, quæ debent purgari, ac benè ferunt ægrotantes, ſic medicum naturæ imitatorẽ, tunc rectè operari, quando concocta ducit, & qualia purganda ſunt purgat, nec non leuiter ægrotantes ferunt. Hic itaque eſt Hipp. ſcopus in præſenti ſententia, quæ eſt veluti præceptum quoddam ad ſignorum theoriam pertinens, cum ſcilicet præcipiat, vt non multitudo euacuatorum humorum ſpectetur, ſed potius qualitas, ac ipſorum ęgrorum tolerantia, nempè quibus verè cognoſcitur nũ cocta, an cruda ſint educta. Eſt quidem ſententia abſque ratione, verum quæ commodè in duas principales partes ſecatur, quarum prior eſt; *Deiectiones, &c.* poſterior uerò eſt. *Atque vbi vſque ad animi defectum.* Super eſt modo, vt ſingula diligenter expendamus, quandoquidẽ ſunt maximi in medicina facienda momenti. *Deiectiones.* Græcæ eſt τὰ χωρέοντα, quæ vox propriè ſignificat, ea quæ alio ſecedunt, ſiue ſponte, ſiue medicamentorum purgãtium opera: quo pacto intelligen-

Continuatio.

Scopus.

Diuiſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 72 sur 867

©BIUM

telligendus est Hippocrates: nam(vt dixi) aliàs de purgatione spontanea fuit locutus, nunc verò de artificiali; quam ait non debere medicum æstimare, atque iudicare τῷ πλήθει, idest multitudine; Circa cuius partis rectam intelligentiam debet sciri, omnem quantitatem tres partes habere defectum, medium, & excessum, quę proculdubio nisi considerentur in qualibet purgatione, nullum certum illius iudicium ferri potest; nam nisi sciatur, an plus, minusue, an mediocriter sit humor eductus, vix quicquam boni sciri potest: ea propter, non est ita Hippocrates interpretandus, vt voluerit prorsus negligi quantitatem eductorum humorum; sed ne principaliter attendatur, aut mens dirigatur, & oculus ad copiam; sed vt potius (non neglecta tamen copia) qualitas, atque ægri tolerantia expendantur, Et Hippoc. 6. Epid. sectio. 8. narrans ea, quæ spectanda medico, in tabella quadam, fuerant proposita, vbi de prodeũtibus à corpore loquitur, non uidetur quantitatis meminisse; Sed illud hoc in loco operæprecium est examinare cur potius, qualitas, & tolerantia, quàm quantitas sint spectandæ; Et cur, cum sint plura alia signa, quib. cognoscitur bonitas purgationis, nempe tẽpus, locus, somnus, sitis: tamen Hipp. solum meminerit trium, scilicet quantitatis, qualitatis, & tolerantiæ; Dicendum est ad hæc omnia simul, licet sint tot alię conditiones, veram tamen, & certam regulam cunctarum esse tolerantiam, & conferentiam, quæ duæ vbi verè adsunt, alię quoquẽ simul coniungantur necesse est: vt propter id contentus fuerit Hippocr. eas dixisse, quibus tamen voluit etiam addere qualitatem, & quantitatem, quia sæpe decipiuntur medici, cum fucata quædam tolerantia fit, cum aliqua conferentia, cui tamen cum bona qualitas, & quantitas, non correspondeant, incertum iudicium reddit. Atq; istud est, quod voluit significare Hippoc. quando 2. Epid. dixit quæ disparent sine signo infida esse. Cur verò magis qualitas, quàm quantitas conferat ad significandam purgationis tàm bonæ, quàm malę naturam, ea est ratio, quia qualitas est ea, quę operatur siue sit prima, siue alia: quantitas autem in virtute qualitatis operatur: si quidem, vt dicunt passim philosophi, semper in maiori quantò maior est virtus, sicut in minori minor: quamquam etiam interdum contingit, vt in parua mole sit magna virtus, quemadmodum Hippocrates de semine testatur, quod & exiguum est, & efficacissimum: & quemadmodum etiam Galen. 5. de locis aff. scribit de ueneno scorpionis, & alij de quodam veneno apud Regem Affricę, quod vel sola vnius grani exhibitione, & statim, & multos interimit; Iam verò quæ debeat esse qualitas purgationis, hoc est materię quæ purgatur, non est obscurum, si quidem debet esse concocta, hoc est separata à bona, faciens morbum, & apta reddita ad exitum è venis, atque è corpore, neque refert an dicatur solum faciens actu morbum, an factura, quoniam utrumque necessarium est in bona purgatione, alioquin si quid materię iam contaminatę, & ob id morbum facturę relinquatur impurgatum, facit recidiuam (vt prudenter dixit Hippocr.) qui etiam dixit τὸ καταγραφεν χεῖρον τ κατ' ἀρχην, scilicet recidiuã esse deteriorẽ priore morbo, & 2. prognostic. docet etiam, quæ sint condiciones tum bonorum tum prauorum excrementorum, ex quibus cognoscitur, an materia purgata esset cocta, an minus. *Atque vbi vsque ad animi defectum*; Hęc est secunda principalis aphorismi pars, in qua rem tractat summi momenti in medicina facienda,

Dubitat.

Solutio.

Qualitates solum sũt actiuæ

Materia purganda qualis eße debeat.

& de

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 73 sur 867

©BIUM

& de qua acerrime disputauit Auuerr. in collectaneis aduersus medicos, an scilicet vmquam liceat medico euacuare vsque ad animi defectum; quod autem Hippocr. dicit est, etiam expedire ad animi defectum purgare, modo æger id tolerare queat; Atque hoc pacto voluisse nos docere Hippocratem tanti esse in purgatione æstimanda ægri ipsius tolerantiam, vt etiam si purgatio ingens fiat ità ut ad animi defectum deueniat, non sit tamen metuendum quicquam, modo id bene ferat æger, quare circa hanc sententiam duo sunt breuiter uidenda; Vnum est, quid sit animi defectio, de qua sermonem habet Hippocrates; Alterũ est, an cum Hippoc. hic loquatur de purgatione per aluum opera medicamentorum facta, quod dicit, etiam de sectione uenæ possit interpretari; Et circa primũ scire oportet λειποθυμηαν, siue lypopsichian, esse uoces apud medicos vsitatissimas, ac licet videantur idem denotare, tamen etiam interdum accipiuntur tamquam differentes, tum inter se, tum etiam à syncope; Nam si spectatur etymon lypothymiæ uidetur ad uitalis facultatis dissolutionẽ pertinere, ut lypopsichia ad animalis. Syncope uerò nil aliud est, quàm præceps uirium omnium lapus, ità ut hæc à duabus antecedentibus distet, tum quia omnes facultates in ipsa dilabantur, tum quia magis præcipitanter hoc in ea, quam in illis cõtingat: quãdo igitur Hippocrates hic nominat animi defectum intelligit communiter tam de lypothymia quàm de lipopsichia. Ceterum illud est ualdè dubium, an liceat umquam euacuare usque ad animi defectum, tam per medicamenta, quàm per sanguinis missionem, & sudorem: & si liceat quomodo id faciendum sit an (vt dicunt scholæ) inclusiuè, an exclusiuè; Et priusquam ulterius progrediamur, illud statuere oportet, quod in prima parte aphorismi dixit Hippoc. intelligendum esse de omni euacuatione, tam sponte, quam arte facta, scilicet per sanguinis missionem, sudorem, atq; aluũ: siquidem in omnibus his, ubi euacuantur qualia debent, & leuiter ferunt ægrotantes, semper bonum est; Ceterum de euacuatione facienda, certum quoq. esse debet, id solum intelligi debere potissimũ de sanguinis missione, ut uidetur quoque interpretatus Galen. nam cum medicamentorum tam purgantium, quam sudorem euocantium operationem sistere, augere, minuereuè, non sit in potestate medici, ubi sumpta sunt, quemadmodum est permittere, ut incisa uena sanguis effluat, uel fluentem comprimere, propterea non est existimandum, uoluisse prudentissimum senem tam graue, atque periculosum præceptum dare; At de ipsa sanguinis missione est quod dubitatur, quoniam Auerroes 7. Coll 8. aduersus medicos disputauit numquam debere medicũ mittere sanguinem usq. ad animi defectum, propterea quod natura bene operans (quam semper debet medicus imitari) numquam id facit; prętерquam quod periculosum ualdè est, atque difficile metiri, quousque id faciendum sit. Verum quod consulit Hippoc. etiam quandoq; facit natura, ut quando febres ardentes, & magnas inflammationes largissima sanguinis biliosi è naribus profusione soluit, quę plerumque etiam in animi defectionem terminaret, nisi medicorum auxilia occurrerent: & quamquam aliquid periculi huiuscemodi operatio afferat, attamen si prudentes ministri, atque medici adhibeantur tuta operatio fieri potest, illo tamen semper obseruato, ut exclusiuè potius intelligatur ipsa facienda, scilicet, ut id fiat usque quò præludia tantum quędam appareant

Tolerantia maximi facienda in purgatione.

Lypothymia, lypopsichia, et sincope ad quas facultates spectent.

Dubitat.

Responsio

An liceat sanguinẽ mittere usque ad animi deliquium.

©BIUM

Quę ſint obſeruãda in miſſione ſanguinis, vſque ad animi defectum.

pareant futuræ defectionis, quæ ſunt oſcitationes, ſuſpiria, pallor uultus, extremorum refrigeratio, oculorũ calligatio, ſed potiſſimum pulſus intermiſſio, uel occultatio, non autem pergatur, atq; in ea diu ſiſtatur. Verum hoc pariter in caſu neceſſe eſt, ut nonnulla obſeruentur. Vnum eſt, ne hoc fiat, niſi in maxima neceſſitate, præterea, ut nõ fiat niſi in robuſtis corporibus, ſic enim dicit Hipp. hoc agendum, modo æger poſſit perferre: demum, ut ubi opus eſt inſigni euacuatione, potius in plures uices partiatur, quam ut tota ſimul una uice fiat: atq; ſic intelligendus eſt Gal. ubi dicit præſentaneum remedium in magnis doloribus, magnisq; inflammationibus eſſe ſanguinis miſſionem uſq; ad animi defectum, quod item ſtatuere oportet de magnis febribus, non quidem ardentibus à bile factis, in quibus frigidæ potus conuenit, ſed illis quæ ſequũntur magnas inflammationes, & in ijs corporibus, quæ ſanguine abundant, & conſequenter ualde ſunt robuſta. Eſt aphoriſmus utiliſsimus in medicina facienda, &c.

---

24 *In acutis paſſionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus vti: & hoc cum præmeditatione faciendum.*

Continuatio.

CVR Hippocrates præſentem hunc aphoriſmum ſubiunxerit antecedenti animaduerterunt pauci, ego autem hoc feciſſe eum puto, quia cũ ſupra dixiſſet, ac monuiſſet purganda eſſe concocta, idquè cognoſcatur, vbi purgantur qualia debent, atq; ab ægro facile toleratur, quaſi illationem quandam faciens

Scopus.

ſubiungit, propterea in acutis rarò purgandum eſſe, quod in ijs propter feruoré, non bene coquatur materia, nec purgari poſſint qualia debent, nec ab ægro nimium æſtuante poſſit ſuſtineri; Et ſi purgandum eſt, id fieri oportere initio tantum, atque magna cum præmeditatione, & prudentia; Sed quicquid ſit

Diuiſio.

præſens ſententia eſt pręceptum practicum ſine ratione, quod poteſt in duas partes diuidi, quarum prior eſt in *acutis paſſionib. &c.* Poſterior. *Atque hoc cum præmeditatione.* Circa primum quęri poſſet, cur Hippocrat. potius ſit vſus voce

Dub.

πάθεσιν, quàm νόσοις, ad quod reſponderi poteſt hanc uocem πάθος, apud medicos complura ſignificare: ſi enim communiter accipiatur, ſignificat quamlibet alterationẽ, quę ab alio in aliũ efficitur, vt enim diſputat Gal. lib. 2. Meth. Veteres motus omnes, qui naturaliter ſe habent, neque actiui ſunt πάθη, ideſt paſſiones uocarunt, ſicut actiones ipſos motus, qui uerè ſunt actiui: quomodo & Plato quaſlibet ſenſuum alterationes vocauit πάθη, At iuniores addit ſolum vſurpaſſe eam uocem, tam prò motu pręter naturam, quam pro affectu, qui remanet poſt motum, qui affectus ſi recens ſit, atque facile remouibilis dicitur διάθεσις ſiue diſpoſitio, ſin autem inueteratus ſit, ac propterea difficiliter remoueatur ἕξις, nuncupatur: qui certè haud paſſio dicitur, ſicut neque morbus; Itaque ſi propriè loquendum eſt, ut Galenus libro de different. ſymptom. πάθος, eſt in motu, & alteratione, διάθεσις, ſiue diſpoſitio eſt quid remanens poſt alterationem, ſicut, & habitus. Verum ut in eodem 2. Meth. teſtatus eſt idem Gal. Veteres vſq; adeò uocẽ πάθος, dilatarunt, ut ẽt morbos ſub ea comprehenderint, ſicut & ἀῤῥωστίαν, & ἀῤῥᾳστίαν, & M. Tullius libr. de finib. ſemper eam uocem tranſtulit morbum.

Reſp.

Iam

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 75 sur 867

©BIUM

Iam verò hoc in loco pro πάθεσιν, intelligere morbos tam acutos, quam diuturnos, non est vt dubitemus, quemadmodum etiam in lib. περὶ τῶν παθῶν, καὶ ὄντος παθῶν, *Et inter intia*. Principium cum sit triplex apud veteres, scilicet primi tres dies, primus morbi insultus, ac totum illud spacium, in quo nulla coctionis signa apparent, dubio procul hoc postremo modo accipiendum videtur; quamquam cũ vsus sit voce plurali, potius videtur intellexisse quodlibet principij genus, *Medicamentis purgantibus*. Licet de medicamentis alterantibus, quin liceat ijs vti in initio, nunquam dubitatum sit, verum de purgantibus, ea propter Hippocr. huiusmodi dubium eximere volens, addidit *purgantibus* tanquam liceat etiam initio purgantia adhibere, modo seruentur duæ conditiones, vt scilicet id fiat rarò, & quoties faciendum est, id semper agatur non temerè, sed magna cum præmeditatione; Circa quam sententiam paullisper examinandum est, cur Hippoc. voluerit rarò in acutis esse purgandum, & quid voluerit significare, dum præcepit id agendum esse cum præmeditatione; Nam quantum attinet ad primum, videtur natura acutorum maximè postulare usum medicamẽtorum purgantium, qđ fiant à succis calidis, & biliosis, ac tenuibus, qui vt dicebat Gal. lib. qu. & quan. purg. opor. semper sunt parati ad expulsionem; Ex altera parte medicamẽta verè purgantia (de quibus loquitur Hippocrates) omnia sunt valdè calida, morbi oẽs acuti, similiter valdè sunt calidi; itaque si ea administrentur, non est dubium caliditatem auctum iri debere, & consequenter periculum augeri. Dicendum est, pro huius rei, quæ maximi est momenti tuta resolutione, multo melius esse in morbis acutis penitus à verè purgantibus initio abstinere, & vel clysteribus aluum mouere, vel medicamentis blandioribus, quæ non sint ità calida vti, ne scilicet magis corpus incalescat, atque exsiccetur, simulq. vniuersum corpus turbetur, non euacuata, sed commota cruda materia; Attamen duo sunt casus in quibus licet, ijs uti, scilicet, dum turget materia, aut dum reuellenda est, ne fluat cum impetu in affectam, vel dolentem partem, & in hoc differentia apparet inter longos, & acutos morbos; quia in longis nunquam est purgandum electiuè nisi probè cocta materia, in acutis vero, nisi in declinatione perfecta, atque in principijs in quibus solet materia turgere, secusquam in longis, in quibus numquam turget. Itaque iure dixit Hippocr. in acutis purgandum esse rarò, atque in initijs in quib. turgent succi. Cur aũt in acutis, & prẽsertim ardẽtibus febribus adeò noceat purgantium usus explicuit Hippocr. lib. de purgantib. med. scilicet quia carnes calidæ attrahũt medicamẽtũ, nec sinunt operari: augent febrẽ, morbũ regium, & marasmos faciunt, quę mala nõ ità in longis eueniũt. Porrò de prę meditatione, quam posuit Hippocr. esse adhibendam, certè iudicandum est huiusmodi verba fuisse addita, vt deterreret medicos à facili purgantium in acutis febribus vsu, quasi non solum id agendum sit rarò, uerumetiam ut quando illud fiat, semper magna consideratio, atque industria adhibeantur, quæ in hisce potissimum consistunt, vt materia turgeat, vt non sit ductu multum difficilis; cuiusmodi est, quãdo in partibus valde remotis stabulatur, necnõ viscida, atq; crassa existit; quando corpus non est fluidum, sed strictum, & quando uires sunt admodum imbecillæ, & demum quando aliqua inflammatio latet in uisceribus, & vt summatim dicam, agere aliquid cum præmeditatione est apud Hippocratem

Principij multiplex acceptio.

An in acutis rarò sit purgãdũ.

Solutio dubitationis.

Purgãtia cur in acutis suspecta.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 76 sur 867

cratem prudenter agere; scilicet cum recta administratione nempè, ut diligenter medicus consideret, quid sit exhibendum pro purgatorio, quà hora, quantum, & quomodo: utilitas autem præsentis aphorismi quę, & quanta sit, facile potest unusquisq. intelligere.

---

25 Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & facile ferunt; Si contra, difficulter.

INITIO huius libri, dum Hippocrates tractaret de purgatione spontanea, & naturali, hanc eamdem sententiam habuit, ut uideri possit inutilis, & superuacanea illius hoc in loco repetitio: uerum non ità est, imò uerò cum Hipp. in antecedentibus de purgationibus artificialibus esset locutus, uidisset q. in facienda medicina nil forsan esse magis necessarium, quàm ut medici semper purgent quæ, & qualia debent, atq; id cũ tolerantia, & conferentia simul: propterea uoluit concludere librum cum hac sententia, quam etiam habuit in principio. & succurrit mihi dictum Arist. in politicis, ubi loquens de rebus ad bene, beateq; rempub. gubernandam necessarijs, dixit primam, & ultimam esse religionem: sic possumus dicere Hippocratem uoluisse nos monere primum, atque ultimum in negotio purgationum faciendarum, esse, ut purgentur qualia debent.

†††††††
†††

FINIS PRIMI LIBRI.

HIERO-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 77 sur 867

©BIUM

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS,

PRAELECTIONES PATAVINAE,

IN SECVNDVM LIBRVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS.

QVID actum sit ab Hippocrate in primo libro, superius audiuistis; Nunc quid in hoc agendum sit, dicere aggredior. Et primum in vniuersum illud scire oportet (quod etiam retrò monui) Aphorismos omnes esse veluti sententias separatas: propterea maxima ex parte, nullam certam in ijs, aut certè exiguam continuationem reperiri: tanto minus libri, ad librum. Veruntamen siquid ingenio reperire licet, quod saltem verisimilem aliquam rationem habeat, dicendum est, Hippocr. in toto libro aphorismorum aliqua etiam ad theoricam medicinæ partem spectantia, tractare, præsertim in qua morborum naturæ, & causſæ quæruntur. Sed maximè partem simioticam, seu significatiuam, necnon curatiuam, atque ὑγιεινὴν, seu salubrem, ad conseruationẽ s. valetudinis sanorum pertinentẽ, docere; quas tamen haud seriatim, & ordine, quantũ ego puto, tractat, sed cõfusè, & prout sibi, tũ ex alijs, tũ maximè ex Epid. & prognost. libris, aut magis ex quotidianis obseruationib. occurrebat; Itaq; si quid ordinatè, & cum aliqua methodi imagine fecit, hoc est quod in primo libro potissimum tractauit, de uictu instituendo, habita indicatione à diuersis rebus nempe, ætate, tempore, morborum constitutione: & illud forsan prius tractauit, tum quia, hæc est pars medicinæ, quæ omnibus prior inuenta est, tum quia in curandis ægris, ante omnia alia, medicus debet uictui instituendo operam dare, quippe qui à uiribus, & uita ipsa indicatur, ac sine quo (vt dicebat Gal. lib. de theriaca ad Pisonem) nullum auxilium (etiam potẽtissimum) quicquã boni operatur. In hoc autem secundo, non solum præcepta aliqua docet pertinentia ad victum, verum etiam complura alia, quæ partim simiotica partim

I libri aph. quam inter se continuationem, habeant.

Quæ in secundo lib. tradãtur.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 78 sur 867

©BIUM

tim therapeutica, & cum dico significatiua, non solum intelligo dignostica propriè vocata, verumetiam prognostica (vt pedetentim uidebimus) quamquã, (vt dixi) nõ multa sint, quę certam inter sese, atque etiam ex methodo connexionem habeant: si quidem facti sunt aphorismi tantum, vt breuitate sua possint faciliter mente complecti. nam quòd dicebat Seneca præcepta esse seminibus similia, quæ in pauca mole facultatem eximiam possident, ac potius pauca esse debere, atque in promptu haberi, quàm multa, sed non in promptu esse, id quoque aphorismis accommodari maximè potest. Sed iam tempus est rem nobis propositam aggrediamur, scilicet, expositionem primi aphoris. 2. libri qui est

---

1 *In quo morbo somnus laborem facit, mortalè: si verò iuuat, non mortale.*

CELSVS lib 2. capit. 6. Is (inquit) facile consumitur cui somnus laborem auget: hunc itaq; aphorismum esse potius dogma quoddam quã præceptum facile res ipsa declarat, quemadmodum dubitare non oportet, quin quoq; potius ad partẽ significatiuam, s. prognosticam, quam ad aliam spectet; Cur verò secundi libri initium fecerit potius, à somno quàm ab aliquo alio, aut nulla fuit ratio, sed potius fortuna quædam; aut si ratio vlla est reddenda, hæc erit quia somnus est una ex præcipuis rebus, quæ cunctis animalibus ob salutem traditæ sunt: siquidem nisi animalia ab actionibus per somnum quiescerent, haud possent perdurare: præterquamquod manifestis experimentis quotidie animaduertitur, quæ obeuntur actiones à non dormientibus, multo deteriores esse; Et non absque ratione inter maxima tormenta à iudicibus reputatur, ipsos sontes euigilare; Sed hæc non multũ faciunt ad rem nostram. Sententia autem præsentis aphorismi perspicua est, & in duas partes diuiditur, quarum prior est, nimirum. *In quo morbo somnus laborem facit mortalè*: secunda autẽ, *si verò iuuat nõ mortale*. Nam solita iuuare, si non iuuant, certè pessimũ est, tum vt signum, tum, vt causa: vt signum, quia significatur ingens esse malum; postquam à rationalibus, naturalibus, & conferentibus, vtilitatem nullam capit, imò verò noxam vt ob hoc sperandum parum fit in cęteris præsidijs. Vt causa etiam est mortalis, quia somnus vires cum defatiget, planè causa mala est: Contra si iuuat non est causa praua, sed bona: neque signum mortale, quia hoc non est indiciũ mortis. Vt autem viua aliqua ipsius sententię anatomes à nobis fiat, singula sunt expendenda, nã dicebat D. Chrysost. res precioſas subtilibus lancibus, & põderibus expendi, ità ut non solũ drachmæ, & scrupuli, verumetiam grana librẽtur, quod non fit in rebus uilioribus: sic faciendum esse duco in explicandis & examinandis Hippocratis aphorismis, vt scilicet singula, vel minima uerba ponderentur, cum sint veluti precioſissimi ipsius medicinæ thesauri; Quod itaque pertinet primo ad somnum. Certum est ipsum esse passionem quandam naturalem factam, (vt docet præ ceteris Alexand. 1. quæst natural. 20.) ex dulcibus euaporationibus à pectore, atque naturalibus visceribus sublatis, quę donec durant, non modo spiritus torpidos reddunt, verum, & obstruentes cerebri meatus, impediunt, quominus actionibus animæ obeundis famulari possint, vt ob

Somni naturalis causa.

hoc

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 79 sur 867

hoc pueri ſiunt ſomolenti, ob copiam, atque craſſitiem harum euaporationũ. Vbi autem ità ſunt diſſipatę, vt nullum incommodum amplius afferant, tunc ijs diſſolutis ſomnus finitur, vigiliæq. ſuccedunt; Atque hęc eſt uera naturalis ſomni generatio, quantũ ipſe puto: tametſi non ignorẽ inter ipſoſmet philoſophos, atq; etiam medicos, aliquã varietatẽ extare, circà ſomni naturalis generationem, & naturam. Iam verò non naturalis, ſed morboſi ſomni cauſſæ, atque generationis modi, ſunt complures; Vel enim fiunt à cauſſis externis, vt Aere paludoſo craſſo, de quo Ariſt. 14. ſect. probl. 11. vel laſſitudinibus, vel ægritudinib. animi, vel alui adſtrictione, vel cibo, & potu, ut uino, vel generoſo, & craſſo, vel medicamentis, vt Altereo, Opio, mandragora, lactuca, ſolatro, alijſq; ſimilibus: fiũt etiam à cauſſis internis prętернaturalibus, ſcilicet humoribus craſſis, aut frigidis vt in morbis pleriſq; nec non in acceſsionibus paroxiſmorum, ſcilicet quando frigus vrget, aut rigor, in quibus, vt ait Galenus coactus intrò ad pectus & uiſcera calor, euaporationes copioſas, atque craſſas in caput attollit, donec illis conſumptis, vigilia ſubſequatur. De ſomno naturali, haudquaquam hoc in loco Hippocratem loqui certum eſt, quandoquidem, quantum ſit ex ſeſe, ſemper iuuat, cũ ſit veluti alimentum quoddam ipſis viſceribus, vt dicebat Hipp. 6. Epid. ſect. 5. tex. 10. At de prætер naturali ſermonem habet, alioquin non noceret, ſi naturalis eſſet, cum autem, vt dictum eſt, plura ſint ſomni non naturalis genera, vnũquodq; maximè illud habet, ut nullã utilitatem afferat, ſed quando, prætер commoditatis carentiam, detrimentum quoque adfert, non ſolum eſt prætернaturalis, verumetiam exitialis, quia eſt ſignum mortis futurę. Nam quòd vox πόνος, detrimentum ſignificet, iure credidit Galenus, quemadmodum etiam quod hic Hipp. loquatur potius de ſomno prætернaturali, qui fit in alijs morbis, vt comate, lethargo, quàm de illo, qui fit in initio paroxyſmorum febrium, qui tametſi non ſit bonus, eſt tamen quodammodo naturali ſimilis, quippe qui fiat & ipſe ob retractionem caloris, ad interiora, atque euaporationes in cerebrum; ac propterea noceat potius (vt bene dicit Galenus) quia priuat beneficio uigiliarum, à quibus calor, extra tractus, diſſipãdo confert quàm quod inſigne ullum damnũ afferat: quamquàm uerè etiã detrimenta illa afferat, ſcilicet, quod ſi adſit inflãmatio vlla in uiſceribus, maior fit; paroxiſmus ad ſtatum tardius accedit, nec humores coquuntur: quemadmodũ ſi fiat alijs temporibus. Dicebat enim Hipp. de hoc ſomno loquens 6. Epid. ſect. 8. tex. 5. & 4. aphor. 67. in huiuſmodi ſomnis extrema refrigerari, mentem perturbari, fieri timores, conuulſiones, aliaquè mala. Et quamquam initio paroxiſmorum ſomnus, ut dixi, non ſit ità malus; etiam ſi laborem faciat: Eſt tamen talis peſsimus in declinatione. [θανάσιμον, & θανατώδες,] ut perhibet Gal. 5. aphor. 23. necnon lib. 6. aph. 18. duo ſignificat, & quod neceſſario mortem, vt habetur primo de mor: de phtiſi, hydrope hypos: peripneumonia grauidarum. & quod periculoſum, pernicioſumque eſt, ità ut frequenter, ſed non neceſſario exitium afferat. Hoc in loco accipitur ſecundo modo, non autem primo: quandoquidem non eſt ex ijs ſignis, quæ in ſecundo progn ponũtur inter uerè lerhalia, & aliquos etiam ſub hoc ſigno ſeruari, quotidie obſeruamus. Verumtamen illud obſeruare oportet, quod præclarè ſcriptum eſt, à Corn. Celſo lib. 2. cap. 16. ſcilicet multos etiam à medicis deſer-

Somni nõ naturalis cauſæ & generatio nis modi.

De quo ſomno loquatur Hipp. in preſenti.

tos

tos conualuiſſe: vereque Democritum ſcripſiſſe, nec finitæ quidem vitæ, certas eſſe notas: cum tamen è contra Plinius lib. 7. cap. 51. dixerit innumerabilia eſſe mortis ſigna, ſalutis verò nulla certa. *Sin verò.* Hæc eſt ſecunda pars apho. *ſomnum*, vbi naturalis eſt, ſemper iuuare, non eſt dubitandum: quandoquidem eo vires ex vigilijs fractæ, recreantur, & coctiones naturæ multò meliores efficiuntur: vnde ſiue in morbis, ſiue in ſanis, ſemper videtur prodeſſe, ſi ſit naturalis. ſed quare maluit Hipp. dicere εὐθανάσιμον, quam ἄγαθον? quoniam iuuante ſomno certum eſt, periculum omne mortis abeſſe, verum non ità certum eſt, quin morbus ſit duraturus, aut quidpiam aliud malum, præter mortem, allaturus; præſertim quando ſit damnum perſeuerans, neque factum à cauſſa externa, tunc enim ſomnus in declinatione, licet non ſit lethalis, non eſt tamen bonus. Illud certè verum eſt, quod nocumentum declinationis, cæteris paribus ſemp eſt deterius nocumento aliorũ temporum, & maximè principij. Porrò vſus huius aphoriſm. nõ modo eſt, pro iudicio futuri euentus afferendo, verumetiã pro curatione, vt. ſ. vbi labore aliaq; mala facit, ipsũ, quãtũ fieri licet, impediamus; ꝙ ſit in comate, lerhargo, & alijs ſimilib. affectib. & præſertim illud præceptũ aquiritur ex hoc loco, vt debeamus ſemper initio paroxiſmorum ſomnum prohibere, niſi tamẽ uiribus effractis, aliquid prodeſſe cõperiatur: ſicut in declinatione permittendus eſt, niſi & in hac detrimentum potius, quàm iuuamentum afferat; quod in pernicioſis morbis contingere, ſæpenumero obſeruatũ eſt: de vſu huius aphoriſmi dicebat Hipp. 6. Epid. ſect. 8. 5. animaduertenda eſſe, quæ per ſomnos ingrauſcunt, & quibus refrigerantur extrema, & mens perturbatur, cęteraq. idgenus, quæ per ſomnos eueniunt.

Dub.
Reſp.

---

2 *Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum.*

CERTE præſens aphoriſm. videtur quaſi illatio quædam ex præcedenti eſſe, perinde ac ſi diceret Hippocr. ſi vbi iuuat ſomnus, non eſt mortale, ergo vbi delirium ſedat, eſt bonum; Vel poſſumus dicere Hippocratem ità loqui voluiſſe, non ſolum non eſt mortale, vbi ſomnus iuuat, verum ſi delirium ſedat, bonum eſt: Vt cumq. autem ſit, aliqua elucet connexio inter hunc, atq; antecedentem aphoriſmum, qui præceptum, atque decretum eſt, ad partem prognoſticam ſpectans. Iam verò παραφροσύνη, quæ eſt vox Hipp. vſitatiſſima omnem mentis alienationem ſignificat, ſiue ſit cum febre, ſiue ſine febre, ſed potiſſimum eam, quæ ſit à febre: aut ſaltem cum febre: ſi quidem ſignum eſt naturam eſſe morbo robuſtiore: præterquam quod, ea eſt bona cauſſa, quæ rationabiliter bona facit, cuiuſmodi eſt ſomnus, qui vbi iuuat, non poteſt non eſſe naturalis. Iam verò μανίη, quæ & ipſa eſt vox Hip. familiaris, perinde ſignificat, ac ceſſare faciens, & in totum delens; Eſt igitur plena, & integra Hippocrat. hæc ſententia, quod ſomnus vbi ex toto deleat delirium, eſt bonum, & ut ſignũ, & ut cauſſa, modo (inquam) ipſum faciat ceſſare, hoc eſt nõ turbare, quẽadmodũ ante faciebat. In vxore etenim Philini licet ſomnus ſedaret deliriũ, tamẽ remittebatur, & propterea mortua eſt, ex qua ſententia poſſumus etiam utiliſſimum

Connexio.

præce-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 81 sur 867

præceptum pro facienda medicina colligere, nempè, ut quantum fieri tutò licet, ſemper prouocemus ſomnum, ſi iuuat, alioquin non eſt id temerè agẽdum, quoniam vi medicamentorum inductus ſomnus, ſi non iuuat delirantes, certè lædit mirum in modum, cum omnia ſoporifera calorem natiuum iugulent, qui eſt author omnium bonorum, tàm in ſanis, quàm in ægris corporibus. Neque verò dubitandum, quin interdum ſomnus magis inſanire faciat, quòd retineantur ab eo cerebri uaporationes, ac fuligines, necnon multò maior fiat à uiſceribus ad cerebrum, exhalationum acrium, elatio: imò dicebant Ariſ. & Alexander eos, qui multum dormiunt, eſſe decoloratiores. Et hac in re illud eſt animaduertendum, non omnia ſoporifera conducere pro delirio ſedando: quandoquidem ſcimus, nonnulla ex his, ſua ſponte delirantes homines facere, ut de iuſquiamo certum eſt: quòd propterea dicunt eſſe à ueteribus Latinis uocatum Altercum, quòd mentem ipſam alteret. Itaque in prouocando ſomno prò delirantibus, primum à blandioribus extrinſecis erit inchoandum, ut lenibus frictionibus, & titillationibus plantarum pedum (de quibus loquens Alex. 2. probl. 42. dicebat eas excitare ſomnum, propter duas cauſſas, unam, quia nerui coeunt ad eas partes, per quas, illa blanda tractatio, tranſmiſſa paullatim ad cerebrum, & animum, demulcet illum, & ad quietem traducit; Alteram, quia ex eo motu excitantur blandæ exhalationes, quæ ad cerebrum tranſmiſſæ, ſomnum inducunt) vinculis, lotionibus extremorum, tàm ſimplicibus, quàm lactuca, papauere, anethoquè medicatis, ſimiliter, & odoribus, atq; ſuffumigationibus eiuſdem facultatis, nec non temporum illitionibus factis diapopuleone, Philonio modico ſucci limonum, vel citriorum eliquato, oleis violato, aut nenupharino (opij modico adiecto) quæ ſi non proſint, interna remedia adhibenda, ut ſeminũ papaueris ſuccus, panatella, aut amydalarum ſucco commixtus, ſuccus ipſe de papauere nuncupatus, philonium, pilulæ de cynogloſſa &c. Etenim interdum uſque adeo uehementer urget, ut niſi ſedetur, omnes uires facile magnis illis, tum membrorum, tum animi motibus atterantur; ut ſummo iure Gal. dixerit in commento, quòd, & ſi in omnibus propè morbis ſit bonum eos placari à ſomno, maluit tamen proponere exemplum delirij, vt grauiſſimi, atque periculoſiſſimi affectus: Eſſe uerò delirium (præſertim paulliſper confirmatum) inter affectus grauiſſimos connumerandum, non modo, quia lædit nobiliſſima omnium actionum hominis, verumetiam, quia lædit inſigniter cerebrum, quod dicebat Hippo. 4. de morbis eſſe viſcus omnium nobiliſſimum, & in Epiſtola ad Demetriũ Regem dicebat caput eſſe ῥίζα τ̃ ἀνθρωπίνων νοσημάτων, atque ab ipſo maximas ægritudines proficiſci.

Somn⁹ cui medicamẽtorum inductus aliquando lædit.

In prouocando ſomno quæ ſeruanda.

---

5 *Somnus, atque vigilia, vtraq. ſi modum exceſſerint, malum.*

CElſus lib. 2. c. 4. hũc aphor. trãſtulit ſic. Æquè uerò ſignũ malum eſt, etiam ſomno ultra debitũ urgeri. modus cõnectendi hũc aphoriſmũ cum ſuperiorib (mea ſententia) hic eſt quòd potuiſſet ex antecedẽti aphoriſmo inferri, ſi bonus eſt ſomnus, qui delirium ſedat, igitur ſemper bonũ eſſe. Vnde ne quiſpiam deci

Continuatio.

decipiatur voluit admonere hoc dogmate, non ſemper ſomnum bonum eſſe, ſicut nec uigiliam: quia ſi utraque modum exceſſerint, malum eſt. ſed antequam ad alia deueniamus, tria occurrunt dubia unum eſt, videri hunc aphoriſmum non ità dignum Hippocrate, quandoquidem tritiſſimum adagium eſt, mediocritatem in cunctis auream eſſe, ac ob id omne quòd nimium eſt nocere, præterquàm uirtutem, quamquam, ut ſcribit Hippocrates in Epiſt. ad Dionyſium amicum, in virtute nullus ſit exceſſus, ſed ita iudicetur à vulgaribus, & imperitis, qui quod ſibi deeſt, putant, atque dicunt excedere in alijs; Et 6. Epid. labor, cibus, potus, ſomnus, venus, omnia moderata; Alterum dubium eſt cur Hippoc. potius non dixerit ſomnum eſſe malum, ſi excedat, uel deficiat: ſiquidem uigilia nihil aliud eſſe uidetur, quam ſomni defectus; Tertium eſt, quia non uidetur uerum, ſemper immoderata eſſe mala, quoniam Ariſtot. 1 probl. 2. monſtrat interdum medicos curare ægritudines per exceſſus, & defectus; Ad primum reſpondendum id quod dicit Galen. nempè fuiſſe aliquos, qui dixerunt, nullum ſomnum eſſe immoderatum, alios uerò, qui omnem uigiliã fecerunt immoderatam: unde pro his refellendis, Hippocrates protulit præſentem ſententiam. Alio modo reſpondendum eſſe puto, quod tametſi cuncta immoderata ſint mala, atque hoc à cunctis penè cognoſcatur, ueruntamen ſunt aliqua, quæ uel quod delectent, vel qđ aliquo pacto iuuare uideantur, non propterea mala eſſe exiſtimantur: inter hæc autem potiſſimum recenſentur ſomnus, & uigilia, nam ſomnus cum faciat ceſſare, aut ſaltem non ſentiri moleſtias animi, & corporis, ob idquè placidiſſimus, & quaſi mortis germanus uocetur paſſim à Poetis, poteſt uideri ſemper bonus; Pariter & uigiliæ cum animum uegetem, quodam modo indicent, atque uiuere, & operari (quæ bona ſunt,) hominem ſignificent, poſſunt aliquibus non uideri ſemper malæ: unde Hippoc. qui neminem vult falli, ut huiuſmodi errandi occaſionem adimeret, uoluit docere quando ſomnus, & uigilia non ſint bonæ, ſed malę potius, ſcilicet quando fiunt μάλλον ἢ μέτρῳ ideſt vltrà modum, & menſurã debitam. menſura autem, ſiue μέτρον ſomni eſt ille, qui naturalis eſt, & quem dicebat Hippoc. 2. prog. ſemper eſſe bonũ, hoc eſt ſi fiat noctu, uel ſummo mane, ſi duret, donec facta ſit coctio, quæ ſeptem, vel octo horis ad ſummum communiter perficitur, ſi leuiter excitetur ab eo dormiens, ſi recreet, atque reficiat uires. Vnde ubi ſomnus, uel diutius duret tempore dicto, uel ſi non fiat noctu, aut difficiliter quis ab ipſo expergiſcatur, à menſura diſcedere dicitur: quamquam nõ par ſit omnium natura in dormiendo: cum alia ſit, menſura ſomni puerorum, alia ſenum, & alia hieme, alia æſtate: alia ſobriorum, & temperatè uiuentium, alia ebrioſorum, atque intemperantium: unde non rectius quantitas metiri poteſt, quam ab eo, quod vbi quis ſeſe à ſomno leuari ſentit, ea ſit potior menſura quãritatis ipſius. Et quod dicitur de ſomno, idem putandum eſt de uigilia, quæ non aliud eſt, quam ipſius ſomni priuatio. Ad ſecundum dubium reſpondere licet maluiſſe Hippocratem uſurpare uocem uigiliarum, quam defectus ſomni, quia ſomni carentia, ſeu defectus, quid minus uidetur ſignificare, quam uigilare; & aliquem ſomnum, ſed puſillum præſupponere uidetur, contra uigiliæ, omnem ſomnum arcent, licet Celſus lib. 2. capit. 1. ex Hippocrate lib. 5. aphoriſm. 24. ἀγρυπνίας, interpretetur noctur-

Prima dubit.

Secunda dub.

Tertia dubit.

Solutio prima dubitationis.

Altera ſolutio.

Coctio quot horis abſoluatur.

Ad ſecundam.

nas

nas vigilias, nisi dicere velimus præelegisse vocem (ἀγρυπνίαν) quod hæc sit propria, & vsitatissima ad significandum somni ipsius defectum; nempè, quæ est propriè contraria τῷ ὕπνῳ. Causa porrò cur somnus, & vigiliæ immoderatæ noceant, est quia in eo nimis retinentur euaporationes, quo fit, ut etiam (quod dicebat Arist. in pb.) nimiũ dormiẽtes, sint sẽper decoloratiores; at in uigilijs nimia efficitur spirituũ resolutio, hinc fit, ut cæteris parib. tã in sanitate q̃ in ægritudine deterius sit sẽper, plus uigilare, q̃ dormire: quam q̃ in aliquib. casib. contrariũ eueniat, ut. s. deterius sit plus dormire, quãdo, s. morbi fiũt à nimio humido, aut cerebrũ humidissimũ sit, qđ ꝓstat vigilijs ẽt immoderatis exiccare; Ad Tert. dubiũ respondendũ est. Immoderãtias posse cõsiderari dupliciter, vel scđm se, vel prout sũt cõtrarię causis morbificis; si primo modo nunq̃ laudãdę, & sic dicit Hip. esse malas: si autem scđo mõ, sic uerũ dicit Arist. qa excessus, alteri excessui morbifico opposito, adhibitus, eundem tum ad æqualitatem reducit, tum sanitatẽ procreat. *Ad tertiã.*

4 *Non repletio, non fames, neque aliud quicquam, quod modum naturæ excesserit, bonũ.*

EA est præsentis aphorismi, cum antecedẽti cõnexio, qđ cum immoderantiã esse semper prauam docuisset exemplo somni, & vigiliarum superius allato, mõ idẽ quoq; confirmare vult exẽplo repletionis, & euacuationis, q̃ intellexit sub voce κίμους. Etenim, sicuti sanitas est ueluti habitus quidã cõmẽsuratus oĩum rerum, ità reb. cõmoderatis conseruatur, ab incõmoderatis uerò lædituꝛ; & verè hæc sentẽtia potiùs ad conseruationem q̃ ad curationẽ, videtur spectare, quippe q̃ non cõmoderatis, sed plerumq; cõtrarijs, atq; excessib. recuperatur, vt ẽt Arist. dixit 2. prob. lib. 1. Veruntamẽ si res ęstimetur, nõ mõ cõseruationi, verumẽt curõni utilis est hęc sentẽtia. Possumus itaq; sic ratiocinantẽ facere Hippoc. nihil est bonũ, qđ naturę terminos excedat, vt in lib. de Alim. scriptũ est ab Hip. igitur, nec repletio, nec fames, nec quicq̃ aliud, quod excedat naturã bonũ est, Circa q̃ verba notãdũ est Hip. dixisse potius famẽ, q̃ inanitionẽ, qm̃, (vt antea dicebã) de causis sanitatem conseruantib. agit, inter quas primũ locũ tenet nutrimentũ, qđ & ipsũ esse moderatũ necesse est; & in quo maximè peccari solet, ꝑsertim excessu, quẽ cũ intẽderet potissimũ dãnare (vtpotè vsitatissimũ ẽt suo tpe,) voluit sibi quoq; copulare defectum, nõ illum q̃dem, qui vitio aliquo morboso fit, sed qui potiùs electione, & volũtate, & de quo loquẽs disertissimè. D Basilius in lib. de Virginitate eos maximè dãnabat, q̃ sese fame, & ieiunijs, ità macerãt, ut corpora obeũdis actionib. scđm uirtutẽ, atq; Dei ꝑcepta, reddãt inępta: quam q̃ Hip. 2. Epid. cap. 5. dicat in laborib. seu corporis exercitationib. ꝓpioꝛẽ esse medio excessũ, cõtra uerò ĩ alimẽtis ἄλειψιν, i. defectũ. Aliud dignũ adnotatione est Hip. nõ dixisse malũ esse, à naturali mẽsura recedere in repletione, & fame, sed dixit nõ esse bonũ, tum q̃a (ut dicũt aliqui) uoluit Hip. docere ẽt ea signa, q̃ nõ sũt, neq; bona, neq; mala, sed media quodãmodo, ꝓpa nõ bona vocat: tũ quia repletio & fames nunq̃ uerè bona simpliciter sunt; at nõ semꝑ mala, etenim ubi vẽtriculus repletus est crudis, & copiosis succis, multũ ieiunare haud nocet, sic in stomacis biliosis, & siccis multũ repleri, nõ ita nocet, & forsan ille q̃ in Oeniade, sẽtiebat ex ieiunio doloꝛẽ, & magna sãguinis missione sanatus est apud Hip. 5. Epi. si plusculũ ieiunasset cõtulisset, quẽadmodũ cõtulit euacuatio, sectione uenę, facta; Et ijs, q̃ magna fame laborãt, & in animi deliquia, ex ea incidũt certum est cõferre, si uentriculum sem *Connexio.* *Scopus.* *Not.* *Not.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 84 sur 867

©BIUM

Dubitat. per plenum, potius q̃ uacuum habeant: Sed quęret aliquis cum, neque repletio, neq; inanitio sit bona, utra tamẽ earũ sit deterior. Præterea cur Hipp. breuitatis amãtiss. nõ sat duxerit dicere nil immoderatũ esse bonũ, sed famẽ, & repletionẽ addiderit. Circa primũ fuerunt, qui existimarunt hic Hip. loqui de fame, hoc est inanitione in uniuersũ, atq; similiter de repletione tã scd̃m uasa, quam scd̃m uirtutẽ, sed cũ loquatur de reb. nõ naturalib. vocatis, cuiusmodi est cib. & potus, atq; id significet uox χίμος, cui opponitur repletio: fit, ut iudicẽ repletionẽ, q̃ modũ excedit minus dãnosam esse, q̃ famẽ modũ excedentẽ; & rõ est, tũ quia facilius est nimis repleta corpora euacuare, q̃ nimis euacuata replere, tũ q̃a homines, ab ĩmoderata inędia magis lęduntur, q̃ ab ĩmoderata repletione. qd̃ si reperti sint, inter sãctos Patres, qui vsq; ad centesimũ ętatis annum ieiunijs cõtinuis, atq; extrema cibi, & potus abstinẽtia, puenerint, id potius tribuẽdum est miraculo, aut cõtinuatæ, atq; magnę cuidã consuetudini, q̃ vlli caussę naturali. Et qd̃ scribit Eusebius lib. de demõstr. Euãg. Essæos Hebræorũ philosophos, & sacerdotes, nõ nisi septima quali bet die edere, & aluũ exonerare solitos, si verũ est, consuetudini paullatim factæ est adscribendũ: Sed dicet aliquis uideri multò uiuaciores esse famẽ tolerantes, q̃ voraces, & gulosos, vnde fit, ut multo utilior esse uideatur nimia fames, quam nimia repletio. Dico id esse, quia non est par inanitio repletioni, quod semper homines multò plus excedant in copia, q̃ in indigentia: Sed data paritate utriusque in cunctis certè præeligenda est nimia repletio, nimiæ exinanitioni, tam in actu curatiuo, quam præseruatiuo; Et quod dicunt aliqui in curatione dolorum, atq; inflammationũ sæpè cum singulari fructu, usurpari sanguinis euacuationẽ vsq; ad animi deliquiũ (quicquid Auuer. contra hoc cõsilium disputauerit) respõdeo ubi iuuat, nõ esse quid nimium, sed esse remediũ à natura ęgritudinis indicatum, atq; postulatum. nam ea dicuntur pręter modũ, & methodũ fieri, q̃ à nulla re indicãtur. Ad scd̃m dicerẽ licet potuisset sola posteriora verba, s. nil immoderatum bonũ esse, afferre, quẽadmodũ ẽt 6. Epid. dicebat μηδὲν εἶκη μηδὲν ὑπερωσάν, nihilominus voluit ẽt afferre aliqd̃ peculiare, & sensatum exemplum ad maiorem instructionem, docens medicum nõ debere esse vniuersalibus contentum, nisi etiã ad aliqua particularia, & sensata descendat, & præelegit repletionem, & famem, quasi in his duobus, minus quã in cęteris, tam excessus, quàm defectus noceant.

Dubitat. Solutio.

Ad secundam.

5 *Spontanee lassitudines, morbos prænunciant.*

PLVTARCHVS, quẽ Hip. studiosissimũ fuisse, eius scripta testãtur, in p̃ceptis ad sanitatem spectantib. citans hunc aphorismum, ita scribit. βαρυτητες, καί κοποι φησίν Ιπποκρατις αὐτόμαται τάσυόσυς, φράζυσι, quasi verò particula βαρύτητες, in cõtextu Plutarchi fuerit, sicuti eodẽ in lib. sententię illi Hip. Exercitatio sanitatis, &c. addit aliã particulã συντηρηοις σπερματ̃, Celsus lib. 2. cap. 2. videtur particulam eandẽ habuisse, cum scribat. Præter hæc timeri debet, si mẽbra grauiora sint. Sed q̃cquid sit parum refert, cũ inter genera lassitudinũ, grauitas quoq; cõprehendatur, ut forsan ob id aliqui dilectã Hip. breuitatem spectantes, eam uocẽ adimendã esse iudicarint; Hic aphor. planè dogma est, ad partem prognosticam pertinẽs, id. n. satis indicat uox φραζυσι, q̃ ut ait Gal. idẽ significat, atq; απαγγέλλυσιν, idest annunciant: Iam uerò quid significet uox κόποι, & αὐτόματοι, satis appositè docet Galenus in commentario, ubi scribit, eam uocem haud quaquam signifi-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 85 sur 867

©BIUM

ſignificare immoderantiam ex motu,ſed quandam diſpoſitionem factã in ipſis corporibus,quę utrũ in neruis,an in carnib. quoq; an in iuncturis, & uenis fiat, ut dubitat Theophr. initio lib. de laſſitudinibus,haud hoc loco eſt diſputandũ, ego .n. magis inclino in eorum ſententiã,qui totũ corpus laſſitudinis capax faciunt imò, & ipſa oſſa,unde uox ét ἀσθοποος,deducta eſt ab ipſa re. Iam uerò hæc diſpoſitio nil aliud eſt quàm impotentia, aut difficultas ſeſe mouendi cum ſenſu aut tenſionis,ſeu grauationis,aut caliditatis,aut ulcerationis,aut (quod proponit Auuic.3.fen.prim.Can. & Gal.quoquè.3.de tu.valet,innuit.) arefactionis: hæc aũt diſpoſitio, & impotentia ſeu difficultas mouendi,dubium eſt, an ſit ſimptoma an morbus: Non morbus,quia morbum prenunciat,eſſet aũt uanum dicere morbum prænunciare morbum, non uidetur etiam ſymptoma, quia nec actio leſa, quæ ſemper ſequitur morbum, non antecedit, vt Gal.4.cap. de differ. morb.non excrementum mutatum,nõ qualitas mutata,quia nec uiſibilis, nec tactilis,nec guſtatilis, nec odoratilis.Dicendum eſt tamẽ eſſe ſymptoma in genere actionis motricis læſę diminute:ſeu debiliter. Diſtinguitur autẽ à torpore quoniã licet hic ſit quoq; ſymptoma in genere actionis motricis diminute, ſequitur tamẽ morbum, quod non facit laſſitudo,ob læſionis debilitatem,non enim omnis debilis actio uerè eſt ſymptoma, ſed quæ morbum ſequitur. Porrò huiuſmodi laſſitudo propterea dicitur ab Hip. ἀυτόματος, hoc eſt ſpontanea,quia abſq; motu,& calore, vel ulla alia occaſione externa,oritur. Sic.n.à Mechanicis ea cõſueuerunt uocari ἀυτόματα, quæ ſponte ſua, abſque ullo externo impulſore agitãtur.Hip. uerò uiſitatiſſima uox eſt in uarijs rebus ſignificandis. Verũtamen id ferè ſemper uidetur deſignare,qđ nulla ope medici, aut miniſtrorum, aut aliarũ cauſſarum apparentium efficitur,ueluti quando 2.aphor.lib.1.uocat ſpontaneas euacuationes, quę nullo externo irritamento,ſed ſponte fiunt, nõ qđ fiant prorſus ſine cauſſa,ſed quod,ut ait Gal.4.aph.2.& 6.aph.14.fiant citrà operam medicam,natura,ſ. expurgante corpus, atq; irritata, uel à copia, uel à qualitate materię,qđ etiam dicit lib.6.aph.15.17.Sic etiam ſpontaneos rigores 1.Epid.com.3. uocat,qui abſq; ulla externa cauſſa fiunt. Iam uerò uidendum quę ſit uera ratio propter q̃ huiuſmodi laſſitudines,ſine ulla cauſſa euidente,factę, morbos prenũcient; quę certè nulla alia eſt, quàm uel copia humorum, uel qualitas,ſ. aut caliditas,aut acrimonia: à copia.n.grauante uaſa,& medio ipſorum,muſculos, atq; articulos, fit laſſitudo tẽſiua, ſeu grauatiua, quę propterea indicat morbos articulares,aut alios,quoniã,uel ibi detinẽtur humores,& faciũt arthritidas uocatas,vel depellũtur ad uenas,vbi febres cõcitãt,uel ad inteſtina ubi colicam, ſic.n.& Paulus,& experientia docent, nonunq̃ morbos articulares mutari in colicos,& è cõuersò. Si humor faciens laſſitudinem ſit calidus,portendit in flãmationes in partibus delaſſatis,aut febres,vbi illi humores in uaſa pelluntur. Sic laſſitudines vlceroſæ prenũciãt ipſa vlcera,à quibus uidemus ſæpenumero profligari ipſas laſſitudines.ſ.euacuatis per cutem ijs humoribus,à quibus fiebant laſſitudines, & hoc eſt, quod non modo ſcripſit Hipp.lib.de ulceribus, uerumetiã Ariſt.5.ſect. probl.& Theoph.lib.de laſſitudinibus nempè corpora impura ſi exerceãtur fieri ijs ulcera,prius ſcilicet facta laſſitudine, tum ulceribus; quamquàm uerè nõ hæ dicantur laſſitudines ſpontaneæ,ſed potius factæ ab exercitatione,accedente tamen

Laſſitudo in qua ſerie affectuum prę ter naturã locanda.

Cur laſſitudines mor bum prænuntient.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 86 sur 867

©BIUM

men corporis præparatione. Cuiuſmodi laſſitudines non tantum ſunt ſymptomata, ſed etiam cauſſæ futurorum morborum, atq; interdum exitialium, ut cõtigit adoleſcenti illi, qui in foro mendacij habitabat, & quem ſcribit Hippoc. 3. Epid. ſec. 2. ęgro 5. ex laborib. & laſſitudinibus, febre captũ, ſeptima die interijſſe, ſiquidẽ vt dicit Ariſt. 5. probl. 27. Excremẽta quę redũdant acria & calida à motu magis eliquantur, caleſiunt, & acria euadũt, vnde carnes vlcerantur. Vtilis eſt huiuſmodi aphoriſmus, nõ modo ad prædictionem, verumetiam ad preſeruationẽ, quoniam vbi quiſpiã laſſitudine tentatur, ſi ſeſe medico cõmittat, poteſt futuros morbos euitare, in grauatiua quidẽ laſſitudine à ſanguinis copia, ipſius ſanguinis miſſione, ſicut & in phlegmonoſa: in vlceroſa verò purgatione, atq, debita victus ratione: quẽadmodũ, & in quarta, (ab Auuic. introducta) humectatione: q̃ preſeruatio, & curatio licet mõſtratę ſint ab Hip. lib. 2. de dięta, & à Gal. lib. 3. de tu valet. ſunt tamen apud Ariſtot. quædã non inutilia documenta, in prædicta ptoblematũ ſect. 5. vbi probl. 6. docet, veteres poſt exercitationes, validas cõſueuiſſe, tum ad pręcauẽdas, tũ ad tollẽdas laſſitudines oleo, & aqua ſeſe inungere: quẽadmodum probl. 7. narrat medicos etiam, vomitum delaſſatis corporibus adhibere conſueuiſſe, pro ijs excrementis euacuandis, quæ laſſitudinem pariunt, & foueri ſicuti etiam primo problematum. 39. & Theophraſtus in fine libelli de laſſitudinibus, monſtrant laſſitudines eſſe tollendas hieme oleo, Æſtate vero balneo ex aqua: quo etiam in loco parcitatem cibi in vniuerſũ pro æſtate, & copiam potus laudat, quam ſub uoce κωθωνιαμῦ intelligit, reſpectũ ſcilicet aliorum temporum, perinde ac Hippoc. 2. lib. de diæta, monuit.

Præſentis aphoriſmi vtilitas.

---

6. *Quicuuque dolentes parte aliqua corporis: omnino dolorem non ſentiunt. His mens ægrotat.*

DE huius aphoriſmi cõtinuatione cũ ſuperiore, uaria ſunt ab interpretibus propoſita, quæ oĩa ueriſimilitudinẽ aliquam habent. Verũ illa mihi cõnexio magis placet, ut dicamus, in antecedẽti dogma prognoſticũ, ſed vniuerſale, ex moleſtia dediſſe, in hoc aũt, veluti exemplum particulare tradere, qũo ex moleſtia, non ſolum in vniuerſum morbos, verumetiam talẽ morbũ præcognoſcere, & prędicere liceat: quaſi dicat Hippoc. non modo laſſitudo, quæ eſt dolor quidam ſpontaneus, ſcilicet qui ſine euidenti, & manifeſta cauſſa efficitur, morbos futuros ſignificat, uerũ ſi eiuſmodi, aut quiſpiã alius dolor adſit, nec ab ægro tamẽ percipiatur, morbum mentis adeſſe (addo ego,) vel mox adfuturũ eſſe, indicat; Et Plutarchus, rerum medicarum non ignarus, lib. an morbi corpor: uel animi ſint grauiores, dicebat eos morbos eſſe cũctis alijs deteriores, qui ab ipſismet ægrotantibus nõ percipiuntur. Cornelius Celſus lib. 2. cap. 7. hunc in modũ præſentem aphoriſmum fecit latinum, Quibus cauſſa doloris, neque ſenſus eius eſt: his mens labat, vbi notandum eſt, non malẽ dixiſſe, quibus cauſſa ineſt, quoniam, ut ait Gal. in commentario, Hip. pro dolore intelligit dipoſitionẽ illius effictricem, vt paullò poſt palàm fiet; Iam uerò ſequitur, vt diligenter uideamus quid boni, & ſpeculatu vtile in hoc aphoriſmo contineatur; Primum enim uocem, qua utitur ſæpenumero Hippoc. (vt optimè notat Gal.) ſolet ipſas præternaturam

Connexio.

Scopus.

Qui morbi cęteris deteriores ex Plutarco.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 87 sur 867

©BIUM

naturam diſpoſitiones ſignificare, vt 6. Epid. com. primo tex. 8. vbi ait πόνοι, ideſt labores antiqui frigidi ſunt, recentes verò calidi: etenim haud quaquam vocaret ipſos met dolores calidos, uel frigidos: plerumque uerò nuncupat ſic ipſum ſymptoma, hoc eſt effectum proprię indiſpoſitionis, qui alias ἄλγημα, & ὀδύνη, dicitur. Quomodo aũt hic uſurpetur à Diuino ſene, Gal. voluit accipi pro ipſa diſpoſitione, quæ fieri nata eſt cũ dolore, vt Eryſipelate, inflãmatione, vulnere, ac ſimilibus. Verum (vt liberè dicam) non poſſum comprehendere quomodo poſſit de ſola cauſſa doloris Hippoc. intelligere: quandoquidem ſæpenumero contingit, vt cauſſa ipſa non percipiatur, & tamen mens non ægrotet, veluti in dormientibus, in gangrænatis partibus, aut opera medicamentorum refrigerantium, ſtupefactis, in abſtractis, aut ecſtaticis; ad hæc diſpoſitio, quæ eſt cauſſa, non comprehenditur ſenſu, niſi per ſuum effectum, hoc eſt, per ſymptoma, quod eſt actio deprauata ſenſus tactus. Vnde multò melius mihi uidetur dicere, pro dolore intelligi ipſam actionem læſam, unà cum ipſa diſpoſitione, quod forſan etiam voluit Gal. intelligere, quando dicit Hippocratem intelligere, ſeu uocare πόνους, hoc in loco διαθέσεις, quæ fiunt μετ' ὀδύνης; Iam verò quid per uocem illam γνώμην, intelligat Hip. etiam Galeno aſſentior, ſ. tam intellectum, quam diſcurſiuam potentiam intelligere, non autem ſenſum etiam, vt Iacobus conciuis meus uidetur uoluiſſe, niſi tamen pro ſenſu, intellexerit, & ipſe communem illum ſenſum, quem Æſtimatiuam plerią. barbari uocant; Etenim certum eſt ad omnes ſenſuum operationes perficiendas, & iudicandas, non poſſe ipſummet exteriorem ſenſum ſufficere, ſed illud opus eſſe ſuperioris alicuius facultatis, quam ſiue dicamus γνώμην, ideſt potentiàm cognoſcitiuam, ſiue διάνοιαν, perinde eſſe, rectè iudicauit Galen. Nam illa eſt potentia attentiua de qua integrum, atque pulcherrimum libellum ſcripſit. D. Baſilius phiſicus, & medicus non vulgaris, & de qua etiam locutus eſt lo. Grammaticus, Baſiliũ ſecutus: de hac etiam loquebatur poeta ille in Problem. ab Ariſt. & à Plinio citatus, qui dixit mentem uidere, & mentem audire; Cœterum dubitari põt, quæ ſit illa uera ratio, quæ faciat, ſemper uerum celebratiſſimũ hoc Hipp. oraculum, ſcilicet vbi eſt in corpore diſpoſitio, & actio læſa deprauati tactus, ſi ab ipſo non percipiatur ægrotante, illi mentem ægrotare: Nam cum dolor nihil aliud ſit, niſi ipſa actio læſa percepta, aut perceptio ipſius læſę actionis, quando non percipitur, & adeſt, aut fit, quia ipſa actio læſa exigua eſt, uel ſopita, & deleta, aut quia ipſa vis attentiua non operatur circa ipſam; Vnde ſi ſit actio læſa, & diſpoſitio eam faciens inſignis, proculdubio oportet, ut defectus ſit in ipſa uirtute attentiua, quę aliò uerſa eſt, ſcilicet uel quia ſit immerſa alicui ſpeculationi nimis, vt dicunt contigiſſe Scoto, qui interdum adeò in Eſtaſim rapiebatur, ut pũcturas etiam graues non perciperet, vel quia circà alia obiecta irrationalia verſetur; quocumq; aũt modo hoc fiat, planè, mens & diſcurſus, hoc eſt, illę potentiæ non bene habent, ſed ægrotant; De ecſtaticis certè non loquitur Hippocr. ſed de ægris, quos cognoſcere docet, hac ratione, dum delirant; quare neceſſarium omnino uidetur, vt quando quis habet, & læſam actionem, & diſpoſitionem lędentem, nec eam percipit, eſſe quia mens, ſeu vis illa attentiua non conuenit ad percipiendam illam actionem; & non conuenit, quia ob errorem, & ægritudinem abducitur circà alia phantaſmata non

Quid per [dolorem] intelligat Hipp. hoc loci.

Autoris sẽ tentia.

Per mentẽ quid intelligendum.

natu-

©BIUM

naturalia, quòd nihil aliud eſt, quàm delirare: Summa eſt, quòd ſi dolor præſens ſit, & non ſentiatur, fieri aut vitio obiecti, aut uitio mentis, ſeu potentiæ cognoſcitricis, cumque vitium nullum, aut defectus ſit in obiecto, neceſſario eſſe in potentia, ac propterea ſignificari ipſam mentem laborare.

---

7 *Quæ longo tempore extenuantur corpora, lentè reficere oportet: quæ uero breui, breuiter.*

DE connexione huiuſce aphoriſmi cum antecedente nullum verbum habet Gal. quemadmodum nec de pleriſq. alijs, vndè multò magis uerũ eſſe puto (quod aliàs dixi) nimiũ illos. ſ. laſſiuire, qui in cunctis laborant, ut inueniant, aut ſaltem effingant ordinem, & connexionem, quã nunquam cogitauit Hippoc. quod etiam euenit in præſenti, in quo cõtinuando valde diuerſæ ſunt ſcriptorum ſententiæ, quas tamen inutiliter proponere omittam: illud unum dicens, quòd ſi vlla poteſt eſſe connectendi ratio, (ut mihi uidetur) hęc una ſit, nempè omnes antecedẽtes aphoriſmos ſpectaſſe ad partem prognoſticam, & dogmata fuiſſe: præſentem autem aphoriſmum eſſe purũ præceptum, nõ modo ad curationem corporum neutrorum, (vt uoluerũt aliqui interpretes:) ſed etiam infirmorũ pertinens, quamquã etiã (ut dicit Conciuis meus) põt quodammodo utilis eſſe ad prędicendũ quãdo corpora refecta, & recorporata, ut dicit Cęlius, & Tertullianus expectare conueniat, i. uel longo, uel breui tempore; Quòd uerò dicit ſapientiſſimus ſenex eſt ea corpora, quæ longo tempore extenuantur, longo tempore, eſſe reficienda, & q̃ breui, breui. Adeo, ut uniuerſa ſententia in duas particulas diuidi queat, quarum unamquamq. ſeparatim explanare conabor, atque hoc diligenter, cum maximè referat in medicina facienda, atque adeo in ipſa uita ſuſtentanda. Praxis huius præcepti habetur in lib. de loc: in homine, ubi Hippoc. docens curationem tabidorum, eos non confertim, ſed paullatim eſſe alendos docet. Videamus modo quid Hipp. intelligat per λεπτυνόμενα, ideſt extenuata corpora, quid per multum tempus, quid per ἐπαναπλήρωσιν, ideſt ſuperenutrire, ut uerbum uerbo reddam, & quid ταχέως, ideſt lentè. Dicuntur λεπτύνεσθαι, ſeu λεπτυνόμενοι; ut docet Galenus 6. Epid. com. 3. tex. 29. quicumque molem corporis detractam, collapſam atq; ſubſidentem habent, cum uerò moles corporis tota conſtet, ex ſpiritibus, humoribus, atq; ſolidis partibus, ſi detrahantur dumtaxat ſpiritus, fit inſenſibilis corporũ detractio, & extenuatio. Vnde minimũ põderis demitur corporibus ſubito mortuis, aut interfectis, ſeu ſtrangulatis quod ipſis deſit tantũmodo ſpiritus, ob id Plinius lib. 22. c. 103. dicebat cadauera recentia demergi, uetuſta uerò fluitare: ſin autem etiam humores detrahantur, fit maior corporum diminutio, atque extenuatio, quo fit, ut poſt purgationem humorum non modo pondus corporibus detrahatur, uerum etiam moles corporis diminuatur, undè iure Hipp. initio prognoſticorum, dum de facie conſumpta tractaret, mandauit, ut priuſquam iudicium de ea feratur, diligenter animaduertatur, an qui eam habent, ieiunarint, uel euacuati ſint ſponte, aut medicamentis, quaſi, & ieiunia, & euacuationes, ualdè corpora extenuent, Sin uerò præter ſpiritus, & humo-

Connexio.

Propoſitũ

Diuiſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 89 sur 867

©BIUM

valde magna extenuatio, atque macies ſubſequitur, vel etiam partes ſeminariæ, & radicales, vt nerui, membranę, arterię, & ſimiles, atque tunc maxima fit extenuatio, qualem obſeruare experientia ſolemus in tabidis, & maraſmo laborantibus, Porro quod ait Hippoc. ἐν πολλῷ χρόνῳ, ideſt multo tempore, perinde eſt, ac ſi dicat multo dierum, hebdomadarum, atque etiam menſium interuallo: nam conſumptio ex ſpiritibus, atq; humoribus fit paucis diebus, imò fit etiam interdum paucis horis: extenuatio uerò, quæ fit ob defectum carnis, fit non ſolũ dierum, verumetiã hebdomadarum interuallo, Cęterum, quę ſequitur conſumptionẽ partium radicalium, non modo, ut fiat, opus eſt dierum, & hebdomadarum, verum etiam menſium, & interdum annorum interuallo: atque de hiſce duob. poſtremis generibus, Hippocratem habere ſermonem, haudquaquam eſt dubitandum Porrò ἐπανατρέφειν, ſiue ſuperrenutrire, idem eſt, atque renutrire, ſeu reficere, & cum ab Hippoc. opponatur extenuationi, certè à Gal. verè uidetur loco citato Epidemiorum uocari πάχυσμός, ſeu εἰς ὄγκον ἔπιδοσις, hoc eſt craſſefactio, ſeu in tumorem ſublatio. Cælius Aurelianus (ut dicebam) uocat recorporationem plurib. in locis lib. de paſsio: diutu: vbi meminit Cycli Methodicorũ Metaſyncriti ci, ideſt recorporatiui, ſic etiã libro de carnis reſurr. Tertullianus dixit de figulo recorporare: Gal. verò. 6. Epid. com. 2. tex. 3. vbi inquit λεπτῶναι παχέωναι, τῦχος, ait non rarò contingere, medicum, craſſefacta extenuare, & extenuata craſsefacere; ῥᾳδίως autem interpretatur Galen. tenuiter, & longo tempore; poſſumus etiam interpretari lentè atq; tardè, quemadmodum Hipp. vocat pulſus ῥᾳθροῦς, ideſt tardos, & perinde eſt, ac ſi dicat Hippocr. eos, qui ſunt longo tempore extenuati, oportere lentè, hoc eſt maturè, & cum prudentia reficere, quoniam neque poſſibile, neq. utile eſt tentare eos citò reficere, non eſt enim poſſibile, quia ſubſtãtię ſolidę reficiuntur cibo, qui oportet vt ſit multi, & viſcidi ſucci: hic autẽ, ut coquatur, & aſſimiletur, ac in ſubſtantiã ſolidam conuertatur, eget multò calore, & viuido, qui ſanè, in longo tempore extenuatis, reperiri non poteſt: Non eſt etiam utile, quoniam uires horum, ualdè ſunt infirmæ, quæ copioſi, & potentis alimenti onus ſuſtinere nequeunt: vnde ſi tentetur plurimo alimento hæc cito reficere, planè uires ab eo obruentur: & propterea iure ſummo Hipp. citato lib. de loc: in homine, uolebat tabefactis exhibendum eſſe paullatim cibum, atq; potum. Sequitur ſecunda pars, quæ eſt corpora, quæ breui tempore extenuantur breui tempore eſſe recorporanda, ſeù reficienda: breue enim tempus vocat, quod ſpacio dierum, aut ad ſummum hebdomadarum complectitur. In hoc autem interuallo ſolent conſumi, ſi torrida febre, & colliquatiua occupentur, aut ſi calida cum ſint, cibo pęnitus deſtituantur. Etenim ſpacio dierum ſeptem plerumq. homines, conſumi atque interire, & Hippocrates, & Eraſiſtratus dixerũt, quamquam Plinius (& verè) dixerit etiam undecimo uitam protrahi ſine cibo; quo tẽpore corpora tamen extenuari, non eſt dubitandum; Si itaque extenuẽtur, quia ſpiritus tantum, & humores abſumantur, breui quoque reſtaurare, & ſpiritus, & humores conuenit; Sed ſi ob febres, vel inędiam ſummam, membra ſolida etiam, breui ſint conſumpta, proculdubio regula, & præceptum Hippocrat. haudquaquam videtur conducere, quoniam viſum eſt nonnullos, qui afflicti, & demiſſi erant ob inædiã, aſſumpto ſtatim copioſo cibo, interiiſſe, eo quod virtus

ſub

©BIUM

ſub inędia, maximè labefactata, non potuit onus cibi ſuſtinere, nec coquere, vnde ſuffocata eſt: Quare intelligenda uidetur Hipp. ſententia de ijs, qui extenuati ſunt ſolo defectu ſpirituum, & humorum, in hiſce namq. cum uirtus, quæ in ſpiritibus humoribus, & ſolidis, (vt dicit Hippoc. lib. de alim. & Gal. vbiq.) collocata eſt, inſigniter patiatur, periculum eſt, ne magis violetur, niſi citò ſuccurratur, quod fit, tum uſu ciborum potabilium, ſeu (vt dicit Hippoc. ſorbitionum, quæ cito, & faciliter nutriunt, vt dicebat ipſemet facilius eſſe impleri potu, quàm cibo,) tum cibi, & copioſioris, & frequentioris exhibitione: Etenim facultas coctrix, adhuc ualida exiſtens, & ferre, & cibum paullo uberiorem coquere ualet: vnde ſequitur tam ſpirituum, quàm humorum competens recreatio, atque ea breui tempore. Quod ſi fieri tentaretur in ijs extenuatis, quorum etiam ſolida ſunt aliquantiſper, uel plus conſumpta, haudquaquam feliciter obtingere poſſet: Verum dubitatio eſt, quia non uidetur eſſe uera ſententia Hipp., quandoquidem ſemper reſumptio, (quęcumque ſit cauſſa extenuationis,) neceſſariò eſt longior tempore, extenuatione: ſiquidem ad reficiendum multò plures exiguntur actiones, quàm ad conſumendum, cum in refectione, requiratur coctio uentriculi, iocinoris, uenarum, roridi humoris appoſitio, aſſimilatio, unio, &c. Et eſt cõmune omnium dictum, ad conſtruendũ plura requiri, ad deſtruẽdum unum ſufficere. Præterea dubium eſt, an cibi abſtinentia ſemper, & uſus ciborum ſalſorum, & amarorum ad inducendam corporibus extenuationem, conferant: nam de fame Ariſtot. 1. ſect. prob. 6. ſcribit præ fame, pedes tumidiores fieri, & Plutarchus in q̃ſt. naturalibus narrat Apollonum Herophili diſcipulum medicum, cõſueuiſſe corpora pinguefacere ſalitis alimentis, imò caprarij ad pinguefaciendas pecudes ſalẽ ipſum exhibent, ut copiosè docuit Ariſt. 8. hiſt. animal. c. 10. Ad primam dubitationem dicendum eſt, ad hoc ut uera, & æterna ſit Hippo. ſententia requiri nonnullas conditiones, primùm, vt extenuatio ſit recuperabilis, nam qui laborãt, vel tortido, vel frigido maraſmo, haudquaquam in ijs verificatur, quod ait Hip. ſiquidem nec citò reficiuntur corpora, ſed vt ſunt (vt quandoq. loquitur Hip.) κεκρατημένοι, i. victi, & deſperati ità perpetuò remanent. Altera conditio eſt, vt cætera ſint paria; vel dicendũ comparationem longitudinis refectionis, vel fieri ad ipſam extenuationẽ, vel fieri ad alia corpora: ſi primo modo uerũ eſt, (quęcumq. ſit extenuationis cauſſa) ſemper illius refectionis eſſe longius tempus. ſi uerò ſecundo modò, non inconuenit, ut tempus refectionis alicuius corporis, uel in aliqua ægritudine, ſit breuius, quã in altera: exempli gratia ſi extenuetur ſanguineus, multò breuius reficietur, quàm melancholicus, aut bilioſus, tum quia uis coctrix in illo minus eſt leſa, tũ qa plus materię ſibi ſuppetit ad recuperandas partes amiſſas, quàm illis. Ad alteram dubitationem dicendum eſt, de fame, id quidẽ uerum eſſe, quod, & Ariſt. & multò ante ipſum Heſiodus dixerunt, prę fame pedes intumeſcere, uerum huiuſmodi intumeſcentia, potius eſt quędam extenuatio, quàm ſecus; tum quia licet partes inferiores tumeant, ob colliquationem, ſeu colliquatam materiam eò decumbentem, attamen alię partes mirum in modum extenuantur: tum quia ille ipſe tumor eſt, cum ipſius humidi alimentalis, atque radicalis eiuſdem partis, conſumptione, & conſequenter cum extenuatione: ſic enim corpora etiam laborantium anaſarca, tumida quidem uidentur, ob aſcititium,

Dubit.

Altera dubitatio.

Ad primam.

Ad ſecundam.

©BIUM

tium, atque extraneum humorem, atque essentialiter, & radicaliter sunt extenuata: cuius signum est illud euidentissimum, quod statim atque euacuatur aqua, remanent illicò membra, quæ antea apparebant crassa, prorsus exsucca, & consumpta: quod uerò dicitur de sale, certè cum exiccandi magna vi polleat suaptè natura potiùs extenuandi vim habet, vt quotidiana, & frequentissima experimenta docent, at per accidens fit, vt etiam crassefacere videatur, tum quia appetitum excitat, quo fit, vt plus edant, ac bibant pecudes, sicq. pinguefiant, tum quia moderatè sumptus, vehit, atq; affigit partibus nutriendis alimentum, vndè postmodum sequitur crassefactio; De vtilitate aphorismi dicendum est maximè hoc præceptum iuuare medicos, ne præcipites sint in reficiendis corporibus valdè extenuatis. *Cur sanitis animãtia pinguescant.*

---

8 *Si à morbo cibum assumens quis non corroboratur, pluri alimento corpus vti significatur: quod si non assumente cibum hoc accidat: scire oportet, quòd indiget euacuatione.*

VT aliàs dixi, Galenus maximè neglexit aphorismorum connexionem inuenire, & proponere: vt hinc liceat coarguere eorum nimiam curiositatem, qui in cunctis laborant eam afferre, & Deus scit, quanta sæpè cum ratione. Gal. itaque huius aph. cum duobus sequentibus, rationi consentaneam connexionem proponit, sed quomodo hic cum superiori sit connectendus, nullum uerbum facit. Aliqui tamen existimant, ità posse continuari, quasi docere hic velit Hipp. quomodo vitandus sit error, qui committitur, vbi quispiam importunè corpora extenuata nititur reficere, scilicet quando plus datur, quã conueniat, aut quando est aliquid in corpore, quod impediat refectionem: Quomodo verò hoc cognosci possit, ĩ hoc doceri volũt: & certè satis speciosa est cõtinuatio, sed utcumque sit medullam ipsius aphorismi peruestigare conuenit, Est partim dogma dignosticum, partim præceptum ad curationem nutritionemquè vtilissimum, & scopus Hippocratis in ipso, & duobus consequentibus est monstrare, quomodo cognoscenda sit causa, cur corpora ex morbo non reficiantur, & quomodo ea sint tractanda; quod itaque dicit est. Si ægri cibum capiant, & non reficiantur, sciendum esse eos copiosiore uti alimento, quã cõueniat, si uerò utãtur cibo moderato, & nihilominus uires non aquirant, significare, opus esse purgatione: ità ut totus aphorismus in duas partes secetur, quarũ ut primam explanemus sciendũ (quòd Gal. notat) morem fuisse Hippocrati quandoque vsurpare voces secundum Populi significatum, ac propterea cum Populi Asiæ significare velint quempiam bene appetere, consueuisse dicere illum cibum capere, & è contra, cum non appetebant, dicere illum non capere cibum: qui vsus loquendi etiam hodie apud complures Italiæ gentes seruatur, vt ubi significare uelint quempiam non appetere dicant non capere cibum, & è contra: Igitur hic, *cibum capere*, est cibum sumere, atque illum cum appetitu, sicut ἔχειν, est uiribus ualere, tàm naturalibus, quàm uitalibus, immò uerò etiam animalibus. nam uires, ut dicebat Galenus, sitæ sunt in solidis, humoribus, atq; spiritibus, hęc verò omnia, vt ait Hip. quarto de morbis, & lib. de loc: in homine, fiũt ex cibis & *Connexio.* *Scopus.* *Diuisio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 92 sur 867

©BIUM

potibus, optimè concoctis, atque distributis, distribuuntur, & concoquuntur: si nec quantitate excedant, neque naturam, & qualitatem vllam contrarias habeant; sic enim intelligendus Hipp. quando in lib. de loc. in homine dicit corpus florere, vbi vincit cibos, contrà autem vbi vincitur ab ijs; Vndè mihi quoq; placet, vt cibum capere hoc in loco sit, nõ tantum cum appetitu, sed & cibum in ẽt qualitate cõmoderatum sumere; Etenim certissimũ est, si æger vtatur herbis, aliisue edulijs, quæ appetat, & sint uitiosi succi, haud quaquam uires esse recuperaturum, etiam si in quantitate non erret. Sed quæ nã est necessitas, cur medicus debeat cognoscere peccari in copia, si cibum cum appetitu sumat conualescens, nec robur aquirat? Est hæc, quoniam appetitus in conualescentia, aut est bonus, aut est vitiosus (hoc est) ob nimiam frigiditatem, ex succo aliquo impuro, & tetro ortam. Si sit naturalis, cum ventriculus bene valeat, & corpus perpurgatum sit, signum est non præparari rectè alimentum, & consequenter non fieri bonas coctiones, atque hoc non uitio temperamenti stomachi, sed potius obiecti (hoc est) nutrimenti, quod sit impropotionatũ quantitate: Quod si appetitus non sit naturalis, sequitur id quòd dicitur in secunda parte aphorismi, vt scilicet corpus egeat euacuatione (hoc est) vt in corpore, atque adeò in ipso stomacho uitiosi reperiantur succi, qui nisi euacuentur, & appetitus naturalis euadat, haud fieri potest, ut optimæ coctiones fiãt, corpus nutriatur, tandemq. uires recreentur; Sed dicet aliquis, quomodo cognoscitur appetitus naturalis à vitioso? Cognoscitur quia est circa cibos familiares, & naturales, vt circà panẽ, & vinum. alio modo cognoscitur, quia durat, nec fastidium incurrit. Sic enim dicebat Aristoteles in probl. cętera ędulia frequentius vsurpata generare fastidium panem autem non, quia hic est naturalis, non illa. Præterea cognoscitur, quia naturalis appetitus sedatur assumpto debito cibo, contrà vitiosus nõ sedatur, immò sæpè augetur. Cognoscitur etiam signis malè olentis stomachi, vt acetositate pondere, nausea, &c. Quod uerò dicit Gal. de euacuatione duplici ab Hipp. frequenter commemorata, scilicet, vel per sanguinis missionem, vel per pharmaca purgantia, manifestum de hac postrema aphorismum esse intelligẽdum, ob subsequentes aphorismos, huic coniunctos, in quibus certè colligitur de purgatione per pharmaca sermonẽ haberi: quamquã non inconuenit, quin etiam aliquo pacto intelligi possit de euacuatione plenitudinis, & sanguinis missionẽ. Sumatim, vt uera sit præsentis aphorismi sententia, oportet, ut in primis qui morbo conualescit, eius conualescentia uera sit, non spuria, de qua loquitur Auicen. secunda quarti cap. de regim. conualesc. quod habeat naturalem, & uerum appetitum, non autem ob uitium alicuius humoris, aut nimiæ frigiditatis, & quod cibum capiat, qualitate, & substantia proportionatum; nam si tunc, nec uires, nec robur vllum recuperet, signum est facultatem coctricem non posse cibum immutare, cumq. hoc nõ contingat ratione qualitatis cibi incoctilis, necessariò cõtingere ob improportionatã ipsius copiã coniectandũ: Præterea, si nõ recuperet uires, nec cibum capiat, signum est quod corpus eius indigeat euacuatione, eò quòd aliquæ praue materiæ sint relictæ, quæ simul & appetitum lædant, & prohibeant consequenter, ne uires recuperentur. Sed quæsitu dignum est utrum in uero conualescentere, reperiri possit appetitus mendosus: siquidem, ubi corpus est

Dubitat.

Responsio.

Dub. Solut.

Panis homini cibus naturalis.

De qua euacuatione loquatur Hipp. in præsenti

Quæsitũ.

pus eſt rectè perpurgatum, ità ut nihil reliquiarum in eo remanſerit, rationi conſonum uidetur, ut omnes uenę ex ratione inanitæ debeant attrahere, atque ab ore ſtomachi, ita exſugere, ut appetitus uerus conſequatur: quemadmodum copiosè diſputat Hippocrat. lib. 4. de morb. Ex altera parte uidetur poſſe fieri, vt euacuatio paullò maior fiat, ex qua etiam relicta ſit ingens, & nimia attrahendi, atque ſugendi cupiditas. Prò cuius quæſiti reſſolutione dicendum eſt in primis, Hipp. in lib. de flatu ſcriptum reliquiſſe, omnem famem eſſe morbum, quod non eſt intelligendum ſimpliciter, ſed quodam pacto, quoniam eſt deſiderium cum moleſtia, cuius curatio, ſeu expletio eſt cum voluptate: non dicitur tamen uerè morbus, quia eſt naturale deſiderium. iam verò hoc deſiderium vitiari poteſt, vel ſecundum exceſſum, vel ſecundum defectum; ſecundum exceſſum, quando plus appetitur, quàm coqui poſſit, quod fit vel vitio temperamenti frigidi maximè cum materia frigida, & acida, coniuncti, vt in bulimo, vel ob nimiam euacuationem. Secundum verò defectum læditur, aut ob ſtomachi, & præſertim ipſius oris infirmitatem, vel ob multitudinem humorum, ipſi ſtomacho innatantium, aut ob attractricis Iocinoris debilitatem, aut ob totius corporis plenitudinem, aut ob caloris natiui paupertatem: In conualeſcenti verò poteſt deficere appetitus, quia ſit aliqua copia humorum in ventriculo, atque etiam in toto relicta; poteſt uerò excedere, ob nimiam attractionem, ità vt vaſa ſint nimium exinanita, atque ob id fiat magna attractio, ab ipſis, & à iocinore: vnde appetitus maior, quàm coctrici facultati conueniat; Vſus aphoriſmi eſt in predic. & curando, &c.

Reſpon.

Famem quot modis vitiari contingat.

---

9 *Corpora cum quiſpiam purgare uoluerit: oportet fluida facere.*

VT dicebam Gal. in commentario antecedente viſus eſt ſentire, multò meliorem ordinem futurum, ſi ſequens aphoriſmus antè hunc ponatur, perindè, ac ſi Hippocr. dicat, corpus egere purgatione, ac ob id non eſſe nutriendum priuſquam purgetur, ne lædatur. Verum tamen, & ſi minimè inficias eā poſſe quoq; Galeni connexionem accōmodari, nihilominus, quia omnes antiqui contextus hunc ordinē habent, atq; is minimè diſſentaneus, & aſpernādus eſt, malo ipſum ſequi quā alterum Galeni introducere. Eſt igitur apta connexio præſentis aphoriſmi cum antecedente, quoniam cum dixiſſet, ubi nec capiunt cibum, nec reficiuntur ægri, eos egere purgatione, nunc monet, ne tamen eiuſmodi purgatio temerè fiat: ſed prius corpora ipſa fluuida fiant. Celſus autem libro ſecundo cap. 13. dicit, quiſquis veratrum daturus erit, id agere antè debet, vt accepturi corpus humidum ſit. Adeò ut hæc ſententia ſit purum præceptum, pro medicina facienda, nec ullam obſcuritatem habeat, id tantummodò Galenus putauit eſſe examinandum, quid apud Hippocratem ſignificet purgare, & quid εὖροα τὰ σώματα ποιεῖν. Dicit primum σώματα, quia cum interdum purgetur totum corpus, interdum pars, hic loquitur de totius purgatione, in qua eſt neceſſe corpus fluidum facere, quod non in purga-

Connexio.

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 94 sur 867

©BIUM

tione partis, καθαίρεσθαι, ideſt purgare; etenim purgationem ſignificare euacuationem humorum, per ualida medicamenta, aut ore, aut aluo factam, prætet præſentem commentarium, alijs quoque in locis docuit Galen. & licet dicat, ſæpè etiam κάθαρσιν, ſiue purgationem ab Hipp. vſurpari, pro ea etiam prauorum humorum euacuatione, quæ ſponte naturæ efficitur, nihilominus hoc in loco pro ea purgatione tantum accipitur, quæ fit ab arte, quod præ alijs ſatis teſtatum facit modus loquendi Hip. dum dicit, vbi quis vult purgare: & dixit vbi quis non ubi medicus, quoniam hoc præceptū eſt, non ad ſolos medicos, ſed & ad quoſuis alios: ſiquidem tempore Hipp. omnes ſeſe purgabant ſpontè, ut eſt apud Herodotū, & omnes erant medici. *Voluerit.* Cur ſic locutus ſit Hipp. cauſſa fuit: quia medicus interdum purgat libera voluntate, interdum coactè: vbi voluntate libera purgat, ſemper debet fluidum facere corpus, non item vbi coactè. Porrò dictio illa ἔυροα, ab interpretibus id ſignificare putabatur, vt ſi uomendum ſit, corpus medicamentis vomitorijs, præparetur; Sin aluus ſubducenda, idem agatur frequenter aluum ciendo, vel clyſteribus, vel alijs mollientibus. Atqui Gal. haud ità populare præceptum propoſuiſſe putat, ſed aliquid grauius, & vtilius, quod quotidianis experimentis comprobetur, nimirum, vt viæ clauſæ reſerētur, craſſi, & viſcidi humores attenuentur, & detergeantur: ſic enim multò facilius, & tutius purgationes, quantumuis graues, fiunt: atq; hæc eſt litteralis explicatio, tàm ipſius contextus, quàm commentarij Gal. ſupereſt, ut uideamus, quæ ſit ratio rectè præparandi corpora, tum ad uomitum, tum ad alui ſubductionem, cum n. præparatio ſit quædam operatio, & omni operationi perficiendæ quattuor neceſſario ſpectanda eſſe præceperit Ariſt. ſcilicet quando operari oportet, quantū, quibus, & quomodo. Iccircò cum hæc operatio maximi ſit momenti in medicina facienda, de his omnibus breuiter, ſed perſpicuè tractabo. Verum illud primum ſolet in controuerſia verti, an hæc operatio ſit ſemper ante purgationem neceſſaria, nam nō defuerunt inter veteres, qui putarunt eſſe ſuperfluam, ſed ſolummodo oportere ipſam facultatem expulſiuam irritare; quæ poſtmodum per ſe expellit: ſed ueritas eſt, duos eſſe caſus in quibus non eſt expectanda humorum præparatio, unus eſt quando humores turgent, hoc eſt impetu à natura agitantur, quo in caſu præſentaneum imminet periculum, ne materia ad nobiles partes lata ineuitabile exitium afferat, niſi extra corpus aliquo medicamento trahatur; id quod uoluit intelligere Hip. 5. aph. 22. quando dixit cocta eſſe medicanda, niſi materia turgeat, & 5. Epid. quando ſimiliter dixit eſſe purgandos uentres, ſi cocta ſint, infra quidem ſi cognoſcetur eſſe firmatam materiam, eo quod non adſint anxietates, uel capitis grauitates, calores mitiſſimi ſint, febres deſinant poſt acceſſiones: hæc enim materiæ, nec furentis, nec turgentis indicia ſunt. Supra uerò in ipſis acceſſionibus, ſiquidem tunc, & ſponte ſurſum humores tolluntur, quando adſunt anxietates, capitis grauitates, & inquietudines; Alter caſus eſt quando materia tenuis, & ſeroſa eſt ſuapte natura, ità ut quolibet, uel minimo irritatorio ſit prompta ad exeundum: Alioquin ſi medicus abſq; præcedente ulla præparatione, humores tentet purgare, non pauca, nec parua detrimenta ſubſequūtur, inter quæ tria ſunt præcipua. Vnum eſt, quod interdum plus boni, quā mali euacuatur, ſemper certè aliquid boni. Alterum eſt, quod lædens humor impe-

Præparatio, an antè purgationē ſēper neceſſaria.

impeditur quo minus coctionē aſſequi poſſit: Etenim facta imbecilliore, ex importuna euacuatione, natura, multò magis, boni æquè, ac praui humores ſimul cōfunduntur: Tertiū eſt, qđ materia, quæ ante erat benigna, malignitatē aquirit, præter hæc mala, ſunt multa alia à Gal. cōmemorata in hoc cōmentario, ſ. uertigines, tormina, anxietates, pulſus abolitiones, diſſolutiones, & alię multę difficultates. Iam uerò tēpus prēparandi eſt, quando purgatio exigitur, & quādo inteſtina ac primę illę, & latiores uiæ ſint à fœcibus, alijſq. promotis excrementis liberatę, ſi n. ante hoc prēparationi ſtudeatur, periculū imminet, ne inuenta ijs in ductib. excrementa à præparantibus, intro magis pellantur, ſicq. augeantur obſtructiones, & alia mala: Fit uerò prædicta euacuatio, non modò lenientibus pharmacis, & clyſteribus emollientibus, uerumetiā ſanguinis miſſione: Quantitas verò tam continua, quam diſcreta præparationis, indicatur à copia, & natura ipſius materiæ peccantis, & euacuandę: quia ſi copioſa ſit, craſſa valde, & in profundioribus partibus latitans, planè opus eſt, & tempore in prēparatione, & maiori mēſura; Sin autem è contra ſeſe habeat materia, pauciori tempore, ac menſura præparantium opus eſt: Pleriq. practicantes putant ſat eſſe, ſi ſyrupi vocati, ad ſummum ſex vnicarum pondere ſumantur, in eorumq. uſu quinque uel ſeptem diebus pergatur, & ſi neceſſe eſt, præparatio iterum, atque iterum repetatur. Verum ipſe, & ratione & experientia didici, præſtare ſemper ſi, & ſirupi in maiori menſura capiantur (pro captu tamen, & proprietate ægri) & in ipſorum uſu diutius pergatur; Sic enim uaſa humidiora reddita, attractioni humorum melius obſequuntur, & ipſimet humores, magis præparati facilius exeunt; neque repetere purgationes adeò eſt neceſſe: Quæ uerò debeant eſſe medicamenta præparantia, accommodatiſſimè docet Galen. in com. uidelicet ſummam eſſe, vt vim habeant humectandi, detergendi, attenuandi, atque vias aperiendi. Cum enim peccantes humores ſint plerumq. craſſi, uiſcidi, atq; bonis permixti, oportet incidantur, detergeātur, & à probis ſuccis ſeparentur; Cum etiam ſint in profundis partib. atq; uiæ clauſæ, & indurate ſint, neceſſe eſt eas humectare, uel balneo vel cibis, atq; etiam aperire: & hoc eſt quod dicebat Hip. 4. aph. 13. 14. 15. ſcilicet humectandum eſſe, & quieſcendum: & 5. in 6. Epid. 29. eſſe lauandum, Sed copioſius hac de re dixit Hippoc. 6. Epid. ſect. 2. initio, ubi dicebat tranſitus aperiri, vt nares, & alia, quibus opus eſt, & ut conuenit, & qualia, & ubi, & quantum & ſudores, & alia. Modus denique præparationis eſt, ut ſemper prēparantia ſtomaco uacuo ſumantur, quò intimius penetrare queant calida hyeme, uere, & autumno: æſtate egelida: vt ait Hip. de oxymele, ſcilicet, hieme calidum, æſtate frigidum eſſe dandum; Hoc itaque totum apud Hippoc. eſt corpora ὑγρόα, ideſt fluuida facere; Sed dicet aliquis veſtrum eſt ne hic aphoriſmus idem cum uigeſimoſecundo prioris, lib. ſi quidem idem uidetur eſſe, corpus ante purgationem eſſe prēparandum, & materiam eſſe, priuſquam euacuetur, coquendam; Sed quamquam uideantur parum diuerſę utreq. ſententię, Eſt tamen non nihil inter ipſas diſcriminis, non ſolum quia hęc uidetur magis uniuerſalis, ut dicunt aliqui, ſed quia hęc uidetur ſola reſpicere corpora, illa uerò ſolam materiam, adeo ut ex utriſque poſſit componi, utiliſſima ſententia, & doctrina ſecuriſſima haberi pro ipſa medicina prudenter, ac feliciter exercenda.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 96 sur 867

©BIUM

10 *Non pura corpora, quantò plus nutries, tantò magis lædes.*

Connexio. ILLVD verum esse puto, quod alijs quoque interpretibus placuisse animaduerti, nempè præsentem aphorismum hic esse bene locatum, atque satis concinnam esse ipsius cum superioribus connexionem, quia cum Hippoc. suprà docuerit, qui sint purgandi, scilicet non appetentes cibum, & quomodo debeant præparari, ad hoc vt tutò, & faciliter purgentur: nunc quasi reddens rationem, cur purgari debeat, cibum cum appetitu, non capientes, inquit, nisi purgentur, quantò plus à medico ipsis offertur, tantò magis lædi. Est enim hæc sententia, & dogma, & præceptum, quo scilicet monentur medici, ne inappetentes uitio pra-

Scopus. uorum humorum, alere (quod faciunt plerique) nitantur: quoniam præterquam quod uiribus nulla utilitas præstatur, nec alendo corpori quicquam conducit, illud etiam incommodum sequitur, vt corruptus nouus cibus, tantò magis prauorum succorū molem augeat. Atq; hoc est summatim totū illud, quod Gal. in commentario paucissimis uerbis docuit. Verū sunt alia, quæ opus est paullò diligentius considerentur, atque examinentur. Atque illud in primis occurrit, quę

Dubit. propriè nuncupentur impura corpora, nam si Galen. mentem sequamur, is in commentario uidetur ea in præsenti statuere, quæ potissimum in stomacho cachochymiam gestant, ex altera Hippoc. 6. Epid. sect. 5. tex. 33. dicens ἀκάθαρτες, ideſt impuros, nō esse exercendos, ne fiant vlcera, utitur ea uoce (etiam secūdum Galeni interpretationem) in cacochymia totius corporis, & prę sertim secundum cutem, (ut etiam Arist. 5. sect. prob. 27. & Theophrastus lib. de sudoribus docuerunt. Qui Aristot. reddens rationem, cur aliquibus fiant vlcera dum exercentur, respondet esse, quoniam crassi, amari, & salsi succi, qui in corpore reperiuntur, cùm motu dissipari nequeant, per carnes distributi tumescunt, incalescunt, & consequenter exulcerant, ubi etiam ipse utitur uoce ἀκάθαρτον; Imò ipsemet Galen. 3. aph. 20. huic aphor. Hipp. annuens, similia dicit. Præterea uidetur admodum durum præsentem sententiam in medendo sequi, quoniam si corpora im-

Altera dub. pura plus lædantur, quo plus nutriuntur, sequetur, in corruptione humorum ingenti non esse alendum, aut parcissimè, cum tamen in febribus prauis, in quibus uirium ingens fit ruina, plerique vberrimum alimentū præbeant: & ex altera parte idem Hippocr. 7 aph. 65. dicebat. Si quis cibum febricitanti præbeat, sano quidem robur, laboranti autem morbus. Prò primo dicendum est, id quod scribit Hippoc. in lib. de salubri diæta, tria esse genera corpo-

Ad primā. rum, quæ ἀκάθαρτα, vocantur. Vnum genus est eorum, qui succos crudos, & prauos in uentriculo tantum habent, qui cognoscuntur ructibus, anxietatibus,

Corpora impura, quæ dicantur. & inappetentia; Secundum est cum bilis circa uentriculum redundat, quod cognoscitur siti, atque oris amarore; Tertium est eorum qui habent prauos humores in uisceribus, atque adeò in toto. De priore certè loquitur hoc in loco Hippo. quem id modū de tertio lib. 6. Epid. sect. 5. & cum eo Arist. atque Theophrastus loquuntur, siquidem motu à visceribus, & uenis, in carnes, & cutem propulsi humores salsi, amari, & acres vlcera faciunt. Ad secundum nonnulli putarunt hic, Hippocratem non loqui de omnibus indifferenter, sed tantummodo de

ijs im-

©BIUM

ijs impuris corporibus, quæ ita affectum habent, prauis ſuccis, ventriculum, vt appetitum adimant: quaſi verò in his tantum ſit verum, quod quò plus nutriantur, eo magis lædantur: Sed contrà hoc eſt in primis authoritas Hipp. nuper citata ſeptimo aphor. 67. quam licet Galenus non videatur acceptare, vt Hippocraticam, attamen vult illud verum eſſe, quod ſicuti cibus ſanis robur, & vires auget, ſic ægris augere morbum, & verè cibus nunquam indicatur à morbo, ſed à viribus, cum remedium, non cibum poſtulet morbus. Ad hęc certiſſimum eſt in uiſceribus quoque, & in toto corpore, ab alimento ſuppeditari ſegetem putredinis, & cacochymię, quia vt alibi dicit Gal. quicquid tangitur à putrido, & corrupto putreſcit, & corrumpitur, prętерquàm quod cum ſucci fiant in locinore, atque ibi ſint uitioſi ſucci, certè non poſſunt fieri, ex alimento, boni, vnde neceſſariò, alijs prauis adiecti, augent malum, & conſequenter, magis alimentum lædit quàm iuuat. Auuic. 3. Primi doc. 2. cap. 7. eam ſententiam explicatiſſimam habuit, vt vbi humores ſunt corrupti in corpore: æger rem bonam largiter comedat; Ad hæc videtur etiam hoc rationi conſentaneum, quoniam primus Scopus medici eſt, cuſtodire vitam, quod fit cuſtodia virium, quæ alimento ipſo ſuſtentantur, & augentur: imò corpora leproſa, & ſcabioſa, quæ ſunt maximè impura niſi nutrirentur, multò magis læderentur, ſicut etiam qui laborant febribus malignis, & peſtiferis, niſi ſuſtententur citò occidunt. Alij itaque in hac non leui difficultate dicunt duplicem eſſe impuritatem, ſecundum quantum, & ſecundū quale: & nutritionem duplicē eſſe, aliā purè reſumptiuam, aliam quoque alteratiuam, de qua loquens Hippocr. lib. de alim. dicebat optimum in alimento medicamentum. His poſitis addunt corpora impura, ob quantitatem non eſſe nutriēda cibo pure, & multū nutriente, impura uerò ſecundū quale nutriri debere cibo nutriēte, & alteratiuo, ideſt cibo medicinali. quæ reſſolutio non diſplicet, tametſi Hippocrates verè non uocet corpora impura, quæ ſunt plethorica, ſed tantum, quæ ſuccis malis abundant, quemadmodum etiam uocant Ariſt. ac Theophraſtus. Ego verò ſemper fui illius ſententiæ, vbi uires labuntur, vel ob inſignem, vel ob ingentem repletionem ſecurius eſſe moderatè nutrire, quam liberaliter, vt faciunt pleriquè. nam certum eſt, ſi ob malignitatem hebetatus, & violatus calor natiuus non poteſt coquere, quantò plus cibi offertur, eò crudiores ſuccos, qui deindè facile putreſcunt, & naturam magis aggrauent, produci: quod etiam ex ingenti fœcum fœtore cognoſcitur, vt multò latius ſit paullò minorem, qui tamen coquatur, exhiberi; nec hoc eſt contemnere uitalem Scopum, ſed potius ad eum omnes conatus dirigere, quando, niſi morbus, & morbi cauſſa, qui uires, & conſequenter uitam inuadunt, compeſcantur, & ſuperentur, quis non uidet, ali uitæ inimicum, & deſtructorem, dum putatur cibis nimijs occurri; Nec ualet, quod tertio in tertium Epid. dicebat Gal. in ea peſtilenti conſtitutione fuiſſe ſeruatos, qui ſibi ipſis uim inferentes cibum capiebant, quando aliud eſt, nil pęnitus alimenti capere, aliud capere, ſed parum: ſine cibo pęnitus uiui nequaquam poteſt. at modico uiuitur; quando ſcimus pleroſq. etiam ſanos minimo cibo diù uitā protraxiſſe; Atque in ea conſtitutione, uſque adeò uis appetitrix erat oblæſa, & attrita, ut potius eligerent certum exitium, quam cibum capere, undè, ſi qui etiam ui aliqua cibum modicum capiebant ſeruabantur; quare ex

Obiectio.

Solutio aliorum.

Auctoris ſol.

©BIUM

re ex eo loco non colligitur, cibum multum laborantibus febre pestifera, esse sumendum, sed si nullus sumatur, certam mortem sequi, cum uires duplicem hostem habeant, & morbum, & inædiam. Est itaque sententia Hippocratis æternæ veritatis, corpora impura quando plus æquò, seu plusquam exigant vires infirmę, & pusillus calor natiuus nutriũtur, tunc multò plus lædi, quàm si vel pura essent, vel cibus esset proportionatus calori, qui coquere debet. vt ob id medici maximè hoc animaduertere debeant, ne se patiantur seduci à mulieribus, & ignaris adstantibus, qui semper metuũt, ne ęgri fame pereant; sed cibos offerãt, qui mole non multi sint, sed alant nec onerent, vt dicebat Plinius, quales sunt vitelli ouorum, quos nescio, cur tãtopere aliqui damnent; cum nihil sit, quod in aduersa valetudine æquè alat, nec oneret, simulq́. vim & cibi & potus habeat. Ptissanã ẽt cum carne pulli soleo curare, parari, quę vim medicamenti, & alimẽti ęgregiam possidet, imò si vmq̃ verum est illud Hippoc. quod habet in libro de alim. optimum esse medicamentum in alimẽto, certè in hoc casu veritatem habet: vndè laudo eos, qui ex carne, medicamentis cordialibus, & putredini resistentibus commixta, succum arte extrahunt, quem Auuicenas aquam carnis vocasse arbitror, & quem facilius à calore imminuto superari, ac simul vim cibi & remedij habere, non est dubitandum.

Ouorũ, ac Ptissanæ in ægris cibandis vtilitas.

---

11 *Facilius est impleri potu, quam cibis.*

Connexio. MANIFESTISSIMA, & à Galeno etiam significata est, præsentis aphorismi, cum antecedente connexio: quandoquidem, cum dixisset, corpora impura quo plus nutriuntur, plus lædi, atque ex eo significasset debere quidem ali, sed modicè, & cibis superatu facilibus: statim quæ sunt huiusmodi alimenta, subiungendum esse duxit, atque hæc dixit esse potus, quibus homines facilius aluntur, quam cibis: Sed licet sententia videatur perspicua, latius tamen explicanda est, eo maximè quod pręceptum complectitur in medicina exercenda, non minus vtile, quàm necessarium: Sed priusquam ulterius progrediar, eximendus est scrupulus, quem à nemine cognitum, aut saltem propositum obseruaui, & est cur Hip locuturus de facile reficiẽtib. dimissit odores, quos tamen lib. de alim. commemorauit, imò circà initium octauæ sect. sexti Epid. mandauit, vt in uictu instituendo magna ratio habeatur odorum. Ad q̃ dubitationem respondendũ est, qđ quia uerè odores solũ spiritus recreant, sed nõ replẽt corpora exinanita, de qua repletione loquitur hic Hip. (ut ait Celius aurelianus) imò cum hos libros ex epidemicis conflarit eam partẽ dimissit, tamquam non ita vsu à se ipso adhuc compertã; Itaq; uidẽdum quid Hip. intelligat noĩe potus, quid nomine cibi, quid prò facilius repleri; Γοτός, καί πῶμα, est generale, quoddam nomen significãs id quod adeò liquidum est, vt potari queat; & licet in lib. de Vet. med. uideatur distinxisse ῥόφȣματα, idest sorbitiones à potibus, attamen multò frequentius sub nomine potus, ẽt sorbitiones complectitur, perindè àc in primo lib. aph. accepit, cum dixit febricitantibus conuenire uictum humidum, idest cibum sorbilem; Sic enim sæpè loqui solet Hip. ubi febris ad est, dandas esse sorbitiones, cibos

Scopus.

Dubit.

Respõsio.

uerò

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 99 sur 867

verò vbi febris non eſt: Hoc itaque in loco non ſimpliciter Hippocrates dicit potum more vulgus, qui ſic vocant vinum, aquam, iuſcula; ſed quidquid cibi nulla maſticatione eget; ſed ſolo ſorptu, aut hauſtu capitur, cuiuſmodi piſſanæ genus omne, carnes contuſæ, aliaquè fercula ità parata, vt bibi queant; hæc enim, tribus rationibus, in ægris, & præſertim febrientibus commendari ſolent: vna eſt, quia dum colantur, craſſum excrementum, & alendo ineptum abijcitur; altera eſt, quòd ſi nil abijciatur, vt fit in pane trito, ſic tamen paratum redditur facilius coctu, & diſtributu; quandoquidem ad hoc, vt fiat chylus neceſſe eſt opera ventriculi prius eliquetur, vndè ſi id fiat extrà uentriculum, certum eſt ipſi hunc laborem adimi, propterea què promptius chylum fieri. Tertia eſt, quia maſticatio fit cum motu, motus cum labore: vndè cum febrientes conſumata quiete egeant, certum eſt, ſubtracta maſticatione multò quietius ipſos eſſe acturos. Iam verò de cibo, quem hic appellat σιτίον, ſciendum eſt hoc nomen ab Hippocrate frequentiſſimè vſurpari, pro quolibet alimento ſolidiore, contradiſtincto à ſorbitionibus, alijſquè liquidioribus edulijs, quemadmodum nunc accipiendum eſt: quod non modo ſumitur cum omnibus recrementis, verumetiam ipſi uentriculo non exiguum laborem in eliquando, & dentibus in mandendo præbet; Porrò quid ſit facilius repleri, ſeu πλησθαι, vt loquitur Hippocrates, videtur Galenus declaraſſe, cum de eo loquatur, tamquam de renutritione, & certè verum eſt, alimenta liquidiora, & minori negocio, & uelocius reficere atque renutrire corpora egena, ſolidioribus; Verum illud quoque non eſt à ueritate, atque à ratione alienum cibis liquidioribus homines ocyùs ſatiari, quam ſolidioribus, vt ubi fami nimiæ ſit occurrendum, præſtet id agere liquidioribus, quam ſolidioribus edulijs, de qua re ſuo loco aliàs agemus; Verum id ſciendum eſt, quod Galenus copiosè ſatis explicat aphoriſmo decimooctauo huius lib. & de quo ſine ulla neceſſitate longam diſputationem inſtituit meus Conciuis; ſcilicet aliud eſſe multum nutrire, aliud citò nutrire: dicitur enim multum nutrire, cuius ſubſtantiæ maior pars in corporis nutriendi ſubſtantiam conuertitur, vt ſunt oua ſorbilia, & contuſa, ac eliquata caro: Dicitur uerò celeriter nutrire, id quod pauciori tempore conuertitur in nutriti ſubſtantiam: Multum ergo nutrire, & paucum poſſunt, tam ſolidi, quam liquidi cibi, Ceterum liquidi ſemper celerius conuertuntur in ſubſtantiam quàm ſolidi, eò quòd minoribus, & paucioribus caloris nativi actionibus egent: & quamquam Auuicenna prima primi doct. 4. cap. 2. dicat, maſticatione fieri aliqualem coctionem in ore, ob ſaliuam quæ cibo maſticato immiſcetur, haud tamen tanta eſt, quin uincatur à præparatione, quæ eſt in ipſis cibis eliquatis aut arte, aut natura: quemadmodum eſt de lacte, quod ſcribit Galenus ſexto de Pl. Hippoc. & Pl. 6. nutrire abſquè hoc quod à ventriculo quicquam immutetur, licet neceſſarium ſit, ut & ipſum in iocinore alterationem ſuſcipiat, atque in ſanguinem conuertatur: Sed dubitari poſſet utrum quæ ſunt liquida cæteris paribus poſſint plus nutrire, quam ſolida; nam ex una parte eſt ſententia Galeni ſeptimo method. capite ſexto vbi ſcribit quæ multum nutriunt, habere ſuccum craſſum, & uiſcidum, nec facile co-

Per potũ quid hoc loci intelligẽdum.

Sorbitiones cur febriẽtibus vtiles.

Notandũ.

Dubitat.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 100 sur 867

©BIUM

qui, cuiuſmodi eſt caro ſuilla, (quam cur Auicẽna dixerit eſſe facilis digeſtiõnis nõ video niſi dicamus ipſum locutum eſſe ex ſententia Chriſtianorum, qui id ſibi retulerint cùm lege prohiberetur eam guſtare,) & 18. huius dicebat liquida omnia parùm nutrire quòd pars aquea ipſarũ, quæ multa eſt diſſipetur, atque per vrinam, vel ſudorem exeat; uel per inſenſibilem tranſpirationem: pars uerò ſola craſſa, quæ eſt exigua in ſubſtantiam nutriti conuertatur: Exaltera parte eſt authoritas omnium penè medicorum, qui inter maximè nutrientia ponunt ſorbilia oua, quæ ſumuntur abſque vlla maſticatione, & inter liquida alimenta recenſentur, ſimiliter de iuribus videtur aſſerendũ, quibus, & carnis ſuccũ adijciendũ de quo Gal. tertio de alim. fac. Sed eſt, & altera difficultas, quoniã Gal. 8. de med. local. cap. 4. ex Archigene, inter ea quæ aceruatim nutriunt ponit cochleas, & bulbos, qui craſſiſſimę ſunt materię, quo in loco haud numerat vinum ſimpliciter, ſed vinum cum pane. Pro hac itaque difficultate confugiendum eſt, ad regulã nobis relictam à Gal. in primo de alim. facult. in fine cap. de lupinis, Vbi docet quod, quę humidiora ſunt, minus quidem nutriunt, & facilè diſſolubile nutrimentum afferunt, at celeriter alunt: contrà, quę ſunt duræ, craſſę, & uiſcidę ſubſtantiæ, vt cochleæ, & bulbi, plus quidem nutriunt, & permanentius alimentum afferunt, at cum difficiliter coquantur, & tardius diſtribuantur, neceſsariò quoque haud citò reficere, & renutrire poſsunt: quod autem ſpectat ad oua ſorbilia, dicendum eſt aliud eſſe molle nutrimentum, aliud liquidum, uel humidum: nam quę mollia ſunt propriè, ſunt veluti mediã inter humida fluida, atque ſolida, ſeu dura, & interdum magis ad hoc, vel ad illud declinant, Iam uerò oua ſorbilia potius quodammodo ad ſolidum accedunt, ſi cõquantur, vt decet, ac propterea nutrimentum afferunt multum, ac permanens, ſed non ità citò reficiunt: quemadmodum uinum cum pane, cui meritò Archigenes primum locum dedit inter citò reficientia alimenta: Vnde notare ſoleo propterea voluiſſe Archigenem admiſcere panem vino, quod vinum abſque illo haud nutriat, quemadmodum dixit Alexander in problematib. quã de re copioſius in prælec. bonon. Vnde ſemper exiſtimaui in loco Archig. apud Galenum mendoſum eſſe contextum, & loco cochleárum, & bulborum eſſe legendum halicam cum vino, tum quia idem Galen. ſecundo aphoriſmorum decimooctauo & cochleas, & bulbos negat aceruatim nutrire, & primo ad Glauc. 14. ſic loquitur, tum quia Ætius, vbi ſermonem habet de Cardiacis, omnia ad uerbum transferens in ſuum tractatum ex loco illo 8. de med. loc. habet loco cochlearum, & bulborum, halicam. Vtilitas aphoriſmi manifeſta eſt, ſcilicet docemur, vbi reficere oportet quo genere cibi ſit vtendum, ſcilicet liquido, aut ſaltem molli.

Solut. dubitationis

Vinum cũ pane, citò, & multũ nutrire.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 101 sur 867

©BIUM

12 *Quæ relinquuntur in morbis post iudicium, recidiuas facere consueuerunt.*

HABETVR hic aphorismus etiam secundo Epidem. sect. 3. Vt verò connectendus sit superioribus Galenus satis appositè docuit, quasi sit veluti quædam cofirmatio, quòd vbi in conualescentia non reficiuntur ægri opus habeant purgatione, alioqui, si relinquatur aliquid post morbum sedatum, necesse est, vt morbum pariat. Sed nimis longinqua est hæc continuatio, vndè præstat dicere ex ijs esse, qui nullam habent (saltem euidentem) connexionem. *Connexio ex Galeno*

. . Ex hoc autem patet, hanc sententiam esse partim præceptum curatorium, partim dogma quoddam prognosticum: Est enim præceptum, quia vbi aliquid relinquitur humorum, qui morbum fecerunt, necesse est ut sit maculatū: cumq; corrigi neq̃at, sequitur ut facilè eius malitia progrediatur, sicq; morbū tandē pariat: est quoq; prognosticū dogma, si quidē ubi morbi abscedūt, non facta pfecta peccantiū humorū euacuatione, nec ægro appetēte, aut uires recuperāte, prędicendū est, morbū esse reuersurū; Atq; hęc est sententia breuiter à Gal. explicata: circa quā nōnulla sunt cōsiderāda non inutilia, nimirū, Quæ sint quæ relinquuntur: & quæ causa, propter quā interdum post iudicationes relinquantur aliqua. Secundum est quę nam sint uerę causę recidiuæ, & quid ipsa recidiuatio. Circa primam duo sunt quę potissimum relicta, faciunt reuerti morbum, vt docet Galen. 6. Epid. 3. 11. Primum est materia morbifica (vt dicebam) contaminata, aut semiputrefacta, aut etiam putrefacta, atque veluti in cinerem conuersa: aut crassefacta, subtilibus partibus dissipatis: Alterum est mala qualitas seu vitium relictum, vel in aliquo uisceri, uel in parte ipsa ante affecta. Etenim etiam si quispiam hydropicus ab Aqua liberetur, vbi tamen remanet in Iocinonore, vel liene uitium, facile reuertitur, ut ex lib. 2. prorrhet. colligitur, vnde dicebat Celsus, Erasistratum optimè consuluisse, ut etiam si aqua educatur, nihilominus Iocinori occurratur, quod idem etiam Areteus cap. 1. lib. 2. de diuturnis pas. monuit: Iam verò huiusmodi vitia in uisceribus possunt non solum mensibus uerum etiam annis in corporibus latitare, atque tandem recidiuam facere. Vti apud Hippocratem secundo de morbis atque libro de internis affect. ubi scribit uoluulum etiam post secundum annum redire, & interdum morbos aliquos lienis post decimumquartum annum reuerti, quo pacto quoque hydrophobiam constat, post plures annos, renouari. Modo causæ ob quas, uel materia, uel dispositio relinquantur post crisim, unica pænè est (scilicet) quia crisis non fuerit perfecta: Etenim in crisi perfecta nihil relinquitur, neque morbus reuertitur. Siquidem dicebat Hippocrates sexto Epid. quæ suppurantur, non reuerti, quia in ipsis est coctio, crisis, & abscessus; Cur autem crisis perfecta nō fiat, multæ possunt esse causæ, materiæ acuties, & feruor qui stimulat ante tempus naturam ad iudicandum, materię copia, atque eiusdem impręparatio; nec non ipsius naturæ imbecillitas, ob quam nec expectare potest integram coctionem, nec sustinere incoctam materiam; Dimitto externas causas, quæ & ipsæ non rarò solent crisium imperfectarum esse causæ, ut errores in uictu, in aere, in medicamentis externis, & internis, nimis properè adminiAuthoris sententia. *Dub.* *Altera.* *Ad primā* *Crisis imperfectæ, causæ.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 102 sur 867

©BIUM

ſtratis, atque alijs plurimis. Εν τησι νεσοισι, ideſt in morbis; Videtur aliquibus doctiſſimis malè ſcribi in morbis, quia relinquuntur ἐκ τῶν νεσων, ideſt ex morbis, vndè putant corrigendum; Verum cum omnes contextus ità habeant, & in ſecundo, ac ſexto Epidem. deſit hæc uox, mihi uidetur antiqua lectio poſſe ferri: imò verò cum dicat *poſt criſim* ſatis eſt: nam uox *in morbis* poſita eſt ad differentiam ſanorum; Quomodo autem cognoſcatur aliquid relinqui poſt criſim docet Hippocrat. 6. Epid. ſect. 2. tex. 11. ex oris amatore, inſuauitate ſiti, & cibi faſtidio; Circà ſecundum, ſcilicet, Quid ſit recidiuatio, & vndè fiat ſciendum eſt, quæ à noſtris dicitur recidiua, ſiue recidiuatio, à Græcis dici ὑποστροφὴ, ſeu ὑποστροφέν, & eſt propriè reditus morbi eiuſdem, ſi non numero, ſaltem ſpecie; Vnde quando fiunt commutationes morborum in alios, ut multos commemorat Hip. primo de morbis, ſcilicet ex phrenitide in peripneumoniam; Ex peripneumonia, & pleuritide, in Empyema: haudquaquam propriè dicitur recidiuatio; Cuius cauſſæ ſunt, aut (vt dixi) materia relicta, uel quia cruda, de qua loquens Hipp. 2. Epid. & alibi dicebat, quæ ſine ſigno, hoc eſt, ſine coctione diſparent eſſe infida; uel quia inæqualis. Aut naturæ imbecillitas, aut errores commiſſi in ſex rebus non naturalibus uocatis. Cæterum dubitare dignum eſt, utrum ſit uerum ſemper ſequi recidiuationem, ſi quidpiam relinquatur; Ex una parte ſunt authoritates Hipp. & hic, & in Epid. lib. imò dicit Hipp. quibus aliquid intus relinquitur certiſſimas, & uelociſſimas fieri recidiuas. Ex altera parte experientia monſtrat ſæpè non reuerti morbum, etiam ſi non fiat perfecta criſis, utin hiſtorijs Hipp. aliquando uſu veniſſe ijs ægrotantibus, monſtrauimus. Præterea, quod relinquitur poſt criſim, ſolet eſſe ueluti cinis ineptus ad concipiendam putredinem, & uirtus expultrix multò robuſtior eſt quàm antea; vndè ſi tunc expulit, quando erat debilior, ſanè uidetur multò rationabilius, ut etiam quando eſt robuſtior, debeat expellere, neque permittere, ut nouus morbus fiat; Breuiter dicendum pro reſſolutione, Duplicem eſſe criſim perfectam, & imperfectam, ſimiliter duplicem recidiuam ueram, & non ueram: Poſt criſim perfectam, fieri non poteſt uera recidiuatio, hoc eſt, fieri eadem ſpecies morbi, ut ſcilicet, poſt tertianę iudicationem ueram, non poteſt fieri iterum tertiana; Sed poteſt fieri quartana: quia licet ſit euacuata tota materia coniuncta, poteſt tamen remanſiſſe materia antecedens, quę & ſua qualitate, & copia, accedente uirium imbecillitate, ex criſi acquiſita, faciat nouum morbum, vt quotidianã ex tertiana, aut etiam quartanam. Iam uerò ſi loquamur de criſi imperfecta, non modò poteſt fieri ſpuria, verumetiam uera, & legitima recidiuatio, & hinc eſt quòd ſæpe poſt iudicationes imperfectas, videmus fieri febres deteriores, atque malignas, quia cum relinquatur materia ſemicorrupta, & praua, ac facultas imbecilla, non eſt dubium, quin poſſit occaſio præberi morbo eiuſdem, atq; etiam multo deterioris naturæ, & qualitatis. Itaque illud poteſt ex hoc aphoriſmo diſci pro facienda medicina, ut ubi non uidetur criſis perfecta eſſe facta, nihilo ratio uictus muterur, ſed corpus ægrum in ſumma cuſtodia teneatur, atq; rurſum præparationi, & euacuationi humorum peccantium ſtudeatur.

Ad ſecundam.

Dubit.

Reſponſ.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 103 sur 867

©BIUM

13 *Quibuſcunque criſis, ideſt iudicatio fit, his nox grauis ante acceſſionem. Quæ verò ſubſequitur, magna ex parte leuior exiſtit.*

NEMO eſt qui non uideat euidentem huiuſce aphoriſmi cum ſuperiore connexionem, quando etiam ſic coniuncti habeãtur 6. Epid. ſect. 2. tex. 22. & 23. Vndè forſan huc ſunt traducti. Nam cum in antecedente, mentio facta eſſet de criſi, atque ad intelligentiam, & practicam illius conſequendam maximè referret præcognoſcere ipſam iudicationem, & poſt etiam factam dignoſcere: in præſenti docere intendit, quo pacto quis poſſit futurã proximè iudicationem, atq; etiam poſt factam mente aſſequi, ad hoc ſcilicet, ut ea præcognita, non modo poſsit, quid ſequuturum ſit (non ſine gloria) prædicere, uerumetiam, ut poſsit, & uiuendi rationem debitam, & ſi quæ ſunt neceſſaria aduerſus impetum criſis, auxilia, uel ad eam facilitandam, oportuna adhibere, adeò vt hæc ſententia non ſolum ſit dogma prognoſticum, uerumetiam quodammodo curatorium. Celſus autem lib. 3. cap. 5. inquit, [ferè uerò grauiorem acceſſionem leuior nox ſequitur: quò fit, ut grauiorem acceſsionem nox quoq; triſtior antecedat] Diuiditur uerò hic aph. in duas partes, in quarum prima docet quo pacto liceat præcognoſcere criſim futuram, ex antecedẽte ipſam nocte, in ſecunda uerò quomodo ipſam iam factam, ex nocte ſubſequente. Sed priuſquam unamquamque partem examinemus uidendum eſt, cur Hippocr. potius à noctibus quàm à diebus ſubſequentibus, atque antecedentibus huiuſmodi preſenſionem duxit eſſe accipiendam. Cui petitioni reſpondendum eſſe puto id, quod ſcribit Gal. hoc eodem lib. & hic, & aph. 43. & Auic. 2. quarti cap. 2. ſcilicet diem antecedentem ſolere eſſe moleſtum, ſed omnes læſiones, atque dolores magis ſentiri nocte, quàm die, tum quia conſueuerunt omnes nocte quieſcere, tum quia ſenſus non ſunt ità extrinſecus occupati, quemadmodum die, tum quia calor magis introrſum tunc coactus, ac propterea uehementius aduerſus morbificas cauſsas contendens, grauioribus ſymptomatibus occaſionem præſtat. imò hac ratione plures iudicationes videntur fieri nocte, q̃ die, & plures perire nocte (in criſi tamen mortali) ut ẽt optimè Iacobus, animaduertit: ut ob hæc ẽt antecedẽs dies grauis iure eſſe ſoleat. Quamq̃ 6. Epid. com. 2. tex. 22. 23. vbi, & p̃ſens, & antecedens aphoriſmus habetur, non de omnibus morbis hoc dixerit Hip. ſed tantummodo de ijs febribus, quæ ſunt τριταιοφυεις, ideſt naturam tertianarum referunt, cuiuſmodi dicit Gal. in eo comment. eſſe ſemitertianas, atque tertianas extenſas, Sed dicet aliquis cur Hippoc. hanc diuerſitatem fecit, vt aliter in Epidemicis libris, aliter hoc in loco loqueretur? præterea quę ſunt τριταιοφυεις, de quibus loquitur Hippocrates, & quarum nox antecedens grauis ſit? Ad primam reſpondendum eſt libros Epidem. fuiſſe conſcriptos antè libros aph. imò illi erant tanquam aduerſaria quædam, in quibus adnotabat, quæ quotidie ſibi occurrebant obſeruatu digna; cum autem ea pluribus experientijs, & rationibus iam probatiſſima haberet, tunc in libros aphor. referebat. Vnde puto, quando hanc ſententiam ſcripſit in lib. Epid. id tantum habuiſſe exploratum in Tertianarijs, poſtquam autem uſu cognouit, eam eſſe quoque in alijs morbis ueram, in aphoriſmos

Connexio.
Scopus.
Diuiſio.
Dubit.
Reſponſ.
Dub. prima.
Secunda.
Ad primam.

©BIUM

rismos traduxit, inter quos, cuncta quæ sibi longa experientia, & ratione fuerant
Ad secũd. inuenta diligentissimè adnotabat. Ad aliud autem dicendum est, quod Galen. multis verbis eo in loco concluisse uidetur, nimirum & tertianas exquisitas, & hemitritæos, qui sunt morbi acuti, atque etiam tertianas extensas, ab Hippocrate fuisse comprehensas: quamquam minus id verum in his postremis, quam in alijs esse, statuat; Sed quod hoc in loco in uniuersum dicit Hipp. multò uerius esse uidetur, non quod in cunctis morbis fiant crises: quandoquidem etiam alio pacto soluuntur morbi, scilicet coctione, & abscessu, ut Hippo. eodem textu, & secundo Epid. dicit. sed quod in quibuscumque fit, semper antecedens nox est δύσφορος, seù molesta. Iam uerò uideamus primum quid sit Crisis; deindè cur
Crisis quid sit. antecedens dies, & nox sint graues, seu ut loquitur Hippoc. δύσφοροι. Circa primum Gal. in comm. inquit crisim esse præcipitem morbi mutationem ad sanitatẽ, uel mortem, quæ mutatio fit natura discernente bonos succos à malis, & ad excretionem præparante: dicitur enim Crisis iudicium, quia uerè ex ea mutatione fit iudicium, vel futuræ mox sanitatis, uel mortis; Dicitur præceps, seu ut loquitur Gal. ἐξυρρόπος, ad differentiam abscessus, & coctionis, quæ licet, & ipsę sint mutationes ad sanitatem, uel mortem, nihilominus fiunt non celeriter, ut crisis, sed longo tẽpore. Dicitur μεταβολὴ, quia uerè essentia ipsius crisis est mutatio, sed sic appellatur ẽt ab effectu quẽ operatur, & quem ex ipsa mutatione iudicat medicus. Porrò quomodo sequatur mors, uel sanitas declarat idem Galen. Cum ait per hanc mutationem naturam discernere, & segregare utilia, ab inutilibus, atque ad hæc excernenda sese præparare: ex quo loco forsan aliquis colligere posset Galenum non negasse uirtutem illam naturalem discretiuam, quàm proposuit Auerroes secundo collect. 7. 8. Cum autem dicitur ad sanitatem, uel mortem, intelligendum etiam quod alibi dixit Galenus, uel ad melius, uel deterius: quoniam etsi non semper sequatur immediatè sanitas, aut mors, attamen necessariò, vel sequitur ad melius mutatio, quæ est uia & præparatio ad sanitatem, vel ad deterius, quod tandem ad mortem conducit; Et notandum est, quod licet hæc sententia etiam uera sit de accessionibus febrium, & præsertim tertianarum, (vt diximus ex Hipp. 6. Epid. sect. 2.) attamen nũc id tribuit potissimum ipsi iudicationi, tũm quia multò euidentius in ipsa conspicitur, tum quia ubi iudicatio fit, semper in accessionibus (hoc est in sæuioribus morbi temporibus) efficitur, etenim sicuti multò maius opus, & labor est multos pellere inimicos, quàm paucos, sic multò grauius est pellere vniuersam materiam morbificam, vt contingit in iudicatione, quàm eius portionem, ut fit in accessionibus particularibus; Etenim, & vnà quæque accessio est ueluti quædam parua iudicatio, quoniam, vt rectè dixit Gal. 2. de diff. feb. in singulis accessionibus fit expulsio materiæ faci-
Cur nox antecedẽs crisim mo lecta. entis paroxysmum, & simul tollitur febris, ac symptomata: Modo uideamus quæ sit caussa, propter quam nox, seu dies (idem enim est) antecedens accessionem, usque adeò grauis esse soleat; Etenim, ut uno uerbo dicam, potissima & continens caussa huius duplex est, tum pugna uehemens inter naturam, & morbum, tum conatus ipsius naturæ secernendi bonum à malo, atque malum ipsum expellendi; Auuerroes secundo collectaneorum 7. 8. 14. (vt antea etiam dixi) alibi eius fuit sententiæ, ut daretur peculiaris quædam facultas distincta ab

alijs

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 105 sur 867

©BIUM

alijs quatuor naturalibus quæ vtilia, & bona, ab inutilibus, & malis ſegregaret; Sed longè deceptus eſt, quia & tractrix facultas, & retentrix id ſolæ agunt, & ab omni philoſophia alienum eſt, entia abſque ratione multiplicare; Sed excuſſari poteſt, quia ipſemet lib. 3. coll. cap. 39. fatetur ſeſe non fuiſſe practicum in medicina. Quomodo autem fiat pugna naturæ ante acceſſionem, atque ſecernendi conatũ, ſi dixero, facile poſtmodum intelligetur, quæ ſit cauſſa turbationum, & quę nam ſint illæ turbationes, quæ ante acceſſiones, potiſſimum verò ante illas, in quibus fit criſis, contingant; Etenim totum tempus, ſtatuſuè morbi, ſiue ſit continuus, ſiue ſit intermittens, nil aliud eſt niſi labor quidam, ſeu motus naturæ, non modo in obſiſtendo materiæ lædenti, & ſtimulanti, verum in ipſam ſuperando, & è corpore pellendo, quod facit vel ipſam diſſipando, & conſumendo, vel præparando, ſeu coquendo. Quod opus, eſt ſecretio boni à malo, vel à nobiliori, in ignobiliorem locum deducendo, cuiuſmodi ſunt abſceſſus; atque hoc facit natura in ijs ægris, quos uario modo ſeruat: Vbi verò, aut nullum ex his conſequitur, aut infeliciter, ſequitur vel mors, vel deterior morbus. Iam in huiuſmodi opere agendo fit, ut ex parte materiæ interdum magnam, interdum mediocrem, aut exiguam reſiſtentiã inueniat, ex quo fit etiam, vt modo plus, modo minus laborat in illius agitatione laboret; minus quando iam uicit, aut ab ea non ſtimulatur, laborat verò plus, quando maximè angitur, nec dum ſuperare incipit; Itaque in huiuſmodi motu, & conflictu multa contingunt ex parte loci, vbi pugna fit, ex parte materiæ, aduerſus quam certatur, & ex parte ipſius naturę certantis. ex parte materiæ fiunt, quoniam ea agitata, & concalefacta vt uarij uapores efferantur in uarias partes corporis, ſimulquè, & ipſi humores interdum aliqua ex parte ſimul pellantur, dum boni à malis ſecernuntur; Ex parte loci, quoniam ſi vapores, aut humores ferantur in cerebrum, capitis dolores, vertigines, deliria, vigilia, ſurditates, ſomnolentię, aliaq. ſymptomata occurrunt, ſi in os uentriculi anxietates, dyſphoriæ, cardialgiæ, tremores labiorum, ſi in cor, lypothymię, palpitationes. Ex parte uirtutis fiunt demum ſymptomata in pugna, quoniam ob debilitatem, cum frangitur in certamine, fiunt totius corporis laſſitudines, pulſum intermiſſiones, anhelandi difficultates, atque alia ſimilia. Ergo apparet cur antecedente nocte, uel die iudicationem, ſeu exacerbationem, fiant maiora ſympromata; Et quæ ſint illa, ſiquidem in ipſa iudicatione iam natura vicit, aut victa eſt, ante ipſam fit certamen, quo tempore, cum fiat ſecretio bonorum ſuccorum à prauis, atque ad hanc efficiendam non concurrat ſola facultas ſecretrix, quæ nulla eſt, quicquid dicat Auuerr. ſed operationes attractricis, expultricis, atque retentricis, propterea fit, vt compluribus motibus concurrentibus, magna turbatio conſequatur: atq; non minus verum eſt in continuis, quam interpollaris febribus: imò, & in ipſis apoſtematibus (licet ſecus dicat cõciuis meus) ſiquidem, ut ait Hipp. dum pus conficitur febres, & dolores fiunt maiores, quam iam confecto. Atque hæc de prima Aphoriſmi parte: ſequitur ſecunda, quæ eſt, noctem ſuccedentem iudicationi eſſe leuiorem magna ex parte: In cuius explicatione examinandum eſt vnum quodque verbum, & primo pro nocte precedente, non ſolum intelligenda eſt nox, quę immediatè ſequitur, verumetiam aliæ ſubſequentes, imò hoc magis

Auerrois lapſus.

Tempus morbi laborioſum, & cur.

Quæ, in ipſa pugna naturæ cũ morbo cõtingant.

Per noctẽ anteceden tem quid intelligen dum.

©BIUM

gis elucet in cęteris, quandoquidem non rarò fit, ut quemadmodum, qui certarũt (etiam si vicerint,) nihilominus fracti, & confusi aliquandiu relinquuntur, sic etiam contingit nonnunquam naturæ, vt aliquanto post victoriam habitam remaneat confusa, ac fracta, propterea què nox subsequens haud ità leuior videatur: Particula autem illa (*leuior*) græcè ἀφορωτέρη cum sit comparatiua, atque referri possit, tam ad iudicationem, quam ad totum morbum, non defuerunt qui existimarint eam potius ad totum morbum esse referendam, quasi voluerit dicere Hippocrates, noctem post partam à natura victoriam esse leuiorem, quàm vllam aliam totius morbi: atque in hanc opinionem eo sunt adducti quod Hippocr. loquatur in aphorismo de morbis sanabilibus, in quibus non simpliciter & necessariò nox subsequens est leuior, sed respectu aliarum totius morbi noctium, & præsertim antecedentis. Verum licet hoc prorsus haud improbem, videtur tamen accommodatius, vt referatur principaliter ad noctem antecedentem tantum, quæ semper est grauior subsequente, sicuti sæpenumero contingit, vt pleræquè aliæ noctes totius morbi sint leuiores ipsa consequente: quemadmodum videre licet, in plerisquè eorum ægrotantium qui referuntur in primo, & tertio Epid. Sed dubitare licet, cur Hipp. non dixerit semper hoc esse, sed ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, hoc est magna ex parte, quandoquidem videtur hoc esse necessarium, vt semper multò minores fiant labores hoste iam superato, quam dum adhuc contra ipsum contenditur. Ad quam dubitationem respõdent pleriquè (inter quos est Gal.) ità locutum esse Hippocratem propter morituros, in quibus verè nox post cedens iudicationem potius solet esse deterior, vt ferè in cunctis ægris ab Hipp. relatis, qui mortui sunt obseruare licet; Sed si Hippoc. in Aphorismo loquitur de sanandis dumtaxat, vt multo æquius uidetur, non intelligo quid valeat huiusmodi responsio; ea propter quod dixi superius id quoque mihi in præsenti respondendum esse arbitror, nempè etiam in sanandis, aliquando succedentem noctem iudicationi non uideri leuiorem antecedente, quoniam imbecilla, & fracta ex pugna natura languidior, & confusa magis remaneat, quàm dum acriter, & strenuè magisquè valens contendebat; Disputant hic Conciliator, Iacobus, & alij: Vtrum melior sit iudicatio, quæ fit noctu, an quę die, sed huius quęstionis puto ego hanc esse ueriorem resolutionem, s. quo ad facilitatem tolerandi potiorẽ esse diurnam, quia cum tunc minus sensus, ad alia distracti, afficiantur, & corpus sit perspirabilius, atque uię latiores, tunc facilius fit expulsio per omnes partes. Cęterum, quo ad perfectionem & celeritatem pertinet, nocturna videtur optatior, quia tunc expultrix facultas, ob caloris natiui auxilium, magis viget, atq; potentius agit: quo fit, vt tunc etiam magis mulieres pariant, & abortiantur: neque valet, quod hyeme quæ proportione respondet nocti, (vt Hipp. 2. Epid.) magis moriantur ægri, quia vt Aristot. ait primo probl. 25. id fit alijs de causis. Vtilitas autem huius aphorismi est non modo ad prædicendum, verumetiam ad curandum, quia medici, qui hoc sciunt, multò minus timent quàm vulgares; & præscientes futura symptomata ante iudicationes, remedijs utuntur ad minuenda illa, atq; ipsam naturam protegendam, & ferè non uidebitur vlla sententia celebratior apud Galenum in libris de crisibus, atque alibi, hac ipsa.

Dubitat.

Solutio.

An diurna crisis, aut nocturna melior.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 107 sur 867

©BIUM

14 *In profluuijs alui, mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat.*

GALENVS mira breuitate in explicando hoc aphoriſmo vſus eſt: quaſi verò claior ſit, quam vt fuſius interpretandus ſit; Verumtamen quantum ego iudico, & hic non caret aliqua ſpeculatione vtili: maximè quod eſt dogma prognoſticum, cum ex eo liceat prædicere ægrotantibus iuuamentum; & qui dicunt eſſe dumtaxat ſignum agnoſticum, non prognoſticum, decipi mihi videntur, quod licet bonum ſit, vt cauſſa, habet tamen etiam reſpectum ad futurum, vt hac ratione inter prædictiones, atque præſenſiones reponi queat. De continuatione cum præcedenti nō nulli ſentiunt, ità poſſe fieri, quod ſuprà locutus ſit de iudicatione vniuerſali quę fit in febribus, hic ăt loquatur de ſpeciali, quę fit per alui fluxum; Sed nugæ ſunt, quia tractat in præcedenti de prænotione criſis, hic verò tractat de cognitione optimæ criſis, ideſt illius q̄ utilis eſt; Itaque illud habēt commune ambo hi aphoriſmi, quod ad partem attinent prognoſticam: ſed vario modo, quemadmodum videtur poſtulare tractatio aphoriſtica; De alia verò continuatione non eſt ſollicitudo vlla habenda, vt aliàs dixi; Iam verò diuidi poſſet in duas partes, ſed accommodatius, & rationabilius uidetur, ut una tantum pars efficiatur, adeò, ut hæc integra ſit ſententia in fluxibus alui mutationes, quæ non fiunt ad malum, utiles eſſe; Cuius explicatio, ut integra habeatur primū examinanda eſt, particula ἢ χολίνα ῥύσεσίν, hoc eſt fluxus alui, cuius uis eſt, ut ſignificet quamlibet alui fluxionem, non autem ut aliqui putarunt, de ea tantum quæ uocatur διάῤῥοίη, ſeu diarrhęa, tum quia id indicat dictio ipſa ῥύσεσίν, tum quia uerè cuilibet fluxui ſeu alui deiectioni; ut uertit Celſus competit hoc, ut mutatio excrementorum iuuet, dummodo non fiat ad deteriora: Siquidem, & in lienteria, & in dyſenteria, & in quolibet alio fluxu alui, ſemper prodeſt huiuſmodi mutatio. ἀμείψαβόλαι mutationes: quæ mutatio cum fiat ad meliora, aut ad peiora, aut ad media, Iure Hippocrates tacuit utraque extrema, tamquam nimis popularia quis enim eſt qui ignoret mutationem ad meliora ſemper prodeſſe, & ad peiora obeſſe? propoſuit uerò mediam, quia de hac boni ingenij eſt iudicare: Etenim potuiſſet alius forſan putare, ut eſt media huiuſcemodi mutatio, ſic ipſam, nec prodeſſe, nec nocere: Vndè ſolertiſſimus Hippocrates uoluit hoc diffinire, quòd etiam ſi mutatio huiuſcemodi non ſit ad meliora, iuuare tamen, modo non ſit ad mala, hoc eſt (ut rectè interpretatur conciuis meus) modo non ſit rerum utilium, ut pinguedinis unctuoſitatis, & ſanguinis: hæc enim magis propriè dicitur mutatio ad mala, q̄ ſi fiat ad humores deteriores: ſiquidem euacuatio rei bonæ, & utilis naturæ eſt multo deterior, quàm euacuatio prauæ materiæ, & naturæ inimicæ: Cęterum uidere oportet, quæ ſit cauſſa cur iuuet. Gal. inquit mutationes excrementorum complura genera ſuccorum euacuare, & conſequenter corpus exactius purgare, niſi tamē habuerint ſigna colliquationis, & ingentis putredinis, quæ σήπεδών, dicitur,

Connexio aliorum.

Authoris opin.

Scopus.

Cur mutationes ℞ alui fluxu iuuent.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 108 sur 867

©BIUM

dicitur, de quibus loquitur Hippoc. in prognoſt. vbi de pinguibus, & fœtentibus deiectionibus ſermonem facit, atque de his non loquitur Hipp. quoniam hęc eſt mutatio ad deteriora: niſi tamen intelligamus Galenum tanquam loquatur de ſimili fluxu alui, in quo ſi mutatio non ſit ad meliora, non iuuat, quoniam uſq; adeò ſuaptè natura prauus eſt huiuſcemodi fluxus, vt muta io non iuuet, etiam ſi non fiat ad deteriora, Quare cauſſa uera cur iuuet eſt, quia corpus noſtrum, & præſertim dum ægrotat, fieri nõ poteſt, vt uno tantum genere humorum, abundet, propter quod ſi debet perfectè, & tutò euacuari, neceſſe eſt plures humores euacuentur; alioquin periculum eſt, ne uno tantum euacuato, alij contaminati denuò morbum reuocent, atque ita prior euacuatio euadet inutilis. Eſt ergo utile fieri mutationes excrementorum in alui fluxibus tam ſpontè naturæ, quã pharmacorum ui, non tantum ut cauſſa, quandoquidem huiuſmodi euacuatio præſeruat à recidiua, uerumetiã, ut ſignum, cum indicet omnes humores, & actu morbum facientes, & facturos euacuari. Verum tria ſunt digna quæſitu, unum eſt an mutatio huiuſmodi utilis ſit omni tempore, ſcilicet initio, augumento, & alijs temporibus: Secundum eſt, an mutatio, & varietas excrementorum ſit ęquè bona à medicamento, atque ab ipſa natura: Tertium eſt, an in ſuppurgationibus uerumetiam hoc ſit, ubi fiunt excrementorum mutationes, melius eſſe. Circà primum, quod facit difficultatem eſt, quia initio uidetur malas eſſe huiuſmodi mutationes in fluxibus ſpontaneis, tum quia certum ſignum eſt complures, & varios humores exuberare, tum quia non poſſunt omnes, qui euacuantur eſſe parati, & faciles ductu, undè neceſſariò detrimentum potiùs, quàm utilitas conſequitur: prętereà eſt Hippocrates ſecundo prognoſt. 23. & circa finem coacarũ ubi ſcribit, uarias deiectiones à natura factas eſſe malas, & quantò magis diuerſæ ſunt, eò eſſe deteriores, præterquam ſi fiant à pharmaco, quod etiam habetur, 4. aph. 21. ſunt autẽ uarię deiectiones, ut ipſemet Hippocrates ait bilioſæ, cruentę, porraceæ, nigræ, quę ſi à pharmaco ducantur, haud malum eſt. Pro reſſolutione dicendum, ſemper initio, & augumento eſſe inutiles excrementorum uarietates, & mutationes ſi fiant ſpontè, eas uerò quę fiunt à medicamentis interdum eſſe utiles, interdum inutiles; Vtiles ſunt, ſi ſequatur conferentia, & purgatio non ſit excedens. Inutiles uerò ſunt, quę fiunt ob ſuperpurgationem nempè quas minimè ſequitur conferentia: imò quod dicit Hippocrates ſecundo Epid. ſect. 3. circa initium uerum eſt, omni tempore deiectiones ſpecie ęquales malas eſſe. Ad ſecundum dicere oportet Hippocratem quidem locis citatis minimè damnare eas deiectionum varietates, atque mutationes, quæ fiunt ope medicamentorum, veruntamen ẽt hac in re eſt quædam habenda diſcretio, quoniam ſi fiat purgatio uariorum excrementorũ per medicamenta, & conferat, vtilis eſt, ſin verò turbet, inutilis, quia ſignum eſt, in ea excrementorum uarietate, fuiſſe quoque aliqua vtilia educta, ac propterea non ſine incommodo, atque detrimento. Poteſt etiam dici deiectiones uarias tam ſpontè, quàm pharmaco dupliciter contingere poſſe, vel apparentibus ſignis concoctionis, vel non apparentibus: ſi primo modo verum eſt, bonas ſemper eſſe, quia coctio, vt ait Hippocrates ſemper oſtendit ſecuritatem, atque morbi celeritatem, ſin verò ſe-

Quæſita tria.
1.
2.
3.

Ad primum.

Ad ſecundum.

©BIUM

rò ſecundo modo inutiles, & non bonæ ſunt, quia omnes iudicationes factæ ſine ſigno infidæ ſunt, vt ait Hippocrat. ſecundo Epid. Etenim vbi fit excretio crudorum, ea ſemper eſt ſymptomatica, quòd natura ſtimulata pra uitate, & copia humorum, eas minimè vincere queat, ſed ante tempus depellere cogatur, Vndè & tamquam ſignum, & tamquam cauſſa eſt mala huiuſmodi excretio; ſicut vtroque modo bona eſt ea, quæ fit cum coctione: Ad tertiam: Dicendum in ſuperpurgationibus mutationes excrementorum indifferētes eſſe: hoc eſt, bonas, & malas: bonę ſunt ſi ad meliora mutentur, malę ſi ad peiora. Porrò non modo vtilis eſt hæc ſententia ad prognoſticandum, vt initio dicebam verum etiam prò curatione rectè facienda tum, quia ex varietate, & copia humorum diſcitur, quis modus ſit in medendo tenendus, tam ex parte victus, quam ex vſu pharmacorum, Tum quia vbi ſpontè fiunt ſimiles euacuationes, debet medicus, vel eas ſiſtere, ſi nimium vires lædant, vel adiuuare ſi conferant, nec pro ratione exeant. *Ad tertiam.*

---

15 *Vbi fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore, excretiones inſpicere oportet. Nam ſi bilioſæ fuerint, corpus vna ægrotat: Si verò ſimiles ſanis, tutum eſt corpus nutrire.*

NONNVLLI exiſtimarunt hunc aphoriſmum eſſe continuandum octauo, vbi ſcriptum eſt, ſi à iudicatione æger non recuperet vires, eſſe, vel quia pluri vtitur alimento, vel quia eget euacuatione; quaſi modo doceat quando verè poſt excretiones ſit nutriendum; Sed mihi videtur abſurdum adeò longè petere continuationem, cum liceat multò propiùs eam accipere: ſiquidem cum in antecedenti locutus ſit de varietate excretionum, & dixiſſet, quando mutatio ſit bona: in præſenti quaſi continuans ſermonem excretionū; quoddam dogma, & præceptum ad cognoſcendas, bonas excretiones proponit, tum etiam pro curatione examinandas, adeò, vt verè hic aphoriſmus tres partes habeat; Quarum prima eſt, *vbi fauces ægrotant, & tubercula in corpore exoriuntur, conſiderare oportere excretiones.* Secunda eſt, *ſi ſint bilioſę corpus ſimul ægrotat*, Tertia eſt, *ſin ſimiles ſanis ſint, tutum eſt corpus nutrire*; Prior pars, & poſterior præcepta ſunt: ſed poſtrema ad curationem pertinet. Secunda verò eſt prognoſtica. De omnibus autem more noſtro pedetentim eſt pauliſper philoſophandum; Itaque, vt à priore exordiar quæ eſt *Vbi fauces*; Videndum eſt quæ pars ſit pharinx, quomodo in corpore fiant tumores, & cur velit ſpectandas eſſe excretiones, ſi quidem alienum uidetur à ratione, vt laborante capite attendantur quæ exeunt infrà; licet alioquin non ità uideatur abſurdum vbi fiunt in corpore tubercula: Φάρυγξ, ſiue fauces, ſunt ſpacium illud uniuerſum, quod inter iacet gulam, & laryngem, uel ut ait Galen. in 3. progn. 31. tota illa regio, quæ prę iacet gulę, & gutturi, quæquè eſt uia potus, & cibi ad ſtomachum, quorum guſtatus uidetur ea in parte primum fieri, vt propterea illeuoraciſſimus cupediuora Philoxenus, apud Ariſtotelem Ethic. tertio, & apud Athe- *Connexio. Scopus. Diuiſio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 110 sur 867

©BIUM

Athenæum nõ ſine cauſſa optauit ſibi pharyngem, ſiue fauces, aut gulam gruis, vt diutius poſſet voluptate cibi, atque potus frui: Et Hippoc. in lib. de glandulis inter alias vias, quas nos docuit tenere naturam pro expurgando cerebro, poſuit fauces; quæ etiam videtur eſſe ipſi naturæ vſitatiſſima, propter amplitudinem, & facilitatem, quę forſan fuit etiam in cauſſa, vt nunc potius de hac parte, quã de vlla alia mentionem faciendam duxerit. Iam verò φύματα, ſunt tubercula, quæ ſponte naſcuntur in corpore, παρὰ τὸ φύεσθαι, ideſt à naſcendo ſic dicta, apud Hippoc. & præſertim hoc in loco ſignificant omnes huiuſmodi tumores ſpontè naſcentes à quocumque humore fiant, modo abſque vlla cauſſa externa oriantur: id quod Galenus hoc etiam in loco, & alibi manifeſtè docet. hic autem de horum generatione loquens, ait naturam à ſuperuacaneis humoribus præcipuas partes corporis expurgare nitentem, aliqua per vrinas, aliqua per uomitum, aliqua per aluum excernere, quædam uerò ad cutim propellere, quę cum ob craſſitiem euacuare nequeat, hęc ſcilicet incute deponit, ſicq. φύματα, oboriuntur, quo tempore ſæpè contingit, ut fauces fluxionem à capite ſuſcipientes malè afficiantur; Cęterum, quia natura interdum ſic perfectè corpus expurgat, interdnm uerò aliqua in reliquo corpore dimittit; ad curandum, & conſeruandum ipſum magnopere intereſt hoc diſcernere poſſe; quod certè melius conſequi non licet, quàm ex ipſis excretionibus, quas propterea ſpectandas eſſe nunc Hipp. præcepit: idquè non tantum in tuberculis, uerumetiam in ſcabie, pruritu, papulis, atque alijs cunctis affectibus cutis faciendum eſt: Siquidem ea quæ excernuntur tam per urinam, quam per uomitum, & aluum, cũ ſint pura excremẽta, ex uitiatis coctionibus ſuccreſcentia pro quantitate, & qualitate ipſorum indicare ualent, ut ſeſe habeant uiſcera, aliæq. partes concoquentes, ex quarum poſtmodum comperto ſtatu, non eſt arduum cognoſcere, an in præſenti alia ſuperſint in corpore excrementa, an uerò etiam nouorum cumulatio ſit formidanda: atq; hoc eſt quod Ariſt. quoque cap. 2. quarti meteorol. dicebat medicos ſpectare excrementa, ut coctionis ſtatum intelligant quemadmodum etiam ob eãdem rationem Romæ factionum gubernatores excrementa equorum conſiderare conſueuiſſe, narrat Gal lib. 7. meth. Atque hæc pro prima aphoriſmi parte: ſequitur ſecunda quæ eſt, ſi excretiones ſint bilioſę corpus coægrotare; Circa quam illud eſt primo quærendum, cur cum poſſint eſſe, multorum generum excretiones, nihilominus biliоſarum dumtaxat, mentionem facit: deinde cur dixerit ξυνταράττει, ideſt coęgrotat potius, & non νοσέει, ſimpliciter, quemadmodum plerumque loqui conſueuit. Circa primum nonnulli dicunt, Hippocratem biliоſarum excretionum nomine, intelligere cũctas quoque alias ſuccorum putridorum redundantias, & id comprobant ex eo, quod opponit ipſis ſimiles ſanis, quaſi uerò biliоſę ſignificent, in uniuerſum diſſimiles ipſis ſanis, cuiuſmodi ſunt, quæcumque indicant quemlibet præternaturalem humorem. Verum licet, nec ipſe diffitear, ſic intelligi poſſe, Attamen puto, & aliam ob cauſam ſic Hip. fuiſſe locutum, ſcilicet quia ubi partes ad caput attinentes aliquo affectu inflammatorio uexantur, ſemper ſolent à ſucco, maxima ſaltem ex parte biliоſo id pati: quippe qui ſit ueluti uehiculum neceſſarium ad ferendos craſſiores ſuccos in partem ſuperiorem: Sic dicebat quarto aph. 28. Quibus biliоſæ deiectiones ſunt, ijs ſurditate ſuperuenien-

te de-

Per, Phimata, q̃d hoc loci intelligendum.

Secunda pars Aph.

Dubitatio prima ſecunda.

Ad primã aliorũ reſpon.

Reſp. Auth.

©BIUM

re desinunt; Et quibus surditas est, ijs biliosis deiectionibus superuenientibus desinit, Sic enim Hippoc. initio lib. de affect: dicebat omnes morbos oriri ex pituita, & bile; Quod porrò utatur uerbo (coægrotare,) caussa fuit, quia docere uoluit morbum faucium, non solum esse proprium illius partis affectum, uerumetiam ipsi, totius corporis malam affectionem coniungi: imò uerò à mala ip *Cutis, & articulorũ morbi nũquam absque bile fiunt.*
sius dispositione, ipsarum faucium affectionem oriri: quemadmodum, & omnia cutis uitia necessario semper habent bilem copulatam, ut etiam articulares morbi, eo quod necessarium sit uehiculum, quod in longinquam partem, ut est cutis, & caput abducat alios crassiores humores, imò uerò contingit rarò, quin ubi in corpore bilis redundat, partes superiores aliquid patiantur; Vt propterea uerè dixerit lib. de aer. a. & loc. biliosis fieri lippitudines, quemadmodũ fiunt alię similes in capite affectiones, Sequitur pars tertia nempè sin excretiones sint sanis simi- *Tertia pars aph.*
les, corpus nutrire tutum esse: Cur Hipp. uoluerit potius dicere sin similes sint sanis, quam si non sint biliosæ, quod est propriè contrarium antedicto sermoni, caussa fuit: quia possunt excrementa esse pituitosa, & tamen negari nutrimentum; imò uerò sæpius usu uenit, ut corpora in quibus pituita, atque succi crudi exuberant, parcissimè sint nutrienda, quod ipsimet illi humores pro pabulo, atq; alimento sint: Vndè si dixisset, si excrementa non sint biliosa, haudquaquam complexus fuisset pituitosa, & propterea minimè fuisset uera oratio. Vndè cum dixerit similia sanis, excludit ab his non modo biliosas, uerumetiam pituitosas excretiones, quæ uerò sint excretiones optimæ, & similes sanis docet Hippocr. secundo progn. 13. vbi ait excrementum alui optimum esse, quod molle, & cohęrens est, & eo tempore deiectum, quo secunda valetudine affuetuit; copia verò cibo ingesto proportione respondens. similiter de vrina loquens tex. 26. eiusdem lib. ait optimam esse cum sedimentum fuerit album, læue, & æquale; De spu- *Dictio.*
to quoque, & alijs excrementis similia docet. Porrò quod vbi excretiones sint similes sanis, non autem biliosæ, nec pituitosæ tutum sit nutrire, ratio in promptu est, quandoquidem si corpora lædantur, quanto plus nutriuntur, eò quòd plus materiæ impuritati, atque corruptioni sic iuppeditatur: planè rationi consentaneum est lædi non facilè posse, vbi sunt pura; quod tunc etiam calor natiuus ad concoquendum valeat, ac propterea tutò nutriri queat, Quasi hæc sit in vniuersum sententia ubi corpora ab ægestionibus cognoscuntur esse sana, & pura, tunc tutò exhiberi posse alimenta, modo tamen ea mensura, & conditione adhibeantur, vt concoqui possint; Vbi verò impura, & male sana sunt, abstinendum esse ab alimento, non quidem penitus, sed tantum esse solummodo exhibẽdum, vt possint superuiuere; alioquin, vt habetur septimo aphor. vt sano cibus est robur, sic ægro morbus, Cęterum pro maiori huiusce aphorismi claritate ui- *Dubitatio.*
dendũ est, an verè ex fęcibus biliosis liceat arguere corpus ægrotare, Nam Hipp. in lib. de aer. aq. & loc. probans quomodo habentes aluum lubricam nullis acutis morbis capiuntur, ait iccircò id contingere, quia bilis, quę est acutorum caussa in hisce expurgatur quotidie, ita vt aggregari nequeat, Vndè colligitur, ex biliosis excretionibus sanitatem potius præsentem, & futuram esse promittendam, & quod dicit Hipp. de morbis acutis, id de cunctis polliceri videtur Auuenzoar, qui initio suæ medicinæ dixit in hoc conuenisse omnes medicos, quod ad sanitatem

©BIUM

tatem retinendam maximè faciat alui lubricitas. Prætereà est sententia Hippoc. 2. progn. 13. & Gal. 1. de crisi. 11. ab ægestionibus significari dumtaxat intestinorum status, vt ab urinis venarum, igitur non uidetur ex ipsis de uniuerso corpore iudicari posse. id quod etiam confirmatur, quia excretiones sunt effectus primæ coctionis, & formam propriam non alibi aquirunt, quàm in ipsis intestinis. *Ad primam.* Ad primam dubitationem dicendum fęces seu excretiones alui, aut simplicia esse stercora, aut alijs humoribus commixta; atque hæc aut proprijs, aut peregrinis; appello proprios humores eam bilem, quæ quotidie pro excitanda intestinorum facultate expulsiua ad duodenum mittitur à iecinore, & folliculo bilis; voco autem peregrinos alios humores bilioſos, qui à corpore toto in intestina truduntur; Si loquamur de puris stercoribus, aut mixtis bilesibi familiari sic verum est, quod aiunt Hippocr. loco citato, & Auuenzoar, sin autem loquamur de fęcibus mixtis humoribus peregrinis, uerissimum est, quod hoc in loco scribit Hippocr. s. ex ijs colligi corpus ægrotare, *Ad secundam.* Ad secundam autem respondendum est, aliquod esse signum alterius posse dupliciter contingere, vel immediatè, & propriè, vel mediatè: fęces propriè & immediatè sunt significatiua status intestinorum, ut urina uenarum; at mediatè sicut urina indicat statum totius corporis, ut etiam in pleuritide dicit Galenus, ob id esse spectandam: sic etiam, & fœces mediatè indicant non modo primæ coctionis conditiones, uerumetiã omniũ corporis naturalium functionum: atq; hęc est ratio propter quam dicuntur à Gal. lib. de diff. sympt. excrementa secundaria symptomata; quia primo significant læsiones actionum propriorum instrumentorum, & per eas statum ipsarum facultatum aliorum instrumentorum, & propriorum, vt stomachi, iecinoris, intestinorum à quibus prodeunt functiones: Quod verò dicitur de fœcibus, scilicet eas aquirere propriam formam tantummodo in intestinis, fuit contradictio inter Galenum, & Auuicennam; Etenim Gal. 5. de usu partium cap. primo videtur voluisse in stomacho ubi fit chylus fabricari etiam fœces, quæ sunt crassiores partes, & recrementa chyli. Auuic. verò 1 6. 3. cap. 1. voluit formari fœces in ipsis intestinis, sed uterq. uerum dixit, quoniam si fœces cõsiderentur puræ, & figuratæ. planè in solis imò in postremis intestinis adipiscuntur propriam formam; id quod cognoscitur ipsa experientia, quia vbi secantur cadauera, ibi tantum reperiuntur stercora formata: sin considerentur ruditer, & imperfectè planè fiunt in stomacho, quia ibi inchoantur, & rudem quandam formam suscipiunt, quam postmodum perfectiorem reddunt intestina, dum partem alimentalem attrahunt, & distribuunt, tenuiorem autem, & excrementitiam dissipant: Et quia dixi initio utilem esse hunc aphorismum etiam prò facienda medicina, duo ex ipso videntur colligi posse præcepta, Vnum est quando fiunt excretiones bilioſæ, & corpus impurum est, ita ut fauces, vel cutis afficiantur, tunc spectandum esse an illa euacuatio possit sufficere depurando corpori: Quia si non sufficit, mollienda est alia euacuatio, prę-missis tamen debitis præparationibus, atque hæc, tam per pharmaca, quam per sanguinis missionem; Sin uerò sufficere potest, ipsi naturæ permittendum opus, atque nonnihil attemperando, & aperiendo ipsi est auxiliandum. Scio ex hoc loco dubitari posse; an apparentibus in cute papulis, liceat euacuare, vel per sanguinis

©BIUM

guinis missionem, vel per pharmaca: de qua re appositè videtur locutus Galenus sexto Epid. vbi loquitur de papulis Simonis. Verum, quia hæc disputatio alium locum postulat, eam paullisper seponemus, id tantum in præsenti commonentes, aliud esse loqui in materia benigna, aliud in maligna: quia vbi materia maligna, est omne studium in id adhiberi debet, vt lõgè à partibus pręcipuis, arceatur, & euacuetur; vbi verò est benigna: posse multò tutiùs quomodo libet euacuari: Nam frater Aristæi vxoris commemoratus ab Hip. 2. Epid. initio secundæ sect. habuit cum febre eruptiones in crure (terminthas vocatas,) à quibus tutò liberatus est sanguinis è dextera nare fluxu: vt videatur interdum conducere posse sanguinis missio in tuberculorum ex ortu: Secundum, quod colligere licet, est donec corpus impurum est, non debere medicum multum nutrire uero nutrimento, sed nutrimento medicamẽtoso id posse facere, de quo loquens Hip. in lib. de alim. dicebat medicamentum in alimento optimum: Cum uerò purum est, posse nutriri, atque hoc cognosci ex urinarum inspectione, quæ ubi similes sunt sanis indicant corpus benè habere, quod tamen haud quaquam intelligendum est in pestiferis constitutionibus, in quibus, licet corpus fœdis, & corruptis inquinamentis scateat, interdum tamen, vt animaduertunt Gal. & Auuicennas vrinæ similes sunt sanis, licet non ità diù perseuerent, quin tandem prauitatem latentem ostendant.

---

16 *Vbi fames laborandum non est.*

CORN. Celsus quem soleo Hippocratem Romanum appellare, latinum reddens hunc aphorismum, ità scripsit lib. 1. cap. 2. Si quibus de caussis futura inędia est, labor omnis vitandus est. Iam verò de continuatione ipsius ad superiorem altum silentium, (vt plerumq́. solet,) Galenus habet, Alij putant connexionem habere cum eo, vbi dicitur corpora impura quantò magis nutriuntur, eò magis lędi, sed nimia subtilitas est hęc. Ego enim si vlla afferri põt legitima cõiunctio hãc esse puto, qđ q̃a ex postremis antecedẽtib. verbis colligere quispiã potuisset, semper corpora sana esse nutriẽda, & corpora impura inędia, & exercitatione euacuãda, ad tollẽdam huiusmodi collectionẽ perniciosam, voluit præsens præceptũ subiũgere, scilicet ut nunq̃ medicus pro euacuandis à corpore excremẽtis simul, & inędiam, & corporis immensas exercitationes iubeat. Est. n. tota sententia purum, atque singulare præceptum, quod etiam ante Hip. proposuit Hesiodus vbi in lib. ἔργα καὶ ἡμέραι, λιμοσγάρ, τι παμπαν, αεργῶ αὐμφορος, fames enim pœnitus ocioso vtilis, adeò, ut scopus Hipp. sit argumento à minori, demõstrare non faciendas esse simul duas euacuationes, quia si non est simul laborandum, & inędia utendum, ergo multo minus simul erit purgandum, & sanguis detrahendus iuxta id quod ait Galen. 1. ad Glauc. 14. scilicet sufficere unam euacuationem. Verum ut hæc etiam magis perspicua reddantur uidendum quid sit fames, & quid labor, de quibus Hippocr. sermonem habet: Gal. scribit Gręcos consueuisse illos dicere λιμωπτειν, idest famescere, qui ob inopiam cibi ad extremã famem rediguntur, & de quibus loquens Aristot. 1. prob. 5. dicebat ijs pedes intumescere

Connexio.

Scopus.

Per famẽ, & laborẽ, quid ĩ præsenti intelligat Hippocr.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 114 sur 867

©BIUM

tumescere, sicut etiam legitur apud Proclum in comm. ad Hesiodum Ephesios legem fecisse, ne cuiquã liceret prę fame filios exponere, nisi sibi pedes intumuissent, ob illam: Etenim etiam Hippoc. de hac sermonem habebat, cum in secundo Epid. dixit ob famem in Æno, qui leguminibus uescerentur crurum doloribus esse uexatos, Verum eiusmodi fames contingere solet, uel ob necessitatem, ut in extrema penuria: uel ob electionem, ut illis, qui sese uoluntarijs ieiunijs magnis obligant, uel alia ui externa, Hæc autem famis genera, uel considerari possunt in corporibus sanis, uel in caussarijs, atque his, qui uel crudo, & pituitoso succo abundant, de quibus postremis, haud est intelligenda Hippocrat. sententia, sed de alijs: Etenim cum in ijs opus sit succum iniectum coquere, ad id facit non parum fames: de qua re sermonem habens Hippocrat. 7. aphor. 59. dicebat carnes humidas habentibus, adhibendam esse famem, nempè quæ corpora exiccet: Iam uerò de labore: qui apud græcos uocatur πόνος, etsi plura significet, hoc tamen in loco, ut docet Gal. nil aliud significat, quàm uehemẽtem corporis motum, qui & ipse uim exiccandi in signem habet: Vnde tota aphorismi huius uis in eo est posita, quod cum uita nostra humido sustentetur, cauendum est, ne illius consumptio nimia committatur, quod planè fit ubi cum cibi exacta abstinentia, simul corpus labore mãceratur: Siquidem, ut dicebat Hipp. lib. de Vet. med. fames magnam uim habet sanandi, debilitandi, atque occidendi: similiter in primo de dieta dicebat labores consumere, Etenim cum in fame omnes uenæ inaniantur, ac propterea spiritus exhausti, aliaquè membra dissolutioni parata sint; si exercitiũ addatur, q; calefacere, atque exiccare ualeat, non est dubitandum, quin totius consumptionem multò magis acceleret, propterea q. ad interitum certum deducat: quod cũm in sanis verissimum sit, multò magis veritatem habere in ægrotantibus certum est: de quibus loquens Hipp. 6. Epid. sect. 3. tex. 27. damnabat Prodicum, quasi, febrientes corporis exercitationibus, & laboribus occideret, est enim, (ait) malum febrile fami inimicum, cursibus, frictionibus, &c. Cęterum hic dubitatur circà Galeni dictum in comment. vbi scribit συνάπτια, ideſt cum cibi abstinentia, neque phlebotomandum, neque purgandum, neque multum fricandum, neque in uniuersum ulla magna alteratione esse utendum, atque hoc tam in sanis, quam in ægris verum esse; Atque de ægris maximè videtur dubitandum, quia est sententia Hippocr. 1. aph. 7. in morbis acutissimis conuenire extremam diætàm, quæ est nihil dare, & tamen iubet etiam in ijs esse statim euacuãdum, vel purgationẽ, vel sanguinis missione, id quod etiam usu quotidiano apud medentes compertum est, non modo utile, verumetiam necessarium; Pro cuius solutione respondendum est dupliciter uno modo præsens præceptum dirigi præcipuè ad sanos, & ad eam medicinæ partem, quæ est de tu. san. vndè non valet id quod alias iussit Hip. prò ægris huic præcepto contrariari; Vel dicendum est, euacuationes, quas uetat Galen. fieri cum ἀσιτία etiam in ægris, eas esse, quæ cum uehementes sint, facultates corporis insigniter uiolare possunt, quas minimè umquam probaret Hippocra. qui licet præcipiat in acutis esse simul purgandum & abstinendum à cibo, id tamen uult fieri prudenter, atque initio, quando scilicet uires ità sunt robustę, vt minimè lædi queant. Porrò vsus huius præcepti est, tam in conseruandis sa-

Dubit.

Solutio.

nis,

©BIUM

nis, quam in curandis ægris: In ſanis quidem, quoniam haud vnquam debent vehementius exerceri, quam conueniat, eo quod ſemper præſtat facere exercitium ieiuno corpore, ſed nõ admodum fameſcente: cum in id potiſſimum inſeruiat, vt fames naturalis comparetur, & quod dicebat Ariſtoteles in Eudemicis lib. 2. cap. 5. meliorem eſſe in exercitijs exceſſum, in cibo verò, & potu defectum, haudquaquam huic contrariatur, quoniam non id coniunctim dicit, quaſi ſimul ſit parum edendum, & immodicè exercendum, ſed ſeparatim vnumquodquè probat, tamquam dicere velit, mediocritatem in cunctis quidem eſſe optandam, At vbi abſcedendum eſt ab ea, in cibis melius eſſe deficere, In exercitationibus autem melius eſſe excedere. Similiter vtile eſt præceptum prò ægris curandis, à quibus omnis eſt cauendus labor, præſertim quando, aut propter inappetentiam, aut ob medici conſilium, æger ſine cibo tenetur, vt etiam hac ratione, ij medici non tutò conſulant ægrotantibus, qui frictiones, vomitum, aliaſuè alterationes præcipiunt: imò ſoleo, & ipſe in huiuſmodi caſibus iubere, vt ægri numquam è lecto ſurgant, ſed iacentes, naturæ ſeruitia cuncta obeant, cum ob hoc quotidie comprobetur damnoſas laſſitudines, animorum defectus, aliaquè mala obtingere.

17. *Vbi cibus præter naturam plus ingeſtus eſt, hic morbum facit, oſtendit autem ſanatio.*

IN præſenti aphoriſmo non eſt difficile reperire accommodatam connexionem; imò videtur hic, velut germen quoddam præcedentis, in quo cum damnarit labores factos cum fame, in hoc etiam damnat labores factos cum nimia cibi repletione, afferens tantum rationem damnationis; tamquam dicere voluerit, ſi minimè laborandum eſt vbi corpora fameſcunt, pariter ſunt labores fugiendi, vbi corpora nimium nutrita ſunt, eò quòd ſemper nocet importuna ciborum repletio. Etenim, quod ait Galenus hic, Hippocratem peculiariter probare, quod in vniuerſum præcepit, quartò huius lib. aphoriſmo *non repletio, non fames, &c.* vt neque mihi placet, tum quia nimis diſtuliſſet id facere, tum quia ea ſententia, ità eſt per ſe clara & probata, vt nulla alia amplificatione egeat, cum omnes illud intelligant μηδὲν ἄγαν, ideſt nihil nimis, bonum eſſe. Eſt enim hæc ſententia veluti præceptum, quodam in medicina facienda vtiliſſimum, cuius etiam rationem affert, ità vt in duas partes ſecari poſſit, in ſententiam, & ſententiæ rationem. Cauſſa verò propter quam uoluit afferre rationem ſententiæ eſt: quia licet uera ſit, & manifeſta, tamen uidetur eſſe contra hominum ſenſum, qui facilè gula uincuntur, & quod placet, (nempè ciborum repletio,) utile quoque putant. Modò examinemus more noſtro primam partem quæ eſt; *Vbi nutrimenti præter naturam plus ingeſtum eſt, hoc morbum facere* Galenus diſertiſſimè, ut ſolet declarans, quomodo dicatur cibus copioſus præter naturam docet τό, plus cibi ſemper eſſe ad aliquid, atque in hoc propoſito à medicis ſumi, uel comparatiuè ad ipſa uaſa, quando ſcilicet, ita replentur à cibo, & diſtenduntur, ut uix ipſum continere queant, uel ad ipſam facultatem totum

Connexio.

Scopus.

Diuiſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 116 sur 867

©BIUM

corpus gubernantem, quando, ſcilicet tanta eſt, ut neque facultas coctrix ventriculi, neque iocinoris, venarum, neque partium nutriendarum ipſum coquere, & ad bonam frugem deducere queant: & quamquam ſola copia prædictas actiones, ità lædere poſſit, vt morbum inducat, multò magis tamen id facit, quando copiæ iuncta eſt quoque praua aliqua qualitas; tunc enim cum à facultate nequeant cibi ſuperari, & confici, corrumpuntur, multaquè, & praua excrementa generant, quæ poſtmodum varios, atque diuerſos morbos gignunt: Atque hoc eſt, quod etiam dicebat Hipp. 4. de mor. qui parum edit, & bibit, eũ nullis humoralibus morbis tentari. Ægiptij enim, (vt narrat Herodotus,) vbi quiſpiam mortuus erat eũ extenterabãt, & ſtomachũ ad Solem percutiebant, tanquam is fuiſſet mortis cauſſa; Ceterum hoc in loco oritur dubitatio an ſola quantitas cibi potens ſit ad faciendum morbum; Nam ex vna parte non videtur verum: primum, quia ut narrat Athenęus de Milone atq; alijs multiuoris, illi edebant incredibilem ciborum copiam, & tamen ſani, atq; robuſti degebant: imò uerò etiam nunc ſimiles reperiuntur, qui tamen morbis nullis tentantur, Adhæc quantitas per ſe non habet vim agendi, niſi ratione qualitatis, & formæ, quam vehit, igitur neque poteſt morbum facere, Ex altera parte eſt Hippoc. in lib. de affect. vbi ſcribit cibos, etiam optimos, & potentiſſimos, cuiuſmodi eſt panis, maza, caro, piſces, vinum, lædere, & morbos facere, ſi importunè, atque immodicè ſumantur: imò dicebat, quantò melior eſt cibus, tantò deteriorem, & morboſiorem corruptionem contrahere, ſi præter modum ſumatur, Et Auuic. etiam 3. primi doc. 11. cap. 7. in fine, dicebat impedimentum panis, cum non digeritur, eſſe multum: Pro reſſolutione huius dubitationis, Dicunt aliqui ſolam copiam facere morbos, ſed eam non eſſe omnibus nimiam, quandoquidem, quod vni plus eſt, alteri poteſt moderatum eſſe ob magnam naturę vim, vt de Athletis dicit Galenus, qui immenſam ciborum copiam ſine læſione, uel potiùs cum iuuamento capiebant, ob ingens naturæ, & coctricum facultatum, robur. Hæc reſponſio eſt quidem ſpecioſa; Verum non tollit dubium, quia cibus, qui eſt præternaturam alicui, non uidetur ſola quantitate, quæ per ſe non agit, poſſe facere morbum. Ideo dicendum eſt aliquid facere morbum intelligi poſſe dupliciter, uel mediatè, uel immediatè, Copia nimia ſola, immediatè, nequaquã, ſed mediatè facit morbum: quoniã quãtumcumq; cibi ſumatur, niſi corrumpatur, & in malum ſuccum conuertatur, haudquaquã morbum facit: bene uerum eſt nutrimẽtorũ copiã, poſſe corruptionis, & malę qualitatis acquiſitæ, eſſe cauſſam, quando, ſi non ſuperantur ab ipſa natura, ſed potius eam debiliorem reddunt: Illud tamen hoc in loco minimè ignorandum eſt, (quod etiam à Galeno eſt indicatum,) nempè, etiam ſi cibus ſuaptè natura, & qualitate ſit contrà naturam ægrotantis, haudquaquam morbum facere, niſi aliqua debita menſura capiatur: quoniam ſi minima Euphorbij, papaueris, aut mandragoræ quantitas deuoretur, haudquaquam lædit, quinimò ſolet in nutrimentum conuerti, ut & de puella Napello nutrita, decq; pleriſq. narratum eſt; qui exiguam ueneni portionem capientes, non modo nihil ſunt læſi, uerumetiam ex frequentatis uſibus illorum, ſibi ipſis uenena familiaria effecerunt, & certè cum Auguſtino mirarer, cur Rachel, vt eſt in cap. 30. Geneſcos

Dubitatio.

Solutio aliorum.

Solutio propria.

©BIUM

ſeos concupiuerit mandragoram prò concipiendo, niſi & Epiphanius in phyſiologo, & Vincentius in ſpec. natural. lib. 19. cap. 44. aſſererent Elephantos concubituros ad excitandam libidinem præmandere poma Mandragoræ, quemadmodum hodie Turcæ ad idem vtuntur opio frigidiſſimo: Igitur concludendum illud eſt, cibum præter naturam, hoc eſt, præter debitam rationem ſumptum, ſemper morbum facere. Atque in debitam rationem primum in immodica quantitate eſſe poſitam, de qua hic potiſſimum loquitur Hippocrat. deindè in qualitate, in proprietate, in ſubſtantia, in tempore, & ordine. His etenim, vel ſeparatim, vel coniunctim morbos iccircò generari conſtat, quoniam non concocti, ſed corrupti vincunt naturam, vt ait Hipp. lib. de loc. in homine, & in vitioſos ſuccos, morborum authores, conuertuntur: atque hoc veriſſimum eſſe ex multis ab Hippoc. relatis hiſtorijs colligitur, qui narrat de compluribus, qui in ægritudines graues, & exitioſas inciderunt, ob ciborum copiã, & ob qualitatem, vt 5. Epid. de filia Pauſaniæ, quæ crudum fungum comedit: aut ob tempus, vt filia Philonis, quæ intempeſtiuè cenauit, & mortua eſt: Sed cum in particula prę̃ternaturã contineatur ẽt immodica quantitas, cur deinde addidit plus? Puto addidiſſe, quia cibus præternaturalis non lædit, niſi etiam adſit quantitas iuxtà id qđ hoc eodem lib. dicit parum deterior cibus, & potus, &c. Atque hęc de prima Aphoriſm. parte. Sequitur modo ſecunda, quæ eſt (*oſtendit autem curatio*) Galen. & rectè, ait non ſolum in medicina uerumetiam in cunctis artibus veriſſimum argumentum cauſſarum ſumi, ab ipſis effectis, hoc eſt, ab ipſa liberatione, ſeu euaſione; Verum non hoc ſolum, ſed etiam rei ipſius naturam eſſe attendendam, ac propterea multò melius eſſe, vt addatur particula copulatiua, *&*, perinde ac ſi dixiſſet, oſtendit autem, & curatio; ſic enim ſententiam accommodatiorem videri, quod verè prę̃ter alia, ſanatio etiam indicet cibum præter naturam ingeſtum facere morbum: quando ſcilicet, per illius euacuationem tollitur morbus, Etenim facere non poſſum quin hanc Galeni cogitationem magnopere commendem, propterea quod ſi ad cognoſcendam ueram morbi cauſſam, ſemper eſſet expectandus euentus, planè nunquã adhiberi remedia poſſent, quę iuuãt ſicut, vbi cauſſa morbi explorata, & cõperta eſt ex ipſius rei naturæ contemplatione, exempli cauſſa, ad cognoſcendum, quod copia cibi effecerit morbũ aliquem, poſſumus cognoſcere, primo ex ipſo recente victu, tum ex ſymptomatibus, quæ ſolent ſequi nimiam ciborum repletionẽ, vt grauitate, dolore, ructu, corporis inquietudine, decoloratione, quã etiã Ariſt. in prob. dicit cõſequi illos, qui nimio cibo utuntur. Demũ ex ipſa ſanatione, quę ſi fiat euacuato ipſo cibo nimio, aut humorib. ex eo genitis, planè eſt confirmatio cauſſę, de qua ſit habita ſuſpicio; Vndè Gal. dicere ſolebat in lib. de cib. b & m ſ. vbi, quiſpiã ex cruditate nimiorũ ciborũ laborat, vnicũ præſidium eſſe ſtatim deuenire ad illius vacuationem, ſi natura ſpõtè nõ tentet illam; fit aũt euacuatio, vel ſeceſſu, uel urina, uel vomitu, vt Pauſaniæ filiæ contingit, quæ poſtquam vomitu reiecit fungum crudum, quem deuorauerat, ſtatim liberata eſt ab ea cardialgia, qua cruciabatur: uel etiam, vt ait Galen. fit phlebotomia crurum ſcarificatione, frictionibus, balneis, inędia: Sed dicet aliquis, cur potius Hippocrates dixit cognoſci ubi cibus præter naturam ingeſtus eſt, ex curatione

Dubitatio.

Reſpõſio. Secunda pars Aphoriſmi.

Dubitatio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 118 sur 867

©BIUM

quàm ex alijs ſignis, Reſp. ſi particula copulatiua, (vt voluit Gal.) adijciatur, etiã aliàs cauſſas ab eo comprehendi, verum hanc potiſſimum ab ipſo proponi, quòd omnium aliarum maximam certitudinem ſecum habeat. Poſſumus etiam dicere, id feciſſe, ut ſimul moneret, curationem morborum à cibi copia præternaturam ingeſta citò eſſe faciẽdam, illorum euacuatione, & purgatione, non (vt putarunt aliqui) etiam coctione: quoniam vbi cibus morbum peperit, iam corruptus eſt, & quòd inſigniter corruptum eſt, nequit amplius ad benignum reduci ſed ſtatim è corpore tollendũ, ne cętera contaminet, ac maiori morbo occaſionẽ prębeat: quemadmodum vinum, qđ valdè exacuit nõ amplius ad priſtinam naturam reuertitur, ſed quod parum; Quo circa Aphoriſmum hunc ad curationem faciendam non parum eſſe vtilem hinc perſpicitur: Sed non minus vtilis eſt quoque ad prognoſim, & ad conſeruationem; Ad illam quoniam ijs, qui cibum præternaturam, vel ſecundum quantitatem, vel ſecundum qualitatem ingerunt, facilè eſt prædicere eos forè ægrotaturos, exempli gratia, ſi ſtomaco imbecillo natus, nimium cibi capiat, planè ægrotabit tandem: ſicuti ſi alter cibum ſumat naturę ſuæ, ſecundum qualitatem manifeſtam, aut archanam contrarium, proculdubio morbum incurret, ſiquidem, vt dicebat Gal. 2. de alim. fac. cap. de cucum. ex uſu frequenti prauorum ciborum cumulatur paullatim ter humor qui poſtmodum arrepta, uel exigua occaſione morbos deterrimos inducit. Ad præſeruationem ſimiliter non eſt minus utilis aphoriſmus, quod quicumque ſcit ex nimio nutrimento fieri morbos, non eſt arduum ſeſe ab illis tueri, cum ſcriptum reliquerit Hippoc. lib. 4. de morbis, eum, qui parum edit, & bibit à nullis morbis humoralibus tentari.

---

18 *Eorum quæ vniuerſim, & velociter nutriunt, veloces quoque ſiunt excretiones.*

QVI ſolent laborare in reperienda omnium aphoriſmorum cõtinuatione, nihil in huius (licet prolixa interpretatione) dixerunt, forſan, quia verè nulla eſt; Atqui ipſe puto aliquam, nec forſan abſurdam poſſe inueniri. Siquidem cum monuiſſet curationem indicare, quòd morbi fiant ab immenſa ciborum copia, & ſub curatione intellexiſſet, quæ ſit euacuatione, & purgatione tempeſtiua, aut ab ipſa natura, aut ab arte; modo voluit monere quomodo eiuſmodi vacuatio fiat à natura, vt indè poſtmodum ediſcat medicus quãdo is debeat euacuare, & hoc docere voluit, ab ipſa ciborum ſumptorum natura: Perindè, ac vniuerſalis diſcurſus ſapientiſſimi ſenis hic ſit, cum cibi affatim, & citò nutrientes, citò quoque è corpore exeant: & conſequenter tardè, quæ tardè nutriunt, vbi in alterutro horum generum ſit peccatum, medicus debet in priori naturam expectare; in poſteriori verò non expectata natura, ſtatim euacuare, ne corruptus cibus diù in corpore tardans, morbum efficiat; Hæc eſt medulla verborum non modo utilis ad prædicendum, verum etiam ad curandum; quæ medulla cum ſæpè obuelata ſit pauciſſimis uerbis, neque ſatis claris: ad ingenia præſtantia, & ſolertia ſpectat eam elicere: Sed primo videamus ipſum loquentem, & ſingula verba expendamus: Deindè circà nonnulla, quæ in commentario

Conuexio.

Scopus.

©BIUM

mentario, satis profuso, dicit Gal. paullisper immorabimur. Dicit itaque Hipp. Eorum quæ celeriter, ἀθρόως nutriunt, ueloces quoque fieri excretiones; Quæ sententia certè non est dissimilis admodum illi, quam habuit in lib. de Alimento, ubi scribit cibum, qui citò coquitur, citò dissipari: Galenus exponens, quid significet ταχέως, & ἀθρόως, ait uelociter dici nutrire, quæcumque pauco ab ijs acceptis tempore, in nutrimentum suaptæ natura conuertuntur: confertim uerò, quæ postquam cœperunt nutrire, in exiguo tempore totum ex ipsis nutrimentum corpori, exhibent: atque hoc examinandum, & dijudicandum esse, secundum eos, qui inculpata ualetudine fruuntur; Addit his, quantum pertinet ad naturam ipsorum alimentorum, ità sese rem habere, uerum si ipsi facultati, & substantiæ nutrienti iuncta sit, uel acrimonia, uel uisciditas, celerius, aut tardius fieri excretiones. Iam uerò, quæ caussa sit, huius rei per quam confertim & celeriter nutrientia, celeriter quoque excernantur, ut intelligatur oportet prius decernere, quæ nam hoc in loco uocentur διαχωρίσεις, idest excretiones, Etenim aliqui interpretes existimantur significare eam euacuationem, quæ singulis horis à toto corpore efficitur, quasi hæc sit eadem sententia; cum illa, quam habuit lib. de Alim. ubi dixit, quod difficulter alteratur, difficulter absumi, & quod faciliter alteratur, faciliter apponi; Verum Galenus putauit non modo hanc significare uerũ etiã eam, quæ fit ab aluo, & ὑποχωρήσεις nuncupatur, idest excretio, quasi uox excretio utrumque significet: Ego uerò puto etiam intelligi quę fit per urinam, ut 7 aph. 68. & 81. nam uina, quæ dicit Gal. plurimum, & citissimè nutrire, dicit quoque primo de facul. nal. ult. tota excerni per urinam, excepto quodam exiguo, quod per sudorem, & insensibilem transpirationem exit. Igitur quę citò, & affatim nutriunt id habent, ut in stomaco, iocinore, & venis fiat ipsorum alteratio, & concoctio uelociter, ad quam sequitur semper utilis ab inutili separatio; vndè quę in uentriculo, & intestinis statim coquuntur, statim separato utili ab inutili excrementa ipsorum ab expulsiua ad sedem pelluntur, similiter in iocinore ad uessicam, & in uenis per insensibilem transpirationem. Cęterum hoc in loco illud in primis contemplatione dignum est, quo temporis interuallo metiatur hęc celeritas, uel tarditas tam nutritionis, quàm excretionis. Deindè an uerum sit, quod Gal. scribit adeò copiosè de uinis, nempè, illa, & multum, & uelociter nutrire. Nam reliqua ab ipso proposita de eduliorum uarijs generibus, quæ tardò nutriunt, haud ità sollicitos nos reddere debent; cum satis clara, & cõprobata etiam ab Hippocrate habeantur: nisi illud quoque in dubium uertatur, an celeriter nutriãt, quę celeriter excernuntur: quandoquidem caro Cerui, vt ait Auic. lib. 2. cap. de carn. celeriter excernitur, & tamen tardò nutrit, vt panis furfuraceus. Circà primum quod pertinet ad celeritatẽ dicit Galen. videtur velle, temporis interuallum esse metiendum ex vehementia, & magnitudine pulsuum, necnõ ex augumento roboris in actionibus motricibus, quasi quando incipiat pulsus esse vehemens, & magnus, necnon corpus totum esse ualidius, tunc incipiat nutrire cibus, scilicet reficere spiritus, & solida, ac humores. Verum hæc explicatio nihil docet certum, pręterquamquod non videtur etiam consona ijs, quę habet idem Gal. 3. de causis puls: cap. 16. vbi disputans aduersus Archigenem, mõstrat interdum à cibo fieri pulsus magnos, interdum lãguidos,

Quid per excretiones hoc loci intelligendum.

Celeritas, vel tarditas nutritionis, & excretionis quo tẽpore metienda.

Galeni sẽtentia.

Improbatio.

paruos

©BIUM

paruos,& inęquales,prout,ſ.facultas magis,uel minus ab ipſo cibo oneratur.Ad hęc ſępenumero uſu venit, ut hoīes reficiantur,& corroborentur,accepto aliquo liquore ſtatim,qđ tamen non eſt exiſtimandū contingere ex nutritione, quę inſeruit humorum, & ſolidorum refectioni, quæq; propterea egeat multo tempore, quo,ſ. primum in ſtomacho cibus paretur, deindè in iecinore conuertatur in ſanguinem, mox per uniuerſum corpus diſtribuatur, tandemq. apponatur, & in ſubſtantiam nutriti conuertatur: quas omnes operationes non adeò exiguo tpe perfici poſſe, quiuis ingenio aliquo prædituſ intelligere facile põt: vt ob hoc ſimiliter etiam ſi ſtatim à cibo aſſumpto pulſus fiat uehemens & magnus, atque corpus uideatur eſſe robuſtius, non illud ſit adſcribendum nutritioni inchoatę, vt monſtrat Gal. ſed potius ſpirituum,(à quibus pendet magna pars roboris)refectioni: quę fit quidem celeriter, ſed minimè uera nutritio eſt: Hippocr. lib. 4. de morbis, longo diſcurſu monſtrat, cibum, & potum, qui ſumuntur haud quaquam poſſe excerni,eadem qua capiuntur die,ſed tertia tantum: quod ſi uel plus uel minus retineantur, corpus, uel non nutriri, nec ualere, ut par eſt, uel cibum, & humorem ex eo genitum diutius retentum corrumpi, & fœtere: quamquam Ariſtot. 13. prob. ſect. prima dicat, hoc quidem eſſe uerum de urina, non autem de ſtercore: quaſi hoc,quo plus retinetur in corpore, minus fœteat, ſicut ècontra fit urina fœtidior, quo diutius retinetur. Itaque in hac inſigni ipſius rei obſcuritate mihi uidetur dicendum eſſe, nulla naturę opera, dum fiunt, certò percipi poſſe; quemadmodum enim nullus ſentit quando fit attractio, uel expulſio,aut retentio,aut augumentum,uel decrementum, ſed hęc cognoſcuntur poſtquam iam ſunt conſummata: ſic non poteſt uerè ſciri quando fit nutritio, niſi poſtquā facta eſt. Dico autem omnium membrorum nutritionem: & certè dubitandum non eſt,quin aliqua celeriùs, aliqua ſeriùs in nutrimentum conuertantur; at nullum certum tempus afferri poteſt;cum & uarietas alimentorum, & uarietas corporum alendorum, omnem huiuſmodi certitudinem adimat. Si tamen vllum eſt ſignum quo poſſimus id intelligere,certè eſt,quod proponitur à Gal. nempè robur facultatis naturalis,& animalis,ſcilicet motricis,atque etiam intellectricis: Cum enim cibus ſit homini,& animalibus,ac plantis datus, vt uita, & vires prædictarum facultatum ſuſtententur, vbi horum ſenſus aliquis percipitur, conſequenter ſcitur, nutritionem eſſe factam: quæ certè ob rationes antedictas non adeò citò perfici poteſt, quemadmodum vulgo exiſtimatur; & ſi quod pertinet ad robur ex ſpirituum defectu citiſſimè interdum recuperetur, prout materia apta ad ipſos generandos ſuppeditatur,quæ eſt in odoribus, & potulentis, vt Hippoc. docuit in lib.de alim. Et quod dicit Hipp.4. de morbis de tertia die: nec illud vſu compertum habetur,cum potus eadem die videatur excerni,& pleriſq; aluum excernere, vel poſt tertiam diem,vel ſæpius in eadem,& quod res,ità ſit oſtendunt vrinæ comedentium aſparagos, & allia, quæ vt dicit Hipp. ibidem & Ariſt. 13. ſect.prob 6. ſtatim penè commanſa,protinus vrinam reddunt fœtentem. Atque hæc de primo. Ad aliud autem de vino,iam diſputatio noſtra aduerſus receptiſſimam Galeni, atque aliorum ſententiam, eſt publicata. De quibus, &c. Et ad id quod dicitur de Ceruina carne, & pane furfuraceo dicendum eſt,quod dicit Gal.ſ.verum eſſe aphoriſmum de illis cibis,qui tales ſunt ſuapte

Authoris ſententia.

©BIUM

ptè natura, abſque vlla alia proprietate, ſeu ſpecifica, & arcana, ſeu manifeſtat vndè cum caro cerui, & furfur (præter ſubſtantiam ad nutriendum aptam) habeãt etalias proprietates, de his aphoriſmus nõ eſt intelligẽdus. Vſus aphoriſmi eſt pro curatione potiſſimũ, vt ſcilicet quando opus eſt celeriter, & affatim reficere, tradamus ea, quæ celeriter quoque excernuntur, licet non ſemper, quæ citò excernuntur, citò alant: nam aliàs cogitur med. dare cibum, qui alat citò, & multum, interdum qui non citò euacuetur, ſed nutrimentum ſolidum, & permanens tribuat: quarum omnium actionum, atque etiam aliarum ſimilium rationem quandam breuiter, & obſcurè nobis ſignificauit Hippoc. ſub hac ſententia.

19 *Acutorum morborum non omninò ſunt certæ prænunciationes, aut ſalutis: aut mortis.*

NEMO non uidet velle huius aphoriſmi continuationẽ cum ſuperiori quærere, opus eſſe ingenij nimiùm ocio abutentis: illud tamen certum eſt, ſententiã eſſe, quæ ad partem medicinæ prognoſticam pertineat: imò ſi ulla eſt, quæ frequentiſſimè ſit in ore medicorum planè præſens eſt, nẽpè, quę ad aberrationem ipſorum, in prædicẽdis futuris, excuſſandam, maximè ualeat. Com. Celſus lib. 2 cap. 6. in fine ſic ipſam latinam fecit. *Neque tamen ignorare oportet in acutis morbis fallaces magis notas eſſe, & ſalutis, & mortis.* Quamquam Plinius lib. 7 capit. 51. dixerit innumerabilia eſſe mortis ſigna, ſecuritatis uerò, & ſalutis, nullum prorſus haberi, Vt autem integra anatome huiuſce aphoriſmi habeatur, circà ipſum nonnulla ſunt quærenda. Primum eſt, qui nam ſint morbi acuti, de quibus loquitur Hippocr. ſecundum eſt, quid uelit ſignificare, particula, ἐ πάμπαν ἀσφαλέ ασαι προδιαγορώσις, ideſt non omnino tutæ prædictiones. Tertium erit, quę ſit uera cauſſa, cur Hippoc. tantum prędictiones acutorum dicat incertas, non item diuturnorum, quum tamen primo de morbis proponens tres claſſes morborum, ſcilicet eorum qui certò occidunt, eorum in quibus certò ſeruantur ægri, & dubiorum: in omnibus numerat tàm acutos, quàm diuturnos, Quartum, & poſtremum, quis poſſit eſſe in facienda medicina prędicti aphoriſmi uſus. Quod igitur ſpectat ad primum, Galenus ubiquè uidetur duos facere proprios acutorum morborum characteres, ſcilicet celeritatem motus, atque periculum; etſi enim diariæ febres habeant celerrimos motus, non dicuntur tamen acuti morbi, quum omni periculo vacent: ſicut & febris tertiana exquiſita, quæ licet, & ipſa celerrimè moueatur, atque propter hanc vnam condicionem interdum ſit à Galeno, & ab Auicenna inter acutos commemorata, haud tamen propriè acuta dicitur, quoniam ut ait Hippoc. eſt ſecuriſſima, Iam uerò huiuſmodi morbus acutus cum celerrimè moueatur, neceſſum eſt, ut à ſuccis feruidis maximequè mobilibus efficiatur, qui ut ait Galenus in comm. interdum per uniuerſum corpus, aut ſaltem per plures eius partes feruntur, interdum uerò in una dumtaxat parte continentur, quemadmodum in pleuritide, & peripneumonia contingit, quos uerè acutos facit Hippoc. ità ut in lib. de uictu acutorum

Quæſita aliquot pro maiori huiuſcè aph. intelle ctione.

Primum 2.

3.

4. *Ad primũ*

©BIUM

rorum, de nullo alio pænè, quam de hiscè duobus loquatur. quod uerò pertinet ad secundum Galenus interpretatur eam particulam, τὸ πάμπαν, ideſt omninò perindè ac ſignificet πάντων, ideſt omnium: quaſi Hippocratis ſententia ſit, omnium acutorum morborum, non eſſe tutas prænunciationes ſalutis, aut mortis. *Cardani rationes, contra Galeni expoſitionem.* Verum Cardanus hanc Galeni expoſitionem damnare non dubitauit, primum quia Hip. nihil ſic doceret, ſed animum lectoris cõfunderet potius: deindè quia ſi id voluiſſet Hippoc. ſignificare, poterat multò æquius ſcribere πάντων, ideſt omnium, & non πάμπαν. Poſtremò, quia res ipſa docet, non debere interpretari, omnium: ſiquidem ſi per omnes acutos, intelligit finem eorum, etiam baiuli hoc intelligunt: ſin principium, experimẽtum docet, etiam in ægrotantibus ab Hippocrate relatis, id uerum eſſe, ſcilicet, non omninò certas eſſe, quando plerique & mortui, & ſeruati præter ſpem ab ipſo referuntur. Sin augumentum intelligatur, id quoque verum eſſe contendit, quod ſcilicet, tunc materia exiſtente adhuc cruda, ſit meritò incertum an illa coquenda ſit, an verò corrumpenda: Cęterum *Authoris in Cardanum.* vt liberè dicam, ignoro quo tẽdant crimina in Galenũ huiuſcè impotentis ingenij: illud certè ſcio, quod dicit Galenus, eſſe ueriſſimum; nempè ſicuti morbi acuti, quibus coniunguntur febres continuæ, fiunt ab humoribus feruidis, ac tenuibus, qui facilè hùc atque illùc feruntur, necnon à peſtilentibus, & malignis, (quamquam, & ratione loci poteſt materia frigida, & craſſa facere morbum acutum, vt apoplexiam, & ſyncopem:) ſic diuturnos morbos fieri nunquam per ſympathiam, vt ait Galenus, ſed ſemper loco affecto eſſentialiter patiente ab humoribus craſſis, lentis, & pigris; quo fit ut humores hi non moueantur, ac propterea medicorum prædictiones non fallant, quemadmodum è contra illos ob mobilitatem, ac malignitatem occultam interdum decipiunt, ut ob hoc quoque verè dicat Gal. Hippoc. non tantum voluiſſe uoces πάντων, ſignificare modum certitudinis in prędicendo in acutis, (quæ uerè interdum fallax eſt,) verum etiã paucitatem ipſorum acutorum, tamquam non omnium, ſed tamen paucorum, non ſint certè prænunciationes ſalutis, vel mortis: ſic enim quando dicimus non omnes homines eſſe malos, volumus ſignificare pauciſſimos eſſe bonos; de *Ariſtotelis ſententia de bonis viris.* qua re loquens interdum Ariſtot. dicebat uiros bonos eſſe ſicut numeros perfectos, quorum vnus tantum, in quolibet centenario, & in quolibet milliario habetur. Nam Hippoc. fruſtrà docuiſſet nos tot, & tanta in libris prognoſticorum, prorrheticorum, & Coacarum, niſi in pluribus certiſſima eſſet illa doctrina, & in pauciſſimis fallax, & ipſe eius ſum ſententię, potius uoluiſſe Hippocratem vti uoce πέμπαν, quam πάντων, vt ſimul complecteretur, (quemadmodum interpretatur Galenus,) & modum certitudinis, & numerum morborum; quod voluit quoque Celſus ſignificare dicens in acutis eſſe minus certas mortis, aut ſalutis ſignificationes, quàm in diuturnis; Et hoc eſt quod voluit innuere Hippoc. primo prognoſt. quando ſcripſit, eos morbos eſſe faciliores cognitu, qui breuiſſimis diebus iudicantur, intelligens eos etiam uti cognitu, ità prædictu, eſſe maxima ex parte faciles, & ob id minus fallaces; nam qui uerus eſt artifex in qua vis arte, aliquandò certè errat, ſed ratò, alioquin non ex ratione ſed caſu, & fortuna operaretur. Itaque ſit hæc veritas, prædictiones acutorum, eſſe plerumq. & in plurimis certas, aliquando uerò, & in aliquibus incertas, nec tamen pro-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 123 sur 867

ptereà esse damnandam, aut repudiandam præcognoscendi, & prædicendi artem: quod si medici aliqui in suis prædictionibus sæpius falluntur, est quia (vt idem Hippoc. docuit initio secundi lib. prorrhet.) haud veram, & medicis conuenientem prædicendi artem, sed potius vaticinationem quãdam fallacissimam sequuntur: si quidem ille tutissimas facit prędictiones, qui (sicut ait Hipp. in fine lib. de nat. hum.) de morbis ἐξολίγε factis, & quorũ causæ sunt cognitę prędicere tentat. Modò ad tertium transeo nempè Hippocratem solum meminisse acutorum, quia ex his facilè comprehendi potest quid sit statuendum de diuturnis, Vndè Celsus adiunxit particulam comparatiuam (*magis*,) vt significaret, simul etiam de diuturnis esse exponendam Hippocratis sententiam: Præterea, quod Hippoc. scribit 1. lib. de morb. nullo pacto huic expositioni refragatur: quandoquidem etsi multos recenseat acutos inter eos, quos dicit esse dubios, non propter id tamen ait, quin ipsorum queat magna pars præcognosci, & saltem dubietas prædici, ẽt in principio, in quo cum cognoscatur pugna naturæ, & morbi, ac alterutrius victoria, ex qua pendet tota præcognoscendi, atq; prædicendi facultas, multò certius licet prædicere q̃ in morbis diuturnis, quorũ principia sunt quieta atq; sine pugna naturę: quamquam postmodum in statu secus sit, in quo de materia faciente morbum certiùs iudicari potest, ut hoc modo etiam intelligenda sit Hippocratis authoritas in progn. vbi scripsit morborum, qui citò iudicantur faciliores, esse prædictiones. Porrò de usu aph. huius in facienda medicina certissimum est totum esse utilẽ, aut saltem potissimum ad pręcognitionem, & prędictionem maturè, & prudenter faciendam; Dixi autem potissimum, quia, qui pręcognoscit, vel periculum, vel salutem, potest consequenter, & in remedijs adhibendis, & in uictu instituendo multò prudentiùs, & fructuosiùs sese gerere; nam vbi incertum est materiam esse mobilem, malignam, ac propterea incertum sit utrum coctione possit superari, Medicus non tantum illius attemperationi, quantum etiam euacuationi studere consueuit, ne scilicet, uel motu irruat in partem nobilem, uel sua prauitate proximum quemq. humorem contaminet, id quod uoluit significare Hippocrates quando scripsit primo aph. initio mouendum esse quicquid moueri debet, quando scilicet materia turget, & vrget, uel ob malignitatem, vel ob ferocitatem.

Cur Medici interdũ in prędicẽdo fallantur.

Ad tertium.

---

20 *Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, his scenescentibus exiccatur. Quibus verò iuuenibus adhuc aluus sicca est, his scenescentibus humectatur.*

LICET hæc quoque sententia, vt superior, tota videatur pertinere ad prognosticam partem, nil tamen aliud cum ipsa commune uidetur habere, quamquam non desint, qui nescio quo modo conantur ipsum connectere decimooctauo aphorismo. Partitur in duas partes aphorismus, quarum prior est, *Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta est.* Posterior uerò, *Quibus verò iuuenibus adhuc aluus sicca est, &c.* Cornelius autem Celsus lib. 1. cap. 3. sic aph. prẽsentem

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 124 sur 867

©BIUM

fecit latinum: *Quibus iuuenibus fluxit aluus, plerumquè in senectute contrahitur. Quibus in adolescentia fuit adstricta, sæpe in senectute soluitur*, vnde colligo, vel contextum Hippocrat. ipsius Celsi habuisse illas duas voces, *plerumque, & sæpe*, quæ nunc in cunctis codicibus desiderantur, vel ipsum existimasse, ità esse intelligendam Hippocratis mentem, cum ipsi rei, & euentui non respondeat, quod dicit Hippocr. quemadmodum etiam prudenter adnotauit Galenus in comm.

Prima dubitatio. Itaque circà primam partem videndum est primo cur senex sapientissimus uoluerit hanc sententiam inter aphorismos collocare, quæ in plerisquè, aut saltem in compluribus falsa reperitur, contrà quam aphoristica doctrina, & ipsiusmet

2. institutum exigere uidentur. Secundo cur solius iuuentutis, & senectutis meminerit, non item aliarum ætatũ, quas tamen putandum est in hisce operationibus

3. variare: Postremò quæ sit ratio, propter quam iuuenibus fiant humidæ, uel siccæ alui, de sanis enim loquor, de quibus quoque loqui Hippocratem non est dubitandum, quandoquidem non minus ad medicos pertinet etiam de sanis

Ad primã posse prognostica dare, quam de ipsis ægris, Circà primum puto Hippocratem duas potissimum ob causas inductum esse ad hunc fallacem aphorismum nobis relinquendum, una fuit, quia ut tradit Auuenzoar initio suæ medicinæ in hoc conuenerunt omnes sapientes medici, vt alui lubricitas (addo ego) uel adstrictio magnam uim habeant ad faciendam, & conseruandam sanitatem, Siquidem vt præclarè, & copiosè disseruit Hippoc. lib. 4. de morb. semper cibi per aluum postridie accedunt, & humor ad tertiam diem: quod nisi fiat, uix sanus potest esse homo: Altera causa fuit, quia tametsi non sit hæc sententia perpetuò vera, ut saltem de senibus ipsemet Hippoc. testatur in penultimo huiusce lib. aphorismo: Attamen utilissimum etiam est scire id, quod aliquando, & alicubi contingit; Dixi, aliquando, quoniam certè, experientia quotidiana probatur, magnam partẽ iuuenum adstrictas aluos, potius quã laxas, & humidas habere: quod ego soleo adscribere iocinoris nimiæ caliditati, fœces ipsas exiccanti, quæ malo quodam fato plerisq; à natura datur, malaquè viuendi ratione post modum egregiè augetur: vt forsan naturaliter debeat ætas iuuenilis facere aluos humidas, nisi aliquod accidens secùs faciat, ac propterea Hippocrates, quod ex natura debet esse, uoluisse monstrare, & si posteà non semper id, ob accidentia uaria contingat: Etenim si bilis missa ad intestina facit aluum lubricam, certè iuuenes, qui ea abundant esse deberent lubrici, contrà senes adstricti, ob uiscidam pituitam, & bilis paucitatem. quod si quandoquè senes aluum mollem habent est, uel ob indigestiones, uel ob materiã fluentem à capite in stomachum,

Ad secundam. ut perhibet Hipp. lib. de affect. Ad secundum respondere licet Hip. (vt aliàs dixisse memini) semper dilexisse dichotomiã sibi familiarẽ, scilicet secundùm calidũ & frigidum, vndè cum hæ, secundum has qualitates, maximè opponantur, iure eas solas accepit; quamquam etiam possumus dicere sub iuuẽtute comprehendisse aliàs ẽt antecedẽtes, & sub senectute eas, quę iuuẽtutẽ posteedunt: iuuentus enim triginta quinque annis terminatur, quod est dimidium uitæ, alijs uerò triginta quinque comprehenditur senium: etenim ab omnibus putatur communiter tota uita septuaginta annis finiri, quod etiam à Diuino Vate dictũ fuit. Hippoc. uerò ætates post iuuentutem, maluit appellare senecturem, quia maior pars

eorum

eorum annorum ab ipſa occupentur. Sed iam Tertium propoſitum examinemus, ſcilicet quæ ſint cauſſę, cur iuuenibus fiant alui humidæ. Ætius, vel potius apud Ætium Gal. lib. 9. cap. 26. multas enumerans cauſas adſtrictionis alui videtur omnia reducere ad duo genera, ſcilicet ad cibum, & potum, vel ad ventrem & inteſtina; & quamquã in hoc loco Gal. id explicitè non agat, poteſt tamen ſimilis methodus inueniendi cauſas propoſitas, ex hoc commentario comparari. Itaque id prius ſtatuendum (quod & ipſe voluit) hic ab Hipp. ſermonẽ haberi de naturalibus, tam iuuenum, quàm ſeniorum diſpoſitionibus; quarum conſideratio fit extrà cuncta accidentia, quæ poſſunt contingere, præſertim, circà victum & medicamenta: quoniam ſi quiſpiam iuuenis, ob uſum ciborum & potuum, vel pharmacorum, ipſum aluum lenientium, lubricus ſit, haud neceſſe eſt, vt ipſi ſeneſcenti aluus adſtringatur; & è conuerſo: nam & copiam ciborum, vel inopiam facere ad alui mollitiem, vel duritiem inducendas, prẽter Hipp. 2. de acutis id ſignificantem, teſtatur etiam Euſebius Cæſarienſis lib. 9. de præp. Euangel. 1. & ante ipſum Porphyrius lib. de abſtin. anima: qui ſcripſerunt Eſſæos, ob victus parcitatem, conſueuiſſe vix ſemel in hebdomada emittere alui purgamenta, & Hipp. 2. de acutis dicebat *Aſſuetis prandere, ſi illud dimittant, aluum adſtringi*, Igitur conſtituto homine ſecundum naturam, & ſano, id fit, quod Hippoc. ſcripſit: atque ipſius cauſſæ, vel pertinent ad ipſum obiectum, ideſt alimentum aut humorem, vel ad ipſam facultatem ventriculi, aut inteſtinorum. Fit aluus lubrica ob alimentum, quando ſcilicet chylus non diſtribuitur in corpus, vt par eſſet, ſed reſtagnans ad inteſtina ea humectat, & lubricat: ob humorem quãdo vel à capite in ſtomacum defluit pituitoſus ſuccus, qui ad inteſtina demiſſus illa humectat (vt ait Hipp. lib. de affect.) vel bilis copioſa genita ob Hepatis incendium ad ipſa inteſtina fertur. Ratione facultatis ventriculi fit lubricitas, quando vel ab intẽperie frigida, vel calida, vel humida afficitur: à frigida quòd ab ea nimia appetentia excitetur, vndè plus cibi capitur, quam conueniat, aut ſi ſit immoderata valdè deſtruitur: (nam verè dicit Gal. omnem actionem lædi à qualibet immenſa intemperie) quemadmodum etiam à calida intemperie, vt habetur apud Gal. in lib. art. med. necnon ab humida. Porrò de facultate inteſtinorum, haud ſecus cenſendum eſt, quia ſiuè retentrix facultas exigua ſit, ſiuè expultrix nimia, certũ eſt aluum lubricam reddi: fit autem retentrix imbecilla ob intemperiem humidam (quemadmodum ſcribit Hipp. 6. contingere balbis, quorum lingua cum ſit humidiſſima, ab ipſa, & à cerebro communicatur ſtomacho, & inteſtinis humiditas, quæ lubricitatẽ inducit,) ſicuti robuſta ob ſiccam. Expultrix verò ob caliditatem plus augetur, quam par ſit. Et quod dixi de cauſſis mollitiei alui, poteſt facile ingenioſos deducere etiam ad cognitionem adſtrictionis, cum omnibus compertiſſimum habeatur, contrariorum effectuum, contrarias eſſe cauſſas. Iam verò hiſcè conſtitutis non eſt arduum comprehendere, vt, cum iuuentuti pænè ſit contraria ſenectus (ob contraria vtriuſque ætatis temperamenta) ſæpenumero ob mutationem ætatum, & conſequenter temperamentorum, contrarios quoq; effectus ſubſequi, contingat, Nam quod iuuenes ob caliditatem, vel uẽtriculi, vel inteſtinorum, aluos habeant lubricas, iure fit, vt accedente ſenectute, quæ frigida eſt, tollatur ea cauſſa, & conſequenter effectus, ſimiliter qui ob bilis copiam

Ad 3.

De cauſſis lubricitatis alui.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 126 sur 867

©BIUM

lubrici sunt in iuuentute, cum eius prouentus desinat in senectute, desinit quoq; lubricitas, idq; de omnibus alijs caussis statuendum est, tam adstrictionis, quàm lubricitatis alui, s. ijs mutatis, mutatione ętatis, effectus similiter mutari. Atq; hęc de prima aphorismi parte. Circà secundā non est multum insistendum quoniā cum sit par ratio cōtrariorum, vt ēt antè dicebam, vno explicato, aliud pariter liquet. Verū illud contēplatione dignū videtur, cur in prima parte loquens de senectute dixit in ipsa fieri ξηράς, κοιλίας, i. ventres fieri siccos, in secūda verò de eadem sermonē habens, nō ait aluos fieri ὑγρὰς, i. humidas, sed dixit ὑγραίνονται, i. humefiunt. Puto haud sine sale aliquo, ità fuisse locutū Hipp., quādoquidē senes verè, & substātialiter fiūt sicci, ꝙ partes corporis ipsorū solidiores magis indies ab humido natiuo deserātur; Si verò dicuntur humectari, est quia, cū ob incoctiones, succos cōplures crudos, & superuacaneos gignāt, ab ijs haudquaq; restituitur humidū natiuum, sed dūtaxat partes solidiores irrigātur, & superficietenùs humectātur, atq; hoc est, pp qđ & ab Hip. Platone, Aris. & Theophr. dicuntur corpora senilia mō sicca, mō humida, quod, s. substātialiter sicca, accidētaliter verò, & superficietenùs humida sint. Cęterū oriūtur nōnullę dubitationes, quarū prima est nō videri posse fieri qđ ait Gal. vt qui in iuuētute pp frigiditatem habent aluum humidā, ijs senescētibus fiat sicca, & è cōtrà: siquidē aucta caussa, augetur effectus, sed in senectute augetur frigiditas, ergò dēt augeri ēt effectus illius, siue fuerit adstrictio, siue laxitas alui. Prætereà Gal. 6. Epid. sect. 5. tex. 6. declarans quō Hipp. verè dicat morbos cōnutritos in senectute desinere p coctionem, & solutionem, & rarefactionē, increpat eōs interpretes, qui putarūt eam sententiam de omnib. morbis esse intelligendā, cum de calidis qđē vera sit, non ātamen de frigidis, quos dixit 3. aph: in valdè senibus nō coqui: Altera dub. est de iuuenib. bilioſis habentibus aluū lubricam, qm̄ hi senescētes perseuerāt bilioſi, respectu tēperatorū, licet minus q̄ in iunentute erant: ad hęc retentiuę debilitas augetur, ob cruditates humectantes intestina, Ad primam dubitationem dicendum est verū esse, aucta caussa augeri effectū, si modo sola augeatur, quæ antea producebat effectum; Cęterum si illi caussę aliquid ēt aliud adijciatur, nō est necesse, augeri effectū, qa ab adiecto pt frāgi, & mutari ipsius caussę vis: Vndè cū in senectute, simul cū frigiditate, augeatur quoq; siccitas, q̄ facit ad augendū robur retētricis, hinc fit, vt nō succedat idē prior effectus, sed vel minor, vel siccitatis adiūctę, q̄ est adstrictio; Pari pacto dicere possumus, qđ vbi à frigido in iuuētute fit adstrictio, nō necessariò illā augeri in senectute, sed potius eā cōuerti in laxitatē, licet augeatur frigiditas, qm̄ iūcta siccitas, uim coctricē admodū debilitat; ob qđ cruda excrementa genita, & aquosa, aluū ipsā emolliūt (heberata, s. retentrice facultate,) Ad auctoritatē Gal. 6. Epidicendū est Hip. & Gal: ibi loqui de morbis, hoc aūt in loco de sanis, aut saltē de intemperatis, haud quaq; extrà sanitatis latitudinem, existētib. Alia verò ratio est morborū, alia affectionū, q̄ in sanis corporib: inueniūtur; Porrò de scđa dubitatione dicere licet, ꝙ tametsi iuuenes bilioſi, in senectute remaneāt quoq; bilioſi; tn̄ qa bilis ipsorū obrunditur à succis crassis, & frigidis, q in senectute ob indigestiones iugiter gignūtur, hinc fit, vt cessāte illius acrimonia, à qua uis expultrix solet excitari, cesset quoq; alui lubricitas, ità vt succedat, vel adstrictio, vel saltē multò minor laxitas, q̄ erat in iuuētute: Sed ut dixi nullū, ex his q̄ dicta sunt, ità necessarium

Secunda pars aph.

Prima dubit.

Galeni authoritas pariter in contrariū.

Altera dubitatio.

Solutio prima dub.

Ad Galeni authoritate n.

Ad secundam dub.

©BIUM

satiũ est, q̃n possit ẽt cõtrariũ succedere, vt vsu & quotidiana experiẽtia cõprobatur: Vs⁹ ãt aph. est in primis prò p̃dictione, deĩdè ꝓ sollicitudine uitãda, q̃ nõnulli iuuenes habẽt, dũ sese vidẽt adstricta aluo esse; q̃què facile deponũt, si ipsis ꝑsuadeat meli⁹ esse, ut ętatis mutatio expectet, à qua solet ẽt cõmutari alui dispositio.

21 *Famem, torexis, idest, vini potio soluit.*

ETIAM illi, qui nimiũ diligentes fuerunt in indagãda aphorism. cunctorũ cõnexione, hac in parte q̃d afferrẽt, ignorarũt, vt statuendũ uideatur, hanc esse uerè separatã quandam sententiã, vim habentẽ, partim dogmatis, partim pręcepti: dogmatis, dũ dicitur solui famẽ vini meri potione: nisi dicere libeat, posse coniungi cum eo vbi dicitur, cibum sumentes, si nõ reficiãtur pluri cibo uti: hẽt aũt uim pręcepti curatorij, dũ cõsideratur famis ipsius remediũ. Itaq; cum tribus tantũ uocib. uniuersa sentẽtia cõstituatur, q̃ varios sensus, uariasq́. significationes patiuntur, vniuscuiusq́. uim, & significatũ breuiter examinabo, ut uera mens Hip. clariùs elucere queat. λίμος seu famis nomẽ, similis est ꝓnuntiatione nomini pestis, licet scriptura differẽs sit, cũ illa scribat simplici iota, hęc vero omicrõ adiecta, q̃ facit diphtõgũ: nisi dicere placeat ẽt ꝓnunciatione fuisse apud veteres has duas dictiones diuersas, cũ proferrent diphtongã expressis litteris, & certè fuerũt similes hę duæ uoces, quia ut ait Gal. lib. de cib. b. &. m. s. atq; alibi, sępe usu uenit, ut ex fame pestis nascatur. Iam uerò fames, ut colligere licet ex ipso Gal. hoc in loco, & alibi multiplex est, alia naturalis, alia præternaturalis: fames naturalis nil aliud est q̃ ἄρεξις, siue appetitus ciborũ factus à suctione naturali oris uentriculi: Ad hãc. n. famem faciendã, (ut docet Gal. 1. de sympt. causis c. 7.) cõcurrunt quinque symptomata, ut ipse loquitur, ordine mutuo sese cõsequentia, primũ est euacuatio, seu dissipatio totius habitus corporis: scd̃m est, uacuatarũ partium naturalis, i. à natura factus appetitus. Tertium est uentriculi ipsius suctus, Quartum est ꝑceptio ipsius suctus, Quintum ipsa ciborum appetẽtia, i. animale desiderium cibi. Appetitus p̃ternaturalis scd̃m Arabas triplex est Caninus, Bulimos, & appetitus syncopalis, s. in quo ægri laborãtes incidũt in animi defectum, ob syncopem, ut contigit Bruto dum obsideret Dyracchium, Verum, & Galen. & alij scriptores duos tãtũ morbosos, & p̃ter naturã appetitus fecerunt, quos Gal. nomine πάθους vocauit, nẽpè Caninum, & Bulimum. Caninus appetitus, (ut scribit Suidas) uocatus est ẽt Φαγεθαίνα à Gręcis, qd̃ nomẽ est ulceris de pascentis, imò antè ipsum sic vocatũ testãtur Cęl. Aur. 3. diutur: c. 3. Plin. li. 6. c. 11. & Gal. 3. in 6. Epi. cõtex. 37. Bulimos, ut scribit Plut. 6. symp. 8. habuit ẽt & ipse aliud nomẽ, qñ Acoles ipsum uocarunt παλύλιμον vndè latini nostri gręcos æmulati uocarũt magnã famẽ, qd̃ apud illos uox σου significet magnitudinem, ut notauit Alex. Trall. Discrimẽ uerò appetitus canini, & bulimi est, ꝙ is uehemens sit, atq; insatiabilis ciborũ appetitus citrà tñ facultatis casum, hic autem sit magna quidem fames, sed quã consequitur animi deliquium, ut docuit Gal. 1. ad Glauc. cap. 14. prætereà in appetitu canino reuomuntur cibi, vt faciunt Canes, in bulimo nullus fit vomitus. Veruntamen hoc in loco non est ignorandum vtrosque hos affectus differentes esse à polyphagia, qua Milo, Vitellius Imperator, alijq́. plurimi afficiebantur, quoniam ea est vitium potius animi, & malę consuetudinis, hic verò est corporea atque ea

Fames multiplex.

Morbosi appetitus quot.

Caninus appetitus qualis.

In quo differant bulimius, & canina appetentia.

morbosa

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 128 sur 867

©BIUM

morbosa affectio. Iam verò causſæ appetitus Canini, vt testatur Gal. 1 de sympt. causis 7. & Auuic. 1 3. 3. tract 2. ad duo genera reducuntur. Ad intemperiem frigidam cum humoribus frigidis, atq; accidis coniunctam, necnon ad immodicā inanitionem: vndè quia humor melancholicus aciditate habet vim corrugandi, Arabes dixerunt illum à liene mitti in stomacum, prò facienda fame, non animaduertentes famem huiusmodi haud esse naturalem. Cęterum de causſis Bulimi est nonnihil controuersiæ, nam Arist. 8. sect. probl. 4. (quem secutus uidetur Alex.) fuit eius sententiæ, causſam bulimi esse immoderatum calorem, qui genitus ab ambiente frigido, quod intrò repellit, simul & citò depascitur, & consumit alimentum, vndè suborta indigentia ingens, consequenter suboritur magna fames, & animi deliquium, Cleomenes medicus apud Plutarchū, qui pulchram hac de re quæstionē habet lib. 6 sympos. 8. postquā demonstrauit bulimum propriè non esse famem, sed potius morbosum quemdam affectum, ex eo quod citò solo pane exiguo recreentur, & quòd iumenta etiam eodem affectu tententur, ubi gestant caricas, aut poma, monstrat aduersus Aristotelem, & Socratem, esse quoddam uitium, atque animi deliquium ex nimio calore stomachi, non ex indigentia, alioquin non ità citò, neque adeò exigua re, sicut modico pane, uel eius potius odore, recrearentur. Altimarus atque alij complures diuersam sunt sectati sententiam, quam putarunt esse Galeni, atque Ætij, nimirum fieri bulimum ex immodica refrigeratione oris uentriculi, q̄ sequitur ingens ipsius corrugatio, & corrugationem fames, unà cum animi deliquio. Hanc sententiam, (ut dixi) putarunt esse Galeni primo de sympt. causis cap. 7. necnon Ætij cap. proprio. Sed hęc opinio, neque rationi, neque Galen. consonat: non rationi, quia non curatur solis calefacientibus, quia sumentes opium, & gelidam non afficiuntur, quia frigus externum, non potest refrigerare tantum partes internas, & si refrigeraret, non posset panis actuari, & consequenter reficere non posset. Non Galeno, quia is primò ait fieri indigentiam, deindè famem, tum refrigerationem, secùs quàm isti putant. Itaque multò uerius est quod Aristot. & Alexander dixerunt fieri, quia ex immodico frigore statim collectus, & auctus calor, facit extremam & subitam inanitionem, ac proindè famem, & animi deliquium, quod deindè sequitur refrigeratio: Verum de qua fame loquatur Hipp. est uidendum; Quod de fame naturali nō loquatur, certum est, quia remedium huius est cibus, non uinū tantum, Vndè necesse est loquatur de fame præter naturali, & ipse sentio, tam famem caninā, quàm bulimum, ipsum intellexisse, quarum utraque ex ratione curatur remedio proposito, ut suo loco monstrabitur. Iam uerò de alia uoce ἀθώρηξις, inuenio in hac quoq; aliquid cōsideratione dignum, Nā uaria habētur nomina similia, quorū unū est ἀκροθώραξις q̄ uocem usurpauit Aris. 3. prob. 2. & Plut. 3. sympos. 8. examinās diligēter ipsius sentētiā uidetur idē sentire, scilicet ἀκροθώρακας, esse eos, q̄ corpus nō adeò dissolutū ex ebrietate habent, quin sedm ipsum, aliquatēus operari, & moueri queāt, simulquè discernēdi uim minimè liberā habent, cōtrà q̄ uidetur credidisse Clemens Alex. 2. Pœdag. vbi voluit ἀκροθώρακας, neque memoriam, neque rationem offensas gerere, ac propterea Christianis senibus indulgendū uinum, modo nō excedant terminos ἀκροθωρακων, hęc est itaq; ἀκροθώρηξις, Cęterū θώρηξις, ut Gal. exponit in linguis Hip. duo significat

Appetitus canini causſæ.

De causſis bulimi opiniones variæ.

Sententia verior.

tum

©BIUM

tum ſimpliciter vini repletionem, tum ipſam ebrietatem; id quod etiam ſeptimo Aph. 48. dixit. Erotianus ſimiliter putauit eam vocem ſignificare οἰνοπεσίαν, ideſt vini potionem, id quod etiam dixit antiquiſſimus Nicandri ſcholiaſtes in Alexipharmacis, & Varinus voluit huiuſmodi vocem indè eſſe deductam, quod à vino, quando plus bibitur incaleſcat, & afficiatur pectus, quod Græci vocant θώρακα. Iam verò puto, & ipſe ab Hippocrate hoc in loco ea voce ſignificari vini, atque illius, & paullò copioſioris, & meracioris potum, non eum tamen, qui ad ebrietatem ducat: hic enim cum calefaciat pectus, & conſequenter ſtomachum, non eſt dubitandum quin ratione ſimilis calefactionis, eam tollat famem, quę à frigida cauſſa (ſiuè ſit humor, ſiuè intemperies, ſiuè vterq.) originem habet; ſic enim vox λύει, Hippocr. propriè ſignificat perfectam, & intergam maliſolutionem, quemadmodum impropriè etiam dicitur de morbo ſuperueniente, qui antecedentē ſoluat, vt varices maniam, fluxus alui, ſurditatem: atque hoc habetur à Gal. 6. aph. 26. Et ſi enim Hippo. lib. de Vet. med. dicat vinū meracum quodam pacto reddere corpora debilia, id tamen intelligendum eſt de immoderato; Neque enim ſolum vini potio famem ſedat, quia calefaciat, ſed etiam, quia vbi exoluuntur vires præ illa, ſtatim ab ipſo ſpiritus reficiuntur, & conſequenter vires, quę ab ipſis ſpiritibus pendent recreantur: Itaque manifeſtè colligitur huiuſmodi pręceptum in medicina facienda eſſe utiliſſimum, ut quando præ nimia fame ſiue canina, ſiue bulimo corpora turbantur, ad uini meri potionem, & in qualitate, & conſueto maiorem, accedatur in menſura; quod etiam ſeptimo aphoriſmorum commendabat in ijs, qui anxietate uexantur, licet in his uelit uinum debere æquali aquæ portione temperari. Vndè qui dicunt conuenire hunc aphoriſmum in omni affectu ſtomachi frigido, minimè aberrant: quamquam fallantur poſt in eo quod dicant ſolum pro fame intelligi caninum appetitum; Quod nā autē vinum cōueniat, potiſſimum in huiuſmodi fame curanda, an dulce, an quippiam aliud; certum eſt nullum ex ijs conuenire, quę uim excitandi appetitum maiorem habent, ſed potius quæ ſatiant, atque etiam ſimul calefaciunt, & exiccant; Vndè uinum modicè dulce, & craſſiſculum, planè auſtero, acido, atque adſtringenti erit ſemper anteferendum, & ut ſit potius calidum actu, quam frigidum commendo; ſiquidem quæ calida ſunt magis penetrant, magiſq; calefaciunt, & exiccant: quodq. totius rei caput eſt, appetitum magis eneruant, præſertim ſi non multum calida, ſed tepida ſint.

---

22 *Quicunque morbi ex repletione fiunt, curat euacuatio. Et quicunque ex euacuatione, repletio, & aliorum contrarietas.*

NEQVE hunc aphoriſmum antecedenti poſſe continuari ſatis manifeſtum eſt. Imò verò videtur eſſe collocandus inter præcipua, & maximè vniuerſalia dogmata, atque præcepta curatoria ipſius artis, cum ſit quaſi expoſitio quædam illius celebratiſſimę propoſitionis ab Hippoc. primum nobis in lib. de flatib. relictæ. *Contraria contrarijs curantur*; perindè ac ſi dicere uoluerit; Omnium aliorum curationem faciendam eſſe contrarijs, quia repletio curatur

©BIUM

ratur inanitione, ſicut & inanitio repletione: non deſunt tamen, qui ſic continuari cum ſuperiori ipſum velint, quaſi illatio quędam ſit hoc modo: ſi famem vini potio tollit, ergo repletio tollit inanitionē, & cetera; Verum nugæ ſunt quia ex vno particulari numquam vniuerſale infertur; Poteſt autem diuidi in tres particulas, vnam. *Morbi qui fiunt à repletione euacuatione curantur:* Alteram, *Qui ab euacuatione fiunt eos curat repletio*, Tertiam, *& aliorum ſub contrarietas* καὶ ἄλλων ὑπεναντίωσις; Corn. Celſus lib 1. cap. 3. ait *tenuis verò homo implere ſe debet, plenus extenuare, calidus refrigerare, &c.* Vbi uidetur hunc aphoriſmum explanare uoluiſſe, etſi non ità expreſsè; quandoquidem aliud eſt apud Hippocratem euacuationem plenitudine ſanare, & contrà; aliud quod dicit Celſus: quamquam id probatiſſimum eſt, atque huic loco ualdè accommodatum, quod ab eo traditum eſt, qui diffiniuit in lib. de flat. medicinam, nil aliud eſſe, quàm adiectionem, & detractionem; quam ſententiam ueluti Hippocraticam citat Gal. 11. meth. cap. 12. & in lib. qui inſcribitur, medicus, atque eadem ēt ſignificatur in ea parte, quæ eſt addita lib. de nat. hum. Sed examinemus breuiter unamquamque particulam, & circà primam quod ſcilicet morbi, qui fiunt à repletione, ſanentur euacuatione: Atquì repletionē antepoſuit, nō abſque aliquo cōſilio Hippoc. quia omnium frequentiſſimè cōtingit, ut homines ęgrotent ob repletionem, Etenim dum ſani ſunt, maxima ex parte gulę, atque uentri dediti cum ſint, facilè replentur, & dum ægrotant ſimiliter, non modo ipſi à medico imperatam tenuem uiuendi rationem obſeruare abnuunt, verum adſtantes, & miniſtri eos plus alunt quàm par ſit, ut quàm rariſſimè eueniat, quin potius in repletione, quam inanitione peccetur. Cęterum replendi modi ſunt duo potiſſimum, unus eſt quando, (ut Hipp. egregiè docet lib. 4. de morb.) humor, & cibus, qui uel quotidie, uel altera quaquè die à natura ſolet extra mitti, uel etiam ſingulo menſe, (ut menſtrua mulieribus) non exit, quemadmodum exire deberet: alter eſt quando plus cibi, & potus ſumitur, quam conueniret: ab his enim cumulati quotidie humores, intuſquè retenti, tandem morbos pariunt. Atque hoc eſt, quod dicebat Hipp. loco citato, eum qui parum edit, & bibit nullis morbis humoralibus tentari, & quod dicebant Diuinus ſenex lib. de aer. aq. & loc. necnon Auenzoar initio ſuæ medicinę habentes lubricā aluū, ſanos degere, nec ab acutis morbis ęgrotare: cęterū euacuatio, quæ curat repletionem, multò pluribus modis efficitur, quorum unus eſt naturalis, & ſpontaneus, alter uerò artificialis: atque hic multiplex, (ut colligitur ex lib. de nat. hu. vbi diffusè ſatis docetur quomodo contraria cōtrarijs ſemper curētur) nēpè purgatio, uenæ ſectio, inędia, labor, frictiones, balnea, quę tum in ſanis, tum in ægris adhibētur, prout hæc, uel illa repletio poſtulat, neq; n. quælibet inanitio cuilibet repletioni debetur: Quamquam interdum etiam contingit, ut euacuationes ſanentur alijs euacuationibus, quemadmodum Auuicen. quarta primi cap. 1. circà finem, & antè ipſum Hipp de uomitu dicit, & de alijs 2. Epid. 5. ſed pręſertim lib. de loc. in homine, & Gal. 6. Epid. ſect. 2. tex. 9 quo in caſu, licet apparenter non uideatur fieri curatio, contrariorum adminiſtratione, ut uidetur eſſe æternum præceptum medicinę, habet tamen latenter, & id contrarietatem ſaltem ad cauſam, quandoquidem fit per euacuationem illius humoris, qui replens nimium, faciebat illam euacuationem. Et quod aliqui dicunt de Cauſonide

Aph. diuiſio.

Cur repletionē euacuationi antepoſuit Hipp.

qui

©BIUM

qui cum fiat à copia bilis putreſcentis, curatur tamen exhibitione frigidæ, quę at tenuat: Dicendum eſt, vel frigidā attempare, euacuādo etiam per ſudorem, aut vomitum, aut aluum, vel ſi curat ſine euacuatione id fit, quia bilis non tantum ſua quantitate lædebat, quam qualitate. De ſecunda parte, quod ſcilicet morbi, qui fiūt inanitione curētur repletione, niſi id ſano modo intelligatur, haud quaquam verum eſt; quandoquidem ſi quis nimia fame exinanitus, & laborans velit repleri, planè interibit, aut magnum detrimentum patietur, quod vis ab inędia malè affecta, minimè poſſit onus plenitudinis ſuſtinere, Vndè paullatim eſt nutriendus, citrà q. repletionem reficiendus, quæ refectio vocatur ab Hippocrate repletio, quia habet uim exinanita replendi paullatim, & ſine damno: poteſtquè ſic, prò contraria ipſius euacuationis, haberi; quamquam ſecus repletio capiatur in prima aphoriſmi parte, ſ. pro nimia tam affatim, quàm paullatim facta repletione, Quod porrò dicit in tertia parte, καὶ ἀλλων ὑπεναντίωσις, i. & aliorū ſub contrarietas, nil aliud eſt, quàm dogma illud æternum, ſcilicet, cuncta mala contrarijs curari, uel affectibus, uel cauſſis; imò uerò qđ dicebat Hippoc. 2. Epid. ſect. 4. id maximè ad hunc locum facit, nēpè deueniendum ſemper eſſe ad occaſionem, atq; occaſionis initium. Cur autem uno ſolo exemplo particulari inanitionis & repletiōnis uniuerſalē adeò fecerit illationem, puto cauſſam fuiſſe, quoniam illa contrarietas magnam morborum partem complectitur: quippè cum pleriq. morbi à repletione frequentiſſimè, ab inanitione frequenter oriantur, ità breuitatis amantiſſimus Hip. pauciſſimis uerbis magnam rerum molem comprehenderit: quaſi ſic argumentari uoluerit. quum morbi à repletione curentur ab euacuatione, & contrà, ergo & omnia alia curantur ſuis contrarijs. Quod porrò maluerit uti uoce ὑπαναντίωσις, quam ἐναντίωσις, forſan fuit, vt denotaret, non integram illam contrarietatem ſemper requiri (de qua loquens Galenus 6. Epid. comm. 5. tex. 20. in fine dicebat, ea eſſe exquiſitè contraria, quæ utrimque à medio, & temperie æquè diſcedunt) ſed ſufficere aliquam licet non ità euidentem. Inſignem autem uſum eſſe huius aphoriſmi in medicina facienda, nulli eſt dubiū, modo cōcedat Hippocrati medicinā nil aliud eſſe, quàm additionem, & detractionem; Verum ingenti prudentia medici, atque dexteritate eget, quoniam ut antè dicebat, non eſt tutum quomodolibet euacuare, aut replere, ſiuè repletio accipiatur, ut cauſſa externa, (qualis cibus,) ſiuè ut antecedens (qualis humor nondum putridus reſpectu febris,) ſiuè ut coniuncta (qualis humor putreſcens,) Etenim ægritudines, ab hiſcè repletionibus dependentes, qualeſcumq; ſint, ſiuè morbi, ſiuè affectus prēter naturam, ſemper tollendi ſunt aliqua euacuatione, aut ſenſibili, aut inſenſibili, ſic enim factæ affectiones auferuntur, atque etiam non factæ, fieri prohibentur: Qui autem ſit modus, & quæ ratio euacuandi recta, colligitur ex Auuic. quarta primi cap. de Euac: ubi ſcribit eum qui tutò euacuare cupit, debere tempus anni, præſentem conſtitutionem, mores animi, & cōſuetudinem, repletionis gradum, uitam anteactam, temperamētum corporis, habitum, ætatem, uires perpendere. Vtrum autem ſit difficilius curare ægritudines à repletione, quam ab inanitione, Certè Galenus uidetur ſtatuere difficilius eſſe euacuationis erroribus, quam repletionis occurrere, quandoquidem multò laborioſius eſt, quod fuit deperditum recuperare, & quaſi

Reſp.

Secunda pars aph. quomodo intelligenda.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 132 sur 867

©BIUM

renouare, quàm id quod ſuperabundat detrahere; verumtamen dantur etiam quidam caſus, in quibus videtur contrarium, vt in apoplexia animaduertitur, quæ quum fiat à plenitudine, de ea dicebat Hippoc. 2. aph. 42. fortem apoplexiam ſoluere eſt impoſſibile; debilem verò non facile.

---

23 *Acuti morbi, in quatuordecim diebus iudicantur.*

SVNT nonnulli, qui putant præſentem aphoriſmum eſſe connectendum illi, qui dicit, Acutorum morborum non omnino certas eſſe prænutiationes ſalutis, aut mortis: quaſi tota ſententia ſit hæc; Etiam ſi non habeantur in acutis certa præſagia ſalutis, aut mortis, nihilominus id conſtare, quod acuti quatuordecim terminantur diebus. Verum (vt aliàs dixi) multò melius eſt eos, qui proximè nequeũt cõnecti, ità ſine cõtinuatione dimittere, quàm continuationem adeò à longè petere. Eſſe verò hanc ſententiam, non præceptum, ſed dumtaxat dogma prognoſticum, non eſt, vt probare laboremus: vtrum autem ſit preponendus ſequenti, an poſtponendus, (vt apud aliquos interpretes inuenitur) haud ſum ſollicitus: tamen quia ità in pleriſq. codicibus reperitur, nec vlla eſt neceſſitas, aut ratio melior, cur debeat poſtponi, ſequar, & ipſe cõmuniorem ſententiã.

Acutorũ morborũ, characteriſmus, et diuiſio.

Quod aũt pertinet ad ſententiã, Acutorũ morborũ, (vt ſæpè dixit Gal.) ſunt duo præcipui characteres, velocitas motus, necnon periculum: De periculo intellexit ſen ex quãdo dixit: ipſorum non eſſe certa ſigna ſalutis, De celeritate motus nunc intelligit, quãdo dicit, acutos morbos terminari quatuordecim diebus: ſiquidẽ (vt ait Gal.) magni ſunt morbi, citòq; ad ſtatũ properãt, vndè celeriter mutationes faciũt ad mortem, aut ſalutem, vel ad bonum, aut malum. Iam verò circà hoc, tria potiſſimũ videnda, primũ quot ſint claſſes acutorũ morborũ, & de qua loquatur

Notãda.

Hip. Secũdo quæ ſit potiſſima ratio, propter q̃ quatuordecim diebus iudicantur, nam vt ait Celſus lib. 3. c. 4. vim magnam ſemper in 14. poſuerunt veteres. Tertium erit, cur maluerit Hipp. dicere iudicantur, quàm finiuntur. Quantum pertinet ad Primum Arabes, & alij fecerunt plura acutorum genera: Sed veritas eſt, quam Galen. habet 2. de criſi cap. 12. duo tantum ſummatim eſſe, aliud quod acutorum ſimpliciter dicitur, aliud quod acutorum ex decidentia, ſic appellatorum, quia ex vera acutie in non veram cadunt, & hos Hipp. in progn. & alibi dixit quadraginta diebus terminari, Iam verò acutorum ſimpliciter, alij ſunt ſic purè appellati, quorum terminum facit Hipp. vigeſimam diem, alij verò acuti verè ſeù abſolutè, de quibus loquitur nunc, dicẽs, acutos terminari quatuordecim diebus. Alij dicuntur acutiſſimi, vt qui ſeptem diebus finiuntur, inter quos Hipp. ét & Gal. videtur connumeraſſe illos, qui ét citiùs terminantur, vt Angina, & apoplexia, Arabes verò pleriq. appellant perperacutos: ſed de nominib. haud quaquã

Dubit.

gereda eſt cura, modo cõſtet de ipſa re. Sed dubitatio hic oritur qũo quatuordecim diebus acuti poſſint terminari, ſeu confertas mutationes habere, ſi quidẽ eſt ſentẽtia Hip. 4. de morbis, & Gal. in lib. de criſibus, mutationes, ſeu iudicationes morborũ fieri in dieb. in quib. ſiunt grauiores acceſſiones, ſed hę fiũt in impari-

Altera dubitatio.

bus, nõ aũt in parib. (cuiuſmodi eſt dies decimaquarta:) imò dicit Hip. 2. Epid. in dieb. menſib. & annis imparibus, homines interire; Preterea dubitatur, qũo dicat Gal. in comm. poſt decimã quartã dẽ, acutos vocari ex decidentia, cũ in ſequẽti com-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 133 sur 867

©BIUM

mẽtario videatur vocari acutos ex decidẽtia, qui ſunt à vigeſimo vſq; ad quadrageſimã iuxtà ſententiã Hip. 2. progn. vbi nominat acutos; qui ad quadrageſimã perueniũt, & 3. progn. à ſexta ad vigeſimã nominat acutos. Dupliciter ad primã reſponderi põt vno modo q̃ licet, decimaquarta ſcd̃m ſui totũ uideatur dies par, ratione tamẽ duarũ ſeptimanarũ, ex quibus diſiunctim conſtituitur, quodãmodo impar reputatur; Alio mõ reſpõdet Iacobus cõciuis meus, poſſe criſim cõſiderari, vel ſcd̃m principiũ, & ſtatũ ipſius, vel ſcd̃m complementũ: ſi primo modo, fit criſis in die impari, ſ. decimatertia, & hoc eſt qd̃ dicit Hipp. noctẽ antecedentẽ criſim ſemper eſſe grauiorem: ſin autem cõſideretur ſcd̃m ſui cõplementum, dicitur fieri in decimaquarta, quia tunc verè finitur iudicatio: tribuitur uerò criſis potius decimęquartę, quia tunc abſoluta, & aquiſita eſt integrè forma ipſius criſis (hoc eſt) facta eſt euidẽs & conſumata mutatio, uel ad ſalutem, aut mortem; vel ad bonũ, aut malũ: Ad ſecundam verò poteſt reſponderi ex Gal. 2. de Criſi cap. 12. Dupliciter accipi morbos ex decidentia, vel prò ijs qui exactè acuti ſunt, uel q̃ ex ſimpliciter acutis oriũtur. ſi primo modo, ſic numerantur à decimaquarta die, ſi ſecundo modo, numerantur à vigeſima. Cur autem (quod erat ſecundo propoſitum) potiſſimum quatuordecim diebus, dicantur iudicari acuti, Aſtrologi, (quos ſequitur Petrus Aponenſis in Conciliatore, & Iacobus noſter) id tribuerunt Lunæ, quæ ſuo motu, necnon oppoſitione, & coniunctione (quæ fiunt circiter quatuordecim dies) gubernat humores, eoſq. agitans naturam, & ipſam ad mouendũ ſeſe aduerſus morbificã materiam, excitat: ſicut enim videmus cętera viuentia, vt plantas, atque oſtreacea, à Lunæ prędictis affectibus, non obſcuras mutationes ſuſcipere, ſic dicunt corpora humana, tum à lumine, tum à motu, tum ab adſpectibus ipſius euidenter alterari; atque multò magis dum ægrotant, Verùm licet perſpectum ſit quod ſcribit Ariſtotel. initio Meteor: corpora ſublunaria gubernari, & dirigi à Celeſtibus, nihilominus Ioannes Picus Mirandulanus in libris, quos edidit contrà Aſtrologos, pluribus rationibus aduerſus hanc ab Aſtrologis receptam ſententiam, diſputauit; Quapropter dicendum primo, cauſam eſſe quod acuti celeriter moueantur, tum materiæ acutiem, ſcilicet caliditatem, & ſubtilitatem, tum ipſius virtutis fortitudinem; Etenim ſicut debilis æquus, quantumuis calcaribus acutiſſimis ſtimuletur, haud currere celeriter poteſt, quod tamen facit validus; ſic facultas debilis etiam ſi ab aeri, & pernicioſa materia percellatur, haudquaquam moueri poteſt uelociter: Atque hæc eſt etiam cauſſa propter quã citiùs interimũtur corpora robuſta, quam debilia, tum à morbis peſtiferis, tùm etiam ab ipſiſmet venenis: ſiquidem maior fit pugna, inter morbum, & facultatem: cumque corpora fortia ſemper ſint calidiora debilibus, fit, ut in cor uelocius trahatur peſtis, ac uenenum, ſimulquè ob latitudinem vaſorum citiùs admittatur, Vndè dicunt hominem interimi cicuta, non autem capras, quoniam illæ debiliores, frigidiores, & adſtrictioribus meatibus ſunt, quàm homo, meritò quarum conditionum efficitur, vt tardò venenum, atque peſtis in cor admittantur, atque interim tarditate, ipſorum poteſtas, atque vis frangatur, Cæterum cur potius quatuordecim diebus dicat Hippocrat. terminari quam ſeptem, vel alijs, eſt, quia verè multò frequentiores obſeruantur iudicationes in hiſcè quam in alijs, eo quod materia plerumquè

Reſponſio Iacobi ſorol.

Ad ſecundam.

Cur morbi acuti 14. diebus iudicentur.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 134 sur 867

©BIUM

non eſt ità tenuis,& feruida, cũ virtute forti,vt poſſit citiùs mutari; Etenim licet in Epid. Hiſtorijs aliqui etiam referantur eſſe iudicati antè decimam quartam ex acutis; maiori tamen ex parte eueniſſe obſeruatur, ꝙ in decima quarta aliquã, ex quatuor prædictis mutationibus, habuerint. Cur verò maluerit Hipp. vti voce κρίνεται, ideſt iudicantur quã λύονται, ſeu finiuntur, aliqui nimis curioſi dixerunt id feciſſe, quia ſemper mutationes, quæ fiunt hiſcè diebus ſolent conſequi iudicationes, vel quia prò iudicare, intellexit febrem deſinere: Ego autem in hac pauci momenti dubitatione, potius dicerem, voluiſſe uti uoce iudicationis, ut complecteretur omnes quatuor prædictas mutationes, ſcilicet ad mortem, ſalutem, bonum, & malum, quarũ aliqua ut dixi ferè ſemꝑ oſtenditur in decimaquarta acutorum: licet non ſemper morbus in ipſa uideatur finitus; Vtilitas aphor. eſt non ad prædicendum verum etiam ad inſtituendum, & medicamenta adminiſtranda: ſiquidem tempus iudicationis eſt canon, ſecundum quem dirigũtur actiones medici, qui quo propiùs ad illum acceditur, magis detrahit cibum, ex regula Hippoc. 1. aph. atque etiam minus pharmacis agitat ægros.

Dubit. Reſp. aliorum. Authoris.

---

24 *Septenorum quartus eſt index. Alterius ſeptimanæ octauus principium. Eſt autem & vndecimus contemplabilis. Ipſe enim quartus eſt alterius ſeptimanæ. Rurſus verò, & decimus ſeptimus contemplabilis, ipſe ſiquidem quartus eſt, à quarto decimo, ſeptimus verò, ab vndecimo.*

Continuatio, & Scopus.

QVI negare uellet eſſe manifeſtam continuationem præſentis contextus cum ſuperiore, planè negaret Soli lucem, Etenim cum Acutos, iudicari decẽ quatuor diebus antea dixiſſet; Voluit quãdam breuẽ theoriam docere dierum eorum, qui indicatorij uocantur, & neſcio, an antè ipſum Hippocratem fuerint huiuſmodi nomina, an uerò, ſicut ipſe mirabili ſua obſeruandi facultate totam penè diſciplinam criſium inuenit, aut certè ornauit, auxit, & perfecit, ſic & huiuſmodi nomina inuexerit: ſed utcumque ſit, haud dubiè hæc ſententia eſt, & ipſa, dogma prognoſticum, in quo monſtratur, & docetur quo pacto ex quarta indicetur ſeptima, aliẽq. dies iudicatrices cognoſci poſſint, atque debeant ex cognitione dierum indicatoriorum; Vndè apparet potius poſtponendum hunc ſuperiori, quàm anteponendum, ut fecerunt aliqui. Iam uerò, ut ſententia Hippocratis magis aperiatur, intelligere neceſſe eſt qui propriè dies criſimi, ideſt κρίσιμοι dicantur, ſeu iudicatorij, uel decretorij, & qui dicantur ἐπίδηλοι, ideſt indicatorij, ſeu ſignificatorij, de quibus omnibus cum ampliſſimos tractatus nobis reliquerit Gal. nempè libros de criſibus, atque de diebus decretorijs, tantum modò hic rem attingemus, quantum, ſcilicet, conferat prò intelligendo præſenti aphoriſmo. Igitur dies κρίσιμος, ſeu decretorius, aut iudicatorius propriè dicitur, in quo frequenter, & integrè morbi iudicantur, atque hoc, ut rectè intelligatur, illud eſt decernendum, morbos uerè acutos ſemper intrà uigeſimam diem incluſiuè iudicari, Atque inter hos dies differentiam eſſe, quia in aliquibus multò frequentiùs, & perfectiùs fit iudicatio, ut in ſeptima, & decima quarta, in aliquibus uerò minus ut undecima, decima quarta, & decima ſeptima.

Dies critici quales.

Et

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 135 sur 867

©BIUM

Et licet quandoq; etiam in alijs imparibus, atque paribus fiat, id tamen eſt ratò, & ſine ſecuritate. Iam uerò, quia criſes futuræ ſolent præſignificari, ut ab Hippoc. obſeruatum eſt, hinc fit, ut illi dies in quibus obſeruantur huiuſmodi ſignificationes, ut ait Galen uocentur indicatorij, atque ab Hippocrate contemplabiles θεωρητοὶ: Et quā quā ēt, & contēplabiles ſint decretorij, ut qui ēt ipſi à medico ſpectetur: attamē id magis uidetur Hip. tribuiſſe indicatorijs. Sunt autē hi, quaternarij quilibet, neq; enim antè fieri poſſunt præſignificationes, quoniā nimis diſtant, neque pòſt, quoniam motus in ipſis non fiunt, ſicut in quatetnarijs, & hinc eſt, quod quartus dicitur index ſeptimæ, undecimus decimæ quartæ. decimus ſeptimus uigeſimæ: neque uerò inconuenit, quin idem dies interdum poſſit eſſe ſimul, & decretorius, atque indicatorius, ſiuè contemplabilis. Illud certum eſt, euidentes ſignificationes fieri intrà uigeſimā, ſicuti & iudicationes, poſt ipſam uerò, non adeò, quoniam iàm non ſunt uerè acuti, ſed ex decidentia

Indicatorij ſeu cōtemplabiles, qui nā ſint.

Verùm hoc in loco oritur dubitatio, quia nō uidetur undecima uerè quarta dies, à decima quarta, neque decima ſeptima à uigeſima; niſi dicamus id quod aliàs docuimus, enumerationes dierum ſecundum Galenum, & Hipp. fieri interdum per coniunctiones ſeptimanarū, interdum per diſiunctionem: coniunctionem appellant quando una, atque eadem dies eſt finis unius ſeptimanæ, & alterius principum: Vndè uigeſima dicitur per coniunctionem tertia hebdomada, quia decimaquarta eſt ipſius principium, & finis antecedentis; Decimaquarta verò eſt ſecunda hebdomada per diſiunctionē, quoniā ſcilicet, ab octaua die, non à ſeptima inchoatur: licet autem conati ſint pleriq. horum omnium vim, atq; rationem ab aſtris deducere, nihilominus ſemper mihi placuit, potius hæc fuiſſe excogitata longis, & accuratis obſeruationibus, quàm vlla alia ratione: ac propterea non malè forſan Ioannem Picum Mirandulanū hac de re aduerſus Aſtrologos contendiſſe: Sic enim poſſumus etiam dicere, de ijs, quæ prodidit Hippoc. in lib. de ſeptimeſtri partu, quando ſcripſit conceptus, partus, & abortus fieri ſecundum ordinem dierum, menſium, & annorum, quibus fit ſanitas, atque morbus, id quod etiam ſignificauit lib. 4. de morbis. Nec refert quicquam, quod interdum Hip. in Epedimicis hiſtorijs narret ægros eſſe iudicatos in quinta, ſexta, nona, & ſimilibus, quoniam uel illę non fuerunt veræ, atq; ſecuræ iudicationes, ſed vel anticiparunt, vel poſt poſuerunt, aut fuerunt rariſſimi caſus, ac propterea ob raritatem, & ab vſu diuerſitatem ab Hipp. notati, & narrati. Hoc in loco ſolet à nonnullis quæri, quomodo hic, dies ab Hippocrate commemorati, ſint numerandi, an initio Læſarum actionum, an potius à die decubitus, Sed putaui ſemper huiuſmodi controuerſiam, ità eſſe definiendam, quod multò ſecuriùs ſit computare dies ab hora euidentis lęſionis operationum, quoniam tunc incipit motus & pugna naturæ cum morbo, qui dies licet in nonnullis interdum coincidat, cum prima die decubitus, ob prudentiam, ob vitæ cupiditatem, uel ob virium infirmitatem, plerumquè tamen ſecùs contingit, eo quòd maior pars hominum cupientes quantum fieri poteſt effugere morbum, atque ſperantes ſe ſe id conſecuturos, ſi quàm maximè tardent in decumbendo, ad hoc faciendum omnia præſtolantur nè decumbāt. Verū ſagax medicus, poteſt etiam ex diligenti permutatione aliquid venari de initio læſarum actionum, ita ut in uniuerſum

Dubitat.

Solutio.

Quid de criticorū dierū cauſis, sētiat Author.

Quę dies, morbi initiū ſit ſtatuenda. Authoris opinio.

certior,

©BIUM

certior, & tutior sit hic modus, quam hora decubitus; eò quod plerique non decumbunt nisi iam longè progresso morbo. Vtilitas itaque huiuscè precepti est tota in præcognoscenda ipsa crisi, secundum quam regulatur tota medici ōperatio, tàm in cibando, quàm etiam in aliorum remediorum usu.

---

25 *Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues, autumnales longę, & maximè quę hyemem attingunt.*

CORNELIVS Celsus lib. 2. cap. 8. ità hunc aphorismum fecit latinum, Quartana æstiua breuis, autumnalis ferè longa est, maximeq. quæ cœpit hyemè appropinquāte. Et hic aphorismus conuenit cum superiori in eo, quod uterquè est dogma prognosticum, conuenit autem, & connectitur etiam ex eo quòd cum in antecedentibus duobus non solum dixerit, morbos acutos iudicari, uerum etiam in quibus diebus iudicentur: modo in hoc de longis, & diuturnis morbis loquens, nec dicit ꝙ iudicentur, nec quibus diebus: sed tantūmodo, qui sint longiores, & qui breuiores, aut saltem minus longi; Sed percunctabitur aliquis, quare loquens de diuturnis morbis, exemplum quartanarum febrium accepit, & cur de iudicijs ipsorum, & de iudiciorum diebus nil docuit, eò magis, quod in Epidem. historijs nonnullos proposuit, qui octuagesimo, atque etiam centesimo uigesimo sunt iudicati, imò de quartana loquens 6. Epid. sect. 6. dicebat, eá nō vltra annū protrahi, quod tamen intelligendum est, nisi erretur: si quidem sępe vsu venit, vt quartana etiam vltrà annum protrahatur, quòd ægri impatientes, & tædio longę valetudinis affecti, minimè velint obseruare, quæ alioquin esset necesse. Cui respondendum est primo, nullum esse morbum, in quo continuata longitudo manifestior sit, ipsa quartana; quam propterea Hippoc. & in lib. de natura humana, & 6. Epid. 3. longissimam appellare consueuit: nec quicquam valet, qđ Gal. in comm. huiuscè aph. dicat Hip. nomine quartanarum intellexisse quoslibet morbos lōgos, quoniam alij sępenumero fiunt longi ob recidiuas, non autem ex natura propria; quo fit, vt etiam in quartana, sicut & in alijs morbis, uel non fiant, uel si fiunt, non aduertantur à medicis iudicationes, eo maximè, quòd (ut dicebat Plinius) medici Clinici non accersantur ad medendū quartanarijs sed Magi, & superstitiosi: aut si interdū adsciscūtur, nō diù in curatione pergūt, & propterea nec ipsi, naturæ motus obseruare possunt, nec illa rectè mouere ualet ob innumeros errores, qui quotidie à quartanarijs cōmittuntur. Iam uerò Diuiditur Aphorismus in tres particulas, quarū vnaquaq; ut examinetur, uidendum est: Quare æstiuæ quartanę breues, quare autumnales longæ, & quare potissimum sint longæ, quæ hiemem attingunt. De prima particula dicit Gal. in comm. hic Hipp. nomine quartanæ, intelligere quoslibet morbos æstiuos, qui cum fiant à bile, ut docuit Hipp. lib. de nat. humana, & bilioſi citò moueantur, & faciliter dissipentur, iure sunt cęteris breuiores, uoluit autem potius nominare quartanas, quoniam de his magis esset dubitandum, cum suaptè natura semper sint longissimę: sed præter hanc caussam uniuersalem, sunt aliæ caussę particulares, cur morbi æstiui sint breues, & proindè etiam quartana: una est quia eo

Connexio.
Scopus.
Dubitat.
Respōsio.
Diuisio.

tempore

tempore corpora ſunt perſpiratiora, quo fit, vt magis pateãt corporis diſſipationi, atque euacuationi humorum quorumlibet, ſecunda ratio eſt quia bilis nigra, quæ tunc temporis oritur, eſt multò tenuior, & diſſipabilior, quàm quæ fit autumno, vel alio tẽpore, Tertia eſt, quia tunc tẽporis homines vtuntur cibis humidioribus, vt ait etiam Ariſt. in prima prob. 25. quibus ſiccitas, & durities humoris melancholici obtunditur, & mitefcit: vndè non modo quartanę ex ipſa minus ſunt moleſtæ, verumetiam citiùs finiuntur, ſi tamen vires ſint robuſtę, alioqui, ſi ſint debiles, ipſa quartana, (vt & alij morbi) interimit citò: Vndè Plautus in trinummo, vocat morbũ ſolſtitialẽ, qui citiſſimè interimit, & Arif. 1. prob. 26. dicebat ægros poſt ſolſtitiũ vtrumque, per centum dierum ſpatiũ interire, ob exceſſum tàm caloris, quàm frigoris. Hæ itaque ſunt rationes, ob quas Hipp. in prima parte aphoriſ. dixit Quartanas æſtiuas magna ex parte eſſe breues, & dixit prudenter *magna ex parte*, quoniam interdum etiam fiunt aliquæ longæ; quando ſcilicet, non à principio inuadunt tales, ſed alios antecedentes morbos ſequũtur: nam ſunt etiam aliqui ità habitu melancholico præditi, atque cibis melancholicis, alioq; ſimili victu innutriti, vt neceſſariò febres quartanę in ipſis genitæ longiores euadant. Circa ſecundam partem Hipp. in ſecundo de nat. humana in fine dicit, quartanã eſſe longiorem cęteris autumno, tum quia fit à pauciore bile, tum quia fit ab humore melancholico, qui difficiliter conſumitur, tum quia plus habet temporis, quo refrigeratur, Addit, quicumque à quartana in alio tempore capiuntur, quàm autumno, eas fieri breuiores, niſi quid aliud peccet homo, Et ſexto Epid. ſect. 6. de huiuſmodi quartana loquens dicebat, eam vſque ad annum protrahi, cum tamen dicat Auuic. etiam vſq; ad duodecimum annum interdum pertingere, quando ab ægrotantibus peccatur. De tertia parte dicit Gal. in commentario Hipp. ſententiam ità eſſe accipiendam, quaſi hiberna febris quartana ſit omnium longiſſima, quod intelligendum eſt, non de facta in hyeme, cum rariſſimè contingat, (vt ait Plinius,) ſed de ea, quæ cœpit autumnõ, vel (vt ait Celſus) appropinquante hyeme, cuius rei ea poteſt aſſignari ratio, quod cum humor melancholicus ab humiditate hyemis, & frigore non ſuperatur, ſed magis inualeſcit, ità vt febrẽ inducat, ſignum eſt illum maguam craſſitiem, atque viſciditatem habere, ac propterea diù durare, priuſquàm ſuperetur: ſed hac re eſt difficultas. Primo quia Hip. in Coacis prænotionibus ſcribit, quartanas hyemales conuerti in morbos acutos, vndè non eſt verum eſſe longiſſimas. Secundo quia Plinius lib. 7. cap. 50. ſcribit quartanam febrem numquam incipere bruma, nec hybernis menſibus. Tertio non videtur verum, quod ait Galen. in commentario hanc Hipp. ſententiam intelligendam de omnibus morbis, ſcilicet, quod æſtiui ſint ſemper breuiores, quam hyemales, quoniã ęgritudines ſiccę facilius curantur in hyeme, & citius, vt febris hectica, cõuulſio, imò ſcribit Hippoc. in lib. de nat. hum. morbos, qui fiunt in vna cõſtitutione, finiri in ſubſequenti, præſertim quando eſt illi contraria. Pro reſſolutione dicendum eſt, Hipp. prò febribus, quæ attingunt hyemem nõ intelligere eas, quę incipiunt hyeme: quandoquidem rariſſimè admodum accidit, ut à principio oriatur febris quartana in hyeme, quemadmodum bene ſcripſit Plinius; Sed illas tantum, quę cum incipiãt autumno, non deſinunt hyeme: ſiquidem cum humor melancholicus autumno ge-

Dubitatio prima. 2. 3. *Reſpõſio.*

©BIUM

no genitus, non miteſcit hyeme, ſed perſeuerat, multò minus miteſcit alijs temporibus, quæ ſunt ſibi magis familiaria, & hoc eſt illud quod dicebat Hipp. lib. de nat. hum. ſi morbi non finiantur à contraria, vel temporis conſtitutione, uel tempeſtatis, neceſſariò fieri longiores: nec quicquam obſtat, qđ dicatur in Coacis prænot. hybernas quartanas tranſire in acutas, quoniam dicit, ἐπιεικέως, quæ uox familiariſſima Hippoc. multa ſignificare ſolet, ſcilicet blandè, faciliter fere, & eo in loco accipienda eſt, pro fere, ſeù nonnunquam, ut aliqui docti interpretes tranſtulerunt: & certè id non eſt à ratione alienum, ut tempore hyemis ob compactionem corporis, atq; ambientis aeris frigus, humor melancholicus magis exardeſcens, morbum acutum generet, quemadmodum dicebat Ariſt. 1. ſect. probl. 28. 29. & 14. ſect. 3. morbos hyemales, & febres ardentes eſſe pernicioſiores, quàm æſtiuas. Ad tertium autem reſpondere oportet, & etiam Galeni eſſe veram maxima ex parte, quòd licet aliqui citiùs terminentur hyeme, quia tunc etiam geniti ſunt, veruntamen in pluribus ſecùs contingit. Nam ægritudines quæ pendent à cauſſa calida, & ſicca, & præſertim benigna citiùs finiuntur hyeme, Sicut citiùs etiam pereunt apoplectici, & qui à conuulſionibus ex repletione tentantur; Vtilitas huius aphoriſmi eſt ad prædictionem faciendam de quartanis atque alijs morbis, quæ prædictio non parum valet, ad victum dirigendum, atque etiam remediorum adminiſtrationem, quæ debere eſſe pauca ex hoc aphor. admonemur, quod vt dicebat Plato in Timeo, morbi melancholici habeant ſuos terminos ad quos, antequam perueniant, ſi irritentur medicamentis fiunt multò acerbiores, & contumaciores.

Ad 3.

---

26 Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam febri conuulſionem.

DE quartana febre cum locutus ſit ſupra Hipp. & nomine febris, (vt diximus ex Galeno) intellexerit omnem morbum, iure videtur quædam communis ſaltem connexio eſſe inter hunc, atque illum; Sed nec mihi diſplicet modus continuandi aliquorum, qui putant aphoriſmum ſeptimum libri quinti hùc eſſe referendum, vbi ſcribitur quartanarios non tentari conuulſione, & ſi tentantur, ea ſuperueniente liberari, quaſi verò dicat Hipp. ſi æſtiuæ quartanæ breues, & autumnales longæ, ità ut neutræ ſint periculoſæ, ergo febrem quartanam conuulſioni, ſatiùs eſt ſuperuenire, quam è conuerſo, & quia nomine quartanæ, etiam aliæ febres complectuntur, proindè infert febrem ſuperuenire conuulſioni, melius eſſe, quàm contrà. Sed (vt dixi) licet aliquod ingenij lumen præſeferat hic continuandi modus, Attamen admodum longinquus uidetur eſſe, Vnde forſan ſatius eſſet dicere Hippocratem qui in Aphoriſmos retulit caſus raros, & ratione, ac longo vſu ſibi obſeruatos, poſtquam de febribus, & morbis quibuſquè docuit hanc inconcuſſam veritatem, quod æſtiui ſint breuiores, & autumnales longi, ſimiliter voluiſſe ſibi adnectere & aliam, nempè quòd ſemper melius ſit ſuperuenire febrem conuulſioni, quàm conuulſionem febri (melius inquam) non ſolum, ut ſignum, uerum etiam, ut cauſſa: nam lib. 4. aphor. 57. febrem, ait ſuperuenientem conuulſioni eam tollere, quem locum interpretans

Continuatio & ſcopus.

Celſus

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 139 sur 867

©BIUM

Celsus lib.2.c.8.dicit febris,neruorũ distensionẽ,& rigorem,si postea fit,ex toto tollit,& Hip.qui 6.Epid.sect.6.contex.9.scripsit eos, qui quartana uexantur,nõ capi magno morbo,uel si anteà capiãtur, ea succedente liberari: nomine magni morbi,(ut placuit plerisq.) intellexit epilepsiam,quę frequenter appellatur a medicis magnus morbus,& quæ est conuulsionis præcipua quędam species; quamquam si etiam eo in loco legere placeat, ut in aliquibus codicibus ὑπὸ τοῦ μεγάλης νεσου, ideſt ab ullo aliquo morbo magno,nõ minus uerum est,quartana laborantes,expertes esse cuiusuis magni morbi, scilicet,non modo epilepsia,uerumetiam alterius cuiusq. Iam uero, ut exactiùs hæc sententia examinetur primo uidendum breuiter quid sit conuulsio,deindè an uerum sit eam curari, præcaueriquè à quartana,uel alia febre.Postremò quę sit causſa propter quã,quartana præcipuè ità iuuet, vt non solum præseruet à conuulsione,verum etiam curet: Conuulsio appellata à latinis, vocatur à Græcis σπασμὸς, quo nomine etiam vsi sæpè sunt latini, & præsertim barbari, quemadmodum, & Populus: Est autem conuulsio motus quidam præter naturalis, quo musculi uersus propriũ principium contrahuntur, quemadmodum in sanitate: fit autem hic motus dupliciter, aut in aliqua parte,aut in toto,atque hic uel fit in anticã partem, & vocatur emprostotonos, uel in posticam, & dicitur epistotonos, vel in neutram, aut potius in vtramque, & appellatur tetanos à Græcis iuxtà, atque Barbaris. Celsus uocauit rigorem, vbi etiam uidetur distinguere à spasmo, quòd non appareat motus: ex quo patet esse symptomata in genere functionum animalium depraua tarũ,quemadmodum clarissimè Galenus præ cæteris locis docuit secundo de sympt. causis cap.1. Quis verò sit morbus à quo huiusmodi symptòma proficiscitur; non ità liquet; nisi dicamus diuersos posse esse morbos, à quibus pendet, nimirum morbum in via, cum scilicet fit, à repletione, uel ab intemperie, cum fit à siccitate, vel à solutione continui, cum scilicet,efficitur vel à punctura,vel a vulnere,vel ab aliquo alio simili genere morbi, aut à qualitate uenefica, quod genus conuulsionis solet vocari non proportionatum ad materiam: Quod porrò sit motus præter naturam,explicatissimè habemus à Gal. loco citato, qui etiam primo de motu musc.l: clarissimè dixit in cõuulsione eo pacto moueri musculos,quo mouẽtur in sanitate. Cęterum de Causſis conuulsionis in genere Galen: non solum in præsenti comm. verumetiam alibi ex Hippoc.6.aph.39. videtur duo tantùm genera causſarum ipsius statuisse, nempè repletionem, atque inanitionem. Aristot. autem 2.lib. metheorol cap.8. tractans de terrę motu scribit Tetanos, & σπασμοὺς, siue conuulsiones, fieri à spiritu, seu flatu, quod etiam habetur in libello de flatibus, siuè sit Hippocratis, siue alterius vetusti scriptoris, Atqui veritas est, quam omnes medici profitentur, nempè causſam continentem ipsius conuulsionis non esse intemperiem nudam siccam, (aliòquin in marasmo fierent conuulsiones, quod experimento non correspondet,) sed coniunctam cum materia, quæ materia vbi copiosa est, potest etiam coniungi intemperiei humidæ, Nec valet quod dicit Gal.in comm. post febres urentes, conuulsiones quæ fiunt esse à siccitate neruorum, quoniam id ut contingat sępè, non tamen à sola siccitate, sed uel à materia uaporosa, & praua, uel ab humore bilioso, & exusto intemperiei copulato: Materia uerò non una est, sed uaporosa, & magna ex parte pituitosa,

Nonnulla de conuulsione.

Cõuulsionis Species.

A quibus morbis fiat.

Causæ cõuulsionis ex Galeno, & Aristotile.

Communis sententia.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 140 sur 867

©BIUM

pituitosa, vel pura, vel coniuncta bili: nam cum dicat Hippocrates quartanario: non tentari morbo vllo magno, & propterea nec Epilepsia, quæ est magnus morbus: & conuulsio, non videtur posse fieri ab humore melancholico: Circa secundum propositum an scilicet conuulsio curetur, & præcaueatur quartanæ beneficio: ut audiuistis, id non semel dixit Hippocrat. quod etiam ipsum longo artis vsu obseruasse, non est dubitandum, & licet non rarò quartanarij corripiantur acerbissimis quibusdam crurum doloribus, qui æmulantur conuulsiones, haud tamen uerę conuulsiones sunt, quemadmodum si interdū contingat, ut ob flatus, qui copiosi exuberant in quartanarijs, fiant spasmi uocati populariter gramfi: minimè tamen illi sunt uerę conuulsiones: quandoquidem musculi non contrahuntur ad proprium principium, sed nerui & musculi replentur tantum, ità ut ob nimiam & subitam extēsionē, cruciatus illi penè intolerabiles exoriantur, Porrò de caussa propter quam à quartana correpti non tententur cōuulsione, nec alio magno morbo, imò si tentati sint, ea superuenien te liberentur, (ut Hippoc. 6. Epid. sect. 69. testatus est,) illud dicere oportet, quod Gal. in comm. nempè conuulsionem illicò superuenientem sanis, fieri ex eo qđ nerui replentur uiscidis, & crassis succis, atque ita replentur, ut cogantur uersus propriam originem contrahi; vndè si superueniat febris quę suo calore liquet, attenuet, ac dissipet prędictos succos, certum est ipsam conuulsionem finitum iri; ità ut ex hac Galeni oratione colligatur uerba Hippocratis in hoc aphorismo esse intelligenda, non de quauis conuulsione, sed de ea tantum, quę fit à repletione succorum, quod si verum est de ipsa, multò magis putandum est de conuulsione à flatu, cum multò faciliùs fiat vapores, quàm succos & pręsertim viscidos, & frigidos à febrili calore consumi: Iamuerò si hoc uerum est de omni febre, nempè quę superueniens, quamlibet conuulsionem superet, pariter dicendū est de quartana, imò multo magis de ipsa, tum quia humor eā faciens tardus est, & in uenis, aliisue partibus naturalibus residens, ob quod nequit in neruos ferri, atque eos replendo, facere spasmum, tum quia magna illa diuturnitate, sudorum copia, atque rigore, apta est quartana consumere quicquid facit, atq; facturum est conuulsionem, aliumue morbum magnum: quòd porrò conuulsio superueniens febri sit mala, certissima est ratio, quoniam huiusmodi affectus necessario habet coniunctam, cum materia, ingentem intemperiem siccam; quæ quoniam uinci non potest, nisi longo tempore, & morbus atrocissimus atque vehementissimus est, fit ut prius facultas ui morbi superetur, quam ipsa materiā morbificam dincere queat. Vt autem dignoscatur conuulsio ex siccitate, ab ea quæ fit ex repletione, docet idem Galenus dum scribit, eam, quæ fit à repletione, subitaneam habere generationem, quę uerò à siccitate tardam, ac diuturnam: Verum hoc in loco dignū est cōtemplatione, an facilior sit factu, & soluru cōuulsio, ex repletione, & humectatione, an ex siccitate, & inanitione, cum aūt neruus sit siccus, & quodlibet, faciliùs labatur in similem intemperiem, uidetur æquum, ut faciliùs incurratur in spasmum siccum, quam in humidum: pari pacto si uerum est quod scribit Hippocrates secundo aphorism. 34. minus periclitari, quorum habitibus, & temperamentis similes sunt morbi, quam quibus non: uidetur rationi consentaneum, ut minus exitiosus sit spasmus siccus, quàm alter,

De secundo.

Cur quartanarij nullo graui morbo tentari soleant.

Conuulsio ex siccitate, & repletione quomodo cognoscantur.

alter: contrarium autem dicit Galenus in comm. & Hipp. qui dixerunt conuulsionem ex Elleboro esse lethalem, ac non solum eam, uerum etiam quemlibet alium morbum citiùs fieri à repletione, quam ab inanitione & siccitate. Pro qua controuersia finienda, illud est notandum febrem, quæ conuulsionem comitem habet, plerumq; eam facere, quia ardore febris, colliquatus humor replet musculos, aut neruos, ob quam repletionem, atque etiam ob humoris acrimoniam, & prauitatem excitata facultas, prauè mouet, Dicendum est itaque, quod licet neruus sit siccus actualiter, est tamẽ secundum potentiam, & generationem humidus, ut Plato in Timæo, & ante ipsum Hipp. in lib. de principijs docuerunt: quo fit, ut æque sese habeat, tam ad morbos humidos, quam siccos contrahendos, quod enim aliqui dixerunt pueros facilius à sicco spasmo, quam humido tentari, licet ipsorum nerui sint humidi, falsissimum puto, quandoquidem experimẽta quotidiana docent Epilepsiam puerorum frequentissimam, à nimia humiditate in ipsis oriri, quum sibi magis contingat, quò sunt principijs generationis proximiores, scilicet intra octauam diem, ut ait Aristot. circa finem septimi de hist. animalium. Quis verò sit difficilior, & exitiosus magis, an siccus, an humidus spasmus, certè utrumq; malum esse, non est dubitandum, veruntamen cum vniuersaliter sit multò difficiliùs exiccata humectare, quam è contrà, quod sit promptiùs detrahere, quam addere, & augere: dubitari non debet, quin difficilior sit curatu siccus spasmus, quàm humidus: quem etiam febribus interdum diarijs, sæpius autem putridis, & acutis solui, scriptum reliquit Hippoc. 4. aphorism. 57. Adhæc sequiores cruciatus fieri cum nerui exiccantur nimis, quam dum humectantur, ex eo possumus intelligere, quia ut Galenus dixit secundo de med: loc: humiditas suaptè natura, aut nullos, aut omnino exiguos dolores facit, contrà siccitas cum faciat velocissimas, & dirissimas musculorum ad sua principia contractiones, consequenter ingentes dolores producit, vt omnibus rationibus videatur execrabilibus esse conuelli à nimia siccitate, quam à nimia humiditate, ac propterea sapienter Hippocratem dixisse 5. aphorism. 1. & 4. ac septimo aph. 25. Conuulsionẽ ex Elleb. & purgante esse malam, atq; lethalem id quod in plerisque alijs aphorismis significauit Cælius Aurelianus lib: tertio, acutorum cap. 6. in fine quò loci scribit, Hanc sententiã Hipp. à plerisque fuisse damnatam, dicentibus, à febre ingeminari incommoda, ac à calore naturali & mediocri laxari tumorem, à febrili verò acri, & immodico vexari, propterea què ex diminutione symptomatum plus spei accipi, Verum vno verbo respondẽri potest, licet febris quo ad symptomata videatur obesse, tamen aduersus caussam maximè facit. Iam verò vtilitas huius aphorismi est tã ad prædicendum, quã ad curandũ, siquidem docemur, vbi fiunt conuulsiones à repletione, succurrendum esse remedijs calorificis, & exiccantibus, ità vt etiam febres liceat inducere, quemadmodum tradit Galenus in comm. quod tamen hauquaquam est intelligendum de qualibet febre, sed de aliquibus, & potissimum de diaria, in qua spiritus inflammati absque humorum corruptione, possunt humiditatem conuulsionis effectricem consumere: Quæ autem sint, quæ possunt in hiscè casibus febrem inducere, & prodesse non est arduum reperire, nempè quod certum sit omnia multum calefacientia, atque ignem in corpus (ut ait Aristotelis in

Solutio dubitationis.

Conuulsio an ex siccitate, an uerò ex humiditate deterior.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 142 sur 867

©BIUM

ſine primæ pròbl. inducentia, febrem facere, & humores diſſoluere ſi non concoquere, vt ſunt Anacardus, Theriaca vetuſta, confectio Mithridatica, vinum potentiſſimum, ac inter externa ea, ſolent febrem inducere, quæ de Prodico ſcribit Galen. 6. Epid. ſect. 3. 23. & Corn. Celſus, quæ tamen haudquaquam ſunt temerè vſurpanda, Sed vbi conuulſio ſit uniuerſalis, non vnius membri, vbi non ſit magna corporis repletio, nec morbus in principio, atque aliqua prius ſit facta corporis expurgatio.

---

27 *His, qui non ex ratione leuius ſe habent, non oportet fidere, neque multum formidare mala, quę præter rationem eueniunt. Plurima enim talia ſtabilia non ſunt, neque multum durare, & permanere conſueuere.*

PRÆCEDENTI cum aphoriſmo, nullam ſanè euidentem, imò nec obſcuram habet continuationem: illud ſolum eſt verùm, cõuenire penè cum omnibus antecedentibus, quod ſit aphoriſmus prognoſticus: in eo tamen à reliquis differens, quod doceat, (vt ſexto Epid. ſect. 2. 17.) nihil temerè aſſerendum eſſe, præſertim in morbis acutis, quorum antea dicebat non eſſe certam ſalutis, aut mortis prænunciationem; Etenim cum ſæpè eueniat medicis, ut contraria prædicant, atque poſtea contingant, illud fit, quoniam aut non uiderunt aut non conſiderarunt, aut non meminerunt huiuſcè aphoriſmi, cuius qui cupit luculẽtiorem intelligentiam, poteſt videre libros Galeni de criſibus, quos ipſemet in comm. citat. Eſt enim hæc ſententia ex ijs, quæ adnexam habent rationem, cuiuſmodi aliæ quoque ſunt in lib. Rhet. ab Ariſtotele propoſitæ, qua de re initio harum lectionũ ſumus vberius locuti. *Diuiſio.* Diuiditur aphoriſmus in tres partes, quarum duæ priores ſunt pura præcepta ad prognoſim pertinentia: ſed tertia eſt redditio cauſſæ earum. Itaque prima ſententia hæc eſt *ijs quæ præter rationem alleuant, non eſſe fidendum*: hæc autem, poteſt hunc in modum reduci ad ſyllogismum, illis non eſt fidendum, quæ nullam habent certitudinem; Sed quæ contingunt circà ægrotantes præter rationem non habent vllam certitudinem, ergò illis non oportet fidem adhibere, Iam verò ſupereſt, vt videamus quæ ſint illa, quæ μὲ κατὰ λόγον accidunt; nonnulli dubitarunt, vtrum particula relatiua *quæ* tam de auxilijs, quàm de ſignis intelligenda ſit, quaſi verò neque ſit fidendum ijs præſidijs, quæ ſine ratione iuuant. Ego autem licet non inficiar veritatem quoque habere ſententiam hanc in auxilijs, attamen in præſenti, nequaquam dubitare licet, quandoquidem cauſſæ redditio, quę eſt tertia pars, ſatis manifeſtè docet Hippocratis mentem fuiſſe tantum de ſignis, non etiam de præſidijs ſermonem facere: nam & in Coacis prænotionibus habetur morbos, qui leuantur ſine ſignis, & cum bonis non diminuuntur difficiles eſſe, & Corn. Celſus lib. 2. cap. 7. dicebat febrem, quæ ſubito ſine ratione, ſine bonis ſignis finita eſt, ferè reuerti. Porrò ſigna, quæ contingunt ſine ratione ſunt, & ea quæ dicit Hippoc. 2. Epid. in fine ſect. 3. de humoribus, & vulneribus loquens, & bona ſunt ſimiliter ſine ratione, quando vel febris, vel inflammatio, uel dolor vel alius morbus ingens ſedantur, abſq; vlla excretione ſanguinis, fęcum, vrinæ ſudo-

©BIUM

sudoris, aut sine vlla coctione (vt ait Gal. s. & hic & scdo prorreht.) ad hoc. n. vt fides habeatur bonis signis (quemadmodum in prognosticis docuit Hipp.) opus est non solum, ut affectus, & symptomata leuentur, uerumetiam ut fiat alleuatio cum aliqua euacuatione materiæ morbificę, in die Critica, aut saltem cum signis coctionis, atque etiam cum permanentia. Hoc namque significare uoluit Hippocrates, quando lib. 2. Epid. sect. 3. dixit ea, quæ disparent sine signo infida esse, ut contingit Polemarchi Ancillæ laboranti Erysipilate; quamquam interdum etiam aliqua ueluti monstra contingant in medicina, ut fuit de illo seruo stygmatico relato in principio quarti Epid. quem nona die iudicatum, & à malo absolutum esse, dicit Hippocrates, absque sudoribus: nomine quorum intellexit etiam aliàs excretiones; cum tamen antea dirissimis symptomatibus fuisset turbatus. Quemadmodum altera parte Hermocrates ille, cuius historia habetur tertio Epid. comm. 1. æg. 2. uigesimaseptima die obijt, cum tamen antea aliquas iudicationes fucatas, & morbi remissiones habuisset, quę potuissent facilè medicorum vulgarium iudicia fallere, Summatim hæc est concors ubiquè tam Hippocratis, quàm Galeni doctrina, omnem κουφισμόν, vt appellabat Erasistratus, idest omnem alleuationem absque ratione, & signo uel solutionis, vel coctionis factam, esse infidam, seu mortem, aut recidiuam significare: atque hactenus de prima parte. Secunda autem est, *Neque timere valdè oportet praua, quæ fiunt præter rationem.* Timor ut describit Aristoteles secundo Rhet. est cogitatio quędam cum expectatione mali futuri corruptiui, & propinqui, undè Hippocrates non dicit simpliciter, non timenda esse mala, sed addit particulam λῆθον, idest ualdè, quod non fecit in priore parte, quoniam uti nunquam fidendum est bonis, quę eueniunt præter rationem (quod semper fallant) Sic semper metuenda sunt mala, sed differenter, quia mala cum ratione accidentia, ualdè sunt formidanda, quæ uerò sine ratione, non sunt ualdè timenda: Sed dicet aliquis, quæ est caussa propter quam timere quoque oportet mala præter rationem contingentia, Respondendum est, quod etiam scripsit Hippocrates sexto Epid. sect. 22. μηδὲν εἰκὴ ἀηδὲν ὑπερῶραν, hoc est in medicina facienda nil esse temerè audendum, nihil negligendum: siquidem, & nimia confidentia facit medicum, atque ægrotos, & ministros desides, negligentesquè in adhibendis oportunè remedijs, haud secùs, & cuncta negligere (etiam præter rationem accidentia) periculosum est, quod interdum mala latitent, quæ contempta augentur, & tandem sese ostendant: Vt enim dicit Gal. in comm. citati loci Hippocratis, etsi vnum, vel alterum malum neglectum haud noceat, tamē complura simul contempta (etiam exigua mala) possunt aliquod detrimētum ingens parere, Vndè etiam prudenter dixit eiusmodi sententiam non modo in doctrina signorum maximè valere, atque in ipsis veterum cogitationibus examinandis, uerumetiam in ipsa curatione facienda, vt scilicet, nihil temerè agatur, nihilquè negligatur penitus: quod dictum etiam in lib. de Ther. ad Pisonem celebrauit Galenus. Cæterum de Tertia aphorismi parte, quod scilicet tam bona, quam mala præter rationem euenientia (vt plurimum) sint instabilia, nec multum permanere, vel diù durare queant, est verissimum, atque vsu probatum: si quidem bona sine ratione habent secum plurima mala com-

Monstra etiā in medicina quādoq́. fieri.

Dubitat.

Responsio.

Præceptū, in medicina facienda maximè, seruādum.

©BIUM

commixta, à quibus facilè ſuperantur, & citò: ſic etiam & mala pluribus bonis coniuncta, ijs & facilè, & velociter cedunt: Nam, quæ faciunt, vt hęc contingant, ſcilicet alleuiatio, vel in deterius lapſus ſine ratione, ſunt, vt dixi varietas materiæ, & coniunctio bonorum ſimul, & malorum; tum ipſius materiæ permutatio: quemadmodum, vbi facta criſi, pars materię mittitur in pectus vel in aliquem alium nobilem locum, vbi deteriora mala facit: Adhęc immenſus naturæ conatus, poſtquem (licet vicerit) relinquuntur tamen vires admodum proſtratæ, ſpiritusquè, & natiuus calor veluti reſoluti, & extincti, Præter alias cauſſas externas graues, quæ vbi contingunt, etiam optimos & ſecuros ægrotantium ſtatus valdè perturbant, vt ſunt accidentia animi, quæ ægros alioquin ferè morbo perfunctos, iterum in diſcrimen producunt, medicamenta adhibita veluti narcotica, &c. ſimilia alia. Vtilitas aphoriſmi eſt, quod nos doceat, nunquam certi quicquam, vel boni, vel mali, eſſe promittendum, vbi res fiunt, abſq; ratione. Adhęc monet, ne in medicina faciẽda, medici deſinant rectè operari, etiam ſi mala appareant, vbi ſunt præter rationem. Etenim ſæpenumero exitia ægrotantibus contingunt, quod ipſi, uel medici nimium ſibi de bonis ſignis irrationabilibus promittentes, deſinunt ea remedia adhibere, quæ alioquin poſſent latentes cauſſas ſuperare, ſi opportunè adhibeantur, & quod in medicina uerum, atque utile probatur, id non minus quoque ualet in cunctis ferè actionibus humanis, ut ſcilicet bonis ſine ratione apparentibus, nunquam fidatur, mala uerò cuncta (etiam præter rationem contingentia) timeantur: Eſt & quoddam apud Atheneum dictum neſcio cuius μάμμασο πιδεύε πίστευε πόσπο, ἢ φρενῶν πίνρον, Summatim Hipp. in hoc aph. uoluit à medico tollere, & nimiá confidentiam, & nimium timorem, quæ duę paſſiones non ſolum iuditium medici perturbant, uerumetiam à rectè, & audaciter operando ipſum abducũt, undè fit ut ſæpè præteriat occaſio adhibendi præſidia quæ alioqui fugaciſſima eſt.

---

28 *Febricitantium non omnino leuiter, permanere corpus, & nihil minui, vel etiam pluſquam ratio poſtulat, contabeſcere, malum. hoc enim morbi longitudinem. hoc verò imbecillitatem ſignificat.*

ET hæc ſententia eſt ex ijs, quæ ſecum coniunctam rationem habẽt, quaſi uerò nõ ſit ſuaptę natura uſq; adeò manifeſta, & uſu probata, quin de ipſius ueritate liceat aliquid ambigere. Itaq; in duas partes cõmodè ſecatur, in ſententiam, & in ſententiæ rationem: rurſum ſententia duas partes habet, quarum priuſquam integram explicationem aggrediar, aliquid de ipſius cum ſuperiori connexione dicendum eſt. Etenim ſunt qui putent, hanc eſſe continuationem legitimam, quod cum Hipp. in ſuperiori locutus ſit de inſtabilibus, & infidis ſignis, modò uoluerit contrà opponere, atq; docere ſignum maximè ſolidũ, atq; firmũ: Sed non omninò placet mihi modus tum, quia hic tantùm de ſigno malo loquitur, nõ item de bono, ut fecit in ſuperiori; tum quia (ut oſtendemus) non adeò ſtabile, & ſecurũ eſt huiuſmodi ſignũ, quin ẽt de ipſo liceat dubitare. Itaq; ſi ulla eſt ponenda inter hos aphoriſmos connexio, illam planè conſtituerem, quod cum doctrina huius ſecundi libri ſit magna ex parte prognoſtica, ac in

Connexio.

priore

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 145 sur 867

priore dederit exemplũ de incertitudine aliquorũ ſignorum, ſine ratione cõtingétiũ in uniuerſis morbis, nũc peculiariter in febribus docet incertitudinẽ ſimiliter aliquorũ ſignorum, & malorũ, & bonorum, quę eueniunt prẹter rationem: Sunt autem hęc ſigna, ut, ſi quis in febribus nullo pacto deterior ſecundum adſpectum factus, appareat: ſed qualis antè febrem permaneat, neque corpus diminuatur, Vel ſi plus quam par ſit conſumetur, quemadmodum, ait Celſus lib. 2. cap 4. *mali morbi ſignum eſt, nimis celeriter emacreſcere*: Etenim hæc omnia mala ſunt: Vel potius dicere poſſumus in hoc aphoriſmo haberi confirmationem aphoriſmi antecedentis, ſcilicet, quod etiam mala prẹter rationem contingentia ſint metuenda: quandoquidem conſumptio corporis (etiam prẹter rationem eueniens in febribus) mala eſt, ſicut pariter malum eſt, corpus prẹter rationem nullo modo conſumi, At dimiſſa continuatione, quæ nullius penè momenti eſt: videamus reliqua vtiliora: quandoquidem Galenus ſatis accuratus fuit in explicatione huiuſcè aphoriſmi tamquàm obſcurioris. & miror Cardanum adeò in ipſum contumelioſum eſſe, vt imputet quod minimè debet imputari: inquit enim, quinquies ab eo Hippocratem in commentario accuſſari, cum tamen multum abſit, ut etiam ſemel id faciat, Certè ob breuitatis ſtudium ſcribit aliqua uideri omiſſa, ſed excuſſat potius, & explicat, quàm ut reprehendendi vllam libidinem prẹſeferat. Primum igitur docens quid Hipp. voluerit intelligere prò non omninò ἐλιπολαίως, ideſt ſuperficialiter, ſeù leuiter febricitantibus, inquit eum ità eſſe locutum, quoniam ſi indifinitè *febricitantibus* eſſet locutus, haud quaquam verà fuiſſet ipſius oratio, cum contingat in febribus paruis, hyeme non diminui corpus, nec tamen ſit malum: itaque non omnino leuiter febricitantes, ij ſunt habendi pẹnès Hippoc. qui nec inſigniter valdè, nec debiliter febricitant, ſicut enim rarò ij conſumuntur ratione febris, ſic illi ſi citò conſumantur, fit cum ratione, vt in febribus colliquatiuis vocatis, in quibus ſtatim corpora colliquata contabeſcunt, ſed cum ratione, ob ſcilicet, ignis colliquantis magnitudinem, propterèaquè ab omnibus intelligitur, Cæterum de eo quod *magis quam ſecundum rationem*, duo videnda, quid ſit ſecundum rationem, & an ea particula ſit referenda in ambas prioris partis particulas, an verò in poſtremam tantum. Gal. inquit, (& bene dicit) ſecundum rationem fieri aliquid, cum apparent manifeſtè cauſſæ, tum interne, tum externę, propter quas illud fit (exempli gratia,) ſi quis temperamento valdè calidus, & ſiccus, in regione, & tempeſtate, ac cõſtitutione ſimili, citò in febre mediocri cõſumatur, dicitur eſſe ſecundum rationem, & propterèa quantum ſpectat non eſt ità malum quemadmodũ eſt ſecundum rationẽ q̃ dicit Alex. 1. prob. 77. ſcilicet Æthiopas, quia ſunt calidi & ſicci, facilè interire, ubi corripiuntur febribus: ſimiliter dicit Galenus de alijs cauſſis externis, atque alijs, quæ ſua ſponte, non tàm febricitantes, quàm ipſoſmet ſanos extenuare, aptæ ſunt. Vtrum uerò particula ἢν κατὰ λόγον, ſit applicanda etiam priori parti aphoriſmi, dubium eſt, nam Galenus, qui dicit Hippocratem eam niſi ſemel nominaſſe ob ſtudium breuitatis, vult etiam de vtriſq; id eſſe pronunciandum, quaſi Hip. ſententia ſit, febricitantes mediocriter, ſiue nõ diminuãtur, & pmaneãt, pter rationẽ, ſiue plus q̃ rationi cõueniat extenuẽtur, malũ eſſe; At alij ſunt, qui putant dũtaxat particulã ſcdm rationẽ eſſe

appli-

©BIUM

applicandam ſecundæ parti, eo quod loco ipſius, ſufficiat particula *non febricitantibus omninò leuiter*, Ego uero puto, utroque modo poſſe intelligi, atque etiam uerum eſſe: quoniam febricitantes mediocriter, aut nihil diminui, propotione habita ipſius febris, aut magis extenuari, quam natura febris exigat, malum eſt, ut ſignum, ſcilicet, & forſan quoque ut cauſſa: quemadmodum etiam ex ipſius Galeni uerbis colligi poteſt. Cur uerò ſit malum ſignum, ſubiungit Hipp. quia non extenuari, ut conueniret, morbi longitudinem, plus uero extenuari, debilitatem ſignificat. Nam licet ſint plures, (ut rectè docet Auicennas 7.4.trac.4.) cauſſæ extenuationis corporum, attamen potiſſimę ſunt tres, nempè magnitudo reſſolutionis, debilitas uirtutis, ac aggregatum ex utriſque. In febribus mediocribus non poteſt eſſe nec prior, nec poſtrema cauſſa, undè ſola ſecunda inuenitur, quæ eſt debilitas uirtutis. Iam uerò hæc debilitas, nil aliud eſt, q̃ ipſius temperamenti, atq; adeò caloris natiui perturbatio: quo fit, ut & ſpiritus & partes ſolidę, & humores: (quæ omnia dicebat Gal. eſſe fundamenta cunctarum uirtutum,) uiolentur: his enim de cauſsis ſolet fieri facies illa cadaueroſa ab Hipp. initio lib. prognoſt. commemorata: & quamquam hæc extenuatio ſemper ſit mala (modo à cauſsis, externis non proficiſcatur, ut ibidem admonuit Hipp.) attamen in febribus mediocribus, in quibus eſſe non deberet, præcipuè uidetur eſſe mala, quia ſicut in unoquoque morbo, uires ualere bonum ſignum, atque etiam bona cauſſa eſt, ſic è conuerſo ubi uires ſunt imbecillæ, omnia ſunt periculoſa, ait Galen. Quod porrò ubi nil diminuitur corpus, morbi longitudo, quæ & ipſa mala eſt, ſignificetur, valdè rationi conſonat, quum in febricitantibus præter calorem, natiuum, ſit & igneus, ſiuè ipſemet ignis, quem Euripides appellabat πάμφαγες, quod ſcilicet omnia edat, atque conſumat, rationi conſentaneum eſt, ut ſucci atque ipſę carnes cõſumantur, quod in pleriſquè contingere quotidie uidetur; Vnde ſi hoc non fiat, eſt iquia materia nempè humores & ſolida, ſunt ità dura, uiſcida, & conſtipata, ut etiam ſi ab igne tractentur nihilominus inconſumptibilia permaneant; quemadmodum enim ubi corpora humana cremantur, ſoli dentes non conſumuntur, & tardiùs alijs, ipſum cor (præſertim ueneno infectũ, ut ait Plinius) ob duritiem, ſic, ubi ignis eſt in corpore, ea quæ dura, uiſcida & conſtipata ſunt, aut non conſumuntur, aut multo ſeriùs quam reliqua; Vndè fit, ut febris neceſſariò in habentibus humores ſimiles, & corpora adſtrictiora diuturnior euadat, perindè ac ignis diutiùs perdurat in lignis uiridibus, atque duris, quàm in tenuibus, ſubtilibus, & aridis, Etenim niſi fuligines genitæ à febre quotidie, imò ſingulis horis ſenſibiliter, atq; etiã inſenſibiliter exinaniãtur, certè ignis uix finitur, quemadmodum contrà, ubi corpora non conſtipata, ſed aperta ſunt, citò à febre liberantur, ut propterea hoc præcipuum ſemper ſit prudentium mediocrum conſilum, ne corpora febricitantium à frigore, ullaue alia cauſſa conſtringantur, ſed aperta ſemper, atque diffiabilia permaneant. Itaque ueriſſima eſt præſens ſententia nempè, quod in febribus non leuibus, malum ſit corpora, uel nihil emaciari, uel pluſquam exigat rebor conſumi: quoniam hoc uirium debilitatẽ conſequatur, illud uerò materiæ crafſitiem, copiam, & corporum adſtrictionem, quibus febres prorogantur. Neque valet quod Hippocrates dixerit 1. progn. tex. 8. atque etiam initio lib. de

Cauſæ extenuationis corporum.

Cur nil diminui corpus ſit malum in febribus nõnullis.

ijs quæ

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 147 sur 867

ijs quæ fiunt in medicatrina, ſemper bonum eſſe, vt ægri ſint ſimiles ſecundum adſpectum ſibijpſis ſanis, & ſexto Epid. ſect. 2. tex. 26. in magnis morbis faciem bonam, hoc eſt, ſimilem ſanitati eſſe bonum, eo quod hęc ſimilitudo ſignificet, & naturam eſſe robuſtam, & ipſa corpora nequaquam à vi morbi conſumi, quoniam ea Hippocratis ſententia non accipienda eſt de integra, & totali ſimilitudine, ſicut hoc in loco, ſed de aliqua ſimilitudine, hic uerò intelligit totalem ſimilitudinem, & ſecundùm colorem, ac decorem & ſecundùm carnem: Et certè, vbi corpora, & facies præſertim, quæ tardiùs alijs partibus contabeſcit, vt ait Hippocrates, valdè diſſimilis à ſanis redditur, peſſimum inter ſigna habetur; quoniam ſignum eſt, malum eſſe ingens, nempè quod non ſolum partes minus carnoſas, & imbecilliores, verum etiam carnoſiores (qualis eſt facies, vt dicebat Hippocrates lib. de locis in homine) nec non robuſtiores, ignis depaſcatur. Eſſe enim robuſtam faciem, ob copiam ſpirituum, qui ad ipſam confluunt, apertiſſimè dixit Galenus 6. Epid. in eo aphoriſm. *Oculi vt valent ità & totum corpus*, vt propterea adeò lethalis habeatur deſcripta ab Hippocrat. initio prognoſticorum. Quare vtilis eſt huiuſmodi ſententia non modo ad firmum iudicium faciendum, futuroſquè euentus præcognoſcendos, atque prędicendos; verumetiam prò curatione recta inſtituenda, cum doceatur medicus vbi corpora nihil contabeſcunt, eſſe remedijs aperientibus, incidentibus, & extenuantibus, aduerſus humores craſſos, duros, & aduerſus obſtructiones, certandum; Veluti eſſe vires ſuſtentandas, atque augendas, tum cibis accommodatis, tum præſidijs, cauſſas imbecillitatis, profligantibus, vbi corpora plus iuſtò emaciantur, & contabeſcunt: quæ potiſſima eſt ratio, cur debeant medici in febribus peſtiferis, & colliquantibus cibum ſæpè dare, & copioſiorem, quam forſan & corporum ægrotantium impuritas, & morbi natura poſtularent.

Facies à naturali diſſimilis, cur mala.

---

29 *Cum morbi inchoant: ſi quid mouendum videtur, moue, cum verò conſiſtunt, ac vigent, melius eſt quietem habere.*

HANC ſententiam eſſe purum præceptum curatorium nullus eſt, qui neſciat: ſed an habeat vllam cum ſuperiori continuationem, eſt illud, de quo iure dubitari poteſt: Et certè miror nonnullorum ſtuporem, qui putant ſic eſſe continuandas has ſententias quaſi Hippocrates in ſuperiori de communibus ſignis tractauerit, hic verò agat de proprijs: nam tantum abeſt, hoc verum eſſe, vt nullo pacto de ſignis tractet, & quamquam commemoret morborum tempora: hoc tamen non facit gratia cognoſcendi, ſed gratia operandi, prò ut ſcilicet indicatio *quando agendum*, ſumitur ab ipſis morborum temporibus: nam, non omnibus temporibus, curare expedit morbos, ſed circà initia, & fines, & licet Crantor, & Chriſyppus, quos Cicero Seneca, & Plutar-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 148 sur 867

©BIUM

chus ſecuti ſunt, ſcriptum reliquerint, recentibus tumoribus non eſſe adhibendam medicinam, id tamen haud de cunctis morbis dixerunt, ut aliqui male exiſtimarunt, ſed propriè de tumoribus dolorificis, ac de ea medicina potiſſimum, quæ manu adhibetur: ſic enim ſi recentes tumores, dum adhuc cum dolore ſunt, tractentur, dubio procul dolor augetur. At veniamus ad ſententiæ explicationem, quæ duas partes habet. Prior eſt. *Dum morbi inchoant, ſi quid videtur mouendum, moue*. Secunda eſt: *Vigentibus autem ijs, quieſcere melius eſt*, quę vtrum ſit redditio cauſſæ antecedentis, ſi quæratur, dicere poſſem, eſſe quodam pacto ſeparatam quamdam partem; poſſe quoque eſſe, & cauſſæ redditionem arbitror: ſiquidem cum in morbis ſit agendū, neceſſariò videtur agi debere, circà principia, quoniam circà incrementum & vigorem, quando natura à morbo oppugnatur, quieſcere melius eſt: uerum, vt dicit Galenus redditio cauſſę præſentis aphoriſmi, eſt ſubſequens, quicquid tamen hac de re ſit, primum diſcurrendum eſt circà priorem partem, & primum videndum, de quo principio loquatur Hippocrates. quid ſit mouere, & cur dixerit, *ſi quid mouendum*: Principium itaque tria apud medicos ſignificare ſolet, vt Galenus docuit primo aphoriſm. 12. primo prognoſticorum 10. & primo prorrhet. primum morbi inſultum, primam partem totius morbi, nec non tres priores dies: De quo autem principio loquatur in præſenti Hippocrates, non ità certum eſt: nam in primo inſultu, qui penè interdum eſt imperceptibilis, & quando nulla dum habetur morbi cognitio, haud videtur quicquam agi debere, prætereà de primis tribus diebus, vt ſcribit Ariſtotelis tertio polit. capit. 11. cautum erat apud Ægyptios medicinæ parentes, ne quiſpiam medicus antè tertiam diem, quicquam circà ægros moueret, alioquin ſi ij periclitarentur, ipſi plectebantur, quam Ægyptiorum legem, videntur imitati medici à Galeno Diatritarij vocati, qui prioribus tribus diebus nil agebant aliud, quàm quod ægros in conſumata diæta detinebant, Supereſt, igitur vt hic prò principio capiatur prima pars morbi diſtincta ab augumento, ſtatu, & declinatione: quæ pars potiſſimum cognoſcitur cruditate, quaſi velit nos docere, non ſemper expectandam eſſe coctionem, vt dictum eſt primo aphoriſmorum libro, ſed etiam cruda materia exiſtente, aliquando ipſam eſſe tractandam; Quid autem ſignificet hoc in loco vox κινεῖν, vſurpata etiam apud Ægyptios, vt diximus, clarè ſatis explicuit Galenus in comm. qui dixit nil aliud denotare, quàm purgare, interdum medicamentis, maximè autem ſanguinem ducere, cum enim hæc præcipua ſint remedia, quibus vtuntur medici, de ijs potiſſimum voluit monere medicos Hippocrates, quod cætera præſidia, aut nil referat quo tempore adhibeantur, aut quod certum ſit, quando ſint adminiſtranda: nam nulli dubium eſt, quin ratio uictus primum omnium ſit à medico inſtituenda, quippè quæ ad ſolam uitam dirigitur, quæ eſt præcipuus ſcopus à medico ſpectatus, vt ſcilicet uita ſuſtentetur: de balneis, fomentis, vnctionibus, aliiſquè, quæ circà ægrotantes adminiſtrantur, ſimiliter conſtat, hæc ſua determinata habere tempora, nempè quando, aut dolor quiſpiam vrget, aut iam corpus ſit aliquo pacto euacuatum, Porrò quod Hippocrates dixerit, *ſi quid videtur mouendum* ſumma

Nomē principij quot modis uſurpetur.

Aegiptiorum decretum circà morborū principiū.

Quid hoc loci nomine principij intelligendum.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 149 sur 867

©BIUM

ratione fecit, quoniã ut optimè diſcurrit Galenus, non ſemper imò rarò in principio, eſt purgandum, uel ſectio uenę adminiſtranda; cum enim alij morbi ſint lethales, alij uerò ſint ſalutares, alij dubij, ut docet Hippoc. 1. lib. de morbis, certè in lethalibus morbis non eſt quicquam mouẽdum, tum ne interitus acceleretur, tum ne preſidia, atque ars ipſa infammentur. Et Hippoc. in lib. de arte dicere ſolebat, eos qui uolunt à medicis curari κεκρατημένους, ideſt deploratos, ipſos tamquam inſanos curatione indigere, Morbi verò lethales ſtatim cognoſcuntur, quando ſcilicet (vt Hippocrates docet ſecundo prognoſt. circà initium) apparent ſigna lethalia. Porrò de morbis ſalutaribus, atque dubijs, illud quoq; conſtat non ſemper ipſos eſſe in principio remedijs grauioribus tractandos, ſed tunc ſolummodo, quando ſymptomata vrgent, ipſiq. humores in corpore turgent; nam verè dicit Galenus, ſic materia morbifica aliquo pacto euacuata, forè naturam viuidiorem, & fortiorem ad reliquam coquendam, & ſuperandam, atque hæc de prima parte aphoriſmi. Secunda verò eſt, Vigentibus morbis melius eſſe quieſcere, hoc eſt neque purgare, neque ſanguinem mittere, nam ſi motus deſignat ea duo, proculdubio quies contraria motui, contraria illis deſignabit, Iam verò quid ſit uigor morbi, & cur in vigore ſit melius quieſcere opus eſt, videamus. Ακμή, qui latinis uigor interpretatur, apud Hippoc. quandoque accipitur pro qualibet re in ſummo, & eminenti gradu, atque excellentia exiſtente, vt notat Gal. lib. de tempor: morb: quandoquè uerò pro ea ætate, quę omnium valentiſſima eſt: Sæpius uerò pro ea morbi parte, in qua ipſius magnitudo maximè ſeſe oſtendit, quę potiſſimum cognoſcitur ex magnitudine ſymptomatum, quamquam Gal. in comm: dicat in morbis ſalutaribus quandoquè in ſtatu morbum eſſe meliorem, quam in principio, licet ſint ſymptomata peiora, quo tempore inquit mouendum eſſe, ſi oporteat mouere, Cur autem melius ſit quieſcere, in ſtatu quam mouere triplex eſt ratio, vna quia tunc natura eſt circa pugnam defatigata, nec ipſi alia à medicamentis perturbatio eſt adiungenda; ſecunda eſt quoniam tunc natura cum ſit intenta ſuperandę cauſſę morbificę, non eſt ab eo opere abducenda, nec eius uires partiendę, ad operationem medicamentorum. tertia, quia in ſtatu celebratur coctio, quæ non motu ſed quiete perficitur, Vt enim in ſtatu uis animalis ueluti dormitat, ſic uitalis, & naturalis ualidę ſunt, ac propterea uehementer circà coctionem, & morbi victoriam maximè laborant, à quo opere non ſunt abducendæ. At dicet aliquis cur ſcilicet Hippoc. non ſimpliciter præcepit quieſcendum eſſe in ſtatu, verum dicere maluit, melius eſſe quieſcere. Cui reſpondendum, haud abſque ſale cum ſic fuiſſe locutum: ſi quidem non ſimpliciter malum eſt morbis uigentibus, non eſſe quicquam mouendum, imò uerò non deſunt, qui putent, tunc bonum eſſe purgare, propterea quod natura ſponte incitata, ac materia mota magis auxiliatur expulſioni, atque humorum purgationi: ſed hoc quamquam aliquam rationem habeat, nihilominus ſunt & rationes antedictæ, quę contrarium perſuadere uidentur, ut hic quaſi litem hanc diffiniens Hippocrates voluerit dicere, melius eſſe quieſcere, Eſt enim præceptum generale, ab Auicenna quoque commemoratum tunc eſſe medico quieſcendum, quando natura mouet, atque hoc eſt, quod alibi etiam Hippoc. ſ. primo aph. 24. & quarto

Cur in ſtatu melius ſit quieſcere.

Dubit.

Reſpõſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 150 sur 867

©BIUM

aph. 10. in valdè acutis medicandũ esse eadem die, si materia turgeat, & in acutis morbis rarò, atque in principijs esse purgandum, sed cum præmeditatione: Etsi enim tunc haud commodè peccans materia euacuetur, attamen ex purgatione materia imminuta, fit natura validior ad reliqua præparanda & excernenda. Sicut sectione venæ, calor febrilis retusus, in causſa est, quo minus putredo propagetur: propter quod in declinatione haud conuenit, in qua nec est, nec futurus est amplius magnus morbus, à quo mittendi sanguinem indicatio sumitur. Iam verò vtilitas quæ in medicina faciẽda capitur ex hoc aphorismo bene intellecto satis ex sese perspicua est, quoniam docet tempus instituendæ euacuationis, quę est præcipua operatio, ex ijs quas medicus facit, circà ipsos ægrotantes. Verum quia inter medicos fuit, atque adhuc æternalis est, num in principio conueniat euacuare, iccircò modum sedandi lites breuiter afferam, quo possitis esse in hac medicinæ parte implenda securi: quoniam verò modus omnium securissimus decernendi res dubias, sumitur à perspecta ipsius rei natura, eapropter antè omnia scire expedit, purgationẽ seu euacuationẽ per pharmaca (de hac enim potissimum est quęstio) nil aliud esse, quam materię peccantis, vel peccaturę extra corpus educationem, & dixi vel peccaturę, quoniam sępe vsu venit, vt materia antecedens uocata, hoc est, quę nondum peccat, sed aliquantisper uitiata, & ad peccandum parata est, ueniat educenda, quod opus partim pręseruatorium, partim curatorium est. Modò eductio extra corpus fit per plures uias, ut docet Hipp. lib. de glandulis uerum quę familiarissimę, & usitatissimę omnium existunt, uomitus sunt, & egestio per aluum; dico uomitum familiarissimum, atque usitatissimum, quoniam ueteres in ęgritudinibus frequenter à medicis per uomitum purgabantur, licet tempestate nostra huiuscemodi consuetudo penè desierit, aut saltem magna ex parte, Vomitus non solum in initio, & in augumẽto, uerumetiam in statu conuenit, modo naturę ad eam partem inclinatio appareat: Sic namque in initijs febrium, quando uomendi appetitus adest, solet medici eam euacuationẽ moliri, atq; iuuare, & in libro quinto ac septimo Epid. habetur infernè purgandum esse, ubi iam anxietates dolores, aliaq. symptomata conquieuerint, supernè autem, vbi similia accidentia torquent, nempè quod tunc humores sua sponte sursum moti facilius per medicamenta, auxiliante natura euomantur, Sic namque Mnesanactes, & Cleochus in statu, & incremento morbi, per Elleborum purgati, penitus à morbo sunt liberati, ut narrat Hippoc. eodem septimo Epid. Cæterum de purgatione per aluum est maius dubium. Nam est certa lex. 1. aphor. tradita, solum concocta esse purganda, coctio autem nunquam fit initio, sed in statu morbi, vt propterea uideatur potius in statu, aut saltem in eius fine euacuari oportere: Verum breuiter ità decernendum puto, vbi materia ob nimiam sui copiam tantum peccat, esse eam plenè euacuandam, ut protinus morbi fomes tollatur: vbi verò peccat quantitate, & qualitate, ipsam esse minuendã, quo natura exonerata, reliquum superare queat, Atqui si sola qualitate peccet, aut etiam copia; ac vel aggrauans, & suffocans, vel furiosa & turgens sit, vel venenosa, vel principem aliquam partem infestans, statim quoque educenda est, nec tantum minuenda, verumetiam plenè, seu (vt aiunt) eradicatiuè expurganda; cum enim repentinum interitus periculum imminеat,

An ẽ principio conueniat euacuatio.

Quãdo supernè, aut ĩferne purgandum.

Solutio difficultatis.

mineat, multò tutiùs eſt euacuando periclitari, quam ægrũ certò exitio dimittere: atque ſic quod ad principium pertinet. De ſtatu autem ſecùs paullò ſtatuere conuenit, nam (vt retrò dicebam) ſimpliciter natura ab coctione, cui maximè ſtudet in ſtatu, haudquaquam eſt declinanda, Verum illud eſt diligenter conſiderandum, vtrum morbus ſit ex ijs, quos ſpes eſt fore per criſim finiendos, an non: ſi enim ſit, & vires ualeant, proculdubio totum opus eſt ipſi naturæ permittendum, ſin autem uires imbecillę ſint: tunc medicamento expurgandum, atq; hoc voluit ſignificare Auicennas, quando in prima quarti cap. de cura feb. putrid. in generali dicebat, *ſi non mouet natura, moue tu hora motus eius*. Cęterùm ſi morbus non ſit ex eis, qui per criſim finiri conſueuerunt: aut natura eſt potens euacuare, aut non: ſi non ſit potens, tunc etiam in ſtatu licet mouere, & materiam imminuere, quo poſſit imminuta melius coqui & deindè expurgari, Atque hæc ſunt, quæ medicus diligenter animaduertere debet, & quod Hippoc. monere uoluit, quando dixit, *ſiquid mouendum eſt, & cum præmeditatione, illud eſſe faciendum*, ſic enim curans medicus minimè errabit.

---

30 *Circa initia, & fines, omnia imbecilliora, cum verò conſiſtunt, fortiora.*

PLERIQVE interpretes putant hunc aphoriſmum, eſſe ueluti germen quoddam antecedentis, aut potius illius ſententiæ comprobationem, imò etiam Galenus, qui breuiſſimus fuit in ipſo exponẽdo, eam uidetur habuiſſe opinionem, ut & in ſuperiori commentario: quaſi utriq; ſint ſimul connectendi, atque hunc in modum faciẽda ratiocinatio, Initio morborum mouere oportet, ſi quid mouendum, & in ſtatu quieſcere, quoniam in principio, & fine omnia imbecilliora ſunt, in ſtatu uerò uehementiora, cum enim tunc medicus agere non debeat, quando natura agit, ſed omnia pacatiora ſunt, certè non in ſtatu, ſed in principijs, medicus mouere debet? quæ uerò ſint illa, quę in ſtatu ſunt uehementiora, & in principio, atque fine debiliora, declarans Galenus, ait eſſe paroxyſmos febrium, uigilias, dolores, anxietatẽ, ſitim; ſicuti diſpoſitiones à quibus hęc ſymptomata fiunt, neceſſe eſt, in ſtatu ſint meliores, in ijs qui ſeruari debent. Cęterum ipſe puto non modo eſſe ueluti probationem antecedentium, verumetiam ſeparatam quandam ſententiam, ſcilicet dogma, quo docetur in uniuerſum in initio, & in fine morborũ cuncta ſymptomata eſſe leuiora. Circà quàm ſententiam oritur dubium, quia in principijs paroxiſmorum febrium interpollatarum, ſæpenũmero accidentia ſunt multò ſæuiora, quam in ſtatu, ueluti vomitus, anxietas, ſomnus, rigor, &c. prętereà non uidetur verum, quod ait Galenus diſpoſitionem facientem ſymptomata, eſſe meliorem in ſtatu, ubi ſeruandi ſunt ægri: Etenim ſi ſymptomata ſunt effectus ipſorum morborum (ut nerè ſunt) atque ſemper ij ſequantur ſuas cauſas, ijsq. minorem uim habeant, dubio procul rationi conſonat morbos in ſtatu, debere eſſe deteriores, nõ autem meliores, cum accidentia ſint grauiora; Prętereà Hippoc. 2. aph. 47. dicebat in puris generatione, quę fit in ſtatu, dolores, ac febres fieri maiores: igitur & morbi tunc maiores. Ad primum dicendum eſt ſymptomata poſſe dupliciter conſiderari,

Connexio & ſcopus ex mente Galeni.

Authoris ſententia.

Dubitatio prima.

Altera dubitatio.

Solutio primæ dubitationis.

©BIUM

siderari, uel secundum facultates ipsas corporis, vel secundum ipsius materiæ morbificę condiciones: si primo modo considerentur, certè initio, & in fine sunt cuncta mitiora, si quidem in principio nondum facultates naturalis, & animalis sunt multùm labefactę, in fine uerò, cum resurgant à pugna recreantur, at in statu in quo maximè in decertando laborant non parum franguntur, adeò vt tunc si respiciantur facultates, planè cuncta esse grauiora uidentur in ijs, qui seruandi sunt. sin autem considerentur symptomata, quę materiæ morbificæ agitationem consequuntur, ea semper initio sunt grauiora, cum agitetur vehementer, necdum à natura uinci incipiat, ut fit in statu: sic enim in febribus pituitosis, sæpè initio ueluti natura suffocatur, & maximè uiolatur, etiam si ualidior existat, Sed instabit adhuc aliquis de facultate naturali uentriculi, & motrice, quę in fine morborum languidiores, & magis læsę sunt, ut non uideatur uerus aphorismus de his. Cui respõdendum est, si cõsideretur essentia facultatum, quæ posita est in temperamento, sanè meliorem etiam in fine esse, quoniam tẽperamentum quod in statu erat maximè uiolatum, multò minus est in declinatione, sin uerò considerentur effectus, sic possunt esse deteriores, cum sint minonores, & infirmiores ob anteactam pugnam: atque hæc est ratio cur in declinationibus sæpè, & appetentia, & coctio uentriculi sint deteriores, ita ut ijs medici succurrere cogantur, imò dicebat Galenus in lib. de crisibus semper in quibuslibet febribus stomacum infirmiorem reddi, etsi suaptè natura sit frigidus neruosus, & carne priuatus, ob quæ alicui forsan videri posset eum debere à calore febrili quodammodo corroborari, sicut iuuamentum percipit à rebus calidis sibi approximatis tàm intus, quàm extrà. Ad secundum de Gal. dicto, non est sane facile respondere: aliqui enim dicunt differre morbum meliorem, aut deteriorem à morbo magno, vel paruo; ac propterea in seruandis, morbum à Gal. meliorem dici, non minorem, quia tunc incipit vinci & propterea fieri mitior. Sed non valet hæc responsio, quia morbus magnus dicitur tripliciter (vt Gal. 4. & 6. meth.) vel ob læsionem facultatis corpus gubernantius, vel ob magnitudinem accidentium, vel prauitatem. In statu est magnus morbus ob vehementiam symptomatum, atque etiam ob læsionem facultatis gubernantis. Quare non facile videtur esse hunc nodum dissoluere, eo maximè, quod bis idem repetit Gal. s. in antecedente, atque in præsenti commentario, & (quod maximum reputo) addit illud esse necesse, scilicet, vt morbi faciẽtes symptomata, sint meliores in statu, licet ipsa accidentia sint vehementiora. Dicerem autem ipse morbum dupliciter considerari posse, vel secundum sui essentiam, vel secundum effectus, atque vel in comparatione ad alia tempora, vel in comparatione ad ipsa symptomata. Si consideretur secundum sui essentiam, quę est dispositio prętternaturam lędens, &c. in comparatione ad principium, est minor in statu, quia tunc minus lædit actiones naturales, scilicet coctiones materiæ morbificæ, quę tunc fiunt, secus quàm in principio, quando materia est pœnitùs cruda, ac propterea coctiones læsę: sin autem morbus consideretur secũdum sui effectus, planè, in statu est maior, quoniam tunc, uirtus maximè agitat materiã, vt eã superet, ac ex magno illo certamine vehemẽtia accidẽtia necessariò contingũt. Porrò vtilitas aphorismi in medicina facienda est, quia docet medicum tempus euacuandi

Instantia.

Responsio.

Ad 2.

Morbus magnus, quot modis dicatur:

©BIUM

euandi, aliaq. circà ægros efficiendi, quando ſi tũc debet medicus operari, quando magis habet naturam auxiliatricem, atque hæc tunc potentius auxiliatur, quando nec conſternata, nec aliò abducta eſt, ſequitur tempus operandi eſſe potiùs circa initia & fines, quam in ſtatu, quando nec ità labefactata eſt, nec circà materiam, & ſuccos euincendos occupatur, veluti eſt in ſtatu.

---

31 *Eius qui ægritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum.*

CARERE hunc aphoriſmorum librum eo ordine, qui alioquin potuiſſet ſeruari, ac propterea quaſi ſeparatas interſe ſe ſententias eſſe, ac verè dici græcę aphoriſmos, ſatis aliàs dixi, & nunc quoque à Galeno ſignificatur, qui dicit hunc locum non conuenire præſenti ſententiæ, ſed potiùs debuiſſe & ipſum & ſequentem poni ſuprà, poſt illum aphor. *ſi quis ex morbo cibum capiens non corroboretur, &c.* ſicut etiam non malè cum eo collocaretur, qui dicit *impura corpora, quanto plus nutries, tanto magis lædes*: Eſt autem ſententia indiuiſibilis, & prognoſtica, atque etiam curatoria, ac de corporibus loqui neutris conualeſcentiæ, certum eſt. Verum circà ipſam alioqui breuem, & breuiter quoque à Galeno explicatam, tria ſunt examinanda: Vnum eſt quare hanc nobis reperierit Hippoc. ſententiam; ſi quidem videtur eadem eſſe cum habita hoc eodem lib. aph. 8. aut ſaltem omninò parum diſſimilis, Alterum eſt quid ſignificet particula μοχθηρόν. Tertium quæ ſit cauſſa cur bene cibari, & non proficere, ſit malum. Circa primum Sciendum eſt Hippocr. qui ex longa obſeruatione ſua hæc placita conflauit, conſueuiſſe omnia ità diligenter obſeruare, vt vnãquamquè minimam rerum diſſimilitudinem adnotaret; poſtquam, & ipſe & Plato, ac Galenus, ſecundum ipſorum placita, tanti fecerunt ſimilitudines, atque diſſimilitudines rerum; Igitur cum vidiſſet in ijs, qui ex morbo conualeſcentes, & cibum aſſumẽtes non aquirunt integram ſanitatem, aliquid diſcriminis, iccircò id totum dicere voluit, tamquam non exigui ſit momenti, ad medicinam faciendam; Iam uerò diſſimilitudo harum ſententiarum, licet non ità euidenter appareat, duplex tamen eſt, una quia in priori, inquit ſi quis ἐν ὑγιεῖ, hic uerò ait ἐξ ἀῤῥωστίης, iam verò omnis morbus eſt ἀῤῥωστία, quia nullus morbus facit robuſtos ægrotantes, Sed non è conuerſò omnis ἀῤῥωστία, eſt morbus, quia multi ſunt non robuſti, & debiles, qui tamen nondum uero morbo laborant: adeò ut hac ratione ſit hęc ſententia priore uniuerſalior, ac propterea poſt ipſam propoſita, quaſi id Hippoc. non ſolum in ex morbo conualeſcentibus, uerum etiam ex qualibet alia imbecillitate uerum probauerit: Et certè ubi quis bene nutritus perſeuerat in imbecillitatẽ malũ eſt, Altera differentia eſt, quoniam in priori ait τροφὴν λαμβάνων, ideſt cibum capiens, hic autem dicit ἐυσιτέοντι, ideſt bene ſeſe cibanti; At cibum ſumere, eſt quid uniuerſale, bene uerò cibari eſt debita copia, qualitate, & tẽpore alimentũ capere q. fieri nõ poteſt abſq; cupiditate, & appetentia. Tertium diſcrimen eſt, quoniã in octauo aphoriſmo dicitur μὴ ἰᾶται, ideſt non fortis euadat, hic uerò ait μηδὲν ἐπιδιδόναι, ideſt nihil proficere; modo non parum differt, non eſſe robuſtum & nihil proficere, Si quidem

Quædam ſcitu neceſſaria prò preſentis aphoriſm. intelligentia.

Primum.

cum

©BIUM

cum in mala ualetudine perdantur carnes, uires, & color, fieri poteſt, ut aquirantur carnes, ſine uiribus, & colore, & è conuerſo, vt uires ſine alijs: at nihil proficere eſt, neque recuperare carnes, neque colorem, neque uires, undè grauius malum eſt. Poſſumus adijcere, & quartam differentiam, ſcilicet quod in illa dicitur ſignificari cibi plus capi, quam deberet, hic uerò ſimpliciter dicitur μοχθηρόν, ideſt prauum. Atqui non parum diſtat eſſe malum, & plus ali, quàm conueniret; imò ſi benè cibari, ſignificat non errare circà cibum, planè aliud malum hic ſignificari uidetur, ubi ſupponitur, non errari. Porrò quid ſignificet μοχθηρόν, quod ſecundo propoſueram uidendum, & quod non ità frequenter uſurpatur ab Hippocrate, breuiter dicendum has tres uoces reperiri apud ipſum. κακὸν, πονηρὸν, μοχθηρόν, & quamquam poſtrema uox de malis animi, & flagitioſis uiris potiſſimum pronuncietur, ſicut ſecunda de laboribus corporis; attamen puto hoc in loco perindè ſignificare, atque malum penès latinos, quod non ut cauſſa, ſed ut ſignum ſit; imò uerò poſſumus etiam dicere eſſe malum, ut cauſſa, quoniam ubi nil proficitur, in carne, & uiribus, ſemper deteriora ſymptomata ſequuntur. Demum cur nil proficere, ſit malum ſignum, cauſſa eſt, quoniam, cum id non proficiſcatur ab errore externo, præſertim circà cibum, oportet, vt oriatur à vitioſis ſuccis in corpore exiſtentibus, qui non modo facultatem coctricem iocinoris, & venarum contaminẽt, verumetiam alimentum coinquinent, ità vt ineptum omninò reddatur, ad reſtituendas carnes, uires, atque colorem: Eſſe autem in corpore adeò uitioſos ſuccos, qui vincant calorem natiuum, ſeu (ut ait Galenus) facultatem corpus gubernantem, necnon inquinent alimentum certè malum eſt, ſic enim ait Hipp. 4. de morbis, corpora emaciari: Docet itaque hic aphoriſmus, vbi homines perſeuerant in uirium infirmitate, àc tamen rectè cibantur, culpam non eſſe in cibis, ſed potius in uitioſis ſuccis redundantibus, àc ob id, eos eſſe è corpore, per medicamenta tollendos, aut ſi reduci queant ad benignum, eſſe corrigendos; & hoc eſt ueluti ampliatio quædam octaui aphoriſmi, in quo dicebatur, *Quod ſi non aſſumente cibum hoc accidat ſcire oportet purgatione indigere*, nunc autem quaſi præcipitur (etiam ſi rectè cibum capiant) nihilominus eſſe purgandos, modo nihil proficiant.

Secundũ.

Tertium.

---

32 *Omnes ferè qui male ſe habent circa initia bene cibati, nec quicquam proficientes, circa finem rurſus cibum non appetunt, qui verò circà initia cibum valde non appetunt, poſtea bene appetentes, ij melius euadunt.*

Continuatio & ſcopus.

QVI putant præſentem aphoriſmum non modo cõnecti ſuperiori, verumetiam eſſe veluti quandam illius partem, haud malè ſentiunt: ſi quidem quod Hippoc. antea dixerat in uniuerſum, ſi quis rectè nutritus non reficiatur quicquam, eſſe malum, nunc illud magis explicans, docet quo tempore id ſit magis, & quo, minus malum; Diuiditur verò tota ſententia in duas partes, Prior eſt; *Omnes ferè qui male ſe habent circa initia bene cibati, nec quicquam proficientes, circà finem rurſus cibum non appetunt.* Secunda eſt: *qui verò circà initia cibum valde non appetunt, poſtea bene appetentes, ij melius euadunt.*

Iam

©BIUM

Iam verò circa primã partem notandũ eſt, ſtatim Hipp. dixiſſe *vt plurimum*, quoniam obſeruauerat haud quaquam ſemper veram eſſe ſententiam, ſed plerumq; nam interdũ contingit, vt qui malè habentes initio, nec ex cibi ſumptione proficientes perſeuerẽt vſq; in finẽ cum appetẽtia cibi, eo quod humores prohibentes reſumptionẽ ſint longè à ſtomacho, ac propterea vim illius appetitricẽ minimè lædant. Quid intelligat Hippoc. per οἰφαυλως ἔχοντες, certè dubitari poſſet. Sed mihi placet qđ aliqui interpretes exiſtimant ea verba eſſe accipienda, non de ægrotãtibus, ſed cõualeſcentibus, adducti eo potiſſimum, quod initijs morborũ nunquã expetatur refectio, vt in principio cõualeſcentiæ: cui etiã poſſumus, & illud addere, qđ cũ dicat rurſum eos malè cibum ſumere, ſupponit anteà quoq; (hoc eſt in morbo, quo iam defunctus eſt æger,) inędia laboraſſe, præterquam qđ uox φαύλον, vt notat Gal. 1. de fract. 19. & 46. ſignificat veteribus non ſolũ malũ, verumetiam ſimplex & exacto contrariũ, perindè ac ſi dicere voluerit, eos, qui nõ integra valetudine fruuntur, ſed veluti in medio ſanitatis, atque ęgritudinis ſunt conſtituti, &c. In initio cõualeſcentiæ ſolent complures cibum ſumere, & ſimul ẽt uires, atq; habitum priſtinũ recuperare, vt ait Alex. 2. prob. vbi ſcribit febrientes ſitire ob caloré, nõ fameſcere, ob vitioſos ſuccos: cõualeſcẽtes uerò appettere, quia humores praui ſunt cõſumpti, qđ ſi non recuperẽt, nec quicquã proficiant, ſignũ eſt alimentũ, vt deceret nõ coqui, vel ob facultatis coctricis, (quę poſita eſt in temperamẽto) vitiũ; vel ob errorẽ externũ, hoc eſt, ob prauos humores in corpore redundãtes ut loquitur Gal. 3. de cauſſis ſympt. cap. 1. & ſecũdo. Verũ illud conſideratione dignum eſt; cur non dixit Hipp. hoc eſſe malum, ſed maluit dicere. *In fine rurſum cibum non capiunt*: Ego certè non puto ſine aliqua ratione hoc feciſſe ſapientiſſimũ ſenẽ, & eſt, quia licet, ex eò alia mala ſequi poſſint, illud tamen eſt maximũ, qđ tandẽ iterum appetentiã perdunt, & malè aluntur; nã recidiua inappetentiæ eſt ſuaptè natura mala, ſicut omnẽ damnabant Hip. & Auic. adhæc multò deteriùs eſt non ſumere cibum (iam fractis uiribus à morbo antecedente, & à conualeſcentiæ non bonæ longitudine,) quàm in principijs morborum: ut ob hæc omnia maluerit Hippocr. ſic loqui, quàm ſimpliciter dicere malum eſſe, Cauſſa porrò ob quam iſti tandem magna ex parte iterum in conualeſcentia cibum non rectè ſumunt, duplex eſt, vna eſt, quę etiam facit ne reficiantur, ſcilicet, quod cibum ſumentes eum corrumpunt, vel ſaltem non coquũt vt deceret in ventriculo: cruditates aũt continuatę tandem malam intemperiem inducũt, uel ſimplicem, vel humoribus coniunctã, à qua ciborum appetentia, & aſſumptio impeditur. Altera cauſſa eſt, quod in conualeſcẽtia ſemper calor ventriculi infirmior eſt, q̃ antè morbũ erat, vndè cibus, qui forſan aliòquin moderatus uideri potuiſſet, tũc nimius ſumitur, atq; ſic languidus calor tandem obrutus copia cibi improportionata, indies magis lãgueſcit, donec labefactatus demũ appetentiã imminuit, atq; hæc de prima parte. Circà Secundam illud quoq; eſt animaduertendũ non ſine ratione dixiſſe ἀσιτέοντες ἰσχυρῶς, i. fortiter abſtinentes quoniã non eſt uerũ ſimpliciter initio nõ appetentes, & poſt bene cibũ ſumẽtes melius liberari, ſed tantũ eos, qui fortiter: & ratio eſt, quia ferè ſolẽt ægri initio cõualeſcentię malè cibum ſumere, ob anteactum morbum, & ob aſſumpta medicamẽta, qui tamẽ interdũ ſic ægrè liberãtur, atq; valdè cibos reſpuũt, cum autẽ id à magna cauſſa proficiſcatur, ſignũ eſt (vbi poſtea bènè aluntur) eã cauſſam

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 156 sur 867

©BIUM

penitùs fuiſſe expugnatam, vndè quoque faciliùs, & perfectiùs liberantur: id quod etiam voluit intelligere Celſus, quando lib. 2. cap. 3. dixit cupiditatem cibi vel à principio ſeruatã, uel poſt cibi faſtidium factã, eſſe inter bona indicia: præterquàm quod, qui initio conualeſcentię malè appetunt, non errant in ciborum ſumptione, undè benefitio naturæ melius liberantur cum appetitus reuertitur.

Conualeſcẽtia quotuplex; et quibus de cauſis appetitus in ea proſternatur.

cum enim duplex ſit conualeſcentia uera, & non uera, ſ. in qua non eſt plenè extinctus morbi fomes, In vtraq; proſternitur appetitus, aut propter debilitatẽ virtutis attractiuę membrorũ, aut ob multitudinẽ humorum & in uenis, & in uentriculo coaceruatorũ, aut ob oris uentriculi ſenſus obtuſionẽ inductã ab aliqua intẽperie, uel ſimplici, vel materię cõiuncta, Conducit notitia huiuſcè aphor. ad prognoſim primò cum doceat de cõualeſcentib. ferre iudiciũ, qñ faciliter, & bene, aut ſecùs ſunt ad priſtinã ſanitatẽ reuerſuri, Deindè cõfert ad eã partẽ medicinę curatoriã, quę reſtauratiua nuncupatur, & quę debetur potiſſimũ conualeſcẽtibus, qui ſi uerè conualeſcentes ſint, nõ affatim & multum nutriendi ſunt, ſed

Innappetẽtia inconualeſcentibus verè magis expetenda: & cur.

paullatim addẽdo, pro ut uires recuperãtur, & in hoc caſu ſoleo potiùs amare, vt cõualeſcẽtes minus appetãt, quã plus, quoniã pleriq; eorũ, qui reſurgunt ab ęgritudinibus cum appetẽtia magna ſolẽt, vel recidere in ægritudines, vel diù durare imbecilli, quod ob appetentiã plus cibi ſumãt, quã cõcoquere ualeant, atq; excremẽta plura accumulẽt, Sin autẽ ueri conualeſcentes non ſint, in abſtinentia adhuc detinendi, ut relicti humores conſumantur, aut adhuc expurgandi, nè ſcilicet morbus renouetur, quæ omnia ſatis luculenter docuit Auic. ſecunda quarti tract. 1. vbi quomodo ſint conualeſcentes gubernandi tractat.

---

33 *In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad illa quæ offeruntur, bonum, contrà verò ſe habere, malum.*

PRÆSENTEM aphoriſmũ eſſe purũ dogma prognoſticũ, nemo ambigit, Et nulla ferè ſententia eſt æquè in ore cunctorũ medicorum, atq; hæc nẽpè quę docet medicos iudiciũ ferrè de bonitate, & malitia ex certis duobus ſignis ad animũ, atq; corpus pertinẽtib. etenim ſi quodpiã reperitur vmquã qđ aliquid certi promittat illud eſt, qñ ægri bene ualẽt mente, atq; cibũ promptè accipiũt, quod nullus grauis morbus ijs ineſſe queat, in q̃bus hęc duo reperiãtur. Eſt aũt ſimplex ſentẽtia abſq; ulla cauſſę aſſignatione, quaſi Hipp. exiſtimauerit eã nulla cauſſę aſſignatione egere, ob euidentiã, ac à cunctis penè teſtatam uſu, & ratione ueritatẽ, Cõtinuatur cum ſuperiorib. quoniã cum uariè locutus ſit Hip. de

Continuatio.

appetẽtibus cibum, ac interdũ uideatur dãnaſſe appetentiã, ne res ex toto in ambiguo relinqueretur, hoc vniuerſaliter uoluit aſſeuerare, perindè ac ſi hũc in modũ loqueretur, licet ex appetẽtia & ciborũ ſumptione uaria ſequãtur, ità ut interdũ uideatur appetitus improbãdus, illud tñ eſt perpetuę ueritatis, ſemper bonum eſſe ubi ęgrotãtes mẽte ualent, & cibũ alacriter ſumunt: contrariũ verò eſſe malũ Et notandũ eſt nõ debere ſeparatim ſententiã intelligi, quaſi uera ſit ſemper ubi uel mẽs cõſtat, uel cibus appetitur, & ſumitur, at cõiunctim: quandoquidẽ uidẽtur ſępe periclitari ęgrotãtes cũ altero tantũ horũ duorum ſignorum, & ſicut de bono cõiunctim intelligendũ, ſic etiã de malo: quoniã ubi hęc duo iungũtur, ut mẽs erret, atq; cibi reſpuãtur, ſemper malũ eſt. Verũtamẽ illud aduertendũ, quod etiam prudẽter monuit Gal. bonũ, & malũ nõ hic ſignificare interitũ, uel ſaluté,

Scopus.

quan

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 157 sur 867

©BIUM

quandoquidem quotidie videmus ægrotantes(etiam cum hiſcè bonis ſignis)interire, & cum contrarijs ſeruari: Verùm ſignificant, quod quantùm ſit ex ipſis ſemper bona ſunt, uel mala: licet alia poſſint adijci, quæ ipſorum ſignificationem alterent; Nam illud uerum eſt, quod ex prognoſticis Hippocratis colligitur, ſemper ſigna mala plus habere malitiæ, quam bona bonitatis, propterea què tutiùs de illis iudicari; id quod forſan intelligere uoluit Plinius quãdo lib.7.cap.51. dixit, mortis innumerabilia eſſe ſigna, ſalutis uerò, & ſecuritatis nulla, Modo ad examen accedamus. Dicit Hippocra. *in omni morbo*, quia ſi hoc uerum eſt de morbis cunctis, multò magis uerum eſt etiam in conualeſcentia, de qua nuper fuerat locutus. Iam uerò τὸ ἐρρῶσθαι τὴ διανοιαν, ideſt ualidum & firmum eſſe diſcurſum dicitur, non ſimpliciter, ſed eo pacto, quo erat in ſanitate; nã qui non multum ualẽt ingenio, atque memoria, dum ſani ſunt, quid expectandum, ut in aduerſa ualetudine, melius diſcurrant? imò hoc ſi facerent, potius eſſet damnandum, quod contrà conſuetudinem, & naturam eſſet, ſicuti magnopere damnatur ab Hipp. in prorreth. & Coacis prænot. ubi quiſpiam in ſanitate moderatus, & probis moribus præditus, in ægritudine turpiter, & immodeſtè ſe ſe gerat, tàm in ſermone, quam in operationibus. Bene ſe habere πρὸς τὰς προσφορὰς, ideſt ad exhibitiones, interpretatur Galenus ad ciborum tantum oblationes, Alij putant etiam intelligendum eſse de medicamentis, quæ intus ſumuntur, modo addatur dictioni, conſuetudo, quaſi difficilius, ſolito in ſanitate ſumere medicamenta ſit malum, & bonum, ſumere ſecundum ſanitatis conſuetudinem. Ego uerò puto prouoce τὰς πρόσφορὰς, intelligendũ non modo cibum, & quæ ſumuntur ore auxilia, verumetiam cuncta ea quæ fiunt circà ægrum, nam uox προσφέρεσθαι, & τὰ προσφαρόμενα, & προσφέρειν, ſignificare cuncta, quæ adhibentur ægris præſidia, manifeſtè ſignificauit Hippocrat.lib.3. Epid. ægr.5. poſt conſtit.peſtil. quando dixit τὴ προσφερομένων ἐδὲν ὠφέλει, & tertio in tertiũ Epid.tex.55. dicens, quod omnes difficiliter ſe habebant τοῖς προσφερομένοισι. Galenus dixit prò adhibitis eũm communiter intellexiſſe omnia auxilia, propriè verò cibos, & potus; id quod etiam alibi ſcripſit, & prę ſertim primo de victu acut.4. vbi προσοισιὰ uocat τὰ προσφερομενα, quemadmodum & alibi; Itaque non mihi uidetur alienum exiſtimare etiam hoc loco Hippocratem accepiſſe, pro *ijs, quæ adhibentur*, cuncta præſidia: quandoquidẽ vbi ægri promptè ſeſe habent, non modo ad ſuſcipiendum cibum & potum, verumetiam ad aliorũ auxiliorum adminiſtrationem admittendam, eſt bonum, & ut ſignũ, quia ſignificat facultatẽ naturalẽ benè ualere, quę eſt in corpore uenticuli, famulãti animali potẽtię: & vt cauſſa, quia ut ait Hip. initio prog. ille medicus plures ſanat, q̃ ęgros εὐπειθεσερις, i. magis obediẽtes habet: ſic ẽt initio aph. dixit oportere ægrũ ſeſe pſtare obſequentẽ, alioquin parũ boni ſperandũ eſt de ijs, qui ad remedia admittenda ſe ſe difficiliter habent, ut in ea peſte contingebat, cuius nuper meminimus: neq; valet quod dicunt aliqui neminem appetere remedia, quoniam bene ſe habere non ſignificat appetere oblata, ſed admittere. Verùm circà uocem ἀγαθὸν, i. bonum, & κακὸν, i. malum memoriæ mandandũ eſt, quod ſcribit, hoc intelligendum eſſe (vt dicebam) quantum ſit ex ſeipſo, & ſimpliciter: etenim ubi de morte, uel ſalute eſt iudicium proferendum, non hæc

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 158 sur 867

©BIUM

ſola duo ſigna ſunt attendenda, ſed omnia ſimul debent conferri, & diligenter conſiderare vtra ſuperent, an quæ ſalutem, an quę interitum promittũt, & ſecũdum ſuperantia iudicare, atq; prædicere: quemadmodum in ſecundo prognoſticorum docuit Hippocrates. Porrò, cur hæc duo ſint ſigna bona, lucullenter & diſertè admodũ explicuit Galenus in comm. vbi ſcribit, quod mente integra exiſtente, ſignum eſt bene ſe habere cerebrum, eiuſquè membranas, & amplius ſpinalem medullam, totumq. neruoſum genus, & maximè quod ipſi cerebro, eſt proximum; quemadmodum vbi promptè ſeſe habet æger ad cibum, & potum, ſignum eſt bene valere ventrem, iecur & maximè ipſius ſtomachi os, quod appellat more veterum, καρδίαν. ſed dubitabit aliquis, cur non etiam hic inter bona ſigna repoſuit, corporis agilitatem, ſicut fecit in prognoſt. cui reſpondendum eſt tacuiſſe, quia facultatis motricis leſiones, quantum ſint ex ſeipſis, parum momenti habent, & ad ſignificandum, & ad cauſſandum: ſi quidem ægrotantes maxima ex parte egent potiùs conſummata quiete, quàm vllo motu; & licet hic Galenus prò bono vel malo, videatur ſolummodo eſſe interpretatus, ſignum: attamen quod alijs video placuiſſe, nec mihi diſplicet, quia verè multorum bonorum eſt cauſſa, ipſis ægris, tum conſtantia mentis, tum maximè promptitudo, & facilitas in ſumendis cibo, & potu, ſimulquè alijs auxilijs admittendis: veluti è couerſò malum ſignum, & peſſima cauſſa eſt, vbi ęgri mente errant, cibos, & potus auerſantur, nullumquè præſidium circà ipſos admittere volunt, & ſi videatis ægros in primò, ac tertiò Epid. ab Hippocrate commemoratos, omnes planè interierunt, quia delirabant, & malè ſe habebant circà oblata. At percunctabitur aliquis utrum quando unum ex his ſignis bonis deeſt, deteriùs ſit delirium, an circà cibum, & reliqua adhibenda, difficultas. In hac difficultate, Iacob doctiſſimus cõciuis meus, putauit omninò deteriùs eſſe malè ſe ſe habere ad cibum, & potum, quàm delirare, quoniam ad vitæ vſum, & conſeruationem plus valet facultatis naturalis, quam animalis incolumitas: & certè quotidie videmus inſanos (modo rectè cibum, & potum ſumant,) diutiſſimè durare, è contrà autem, qui diù ſinè appetitu, & difficiliter cibos capiunt, rarò fit, quin citò ad alios peiores morbos, & tandem ad interitum tendant. Sed contrà hanc opinionem ſunt primo exempla complura commemorata ab Hippoc. in 7. Epid. nam etſi Eydis filius cibum caperet, nihilominus delirans, mortuus eſt, ſimiliter Hermoptolomi vxor delirabat, & mortua eſt, licet auidè ſumeret cibum, & potum: Eſt, præter exempla, & ratio, quia vbi mens diu turbata manet, in conſenſum facilè trahit os ventriculi, & inappetentiam inducit; non autem è conuerſò, etſi diù inappetentia duret, propterea mens vitiatur neceſſariò: cum quotidie obſeruentur, qui diutiſſimè viuunt, & ſine appetentia, & cum mentis integritate. Accedit, & illud, quod Galenus comparans facultates interſeſe, aliquando videtur omnibus præferre uim animalem. Prò reſſolutione huiuſcè, nec ignobiles, nec inutilis problematis dicendum puto, hic Hippocratem, non ſimpliciter de delirio, atque inappetentia ſermonem habere, ſed tantummodò de ijs, quæ ſunt alijs morbis coniuncta, hæc uerò, aut ſunt continua, aut ſunt interpollata, & uel ſunt coniuncta morbis acutis, uel diuturnis; Si loquamur de continuo delirio, certè illud deteriùs eſt, quàm continua inappetentia, eo quòd maximè uio-

Dubitatio. *Reſpõſio.* *Quæſitũ.* *Iacobi Fo-roliui: opinio.* *Solutio.*

latum

©BIUM

latum esse cerebrum significatur, quod magis refert ad uitam, quàm os uentriculi, aut quæpiam alia pars naturalis, & illud experimentis quotidianis compertum est, multò citiùs exitium afferre delirium continuum, quàm inappetentiã, quo delirio uix fieri potest, quin etiam aliæ facultates labefactentur: Ceterùm de febribus continuis, & interpollatis uidetur alia ratio, quoniam si inappetentia in diuturnis morbis conferatur cum delirio interpollato, deterior est, quod illud fiat per consensum, non autem essentialiter affecto cerebro: idem etiam dicẽdum est de morbis acutis, in quibus inappetentia deterior est, quàm delirium siuè continuum, siuè interpollatum: Etenim proprium est acutorum morborum afficere cerebrum, & consequenter delirium inducere, non autem statim inappetentiam facere, nisi magna adsit labes, aut tetra humorum proluuies in stomacho, haùd secùs quoque uidetur de sexibus, atq; ætatibus esse distinguendum: quoniam in mulieribus, minus mala est inappetentia, quam delirium, eo quod soleant faciliter mulieres, ob uteri vitia in eam incidere. Sic in pueris quoque deterior est inappetentia, quàm delirium, contrà in iuuenibus, viris, & senibus delirium est peius: sicut in morigeratis, ut Hipp. in coacis, & prorrethicis nisi tamen, de valdè decrepitis loquamur, quos facilè, & quasi suaptè natura delirare constat, vt iure dixerit Aristot. 7. polit. secundo, esse quemadmodum corporis, ita quoque & διανοίας τ̃ γηρας. Vtilis est aphorismus in primis ad prognosim, cõsequenter etiam ad curationem: eò quòd doceatur medicus, vbi ęgri delirant, & inappetentia laborant, esse enitendum, vt ea symptomata auferantur nempè, quæ habeant quoque rationem causarum morbificarum, atque si durent, alia peiora inducere consueuerint.

Loco huius aphorismi ponẽdus est aphorismus 34. qui incipit. In mortis minus period. &c.

35 *In quouis morbo partes ad umbilicum, & imum uentrem attinentes, crassitudinem habere melius est. Multum verò extenuari, ac contabescere, prauum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes periculosum.*

Connexio.

Scopus.

DIXERAT Hippoc. mente cõstare, & bene cibum sumere esse bonum, contrà autem, malum. Sed quia, vt monstratum est, dubium esse potest quod nam sit melius, aut peius, iccircò in præsenti aphorismo, nobis regulam quandam proponere vult, qua possimus diffinire, quando melius, & quando deterius sit non modò delirare, & non appetere, uerumetiam quouis alio morbo tentari, Atque hanc puto esse veram rationem connectendi præsentem sententiam cum superiori, quasi hæc sit sententia, cognosci bonitatem, & malitiam prædictorum signorum, atque etiam aliorum, ex similitudine, vel dissimilitudine eorum cum naturis, ætatibus, &c. quia, vbi similia sunt his, minus malum est, vbi uerò dissimilia, multò deteriora sunt, vt iure Hippoc. Plato, atque Galenus tantum extulerint rationem iudicandi res, quæ sumitur ex similitudine, vel dissimilitudine ipsarum à seipsis: possumus etiam aliter connectere, scilicet quod in hac sententia det aliam regulam iudicandi bonum, vel malum in quolibet morbo: Est simplex, licet longa sententia, absque ratione, nõ quòd eam non habeat, quandoquidem (vt audietis) etiam ipsius reddi potest accommodata ratio

quam

©BIUM

quam forsan Hippocrates omisſit, ut fecit in pleriſquè, vel òb breuitatem, vel òb claritatem, uel òb grauitatem; ad ſapientes enim (ut dicebat Ariſtot. 2. Rhet.) pertinet ſententias proferre, atque ità de ſe ſe exiſtimare, ut ſibi, abſque ratione credendum putent. Itaque cum non poſſit diuidi, ſeriatim unumquodque verbum expendemus, poſtquam propoſita erit à nobis antè oculos tota aphoriſmi medulla, quæ eſt, In morbis quibuſquè minus mali atque periculi eſſe, ubi ſymptomata, & affectus ſimiles, & conuenientes naturę, ætati, habitui, & anni tempori, quàm ubi ſunt diſſimiles, & non conuenientes. Hanc autem priuſquam diligentiùs examinare auſpicemur, illud quęrere dignum eſt. Cur Hippoc. ſolum hęc quatuor numerauit, ſcilicet naturam, ætatem, habitum, & tẽpus anni, dimiſſit autem multa, ut conſuetudinem, ſexum, uitę ſtudium, atque alia huiuſmodi. Cui quęſito illud eſt reſpondendum, quod conſueuit reſpondere Gal. 2. de diffic. reſpirat: atque alibi, nempè Hipp. grauitatis, & breuitatis ſtudioſiſſimum, eſſe ſolitum capita, & genera tantum rerum, quę ſunt maioris momenti proponere, atque ſub ijs cętera complecti: ad lectorem uerò induſtrium pertinere, ut quod ab ipſo, ſummatim dicitur, explicatiùs intelligatur, ac ubi conuenit, doceatur. Iam uero cum uellet Hipp. docere tunc bona, aut mala eſſe ſymptomata, quantò magis, uel minus habent euidentes cauſſas; atque cauſsarum tria ſint tantum genera, ſcilicet naturales, & immediatæ: naturales mediatę, atq; extrinſecæ: ſatis putauit, ſi uniuſcuiuſq; generis aliquod exemplum proponeret. Vndè prò primo genere, poſuit naturā pro 2. ætatẽ, atq; habitum corporis, pro tertio autem anni tempus: Sub natura enim cõplexus eſt conſuetudinẽ, quę etiá vulgo dicitur altera natura, Sub ætate verò ſexum, aut corporis habitum, ſub anni tempore complexus fuit regionem, vitę exercitationem, aliaq. externarum cauſſarum genera ad hoc ipſum pertinentia; Cum enim à ſimilibus cauſſis ſimiles effectus facilè producantur (vt ſæpius dictum eſt ab Hip. lib. de nat. hum.) haud quaquam multum metuenda ſunt mala, quæ faciliter eueniunt, ſicut iure metuenda videntur, quæ difficiliter oboriuntur, quæq. cauſſas diſſimiles, & potentes habent: Sic enim 2. prorrh. 18. dicebat excrementa circumbilioſa, & alba eſſe praua, quia diſſimilia naturis, ut interpretatur Galenus. Modo expendamus ſingula uerba, & in primis quid intelligat per naturam: Galenus putauit nil aliud intellexiſſe, quam quattuor elementorum temperaturam, quàm etiam in libro de natura explicatiſſimè uocauit naturam. Ego uerò arbitror præter hanc temperiem, pro natura intelligi etiam formam illam ſubſtantialem, ſeu proprietatem uocatam, quæ uerè in corporibus noſtris maximę ualet, & maximę à medicis æſtimatur, ſunt enim qui propria quadam natura conſueuerunt in morbos faciliter incidere, quod certè minus malum eſt, & quod à Galeno hoc in loco uocatur idea corporis, cuiuſmodi ſunt ad phtiſim propenſa corpora, atque interdum conſuetudo, ſolet appellari: nec falsò, quandoquidem, quod ſæpius ſolemus impunè pati, id facimus ob aliquā proprietatem, ut qui leui de cauſſa concidunt animis, & qui in pleuritidem alioſuè morbos facilè incidunt, & ob id minus periculi habent, συνδυοζύειν .n. dicitur tam de acutis, quā de diuturnis morbis: Etſi enim proprium ſit acuti morbi eſſe periculoſum, ut diffiniebat Gal. lib. de temp. mor. Attamen etiam diuturnos eſſe huiuſmodi interdum

Quæſitū.

Reſpōſio.

Verborum expoſitio.

terdum, hoc eſt lęthales, ut hydropſ. Hippoc. dixit lib. 1. de mor: non longè à principio: Iam uerò de ætate, atque alijs ab Hippocrate propoſitis, ſimiliter uidetur exponere, temperaturam quæ in præſenti corpora habent ratione ætatis, corporis habitus, atque anni temporum, hoc eſt aquiſitam, quaſi uerò in uniuerſum, corpora frigida òb ętatẽ, uel tẽperaturã corporis, uel ob habitum uel ob tempus anni à frigidis morbis capta, minus intereant, & periclitentur, quam ſi à calidis tentarentur. Atqui mihi uidetur in ætate, & alijs præter temperaturam aliquas alias conditiones intellexiſſe, quæ peculiariter in ipſis reperiuntur, alioquin Hippoc. inutiliter repetijſſet idem, cum uno uerbo κράσεως, licuiſſet intelligere tàm natiuas, quàm aquiſitas ab ætate, habitu, & tempore anni, quod igitur uoluit hoc in aphoriſmo docere nos Hippoc. eſt, in morbis quibuſq. (ſcilicet acutis, àc diuturnis) minus periclitari, hoc eſt minus interire eos, qui patiuntur morbos ſimiles, & conuenientes ipſorum temperaturæ, & proprietati, vel ætati, vel habitui, vel tempori anni, quam qui patiuntur contrarios, atque diſſimiles morbos, & mihi placet illorum opinio, qui exiſtimarunt hanc Hippocratis ſententiã copulatiuè ſcriptam, eſſe potius diſiunctiuè intelligendam, tamquã non modo hæc omnia ſimul non requirantur ad verificandam ſententiam, ſed uerumetiam unumquodq; per ſe illud facere aptum ſit. Circà autem veritatem huius aphoriſmi & antiquitùs, & à poſterioribus non parum eſt dubitatum. *Dubit.* Inter antiquos fuit Diocles medicus poſt Hippocratem magni nominis, & authoritatis, qui (vt narrat Gal. in comm.) tribus argumentis cõnatus eſt euertere præſentem ſententiam. Primum argumentum eſt acceptum, ab illa receptiſſima Hipp. ſententia, nempè, contraria contrariorum eſſe remedia, quæ ſi uera eſt, nõ uidetur eſſe uerum, quod ſimilia à ſimilibus morbis minus interimãtur, ſed potius à contrarijs minus debent pati. *Primũ argumentũ.* Vndè dicunt facilius ardentem febrem hyeme, quam æſtate curari. Secundum argumentum fuit acceptum ab ipſomet, Hippoc. qui in primo Epid. comm. 1. & 3. comm. 3. dicebat in illa conſtitutione faciliùs eſſe extinctos tabe, qui erant ad eam naturaliter propenſiores. *Seundum.* Tertium argumentum erat ex eodem Hippocr. qui ſecundo lib. aph. 40. dicens Senes non coquere coryzas, & deſtillationes, qui ſunt morbi frigidi, uidetur manifeſtè docere non eſſe uerum, quod minus periclitentur in morbis, qui ſunt ætati ſimiles, quàm quibus non. *Tertium.* Huic argumento poſſumus etiam illud adijcere, quod ſcribit Alex. lib. 1. probl. 77. nempe Æthiopas, qui ſunt calidi, & ſicci cum febricitant magna ex parte interire, eo quòd humidum in ipſis magis abſumatur, calorquè per alimenti inopiam extinguatur. *Quartũ.* Præter Dioclem ſunt inter recentiores Auuic. qui duodecima tertij ſcribit apoſtemata calida cordis eſſe periculoſiora frigidis, & Auueroes 3. collect. dicebat, ventriculum maximè lędi frigidis quoniã ipſe nerueus, ac frigidus eſt: ac propterea ab opiatis eſſe cauendum; innumera alia poſſent afferri, ex quibus cõuincitur ſæpe morbos magis augeri ſimilibus, quàm contrarijs; nam vt aqua calida magis remittitur à frigida, quàm à tepida, & calente, ſic videntur morbi minus remitti à ſimilibus, quàm à contrarijs. In hac difficultate Gal. vt faceret inconcuſſam Hipp. ſententiam reſpondet ad primum Argumentum, contraria, vel vt remedia, vel vt cauſſæ, ſi primo modo verum eſſe, quòd ſcribit Hippoc. ſi ſecundo modo, poſſe à contra-

Auicennę atque Auerr. authoritas. *Ad primum argum. Reſpõſio Galeni.*

rio

©BIUM

rio morbum augeri, saltem per accidens, nam vbi à contrarijs causſis morbi nõ vincuntur malum eſt, vt ſignum ſcilicet cauſſæ potentioris, atq; etiam, vt cauſſa, quoniam duarum febrium ardentium ſemper maior & deterior eſt, quæ ſit hyeme, ea quæ ſit æſtate, atque hoc non modo dixit Galenus, verumetiã Ariſt. primo probl. 28. & 14. 3. vbi ſcribit ardentes febres ſemper maiores, & læthales magis fieri hyeme, quàm æſtate, tum quia ab aere ambiente coactus calor ſit maior, tum quia quę ſit hyeme ſemper à potentiore cauſſa efficitur, quę ambientem, (qui alioquin iuuaret,) ſuperat. Etenim ardens facta in æſtate, ſi ſuperueniat ſtatim frigus, eſt remedium, quoniam febris illa ęſtate facta eſt debilior, vt facta à debiliore cauſſa, & propterea frigus ſuperueniens, vt remedium facile eã ſuperat. *Ad ſecundum.* Ad ſecundum verò idem Gal dupliciter reſpondet vno modo aliud eſſe periclitari, aliud eſſe non coqui, ac Hipp. ibi dixiſſe grauedines, & deſtillationes non coqui, hic verò periclitari, quaſi vero haud ſit inconueniens, ut in morbo quis non periclitetur, qui tamen difficiliter ad coctionem perducatur: ſiquidem, ut habetur, Epid. 6. morbi tribus modis finiuntur, aut excretione, aut coctione, aut abſceſſu. Alio modo reſpondit Gal. Hipp. loco illo, ſecundi aphor. non dixiſſe ſimpliciter in ſenibus, ſed in valdè ſenibus non coqui grauedines; atque hoc non contingere ratione temperamenti ab ætate inducti, ſed potius ratione virium, quæ cum in valdè ſenibus ſemper ſint debiles, faciunt, vt cuncta in ijs ſint periculoſa, alioquin ſi vires valerent, quantum ſit ex ratione ætatis minus periclitarentur. *Ad tertium.* Ad tertium, & poſtremum, ſcilicet de loco illo primi Epid. reſpondet Hippoc. in illis, qui ſunt natura ad tabem propenſi, non conſideraſſe temperamentum, ſed ideã, & conſtitutionem corporis (uocatam interdum naturam) quaſi uerò fieri poſſit, vt ob conſtitutionẽ ſimilem maius periculum cõtingat, ſicuti ob temperiem ſimilem minus. Verum vt liberè dicam hæc poſtrema Gal. reſp. haud mihi uidetur omnino tollere dubium, quoniam formatio, & idea ſequitur temperaturam, ideò qualis hęc, talis quoque eſt illa. Præterea Hip. nomine habitus intelligit ideam, & formam corporis, in qua potiſſimum poſita eſt conſtitutio & habitus, igitur uoluit dicere, quòd etiam ij minus periclitantur, quorum corporis habitui, conſtitutioni, ſimiles ſunt morbi, quam quibus non: Alij expoſitores animaduertentes dubij difficultatem dixerunt apud Hippoc. contrarios morbos, naturis eſſe quodammodo ſimiles, quia ipſis utiles ſunt tamquam remedia, quam reſponſionem iure Galen. repudiandam cenſuit. *Improbatio reſponſionis Galeni.* *Aliorũ reſpon.* *Reſp. Authoris.* Quamobrem puto dicendum eſſe pro reſſolutione. Verum lapſum ad ſimilem naturam conſideratum cæteris paribus, ut dicitur à Valeſio 10. controuer. poſſe eſſe & meliorem & deteriorem lapſu ad contraria, uel quò ad cauſſandum, vel quò ad ſignificandum; nam quo ad ſignificandum mortem, certè periculoſior eſt lapſus ad contrarium, quoniam cum ſignificet cauſam fuiſſe uehementem, quæ potuit contrariam diſpoſitionem uincere, conſequenter ſignificat eã eſſe inuincibilem, unde iure, & ab Ariſt. & Gal. dictum eſt, febres ardentes hyeme eſſe magis graues, atque periculoſas, quoniam ſignificatur cauſam neceſſariò fuiſſe potentiſſimam. Sin autem conſideretur lapſus, quo ad cauſſandum dicitur ad ſimilia eſſe deterior, quoniã corpori colerico multò peiora mala præſtat febris ardens, quàm febris pituitoſa, licet facilior id labatur i ſimilẽ, quàm in diſ-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 163 sur 867

in dissimilem, & contrarium morbum. Verum tamen ad hoc dogma firmiter asserendū, necesse est plura obseruentur, primò, vt lapsus sint æquales, quia æger pituitosus si capiatur quotidiana magna, & biliosus ab exigua, ille qui simili laborabit, magis periclitabitur, quam quia dissimili, & contraria: Adhæc, duo cum sint morborum genera, alia quæ dependent à causa, alia quæ non dependent, vt Hecticæ febres omnes: aphorismus Hippo. intelligendus est, de prioribus, quoniā si quis laboret febre Hectica simpliciter in hyemè, minus periclitabitur, quam qui putrida febre: & hoc est quod dixerunt Hip. & antè ipsum Hesiodus tunc tabidos perire, cum folia ficus similia sunt pedibus cornicis, hoc est ver, & Autumnum, tabidis esse inimicum. Amplius nisi virtutes pares sint ægrotantium, haud quaquam verum est, quod dicit Hipp. quia imbecillus à febre alioquin simili captus, magis periclitabitur, quam robustus à dissimili, & hoc est quod verè dicebat Gal. in commentario, omnia esse periculosa in valdè sene, Adhuc obseruandum est morbos aliquos reperiri, in quibus occultæ quædam proprietates reperiuntur, quę faciunt, vt licet sint alioquin similes temperamentis, & ætatibus, sint nihilominus pernicioſiores: atque hoc maximè spectatur in pestiferis, & malignis febribus. Postremò est obseruandum, ipsis morbis aliquando copulari nonnulla grauia symptomata, quę pariter morbos similes, dissimilibus faciunt periculosiores, vt si biliosus, febre tertiana laboret, atq; bilis, aut eius vapores ad os uentriculi effusi cardialigas, atq; anxietates inducant, ratione ipsius symptomatis, periclitabitur magis, quā si alia febre dissimili, absq; huiusmodi graui symptomate tentetur: sed quid dicemus ad Arist. & Auerroē. Verissimum est, citiùs interire tumoribus calidis, quā frigidis laborante corde: sed nō gratia similitudinis, uerū ob præstantia uisceris: propter quod dicebat quarto de loc. aff. Gal. & benè non pati cor, neque sustinere inflammationes, quia statim atquè incipit fieri inflammatio, interit homo: vndè inflammatio illa, ratione proprietatis cordis, est potius illi valdè dissimilis, quàm similis. Quod autem Auerroes dicit de stomaco, intelligendū est, vt is facilius quidem lędatur à causis frigidis, ob tēperamētum simile; nam calida in æquali gradu cum causis frigidis semper magis lędent uentriculū, cuius calor est tēperatus, & ob id ab utrisq; extremis oblędituꝛ. Est itaq; utilis hæc sententia, ad solidè pdicendū de ipsorū morborū euentibus, sed utilis quoq; est ad ipsā curationē tutò, & rationabiliter instituendam, quoniā ubi quispiam dissimili morbo laborat uigilantiùs inceditur ad profligandū contrariū morbū, quam similę, opponendo ipsi causas salubres, & uehementes, cū & ipsę fuerint similiter potētes, postquā cōtraria suppeditarunt.

Dequibus morbis ve rificentur aphorism.

---

35 *In quouis morbo partes ad umbilicum, & imum ventrem attinentes, crassitudinem habere melius est. Multum verò extenuari, ac contabescere, prauum. Sed & hoc quoque ad inferiores purgationes, periculosum.*

CONNECTVNT aliqui hunc aphorismum cum antecedētibus, quod etiam hic doceat rationem ferendi iudicij, ex rerum naturalium dispositione, quemadmodum aliàs fecit retrò, in quouis morbo, Sed licet hæc quoque sententia sit dogma prognosticum, & aliqua etiam ex parte, ut dicemus, curatorium, non habet tamen vllam euidentem, cum antecedenti, coniunctionem:

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 164 sur 867

©BIUM

Continuatio. nisi dicere placeret, in antecedenti de habitibus corporis meminisse similibus,
vel dissimilibus morbo, atqui modo, qui sint boni, quiuè mali habitus semper,
Scopus. scilicet, tàm in dissimili, quam in simili ægritudine, quasi dicere voluerit, Ersi mi-
nus periclitentur capti similibus habitui corporis morbis, quàm dissimilibus,
attamen semper, & in quouis morbo melius est habere partes ad vmbilicum, &
Diuisio. pectinem attinentes crassas, quàm extenuatas, & graciles, &c. Diuiditur apho-
rismus commodè in tres particulas quarum Prior est. *In quouis morbo partes circà vmbilicum, & pectinem habere crassitiem melius est*, quam sic transtulit
Celsus lib. 2. cap. 4. *scire licet non periclitari, si cutis circà vmbilicum, & pubem plena est*. Secunda est: *Multum verò extenuari, ac contabescere praua*m, quæ à Cel-
so lib. 2. cap. 3. sic latina fuit reddita. *Mali morbi testimonium est, cutem circà vmbilicum, & pubem macram habere*. Tertia est: *Sed & hic quoque ad inferiores purgationes periculosum*. Quoniam verò totus hic aphorismus non exi-
gui momenti est, more nostro diligenter in ipso considrando, atque exa-
Quæsitū. minando versabimur. Primum igitur, videndum, cur potiùs inter habitus
Resp. naturales corporis elegit hunc. Cui resp. id fuisse quia cum facultas natura-
lis sit radix, & fundamentum vitæ, nulla pars de ea testatur, atque hæc sic
enim aliàs dicebat Hippocrat. in prognostic. mollia Hypocondria in quouis
morbo esse optima: cum autē dicat Hipp. *in omni morbo* considerat Gal. & rectè,
quod habere oporteat loca abdominis, extrà omnem præternaturalem disposi-
tionem, quemadmodum quoque in libris prognosticorum, vbi scriptum est il-
lud esse optimum hypocondrium, quod sit indolens, molle & æquabile, Verum
quia inter hæc laudabilia hypocond. aliqua tenuiora, aliqua crassiora sūt, ideò in
præsenti comparans hęc simul, dixit crassa semper esse tenuioribus anteferenda
non solum tanquam signa, verumetiam tamquam causse, Vt signa quoniam, vt
crassæ partes sunt argumenta roboris naturalis facultatis, sic extenuatæ nimis, &
consumptæ, significant eiusdem potentiæ imbecillitatem. Vt causæ verò, quo-
niam, cum ad faciendam coctionem ventriculi, concurrat totus partium ipsi
circumsitarum, vt docuit Galen. lib. de potentijs naturalibus, planè ubi illę sunt
crassę, magis fouent, ac propterea magis iuuant coctionē, contrà si sint graciles,
minus iuuant, atq; hoc est, quod qui suprà ventriculum nil carnis gestant, sem-
per debili sunt stomaco, & in coquendo non parum laborant contrà qui habent
eā partem carnosam. Idē dicendū est de sanguificatione in iocinore, quā iure di-
cit Gal. à tepore, & fotu prędictarū partiū crassarū, non parum habere auxilij ad
ipsum sanguinē fabricandū, veluti, ab extenuatione earū detrimentū non exi-
guū sulcipit. *Circà vmbilicum*, dixit Hip. vt cōplecteretur partes tā suprà, q̄ infrà,
& à lateribus sitas. Porrò quid sit τὸ ἔντερον inquit Gal. propriè uocari ab Hip. partē
illā uentris inferiorē, quę posita est inter pudendū, & vmbilicū: & quę à plerisq.
Latinis uocatur aqualiculus, quì cur pingueścat magis, partibus cęteris, explicuit
Arist. 5. sect. prob. 5. & 14. vbi scribit duas ob causas ventrē citò opimari, & pin-
gueścere, tum quia est proximus locis, ubi alimentum cęteris partibus paratur,
(vndè sibi facilè illud copiosè arripit,) tum, quia minimè omniū partium move
tur, cum motus colliquare, & extenuare aptus sit. Dixit autem *melius*, non so-
lum, quia comparatiuè præstat alijs, uerum etiam simpliciter illud bonum est,

Cæterum

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 165 sur 867

©BIUM

Ceterum cum craſſities duplex ſit, alia carnis, alia pinguedinis, poſſet quiſpiam ſciſcitare, de qua loquatur Hippocrates; Certè pinguedo, cum fiat à frigido ſecundum medicos, & ipſa etiam potius frigida putetur: caro uerò à calore facta calida ſit, magis uidetur commendanda ea tantum, quæ fit à copia carnis, & Hip. quando dixit craſſa eſſe minus uiuacia, quam tenuuia, intellexit de craſſitie pinguedinis, non carnis, de qua etiam loquens Ariſtot. ſimiliter dixit pinguedinem incommodare vitæ, ita ut oues nonnunquam præ nimia pinguedine intereant: imò uerò, qui pinguem aqualiculum habent; ut dicebat neſcio quis poeta, non minus animum, quam corpus tardum habent, atque hæc de priore parte. Circà ſecundam uerò partem quæ eſt; *Multum verò extenuari, & contabeſcere malum*: Et quam ſic tranſtulit Celſus lib. 2. cap. 3. *Mali morbi teſtimonium eſt cutem, circà umbilicum, & pubem, macram habere*, primum uideri poſſet coarguendus Hippocrates in duobus, primum quod non meminerit hypocondrij cum tamen in cunctis morbis, illud eſſe magnifaciendum duxerit: deindè, quod videatur rem dixiſſe nimis vulgarem; & iam dictam: etenim, ſi non ità pridem dixit malum eſſe in cunctis morbis, vel nihil corpus diminui, vel nimium contabeſcere, neceſſariò ſequitur etiam, partes infrà umbilicum nimis conſumptas eſſe malas; Verùm hæc omnia fecit Hippoc. non abſq; conſilio legitimo; nam cum hypochondrium dicatur, quod inter ſeptum tranſuerſum & umbilicũ continetur, quodq. à Celſo præcordium uocatur, illud non adeò faciliter in morbis conſumitur, ut partes infrà umbilicum: ratio eſt, quam affert Ariſt. etiam in ſanis, quia ſcilicet is locus, eſt proximior alimento, & quia minus mouetur. Accedit, etiã quod cum primum in febribus vſtorijs pinguedo, quàm caro liquefiat, & conſumatur, ac in ea parte ſuprà umbilicum, ſit ſemper plus carnis, & minus pinguedinis, quam infrà, iure & minùs & tardiùs contabeſcit. Sic enim Ariſtot. 5. ſect. prob. 4. & 5. dicebat uentrem extenuari motu, quoniam pinguedo magis, quã caro, motu colliqueſcit, & abſumitur. Ad aliud uerò, quod repetierit Hipp. illud quod antè dixit, fuit uniuerſale: hoc uerò eſt particulare: undè differens eſt. Iam uerò quod dixerit Hipp. hoc eſſe prauum, Gal. uidetur tantum referre ad cauſſam: ego uerò potius eorum ſententiã ſequor, qui putant etiam ad ſignum eſſe referendum: ſiquidem partes illæ nimium extenuatæ, incommodant tum coctioni, quę fit in inteſtinis, & ventriculo, tum etiam expulſioni: coctioni quidem, quia hæc celebratur opera caloris natiui, qui magis conſeruatur craſſitie illarum partium, quàm extenuatione. Adhæc materia etiam morbifica magis præparatur; vt ob hoc medici, & præſertim Gal. 11. meth. cap. 14. & alibi præcipiant eas partes in febribus foueri, quò ipſarum calore materia præparetur & coquatur. Expulſioni uerò quoniam (ut ait bene Gal. malè ab aliquibus in hoc damnatus) partes illæ neceſſe eſt, vt ſint robuſtę, ſi debent expulſioni famulari: ſunt autem robuſtiores quando ſunt craſſę, ſaltem mediocriter, quam cum nimium tabefactæ, ac extenuatæ ſunt; Quod porrò id etiam ſit malum, ut ſignum minimè mihi uidetur dubitandum, quandoquidem in morbis ſignificatur feruorem, ſiue occultum, ſiue manifeſtum eſſe immenſum, poſtquam illæ partes quæ alioquin ſolent eſſe carnoſæ, & pingues, ſunt depreſſæ, & conciſæ; aut uim coctricem, & altricem eſſe ità labefactatàm, vt nequeat nec con-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 166 sur 867

©BIUM

conſeruare, nec generare pinguedinem. Vndè clariſſimè patet etiam, vt ſignum malum eſſe: Tertia pars eſt (*Sed, & hoc quoque ad inferiores purgationes periculoſum:*) Vult dicere Hippocratem, quod partes infrà vmbilicum nimis extenuatæ, non ſolum ad alia ſunt periculoſæ, verumetiam ad infernas purgationes. Vndè in caſſum dubitarunt nonnulli de particula illa, (*ſed & hoc quoque*) quaſi verò ad purgationes ſuperiorum partium ſit referenda: tamquam dicere velit non modò ad purgationes ſuperiorum, verumetiam inferiorum partium eſſe eam conſtitutionem parum tutam. Sed multò tutiùs eſt, referre ad alias res, quemadmodum dicebam: quoniam ſi ità interpretaremur, loquendi modus ſignificaret magis incommodare ſuperioribus purgationibus, quàm inferioribus, quod tamen falſum eſt, quia vt ait Hipp. 4. aph. 6. & 7. melius graciles purgantur per ſuperiora, carnoſi verò, & craſſi per inferiora. Porrò quę ſit ratio propter quam extenuatæ partes infra vmbilicum, non ſint tutæ, nec accòmodatæ inferiorum partium purgationibus, non eſt difficile comprehendere ſi conſideremus ad hoc, vt fiat expulſio per inteſtina conuenire, non ſolum muſculos illarum partium eſſe robuſtos (ut dicebat Gal.) uerùmetiam partes illas nõ eſſe depreſſas, nec in ſeſe conſidentes, ſed amplas, & molles, quò faciliùs obediant expulſioni; Iam uerò qui habent eas ualdè graciles, procul dubio, & robore carent, & cum minus amplæ, atque molles ſint, conſequenter inutiliores uidentur, faciendis illis purgationibus. Modò de aphoriſmi utilitate non eſt dubitandum, quin magnopere conferat ad iudicium ferendum de ægris, atque ad ipſam curationem. Eſt utilis ad prognoſticum faciendum, quoniam ubi illæ partes ſunt in ægris conſtitutę, quemadmodum eſſe debent in ſanis, bonum eſt, cum ſignificetur calorem naturalem benè ualere, & conſequenter facultates omnes naturales proprias functiones rectè obire. Eſt quoque non minus utilis prò exercenda medicina, quoniam ex ipſo duo inſignia documenta colliguntur alterum eſt, ut ſtudeamus illis partibus diligenter fouendis, quo poſſint ſufficere, & coctioni, atque expulſioni. Alterum uerò, ut quemadmodum monuit quarto aph. locis ſupra citatis Hipp. prudenter ſeſe gerant medici in exhibendis pharmacis per inferna purgantib. nè ſcilicet nimium extenuata corpora circà infernas partes uiolentis medicamentis tractent; ſed priuſquam, ad purgationem deueniant, eam fomentis emolliant, & corroborent.

Cur partes infrà vmbelicũ minimè craſſas habẽtes, difficulter ferant purgationes.

---

36. *Qui ſalubritatem corporis habent per medicamenta euacuati citò exoluuntur. Et qui prauo vtuntur cibo.*

SI ſubſequens aphoriſmus eſſet huic antepoſitus, iudicari potuiſſet illum eſſe ueluti cauſſæ huius aſſignationem. Verum quid habeat cum ſuperiore commune, ità ut poſſit rationabiliter cum illo connecti, non ità facile eſt uidere. Verumtamen ij, quibus tantus eſt continuandi omnes aphoriſmos pruritus, dicere poſſent, quod cum Hippoc. in poſtrema ſuperiori aphoriſmi parte dixiſſet, eos qui habent extenuatas nimium inferni uentris partes, purgationi per inferiora eſſe ineptos, nè quiſpiam exiſtimaret, indiſcriminatim benè ſeſe corpo-

Continuatio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 167 sur 867

se habentes purgationi aptos esse, uoluit hunc pernicio sum errorem ex animis tollere, docens qui sint inepti (& si partes infernas optimè constitutas habeant) atque hos dixit esse, tum qui ὑγιεινῶς, ideſt ſalubriter habent penitus corpora conſtituta, & qui prauo vtuntur alimento; adeò vt ſecari commodè poſſit aphoriſmus in duas partes, prout duo corporum genera proponit, quæ minimè idonea ſunt ſuſtinendis per pharmaca purgationibus. Celſus lib. 2. cap. 13. hunc aphoriſmum intelligere voluiſſe videtur quando ſcripſit, *illud ſcire oportet omne eiuſmodi medicamentum, quod potu datur, non ſemper ægris prodeſſe, ſemper ſanis nocere.* *Scopus.*

Vt autem ſingula diligenter examinemus, primum circà priorem partem illud quærere conuenit, quo conſilio Hip. maluit dicere ὑγιεινῶς, i. ſanè, ſeù ſalubriter ſ. aduerbialiter, quàm ὑγιεινὰ, i. ſana habentes corpora, quomodo locutus videtur quartò aphoriſ. 16. vbi ſcripſit vitandum eſſe helleborum habentibus carnes ſanas. Prò qua re dicere oportet, aliud quodãmodo eſſe habere corpora ſanè, ideſt ſano modo; aliud habere ipſa ſana; nam illud ſignificare videtur integram ſanitatem, hoc verò ſanitatem lato modo acceptam, qua etiam foueri dicuntur illi, qui habent internam aliquam ad ſuſcipiendos morbos diſpoſitionem; nam ut habetur explicatiſsimè apud Hippocratem 2. aph. libri ſexti, alij ſunt qui ὑγιαίνουσι νοσηρότερον; ideſt ſani ſunt morboſius, alij qui ὑγιεινότερον, ideſt ſalubriùs ſani ſunt, de quibus loquitur Hippo. & Plutarchus lib. de ſera num. vindicta, cum inquit, interdum quibuſdam ſanis eſſe vtilia medicamenta, quorum valetudo in præcipiti eſt: Sed quæ eſt ratio, propter quam ſanitate integra fruentes, à purgantibus medicamentis exoluuntur? Primum ſcire oportet, Hippocratem hic nõ loqui de qualibet purgatione, ſed dè ea, quæ fit validis medicamentis, qualis tempore ſuo uſurpabatur: deindè obſeruandum eſt, dicere duo de ijs, qui ſimilibus medicamentis purgantur, quod exoluuntur, & quod hoc patiuntur celeriter: iam verò ἐκλύεσθαι, ſiue exolui, vt colligitur ex Galeno tertio prorrhet. 28. dicitur de ijs, qui toto corpore ad ſenſationes obeundas torpent, potiſsimum in actionibus motricibus liberis tardi, pigri, atque imbecilles ſunt. Iam vero corpora abſolutè ſana, cum careant prauis ſuccis, aut eos quàm pauciſsimos habeant, ſi ſumant pharmaca vehementer purgantia, non modo turbantur, & validè cruciantur (dum ea attrahere aliquid vi nituntur) verumetiam cum medicamenta, non inueniant ſuccos prauos ſibi familiares, ad alios meliores extrahendos vertuntur, ità vt ſanguinem interdum ducant, vt explicatiſsimè nos docuit Hippoc. lib. de nat. hum. ex quo cum priuentur ſuccis bonis, & conſequenter ſpiritibus, qui obeundis functionibus animalibus, & naturalibus famulantur, neceſſe eſt, ut ad actiones prædictas ſegnes, atque imbecilli reddantur, ſicquè exolui dicantur. quod autem hoc incurrant celeriter eſt; quia ubi ſpiritus conſumuntur, cum ſint corpora tenuiſsima, & mobiliſsima, neceſſario id patiuntur uelociter: & conſequenter corpora, quæ illis egent prò functionibus complendis celeriter, ad eas torpida, atq; infirma reddduntur; imò uerò id interdum ipſis contingit, quod ſcribit Hipp. lib. de nat. hum. de ſuperpurgationibus, ut ſcilicet extinguantur, quod pleriſquè contigiſſe narratur quinto Epid. & præſertim Antandro, qui cum aliòquin ſanus eſſet, ſolaq. ueſica patum laboraret, aſſumpto catapotio, uehementer purgatus, crudeliſsimis ſymptomatibus oppreſſus miſerè interijt.

Dubitatio.

Reſponſio

Cur ſana corpora è medicamẽtis purgãtibus exoluantur.

©BIUM

Dubitat. interijt. Sed dicet aliquis, hoc dogma curatorium, & aliqua ex parte prognoſticum inutile videri, nec neceſſarium eſſe, quoniam rari comperiuntur, qui cũ ſani ſint, pharmaca ſumere uelint: imò uerò cum (ut dicebat Ariſt. 1. prob. 43.) medicamenta purgantia ſint ingrata ob acerbitatem, acorem, atque odorem, uir
Reſponſio. ab ijs, qui infirmi ſunt, & illis egent capiuntur: Reſpondendum eſt iccircò Hippoc. hanc ſententiam nobis relinquere uoluiſſe, tum ut ſi qui eſſent medicamẽtorum amantes, quemadmodum antiquitùs Ægyptij, & alij, qui ſingulo menſe ſemet purgabantur, ſyrmai ſuo, ut in uarijs lectionibus diximus, ab ijs importunè ſumendis abſterreret: tum maximè ut medicos commonefaceret, nè temerè cuiuis, uel lucri, uel alterius rei gratia medicamenta purgantia propinarent, ſed diligenter corporum purgandorum ſtatum prius conſiderarent, quòd eo maximè neceſſarium erat tunc, cum medicamenta uehementer purgantia tantum vſurparent, ſecùs quàm tempore noſtro, quando blandiſſima habemus medicamenta, quibus etiam ſana corpora poſſunt tutò, & iucundè ab excrementis (ſaltem inteſtinorum) euacuari; atque hæc de priore parte, hoc autem eſt quod prudentiſſimè monebat Plutarchus in præceptis ſanitatis, non debere ſanos grano Gnidio, aut ſcamonio purgari, quæ corrumpũt, & turbant inteſtina, haùd ſecus, atque panni linei ſmegmate, uel ſapone loti magis deterguntur, & conſumuntur, quàm ſi pura aqua lauentur. Secunda uerò pars eſt; quam non fecit latinam Celſus: *& qui prauo vtuntur cibo*, quæ uerba dubitari poſſet, numquid ſolummodo ſint referenda ad uerbum ἐκλύονται, quaſi dicere uelit etiam eos, qui prauo victu vtuntur, facilè exolui, quemadmodum, & illi qui ſani exiſtentes purgantur, an uerò ſit intelligendum, quod etiam prauo nutrimento vtentes, ſi purgentur, celeriter exoluuntur: Et licet vtrumque verum eſſe poſſit, attamen magis mihi placet quod alijs, vt intelligamus de ijs, qui cum prauo alimento utantur, ſimul & medicamenta ſumunt. Sed circa hoc non exigua du-
Prima dubitatio. bia oriuntur; Vnum eſt, quia ſi prò alimento prauo accipiamus ſuccos prauos, magna nominis abuſio eſt, quam non ſolet committere Hippocrat. ſiquidem nutrimentum eſt, quod conuertitur in partes nutriendas, aut aptum eſt conuerti vt Hipp. lib. de alimen. atqui ſucci praui non conuertuntur in partes nutriendas, & qui his abundant, ſemper contabeſcunt, quia membra eorum non nutriuntur, ut etiam dixit Ariſt. 1. prob. 6. vbi quærens cur, ijs pedes intumeſcant qui nimia fame præmuntur, & qui vitioſo alimento vtuntur, inquit vtriſquè id contingere, quia membra debito alimento defraudata, conſumuntur: Deindè tantum abeſt, vt abundantes huiuſmodi prauis ſuccis purgati exoluantur, quòd potiùs recreantur, & niſi id agant magnopere offenduntur, Alterum du-
Altera. bium eſt, quia ſi prò prauo nutrimento capiamus prauos cibos, non eſt etiam uerum, quod hi per medicamenta purgati exoluantur, ſicut, nec ſi intelligamus eos exſolui abſque purgatione. Itaque quocumque modo interpretari
Solutio vtriuſq; dubitationis. placeat, non deſunt occaſiones dubitandi. Verum reſpondere licet ad utraque ſimul, quod tametſi apud Hippoc. in lib. de Alim. & Auic. prima primi nutrimentum multipliciter ſumatur, propriè tamen ſic appellari ſanguinem iam diſtributum, & partibus ipſis, in quas debet conuerti vnitum, quo pacto intelligendus quoque, & Ariſtot. quando ſcribit in libris de animalibus, ſolum ſangui-

nem

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 169 sur 867

nem esse nutrimentum. Verum huiusmodi sanguis, cum sit ex quatuor humoribus semper commixtus, ex puro sanguine, pituita, bile, & melancholia, vbi purus sanguis proportione alios succos superat, bonum alimentum dicitur; vbi autem ab uno, vel pluribus eorum vincitur, vitiosum alimentum est: quando itaq; dicit Hippo. (*prauo nutrimento vtentes*) planè intelligit de ijs, qui huiusmodi sanguinem uitiosum habent, non ob aliud sanè genitum, nisi ob prauos cibos, quorum (vt ait Hipp. 4. de morbis) alij bilem, alij alios humores in seipsis continent: neq; .n. qui initio vitiosos succos habēt, vtūtur bono uictu, nec qui bono vtuntur, uitiosos succos accumulant: quod uerò hi purgati insigniter exsoluantur ratio est, quoniam unà cū prauis succis, semper aliquid boni ui medicamentorum educitur; Vndè qui plus boni habent, plus ipsis relinquitur, & qui minus habēt, minus ēt ipsis relinquitur, atq; ità debiliores facti & sensib. & motu veluti cōcidūt, Vndè siue prò cibo utentibus prauo, capiamus hos, siue illos, perindè est. Neque dicendum est, habentes sanguinem uitiosum, non posse dici sanos, sicut nec utentes cibis prauis, simpliciter uocari ægros, quoniam Hip. & si uideatur à sanis distinguere utentes uictu prauo, possumus tamen priores prò simpliciter sanis, posteriores prò medijs, & neutris uocatis accipere, in quibus semper à medicamentis in corpore parum boni reliquitur, sicut, in prioribus quoque multum boni euacuatur, quùm paucum insit uitiosum, Et notandum est id, quod dixit etiam conciuis meus, causas complures esse, cur corpora hominum à medicamentis purgantibus debilia fiant, Vna est boni succi, hoc est sanguinis ueri euacuatio; altera est mala quędam qualitas, quam medicamenta ualida purgantia, & uim ueneni referentia cunctis membris inferunt. tertia est agitatio, & cōturbatio totiùs corporis, ob quam, ex tetris humoribus, ua pores in cor & cerebrum sublati, uires omnes labefactant, quæ omnia cum concurrant tàm in sanis simpliciter, quam in neutris corporibus, dum ualidè purgantur, summo iure exsoluuntur: Porrò utilitas huius sententiæ est, quemadmodum retrò dicebam, in facienda medicina, quoniam medicus docetur, tum prędicere ex medicamentorum importuno usu uirium labefactationem, tum cauere ne medicamenta adhibeat Sanis, atq; alijs adhibeat cum prudentia, atq. dexteritate: quandoquidem corpora, etiam prauis succis referta, si pedes habeant tumidos, & nimiā contabescentiā (vt ait Arist.) non sunt purganda validè, Et Gal. 3. aph. dicebat medicamenta, non nisi egentibus, esse danda, atque longo interuallo, quod frequenter vsurpata labefactent corpus, & in prauam consuetudinē deducant.

Cur qui prauo vtūtur cibo in purgatione exoluātur.

Quibus de causis, corpora à purgātib. medicamēntis debilia fiant.

37 *Qui bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.*

VT antea dicebam, si præsens aphorismus, antecedenti fuisset antepositus certè posset hic ueluti sententia haberi, & ille ueluti probatio; At cū in cūctis codicib. postpositus habeatur, non absq; ratione posset alicui videri superuacaneus, quasi nil aliud summatim contineat, quàm quod in superiori est explicatum. Sed Galenus monstrat aliquam intercesse differentiam, quoniam cum in utrisq; de pharmacis validè purgantibus sermo habeatur, in antecedente vnū

solum

©BIUM

ſolum ſymptoma, nempè exſolutionem, quæ purgationem ſequitur, propoſum, nunc verò, hac uoce ἀργώδεις, plura alia ſymptomata complectitur: nempè præter exſolutiones, tormina, uertigines, alia q. mala, quæ propterea contingunt in corporibus ſanis, quoniã cum medicamenta non inueniant humorem prauum & ſibi familiarem, quem trahunt, nempè bilem atram, aut flauam, vel pituitam, vel aquoſum excrementum, ſanguinem, & carnes colliquant, undè uires, & facultates ruinam patiuntur, Sic etiam Hippoc. quando lib. 4. aph. 5. dixit ſub cane, & antè canem ἀγρωδίας, eſſe purgationes, nil aliud intelligere uoluit, quàm quod fiant corporum exſolutiones, cardialgiæ, capitis dolores, vertigines & ſimilia: Et forſan in ſenectute adiunxit præcedenti aphoriſmo hunc, quoniam vt anteà erat certus de exſolutione, ſic poſteà longo uſu, & experientijs multis probauerat, nõ modo fieri ipſam ex purgatione importuna, uerumetiam plerasquè alia mala, quæ, omnia complexus eſt, uoce ἀργώδεις, ideſt laboriosum ſeu difficile, Et mihi non diſplicet, quod aliqui dicunt corpora ægra faciliter euacuari, quia habent humores, familiares quos ipſa medicamenta, faciliter trahũt contrà verò ſana cum difficultate purgantur, quia medicamenta non inuenientia humores ſibi proprios, & familiares, eóſquè hinc, & indè per corpora quærentia, cum labore, & difficultate operantur.

38 *Parum deterior potus, aut cibus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus, eſt præferendus.*

CVM hic aphoriſmus ad cibum, atque potum ſpectet, ac priores de purgationibus tractent, nulla planè inter ipſos euidens habetur connexio, niſi, alicui nimium aphoriſmos omnes continuandi ſtudioſo, dicere placeret, in antecedentibus eſſe locutum de utentibus prauo victu; ac modo docere, quando etiam, & quo prauo uictu interdum uti liceat, ſcilicet quando appetitur, & qui non ſit admodum prauus: Eſt enim ſimplex & indiuiſibilis ſententia, licet paullò longior. Cuius ſenſus èſt, Cibum & potum paullò deteriorem, ſed iucundiorem eſſe meliori, ſed inſuauiori præferendum; cuius ſimilis ſententia habetur etiam lib. 2. de rat. vict. in morb. acut. tex. 22. & in lib. de affect. necnon Auuicenas tertia primi cap. de cib. & potu dicebat, quæ cumquè expetuntur ab ægris edulia, & potus, concedi poſſe, modo ijs detrimentum corpori non accedat, Scopus autem & finis Hipp. in hoc fuit proſpicere ſollicitudini, & negocio, quod habent medici ſemper, cum ægris, atque adſiſtentibus circà cibum, & potum, quos illi optant, Miror autem cur adeò ieiunus fuerit Gal. in hoc exponendo, niſi forſan quia ſexto. Epidem. plura ea de rè ſcripſerat: Itaque vt quæ ſunt contemplatione digna minimè prætermittantur, primo ſciendum eſt, hic eſſe ſermonem de ægris, quandoquidem uerè ſanis non ità leges præſcribendæ, ut Celſus initio med. & Lucretius 4. de nat. Dicit ergo Hippocra. *Parum deterior &c.* Quoniam vbi praui ſint cibi, atque potus nullo modo ſunt à medico indulgendi, quoniam cum uis coctrix ſemper in ægrotantibus ſit infirma, nunquam poteſt prauus cibus coqui, & ad aliquam bonam frugem deduci,

Connexio.

Scopus.

©BIUM

deduci, quemadmodum Gal. narrabat de Athletis, quos dicebat ob facultatis coctricis robur, etiam deterrima edulia, quibus vescebantur, cõficere; cum ergo non superentur cibi admodum praui ab ægrotantibus, in pessimos succos conuersi, segetem mali proculdubio augent, contrà verò si parum à bonitate declinent, atque ab ægris ipsis cupiantur, eosquè delectent, maxima auiditate à ventriculo complexi, nullum nocumentum inferre possunt, sed potiùs concocti alunt, atque uim quasi medicamenti possident, cum certum sit à probo alimento, prauos humores demulceri, & corrigi; Et Hipp. 6. Epid. sect. 4. tex. 8. docens quæ sint res gratæ, quæ ægrotantibus possunt à medico concedi, docet simul medicum debere quantum potest gustum, & animum ægrorum delectare. Vbi Gal. etiam bona, quę ex huiusmodi gratificatione nascuntur enumerans, duo esse summatim monstrat, vnum est, quod cibi meliùs coquuntur, potus sitim placant, odores animos recreant, somnumq. conciliant, Alterum est, quod medicum magis diligunt, eiquè in cęteris sese obsequentiores pręstant, ita ut, & cõfidentia, & temperantia, remedijs non exiguam deindè efficaciam prębeant: Addit Gal. sese quandoque petentibus ęgris frigidam vna die, priusquam cõueniret concessisse, qui primò etiam ad Glauconem concedebat febricitantibus, vt fructus gustarent, Itàque sicuti iuuat optatos, & iucundos cibos, & potus malè ualentibus cõcedere, (modo multum non sint mali) sic uice uersa dare ijs, quæ auersantur, etsi meliora sint, potius obest, quàm prosit, cum nec à uentriculo arctè complectantur, nec benè coquantur, cur autem antepoſuerit potum cibo est (quia ut Arist. ait 28. prob. 5.) *siti magis angimur, quàm fame*, & propterea etiam *sitientes suauiùs bibimus quàm famescentes edamus*: Cæterùm percunctabitur aliquis ab Hipp. qui nã sint cibi boni, & insuaues, & qui mali, ac iocundi. Prò quo responderi potest alimenti bonitatem summatim in tribus esse positam, in substantia facili coctu, & optimi succi, in copia, qualitatibus, & in familiaritate seu proprietate, & consuetudine, Sic etiam iucunditas in quinque consistit, in natura ipsorum ciborum, in qualitatibus, in conditura, in consuetudine, atq; in proprietate. Quod spectat ad bonitatem secundum substantiam certum est panem eiusmodi esse, oua, (quicquid dicant aliqui) recentia, & trẽmula, quorũ uitellos alere, nec onerare, simulq. vim cibi, & potus habere, dixit Plinius, carnes, itẽ & pisces. Etenim ægrotantibus pisces concedere solitos veteres, aliàs in uarijs lectionibus monstraui, Quod etiam ad copiam pertinet, certum est, non quamlibet esse bonam, sed tantum moderatam, & eam quę paucis horis confici à stomaco languente ualeat. Vnde in Parij, & Apollonij historia, iure adnotauit eos esse usos prauis, & copiosis edulijs, ac propterea grauiter ęgrotasse, De proprietate uerò, seù consuetudine similiter decernendum est, eos inter bonos cibos esse reponendos, qui uel à proprietate quadam, uel ob assuetudinem expetuntur ab ægris, licet forsan alijs non ita boni: nam ut ait Aristot. 21. prob. 14. & 13. etiam magnopere ualet consuetudo ad reddendos cibos gratos, uel ingratos, nam sunt qui amant propria quadam natura hunc, uel illum cibum, qui tamquam bonus à medico in ægritudine concedi posset, & cum ipse ad Maximilianum Secũdum Imperatorem accersitus essem, inueni ab illis medicis quotidie in pri-

In ægris, ciborũ & potus indulgentia quæ bona adferat.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 172 sur 867

©BIUM

menſa cõceſſum fuiſſe Piſorum iuſculum, quod illud diligeret propria quadam condicione. illud enim veriſſimum eſt, quod anteà dicebam ex Hippocrat. lib.4. de morbis, varijs cibis ineſſe facultatem, generandi diuerſos humores ob quam fit, vt ſicut alijs, alij humores commodi ſunt, ſic cibi eos facientes conueniant: quod pariter ſtatuendum eſt de temperamento corporis, quod cum bonum eſt facit, ut dulcia delectent ex Galeno, veluti intemperata contrarijs potiùs delectantur, ſcilicet calida frigidis, & frigida calidis: quod etiam Ariſtot. tradit 21. ſect. probl. De conſuetudine eſt explicatiſſima Hippocratis ſententia; 2. acut. & Ariſtot. loco citato, vbi conſuetos cibos (etiam deteriores) præferunt inaſſuetis, licet multò melioribus; quod quoque dicere poſſumus de carne catulorum lactentium, quam adeò facilè Hippocrates concedebat ægris, ob conſuetudinem, & de cuius eſu etiam Plinius lib. 29. cap. 14. meminit, necnon Oribaſius primo collectaneorum ex Mneſithei ſentẽtia. Imò ſextus Empiyricus lib. 3. Pyrrhon. narrat flagitioſum fuiſſe in regionibus ſuis veſci carnibus caninis, at eas edere conſueuiſſe Thracas, & fortaſſe Græcos, quando Diocles, quibuſdam ægris dari præcepit. Quantum uerò ſpectat ad iucunditatem, ſolet ob ſubſtantiam ſeù propriam naturam cibus eſſe gratus, vt lactes animalium quadrupedum lactentium, iecora caponum, piſces ſaxatiles, aliaquè ſimilia. Pariter ob condituram fiunt edulia grata, quando (vt inſinuat Hipp. loco illo ſexti Epid.) ſecundum qualitates guſtatiles, viſiles, & odoratiles ità ornantur & componuntur, vt omnes ſenſus oblectare queant. Haùd ſecùs quoque certum eſt placere conſueuiſſe cibos tum ob conſuetudinem, (quæ cuncta nobis, aut grata, aut minus oneroſa facit,) tum ob proprietatem naturalem, qualem habuiſſe Romulum ad rapas, (quas etiam in Cęlo edere dicit martialis) Domitianum ad Tuberes, & Auguſtum ad aſparagos, narrat Suetonius: Patet igitur veriſſimam eſſe Hippocratis ſententiam, ſcilicet cibum quocumque modo iucundum modo à bonitate multum non recedentem, ſemper meliori, & nullo modo iucundo eſſe anteferendum; Quod præceptum, vt eſt in facienda medicina apprimè vtile, & præſertim in ea parte, quæ ad uictus rationem inſtituendam pertinet, ſic uidetur neceſſarium, ob nonnullos medicos, qui adeò ſeueri ſunt in gubernandis ægris, vt malint, eos necare, quam quicquam indulgere, Etenim, & qui nimis indulgentes (qualem ſeſe gerebat Aſclepiades, concedens ægris Vinum balnea carnes) & qui nimium auſteri ſunt, non modicum peccant.

---

39 *Seniores iuuenibus plurimum ægrotant minus. Qui verò morbi ipſis accidunt longi, maxima ex parte commitantur ad mortem.*

CORNELIVS Celſus libro ſecundo, capite ſecundo, quaſi hanc ſententiam Hippocratis transferens, ſcribit, ſenectutem magis patere longis morbis, iuuentutem acutis, & libro ſecundo capit. 8. ſcribit morbos ab adoleſcentia

leſcentiam inchoatos uel ét in ipſa ſenectute, nunquam ex toto finiri. Continuationem huius cum ſuperioribus faciunt aliqui, veluti ſit comparatio quædam cauſſarũ naturalium, cum præternaturalibus, ſed nugæ ſunt, velle in Hippocrat. agnoſcere, quod neque etiam ocioſa ingenia vmquam facerent: illud ſatiùs eſt dicamus, prę ſentẽ aphor. eſſe totũ prognoſticũ & naturale, cũ in ſeſe dogma naturale complectatur, ratione ætatis. Diuiditur aũt in duas particulas. Vna eſt, *Senes Iuuenibus magna ex parte, &c.* Altera verò eſt. *Qui verò morbi ipſis cõtingunt, &c.* Modo videndũ eſt, quid boni, & cognitu digni in prima parte cõtineatur. Nam ſenes ægrotare minus Iuuenib. ab Hipp. dictum eſt, non minus ob experientiam quam, & in ſeipſo (qui ſemper integra ſanitate uſus eſt) & in alijs habebat, quã ob rationem: imò, & Cicero, & alij, qui ſimilem ſententiam poſteris reliquerunt, nõ ab alijs, quàm ab ipſo Hipp. videntur illam mutuati, Quòd autem hoc etiam rationi conſentaneũ ſit, nempè; Senes minus iuuenibus ægrotare, non eſt difficile multum probare, quia licet ab Ariſtot. 5. de gener. animal. cap. 4. ſcriptum ſit, ſenectutem eſſe Φυσικὸν νόσον, ideſt naturalem morbum, cum & temperamenta, & humores, & facultates, & operationes ſint læſę, hoc eſt imminutæ, attamen ſunt aliæ rationes, quæ faciunt, ut ea ætas minus ſit morbis obnoxia; Quarum prima eſt à Galen. ſignificata in commentario, nimirum uitæ temperantia, qua lib. de cib. bon. & ma. ſuc. dicebat, naturas ét maximè deprauatas, atq; corruptas conſeruari; cum enim ægritudines à prauis humoribus maxima ex parte, (ut ait Hip. 4. de morbis,) originem ſuſcipiant, certum eſt, ubi hi uel nulli, vel pauci generantur, conſequenter paucos morbos fieri; pauci autem generantur praui ſucci, quando cibi in exigua copia, & boni ſumuntur: atque hoc eſt, quod voluit Hippocr. docere, quando ſcripſit lib. 4. de morbis. eos nullis morbis humoralibus tentari, qui parum edunt, & bibunt: Vndè ſi qui ſenes intemperanter viuant, vt iuuenes, dubio procul magis, quàm illi ægrotabunt, cum naturali ægritudini accedat alia ægrotandi cauſſa: Altera ratio cur ſenes minùs, & rariùs ægrotent, quàm iuuenes eſt, quia à quibuſlibet, vel leuibus cauſſis offenduntur: vnde ſibijpſis ſtatim proſpicientes, non ſinunt morbos in ſeipſis radices altas facere, atque incrementum ſuſcipere. Tertia ratio eſt quoniam frigidi, & ſicci cum ſint, neque maximè acutis febribus, neque inflammationibus, neque putredini, quibus omnes morbi penè coniunguntur, ſunt expoſiti: propter quod etiam dicebat Plinius lib. 7. cap. 50. corpora ſenum à peſte non tentari, Cęterum duo occurrunt contemplatione maiori digna: Vnum eſt cur Hipp. non dixit ſimpliciter ægrotare minus, ſed τὰ μὲν πολλὰ, i. vt plurimum. Alterum eſt, quia Hip. lib. primo de dieta inquit ſaniſſimos eſſe pueros atq; adoleſcentes, morbiſſimos verò ſenes, & Boetius *venit enim properata malis inopina ſenectus: Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam* Et Cicero lib. ſenect. accuſſat ſenectutẽ, vt morboſam: Ad primũ dicendum eſt ὀλίγον νοσεῖν, dupliciter accipi poſſe, & prò rarius, & prò minoribus morbis, utroque autem modo ſenes, vt plurimum minus ægrotant, non autem ſemper, ob antedictas rationes: nam ſenes maxima ex parte uictitant prudẽter; Sed tamen aliqui etiam ſunt, qui ſecùs faciunt, & qui cum à natura malam corporis conſtitutionem ſortiti ſint, haud poſſunt vlla diligentia illius uitia, & morbos euitare, quo fit, vt ſæpe ſaltem, ſi non grauiter, ægrotent, qualem fuiſſe

Cur ſenes iuuenibus minus ægrotent.

Dubitatio prima.

Altera.

Ad Primam.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 174 sur 867

©BIUM

Herodicum Selymbrianum Hippocratis præceptorem narrat Plato, qui Herodicus, etsi magna cura vteretur, nihilominus perpetuò morbis erat implicitus.

Ad 2. Ad Alteram respondent aliqui & bene, morbos, alios esse acutos, & graues; alios esse tardos & debiliores; acutis dicunt frequentiùs tentantur iuuenes, minùs senes, atque sic intelligendum putant præsentem aphorismum. Tardos uerò, & debiliores uexare ipsos senes, atque de his locutũ esse Hippocratem quando scripsit esse morbosissimos: nam cum naturaliter, ut dicebat Aristotiles, sit morbus ipsa senectus, ac senes ipsi calorem natiuum habeant imbecillum, fieri non potest, quin gignant copiosiora excrementa, quæ non regulata à calore natiuo corruptiones, aliasquè malas condiciones suscipientes, diuersorum morborum sunt causſæ, vndè qui propter hoc apud Platonem, & Ciceronem accusabant senectutem, haud fefelliſſe videntur, quia licet aliqui ea fruantur optima, & absque ullis querellis, pauciſſimi tamen ij sunt, & potiùs prudentia, atq; bona fortuna, quam ullo naturæ beneficio illud consequuntur: vt iure dixerit Hippoc. *magna ex parte*, Contrà iuuenes cum ualeant calore, minus excrementorum gignunt, & si, quæ gignunt potiùs sanguinea, & bilioſa, certè calida sunt, vt meritò ipsorum, incidant faciliter in morbos acutos, atque abijs facultatis beneficio, celeriter liberentur, imò uerò Galen. 6. Epidemiorum section. 5. tex. 6. exponens locum illum, vbi de morbis connutritis sermonem habet, exemplo multorum monstrat, morbos calidos, qui gignuntur in iuuentute finiri in senectute; sicuti qui fiunt in senecture, alia ętate finiri nequeunt, qđ ea postrema sit, & ob caloris inopiam succos crudos, lentos, & copioſos consumere haudquaquam ualeat: propterea q. morbi ipsius usquè ad interitum durẽt: Ad locum uerò lib. 1. de diæta resp. oportet: Adoleſcentes naturaliter esse saniſſimos, contrà autem accidentaliter, scilicet ob errores externos iuuenes ægrotare, senes ob prudentiam sanos esse: Vtilis est præsens sententia ad prædicendum, secundum ætatem, ægritudinum euentum; quæ etiam inseruire potest, & in sexu, & in temperamentis: quandoquidem quicquid habet ætas ratione temperamenti, quod illa habet consequitur, iuuat & ad prudentiam in uiuendo, & sanis, & ægris perſuadendam.

Ad Hipp. authoritatem.

---

40 *Raucedines, & grauedines in valdè senibus coctionem non admittunt.*

Connexio. Scopus. CLARISSIMA est præsentis aphorismi, cum antecedenti coniunctio, siquidem nil aliud est, quam exemplum, quo confirmare voluit postremam illius partem, qua dixit morbos comitari senes ad mortem; Si enim raucedines, & grauedines, qui sunt morbi leuiſſimi, difficilitèr in senibus coquuntur, multò magis cęteros habere debẽt grauiores, vt rationi cõsẽtaneũ uideat, morbos in uniuersum difficilem in senibus, atq; longam curationem suscipere, quod quoque intelligendum magna ex parte, cum aliquando secùs contingat ob bonam curam, & diligentiam, qua utuntur prudentes senes, præsertim qui medici sunt. Nicolaum Leonicenum præstantem, medicum, & philoſophum, cum in ætate nonageſimi sexti anni constitutus, tentaretur raucedine, & grauedine,

atque

©BIUM

atque ipsi dixisset alter medicus, Hieronymi Sauonarolæ prædicatoris ægregij frater, in senibus difficiliter eas ægritudines curari, ferunt respondisse, hanc Hippocratis sententiam, nō esse de medicis pronunciatam, Est autem sententia simplex inter prognosticas connumeranda, de qua locutus est Auicennas quoque lib. 3. fen. 5. cap. de catarrho, Vt autem plenè intelligatur, tria oportet breuiter scire, Vnum est, quid intelligat Hipp. prò raucedine, & destillatione. secundum quid prò ualdè senibus, Tertiùm quid per coctionem, Et quod spectat ad primum certum est catarrhum, seu destillationem nil aliud esse, quàm humoris pituitosi, à capite ad infernas partes descensum: Vndè Hipp. lib. de flatibus dicebat, caput esse originē omnium fluxionū, perindè ac locus superior pluuiarum, quod etiā apud Arist. legitur 2. de partibus animal. cap. 7. Iam uerò, ut ait idem, Hipp. in lib. de glandulis, & lib. de loc. in homine septem sunt uiæ, per quas hęc materia purgatur, & demittitur, oculi, aures, nares fauces, pectus, venæ, & stomacus: vbi ad nares, uocatur propriè à Græcis ῥοπίζα, à Latinis grauedo; vbi ad fauces dicitur βράγχος, propriè, vbi ad pectus, tussis: ad alias partes ubi vertitur, non uidetur proprium nomen habuisse, & forsan hæc fuit causa, propter quam, Hipp. nullas alias destillationis species commemorauit. nisi dicere uelimus, harum duarum meminisse potissimum, quoniam frequentissimæ cunctarum aliarum, ipsis senibus contingunt, & apud Plautum in hoc maximè damnatur quidam senex, quod muccosas nares, atq; animam olentem haberet: nam vt optimè animaduertit Galenus, non modo corizā, & raucedo in valdè senibus non coquuntur, verumetiam podagra, arthritis, ischias, & nephritis: de qua nephritide dicebat Hippoc. 6. aph. 6. & 6. Epid. 7. sese neminem uidisse quinquagenarium nephriticum curatum: Et si Galen. in com. ad sextum Epid. sect. 5. tex. 6. inter morbos, qui senectute curantur, recenseat nephritidas: ad hæc colici dolores, splenēticæ indispositiones, asthmata, curuitates, aliæq. similes ægritudines frigidæ, quæ etiam interdum in robustissimis iuuenibus difficilimam suscipiunt curationem. Circà secundum similiter sciendum est senectutem tres partes, seu tres gradus habere, prima est à quinquagesimo usque ad sexagesimū annum, quæ interdum uiridis, interdum cruda senectus appellatur. Secunda est à sexagesimo, vsque ad septuagesimam, quæ propriè nuncupatur γῆρας (sic uocata, vt ait Plutarchus 3. symphos. 3. quod faciat homines γαώδεας, ideſt terrestres) seu senectus, quæ interdum etiam robusta est, ità vt de hac loquens Cornel. Celsus dixerit sæpe robustum senem facilius ferrè sanguinis missionem per sectam venam, quàm infirmum iuuenem. Tertia pars est decrepitas, quæ vt pauciſſimis contingit, ætate nostra ob immensum luxum, sic semper est innumeris malis coniuncta, vt verè dixerit vates diuinus vitam hominis esse septuaginta annorum, atque vltrà ipsos nil amplius supereſſe, quàm dolorem, atque laborem. De hac itaque postrema senectutis parte locutus est Hippocrat. in præsenti aphorismo, nempè quę cum sit potius quædam mors, aut saltem proximus morti status, in qua facultates omnes collabuntur, & secundum Aristot. sententiam vis generatiua penitùs desinit, non est mirū si in ipsa omnes morbi, etiam leuissimi coctionem haudquaquam recipiunt. Dixi nuper decrepitam ætatem tempore nostro pauciſſimis contingere, quoniam antè diluuium, atque etiam

Quædam scitù digna prò huius aph. intelligētia.

Viæ per quas caput expurgari solet.

Senectus quot habeat partes.

post,

©BIUM

post, sed proximis illis temporibus secùs erat, quando homines nondum luxu corrupti, multò diutiùs uitam protrahebant, vt de Abrahamo potissimum narratur, qui centum quadraginta quinque annis uixit, & centesimo uigesimo quinto genuit, secùs quàm narrant Plutarchus, & Galenus de quadam Æthiopum gente, quam scribunt usque ad triginta solum annos uiuere, ac ante decimum annum generare: itaque iure dixit Hipp. valdè senes, ut excluderet primam, & secundam senectutis partem, in qua, sæpè usu uenit, vt coquantur raucedines, & grauedines: ob quod etiam fit, ut licet uideantur coryza, & raucedo morbi familiares senectuti, vt habetur 3. aph. nihilominus excipienda sit decrepitas, ob ingentem omnium facultatum ruinam. *Ad 3.* Ad tertium dicendum est quod scribit Hippoc. 6. Epid. sect. 5. tex. 6. morbos connutritos in senectute, per coctionem solutionem, & rarefactionem desinere; ac in eodem lib. sect. 3. tex. 11. quæ suppurantur non reuerti, quoniam in ipsis est coctio, crisis, & abscessus: in quibus locis interpretandis Galen. dixit coctionem significare humorum reductionem ad mediocrem quandã temperiem: itaq; quod hoc in loco vult dicere est, in decrepitis non coqui, hoc est, non reduci ad mediocrem temperiem humores crudos, & ratio est, quoniam id opus totum est caloris natiui, quod cum in decrepitis ad modum hebes, & penè mortuus sit, haud quaquam potest ità humores uincere, ut eos redigat ad mediocrem temperaturam: non propter hoc tamen Hippocrat. negat, quin possint in ualdè decrepitis solui interdum morbos, uel abscessu aliquo, uel expulsione, uel diutina rarefactione, cum his quoq; modis morbos in senectute connutritos scripserit desinere; nec ualet etiam huiusmodi operationes fieri beneficio caloris natiui, quia ad eas non tantum eius requiritur, quantum ad coctionem, ità vt ipsa quidem in viridi senectute fieri possit, non autem in ætate decrepita. Hæc quoque sententia in primis utilis est, ad prædicendum euentus morborum, qui fiunt in decrepitis, sed non parum etiam iuuat in instituenda ipsorum medicatione, quæ non ad coctionem dirigi debet, sed vel ad solutionem alui aliquam faciendam, vel ad rarefactionẽ, vel ad abscessus parandos, propter quod in hac ætate non inconuenit, & in prædictis morbis administrare, quæ rarefaciunt, vt decoctum ligni, frictiones, & quę abscessum prouocant, & naturæ opera imitantur, qualia sunt cauteria nuncupata.

---

41 *Qui frequenter, ac fortiter absque causa manifesta exoluuntur; de repentè moriuntur.*

IMAGINANTVR nonnulli posse hunc aphorismorum continuari superiori, quòd in eo doceatur prædictio morborum, qui difficiliter curantur, hic vero eorum, qui citò interficiunt, Sed hæc continuatio generica nimium videtur, Sic enim liceret potiùs etiam dicere continuari, quia in antecedentibus duobus loquitur de ijs qui lentè pereunt, hic verò de morientibus repente; Sed illud certum est hanc sententiam esse purè prognosticam, atque simplicem cum nihil aliud dicat, quam eos qui frequenter, fortiter, & sine manifesta causa exoluuntur repentè interire; Prò cuius integra explicatione videndum est primum

Continuatio.

Scopus.

©BIUM

mum quid ſit ἔκλυσις, ſeu exolutio, Cur Hippoc. appoſuerint tres illa conditiones, frequenter, vehementer, & ſine manifeſta cauſſa. Poſtremò quæ dicatur repentina mors: Quod ſpectat ad primum, ſunt aliqui exiſtimantes exſolutionem uocari ab Hip. lypothymiam, ſeu lipopſychiam, quã definiebant Æreteus, & Aetius eſſe præcipitem uirium ruinam: Alij verò non lypopſichiam, ſed ſyncopem: Ego verò puto utroſque affectus ab Hipp. intelligi: Si quidem, ut Galen. 3. prorrhet. 28. dicit, paſſim ἐκλύσεις dicuntur, vbi corpus redditur impotens ad ſenſibiles actiones, ut docet Auic. 1 1. 3. tract. 2. cap. de ſyncopi, qui inter ſe ſe differunt tantummodo ſecundum magis, & minus, ut Galenus 1. ad Glauc. 14. nam, & qui deficiunt animo frequenter, repentè pereunt, ſicuti, & qui illud faciunt cum ſudore; nam animi defectus, & ſyncope in eo differunt, quod alter eſt virium caſus ſine ſudore, altera uerò cum ſudore, quod ſignum eſt grauioris mali; Porrò huiuſcemodi affectus ad tria cauſſarum genera reducuntur ex Galen. 12. Meth. cap. 5. & 2. de uictu acut. 49. necnon Auicen. 1 1. 3. tract. 2. cap. de ſyncop. Vnum genus eſt earum quæ mouent ſpiritus ad interiora, ut ſunt uenenatæ omnes materiæ, vt ſunt timores, ſubiti terrores, mali nuncij: Alterum genus earum eſt, quæ præfocant, ut eſt fungorum eſus, affectus uterini, & maximè qui appellatur propriè præfocatio & cordis palpitatio. Tertium eſt earum quæ poſitæ ſunt in paucitate, atque in ſpirituum tenuitate, ut in magnis euacuationibus, & præſertim ſanguinis, in magno & ſubito gaudio: his enim omnibus cauſſis fiunt ſubiti interitus, non ſemper, ſed quando adſunt illę conditiones, vt fiant frequenter, valdè, & ſine cauſſa manifeſta. Quare vt deueniam ad ſecundum propoſitum, Gal. optimè dixit non omnes, qui exſoluuntur, repentè mori, ſed ſi addantur tres, διορισμοι, ſeu diſcretiones, vna vt hoc patiantur ſæpenumero, ut fortiter, & ut abſque manifeſta cauſſa: nam qui rarò id patiuntur, & parũ & cum cauſſa manifeſta, non habent cauſſam ità vrgentem, & valentem vt poſſint ſubitum exitium afferre; Similiter, qui ob cauſſam aliquam manifeſtam exoluuntur, ut ob inędiam, ob importunam in balneis lauationem, ob ignem accenſum ex prauis carbonibus, haud quaquam citò intereunt, etiam ſi valdè, & ſæpius exſoluantur: ſic uidemus non rarò mulieres hyſtericis affectionibus obnoxias, corripi lypothymijs, & ſyncope, nec tamen interire, quia à manifeſta cauſſa fiunt, ſcilicet ob debilitatem, aut nimiam oris ventriculi ſenſibilitatem; Verùm vbi ſit ob debilitatem animalis facultatis, quæ non ſit ità conſpicua, ſecùs contingit. Cęterùm quis uocetur ἐξαπίνης interitus verè non docuit Galenus; Verum tamen nec mihi placet, quod aliqui dicunt, ſubitam mortem eam eſſe, quæ fit cum leui morbo, aut cum nullo, ut apoplexia, verum exiſtimo, eam mortem ſic uocari, quæ cum timeatur, eo tamen tempore contingit, quo minus formidatur; Etenim, qui crebrò exoluuntur, & valdè, non eſt dubium, quin initio timeatur ipſis mors, ueruntamen cum ſæpius deludãtur ab expectatione mortis, incipiunt parum timere: quo fit, vt tandem aduenies mors dicatur inopina, quaſi tunc prętęr opinionẽ eueniens, Hęc aũt contingit potiſſ. vbi magna eſt, ſcilicet, ubi difficiliter ab ea ægrotantes releuantur, vbi frequens, hoc eſt, ità fit vna poſt aliam, ut exiguum temporis interuallum intercedat inter vnam, atque alteram exolutionem, ubi nulla eſt cauſſa, quæ ſignis valeat cognoſci:

Primum quæſitum Secundũ. Tertium. Ad primum.

Ad ſecundum.

Quæ, propriè vocetur mors ſubitaria.

©BIUM

gnoſci: tunc enim magna ſit cauſſa oportet, quæ latens ſenſum, & rationem ægrum nihilominùs ad tantam virium ruinam perducit; Cęterùm hic tria occurrunt problemmata, vnum eſt, an uerum ſit quod ſcribit Auic. facilè pueros, decrepitos, & conualeſcẽtes ſyncope, quæ eſt virium exolutio, tentari: nã de cõualeſcentibus aliquibus verum uidetur, vt de decrepitis, ſed de pueris non id eſt ità experiẽtia compertum, Alterum problema eſt, quare ſi exſolutio eſt uirium prę-ceps ruina, non omnes morientes priùs exſolutionem patiuntur, cum tamen ſemper in ijs uires plerùmquè priùs deficiant, aliòquin mors non fit. Tertium cur mulieres, & quibus primum ſanguis mittitur, adeò facilè exoluuntur. Ad primum dicere oportet Auicennam, non de omni uirium exſolutione uerba facere, ſed de ea, quæ fit per ſpirituum diſſipationem: quæ, & ratione ætatis fit in pueris maior, ut propterea ipſis denegata ſit à medicis miſſio ſanguinis, & ob lumbricos à quibus frequenter conſueuerunt uexari, & licet Hipp. 1. aphor. dixerit ſenes facilimè ieiunium ferrè, vt propter hoc ipſi videantur minùs obnoxij exolutionibus, id tamen de uiridi ſenecta intelligendum eſt, non de decrepitis, de quibus locutus eſt Auicennas: quod ſi non cadunt in huiuſmodi ſymptoma, eſt potiùs ob ipſorum prudentiam, qua omnes occaſiones mali deuitant, quàm ob naturę robur. Ad ſecundum dicendum eſt morientes non ideò exolui omnes, quia uirtutes ipſis paullatim deficiunt, non autem affatim, nam (ut anteà dicebam) exolutio, & ſyncope, dicuntur eſſe prępipites, hoc eſt, cõfertim, & non paullatim factæ virium ruinæ. Ad tertium dicendum eſt mulieres ob animorum paruitatem, & omnium virium imbecillitatem, facilè incidere in lapſum virium, propterea quod paruus eſt tranſitus, aut ſaltem minor, quàm in uiris à virium debilitate, ad ipſarum ruinam; Atque hæc eſt ratio inſinuata ab Ariſtot. 11. probl. ſect. vltimo, cur ſenes, pueri, mulieres, metuẽtes, & ſpadones emittant uocem acutam, & tremulam, quod ſcilicet paucum aerem attrahant, ac ob id celeriter vocẽ edant, quæ eſt acuta: aut uocem continere, ob debilitatem nequeant, perindè àc ubi puer, vel debilis longum baculum eleuare tẽtat. inaſsuetis autem mittere ſanguinem, concidunt uires, quia exinaniuntur ſpiritus, qui aliàs numquam fuerè exinaniti, imò ſunt, quibus etiam propter ſpirituum debilitatem, atque paucitatem ſemper dum phlebotomantur exolutiones contingunt, maximè dum ijs erectis, aut ſedentibus, hæc operatio adminiſtratur: Itaque eſt hæc ſententia primum utilis ad prædicendam mortem, eſt etiam propter curationem, aut potius præſeruationem: quoniã ubi medicus uidet frequentari exolutiones, ſeſe parat ad uitandam mortem frictionibus, ligaturis, irrigationibus aliiſquè pręſidijs ſpiritus recreantibus, atque facultates robuſtas conſeruantibus.

Primum problema.

Secundũ.

Tertium.

Solut. Primi.

Sol. ſecundi.

Sol. tertij.

---

42 *Soluere morbum, quem apoplexiam vocant, fortem, impoſſibile; debilem verò non facilè.*

ET ſi in multis differat apoplexia ab exolutione, in eo tamen utraquè conueniunt, quòd uires amittuntur, & quod repentè occidunt, ut hac ratione uideantur ambo ſimul connecti, atq; etiam ſubſequens, ut monſtrabitur, quandoqui-

doquidē oēs loquuntur de repentina morte; Eſt aūt dogma progn. quemadmodū pleraq. huius libri, & diuiditur in duas partes, quarū prior eſt (*Apoplexiam fortem ſoluere eſt impoſſibile.*) Scda uerò: (*Debilem verò nō facilè*) Corn. Cel. lib. 2. c. 8. de hoc morbo loquēs ità ſcribit, *Iſquè morbus mediocris, vix ſanatur, vehemēs ſanari nō poteſt,* Iā uerò circà primā partē uidendū eſt, quid ſit apoplexia, quæ cauſſæ, quis locus affectus, quot eius differentię, & cur magnā ſit impoſſibile curare. Apoplexia itaq; à Græcis nuncupata, à Celſo lib. 2. c. 8. neruorū reſſolutio, ab alijs Latinis propriè dicitur ſyderatio, attonitus morbus, percuſſio, ſeu perculſio, quaſi veluti fulmine, aut vi aliqua ſyderū pculſi ſtatim cōcidant, & licet in caro, & vteri præfocatione, ſyncope, alijſq. exolutionū uehemētiū generibus, uideātur ægri ſimiliter affecti, quę tamen propriè uocatur apoplexia, nil aliud eſt, quàm. *Reſßolutio, ſeu paralyſis totus corporis, atque etiam mentis, vel animi ſubita.* Dixi. n. reſſolutionē, ſeu paralyſim, quoniā (ut optimè dixit Cęlius Aurel. lib. 3. acut. c. 5.) Hip. Diocles, Praxagoras, atq; alij ueteres appellarūt paralyſim, quemadmodū Corn. Cel. lib. 2. c. 27. vocauit neruorū reſſolutionē. Dicitur, totius corporis, ad differentiam paralyſis propriè uocatæ, alterius tantum partis, aut membri: nā (ut ait Celſus, & ut habetur in lib. de diffinit. Galen. attributo (quando quis reſſolutionem alicuius partis, aut dexteræ, aut ſiniſtræ incurrit dicitur pati paraplexiam, ſeu paralyſim, & Hippoc. in prorr. & in Coacis prænot. atque alibi dicit linguam, aut crus, aut aliam partem apoplexia tentari, quādo reſoluuntur, ſenſu, atque motu priuātur. Dicitur *Mentis, ſeu animi,* quia ut ait Aretęus lib. 1. de acutis cap. 7. in apoplexia, & mens, & motus, & ſenſus perduntur, Vndè Tertullianus in lib. de anima ſolebat dicere paralyſim, hoc eſt apoplexiam prodigere mentem, Addo ego uocem (*ſubita*) ad differentiam multorum, qui, dum proximi ſunt morti, iacent in reliquis ueluti apoplectici; non ſunt tamen uerè, quia in eum ſtatum haud ſtatim deuenerunt, ſed paullatim, ità ut primum unam operationem, deindè aliam, atque aliam perdiderint, excepta tamen reſpiratione quę paulliſper ſeruatur, alioquin eſſet ipſa mors: Cauſſa huius immediata & continens eſt, vel repletio uentriculorum cerebri, facta ab humore uiſcido, & craſſo, ſiue ſit ſanguis, ut Auuic. 1. 3. tract. 5. cap. 12. ſiue humor melancholicus, ſiue pituitoſus, ſiue etiam craſſus, vel ipſorum compreſſio, & concluſio facta, aut à tumore inflammatorio, aut à cauſſa externa, nempè compreſione: cum. n. ſecundum medicos, ventriculi cerebri ſint officinæ, in quibus fabricantur ſpiritus, qui ſunt animę inſtrumenta, & è quibus omnis uis, & ſenſus in corpus deriuantur, certum eſt non poſſe omnem perdi, niſi magnopere uioletur ille locus, ubi uis illa manet, & efficitur: dixi autem ſecundum medicos quoniam Ariſtot. 1. ſect. problem. 9. circà finem dixit, vt habetur in context. interpretis antiqui, fieri apoplexiam ſenibus, vbi humor cōfertim diſſolutus delabitur in cor: ibiquè cōgelatur ob caloris natiui imbecillitatem, Eſt ergo locus affectus (ſecundum medicos) principaliter cerebrū, licet poſteà per conſenſum afficiatur cor, impedito ipſius motu, ex refrigeratione; cum verò lædatur cerebrum, vt pars ſimiliaris, & ut inſtrumentalis in propoſito caſu læditur, ut inſtrumentalis, quia Cerebri uentriculi, aut opplentur, aut comprimentur, & concludentur id quod uoluit intelligere Gal. in com. quando dixit omnem apoplexiā fieri nequeūte animali facultate ſeipſam infer-

De Apoplexia.

Quid ipſa ſit.

Eius cauſſæ.

Ariſtotelis opinio de cauſſa apoplexię.

Sedes affecta.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 180 sur 867

©BIUM

nis partibus cõmunicare, uel ob aliquã phlegmonosam dispositionẽ ipsum cerebrũ occupantẽ, quæ, s. uentriculos cõprimat, & cõcludat, uel ob pituitosum luccum uentriculos cerebri opplentẽ: & dixit pituitosum, quia semper hic adest, uel solus, uel alijs humoribus mixtus, nec ualet, qđ Galen. 4. de loc. aff. 7. videatur statuere locum affectũ esse totũ cerebrũ, quoniã ad totius, sequitur etiam partium affectus: Vnde differentię duę ipsius apoplexię oriũtur, ex passione diuersa ipsius cerebri, atque ipsius cordis: quoniam si cerebri ventriculi penitùs oppleantur ab humoribus uiscidis, & crassis, necnon cor insigniter uioletur, ità ut nequeat moueri, neque refrigerari, quẽadmodũ ipsi necesse est, ac propterea valdè sit impedita respiratio fit apoplexia, quę ab Hipp. hoc in loco vocatur ἰσχυρὰ seu fortis, & magna, in qua ægri vix respirare deprehenduntur. Sin uerò locus cauus nõ sit penitus repletus, nec ità læsum cor, vt difficilima fiat respiratio, oritur altera differẽtia, quæ vocatur ab Hip. apoplexia ἀσθενὴς, idest imbecilla, siue parua, atque hac in re potissimũ differt apoplexia, ab altero simili affectu, qui à Gręcis dicitur κάρος, à nostris veternum, in quo ægrotãs est priuatus ferè omni sensu, & motu, nec tamẽ fit vllo modo respiratio difficilis: Ex hoc igitur discursu licet colligere verã rationem propter quam impossibile est soluere apoplexiã fortem, quæ in tribus potissimum sita est, Vno, quia duo fontes principales totius vitę insigniter læsi sunt, nẽpè cerebrũ, & cor, quod nullum affectum uiolentum diù sustinere posse dixit Arist. quarto de partibus animalium tertio. Altero, quia omnes corporis operationes nequeunt tolli, nisi à potentissima causa, quæ superari nequit: Tertio, quia cum respiratio insigniter læsa fit, & causa ipsa lędens sit crassus, & lentus humor, qui non nisi longo tempore vincitur, nõ potest cor expectare huiusmodi tempus, cum egeat irrequieto, & libero motu, quo fit, vt necessariò prius deficiat, quàm inimica causa tollatur, Sed hoc in loco dubitatur, utrum uerum sit impossibilem penitus esse curationem fortis apoplexiæ, quandoquidem experientia comprobatur, etiam aliquos seruari, qui uix respirationem habent, ut testatur quoque Auicenna prima tertij tract. 5. cap. 12. Prætereà dubitatur qui fieri possit, vt seruetur respiratio, quæ fit operatione musculorum, quorum uis motrix à cerebro dependens omninò extincta uidetur, ità ut aliqui pro mortuis sint ad sepulturã elati, cũ tamẽ adhuc viuerent: propter quod referũt Auic. atq; alij Arabes, lege cautũ esse, ne huiusmodi affecti, ad sepulturam ferãtur antè septuaginta duas horas, & Christus hac ratione forsàn voluit Lazarum resuscitare quatriduanum, quo omnem occasionem auferret dubitandi, ne fortè uerus mortuus non esset, sed apoplecticus. Ad primam respõderi põt dupliciter, uno modo quod hoc uerbũ λύειν, i. soluere accipi põt, uel prò integra solutione, ità ut æger ad priorẽ integrã sanitatẽ redeat, uel prò liberatione à morte: si primo modo intelligatur uerus est aph. quod, s. impossibile sit, Ità solui apoplexiã, vt pristina sanitas restituatur, siquidẽ semper in alicuius partis resolutionẽ desinit affectus: sin aũt secundo modo capiatur, non est uerũ impossibile esse, quia ut testatur Auic. aliqui apoplectici in quibus nullũ apparet respirationis vestigiũ, (qđ est signũ apoplexię fortis, (ab interitu eripiũtur. Aliter respõderi põt vocẽ ἀδύνατον haud significare cõsumatã impossibilitatẽ: sed extremã difficultatẽ, quę ità est, ut rarissimè secùs cõtingat, & licet Aui. dicat se plures uidisse reuiuiscẽtes, & sanatos, in qbus nullus

Eius differentiæ.

Cur fontis apoplexia solutu difficilis.

Dubitat.

Altera Dubitat.

Ad Primam.

Altera Solutio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 181 sur 867

©BIUM

nullus apparebat anhelitus, ità vt viderentur mortui, attamen illa pluritas reſpectu aliorum, qui mortui ſunt, fuit potius paucitas, atque magna raritas, & perindè eſt, ac ſi diceret ſeſe non vnum vidiſſe: Ad ſecundum reſpondet Galenus in com. illud quidem mirum eſſe, uerumtamen haùd penitùs abſque ratione, quoniam ob uſum reſpirationis uitæ neceſſarium, facultas motrix relicta in neruis cogitur tantiſper muſculos omnes thoracis mouere donec, uel uita ſuperſit, uel cauſſa lædens depellatur; Et notat Galenus ſapienter omnes thoracis muſculos rarò moueri, præterquam in magnis exercitationibus, ob uſum auctum, & in apoplexia ob facultatis motricis imbecillitatem, ſicut, & in aliquibus febricitantibus motricem imbecillam habentibus: quod enim dicebat Gentilis reſpirationem eſſe motum ex uoluntario, & naturali, ac propterea extincto uoluntario, qui fit opera muſculorum, ſupereſſe naturalem, ualdè abſurdum eſt, quoniam (ut optimè docuit Gal. lib. de motu muſc.) muſculi ſunt pura inſtrumenta facultatis motricis uoluntariæ, ſicuti villi ſunt inſtrumenta facultatis naturalis, undè non poteſt ullus motus naturalis fieri opera muſculorum, ut fit reſpiratio in ipſis apoplecticis, atque hæc prò prima parte aphoriſmi. Nunc uenio ad ſecundam, prò qua illud memoria eſt repetendum (quod retrò dicebam) Hippocratem duas tantam feciſſe Apoplexiæ differentias fortem, ſcilicet, & debilem: Verum Galenus, & ſequaces huiuſcę debilis, duas ſpecies nobis propoſuerunt, ità ut tres fecerint omnes, ſecundum uarietatem reſpirationis ſignificatas, in priore enim quę eſt fortis, non modo reſpiratio eſt leſa, verum penitus extincta uidetur, adeò vt medici ad diſtinguendam ipſam à morte excogitarint diuerſos modos, vt apponendi candelam accenſam ori, cyathum plenum aqua thoraci. atque ſimilia. ſecunda ſpecies eſt, in qua reſpiratio quidem conſpicua eſt, at ità difficilis, vt inter reſpirandum edant ſonitum, qui ſtertor dicitur. Tertia eſt in qua reſpiratio quidem aliqua ex parte difficilis eſt, uerum abſque ullo ſtertore, & ordinata: Hęc poſtrema difficilis quidem ſolutu eſt, ſed minimè aliarum: ſecunda uerò difficilior hac, de qua loquens hic Hippocrates dixit non eſſe facilè eam ſoluere; Cur autem dixerit potius non facilè, quam difficilè, puto ego id feciſſe, quia ſub nomine debilis apoplexiæ, voluit comprehendere duas ſpecies, quarum vna eſt difficilis, altera uerò facilis, vndè vtraque ſimul complexa, iure poteſt appellari non facilis. Cauſſa porrò ob quam neutra debilium ſit facilis ſolutu, eſt tum quia præcipuum uiſcus (quale eſt cerebrum) patitur, & omnes paſſiones partium principalium magni morbi ſunt (vt Gal. declarauit quarto & ſexto meth.) tum quia in utriſque læſa eſt reſpiratio, licet non ità inſigniter, vt in priori, tum denique quoniam ſecunda ſemper deſinit in aliquam paralyſim, tertia uerò, etſi non ſemper ſoluatur cum paralyſi alicuius partis, ſemper tamen ſolet aliquod membrum debile relinquere, & eſt quando, uel cum exiguo, & minus craſſo humore efficitur apoplexia, vel ex ſola uentriculorum cerebri compreſſione, facta tam ab interna, quàm ab externa cauſſa. Hæc itaque eſt recta propoſiti aphoriſmi intelligentia, cuius utilitas eſt, tum in prognoſtico faciendo, tum etiam in curatione, quia ubi medicus certus eſt primâ apoplexię ſpeciē eſſe, debet omninò ab ea tractanda deſiſtere, iuxtà præceptum Hipp. in lib. de arte, ubi deploratos non eſſe curandos monet, cognoſcitur autem ea ſignis propoſitis, prò cognoſcenda re-

Ad ſecundum.

Cõtrà Gẽtilem.

Apoplexię ſpecies quot, & quales.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 182 sur 867

©BIUM

ſpiratione: & licet Razes 9. ad Alman: videatur tradere modum curandi omnem apoplexiam, attamen id potiſſimum videtur reſpexiſſe, quando non ità certa eſt cognitio ipſius: præterquam quod ibi purè Empyricum agit, Sed vbi eſt ſecunda ſpecies, tũc medicus debet omni conatu curationem aggredi, atque ſtatim ad magna præſidia deuenire, cum magnus morbus ſit, & reſpiratio difficilis, cui niſi ſubueniat, ſtatim penitùs tollitur.

---

43 *Strangulati, ac diſſoluti, nondum mortui, non referuntur, quibus ſpuma circà os fuerit.*

PVTANT aliqui connecti hos duos aph. ſ. antecedentem, & præſentem, quod in ſuperiori locutus ſit de ſyderatione lethali, nunc, quæ ſit ſyderatio ſcilicet ſtrãgulatio, doceat: Sed nugę ſunt, quoniã multum intereſt inter eos qui apoplectici moriuntur, & inter eos, qui laqueo ſtrangulati, atq; deindè à laqueo diſſoluti, nihilominus intereunt, de quibus loquitur Hipp. Nam & Celſus lib. 2. in fine cap. 8. hunc locum interpretans dixit; *Neque is ad vitam redit, qui ex ſuſpendio, ſpumante ore, detractus eſt*; quaſi, & ipſe putarit, non de alijs eſſe locutum Hippoc. quàm de illis, qui laqueo ſtrangulantur, vt denotat etiam uox ab Hipporate vſurpata *καταλυομένων*, Sed dicet aliquis, ad quid Hipp. de ſuſpenſis ſermonem interſeruit inter morbos; Duobus modis huic quæſito reſponderi poteſt, vno modo Aphoriſmis (vt notat etiã Gal.) multos perperàm eſſe interſertos, atq; ſine vllo ordine; quod cõtingit, quia in aduerſarijs etiam Hippocratis (vndè aphoriſmi ſunt deprõpti) ità erãt omnia indiſtinctè cõſcripta, & locata; Alio modo reſponderi poteſt tempore Hippocr. id in vſu fuiſſe poſitum, vt ſerui ſuſpenderentur ira, vel terrore, quos deindè detrahebant è ſuſpendio, & medicis curandos dabãt, imò ẽt erant ſerui, ſpõtè id agẽtes, vt ſunt hodie aliqui deſperati, & melãcholici, qui id faciunt, contrà quos leges diriſſima ſuplicia conſtituerunt: id quod uerũ eſſe deprehenditur ex Aetio lib. 2. apud quem habetur curatio eorum, qui è ſuſpendio, ſunt detracti, vt igitur Hip. doceret quorũ ſuſpenſorum ſpes eſſet habenda, & conſequenter curatio ſuſcipienda, hanc ſententiam poſteris voluit relinquere, ſcilicet eorum eſſe ſpem aliquam habendam, quibus non eſt ſpuma circà os, contrà deſperandum de illis, neque curatio amplectenda, qui habent ſpumam circa os: Poſtquam autẽ conſtat vnicuique, quid ſit ſtrangulari, & quid *καταλύεσθαι*, ſeu à laqueo diſſolui, reſtat tantum vt uideamus, quomodo efficiatur ſpuma, & cur ubi ſpuma circà os apparet, nulli ex his reuertantur ad uitam; Ἄφρος, ſiue ſpuma, nil aliud eſt, quam corpus quoddam ex multis bullis conflatum, bullæ uerò à Græcis *πομφόλυγες* dictæ, ſunt tumores aquei flatu repleti, vt docuit Hipp. lib. de flatibus. Iam verò ad generationem ſpumæ non modo neceſſe eſt, vt conueniant ſimul humor, & flatus, verũ opus eſt, vt humor ſit pauliſper lentus, & craſſus, alioquin flatus ipſi immixtus ſtatim exiret: flatus autẽ generatur, & miſcetur aquę partim motu, vel materiæ, uel flatus, vel utriuſq; (quẽadmodum videmus in mari, & albuminibus ouorum, quę cum humida ſint, viſcida,

Quæſitũ. Reſp.

Spuma quid, & quo modo generetur

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 183 sur 867

©BIUM

ſcida, atque craſſa, ubi uehementer agitantur ſpumam, atq; eam durantem efficiunt, ſecùs quam in aquis fluminum, quæ quòd ſint tenuiores, non diù ſeruant ſpumam ex motu, quemadmodum marina) partim fit feruore, ſeu calore magno, ut uidemus in lebetibus aqua repletis, ac feruentibus, in quibus fit copioſiſma ſpuma, quamquam, ſi rectè rei natura aduertatur, nec ſine motu caliditas ſpumam efficit: Sic quoque conſtat, cur iratis animalibus, & hominibus deſtillationes patientibus, fiat ſpuma, ſcilicet fracta, agitataq. pituita, & flatu repleta ſimiliter patet, cur hieme minus fiat ſpuma in aqua bulliente, quam eſtate, quod dixit Ariſtot. 24. ſect prob. 6. Cæterum quod in laqueo ſuſpenſis generetur ſpuma, non tantum eſt, ob calorem cordis immenſum, ſicuti putarunt nonnulli, uerumetiam ob uehementem motum, Etenim ubi quiſpiam laqueo ſtrangulatur, duo efficiuntur unum eſt, quòd frigidi aeris ingreſſus ad cor impeditur, quo ipſum priuatum maximè flagrat, ac ob id copioſos halitus generat, Alterum eſt, quod iſti copioſi halitus, cum liberè extrà prodire inhibeantur, propulſi à corde, maxima ui erumpere nituntur, qui tandem in os perlati ibiq. ſaliuæ, aut pituitę, magno impetu immixti ac eam agitãtes ſpumã faciunt, pindè ac ſaliuoſi dum multum, & cum impetu loquũtur, ac equi currentes, aut alioquin magnopere moti, ſpumam copioſiſſimam circà os habent: quemadmodum etiam ait Galenus contingere ira percitis, qui dum præ libidine, aut Zelotypia in iram accenduntur, ori ſpumam obducunt, Et certè id contingit his, quod ſcribit Ariſtot. 24. problem. 9. euenire lenticulæ, & argento bullientibus, quæ ἐκπαφλάξεσι, hoc eſt extrà uas, ſpumam proijciunt, quoniam craſſum ius, retinet calorem, & halitus, ità ut hi magno impetu exitum quærentes, ipſum humorem ſpumantem longè, lateque proijciant, ſic enim halitus cohibiti intrà humorem ex laqueo, magna ui deindè erumpentes, ſpumam extrà os proijciant. Cùm itaque hæc ſit cauſſa, cur in ſuſpendio ſtrangulatis ſpuma ſuboriatur, nunc uidendum ob quam cauſſam nulli ad vitam redeunt, quibus huiuſmodi ſpuma circà os oboritur, Sed priuſquam hoc examinemus uidendum eſt, an hoc ità perpetuò uerum ſit, quemadmodum uidetur teſtari Hippoc. nam Galen. uidens experientia comprobari ſtrangulatos, etiam cum ſpuma circà os ſeruari, dixit ſententiam Hippocratis non eſſe vniuerſaliter ueram, ſed ex ijs eſſe, quę ut plurimum contingunt: nam in Epilepſia fieri ſpumam circà os, & tamen plurimos redire non eſt dubitandum. Cæterum alij Galenum coarguentes dixerunt, aliud eſse ſpumam fieri circà os, aliud fieri in ore; circà os ſi fiat, neminem prorſus ſeruari, atque ità eſſe præſentem ſententiam intelligendam, ſin autem fiat in ore, non ità eſſe veram, quin interdum ſecùs contingat; Rationem autem huius diuerſitatis adſignare conati ſunt, quod vbi eſt circa os, non fit ex pituita, vt in Epilepſia: Sed ui ingenti pulmonis, & cordis expellentium ſpiritus uitales, quibus conſumptis, non apparet in ore ſpuma, ſed extrà tantum conſeruatur, ſicquè neceſſariò vita tollitur. Sed hæ nugæ ſunt, quoniam numquam ſpuma uidetur, niſi circà os, propter cauſſam retrò allatam, imò Epileptici, qui ferè ſemper redeunt, cum habeant dentes ſtrictiſſimos, numquam habent, nec habere poſſunt ſpumam niſi circà os, & intrà os pauciſſimis uidetur, imò uideri non poteſt. Quare multò ſatius eſt dicamus cum Galeno, quod etiam ſcripſit Cornelius Celſus lib. 2. cap. 6.

Cur in laqueo ſuſpẽſis ſpuma generetur

©BIUM

cap. 6. coniecturalem esse medicinam, rationemquè coniecturę talem esse, vt cum sæpiùs aliquando responderit, interdum tamen fallat nos: quod idem dicendum est de Hippocratis aphorismis, qui cum in pauciſſimis fallant, in plerisquè veri comperiantur, non propterea abijciendi, aut repudiandi sunt, quod aliquando non ueri inueniantur, si per innumerabiles homines respondeant: nam spes quandoquè frustratur, & moritur aliquis, de quo medicus primò securus fuit, quæquè medendi causſa reperta sunt, nonnunquam in peius aliquid conuertuntur: Nec Hippocrates hic loquitur de Epilepsia sed de his, qui laqueo suspenduntur, vel, qui strangulati sunt morituri: quamquam possumus etiam de Epilepsia dicere, in ea non fieri spumam veram, sed corpus quoddam bullis aliquatenùs refertum spumam æmulans. Porrò cur huiusmodi signum vsque adeò sit exitiale, explicuit rationem accuratissimè Galenus, quando dixit id fieri, quoniam pulmo vim ingentem patitur, ob caliditatem ex corde in ipsum propulsam, adeò vt lethale signum sit, tum ob feruorem caloris, tum ob magnum spirituũ motũ, tum ob eximiam ipsius pulmonis contentionem, à quibus omnibus efficitur spuma; quod tamen ità certum accipiendum est, vt in plurimis respondeat, cuiusmodi aliàs consueuisse loqui Hippocratem monstrat idem Galenus; Patet itàque, ut etiam anteà dicebam, vtilem esse aphorismum, tum ad prædictionem faciendam, tum etiam ad decernendum de suscipienda, vel dimittenda curatione.

Cur ĩstrã gulatis spuma circà os, sit læthale signum.

---

44 *Qui natura admodum crassi sunt, citiùs intereunt, quam qui graciles.*

STVDIOSI continuandi omnes aphorismos, dicunt Hippocratẽ in hoc aphorismo pergere in inchoatis comparationibus rerum præternaturaliũ, cum naturalibus: Ego verò dico (si vlla est excogitanda continuatio) hanc probabilem posse afferri, quod crassi naturaliter obeant, (ut uidebitur) quasi strangulati, & citò: àc propterea post strangulatos præternaturaliter, de crassis, qui quasi naturaliter strangulantur, loquatur: Nam Cornel. Cel. lib. 2. c. 1. hanc sentẽtiam interpretans, ità scribit. *Obesi plerumquè acutis morbis, ob difficultatem spirandi strangulantur, subitoquè sæpè moriuntur.* Quod in corpore tenuiore uix euenit: itaque duplex similitudo cum præcedenti: & quod in utroque de ijs, qui citò, & de ijs, qui strangulati moriuntur, tractetur: Verum ut cumque sit, sententia præsens est purum dogma prognosticum, & simplex est, ac indiuisibilis, cum nil aliud dicat, quã obesos gracilibus, nõ esse uiuaciores, quasi dicat cum strangulati non redeant, propterea etiam crassi strangulati, citiùs pereunt, quàm graciles, Videndum, igitur qui sint apud Hippocr. παχέῖσ σφόδρα, ideſt valdè crassi, qui sint ἰσχνοί: & cur illi, istis citiùs moriantur. Παχέας, siue crassi duplices sunt, alij qui ossibus, & carnibus corpora habent ampla, & procera, alij qui pinguedine: de prioribus planè non loquitur Hippo. quoniam (vt dicebat Arist. 5. prob.) Carnes diutiùs resistunt causſis colliquantibus, quàm pinguedo, vt propter hoc huiusmodi crassi diutiùs viuant: nec obstat qđ Cæl. Aurel. in fine quinti diutur. recenseat πολυσαρκίαν, ideſt carnis multitudinem inter morbos, quoniam

Continuatio.

Scopus.

©BIUM

niam abutitur uoce pinguedinis ex inſcitia. Cæterum de pinguedine alia eſt ratio, atque de his loquitur Hippocr. & Celſus iure tranſtulit obeſos, vt doceret ſenem loqui de craſſitie cauſſata à pinguedine. Qui autem ſic craſſi ſunt, ut dicit Hipp. 2. Epid. 1. habent uenas, uentres, & oſſa parua, ſicuti tenues: contraria ſunt autem craſſis, cuncta pinguedine obducta, ità ut nequeant operari quēadmodum deceret, neque etiā generare, ut ait alibi Hipp. & cum eo Ariſt. cuiuſmodi diſpoſitio reponitur à Gal. 13. methodi inter morbos, qualis fuit Nicomachus Smyrnęus, qui ità pinguis erat, vix vt ſeſe mouere, podiciquè manum apponere ualeret: Atque huiuſmodi corpus craſſum uocabat Pythagoras carcerem, & Auicennas. 7. 4. cap. 4. cap. de ping. Iam uerò craſſities hæc duplex eſt vel ſecundum naturam, uel aquiſititia: & quāuis utraque ſit uitæ producendæ contraria, magis tamen eſt ſecundum naturam, de qua loquitur Hipp. & quæ ſequens frigidam potius, quam calidam temperiem; paucitatemquè ſanguinis, & conſequenter caloris habet coniunctam, ſummo iure breuitatem uitæ facit; Et cum uox ταχυθάνατος, qua hic utitur Hipp. ſignificet (ut dicebam) & qui breuiore tempore viuunt, & qui celeriùs (hoc eſt) minori temporis interuallo moriūtur, utroque modo uera eſt Hippoc. ſententia, quia pingues non ſolum breuiori tempore uiuunt, uerum etiam ubi moriendum eſt ſibi, citiùs id faciunt, ideſt paucioribus diebus, cum etiam aliqui repentè intereant, & ferè ſemper ſtrangulati, ut Celſus interpretatur. Contrà autem graciles natura, cum habeant uenas & cauitates amplas, propterea què maiorem ſanguinis, & natiui caloris copiam, conſequenter longioris ſunt vitæ, atque dum mori debent, tardiùs ſemper ſeſe expediunt, quod certè haud uerū eſt de gracilibus præternaturam, qui cum fiant tales plerumquè ob vitæ errores, aliauè accidentia, ſi quid boni à natura habuerunt, id totum perdidere. Atque hæc eſt integra præſentis aphoriſmi ſententia. Circà quam duo occurrunt contemplatione digna, vnum eſt an verum ſit pingues eſſe vitæ breuioris, quam graciles. Alterum eſt, ſi id ſit uerum, quę nā ſit uera cauſſa, propter quam obeſi citiùs intereant, graciles verò ſeriùs. Circà primum videtur dubium quia cum, (vt ait Galen.) optimus omnium habitus ſit εὐσαρκος, & σύμμετρος, ad hunc proximiùs uidetur accedere pinguis, quam gracilis, quia vt liberalitati prodigalitas, (quemadmodum ait Ariſtot.) eſt propior ſic εὐσαρκίαι, videtur propinquior habitus plenus carne, & pinguedine, quam vtriſque priuatus: ſecundo vbi eſt plus ſanguinis pinguioris, & dulcioris, ibi eſt maior cauſſa diuturnitatis vitæ, vt oſtendunt etiam arbores, qui reſinoſi, & pingues ſunt, ac propterea diutiſſimè viuunt, vt Pinus, larix, & ſimiles, At pingues tales ſunt, cum pinguedo fiat ex eiuſmodi ſanguine, atque etiam à calido, ſicut cenſuit Ariſtot. igitur uidentur pingues eſſe viuaciores. Poſtremò corpora pinguia (ut ait Galenus in comm.) habent uiſcera, & omnes partes magis tectas, ut ob hoc difficiliùs lædantur ab externis cauſſis, quæ cum innumeræ ſint, facilè poſſunt breuiorem uitā reddere, ſicut dicebat Hip. 6. Epid. ſect. 5. tex. 20. de dięta imbecilla, quam ſcripſit breuem uitam facere, & ſi optimū eſt ad coctiones peragendas habere uentrem carnoſum, & pinguem, quā excarnem & tenuē, pari ratione dicendum eſt pingues, in quibus ſemper uenter eſt craſſus, & pinguis, eſſe viuaciores gracilibus, quorum ventres ſunt tenues excarnes, & conſequenter

An pingues ſint vitæ breuioris, & cur.

imbe-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 186 sur 867

©BIUM

imbecilli; At contrà hæc argumenta eſt præſens Hippocratis determinatio ab omnibus poſterioribus confirmata: Prò cuius controuerſiæ reſſolutione, confugiendum eſt ad ipſam rei naturam, quę eſt canon omnium diſputationum: cum autem de uita, ac morte diſputetur, videre oportet in quo conſiſtat mors, & uita. Hip. 6. Epid. com. 5. tex. 5. & primo de dieta dicit, corpus diſponi, ut animam, atq; hanc augeri, uſque ad mortẽ, qđ ſi igniatur morbo, corpus perire; & in lib. de Carnibus, ſeu de principijs initio dicebat, calidũ innatum eſſe, quid immortale, cunctaquè intelligere uidere, & audire, Ex quibus omnibus uidetur, eam ſemper fuiſſe Hippoc. ſententiam, hanc animam, quæ eſt uitę author, aut nihil eſſe aliud quam ipſum calidum natiuum, aut nunquam eſſe ſine ipſo, ità vt tandiù ſuperſit anima, & uita, quamdiù ſupereſt ipſum calidum innatum, non modoquè in animalibus, uerum etiam in plantis, atq; ſtirpibus id uerum eſſe, cũ tunc quodlibet corpus dicatur extinctum, & uita priuatum, cum calido extincto frigus ſuccedit, Quoniam uerò (ut optimè dixit Galenus) calor natiuus, inſtar ignis, duos motus perennes habet, alterum deorſum, quo attrahit alimentum, alterum ſurſum, quo fuliginoſa excrementa expellit, hinc fit, ut prò ſui conſeruatione egeat externo aliquo nutrimento, quod humidum eſt, atque frigidum, etenim etiam frigido ali, & corroborari natiuum calorem, dixit Hippoc in lib. de genit. Iam verò, vt diù caloris actio, & ex humido nutritio (quę eſt vita) pdurare queat, opus eſt, vt humidum (quemadmodum ait Ariſtot. lib. de longit. & breu. uitæ) tres habeat conditiones, ut ſit copioſum, ut ſit purum, atque vt ſit viſcidum, quæ cum in homine, atque Elephante magis quàm in vllo alio animali comperiantur, hinc fit, vt hæc ſint cunctorum animalium uiuaciſſima, quemadmodum inter plantas quoq;, illæ viuunt diutiſſimè, quarum humidum copioſius, purius, & viſcidius exiſtit, vt reſinoſæ omnes, qualis pinus, cedrus, platanus, larix. Itaque vbi humido deſunt huiſmodi conditiones fit, ut citiùs conſumatur calor, àc cõſequenter vita finiatur: modus uerò, quo cõſumitur calor & extinguitur triplex nobis relictus eſt ab Ariſtot. in prob. à Theophraſto lib. de igne, à Galeno, cap. 6. lib. de rig. & trem. vnus eſt διὰ σβέσιν, ideſt per extinctionem, quæ fit à frigido nimio, alter διὰ τὴν μάρανσιν, quando ſcilicet deficit, ob inopiam alimenti, ſcilicet humidi, Tertius διὰ τὴν πνῖξιν, ideſt per ſuffocationem, ob quam impedito ipſi calori vtroque motu prędicto, ſequitur ipſius extincto, & ſubindè mors; His de vita, & morte conſtitutis, modo repetendum eſt Tria eſſe corporum genera, ſcilicet εὔσαρκον, ideſt bonæ carnis, & commoderatum. παχύ, ideſt craſſum, & ἰσχνόν ſeu gracile: Εὔσαρκόν, eſt omnium aliorum optimum, propterea q. viuacius, quod eius calidum ſit commoderatum, & humidum tres illas conditiones requiſitas habeat, Cęterum pingue natura, & tenue, ſeu gracile diſcedunt ab eo, alterum per exceſſum humidi, alterum per defectum: Exceſſum appello humidi copiam, ſed abſque puritate, & debita viſciditate, cum pinguedo humidum aereum habeat, vt oſtendit eius ſuper aquam elatio: nec ità purum ſit quemadmodum deceret. Contrà corpus gracile habet minus quidem humidi aerei, ſed plus aquei, & uiſcidi, ac purioris: quo fit, ut corporibus pinguibus ratione copiæ calor ſuffocetur facilè, ſicut ignis à multitudine lignorum, vndè dicebat Ariſtot. hac ratione, oues nimis obeſas, citò perire, ratione etiam impuri-

Hippocratis de anima opinio.

Natiuus calor quot habeat motus.

Humidi, quò vita diuti⁹ protrahatur conditiones.

Calor quot modis extinguatur.

tatis,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 187 sur 867

tatis, & tenuitatis velociter consumitur, & contabescit, atque hoc sicuti verum est de morte naturali, pariter, & de præternaturali, & à morbis facta est existimãdum: quandoquidem, ubi inualescit febrilis, & igneus calor, seu præternaturalis ab eo facilius consumuntur corpora pinguia, tum rationibus antedictis, tum quia maiores putredines in ipsis concipiuntur, quàm in gracilibus: Quare, si cętera sint paria, comparatione corporum obesorum, & gracilium, semper illa citiùs intereunt, quam hæc, siue de naturali, siue de præternaturali interitu loquamur: Vndè facilè patet, qua ratione citiùs intereant pingues, quod erat tertio loco propositum, & quid sit respondendum ad principalia argumenta, quia, tametsi plus humidi, & plus sanguinis in pinguibus appareat, nihilominùs id ob copiam, est ipsi calori natiuo improportionatum, & fluidius, ac impurius, quàm protrahendæ vitæ conueniat. Nec valet quod pinguia ab externis caussis tutiora sint, ob tegmen uiscerum naturalium, quoniam multò plus internis mortis caussis exponuntur, ut monstratum est. Et semper, cæteris paribus, plus valent destruere causæ internæ, quam externæ: Igitur, & vera est Hippocratis sententia, & maximè vtilis, non tàm ad præseruationem, quàm ad prædictionem: siquidem vbi corpora nimium pinguescunt, docetur medicus prò ipsorum uita diutiùs protrahenda, esse illam obesitatem compescendam, uictu, exercitationibus, alijsq. auxilijs ab Hippocrat. nobis monstratis in lib. de diæta, & de salubri diæta.

45 *Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maximè ætatis, & temporum, & locorum: & victum quoque liberantur.*

SI hic aphorismus, ab Hippocr. fuisset statim post apoplexiam subiunctus, posset afferri ea connexionis ratio, quam aliqui excogitarunt, sed cum inter illum, & hunc alij sint aphorismi interpositi, nõ est, ut eorum opinionem sequamur: at illud est satis dixisse, semel doluisse Hippocratem in hoc secundo libro aphorismorum, medicorum ingenia exercere, in uariorum affectuum prędictionibus noscendis, & faciendis, inter quas est præsens sententia, quæ prognostica, & ipsa est, atque simplex sine ratione, nec aliud continet, quàm quod puerorum Epilepsiæ remouentur mutationibus ætatis, locorum, & victuum: Vt autem deueniamus ad ipsius examen prius, illud quærendum est, cur Hippocrates mentionem duntaxat facit Epilepsiæ iuuenum, seu puerorum: nam utrumque significare potest uox νέος, non autem aliarum ætatum, nec aliorum morborum qui curãtur mutatione ętatis, de quibus locuti sunt Hippocrates, & Gal. 6. Epid. sect. 5. tex. 5. vbi dicebat morbos communitos in senectute solui: similiter quęrendum, cur mutationem temporum non recensuit quoque inter causas mutantes morbos, quandoquidẽ lib. de aer. aq. & loc. atq; in Epid. & alibi, tantum tribuit temporum mutationibus, vt dixerit ab ijs fieri morbos, & non ratò eosdem præsertim longos curari: quod etiam dixit lib. de natura humana, scribens morbos antecedentium tempestatum, à subsequentibus finiri: Quod spectat ad primum ea fuit perpetua Hippocratis, atque laudabilis consuetudo, ut quan-

Quæsitũ primum.

Alterum quæsitum.

Solut. Primi.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 188 sur 867

©BIUM

do vno exemplo, vult plura ſimilia docere, illud ſemper capiat, quod frequentiùs, aut difficiliùs, aut notiùs eſt. Vndè cum in præſenti docere nos vellet, quantum in morborum curatione referant mutationes ætatis, regionis, & victus, prò exemplo aſſumpſit Epilepſiá, quæ eſt morbus omnium ferè difficilimus, atque etiá Iuuenib. frequẽtior, quã alijs ætatibus; quaſi dicat, ſi in hac ægritudine difficili tantum poſſunt prædictæ mutationes, multò magis poterunt in leuioribus: & quod frequentius huiuſmodi ægritudo contingat iunioribus, rariſſimè autem ſenioribus, & vſu compertum eſt, & euidenti ratione confirmatur: cum à cauſſis humidis internis oriatur, cuiuſmodi ceſſare, aut ſaltem imminui conſueuerunt poſt vſum veneris (moderatum tamen) cum ab immoderato potiùs generentur, & augeantur: accedit etiam, quod ſi quandoquè fiat epilepſia in ſenectute, haud quaquam eſt expectanda illius ſolutio à mutatione ætatis, cum parua fieri poſſit in ætate iam confecta: Ad aliud verò de mutatione temporum, Aliqui uidentes difficultatem addiderunt contextui Hippocratis uocem *temporum*, quibus fauent nonnulla exemplaria Græca, in quibus loco χωρίων, legitur ὡρέων, καὶ τόπων, ideſt tempeſtatum, & locorum: imò Gal. 5. aph. 7. citans hunc aphoriſmum habet χωρίων, καὶ τόπων, quę uoces cum idem ſignificent, aliqui nec malè crediderũt loco χωρίων, legendum eſſe ὡραίων, ideſt tempeſtatum & contextus antiquus habet etiam *tempora*: Verum alij hunc reſpondendi modum improbantes, tamquam contrarium communibus contextibus, dixerunt propterea Hippocratem non meminiſſe temporum, quoniam tam difficilis morbus nulla poteſt temporum mutatione curari, Sed nec huiuſmodi reſponſio quicquam valet, quoniam multò plus poteſt mutatio temporum, quàm locorum: ſiquidem tempora, medio Aeris, magis operantur, quam loca, & aer inter cauſſas externas maximam, & potentiſſimam agendi uim habet, cum corpora noſtra quolibet momento ingrediatur: undè ſi mutatio loci poteſt curare Epilepſiá, multò magis etiam mutatio temporum, in quibus etiam noſtra cooperantur, vt propter hoc Hippocrates iuſſerit, ea quoque eſſe obſeruanda. Ad hæc mutationes temporum ait Hipp. 1. aph. 3. & 6. Epid. 5. ſect. 20. pariunt mortbos, ergo etiam curant, quod etiá habetur lib. de hum. & 2. de vict. ratione. Itaq; multò accommodatiùs eſt dicamus Hippocratem omiſiſſe (ſi tamen omiſit) *tempora* quoniá ea comprehendenda voluit, ſub locis; ſiquidẽ qui mutant locũ mutãt aerem, & mutatio aeris, eſt eadem cum tẽporũ mutatione, Sic enim Gal. 12. meth. & alibi loquens de indicationibus ab aere dicebat, ſub ipſo complecti, & tempus anni, atque etiam regiones. Modo accedamus ad examinanda ſingula Hippocratis uerba, & primum loquamur de Epilepſia. Quæ à veteribus uarijs nominibus appellata inuenitur. Nam dicitur ἐπιλημψίη, ſiue ἐπιλημψία, ſiue ἐπίλημψις, quam vocem verbotenus tranſtulit Cælius Aurelianus comprehenſionem: alij vocarunt ἱερὰν νόσον, vt author libri proprij, ideſt ſacrum morbum: alij νοσον παιδιαῶν, & Ἡρακλεον, i. puerilem, & Herculeum, vel vt vocant Arabes matrem Puerorum, vt habetur ab Ariſt. 30. ſection. prob. primo. Latini pleriquè dicunt morbum commitialẽ, & lunarem, vt apud Euangeliſtam: Plautus, & Iuriſperiti modo morbũ, qui inſputatur, modo ſonticum, modo caducũ: Sed dimiſſo nomine eius naturam ex deſcriptione venemur, *Eſt.n. Epilepſia,*

quædam

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 189 sur 867

quædam conuulſio totius corporis, cum ſubitò caſu omnium facultatum animalium. Dicitur enim, *Conuulſio quædam*, quoniam eſt ſymptoma in genere motuum deprauatorum, ut Galenus ſecundo de ſymptom. cauſis primo, & in hoc affectu, mouentur quidem membra à facultate motrice, cum per muſculos, qui ſunt propria illius organa fiat motus hic, uerum facultas concitatur uiolenter ad mouendum, ac propterea non fit motus, ut deberet: ſed deprauatè; dicitur enim *(quędam)* quoniam non ſimpliciter eſt conuulſio, ſed eius ſpecies quædam; attamen à vera, & ſimplici conuulſione differens, quemadmodum ſingultus dicitur à Galeno quædam ventriculi conuulſio. Differentia uerò inter ſimpliciter acceptam conuulſionem, & Epilepſiam eſt multiplex. Primum in conuulſione functiones animales, & præſertim ſenſitiuæ ſeruantur, contra in Epilepſia omnes penitùs perduntur, ità vt nec etiam poſt acceſſionem memoria præteritorum malorum remaneat: Secundum eſt, quia, ſiue conuulſio ſit, ſiue conuulſiorius motus, interdum plus, interdum minus, atque etiam frequentibus acceſſionibus durare ſolet: at Epilepſia ferè ſolet per longa interualla habere acceſſiones, adeò vt interdū uix ſemel intrà annū accedat, atq; ipſa acceſsio vix vnā aut ad ſummū, alteram horam duret. Tertiū eſt, quod ſemp epilepſia fit à repletione, aut ſpirituali, & flutuoſa tantū, aut flatuoſa, & humoroſa, uentriculorū cerebri: ſi quidē ſemp fit à materia mota, quæ nequit eſſe abſq; flatu, ſed cōuulſio, fit ēt ab intemperie ſicca, Quartum quod epilepſiæ origo propriè eſt in uentriculis ipſius cerebri, conuulſionis autem in neruorum origine, adeò vt his omnibus appareat manifeſtè, differentiam eſse inter Epilepſiā, atque eum affectum, qui à Græcis dicitur σπασμὸς, à Latinis conuulſio, ſicut etiam differt ab apoplexia, quæ amiſſo, non deprauato motu, & quæ fit ſemper ab humorali repletione, propter quam ei ſuccedit paralyſis: cum epilepſia, fiat ſemper cum flatu, ſeu undoſo motu, vt dicebat Auuicen. Dicitur etiam *Totius corporis*, vt Galenus quarto de loc.affect.cap. 2. ad differentiam, conuulſionis partis, vel partium, quæ in ſimplici ſpaſmo conuelluntur: nam in Epilepſia, licet non ſemper totum corpus manifeſtè moueatur ſimul, ſucceſſiue tamen mouetur: quando, ſcilicet eſt uera, atque conſummata Epilepſia, Dicitur poſtremò, *Cum ſubito caſu omnium facultatum*, quia uerè id habet epilepſia, vt ſtatim inuadat, nec quiſpiam poſſit illius aduentum præſentire, & omnes facultates animales ceſſent: Etſi motrix deprauata tantum non ablata uideatur, cuius tamen contrarium uidetur uoluiſſe Galenus, quando in primo cap. lib. ſecundi de cauſis ſympt. dicebat palpitationem, & conuulſionem eſſe opus ſolius morbi, non aut facultatis ullius; Atque ex hac deſcriptione ſatis patet Epilepſiam eſſe ſymptoma dependens à morbo in uia, & locum affectum in Epilepſia eſſe cerebri uentriculos, atque cauſſam materialem interdum eſſe in corporis partibus infernis, interdum uerò in ipſo capite, quo in caſu à medicis ſolet nuncupari epilepſia eſſentialis, ſicut altera per conſenſum: atque hinc patet, cur in febribus non fiat epilepſia, etiam ſi uapor copioſus feratur in cerebrum, quoniam, ſcilicet non penetrat ad eius ventriculos. Cauſſa porrò interna, & immediata, ſecūm Authorem libri de flatibus circà finem, & de ſacro morbo, eſt flatus ſanguini ꝑmixtus, quā opinionem uidetur ſecutus Ariſt. in lib. Mete. in cap. de terrę motu, ſed omnium

Epilepſiæ definitio.

Eius, atq; ſimplicis conuulſionis diſcrimen.

Locus affectus.

Eius cauſſa.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 190 sur 867

Auuerroes tertio collect cap. 41. qui cum videret subitò fieri epilepsiam, subitoquè solui, nec quicquam mali post accessionem relinqui, vt relinquitur post Apoplexiam, quam excipit paralysis, in hanc sententiam venit, non posse fieri, nisi à materia, quæ citò cieatur, & citò dissoluatur; cuiusmodi est vapor: quam opinionem quodam pacto etiam secutus uidetur Fernelius, licet hic uocet hunc vaporem tetram, & malignam qualitatem. Sed ueritas est, quam Galenus vbiq. docuit, præsertim 3. de loc. aff. cap. 7. & quam etiam amplexus est Auicennas lib. 3. cap. de Epilepsia, scilicet causam immediatam esse materiam cum uapore non integrè replentem ventriculos, sed motam, ità ut eò motu perculsa facultas expultrix trahat etiam uim motricẽ ad expellendum noxam, quo fit, ut differat à vertigine, in qua mouentur quidem species, & vapores in uentriculis cerebri, sed sine humore vllo: quem ubi aliquando secum habent, tunc ex uertigine succedit Epilepsia, quemadmodum certum est vertiginem esse eius prodromum quendã, & hanc illam sequi: Hæc uerò causa interna quandoq. (vt antea dicebam) generatur; & residet in ipso cerebro, quandoq. verò à variis partibus mittitur in ipsum, vt ab utero &, in illo puero Galeni à pede, à uermibus; Porrò causæ antecedentes, & procatarcticæ Epilepsię complures sunt, de quibus non est ut singulatim loquar: Sed sat est dicatur quicquid generat succos, & uapores, caputq. lædit, quemadmodum crapulæ, aptissimum esse ad producendos Epilepticos affectus, ut ob hoc gentes omnes, quæ potationibus, atque ebrietatibus, & Veneri operam frequenter nauant (cuiusmodi Germani sunt) maximè omnium Epilepsia tententur. Dicit Hippocrat. in præsenti Ἐπιλημπτικων: nam Epileptici dicuntur, & qui actu laborant, & qui morbosam dispositionem ad Epilepsiam habent, siuè sit naturalis, siuè accidentaria, scilicet ob errores: quod autem habeatur dispositio naturalis adhuc morbum, causa est, quia semen, ut Hip. lib de genit. & Arist. 4 sect. pbl. dixerũt, maxima ex parte proficiscit à capite Vndè ut scribit Plutarc. lib. de sera num: uindicta: Veteres, quãdo Epileptici peribãt relictis filijs, hos statim curabãt & Hipp. 2. prorr. inter morbos hereditarios connumerat Epilepsiam: quemadm intelexit 3. aph. 29. Dicit præterea νεοισιν; ideſt iuuenibus sub qua appellatione uidetur comprehendere omnes illas ætates, quæ intrà uigesimum quintum annum continentur, infantia, pueritia, adolescentia, & iuuentus: Etenim omnes istæ ætates obnoxiæ sunt Epilepsiæ, & præsertim infantia, quamquam non propriè semper sit epilepsia spasmus, qui in puerulis efficitur: neque diffiteor apud Hipp. etiam extendi hanc ætatem vsque ad trigesimum quintum annum, sic enim D. Paulus quando Stephano lapidando auxiliabatur, dicitur ab Euangelista fuisse νεός; cum tamen circiter trigesimum tertium ætatis annum ageret. Quomodo porrò mutatio ætatis in primis hunc affectũ soluat, ità ut ob hoc Hip. primo loco mentionem illius fecerit, non est arduum comprehendere, si ea quæ dicit Galen. in comm. animaduertantur, scilicet ætatem iuuenum calidam, & siccam esse, & quò magis progreditur, eo ficciorem euadere; Vndè cum Epilepsia fiat ab humore viscido, & frigido unà cum flatu, fit ut non modo ipsa materia morbi delecatur, uerumetiam causa ipsius materiæ, & dispositio effectrix extingnatur, vt Contigit Caligulæ Imperatori, quem narrat Suetonius ætatis beneficio ab Epilepsia

Causa immediata epilepsiæ.

Causæ eiusdem procatarcticæ.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 191 sur 867

©BIUM

lepsia fuisse liberatum; Sic enim dicebat Hipp. 2. de morbis, alios solui post septem, alios post quatuordecim annos, & 6. Epid sect. 5. 6. morbos connutritos in senectute solui, quando scilicet morbi, ut exponit Galenus fiunt à calido, & humido, quæ sponte à contrarijs ætatum qualitatibus curantur: & notandum est, quod dicit Gal. Apoplexiam fieri ob priuationem integram facultatis, quæ influit in neruis. Epilepsiã verò ob eiusdem prauum motum, ex quo loco licèt colligere, Epilepsiam non esse merum opus morbi, sed etiam facultatis, & quod dicit Gal. 1. cap. 2. lib. de sympt. caus. s. spasmum esse opus solius morbi, nõ esse intelligendum de Epilepsia sed de vera, & propria conuulsione. Verum, etiam alia causa potest assignari, cur morbus comitialis curetur vsu veneris, quoniã vt immoderatus facit epilepsiam (imò Democr. vocabat paruã epilepsiam) sic moderatus curat morbos ab pituita, vt scribunt Hippoc. & Aristot. & vt nos diximus in varijs lectionibus. Quod autem spectat ad loci mutationes. Arist. 1. sect. probl. 13. 14. & 15. loquens de mutationibus aeris, aquarum, & locorum ex Hippocrate dicebat mutationem ætatis, atque temporis facilem esse, propterea quod aer non admodum differt, uerum multò magis differre aquam ab aqua, ac ob id grauiorem esse aquæ mutationẽ, quam aeris, & eo maximè, quod plurimum ipsius cõsumimus, in potibus, atque escarum coctionibus, & condimẽtis, vt iure fecerint veteres, quos scribit Vitruuius, vbi aliquam nouam vrbẽ cõdere volebant, cõsuesse illius regionis aquas prius ex inspectis extis hostiarum explorare, cum itaque mutatis locis mutentur aquæ, non est mirum si ratione huius fiant illi morbi, quos proponit Hippocrat. lib. de aer. aq. & lo. atq; etiam soluantur alij, vt hic ait de Epilepsia; quæ tunc multò magis soluitur, quando (ut ait Galen.) ex locis, paludosis, & humidioribus in calidiora, atque sicciora transitur, Et Hippoc. 6. Epid. sect. 5. 19. dicebat in morbis mutare locum conferre, quod Plinius lib. 28. cap. 4. dixit de morbis longis, atque hoc potissimum intelligere conuenit de ijs locis, ubi morbi comparati sunt, quando Corn. Celsus uerè dicebat pessimum omnium esse Cœlum, quod morbum facit; Denique, mutatio uictus habet etiam eandem vim, mutandi morbos, prò quo uictu est intelligenda, omnium rerum non naturalium, non autem sola cibi, & potus administratio: quandoquidem omnes eiusmodi res simul maximã vim possident corpora nostra afficiendi, vt Hippocr. 1. atque tertio de diæta luculenter satis docuit: Et ob hoc vsus est hoc in loco Hippoc. voce σιτῶν, idest vitarum, ut sub nominẽ vitæ complecteretur quæcumque faciunt ad ipsam uitam sustentandam: Gal. quoque lib. de atten. vict. ratione restatur sese uidisse, ex sola ad huiusmodi victum attenuantem, mutatione, difficilimos morbos esse curatos, arthritidem, Epilepsiam, aliosque similes: quæ enim est ratio auxilorum attenuantium, calefacientium, atque exsiccantium, huiusmodi morbos soluentium, eadem quoque est victus, similem facultatem habentis, nempè atenuantem, calefacientem, atque exiccantem; Atque sic patet, quàm uerè & prudenter dixerit Hippo. Epilepsiam iuuenibus curari mutatione ætatis, loci, & victus; nõ q; semper huiusmodi mutationes sequatur sanitas, sed quòd potius hoc eueniat beneficijs ab hisce interdũ magis, quã ab ullis alijs auxilijs; de quib. loquẽs aliquãdo Plinius, & Celsus dicebant morbum comitialem curari turpitudinibus,

©BIUM

bus, vt ſanguine iugulati nuper gladiatoris epoto, alijsq. ſimilibus: Et notandum magis mihi placere, vt hæc coniunctim, quàm diſiunctim intelligantur, quoniam, quod ſæpenumero Epileptici non curentur ætatis mutatione, eſt quia non ſimul mutant locum, & victum: Ex his patet, quæ nam ſit utilitas prælentis aphoriſmi, quo non tantum docetur, quid in pueris de Epilepſia ſit prædicendum, Verum etiam quæ ratio curationis debeat eſſe, nimirum, ut in primis locorum & vitæ mutationes fiant, ſcilicet, ut ſi uictus, & locus tales ſint, qui morbum ipſum foueant, protinùs mutentur, atque ad ea tranſeatur, quæ uim, & facultatem habent cauſis ipſis Epilepſiam efficientibus, contrariam.

---

46 *Duobus doloribus ſimul nõ eundẽ locum infeſtantibus; vehemẽtior, alterum obſcurat.*

CERTE, ut dicitur in prouerbio, ille nodum in Scirpo quæret, qui huius aphoriſmi cum ſuperiore, cõiunctionem proponere ſtudet: Et tñ non deſunt, qui conentur id facere dicentes, poſtquam Hippocrates comparauit res naturales cum prętернaturalibus, nũc eum incipere comparationem rerum prętернaturalium inter ſeſe facere. Siccinè, erat ea ætas ità iſtis minurijs intenta aut ingenium Hippocratis adeò ociosum, ut uellet in ſuis cogitationibus, eum ordinem ſeruare, qui uix inuenitur, & quod ſine uſu legentium eſt? Et ſi uerè dicere debeo quod ſentio, hæc ſententia, quæ eſt purum dogma phyſicum, ut loquitur, Gal. 6. Epid. ſect. 5. com. 33. haùd multum utilis, atque Hippocratis genio digna uidetur, cum cognitionem rei tradat ſatis per ſe perſpicuæ, & abomnibus quaſi naturaliter comprehenſę. Verum tamen cum, & ipſa non careat aliquo uſu (ut infrà monſtrabo) Hippoc. nobis eã relinquere uoluit: Cumq; ſimplex ſit, ſimpliciter quoque à nobis explanabitur. Quòd enim duobus doloribus eodem tempore, ſed non eandem partem occupantibus, maior ſemper minorem obſcuret, nemo eſt, qui ignoret: atque ſenſu ipſo compertum habeat. Quocircà duo tantùm conſiderare oportet, circà quæ ſola etiam Galenus eſt uerſatus, Vnum utrum ſecundum eundem locum fieri poſſint duo diuerſi dolores, ità ut alterum ab altero diſcernat æger, nam Hipp. uidetur id fateri, cum dicat (*dolores qui fiunt ſimul non in eodem loco*) quaſi etiam fiant in eodem loco, & diuerſi. Alterum eſt, quę ſit uera cauſſa propterquam interdum duo dolores ſimul facti percipiantur, interdum uerò maior, minorem ità obſcurat, ut unus tantum percipiatur, his addendum ad quid Hippocrat. hanc ſententiam reliquit poſteris. Circà primum Gal. in comm. (& benè) ſcribit quando Hip. dicit eundẽ locum, non eſſe intelligendum ità, ut unus exiguus locus ſit. Neque ſecundum latitudinem, perinde ac ſi diceret unam partem, ut brachium, manum, crus, Nam in loco exiguo ſecundum ſenſum, nequeunt ſimul fieri duo dolores, licet ſecundum rationem; Et in loco ſecundum latitudinem accepto, licet fiant duo dolores, non tamen alter ab altero obſcuratur, ſed mutuo ſeſe augent, Vndè mens Hippocratis ſecundum Galenum eſt ut dicat, quod ubi dolor non ſecundum idem ſpacium, neque eandem partem occupat: ſed diuerſas, ut alter brachium, alter crus teneat, tunc maior obſcurat minorem. Verum circà hanc Ga-

Primum quęſitum.

Secundũ.

Ad Primum.

leni

leni interpretationem non deeſt occaſio dubitandi, quia etiam in eadem parte vbi fiunt duo dolores, ſcilicet alter in imò, alter in ſummo cruris maior: is ab hoc obſcuratur: prætereà non inconuenit, quin in eadem etiam exigua parte poſſint ſimul eſſe duo dolores, alter factus à copia, qui dicitur grauatiuus, alter ab intemperie; quemadmodum ſi quis gladio ignito ſecet aliquam partem, (vt faciunt aliquãdo Chrirurgi) proculdubio, cum ſint diuerſa obiecta agentia, conſequenter diuerſas faciunt ſenſationes, & proindè diuerſos dolores: prætereà cum Galenus hunc aphoriſmum etiam in animæ ægritudinibus locum habere ſtatuat, ſicut in vna anima ſunt diuerſi mœrores, atque diuerſæ ægritudines, pariter in vna, atque eadem corporis particula poſſunt fieri duo dolores. *Dubitat.*

Prò cuius controuerſiæ reſſolutione primò notandum eſt Hippocratem vſum eſſe voce ἀμαυρόι, quæ non ſignificat, (vt credunt aliqui,) leuare: ſed obſcurare: ſi quidem propriè dicitur tolli dolor cum, & affectus, & cauſſa ſimul auferuntur, quod non fit ab altero dolore, Dicitur verò obſcurari, quando adeſt cauſſa, & affectus, ſed non percipiuntur, quemadmodum vbi ſtupefacientibus ſedatur dolor, nõ propriè dicitur tolli, aut leuari, ſed non percipi: quia remanet cauſſa, & affectus, ſenſus uerò tollitur. poteſt etiam *obſcurari* intelligi pro minui, quemadmodum oculorum ἀμαυρωσις, dicitur deminutio viſus, & habetudo: Quo ità conſtituto ſtatuendę ſunt plures concluſiones vna eſt, dolores duos, qui fiunt in eadem loco, quamuis exiguo, & in eadem parte, aut eſſe æquales atq; ex ijs confuſis fieri veluti vnum quendam mixtum dolorem, vel alterum altero eſſe maiorem, atque tunc obſcurari minorem, qui (licet adſit minor quoque) tamen non percipitur à ſenſu abducto ad aliud; ſicut enim vbi quis perculſus à graui ſono haud uidet, quæ antè oculos habet, ob diuerſionem animi, pari pacto, ſenſus deductus ad percipiendum maiorem dolorem, haudquaquam percipit minorem, atque hæc eſt vera cauſſa, quam Galenus in comm. proponit, cur, ſcilicet dolor minor obſcuretur à maiori, Altera concluſio eſt, In eodem, vel minimo loco fieri poſſe plures dolores, ſed ità confuſos, vt ſola ratione potiùs quàm ſenſu dijudicari queant, quemadmodum dicebat Gal. lib. de cauſis morborum cap. 6. in eadem parte ſimul percipi poſſe frigus, & calorem confuſum quemadmodũ in febre lypiria. Tertia cõcluſio eſt, In eadem parte fieri poſſe plures dolores inæquales, qui ambo ſentiantur, ſed ità vt minor, uel penitùs obſcuretur à maiori, vel minus ſaltem illo à ſenſu percipiatur, vt quoq; in animi doloribus cõtingere cernimus; Atque hæc de primo: Erat uerò ſecundum propoſitum examinandum quæ uera ſit ratio, propter quã dolor minor obſcuratur à maiori: Etlicet de hoc aliquid dixerim nuper, ſunt tamen ẽt nonnulla adijcienda, Nam Gal. in hoc cõment. cõparans dolores animi, cum corporis doloribus, inquit qđ ſicut vbi fiunt animi pturbationes circà res diuerſas, altera ab altera obſcuratur, mutuo ſeſe autẽ augent, ubi fiunt circà eandẽ rem, ſic contingere in corporis doloribus, eò quod uniuerſa facultas ſenſatrix, ſ. ſenſus communis, ſeu uis illa attentiua à D. Baſilio, in lib. proprio & Io: Gram: in comm. ad lib. Ariſtot. de Anima, commemorata trahitur, ſeu cõuertitur ad dolorem maiorem. Accedit etiam quod ſpiritus, & ſanguis famulantes ipſi animę retrahuntur à parte minus dolente ad magis dolentem, undè in ea, & fit minor dolor, & minor illius ſenſus *Solutio.* *Concluſiones quædam, prò maiori intelligẽtia.* *Prima.* *Secunda.* *Tertia.*

Sed

©BIUM

Dubitat. Sed dicet aliquis si uomitu, vomitus curatur, & fluxus alui fluxu, vt docet Galen. 6. Epid. sect. 2. contex. 9. cur similiter non fit, ut dolor minor penitùs tollatur à maiori, sed tantum, (vt ait Hippoc.) obscuretur? *Respõsio.* Resp: est aliud esse loqui de passionibus, quæ pendent à pura materia, aliud de ijs, quæ pendent à diuersis caussis; nam quę pendent à pura materia, cum ea sublata tollantur, fit meritò, vt vomitus, ab altero vomitu eam tollente, & euacuante protinùs tollatur, quemadmodum fluxus à fluxu. Cęterum cum dolores in eadem parte à diuersis caussis prodeant, non potest vnus, caussam alterius aufferre, sed tantum facere, vt illa non percipiatur, abducta ad sese potentia illa attentiua, siue sit sensus communis, siue alia uis cognoscitiua. Ad tertium puto complures caussas perpulisse Hippocratem ad hoc, vt præsentem sententiam inter aphorismos collocaret. Vna fuit, quia sæpenumero medici videntes superuenientem dolorẽ maiorem alteri dolori, putant hunc esse sublatum: ac ob id, ipso penitùs neglecto, soli maiori superando student: Vndè, ut moneret, neutrum esse negligendum, voluit docere medicos, dolores minores obscurari, sed non tolli à maioribus, ob idq́. non esse eos vmquam aspernandos, iuxtà illam sententiam auream, quam habuit 6. Epid. μηδὲν εἰκὴ, μηδὲν ὑπερώραν. Altera fuit, vt relinqueret hoc dogma posteris, nempè interdum, Idem specie, esse contrarium alteri secundum speciẽ idem, sic enim facere consueuisse Hippoc. docet Galen. 6. Epid. sect. 5. in eo Aph. *Mulier, capra, &c.* scilicet simul, & præcepta, & dogmata tradens una sententia. Potuit etiam tertia ratio accessisse, ut moneret medicos quandoquè debere nouum, & maiorem dolorem facere, vt vetustus, & minor tollatur, idquè non tantum in corporis, quam in animi morbis curandis. Nam sicuti aliquando ad curandos vetustos capitis, aut alterius partis dolores vrimus, atque secamus, facto scilicet maiori dolore ad tollendum minorem, pariter ad aliquam animi ægritudinem, vel leniendam, vel delendam, utimur maioribus curis, atque mœroribus sicuti melancholici aliqui fuere, qui in leui aliqua luctuosa mœstitudine pertinaciter fixi, vbi maiore terrore, atq; cura sunt perculsi, illam priorem deposuere, exempli gratia, accepto fili, aut alterius charæ personæ, mortis nuncio.

---

47. *Cum pus conficitur, dolores, ac febres accidunt, magis quam iam confecto.*

SI cui placeat præsentem aphorismum connectere antecedenti, hunc in modum facere licebit, vt dicat, Hippocratem quodam exemplo confirmare priorem sententiam, quod duorum dolorum maior minorem obscuret, quasi hoc manifestum fiat, quoniam ubi fit pus, fiunt maiores dolores, & febres, quàm confecto iam pure, & consequenter alij minores dolores tunc temporis cessare uidentur: Quod enim caussam unam doloris, (de quo fuerat anteà locutus) hic sibi proposuerit afferre, minimè accipio, quia, quod dicit uidetur eò potiùs tendere, ut moneat medicos, ne, dum uident in inflammationibus, alijsuè abscessibus augeri febres, atque dolores quicquàm terreantur, quod potiùs illud bonum sit, cum significetur pus fieri: Itaque hęc sententia prognostica est, & sim-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 195 sur 867

©BIUM

& ſimplex, quam ut clariorem efficiamus primò videndum eſt breuiter, quid ſit pus, & quomodo efficiatur: deindè, cur in eius generatione fiant febres, & dolores maiores, quam ipſo iam genito; poſtremò ad quid ſeruiat præſens aphoriſmus medicis: ſcilicet, num in curatione inſtituenda aliquid præſtare boni valeat. Quod à Græcis πύον à noſtris pus dicitur, nil aliud eſt, vt dicere uidetur Galen. in commentario quàm ſanguis mutatus in ſemiprauam (vt quis dixerit) mutationem. Et Hippoc. in fine primi prognoſt. 4. dicebat eſſe eas condiciones optimi puris, vt ſit album, æquale, lene, & quam minimè fœtens. Vndè prudenter Ariſtot. 4. de generat. animal. capit. 8. damnabat Empedoclem, qui uocauit lac, pus; cum non ſit ſanguis mutatus in ſemiprauum, ſed concoctus, & conuerſus in bonum ſuccum. Et ex hoc etiam patet ſaniem, quæ ſit ex pituita, vel alio quouis humore mutatis, non eſſe uerè pus, nec debere ſic vocari, niſi καταχρηστικῶς; quemadmodum apud Ariſtophanis interpretem, Heſychium, aq; Athenæum inuenitur hæc vox vſurpata, prò illo primo lacte, quod ducitur poſt fœtum ęditum, quodquè Plinius vocauit primam à partu ſpongioſam lactis denſitatem, alij uerò colloſtrum, ut Plautus: Et apud Galen. in Exegeſi legendum πτύη, non vt habetur in vulgatis codicibus, ubi de colloſtro loquitur: Huius autem puris generatio, an fiat per aſſationem, an per coctionem uidetur poſſe dubitari; nam ſi Galeni exemplum quod affert combuſtionis lignorum, integrè quadret puris generationi, dubio procul eſſet dicendum, fieri per vſtionem: cęterum quia non eſt neceſſe, ut exempla in cunctis rẽ ipſam repreſentent, præſtat dicere, pus fieri potiùs per elixationem, quę, cum ſecundum Ariſtotelem quartò meteorol. ducat uel ad perfectam, & integram coctionem, in qua redditur materia apta nutritioni, vel ad corruptionem, quæ uerè eſt σῆψις, ſeu corruptio: dico enim uerè, quia abuſiuè à Veteribus, imò, & ab ipſo Hippocrate (vt oſtendimus in uarijs lectionibus) etiam coctio uocatur σῆψις; uel ad medium quid inter coctionem, & putrefactionem. In puris generatione, nec uera eſt coctio, nec uera putredo: ſed medium quid ſecundum extremorum participationem, ut uerè dixerit Galenus eſſe ſemiprauam mutationem; Iam uerò ut à ſolo calore naturali fit coctio, & à ſolo præternaturali putrefactio, ſic ſuppuratio, ſeu puris generatio efficitur ab utroque calore ſecundum Gal. 5. de ſimpl. cap. 6. & in hoc commentario, ità ut materia quæ ſuppuratur partim utilis, partim prorsùs inutilis reddatur: & quamquam interdum inueniatur ſuppuratio uocata σῆψις, ſeu putrefactio, id tamen fit impropriè & more ueterum, vt antè ſignificaui: quò autẽ hæc elixatio ſanguinis, qua generatur pus, efficiatur, Hippocrates videtur nõ obſcurè indicaſſe lib. de Vlcer. vbi declarans, quomodo in ulceribus generetur pus, ait illud fieri alterato, & calefacto ſanguine, ità ut putrefactus, hoc eſt, ſemicoctus in pus conuertatur: cum enim ſanguis feruens elixetur, nec ad integram coctionem peruenire poſsit, quemadmodum in lactis generatione, neque etiam penitùs corrumpatur, fit media quędam generatio, & natura, quę pus dicitur, in qua generatione inducitur color albus à partibus ſolidis, quarum calor eſt, qui operatur, ut diſſertiſsimè docuit nos Galen. 1. prognoſt. vlt. Cęterum uidere modo oportet quo pacto dum fit hæc elixatio fiant dolo-

Quid pus & quomodo generetur.

An per aſſationem, an per elixationem fiat.

Suppuratio à quo calore fiat

Cur ubi pus conficitur dolores, ac febres fiãt maiores.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 196 sur 867

©BIUM

res, & febres maiores, ea uerò desinente omnia deminuãtur: Galenus in commentario dicit fieri, quoniam dum feruet, & comburitur sanguis, cor simul incalescit, atq; ab ipso toti corpori deindè communicatus feruor, febrem inducit, generatq; & cum febre dolorem, quem dicebat Hippocrates libro de principijs fieri alterato, calefacto, vel refrigerato corpore; cessare uerò quoniam sicuti cinis remanet, iam finito igne, sic pus relinquitur, extincto iam feruore, à quo simul dolores, & febres oriebantur, Vndè uidetur Galenus hic ad similare pus cineri, atquè eius generationem combustioni, Sed vt dicebam retrò, de exemplis non est multa sollicitudo habenda, verum sat est si aliqua in re quadrent proposito, quemadmodum in præsenti casu, vbi scilicet sanguis putrescit, & inflammatur, quo tempore fit perindè, ac si quis à caustico aliquo medicamento àfficiatur, vt videatur æmulari vstionem, post quam, id quod relinquitur est pus, sicuti post lignorum ustionem remanet cinis. Et quia non semper ad ardorem febrilem sequitur dolor magnus, opere prætium est, alia adsit caussa propter quam in generatione puris implacabiles, acerbissimiquè interdum fiant dolores: hæc autem duplex est, vna quia partes neruosæ circumsitæ loco, inquo residet inflammatio, & ipsæ vehementer percelluntur, atque flagrant, vt conspicitur ex cauitatibus, sinubusquè, qui relinquuntur post eductum pus, in quibus cernuntur partes neruosæ, detectæ, imò interdum etiam laceratæ educuntur: atquè tunc maximi cruciatus sentiuntur: Altera caussa est, quia dum sanguis conuertitur in pus, maiorem absquè dubio locum requirit, & spacium: quia, vt dum feruent legumina intumescunt, ac crescunt, & amplius spacium necessario exigunt & propter ἐκπαφλάξεσι, expanduntur: sic sanguis, & alia crassiora corpora ebullientia, maius spacium postulant, exquiruntquè, quo fit ut extendantur, & facta extensione continuum soluatur, indeq; dolor sequatur. Sed dicet aliquis contrariam habere Auicenna sententiam, qui secunda primi doctrina tertia capite quinto dicit, cum fit generatio puris, tunc iam fortitudinem febris, doloris, & pulsus sedari; id quod etiam significauit tertia quarti capite de signis apostematum imò etiam Hippocrates primo de morbis scribit, vbi factum est pus in inflammationibus pulmonis fieri dolores maiores quàm, dum conficitur. Præterea dubitatur, vtrum in omni generatione puris istud Hippocratis dictum verificetur, quandoquidem sæpè videmus generari pus in antiquis ulceribus, & callosis, nec tamen fiunt febres maiores, aut dolores, quinimò interdum nulli fiunt. Prò resolutione etiam illud primum, atquè antè omnia est statuendum duplex esse pus aliud laudabile, quod est album æquale, crassum moderatè, & quam minimè fœtens: aliud uerò illaudabile, quod caret prædictis condicionibus, saltem magna ex parte, quodquè potiùs sanies, & uirus, quàm verè pus nuncupatur: Vbi primum pus generatur, semper fit maior dolor, & febris, quàm ipso iam facto propter causas antedictas, ubi uerò fit pus illaudabile, non semper necessariò hoc accidit, tum quia fieri potest, ut calor natiuus tũc imbecillior redditus sensationi minus inseruiat, tum quia callus obductus perceptionẽ impediat, tum quia interdũ, cum sanies generatur nõ haber

Dubitatio.

Altera dub.

Ad Primam.

eam

eam prauitatem, quam deindè adipiſcitur, vbi iam facta eſt, Ad Auic. authoritatem reſpondet conciuis meus, litteram eius ità eſſe interprætandam, quaſi quando dicit fieri minores febres, vbi pus maturatur, ſemper velit dicere, ubi eſt iam maturatum. Verum etſi hæc interpretatio, ſeu reſponſio veritati conſonet haud tamen litteræ Auicen. latinæ correſpondet: niſi dicamus eam fuiſſe malè tranſlatam; aut diuerſa eſſe tempora generationis puris, nempè initium, augumentum, vigorem, & declinationem. Initio ſuppurationis planè fiunt minores febres, & dolores, quam in ſtatu, quando omnia ſunt vehementiora, Vndè quando Auicennas dicit, fieri febres, & dolores minores, dum fit maturum: intelligit, de quarto tempore ipſius ſuppurationis, ſcilicet de declinatione, in qua cum iam deſinat alteratio, conſequenter deficit dolor, qui eſt ipſamet alteratio percepta: Vtilis eſt ergo aphoriſmus ad partem diagnoſticam, cum doceat cognoſcere puris generationem præſentem, ac præteritam: qua de re loquens etiam 7. Epid. dicebat cognoſci coctionem, ſi ægri non fuerint anxij, nec capite grauati, calores mitiſſimi, poſt exacerbationes cunctorum: licet Hippoc. 1. de morbis, & cum eo Ariſt. 1. ſect. probl. 31. doceant aliam rationem cognoſcendi, quando iam abſceſſus ſuppurati ſint, nempè ille ſi argilla ſuperponatur, & reſiccetur: iam ſuppuratum eſſe hic verò ſi tumor perfuſus aqua calida immutetur purulentum eſſe docet: Præterea vtilis eſt hæc ſententia ad prædictionem faciendam, & ſimul conſolationem afferendam ipſis ægrotis, cum inflammationibus ſentiunt ſeſe magis torqueri, quàm anteà. Poſtremò conducit aliquo pacto ipſi curationi, quia vbi fiunt hac ratione febres, & dolores, debet medicus ea ratione dolori mitigando ſtudere, ne tamen coctionem impediat, & maturationem; Etenim ſunt aliqui imprudentes, qui in his caſibus, vt ægris obſecundent, utuntur refrigerantibus prò leniendo dolore, quæ obſunt ipſi puris generationi.

---

48 *In omni corporis motu, vbi laborare cœperit; quies ſtatim laſſitudinem aufert.*

SI quis corticem tantum huius ſententiæ ſpectet, fermè iudicabit Hipp. reliquiſſe nobis ſententiam, nec plebi quidem ignoratam, cum nemo ſit, qui non intelligat, ubi pluſculum eſt laboratum, ſi quiſpiam quieſcat, ceſſare protinùs omnem laborem, & laſſitudinem: imò bruta quoque hoc didicerunt à natura omnium doctore, vt quando nimium laborarunt, àc ſeſe laſſa ſentiunt, protinùs ad quietem ament ſe transferre. Verum ſi medullam penetremus, aliquid inueniemus, quod non ità tritū erit; Vtrum verò pertineat ad partem curatoriam, an ad præſeruatoriam, parum intereſt diſputare; ego vtrumque dici poſſe putò; quando inuenitur hoc nomen therapeuticæ, ideſt curatoriæ, etiam interdum complecti eam partem, quæ propriè dicitur προφυλακτικὴ, quippè quæ non rarò coincidat cum illa, ità ut quod curat ſimul præſeruet, & è conuersò præſeruans quoque curet. Eſt itaque hæc ſententia ſimplex & ad curationem, ſeu præſeruationem pertinens adeò, vt nullam, aut ſaltem exiguam, cum præcedenti coniunctionem habeat: quamquam aliqui ſecùs autument,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 198 sur 867

©BIUM

putantes claram esse connexionem, ex eo quod caussam hìc tollendam doloris proponit, de quo in superiori locutus est: sed nugæ sunt, quia in antecedenti, egit de doloribus verè, hic de lassitudine tantum: illud erat dogma physicum, hoc est præceptum, vel curatorium, (vt ipsimet dicũt,) vel vt alij, præseruatorium: sed miror multo magis horum in Galenum libidinem, cui ea imputant, quæ nec somniauit. Est itaque Hipp. sententia, In quolibet motu corporis, quando quis laborare incipiat, quiescere statim, esse lassitudinis remediũ in qua sententia enodanda videndum est, quid Hipp. intelligat prò motu: quid pro quiete: quis affectus sit lassitudo: & quomodo hæc à quiete curetur. Veteres maximum studium in exercendis, per motum quemlibet, corporibus adhibuisse locupletissimè à nobis monstratum fuit in libris Gymnasticæ, ut qui hanc ré plenè cognoscere cupiant, eam tractationem attentè legere possint: illud hoc in loco est concludendum præsentem aphorismum non de alio motu esse accipiendum, quàm de eo quo exercebantur corpora, tum propter sanitatem, tum ob robur bellicum, tum etiam Athleticum. Et cum motus fieret, uel pedibus, uel equis, uel gestationibus (etsi uera sit sententia Hip. de cunctis generibus) nihilominus potissimum de eo motu accipienda est, qui fit pedibus, siue ambulando, siue currendo, siue saltando, siue luctando, aut alio quopiam simili. Habebant autem ueteres in omni exercitatione obeunda potissimum in usu vnum, ut terminus exercitationis salubris esset anhelitus in crebriorem mutatio, atque, ut cor pus incalesceret: & quamquam Hipp. dicat 6. Epid. sect. 3. contex. 4. terminum exercitationis esse sudorem guttatim effluentem, & corporis depressionem, ut etiam Gal. in fine 2. de tu. uale: id tamen est intelligendum, non de primo termino, sed de secundario, quasi tũc sit quiescendum omninò, ubi sudor guttatim, & post copiosus, effluit, & corporis moles deprimitur, tunc enim corpus uerè deprimitur cum multum sudauit, & hoc potiùs de Athleticis exercitationibus est intelligendum. Alterum uerò, ut non protinus post exercitationem sese traderent consumatæ quieti, sed debiliori cuidam motui, quem apotherapia uocabãt; sicut enim equi postquam cucurrerunt, uel alio modo uehementer laborarunt, leniter spatiari faciunt ipsorum curatores, sic faciebant Gymnastæ, post uehementes exercitationes. Et Arist. 5. sect. probl. 28. & 30. dicebat ab exercitatione homines non esurire propter colliquationem, anhelitus alterationem, atque sitim: obidq; non esse statim cibum offerendum. Hoc totum eleganter expressit Celsus lib. 1. cap. 3. hisce uerbis, ex Hippocr. 2. acut. *Item neque ex nimio labore subitum ocium, neque ex nimio otio subitus labor, sine graui noxa est.* Pro labore non modo intelligit dolere, uerumetiam ægrotare, ut optime monuit Galen. quandoquidem siue quispiam ex motu doleat, siue ita male habeat uix, ut possit solitas actiones obire, opus est remedio, tum ad præseruandum à maiore malo, tum maximè ad presentem lesionem mitigandam, aut finiendam: Ceterũ de quiete proculdubio decernendum est: non solum capi ab ipso Hip. prò integra atq; consummata quiete, sed etiam prò illa apotherapia, de qua superiùs sumus locuti, atque id significare etiam uidetur uox ipsi vsurpata διαναπάυειν, ideſt interquiescere, & recreari. Sic enim 6. Epid. sect. 2. aph. 18 dicebat, ἐκ προσαγωγῆς χαλεπὰ προσάγειν, καὶ διαναπαύειν, hoc est ad contraria esse transeundum, atque quie-

De quo motu loquatur Hipp.

Labor quid Hippocrati in præsenti, & quid quies.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 199 sur 867

quieſcendum non affatim, ſed paullatim; atq. ſi ità interpretemur, vt docet vox ἐυθὺς, ideſt ſtatim, poterit commodè coniungi cum antecedente voce *interquieſcere*: quaſi uelit dicere, in quauis corporis exercitatione ſi vbi labor percipitur, ſtatim ad illam interquietem, & recreationem, ſcilicet διαπαυσιν accedatur, eſſe ἄκοπον, ideſt euitari omnem illam laſſitudinem, quæ aliòquin immenſos labores comitari conſueuit: ſic enim alias vſurpauit Hipp. vocem ἄκοπον, 6. Epid. ſect. 3. tex. 20. quando dixit ὀλιλοσιτίη, ὀλιγοποσίη, ἄκοπον, ἄδιψον. Etenim laſſitudo, quæ ſequitur magnas exercitationes, oriri ſolet ex membrorum ſiccitate, atque ex nimia ſpirituum conſumptione, quarum illa facit ne artus commodè flecti poſſint, hæc verò imminuit vires, ita vt corpus nequeat ſolitas obire operationes: aduerſus autem has noxas, atque ad eas præcauẽdas iuuat vbi quiſpiam eas aduenientes percipit, ſtatim ſeſe ad apotherapiam illam, quam vocat διαπαυσιν conferre, quod eſt ἐκ προσαγωγης, ad contrariam quietem ſeſe transferre: Et vt hanc euitarent magis, tradit Ariſt. 5. ſect. probl. 6. conſueuiſſe fricare corpora exercitata oleo, & aqua mixtis: oleo, ſcilicet pro humectandis artubus exiccatis, aqua verò, vt oleũ magis penetrare poſſet: ſic enim magis vtrumq. penetrat, magiſq. ſiccitatem (quæ eſt laſſitudinis cauſſa) aufert, imò Theophraſtus etiam balneis curari dicit. Illa igitur quies, & recreatio, ac apotherapia iure laſſitudines arcet, primum quia, ut ait Theophraſtus lib. de laſſit. fit laſſitudo, uel ab humiditate, uel à ſiccitate, quies autem nõ ſinit corpora nimium à motu exiccari: deinde, quia pectoris feruorem paullatim ſedat: poſtremò, quia appetitum reuocat, quod tamen iure faciendum iubet Hipp. ſtatim atque ſeſe exercẽs delaſſari ſeſe percipit, quoniam initia malorum multò facilius tolluntur, quàm vbi iam proceſſerunt, & radices egerunt; tunc enim morbus iam factus haud amplius ſola præſeruatione, ſed & curatione eget. Quamobrem ex his omnibus patet, Senem haudquaquam rem triuialem, ſed ipſo, atque illius temporibus quibus ars exercitatoria magis florebat, digniſſimã poſteris relinquere voluiſſe. Verum tamen illud animaduertendũ (quod ait Theophraſtus lib. de laſſitudinibus) ſolas partes, quę flectuntur pati laſſitudinem: vndè nec caput, nec uenter laſſitudinem patiuntur. Hæc autem laſſitudo, ubi fit ab humiditate, curatur etiã alia laſſitudine, hoc eſt, motu exiccante. Circà hanc ſententiam nonnulla occurrunt quæſita, & præſertim. Quomodo hæc ſententia poſſit medicos in exercenda arte iuuare; dicunt enim aliqui (nec pęnitùs malè) duo documenta, ſeù præcepta haberi. Vnum ne pergatur in exercitationib. continuandis, ubi quis ſeſe delaſſari cognoſcit, ſecùs quàm faciunt nonnulli, qui quò magis laborant, & laſſantur, putant ſeſe melius conſulere ſanitati. Alterum doceri, quod ubi quis à quiete non percipit ſeſe à laſſitudine curari, ſignum eſſe corporis repletionis, & conſequenter corpus egere purgatione: Verum quod Hipp. hoc poſtremum reſpexerit, non ità neceſſarium mihi uidetur: quandoquidem ſolam laſsitudinis ſublationem curaſſe uidetur, atque ſpectaſſe, ſed quamquàm reſpexiſſet, haud tamen ſemper uerum eſt, non finita, propter quietem, laſsitudine, corpus ægere purgatione: propterea quod ſæpè vſu venit, vt à quiete non tollatur laſſitudo, quoniam ſit corpus magis exiccatum, quam conueniat, ut hac ratione non opus habeat purgatione, ſed potius eo remedio, quo dixi ex Ariſtot. vſos fuiſſe veteres

Cur quies laſsitudinẽ arceat.

©BIUM

res prò lassitudine auertenda. Itaque præter hæc, puto etiam alia commoda secum afferre præsentem aphorismum. Vnum est, quod monet non solum in deambulationibus, & cursibus, verum in qualibet corporis exercitatione excessus esse statim deuitandos, per contrariorum usum: & iure dicit Hippoc. *statim*, quia ea duo communia dicta sunt verissima, scilicet, ne quid nimis, & Principijs obsta: nec ualet quod Arist. 2. Eudem. 5. dixit in exercitationib. meliorem esse ὑπροβολὲ της ἐλλειψεως, & propiorẽ medio, quoniã hoc cõparatiuè ad cibum & potum, non simpliciter dixit: Alterum commodum, quod monstrat fuisse apud Veteres, atque etiam debere omni tempore in usu esse exercitationes corporis, nec unius generis, sed omnium prò ut conuenit. Vndè Hippoc: sapienter dixit (*in omni motu*,) quasi indicaret, varijs moribus, naturarum uarietati conuenientibus, debere corpora moueri, quæ ut quiete, & torpore franguntur, sic accommodato motu conseruantur, & augentur: Et quamquam in 6. Epid. sect. 4. 13. dicat calidis naturis conuenire aquæ potum, & quietem, non tamen intelligi dẽt de perfecta quiete: sed mitiori motu, quẽ uox designat ελίνύειν, ibidẽ vsurpata, quam ibi exponit Gal. μηπολλα γυμναζαθαι, idest non multum exerceri. Tertium commodum est, quod monet, (vt aliàs dixi) non esse statim ad quietem consumatã à motu magno transeundum, sed per ἀναδιαπαυσιν, idest recreationem quandam modico motu faciendam: atque hoc est, quod dicebat Hippoc. etiam secundo acut. tex. 52. & 53. vbi scripsit omnem mutationem repentinam ad contrariam malam esse, & quietem factam subitò post motum esse nocuam; Quòd porrò nonnulli colligunt ex hoc aphorismo, magis hyeme esse exercendum corpus, quàm æstate (vt Hippocrates monuit tertio de diæta,) nimis ab ipsius verbis est longinquum, præterquam quod Aristot. 2. sect. prob. 21. scribit fuisse omnium veterum communem sententiam, quod æstate magis quam hyeme sit prouocandus sudor, eo quod tunc humoris plus sumitur, atq; is putrescit: Possumus addere quartum, scilicet, documentum temporis ab exercitatione cessandi, scilicet, quando iam incipit lassitudo percipi, non autem vbi diù tolerata fuit.

---

49 *Qui consueti solitos labores ferre, & si fuerint imbecilles, vel senes, non consuetis, fortibus, atque iuuenibus, facilius ferunt.*

SI attendatur diligenter mens, Hippocratis, & præsentis sententiæ medulla, certè nihil aliud videtur intendere, quam, antecedentis sententiæ limitationem quandam vtilissimam. Etenim cum uniuersaliter dixisset, esse statim quiescendum, vt incipit labor apparere, ne omnibus hoc competere crederetur, excipere uoluit assuetos laboribus: qui etsi lassitudinem sentiant, haùd tamen est necesse, ipsos ad quietem traducere, quoniam multò minus offenduntur à continuatis, atque magnis exercitationibus, quàm illi, qui sunt inassueti, & forsan hoc Hipp. intelligere uoluit de Athletis suorum temporum, qui (vt monstrauimus in Extremo 1. lib. de Gymnas.) nimium semper exercebantur, neque tamen lædebantur; Sententia hæc dogma physicum est, & præceptum simul

cura-

curatoriũ: ſeu preſeruatoriũ, ſenſus verò clariſſimus eſt, quandoquidẽ nihil aliud dicit, quàm q̃ conſueti conſuetos labores ferrè, etſi imbecilles, aut ſenes ſint, inſuetis, validis, & iuuenibus faciliùs ferunt: Primũ enim licet quærere, Cur Hip. ità locutus ſit *conſueti conſuetos labores ferrè*, ſiquidem videtur inutilis quædã repetitio, quũ qui aſſueti ſunt laborare, ijs neceſſariò ſint labores cõſueti: Auget dubitandi occaſionem Cornelius Celſus, qui lib. 1. c. 3. quaſi hãc ſententiã integrè latinã facturus dixit: *Omnem ẽt laborẽ facilius vel puer, vel ſenex, quã inſuetus homo ſuſtinet.* Galen. quaſi huic obiectioni reſpõſurus dicit, alios alijs exercitijs aſſuefieri, ut curſui, ambulationi, equitationi, & ſimilib. quæ faciliùs ſuſtinẽtur, ſed qui aſſuescunt varijs exercitationib. dicuntur ẽt neceſſariò illis aſſueti, vt non ſit opus id repetere, quemadmodum facit Hipp. Itaque dicerem antè cętera literam Hippocraticam eſſe paulliſper immutãdam, ſicquè omnia plana futura, vt ſi uocem τῶν σίωθεας, antè poſtremam uocem collocemus, tamquam ità dicat Hippocrates τὰς σίωθεας φέρουσι, atque tota ſententia ſit, aſſuetos facilius ferrè labores, etſi ſint imbecilles, vel ſenes, inaſſuetis fortibus, & iuuenibus Etenim, & ſi aliqui ſenes, & imbecilles ſint aſſueti aliquibus exercitationibus, putà ambulationi, haudquaquam faciliùs ferent curſum: cui non ſint aſſuetis, Iuuene, & robuſto, ſed ipſam conſuetam ambulationem; Atqui præſtat examinare quid ſit conſuetudo, & cur omnes facilius ſuſtineant cunctas actiones, & paſſiones quibus aſſueuerint, quam quibus non; Etenim memini me legiſſe apud grauiſſimum ſcriptorem Senecã inter cętera dona homni à Dijs tributa illud eſſe, quod aſſuetudo miſerias ipſius minuit, & mitigat: id quod ẽt ſcriptum eſt ab Ariſtot. in extremo lib. 10. Ethicorum: eſſe conſuetudinem, quæ à Græcis ἔθος dicitur, habitum quemdam aquiſitũ facile operandi & patiendi circà vnã uel plures res, ſicuti nominis ipſius notio, & communis hominum conſenſus uidetur docere, & antè alios Ariſtot. Dicitur *habitus*, quia ſic idẽmet. 21. prob. 14. eam apellat: Dicitur *facilè*, quia & facilis, & iucundus, vt ibidem habetur: Dicitur *agendi*, *& patiendi*, quia Ariſtotel. id etiam ait: Iam verò ita eſſe monſtrat ipſa ratio, & uſus, quoniam ſicut facilè operationes ab habitu proficiſcuntur, haud ſecus, atque ab ipſa conſuetudine: neque minus uerum eſt quod paſſim, & quaſi prouerbio dicitur conſuetudinem eſſe alteram naturam, quandoquidem non minus operamur faciliter in ijs ad quę ſumus natura comparati, quam in ijs quibus aſſueuimus: Et hoc eſt, quod ipſe quoq. Ariſt. 7. Ethic. c. 10. dicebat & in lib. de mem. & remin. ſcilicet ea, quę crebro complectimur, in conſuetudinẽ, & ex conſuetudine ueluti in naturam transferri: Sed poſtquam caremus libro Chryſippi de conſuetudine à Plutarcho in ſtoicis contradictionibus commemorato, uidere poſſumus pulcherrimum eadem de re Galeni commentarium. Iam uerò cur ea quibus aſſueuimus non modo facilius ferantur (ut ait Hippocrates) uerumetiam delectent, & iucunda ſint, Ariſtot: conatur rationem reddere 21. ſect. prob. 14. vbi conſuetudinem habitum facere, atque augere docet; vndè poſtmodum facilitas, atq; delectatio in operando naſcitur. Cętęrum Hip. lib. de flatib. dicebat inaſſueta moleſtiã afferre, quoniã ſunt naturę cõtraria; At Gal. in hoc cõmentario nil aliud hac de re dicit q̃ propterea faciliùs conſueta incon-

Dubitatio.

Reſpõſio.

Conſuetudo quid ſit.

©BIUM

inconſuetis ferri, quoniam ex frequentatis, & conſuetis actionibus membra exercitata fiunt ἐυτονώτερα, ideſt robuſtiora inexercitatis. Verum quia nimis cõmunia atq; vniuerſalia uidentur, paullò immediatiores, & proximiores cauſſæ ſunt inueniendæ, quarum vna eſt (vt de laboribus, & exercitationibus loquar) quòd ex frequentatis laboribus artus, atque partes ipſæ laborantes contrahunt ueluti callum quendam, quo ſenſus, & moleſtiæ perceptio impeditur: Et, ut pedum exemplum feramus, uidere licet in ijs, qui aſſueti ſunt pedibus nudis incedere, & laborare uſque adeò ipſos incalleſcere, & obdurari, ut tametſi ferrum pedibus, uel iumentorum, uel etiam hominum deteratur, & conſumatur: ipſis tamen pedibus nil, aut parum omninò dematur, tanta eſt calli, ijs obducti, durities: id quod etiam exiſtimare conuenit de manibus, atque alijs partibus frequenter laborantibus, quarum cutis induratur. Alia cauſſa eſt, quoniam fibræ, & muſculi, dum mouentur ſolent uarias figuras habere, ut notat Galen. in lib. 1. de motu muſcul: quarum aliæ ſunt faciles, aliæ ſunt difficiles: illæ uocatæ à Gal. mediæ, hæ uerò extremæ, & excedentes. Vbi igitur ſæpius eandem figuram in motu habent muſculi, & fibræ, eam ſibi faciunt veluti mediam, ac propterea ſecundum ipſam facilè operantur, ſecus quam illæ partes, quæ in figura extrema, nec ſibi aſſueta conſtitutæ, magna cum moleſtia laborant: His, & alia non aſpernanda accedit cauſſa, quòd cum animus cunctis corporis functionibus ſua præſentia quodam modo famuletur, is vbi ad ſibi inſueta tranſit, quodammodo terretur, ac refugit, vndè moleſtia in operando ſequitur. Sicut enim ubi quis primum pedes in aquam frigidam mittit, animus refugiens dolére permittit corpus, quod vbi diutiùs in ea ſtetit, cum facilitate, atque delectatione ipſam fert, ità in alijs operationibus contingit, quibus non aſſueuit animus: atque hoc eſt, quod innuebat Ariſtot. in fine lib. 2. methaphyſicorum vbi quantã uim habeat cõſuetudo, à legibus, in quibus fabuloſa, & puerilia, propter conſuetudinem multũ poſſe, indicari ſignificauit: Quibus ità conſtitutis nõ eſt arduum intelligere quod Hippocrates dicit ueriſſimum eſſe, nẽpè, ſenes, imbecilles, ſed aſſuetos faciliùs exercitationes ſibi conſuetas, quibus iam figuræ membrorum ſunt accommodatę, ſuſtinere, quam inaſſueti iuuenes, & robuſti.

Queſita a quot. Cæterum circà hæc illud eſt examinandum, quæ fuerit potiſſima ratio, propter quam Hippocrat. meminit dumtaxat ætatis, & roboris ad conſuetudinem laudandam, & commendandam, non autem habitus corporis, complexionis, atque aliarum ſimilium: Prætereà non uidetur, quod dicit Hippocrat. perpetuò verum, quoniam ſunt plurimi robuſti, & inaſſueti, faciliùs ferentes, ſenibus debilibus, exercitationes ijs conſuetas. Poſtremò eſt dubitat. an poſſint habitus naturales cõſuetudine permutari, quod dicit Gal. & quod dicunt cõmuniter de puella conſuetudine ex Napello nutrita. Ad hęc autem dicere oportet duabus rationibus impulſum Hippocratem ſolum ætatem, & robur commemoraſſe: Vna, quia aſſuetudo cum fiat longo tempore, & pluribus operationibus, uix ea in alijs, quam in ſenibus reperitur, vt propter hoc dixerit Ariſtot. primò Ethicorum, pueros non poſſe prudentes eſſe, quemadmodum ſenes: quia non poſſunt exercitati eſſe in multis

Primum.

Secundũ.

Tertium.

Ad Primum.

actioni-

©BIUM

actionibus, atque habitum, & consuetudinem comparasse, Altera causa quoniam cum triplex sit fortitudo, & consequenter debilitas, vel naturalis, (ut Hippocrates loquitur in lib. de nat. pue.) ut sunt melancholici, & laxo, atque raro corporis habitu nati. Vel ex ætate contracta, ut senum, in quibus semper sunt uires debiles, Vel ratione morbi, aut antecedentis, aut præsentis, aut mox futuri, omnes huiusmodi species uidetur ijs solis complexas, ut qui breuitatis semper est studiosus, non debuerit plura proponere. Ad aliud uerò dicunt aliqui, sententiam Hippocratis non uerè complecti omnes assuetos, sed aliquos, quasi monere uoluerit, interdum plus posse consuetudinem, quàm ipsam etiam naturalem fortitudinem; sed magis mihi dicere placet, etiam uniuersaliter uerum esse aphorismum, modo cętera sint paria, atque sit debita proportio inter conditiones: si quidem si iuuenis sit multum robustus, & senex multum debilis, & parum assuetus, planè minus feret consuetos labores, è contrà si debilitas senilis haud sit nimia, & assuetudo antiqua, & magna, semper senex, & debilis sic assuetus, plus ualebit forti, & iuuene. Est itaque utilis aphorismus, tum in tuenda sanitate, tum in curatione aliquarum ægritudinum, in quibus medici præcipere solent corporis exercitationes, immò in omnibus, quando, 1. aph. 16. 17. semper aliquid esse dandum consuetudini, iubebat. Est enim ueluti documentum, quo monemur etiam senes, & iuuenes, & deniq; omnes esse exercendos, atque potiùs assuetis, quam inassuetis exercitationibus: Et Gal. 2. de tu. Valet. præcipiebat vt senex ea exerceret, quę iuuenis: sed cũcta minus: monemur etiam plus ualere habitum ex consuetudine contractum, quàm naturalem, id quod clarius quoque in subsequenti aphorismo demonstrabitur. *Debilitas quotuplex*

---

50 Quæ ex longo tempore consueta sunt, & si deteriora sunt, insuetis minus molestare solent. Oportet igitur ad insueta permutari.

NON est ab vllo dubitandum, quin maxima sit inter hunc, & antecedentem aphorismum coniunctio, cum uterquè de consuetudinis potentia tractet, quam non modo hic, verumetiam in lib. de victu acut. atque alibi sæpè extulit Hippocrates. Igitur cum Hippocrates antè dixisset assueta simpliciter ferri faciliùs inassuetis, etiam à debilibus, & senibus, atque id tantum de exercitationibus protulisset (vt ait Galenus) nunc quasi eandem sententiam amplificans, in cunctis sex rebus non naturalibus addit, nõ modo illud esse verum, imò quæ consueta sunt, licet sint deteriora, semper minus lædere inassuetis, ac propterea oportere ad ipsa quoque inassueta transire: Adeò ut tota sententia duas partes habeat, vnam, quæ est dogma physicum, & medicum, alia uerò, quæ est præceptum & curatorium, & præseruatorium. Et quod spectat ad primum iam satis de consuetudine locutus sum, vndè in præsenti supereſt tantum contemplari quomodo res deteriores dicantur, & quàm ob causam huiusmodi res, ubi sunt assuetæ, minus molestent: Nã aliquod dicitur deterius siue sit medicamentũ, siue alimentum, quod euidenter lædere aptum est, & hoc dupliciter, aut cõparatũ ipsi ægrotãti, aut simpliciter corpori humano tẽperato, siue, ut ait Galenus secundum sui naturam, atque hoc adhuc dupliciter, vel parum, vel multum. Hic autem Hippocrates loquitur de deterioribus non quidem peculiariter *Connexio.* *Scopus.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 204 sur 867

©BIUM

liariter ipſi corpori ægrotanti inimicis, ſed corpori temperato: atq; hoc nõ multum, ſed modicè, iuxtà id quod etiam retrò dixit, cibum paullò deteriorem, ſed ſuauiorem meliori, atque inſuauiori eſſe præferendum. De his itaque dicit Hippocrates res non multum deteriores, & longo tempore aſſuetas, minus moleſtare ſolere, nam dicit primum: *Longo tempore*. Quia ut etiam habetur 9. meth. cap. 16. etſi conſuetudo non aquiratur niſi longo tempore, iſtud tamen aliquando minus, aliquando magis eſt longum, & cum conſuetudo ſit veluti altera natura, ſequitur ut quę multò tempore ſunt aſſueta, maiorem habitum contraxerint, magiſquè naturalia ſint, contrà quæ pauciore. Atque hoc non modo uerum eſt in cibis, ac potibus, de quibus manifeſtè loquitur etiam lib. 2. de uictu acut. & Galenus in lib. de conſuet. uerumetiam de alijs ſex rebus non naturalibus uocatis, de quibus loquens vi. Epid. ſect. 8. dicebat. *In ualetudinis autem ratione conſuetudo ſpectanda eſt, in victu, tegumentis, laboribus, ſomnis, rebus venereis, & animi affectibus*. Iam uerò quæ ſit cauſſa, cur res quęuis non naturales minus moleſtent, ob conſuetudinem longam (licet deteriores inaſſuetis) videndum eſt. Galenus poſtquam dixit cauſſam conſuetudinis in exercitationibus eſſe referendam in robur partium operantium: de cibis, & potibus ait, ea ubi tractantur à ſtomaco, ſimul & ipſum ſtomachum alterare, atq; ità frequenti alteratione habitum quendam, quaſiquè naturam adſcititiam ingenerare, ob quam fit, vt nutrientia ipſis nutritis partibus tandem aſſimilentur, quod quoque inquit ſe docuiſſe in lib. de conſuet. cum autem ſimilia à ſimilibus alterentur fit, vt quæ conſueta ſunt ab ipſis partibus nutriendis alterentur, ac propterea minus lędant, inaſſuetis, quę diſſimilia cum ſint difficilius alterantur; id quod Ariſt. 27. probl. 8. & Theoph. 4. de cauſis plant. 10. pariter intelligere voluerunt, quando ſcripſerunt triticea, & hordeacea cibaria nullũ faſtidium, neq; ſatietatem parere, quod continuò vſu nobis familiariſſima ſint, quaſiquè naturalia: quamquam Hippo. lib. de arte Vet: hac eadem de re tractãs, id potius tribuat ſuccó temperato, quem habent panis, & maza, aliaq. edulia, quibus familiariter abſq; faſtidio vtimur: Et quod dixit de cibis, & potibus idem etiam cõtingere de aere, qui ſi calidus, aſſuetum minus moleſtat, eo quod corpus iam diraratum, ſicuti magis frigus lædit, quia corpora iam à conſuetudine caloris rarefacta, intimiùs penetrat, atq; lædit ſicut è contra non penetrat id, quod iam longa mora ſub frigido aere condenſatũ eſt: imò dicebat Plinius, aſſuetos etiã in peſtilenti aere durare: Atque hæc eſt vera cauſſa, propter quam aſſueta minus lædunt, licèt ſint paullò deteriora inaſſuetis, & à qua proponenda abſtinuit Hipp. quòd contentus fuerit ſolam experientiam propoſuiſſe; atque alijs cauſſam inueniendi, occaſionem reliquiſſe: Sed hic dubitatur, primum, quia non uidentur quælibet, vſu fieri minus moleſta, vt ſi quis quotidie ſuccum abrotani, vel abſinthij capiat, nõ propter hoc tamen minus ab illo moleſtabitur. Prætereà eſt receptiſſima apud omnes ſententia, atque etiam uſu probata, nimiá cuiuſlibet rei familiaritatẽ, atq; vſum parere faſtidium, vt ait Ariſt. de alijs edulijs dulcib. à pane, quę tametſi ſuauia ſint nihilominus lõgo uſu pariũt faſtidiũ Ad primũ dicẽdum eſt, (qđ antè quoq; ſignificaui) Hipp. nõ loqui de qbuſlibet inaſſuetis deteriorib. ſed quib. ineſt parũ prauitatis. Iam verò oĩa amara vehementer, vt ait Gal. ſunt ἄβρωτα, & nimiũ naturę inimica, quę

ſit,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 205 sur 867

fit, vt nequeat ex ipsis generari similis habitus in stomaco, Vndè non absq; ratione Auuerroes lib. de theriaca irridebat eos, qui putarunt homines posse diù vesci impunè, & nutriri venenis, vt dixerunt Auicennas sexta quarti de puella illa napello nutrita, & Scaliger lib. de subtil. aduersus Cardanũ de filijs Regis Indotum exercit. 175. quoniam id si contingeret, simul quoque eueniret, vt ille euaderet totus venenum, sicquè naturam humanam exueret; quare non quælibet assueta minus inassuetis molestant, sed quæ parum sunt deteriora: nam quę multum deteriora sunt, vsu sanè fiunt minus molesta æquè malis, & inassuetis, (vt qui continuò vtebatur Aloe apud Brasauolam, minus molestabatur:) verum numquam fiunt suauia. Ad secundum autem dicunt nonnulli, aliud esse loqui de bene valẽtibus, aliud autem de caussarijs corporibus: siquidem, vbi stomacus bene valeat, nil molestiæ ex consuetis cibis capit, vbi verò excrementis repletus est, ex frequenti vsu aliquorum eduliorum, tunc molestia inducitur, quod excrementa illa rem contrariam appetere faciant; sed hæc responsio quãquam specioſa sit, haùd tamen correspondet vsui, & Aristot. auctoritati: nam experientia constat dulces, & suaues escas fastidire multos longo usu, aut saltem non ità delectare. Et Aristot. loco citato problem. 5. sect. 21. 8. ait dulcia, & suauia longo vsu fastidium parere, quoniam nimis nutriunt, & replent, vel quia ipsorum natura haudquaquam nobis conuenit. Itaque multò meliùs est dicere suauia, ob frequentem vsum amittere delectationem, ob similem habitum quem ingenerarunt stomaco, quo fit ut non afficiatur ab ijs: desinente uerò delectatione succedit abominatio, non ob prauitatem inductam, sed ob desinentem pristinam voluptatem, cuius amissæ memoria deindè molestat, sic enim dicere solebat Socrates, esse respiciendas voluptates abeuntes, quoniam cum afferant molestiam, incitant integros animos ad sui contemptum: atque hæc est ratio propter quam Hippocr. non dixit consueta fieri iucundiora inassuetis, sed minus molestare; quia uerè ex usu rerum suauium frequenti, non perdurat delectatio, & si quid molestiæ sequitur, est latens quædam displicentia ex memoria deperditæ iucunditatis, Quæ verò prius molestabant vsu frequenti, eam molestiam deponũt, ob dictam rationem. Nunc uideamus alteram aphorismi partem, quam dicebamus esse præceptum curatorium, & præseruatorium, quo scilicet iubet Hippocrates, vt ad insueta transeatur, Nam examinare operæpræcium est, quæ sit potissima ratio, propter quam ad insueta, etiam si sint mala, esse transeundum, & quæ ex huiusmodi transitu speretur utilitas: Omnes penè ad id confugiunt, ut dicant hominẽ uarijs rerum, ac fortunæ casibus esse expositum, in quibus nisi assueuerit, aduersis, & contrarijs maximè læditur, ubi ijs vti cogitur, & huius euentus exemplum est Dionysius tyrannus, qui cum assuetus vitæ luxurioſæ esset, ac quandoque temperatiore uti cogeretur, ob inassuetudinem, lapsus est in tabem, Verum aduersus hoc dici posse existimo, non tolli difficultatem, quoniam si Hippocrates dixit assueta minus molestare inassuetis, potius uidetur esse insistendum assuetis, quam transeundum ad insueta, ut molesta; Contrà est omnibus innatum ut rebus nouis delectemur, quæ autem sæpiùs vidimus, aut audiuimus solent tristare, aut saltem non delectare. Itaque melius est dicamus, hoc

Ad alterũ

Improbat.

Solutio melior.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 206 sur 867

©BIUM

ſceptum ideò relictũ eſse nobis ab Hipp. quoniã quę cõſueta ſunt, licet videãtur minus moleſtare, interdũ tamẽ latenter nocent, vel ratione qualitatis, vel quantitatis, vel proprietatis, ut dicit Iacobus de ſe ipſo, atque ẽt Petrus Aponenſis, qui non poterant ferrè odorem Alliorum, quemadmodum nec ego: vult igitur dicere Hippocrat. non ità eſſe fidendum aſſuetis, quin interdum ad inſueta tranſeamus non quidem cuiuſcumque generis, ſed potiſſimum ad illa, quæ nobis neceſſariò occurrunt, vt cibi uiles, aer, motus, ad quæ etiam, non eſt ſubitò tranſeundum, ſed paullatim, atque ut ait Hippoc. ἐκ προσαγωγῆς. Quod uerò obijciebatur res nouas, & inaſſuetas placere nobis magis, quàm antiquas, & aliàs ſæpiùs viſas, aut auditas, id quidem verum, & ab Ariſtotele confirmatum eſt 10. Ethicorum in fine cap. 4 quoniam ſemper diſcere optamus, atq; in rebus nouis attentè magis operamur, & magis diſcimus, ut propterea etiam magis delectemur: atqui de his non eſt mens Hippocratis loqui, ſed de rebus pertinentibus ad ſanitatem, & præſertim de medicamentis, quæ cum operentur, moleſtiã afferendo, (ut dicit etiam Ariſtot. 1. prob. 53.) fit, ut ubi ſæpius uſurpantur, quodammodo negligantur à natura, quàm, cum non alterent, cõſequenter operari nequeunt, vndè ſapienter Auicennas dicere ſolebat, mutanda eſſe medicamenta, ſed non medicationes. Porrò utilitas, quæ capitur ab hac tota ſententia rectè percepta multiplex eſt: primum enim diſcunt medici, ut circà labores corporis melius ſemper ſit ſeſe in aſſuetis exerceri, quã in inaſſuetis, quoniã ubi operationem ſequitur moleſtia, ſemper minor fit ab aſſuetis, ut etiam dicit Ariſtot. ubi uerò ſequitur delectatio, ſecùs eſt: quoniam in operatione fit, poſt operationem autem deſinit. Prætereà docet Hippoc. aſſueta (etiam ſi ſint deteriora) eſſe ſemper anteponenda inaſſuetis, licet melioribus, quod intelligẽdum eſt, nec de multum deterioribus, neque de admodum melioribus. Poſtremò diſcunt medici in uſu medicamentorum non ſemper ijſdem ſiuè alterantibus, ſiuè purgantibus eſſe immorandum, quippè quæ non afficiunt, ſed ad innaſſueta, quæ magis mouent, eſſe uſum reuocandum: undè eorum conſilium probare non poſſum, qui putant Hipp. hic non loqui de ægrotantibus: quoniam cum ſit præceptum curatorium, (vt dicebam) frequentiſſimè uſu uenit, ut ad inſueta ſit tranſeundum; quinimò, cum dicat Hipp. lib. de arte: Vet. priſcos illos medicinæ ignaros, dum ægrotarent, conſueuiſſe ſemper ſeſe ad contrarium, & inaſſuetum victum traducere, manifeſtè ſignificat, in curandis morbis, neceſſe eſſe plerumque ad inaſſueta, licet ingrata tranſire, tam cibaria, quàm medicamenta: In quibus tamen mutationibus faciendis, (vt dixi) magna prudentia agendum, ſcilicet quando quomodo, vbi, & quantum conuenit. Quod etiam dicit Celſus initio ſuæ medicinæ, debere ſanos nullas leges ſeruare, ſeſeque inaſſuetis quoque accommodare, ſalubre certè conſilium eſt, ſi, & hoc, ut debet, perficiatur.

51 *Plurimum atque repentè euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, ſiue quouis alio modo corpus mouere, periculoſum. Quoniam omne nimium eſt naturæ inimicum: ſed quod paulatim fit, tutum eſt, tum aliàs, tum cum ab altero, ad alterum tranſitus fit.*

SVNT qui præſentem aphoriſmum poſt ſubſequentem collocant, ſiuè qđ ità reperirent in aliquibus contextibus, ſiuè alia ratione ducti, quam nõ eſt

vt per-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 207 sur 867

vt perquiramus, ſed ſat eſt Galeni contextum ſequi, apud quem ità diſpoſitus habetur, Et ſi vlla coniunctio inter ipſos eſt afferenda, hæc mihi omnibus placet magis (etiam à Galeno in fine comm: ſignificata) vt dicamus Hippocratem dixiſſe ad inſueta eſſe trãſeundum, qui tranſitus, quoniam fieri poteſt, vel ſubitò vel paullatim, exemplis, & vſu, & ratione probatiſſimis, nunc oſtendere intendit hunc tranſitum ad inſueta non eſſe repentè, ſed paullatim faciendum: perindè ac ſi ità diceret. In repletionibus, inanitionibus, & calefactionibus, alijſq. huiuſmodi alterationibus nil ſubitò, ſed paullatim agendum, ergo id quoq; in mutatione ad inſueta facienda, eſt obſeruandum. Sententia eſt potiùs inter dogmata, quàm inter præcepta; verum ex ipſa etiam colliguntur præcepta ad faciendam medicinam maximè accommodata, atque neceſſaria, ut ſuo loco monſtrabimus. Diuiditur uerò in tres particulas Vna eſt. *Plurimum atque repentè euacuare*: Secunda uerò eſt *omne nimium naturæ inimicum*. Tertia eſt. *Quod paullatim fit tutum eſt, &c.* Iam uerò ſecundum inſtitutum noſtrum unamquamq; ſigillatim explanare conabimur: Cum enim Hippoc. lib. de flatib. definierit medicinam nil aliud eſſe, quàm adiectionem, atque detractionem, atque utrumque hoc præſtetur, uel euacuando, aut replendo, uel alterando, ſcilicet calefac: refrig: ſimiliuè, alia operatione: iccircò iure Hippoc. his duobus generibus uſus eſt, ut complecteretur omnem medici actionem, eamquè nullo tempore, uel repentinam, uel nimiam eſſe faciendam moneret, & hæc eſt uera cauſa, ob quam cum is uellet cũctas medici actiones à nimietate, & celeritate abducere, ſolum accipit in exemplum repletionem, & inanitionem, necnõ alterationem, non autẽ aliud quippiam. Iam uerò quid ſit κατὰ πολὺ, & ἐξαπίνης, hoc eſt, *multum, & repentè*, non eſt difficile intelligere, cum ſint uoces ipſi Hippocrat. ſatis uſitatæ ad ſignificandam nimietatem, atque ſubitaneam aliquam actionem, aut paſſionem. Ceterum, quia multum, & ſubitum ſunt quoque in prædicamento relationis, & aliquod poteſt alteri eſſe multum, aut ſubitum, quod alteri erit mediocre, & tempeſtiuum, iccircò debemus hic non quodlibet multum, aut ſubitum intelligere: ſed quod cuiquè peculiariter ſit tale: cum enim uaria ſint temperamenta variæ conſuetudines, & variæ proprietates, metienda eſt quantitas agendorum ſecundum vniuſcuiuſquè conſuetudinem, temperamentum, aut proprietatem. Qui enim conſuetus ſit multum bibere, vbi in ægritudine febrili ſitipſi frigida porrigenda, plus ſemper erit offerendum, quam aſſueto parum bibere: Sic ſi quis ſit temperamento valdè calidò præditus, multa refrigeratio erit ſibi utilis, quæ alioquin minus calidis noceret: ſic qui proprietate quadam difficiliter purgantur, magna doſis medicamentorum ſibi erit offerenda, quæ alijs ſi traderetur facilioribus ad purgandũ, enecaret; Etenim Aromatarius ille Chius à Theophraſto commemoratus ſex faſciculis Elebori ſumptis, nil purgabatur, quæ doſis ſi alicui alteri tradatur, planè interimet. Ergo non indiſcriminatim hoc Hippocratis dictum eſt accipiendum, ſed ſecundum proportionem variorum corporum: Sed dicet aliquis cur Hippocr. potiùs vſus eſt voce σφάλερον, ideſt fallax, & non dixit, potiùs κακόν, ideſt malum, ut conſueuit aliàs loqui? Cui reſpondendum puto, ſumma ratione id feciſſe, quoniam interdum medici coguntur, & quãtitatem auxiliorum tranſcendere, atque ſtatim operari, quam tamen occaſionem

Connexio.

Scopus.

Dubitat.

Solutio.

©BIUM

sionem inuenire, & rectè uti, est difficile, & fallax; rà vt non sit uerè malum, quòd quandoq. prodesse consueuit: Quod autem Medicus quandoq. cogatur multùm simpliciter, & etiam secundum proportionem facere, exemplo est magna inflammatio, & maximus dolor, in quibus Galenus commendat sanguinis missionem vsque ad animi defectum, licet Auuerroes acriter aduersus ipsum hac de re certauerit: prętereà in febre synocha, idem quoque Galenus, & alij probarunt, ut eadem sanguinis missio fiat: quò verò ad subitaneas operationes, non est dubium eas quoque interdum esse medico necessarias, quando, & Hippocrates dixit occasionem esse præcipitem, & habitum Athletarum statim esse soluendum. Itaque siuè multum, & repentè simul capiantur, siuè separatim, utroque modo non est simpliciter malum, sed certè difficile, atque fallax opus. Secunda pars erat *omne multum naturæ inimicum*; quam propositionem Galenus atque alij uoluerunt esse ueluti probationem quandam antecedentis propositionis, quasi dicat Hippocrates, propterea multum euacuare, & subitò, esse periculosum, quia omne multum est naturæ inimicum: Sed si hoc uerum est, non plenè Hippocrates totam propositionem probaret, sed dumtaxat quò ad particulam πολύ, ideſt multum, non autem quò ad particulam ἐξαπίνης, ideſt repentè: nam si uoluisset plenè id probare, cõueniens erat, vt diceret, omne multum, & subitaneum est naturæ inimicum; Quare vt tueamur Galeni interpretationem, dicẽdum est, sub voce πολύ intellexisse etiam vocem ἐξαπίνης, quasi quod fit subitò, etiam nimium sit, imò sub hac voce πολύ, inuenio comprehendi quandoquè etiam defectum, quemadmodum comprehendit vox ὑπερβαλέ, apud Aristot. 1. probl. vel dicere possumus, iccircò tacuisse secundam illam particulam, quoniam nimis notum est, subitas cunctas mutationes esse inimicas naturæ, quàm vt opus sit illud monere: siquidem id non modo usu probatur in corporis, verumetiam, & animi affectionibus: siquidem non rarò inuenti sunt, qui subitis, & innopinatis nuncijs tam lætis, quàm tristibus sint exanimati, sicuti uidemus eos, qui pedes & manus valdè refrigeratas habent si subitò calefiãt, acerbissimis cruciatibus tentari, vt ueriſſimum sit illud adagium, in cunctis rebus, *Ne quid nimis*. Percunctabitur autem hoc in loco aliquis cum periculosum sit repentè, & multum euacuare, atque replere, necnon refrigerare, & calefacere, Vtrum ex his deteriùs sit an peccare in nimia repletione, an in nimia euacuatione, & an in nimis calefaciendo, an uerò in nimicum refrigerando, Ad quod respondendum, quod Hippocr. dixit primò aphor. de cibo, & potu; scilicet ægros magis peccare in victu tenui, quàm in pleniore ueriſſimum esse, & ob id maius peccatum esse plus euacuare, quàm plus replere: quòniam quæ demuntur multò difficilius est restituere, & reficere, quàm quæ superabundant detrahere, & in vniuersum multò faciliùs est destruere, quam construere. De alterationibus similiter dicere licet, multò leuius esse plus calefacere, quàm plus refrigerare: quoniam etsi uita hominis in medio temperamento sit posita, ac ob id tàm nimius calor, quàm frigus sibi (vt extrema) opponantur, tamen multò magis frigus sibi, quam calor nimius contrariatur, & hoc est quod iure solebat Auuerroes monere in uentriculo curando, ne ipsum vmquam plusculum frigefaciamus. Sequitur pars tertia, & postrema aphorismi, quæ est: *Quod autem paulla-*

Dubitat.

Respõsio.

paullatim fit tutũ eſt, tum aliàs, tũ cum ab altero ad alterum fit tranſitus hinc Celſus lib. 1. c. 3. inquit *ergò cum quis mutare aliquid volet, paullatim debet aſſueſcere:* pro qua parte perſpicua facienda cõſiderare oportet, quid ſit Hippocrati κατὰ ὀλίγον, ideſt paullatim: cur non dixerit ἀγαθὸν, ut ſolet, ſed ἀσφαλές, ideſt tutum. Poſtremò quid ſit tranſitus ex altero, in alterum. Quod ad primum Galenus in comm: uidetur interpretari κατὰ ὀλίγον, κατὰ μικρὸν, ideſt ſecundum paruas partes: eſt autem nil aliud, quam aliquid agere paullatim addendo, aut minuendo, non confertim, neque ſubitò ab una ad aliam rem tranſire, quod aliàs προσαγωγης, dicere ſolet Hippoc. & dixit hoc eſſe ἀσφαλές, quoniam huiuſmodi cunctatio interdum quidem eſt inutilis, non modo in rebus medicinę, uerum etiam in cunctis alijs, tum publicis, tum priuatis: uerum quia etiam erratur plerumque in nimia properatione, ideò Hippoc. dicit tutiorem partem eſſe paullatim operari, quod uoluit ſimiliter ſignificare quando dixit 6. Epid. ſect. ſecunda μηδὲν ἁπλῶς μηδὲν ὑπερφυῶς, ideſt nil temerè agendum, nil contemnendum. Iam uerò de poſtremò, dicendum eſt mutationem ex altero in alterum, hic ſignificare apud Hippocratẽ omnẽ tranſitum ab una in aliam operationem; dicebat enim Corn. Celſus, & rectè initio lib. 3. ſuæ Med & cum eo Auicen. mutanda eſſe (in acutis præſertim) medicamenta, ſi non profuerunt, & aliud, atque aliud eſſe experiendum: neque hoc tantum in parte medicinæ therapeutica, uerum etiam in chirurgica, atque diætetica: Et Hipp. 6. Epid ſect. 6. dicebat in morbis παλιμβαλοισι, ideſt facile reuertentibus, & contumacib. conducere mutationes, & præſertim ad loca conuenientia, priuſquam vitium aliquod contrahatur, vt contigit Chærioni. Vtilitas huius aphoriſmi in medicina facienda, triplex eſt vna, vt caueatur ne fiant vllæ mutationes inſignes, ſiue euacuando, & replendo, ſiue alterando; ne fiant repentinæ, & nè intempeſtiuæ: id quod etiam voluit Hipp. intelligere, quando in lib. 7. Epid. dicebat, animaduertendum eſſe qualia, ex qualibus, ad qualia. Secunda vtilitas eſt, quòd caueatur ſemper id, quod nimium eſt atque hoc præceptum, ut dixi, æquè obſeruandum eſt in cunctis humanis operationibus, atque in ipſa medicina facienda. Tertium eſt, ut medicus ſemper in omnibus mutationibus ſequatur id, quod ſecurius eſt: cum enim de uita hominis agatur, debet ſemper medicus illud in oculis ferrè, ne vitæ noceat; quæ quoniam à ſubitaneis, & intempeſtiuis mutationibus ſemper læditur, hę ſunt diligenter cauendæ.

---

52 *Omnia ſecundum rationem facienti, ſi non ſuccedat ſecundum rationem, non eſt tranſeundum ad aliud, ſtante eo quod à principio viſum eſt.*

EST quidem illud verum, quod & in præcedenti, & in hoc aphoriſmo traduntur quædam generalia prȩcepta, ad curationem ſpectantia: ſed ſi afferenda eſt aliqua continuatio, proculdubio vna multo accommodatior habetur, ſiquidẽ Hip. in fine prȩcedentis locutus fuerat de mutatione, quã facit medicus & ęger ab vna, in aliam rem, atq; modũ illius prȩſcripſerat, ſ. vt agatur nõ repẽtè, ſed paullatim: nunc autẽ ipſius mutationis ſermonem cõtinuans docet, quando *Continuatio.* *Scopus.*

huiuſ-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 210 sur 867

©BIUM

huiuſmodi mutationes faciendæ ſunt remediorum, atq; medicationum, quaſi dicens, tunc eſſe agendas, quando omnia facta ſunt ſecundum rationem, neque tamen ſuccedit quod optatur, & intenditur: neque ſtat quod à principio uiſum eſt: Cum ergo ſit præceptum practicum, atque unica (licet ſatis longa) ſententia, tria circà ipſam contemplabimur nempè, quid ſit omnia facere ſecundum rationem: quid intelligat Hippocr. per tranſire ad alia: poſtremò, quid ſit ſtare illud quod à principio uiſum eſt, quibus cognitis patebit utilitas aphoriſmi. Eſt enim tota ſententia, Si medicus omnia faciat ſecdm rationem, neq; tamẽ rationi effectus conſonus ſuccedat, propter hoc nondum eſſe mutanda, quę fiunt ſecundum rationem, modo ſtet illud quod à principio viſum fuit. Galenus certè in hac ſententia exponenda ſatis breuis fuit, nihilominus egregiè ſatis docuit rationem propter quam hoc Hippocratis pręceptum veriſſimum ſit, quandoquidem cum omnis actio fiat in tempore, atq; alia pauciore, alia verò longiore, fit interdum, vt licet curatio cum ſumma ratione adhibeatur, operis tamen perfectio abſolui nequeat, niſi longo tempore, ſicut petra non excauatur, niſi à plurimis guttis ſuper ipſam decidentibus: vndè expectandum eſt tempus debitum, neq; tranſeundum ad alia remedia, donec morbus eam naturam habet, quæ à principio fuit perſpecta, alioquin ſi fieret mutatio, fieret vtiq; ad contraria, vel ſaltem diuerſa, vndè etiam ipſi morbo contraria præſidia adhiberentur, quæ perturbantia naturam, cuncta grauiora, atque contumaciora redderent. Iam uerò vt ad primum indagandum accedamus, Secundum rationem agere, nihil eſt quam prudenter operari; Prudentia verò, quæ eſt (vt dicebat Ariſtot in Ethicis) veluti ſal, quo condiuntur omnes humanæ actiones, in eo potiſſimum eſt collocata, (ſicut idem Ariſt. monuit,) vt quæcumque fieri debent, fiant, quibus oportet, quantum, quando, vbi, & quomodo oportet. Iam verò vt de medicina loquamur, non poteſt medicus adhibere, quæ oportet, niſi prius cognoſcat integrè, quid ſit illud, cui eſt remedium adhibendum, atque hoc eſt, quod dicebat Hippoc. lib. de arte, non poſſe medicum curare, niſi ipſum morbum cognoſcat, quod à Galeno, & ab omnibus medicis vno ore confirmatur. Itaque medicus, qui operatur per indicationes, (vt agunt omnes dogmatici,) primum morbo cognito, eius naturæ accommodata præſidia adhibet in ea quantitate, quæ exigitur, atque eo tempore, modo, & loco, quo conueniunt: ſi quidem vt Hipp. lib. de flatibus ait non unus eſt morborũ locus, nec vna quantitas, vt propterea debeant omnes eodem modo curari, & in lib. de arte ſcribit medicinam multas rationes habere ad ferendum auxilium, quas enumerat in lib. de ornatu medici. Igitur, medicus qui cuncta hęc (vt dixi,) facit, ea ſecundũ rationem agere dicitur ab Hippoc. hoc in loco: & hoc eſt quod dicebat Galen. in fine octaui lib. Meth. medicum oportere eſſe exercitatum, atque natura prudentem, alioquin ſi temerè agat, nec naturá morborum (Empyricorum more) cognoſcere curet, ſemper, aut maxima ſaltem ex parte à propoſito Scopo aberrabit. Porrò de mutatione ad alia idem cenſendum eſt, quod retrò etiam dicebam, nempè medicum facere mutationem, in aliud quando, vel à remedio ad remediũ; vel à quantitate ad aliam, vel à modo medẽdi ad alium modum, vel à tempore ad aliud tempus, vel à loco ad locum efficitur mutatio; Nam ſępè numero contingit, vt medici faciant

Quid ſit agere ſecundũ rationem.

Quid ſit ad alia tranſire:

ciant huiuſmodi mutationes, quando non vident ſibi res (quemadmodum cupiunt,) feliciter ſuccedere: quod verum faciendum ſit, & quando facere, vel non facere conueniat, monſtrat Hippocrates iis uerbis, quæ poſtremò expendenda propoſui, nempè non eſſe faciendas (cum idem ſtat, quod à principio iudicatum fuit.) Quaſi verò tunc ſit mutatio facienda, quando non ſtat idem quod initio fuit viſum. Porrò quod à medico initio ſpectatur, eſt ipſius morbi natura, quæ vbi rectè cognita fuit, dicitur ab Hippocrate ſtare, hoc eſt, ſemper eadem eſſe, vbi verò non eſt exactè cognita, non ſtare dicitur: Itaque vult dicere Magiſter, donec eadem putetur à medico morbi natura, quę à principio viſum eſt, & conſequenter omnis alia ratio decenter ſit adhibita, nulla mutatio facienda eſt, nec remediorum, nec aliorum: Sicut vbi fortè medicus putauerit alium eſſe morbum, tunc planè permutatio medicationis, medicamẽtorum atque aliarum rerum agenda erit. Sed duo reſtant videnda unum eſt, quomodo medicus cognoſcat non ſtare id, quod à principio uiſum eſt: Alterum cur Hipp. non dixit etiam alteram partem, nempè tranſeundum eſſe ad alia, ſi non ſteterit quod à principio uiſum eſt: Circà primum dicebat Hippocrates curationem oſtendere morborum naturas, quia vbi remedia naturæ morborum accommodata iuuant, ſignum eſt cognitam fuiſſe ipſorum naturam, ſin obſint ſignificatur eam non eſſe, quæ putabatur, Vndè Corn: Celſ: vt dixi aliàs initio tertij libri dicebat *in acutis ſtatim eſſe mutanda remedia, quæ non pro ſunt, in longis autem non ita*, & non malefecit Muſa, qui cum uidiſſet Auguſti ſtomachichum dolorem exacerbari magis à calidis preſidijs, ad refrigerantia ſeſe contulit, atque ità illum ſanauit: igitur ut medicus certior fiat ſtare id quod à principio uiſum eſt, ſcilicet rectè perſpectam fuiſſe morbi naturam, debet remedia inuenta ſecundum rationem ſæpiùs experiri, quæ ſi conferunt, non debent mutari, ſin minus perſiſtendum adhuc eſt in ijs, donec ſæpiùs fruſtratis remedijs animaduertatur non eam eſſe morborum naturam, quæ antea fuerat ſuppoſita. Alia quoque eſt ratio cognoſcendi hoc nempè, ex ante frequẽtata experientia, quando ſcilicet initio curationis apparent aliqua ſymptomata, vel exacerbata, vel imminuta, Vbi enim videntur ſtatim ex adhibitis remedijs, non modo nullum leuamen ſentiri, verum potiùs mali vehementiam augeri, ſignum eſt contraria eſſe, quàm deberent, ac propterea aliam quoque eſſe morbi naturam, quàm fuerit putatum: ſin minus aliqua mali imminutio ſuccedat, eaquè conſeruari & creſcere appareat, ſignum eſt, malum eſſe cognitum, ac propterea non eſſe ad alia auxilia tranſeundum. Circà ſecundum dupliciter reſp. poteſt uno modo, (quod aliàs ſæpenumero dixi) Hippocratem, ut plurimum uno contrariorum contentũ eſſe, quando ex ipſo aliud quoq; neceſſariò cognoſcitur: Vndè cum iſtud tale ſit, non eſt mirum ſi alterum eſſe tacendum duxit: alio modo reſpondere licet ipſum, ut dicebam in lib. de Arte hoc quaſi legem quandam reliquiſſe, ne medicus ullus ſeſe vmquam ad curandum quemquam conferat, niſi prius morbum cognouerit, ac propterea ipſum hoc tacuiſſe, ſupponentem futurum neminem, qui non ſtatim cognoſcendo morbo prius ſeſe daret, quàm curaret, Vndè ne hic terreretur, & inutiliter mutaret medicationem, & medicamenta, vbi non ſtatim ſequitur effectus, uoluit eum commonefacere, vt poſtquã

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 212 sur 867

©BIUM

cognouit rectè morbum, & accommodata præsidia adhibuerit, etiamsi statim non sequatur optatus effectus, pergatur tamen in eadem medicatione, quia vt dicebat Celsus, & Galenus, sæpenumero quod non fit breui, longo tempore tandem fit. Quamobrem ex his omnibus colligitur ad quid vtile sit huiusmodi præceptum, nempè, vt medicus primum cognoscere laragat morbum, quo cognito, atque perspecto, adhibeat accomodata præsidia, loco, tempore, modo, & mensura debitis, tum in ijs pergat, (licet non respondeant statim votis) & si quandoquè medicamenta longo vsu interdum uideantur facta ipsi naturæ familiaria, mutetur, sed non mutetur medicatio, dum eędem indicationes à natura morbi comparatę, persistant: quod si mutentur, medicationem quoque mutari necesse est: Solent autem mutari, vel mutantur morbi, vt quando ex tertiana simplici fit duplex, vel quartana, aut quando virtus, temporis longitudine fit debilis, aut quando materia ex uno loco in alium mutatur: atque alia huiusmodi contingunt, quæ medicum cogunt alia ratione medendi vti.

---

53 *Quicunque aluos humidas habent, si quidē iuuenes fuerint, melius degūt his qui siccas habent. Ad senectā verò deterius degunt, nā senescentibus magna ex parte exsiccātur.*

BREVISSIMVS est Gal. in explanatione præsentis aphorismi, nec quicquam aliud dixit, quam esse per se manifestam hanc sententiam, etsi quid optatur, id totum iam dictum esse in antecedēte aphorismo, cuius initium est. *Quibus iuuenibus adhuc aluus humecta est, &c.* s. aph. 20. ex quibus uerbis colligitur si ulla continuatio esset ipsius afferenda, debere proponi cum prędicto aphorismo, post quem locandus fuisset, nō cum immediatè ipsum antecedente, cum quo nulla coniunctio apparet, quamquam non desint, qui ineptè satis cogantur connectere utrumque, & Hippocratem faciunt leuissimi ingenij. Est sententia tota prognostica, quæ tamen potest etiam in actu practico nonnihil utilitatis afferre. Diuiditur autem in duas partes. Quarum prior est de iuuenibus. Secunda uerò de senibus. Quod igitur de Iuuenibus ait est, eos qui habent ea in ætate humidas aluos, melius liberari, seu degere, quàm qui habent eas siccas; Et Celsus lib. 1. cap. 3. transferens hanc sententiam dixit. *In iuuene fusa aluus melior, in sene verò adstricta;* Qui sint iuuenes seu νέοι aliàs diximus, scilicet ab Hippocr. ità appellari qui non excedunt trigesimumquintum annum, His autem duabus rationibus aluus humida melior est, quam adstricta; Vna quia suaptè natura cumulant multa bilem, quæ opus est per aluum euacuari quotidie, aliòquin retenta facit acuros morbos, Vndè Hipp. lib. de aer. & aq. dicere solebat eos, qui habent aluum liquidam, non tentari morbis acutis, quia sic quotidie educuntur succi biliosi à quibus fiunt: Altera ratio est, quoniam hac ætate homines committunt innumeros in uictu errores, ob quos cruda, & uaria excrementa gignuntur, & præsertim cruditates, quæ nisi excernantur alui beneficio gignunt uarios, atq; graues morbos: cruditate enim fieri aluos molles etiam Aristot. testatus est, primo de gener. animal. c. 20. quod quoq; dixit fieri ab immēso potu ut scripsit 3. prob. sect. 5. qđ patiūtur quoq; eunuchi ob humiditatem, vt & balbi ex Hip. 6. aph. 32. Porrò quid significet uerbū ἀπαλλάσσεσθαι vsurpata hic ab Hip. Gal. plurib. in locis docet: Sed quod pertinet ad hunc locum vsus est etiam

eadem

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 213 sur 867

eadem voce 32. huius, ſicut & lib. de vetere med. atque alibi prò uiuere, & in meliori ſtatu, atque condicione degere, ſeu à morbis facilius liberari: & exiſtimo in præſenti loco, accomodatiorem omnibus alijs ſignificationẽ eſſe, ut dicamus Hippocratem uoluiſſe ſimili verbo docere, Iuuenes habentes aluum humidam melius uitam traducere, morbiſquè omnibus feliciùs defungi, quàm illos, qui eam habent ſiccam, ut etiam Corn: Celſus interpretatus eſt; Memini legiſſe apud Galen. 7. Meth. eos, qui habent uentriculum calidum, ſi in eum materia labatur ex capite, peſſimè agere, ſi aluum adſtrictam habeant, Et Auuenzoar initio ſuę medic: dicere ſolebat, in tuenda valetudine maximum ſubſidium eſſe ſemper apud omnes reputatam alui lubricitatem, ob cauſas iam antedictas, cum enim in iuuenibus ſucci biliоſi, & crudi, quos quotidie accumulant, retinentur, proculdubio ob temperamenti caliditatem putreſcunt, & conſequenter uarijs morbis tàm acutis, quàm diuturnis occaſionem præbent; atque hæc de prima Aphoriſmi parte. Sequitur ſecunda quæ eſt. In ſenectute hos iuuenes deterius agere: quoniam ipſis ſeneſcentibus, vt plurimum alui ſiccantur. Circà quam partem conſiderare oportet, Vtrum verum ſit iuuenes qui habent aluum humidam deteriùs in ſenectute agere: quandoquidem ſecùs plerumquè experientia comprobatur, & ratio ſuadet his in ſenectute pauciora ineſſe excrementa, ideoquè melius traducere uitam, & faciliùs liberari à morbis. Præterea conceſſo hoc Hippocrati vtrum uera, & adæquata ipſius cauſſa ſit, quam proponit, nempè alui ſiccitas, cum Celſus dixerit in Iuuene melius eſſe habere aluum fuſam, ſicut in Sene adſtrictam. Prò primi reſſolutione, dicendum eſt iuuentutem dupliciter poſſe conſiderari, vel ſecundum ſui temperamentum, uel ſecundum mores: ſi primo modo cõſideretur, proculdubio debent Iuuenes habentes aluum humidam melius degere in ſenectute, eo quod ob alui lubricitatem, liberata corpora à ſuccis calidioribus, & prauis, ſuccedens alui ſiccitas non ita lædit, cum aut nulla, aut pauca inſint ipſis recrementa, quæ retineantur, & retenta lædant. Sin autem conſideretur iuuentus ſecundum mores, ob quos non modo biliоſi, verumetiam pituitoſi, & craſſi ſucci ſemper congregantur, ob ingluuiem alioſquè pernicioſos errores, proculdubio deteriùs degunt in ſenectute, eo quod cum nequeant ſatis exuberantia recrementa euacuari, multò minus in ſenectute, quando alui ſiccantur, ea poſſunt educi, undè retenta podagras, colicos dolores, arthritidas, calculos, aliaquè ſimilia inducunt, quæ uitia ab alui adſtrictione fòueri, & incrementum ſuſcipere ſatis eſt manifeſtum, vt Hippocrates dixit ſecundo prorrhet: atque in Coacis prænotionibus, vbi ſcribebat podagras, alui cum adſtrictione iunctas, eſſe irremediabiles, ſicut, & conuulſiones facilius ijs fieri: & in lib. de aer. aq. & loc. dicebat habentes aluum humidam ferè à lapide ueſicæ tutos reddi; Ad aliud dicendum (quod etiam in explicatione aph: Vigeſimi fuſiùs declaratum eſt) hanc fuiſſe Hipp. obſeruationem, ut magna ex parte in iuuentute habentes aluum humidam, in ſenectute adſtrictam habeãt, & è contrà; quò fit, ut propter hoc deteriùs degant in ſenectute, qui habuerunt humidã, quoniã ſiccãtur, & cõſequenter retẽta excremẽta varios morbos pariant; quaſi velit dicere Hippocrates, etiã in ſenectute bonum eſſe habere aluum humidam, qua quotidie redundantia excrementa edu-

Dubitatio prima.

Altera.

Soluțio prioris.

Ad Secundam.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 214 sur 867

©BIUM

cantur, ac propterea vbi ea fit adſtricta, cuiuſmodi contingit ijs, qui habuerunt eam in iuuentute mollem, multò deterius eſſe: Verum quid ad Celſum dicemus præferentem in ſenectute aluum adſtrictam molli? Reſpondendum puto ſenectutem ſecundum ſe conſideratam melius traduci cum adſtricta aluo, nempè, quæ haud corpora ità debilitat, ſicut mollis; Verum conſiderata ſecundum accidentia, quę ipſam plerumquè comitantur, & maximè copiam excrementorum crudorum in ipſa exuberantium, melior eſt ſemper fuſa. Imò mihi placet eorum ſententia, qui putarunt, in hac ſententia nobis relicta, Hippocratem id potiſſimum ſpectaſſe, vt nos commoneſaceret, bonum eſſe in qualibet ætate humidam aluum habere, & eos ſenes deterius agere, quibus aluus adſtringitur, necnon difficilius à morbis liberari; quod ſemper in ijs plus excrementorum inueniatur, quæ non ità facilè queant ſuperari: Vt propter hoc debeant ſemper medici illud in mente gerere, vt tam in tuenda, quàm in recuperanda ſanitate aluum moderatè ſolutam conſeruent, propter quod, & ipſe in curandis ægris ſoleo antè alia proſpicere, vt quotidie illis, vel ſuppoſitorio, vel aliquo clyſtere modò blandiore, modo acriore venter ſoluatur, iuxtà quod ſcripſit Auicennas ſibi ſemper fuiſſe dilectum clyſteris vſum: itaque hæc eſt aphoriſmi vtilitas non modo in prognoſticis faciendis, verumetiam in curandis ipſis ægris.

54 *Magnitudo corporis inuentæ, quidem, neque indecens, neque illiberalis, ſenectæ verò inutilis, & deterior paruitate.*

POSSET quiſpiam exiſtimare hunc aphoriſmum potiùs ad partem medicinę decoratoriam ſpectare, eò magis quòd Celſus lib. 2. cap. primo eam transferens nil aliud dixit quam hoc. *Nam longa ſtatura, vt in iuuenta decora eſt, ſic matura ſenectute conficitur*: Verum haùd poſſum illud in animum inducere ſapientiſſimum ſenem, & ſolius artis vtilitatis ſtudioſiſſimum voluiſſe librum ſecundum aphoriſmorum tot pulcherrimis, ac vtiliſſimis præceptis, & dogmatibus refertum adeò inutili, & plebea ſententia claudere, Vndè placet mihi opinio eorum, qui in hac quoque ſententia aliquid ad vſum artis pertineat, complecti exiſtimant: idquè vt perſcrutemur primum de connexione dicendum eſt ſi vlla afferri poteſt, hanc vnam eſſe, quod cum comparaſſet in antecedēti ſenectutem, & iuuentutem, quo ad rem non naturalem, nempè alui lubricitatem, vel adſtrictionem, prout vtilis, vel inutilis eſt ſanitati, ſic nunc comparat eaſdem ætates, ſecundum rem naturalem, nempè corporis ſtaturam prout hæc vel vtilis, vel inutilis vitæ, atque ſanitati traducendis. Imò cum procera corpora habeant ſemper aluum molliorem paruis, vt dicebat Ariſt. in fine lib. de hiſt. animalium de animalibus crura longa habentibus, ea ſcilicet habere aluum ſolutiorem, hac pariter ratione poteſt aliqua connexionis ratio excogitari, & eo maximè quia particula δέ, i. *quidem, ſeù autē* monſtrat manifeſtè cōnexionem inter vtraſque ſentētias. Sed vtcumq; ſit purum dogma prognoſticum eſt, duaſq. partes habet tota ſententia, vnam de iuuentutis proceritate, alteram

Connexio.

Scopus.

de

©BIUM

de senectutis. Prima hunc in modum se habet. *Magnitudo corporis, iuuentæ quidem neque indecens, neque illiberalis* secunda verò pars est, *senectæ verò inutilis, & deterior paruitate.* Sic enim sonant Hippocratis verba, ad verbum traducta. Nunc circà primam partem opere prætium est, ut discurramus. Galenus in commen. multa dicit circà significatum magnitudinis, vbi scribit magnum corpus propriè dici de eo, quod secundum omnem dimensionem vltrà modum est auctum, Verùm dici etiam de eo, quod tantum secundum longitudinem est auctum, quodquè propriè, μακρόν, seu longum uocatur: similiter, & de eo quod secundum profunditatem, & latitudinem solas, quodq. propriè crassũ, seu παχύ nominatur asseuerat. Quomodo autem acceperit Hippoc. uocem τῆ μεγέθους ideſt magnitudinis diffiniuit id Galenus dicens, ab Hippocrate hic accipi magnitudinem prò ea tantum, quæ secundum longitudinem solam aucta est, quæquè à latinis uerè proceritas solet nuncupari: undè & macrocephali, apud Hippocratem lib. de aer. aq. & locis, dicuntur, qui habent capita longa. Cæterum aduersus Galenum nonnulli eius calumniatores insurrexerunt dicentes, absurdũ esse existimare huiusmodi longitudinem haùd esse in iuuenta decoram, & libero homine dignam, quasi potius turpitudo quædam sit iuuenum hæc corporum longitudo. Ad hæc dicunt corpora secundum omnes dimensiones magna potius, quam secundum solam longitudinem incuruari, illudq. non solum experientia constare, verumetiam ratione, quòd scilicet corpora uerè magna plus ponderis gestent, quo grauata in senectute curuuantur: Addunt isti melius esse quærere, cur si anima est immortalis, tamen paruo ponderi succumbat in senectute; Ex quo sermone facile conijci potest, illos de animæ immortalitate non parum hæsitasse: Sed ut hac in re grauiter fefellerunt, sic iniusti fuerunt Galeni accusatores, Nam cum duplex sit corporis secundum longitudinem tantum, aucta magnitudo, una quæ cæteras dimẽsiones moderatas, & proportionatas habet, altera quæ eas potius exiles, & imminutas, proculdubio Galenus de priore locutus est, quam non est à quoquam dubitandum in iuuentute esse decoram; Secunda enim verè indecora est, quam qui habent à Græcis monogrammi vocantur, vt est apud Athenæum: nec putandũ est Galenum fuisse adeò hebetis ingenij, vt quod omnibus est perspectissimum negare voluerit. Iam verò quod verè magni, in senectute quoque interdum incuruẽtur, haud est à ratione alienum, neque etiam à Galeni mente: sed & proceros, seu magnos secundum longitudinem incuruari quoque in senecta, nemo negaret, quando etiã videmus sæpè curuari iustæ magnitudinis homines. Imò ut magni secundum longitudinem proportionatã, & moderatas habentes alias dimensiones decori, & specioſi sunt in iuuenta, sic qui aucti sunt nimium secundum omnem dimensionem, proculdubio indecori, & minus illis specioſi à cunctis reputantur, Neque verum est auctos secundum quamlibet dimensionem, magis incuruari, quod gestent plus oneris, quoniam pondus tàm in antica, quàm in postica existens parte, totum corpus indepedens, quasiquè rigidum, & libratum conseruat: Sed maius peccatum est horum, qui quasi de immortalitate animorum dubitent, non attulerunt causſam, cur in senectute anima cedat corporis inclinationi, quandoquidẽ quod vis ingenium, vel mediocriter in philosophia uersatum, potest

Aphoriſ. Diuiſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 216 sur 867

©BIUM

potest facilè rationem, cur anima rationalis verè immortalis non sustineat corpus in senectute directum, quemadmodum in iuuentute, quòd scilicet facultas ipsius motrix tunc operari fortiter cesset, ob instrumenta corporea sibi haùd validè (quemad modum anteà) famulari, ualentia. Imò cum tunc magis valeat vis rationalis animæ, quando ea, quæ corpore indiget, magis deficit, argumentum efficax esse uidetur, quod ipsa alterius, atque diuinioris naturæ sit, Itaq; magnitudo ea corporis, quam dicit Galenus, non modo ad decorem, & pulchritudinem in iuuentute confert, verumetiam ad sanitatem meliorem, quantum sit ex ipsa, vt infra probabo. Dicit Hippo. ἐλευθέριον, καὐκαείδες quæ duo uerba omnes trãsferunt liberalis, nec indecora; Celsus omissit vocem ἐλευθέριον, ego verò puto vocẽ ἐλευθέριον referri debere ad animũ, quasi corpora procera, & animo valeant, & specie, Hæc autem uox (ἐλεύθέριον) nuspiam alibi, quam hoc in loco apud Hipp. reperitur, quantũ ipse obseruaui. Atq; hæc de priore parte: Modo ad scdam transeo in qua dicit Hipp. proceritatẽ corporis in senectute esse δυσχρηστον, & deteriorem paruitate: Nam uocem illam δύσχρηστον, Galenus interpretatur δύσφορον, idest difficilem gestatu: si quidem verè Senes, vbi proceri sunt, cum nequeant capitis onus erectum sustinere curuuantur, atque tunc Silicernia nuncupantur à Latinis: quod genus obrobrij aduersus decrepitos sæpè inuenitur penès Plautum, vt non immeritò vox illa apud Hippoc. significare possit etiam turpitudinem, seu indecentiam cum inutilitate coniunctam, vt vox αειδας: qua ratione potest quoquè dici huiusmodi statura in senectute deterior paruitate, quoniam parua corpora vim habent magis vnitam, ob idq́ robustiorem, vndè erectum corpus facilè sustinere possunt, Nam cum vnus homo, (vt testantur Arist. & Galenus) inter cętera animalia factus sit erectę staturæ, tum propter calorem maiorem, quod semper supra fertur: tum vt possit Cęlum, & Astra (vndè oritur) continuò aspicere, suaq́. origine digna contemplari, & operari; proculdubio quanto plus erectior eius figura est, eò speciosior, & melior est; quamquam quoq; proceritas erecta, si multũ recedat à mediocritate, nequè bona, nequè decora est: nempè quòd pulchritudo in mediocritate temperamenti, atquè decenti partium commensuratione sit collocata, Sed hic quæstione dignum est, cur si curuantur procera corpora in senectute, quia uirtus debilis reddita nequeat capitis, & spatularum onus erectum ferre, non potius inclinatur in partem posticam, sed semper in partem Anticam; Prò cuius resolutione sciendum est cerebrum reliquarum corporis partium maximè graue, atque onerosum esse. Ad hæc corporis dorsum (ut dicebat Galenus) instar Cærinæ nauis fuisse uersus partem anteriorem (in qua siti sunt oculi (modicè arcuatum, non modo prò sustinendis faciliùs oneribus, sed ut prospicere, & tueri sese ab anteriori parte posset, Ex quo faciliùs semper inclinamur omnes antè, quàm retrò, sicut uirgæ curuæ faciliùs flectunt ad partem, qua curuæ sunt, quàm quà sunt conuexæ. Porrò utilitas huius sententiæ est. Primum ad prædicendum senectutis statum tum animi, tum corporis; Aristot. n. in fine physiognomicorum scribit Magnos corpore uiros minus, & ingenio, & sapientia ualere, quàm paruos; utrisquè autem ad omnia meliores esse in mediocritate positos. Sic quoque de corporis valetudine, & fortitudine censendum est, scilicet paruos esse meliores ad

Dubitatio.

Resp.

cuncta

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 217 sur 867

cuncta iuxtà illud. *Magnaquè in exiguo regnabat corpore virtus*; : Atque hinc fit, vt etiam ad faciendam medicinam præsens aphorismus non parum conferat, quòd parui sint ad sustinẽda remediorũ tædia, multò magis apti, quàm magni, ut dicebat Hippocrates lib. de aer. aq. & locis de Assiaticis, & Phasidis fluuij Incolis, quos dicebat esse proceros, & formosos, sed minus fortes minusquè sustinendis laboribus idoneos, quod similiter dixit Cæsar sexto de bello Gallico de Suecijs: Antoninum verò Pium Imperatorem narrat, & Iulius Capitolinus, cum procerus, & speciosus esset ne in senectute curuitas ipsum deturparet, gestasse pectori tabellas ex tilia mare, (quæ inflexillis est,) factas, quod etiam de Cinesio Poeta tradunt, quẽ vocabat Aristophanes Φιλύρι-

905

quòd ob gracilitatem, ne inflecteretur, antè & retrò tiliaceis assetulis fasciaretur.

FINIS SECVNDI LIBRI.

HIERO

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 218 sur 867

©BIUM

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS,

PRÆLECTIONES PATAVINÆ

IN TERTIVM LIBRVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS.

POSTQVAM ſecundo libro finis eſt impoſitus, ſequitur, vt tertium, (Deo Auſpice, ac Duce) aggrediamur; cuius doctrinam uere Hippocraticam eſſe, cum in alijs libris, & maximè libro de Aere, aquis, & locis, qui à cunctis inter germaniſſimos, ſemper fuit habitus, pariter tradita inueniatur, nemo eſt qui dubitet. Cęterum quæ ſit continuatio præſentis libri cum antecedentibus, (vt aliquid dicamus) certè non eſt ità perſpicuum; & id ueriſſimum eſt, (quod ſæpe diximus cum Galeno:) Veteres non admodum ordini, atque methodo ſtuduiſſe, & quicquid laborant interpretes, vt adinueniant methodum in libris aphoriſmorum, atque inter ipſos aphoriſmos, potius ingeniorum opera, illis id affingunt, quam ut uerè res ità ſit; Attamen dicere poſſumus Hippocratem poſtquam in primo, de euacuatione, & victu, (quæ ſunt quodammodo ſanitatis cauſſæ) tractaſſet, ac in ſecundo de ſignis quibuſdam prognoſticis, tàm bonis, quàm malis, magna ex parte diſſeruiſſet, in hoc de cauſis mediatis, quæ ſunt externæ vt ad aerem pertinentes, & internę, vt ætates, pertractare: non perſecutus eſt autem omnia genera cauſarum, quoniam doctrina aphoriſtica id minimè permittebat, & quoniam æternus is eſt Hippocrates mos, vt in uno quoque genere, propoſitis quibuſdam tantum, alia complecti, & à lectoribus ità concipi uelit. Eſt itaq; Scopus uniuerſalis Hippocratis in hoc 3 lib. tractare de cauſis euidentibus morborum, tum ut medici eas præcauere, & abolere poſſint, tum etiam, vt reliqui homines attentiores, & ſtudioſiores circà hæc fiant; neque negligant, quemadmodum pleriquè faciunt. Habet hic liber paullò meliorem ordinem, quàm cęteri, ſi quidem in duos ferè ſolos tractatus

Connexio huius libri cum ſuperiori.

Scopus Hippoc. in hoc libro.

Diuiſio huius libri.

ctatus principales est partitus, in quorum primo de causis ad aerem pertinentibus agit: in secundò uerò, de causis ad ætatem spectantibus, alias autem prætermisit, uel quia ad has duas, cętera causarum mediatarum genera possunt reduci, ut habitus corporis, & temperamentum ad ætatem, regio, exercitatio corporis, necnon cibi, & potus ad aerem: Vel quia hęc duo genera, sunt omnium ad morbos, & sanitatem faciendam maximè apta.

1 *Mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & in temporibus magnę mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione, eodem modo.*

SI huiuscè primi aphorismi connexionem cum postremò quęrere placeret, nulla planè inueniretur, quid enim commune est mutationibus temporũ cum decore, vel turpitudine corporis, at si vniuersalem aliquam coniunctionem adferre optamus, forsan aliqua reperiri potuit: nam in secundo libro multa, eaquè diuersi generis ab Hippocrate sunt, nobis tradita, partim ad prognosim, partim ad diagnosin, necnon curationem spectantia; verum maior pars, in eo libro (sicut, & in cæteris subsequentibus) versatur circà prænotionem, ad cuius considerationem maximè pertinet intelligere constitutiones temporum naturarum, atque ætatum; propter hoc dici potest in hoc tertio libro voluisse Hippocratem earum doctrinam tradere, non tantum, quia sunt caussæ, saltem mediatæ salutis, & mortis, verumetiam quia maximè faciunt ad præsensionem, & præcognitionem parandam; Est scopus Hippocratis docere Aerem quoque, & anni tempora, magnam partem habere inter causas morborum, id quod non ità vulgares intelligunt, quod etiam Hippoc. in lib. de morbis 4. significauit, cum morborum causas in Cęlum quoq; referebat, Est dogma sine ratione, atq; diuisibile in duas, vel tres partes, quarum prior est, *Mutationes temporum maximè pariunt morbos:* Quæ sint mutationes temporum de quibus loquitur Hippoc. dubitatum non parum uideo, nam Galenus refutat quosdam interpretes, qui putarunt significare mutationes successiuas temporum eo qđ, & si id agant, non tamen maximè, ipse autem existimauit esse vniuersalem aeris inæqualitatem, atque etiam particularem, quando, tam in anni temporibus, quàm in singulis diebus uarietates, atque mutationes fiunt modo ad calidum, modo ad frigidum, siccum, humidumuè; quomodo autem huiusmodi mutationes faciant morbos (vt hic dixit Hipp.) necnon etiam factas iam curent, præter Gal. Luculentissimè docuit Arist. 1. sect. prob. 1. 2. 3. vbi dicebat, sanitatem esse collocatam in mediocritate, atq; temperameto quatuor qualitatum: ac propterea sanitatem peruerti, atq; corrumpi, vbi huiusmodi temperamentum, & mediocritas ab aliquo excessu, vel defectu corrumpuntur; quemadmodum etiam morbi augentur vbi excessus, vel defectus similes ijs ab aere adijciuntur; curantur uerò, & soluuntur, quando morbis contrarię aeris, & temporum, locorum, atq; ætatum mutationes superueniunt: Atq; hęc omnia habentur etiam ab Hipp. tradita, tum in libris. Epid. tum maximè in lib. de aer. a. & loc. Cęterum non defuerunt etiã, qui

Cõnexio.

Scopus.

Diuisio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 220 sur 867

©BIUM

recedẽtes à Gal. malucrunt ſequi antiquos illos interpretes, ſ. prò permutationib. tẽporum accipientes illas, quę fiunt à quatuor anni temporib. & de quib. locuturus eſt Hipp. in libri proceſſu; vbi, quę tempora, quos morbos ferant, ſigillatim enarrat. Particulam autem μαλιστά, i. maximè dicunt referendam eſſe ad eos morbos, qui ſoluuntur, quaſi mutationes temporũ, & faciant, & ſoluant morbos, ſed maxime faciant, minus autem ſoluant; verum mihi magis placet Galeni ſententia, quoniam hic non loquitur de naturalibus, quas certum eſt apud omnes alterare corpora, ſed de ijs, quæ accidentaliter contingunt, & quas uitare oportet, ne noceant: neq; valet quod dicunt fruſtrà fore, ea quę in ſecunda parte dicũtur, ſcilicet in tẽporibus magnas mutationes frigoris, & caloris facere morbos, quia etiam anni tempora naturalia, non alia faciunt ratione morbos, niſi quia mutãtur ſecundum qualitates, propter quod dicet Hippo. in ſequentibus autumnum propterea eſſe pernicioſum, quoniam eadem die fit modo calor, modo frigus.

Secunda pars. *Et in temporibus*, Hæc eſt alia pars aphoriſmi, in qua illud eſt obſeruandum prò temporibus, non alia intelligere Hippo. quam ea, de quibus locutus fuit in priori parte, attamen differentes eſſe mutationes, de quibus loquitur nunc, ab ijs de quibus anteà locutus eſt, Nàm ſuprà vniuerſaliter dixit, mutationes, (hoc eſt) inæqualitates temporum ſecundum uentos, alias què qualitates, eſſe morboſas, quemadmodum, etiam Ariſt. loco citato, atq; ipſemet Hippo. in lib. de aq. & l. Nũc verò loquitur de mutationib. magnis tantum ſecũdum frigus, & calorem: Cur aũt harum tãtum duarum meminerit qualitatum, non item humidi, & ſicci duplex cauſſa fuit, (quantum ego puto,) vna quod paſſiuę qualitates abſq; primis quam minimè agunt, imò uerò quicquid operantur id faciunt uirtute primarum; Alia fuit, quia Hipp. qui primus detulit omnia elemẽtis, vt narrat Gal. in lib. de elementis ſecundum Hipp. ſemper ferè delectatus eſt cuncta partiri in duo, ſ. calorem, & frigus, & tempus anni in hyemem, atq; æſtatem, quòd etiã fecerunt temporanei eius, veluti Thucidides in deſcriptione illius magnæ peſtis, lib. ſ. ſecundo, quàm dichotomiam legitur obſeruatam quoq; fuiſſe à Theophraſto; Dixit aũt magnas, quia, licet quęlibet mutationes caloris, & frigoris alterent corpora noſtra, minimè tamẽ omnes faciunt morbos, ſed hęc dumtaxat, quę valdè alterãt, ut Hip. initio lib. de affectionib. & Ariſt. lib. 2. de partib. anim: c. 2. & 3. Atq; hoc forſan intelligere uoluit Hippo. quando in lib. 4. de morbis dicebat morbos fieri, vel quãdo corpus nõ repurgatur, vel qñ, quę ſunt à cęlo ſanitati incommodant, uel quãdo aliqua uis extrinſecus accidit, ſ. prò cęleſtibus accipiens non tantum ſydera, quantum ipſius aeris qualitates, quas alias ſub nomine diuini intellexiſſe Hippoc. initio libri prognoſticorum ipſemet Galenus ſignificauit.

Tertia pars ãph. *Et alia ſecundum rationem hoc modo*, quod vult dicere Hippoc. in 3. partic. aph. hiſcè verbis non ſolũ mutationes ſcdm calorem, & frigus; ſed proportionaliter alia ſimili modo mutata, morbos inducere, vt uentos, ſerenitatem, vel turbationem: nam etiam lib. de aer. aq. & loc. dicebat, non ſolum corpora, ſed etiam animos, & ingenia uentis, aliiſq. temporum mutationibus mutari: Vndè dicebat, Aſiaticos eſſe imbelles, & tyrannis facilè obedientes, qd nullas aeris mutatione patiãtur cõtrà uero Europeos eſſe ualidiores, animisq. prõptiores, & libertatis amantiores, ob aeris crebras, quas patiũtur mutationes: & tamẽ adagiũ eſt, quo dicitur

mũta-

mutationem esse rem dulcem. Est vtilis aphorismus ad prædictionem, & ad curationem, præsertimq. ad viuendi rationem dirigendam.

---

2 *Naturarum, hæ quidem ad æstatem, hę verò ad hyemem bene, malè uè se habent.*

ET si Galenus in commentario admodum paruo nihil dicat de præsentis aphorismi continuatione cum antecedente, attamen diligenter intuenti rem ipsam, non est arduum aliquam, reperire, scilicet non semper mutationes temporum, & frigoris, vel caloris facere morbos, sed aliquas naturas esse, quę in huiusmodi mutationibus melius sese habent, quemadmodum aliquæ melius æstate, aliquæ melius hyeme habent, sicut enim calidæ naturæ mutato tempore ad frigus, & frigidæ ad calidum mutato, melius habent, haùd secùs contingit, & de alijs mutationibus: Est aphorismus theoricus, & est veluti decretum quoddam, sine ratione, atque sine diuisione. *Naturarum*: Quæ in hoc loco vocentur Naturæ ab Hippocrate, satis aptè docuit Galenus in comm. 1 ità dici complexiones, siue temperaturas quatuor elementorum, quæ cum sint primæ in generatione corporum, sunt veluti subiecta totius naturæ, quæ propriè ab Hippoc. lib. de natura humana describitur, constans non solum ex primis, sed & ex omnibus alijs qualitatibus, quamquè modo totam substantiam, modo facultatem, atq; vim totiùs corporis gubernatricem appellat in multis locis Galenus, & mihi magis placet, vt non solum secundum primam, verum etiam secundum secundam notionem accipiantur hic naturæ: quæ forsan ob hoc numero plurium sunt designatæ, *Aliæ ad Aestatem, &c.* Sequitur Hippocrates more suo dichotimiam in Æstatem, & hyemem, hoc est in tempus calidum, atque frigidum, *Benè, vel malè*, benè uel malè se habere nil aliud est, quam iuuamentum, aut detrimentum recipere: iuuamentum autem non expectatur, nisi ab ijs, qui aliqua re malè habent, sicut detrimentum ijs affertur, qui uel bono statu gaudent, uel aliquo, sed leuiori malo, quod tamen à temporibus anni augeatur; Itaque Galenus iure dixit, ex nouem temperamentis, quæ habentur, temperatum similibus gaudere, & conseruari, cætera uerò à suis contrarijs magnoperè, Vndè Hippoc. 6. Epidemiorum dicere solebat calidæ naturæ, ἐνθέρμῳ φύσει, conuenire quietem, atque aquæ potum; Summa igitur hæc est, ubi calidæ sunt naturę, melius degere tempore frigido; quemadmodum frigidæ calido, atque idem etiam dicendum de alijs rebus non naturalibus uocatis, de quibus in sequenti loquetur Hippocrates. Atque hoc est id totum, quòd verba ipsius Hippocratis sonant. Circà quod occurrit dubitandum, quia cum conseruatio fiat semper similibus, ut est omnium medicorum sententia, uidetur non debere frigida corpora melius habere æstate, sed potiùs hyeme, quemadmodum, etiam calida æstate: Adæc frigida temperamenta habent uentriculum & ventriculi calorem debilem, vndè malè coquunt cibos, & plura excrementa gignunt. Atqui hyeme ventres sunt natura calidiores, meliusquè coquunt, igitur debent corpora frigida tunc melius se habere, quàm hyeme, quando squallore, calor ventris infirmior redditur, & consequenter deteriores fiunt

Continuatio, et Scopus.

Dubit.

Altera dubitatio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 222 sur 867

©BIUM

Resp. ad primum. coctiones. Prò resolutione supponendum est primo, hic Hippocratem cum loquatur de naturis, de ijs loqui temperamentis, quæ vnicuiquè à natiuitate sunt donata, propterea què naturalia dicuntur: iam verò hæc nisi sint valdè corrupta, semper sunt conseruanda; vbi verò sunt valdè recedentia, haud quaquam conseruanda, sed permutanda sunt ad contrariam uiuendi rationem, vt significauit Galen. 2. cap lib. de c. b. & m. s. & hoc est, quod etiam voluit innuere Hippoc. in præsenti aph. Vndè cum sermo sit de naturis valdè intemperatis, quæ non habent opus conseruatione, sed correctione, iure ijs prodest contrariorum tàm externorum, quàm internorum applicatio, Et Arist. 5. sect. probl. 26. quærens cur (vt dicebat Hesiodus) æstate viri minus, mulieres magis ad Venerem concitentur, dicebat calorem uirorum magnum, à calore aeris ambientis nimium augeri; ità vt temperiem excedens, inefficax euadat, secùs quàm mulierum

Ad 2. calor, qui cum sit debilis calore ambientis veluti reuiuiscit, atque augetur, Ad aliud respondendum est corpora frigida, & debilia, duplicia esse, vel moderatè talia, vel immoderatè: Si sint moderatè talia, planè melius habent hyeme, eò quòd constipato corpore, calor naturalis conseruatur, & augetur, tàm in corde quod melius euentatur, quam in visceribus: vndè meliores fiunt coctiones, quemadmodum si nimis calida, & sicca sint immoderatè, deteriùs se habent; quoniam cum sint nimis rarefacta, frigus externum vehementiùs penetrans, calorem natiuum (alioquin pusillum) magis lædit, & imminuit: atque hac ratione dicit Galenus in 14. aph. huius libri corpora emaciata, & gracilia deteriùs habere in hyeme, quàm æstate, sicut & illi quorum capita sunt rarioris texturę, Hic aphorismus vtilis est ad sanitatis conseruationem, quod doceat, vbi talis naturaliter non possit haberi, saltem semper sit ità vt contrarietur naturalibus intemperamentis ipsorum patientium.

3 *Morborum quoque alij ad alia benè, vel malè se habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera.*

Cõnexio. NON est multùm laborandum in reperienda huiusce aphorismi cum superiore continuatione: quandoquidem satis unicuiquè perspectum esse potest, cum in superiori, de corrigendis naturalibus intemperamentis, mediante ea uictus parte, quæ pertinet ad aerem ambientem, sit locutus, nunc uerò loquatur de morbosis indispositionibus similiter corrigendis: Vndè aphorismus est, ut superiores, ferè totus, decretum practicum: ità tamen ut sit sine ratione, atque sine diuisione *Morbi alij ad alia*. Galenus uidens huiusmodi sententiam (sicut habetur prolata) confusam, & intellectu difficilem, putauit multò satiùs, & multò accommodatiùs forè si ità scribatur; *morbi & ætates, alij ad alia tempora, & loca & victus genera bene, vel male se habent*, Vt autem huic Galeni sententiæ adhæream tria faciunt, primum est Hippocratem (ut diximus) superiùs docuisse naturalium temperamentorum, quæ sunt sub latitudine sanitatis, quædam ad alia tempora bene se habere, quædam malè: Vndè ordini, & rationi consentaneam rem facit, idem demonstrare de morbis, seù de

Scopus.

morbosis

©BIUM

morboſis naturis, ſeu intemperamentis. Alterum argumentum eſt; quoniam niſi Hippocrates ſic intelligatur, vix percipi poteſt, quid dicat, Tertium, quia littera græca, ſi diligenter inſpiciatur, vox *ad alia* non poteſt coniungi, niſi ad tempora, & loca: vndè ſi (vt vult Galenus) legantur, & commoda eſt conſtructio, & veriſſima eſt ſententia: quandoquidem veriſſimum eſt alios eſſe morbos, qui bene, & feliciter finiuntur in æſtate, vt morbi frigidi, & humidi, quidam qui in hyeme, vt calidi, & ſicci, atque hoc eſt dogma perpetuum, & ſæpè ab Hippocrate nobis relictum, morbos æſtiuales hyeme ſuccedente finiri, & autumnales uere, vt quartana: quod etiam Plinius ſcripſit, quando dixit quartanas non fieri bruma, neq. curari, ſed vere: Præterea veriſſimum eſt, quaſdam ætates bene, vel malè ſe habere ad quædam tempora, exempli gratia, iuuenes bene habent hyeme, malè verò æſtate: Contrà autem ſenes, male habent hyeme, bene uerò æſtate, ſic quoq; de locis, vt Lucretius de Attica, & Achaia, & Alexander de Æthiopia, haùd ſecùs quoq; dicendum de uictu; nàm ut habetur copioſiſſimè apud Hippoc. in lib. de diæta ſalubri, atque de diæta, alij ſunt cibi, qui conueniunt æſtate, alij qui hyeme, & corporis exercitationes magis conueniunt hyeme, minus æſtate, quamquam Ariſtot. in probl. ſecùs ſtatuerit, ſcilicet æſtate magis eſſe laborandum, ut magis excrementa conſumantur, quæ tunc copioſiora generantur, ob natiui caloris imbecillitatem: Itaque cum hæc omnia ſint veriſſima, non defuerunt tamen celeberrimi uiri, qui mirantes de Galeno exiſtimarunt nil opus eſſe litteram mutare, dicentes, quando Hippocrates dixit morborum alios, ad alia bene, uel male ſeſe habere, uoluiſſe dicere, vel quod alij morbi in alijs bene, vel male mutantur, aut quod alij morbi, alijs bene, aut male ſuccedunt: Ego autem non poſſum facere quin mirer horum ingenia, neque etiam intelligere poſſum, quomodo Hippocrates velit ſine vllo ordine, & ſine ulla ratione de mutatione, vel de ſucceſſione morborũ loqui vt tractauit 6. Epidem. & primo de morb. à ſe citatis. Ad hæc particulæ εὖ & κακῶς certè ſunt eodem modo accipiendę, quo eas in antecedente ſententia vſurpauit; iam uerò nil minus habuit in animo, quam ijs uti in mutatione, vel ſucceſſione morborum, ſed dumtaxat in eorum correctione, ſicut vſurpauerat in emendatione naturarum, quæ ab diuerſis temporibus benè, aut malè fiant. Igitur Galeni opinio cęteris omnibus eſt anteferenda. Vtilis quoque aphoriſmus tum prò præſeruatione, tum prò curandis morbis, quando monuit Hippoc. Vbi huiſmodi tempora non habentur, eſſe procuranda, & ſtudio, atq; arte paranda.

---

4 *In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.*

VOLVIT Hippocrates in ſuperioribus aphoriſmis docere mutationes temporum, ac diuerſitates morbos facere, & quia non eſt ſatis hoc ſcire, niſi noſcantur etiam particularia, hoc eſt, qui morbi à quibus mutationibus fiant, nunc exemplo morborum autumnalium, ingenia exercet, ut ab hoc docta, poſſint reliqua intelligere: Eſt enim dogma prognoſticum ſine ratione, *Cõnexio.* *Scopus.*

atque

©BIUM

atque ſine diuiſione: Et quod dicit eſt, vbi in temporibus anni, ſcilicet eadem die fit modò calor, modò frigus, autumnales morbos expectare oportet. *In temporibus.* Galenus, qui in huius aphoriſmi expoſitione nimium breuis fuit, primis verbis, neſcio quid dicit, quòd ſanè doctis penè ridiculum videri poteſt, ſcilicet non temporis appellationes, ſed temperaturas, ſcilicet, vt eſt cauſſa variorum intemperamentorum corporum, facere morbos diuerſos: quamquam enim motus cęli, qui tempus quodammodo facit, aut potiùs eſt ipſummet tempus, ſecum habeat Cęli aſpectus, & influxus, qui ad alteranda corpora mirum in modum valent; nihilòminus ſecundum medicos, cum intemperamenta ſint ipſimet morbi, & hi fiant à temporibus anni, quibus Aer afficitur, hinc fit, vt ſic dicantur tempora facere morbos. imò uerò etiam animi afficiuntur, ut experientia conſtat, animos humanos nebuloſis temporibus aliter affici, quàm ſerenis, *Quando eadem die.* Etſi Hippoc. breuitatis amantiſſimus dici tantum modò fecerit mentionem, nihilominus poteſt idem dici de menſe, atque de hebdomada, ità ut ubi eodem menſe, & eadem hebdomada, fit huiuſmodi inæqualitas, vt modò frigus, modò calor fiat, morbos inæquales, & inordinatos, (quales ſunt autumnales) expectari oporteat, Sed illud uetiſſimum, quanto frequentiores fiunt huiuſmodi mutationes, tam in eodem menſe, & hebdomada, quàm in eodem die, vt ſi exempli gratia, ſingulis tribus, uel quatuor diebus, & eiuſdem tribus, uel quatuor horis fiat modo calor, modo frigus, tunc magis morbos autumnales, atque eos deteriores fieri certum eſt, *Expectare oportet* Phraſis eſt Hippocratica, qua ſolet vti, quando aliquam ſaltem euentus certitudinem ſignificare cupit, quo pacto Latini vſurpant uocem ſperare, ut Virgilius, *At ſperate deos memores fandi, atque nephandi*, ideſt certò expectate, atque hoc eſt id totum quod nos in præſenti docere uoluit ſapiens magiſter. Circà quod nonnulla ſunt breuiter expendenda, & primò. Qui ſint morbi illi autumnales, qui à dicta temporum inæqualitate ſunt expectandi: Secundò que ſit ratio, cùr potiùs hos, quàm alteriùs generis conueniat expectare. Tertiò, Vndè factum ſit, ut potiùs Hippocrates ad probandam ſententiam ſumpſerit exemplum morbi autumnalis, quàm alteriùs, & præſertim ſolſtitialis, quando (vt ſcribit Ariſtot. 1. probl:) etiam tunc temporis fiant morbi plurimi, & graues; nam problem. 26. quærens cur poſt utrumlibet ſolſtitium per centum dierum ſpacium mori maximè contingat; Reſpondet id contingere, quoniam tunc utraque vehementia caloris, & frigoris ſeſe dilatat, quæ morbos perniciemquè infirmis afferre poteſt. Prætereà problem. 27. quærens cur uer, & autumnus morbis infeſtent, reſpondet illud euenire, quia mutationes omnes graues occurrunt: adeò ut etiam vere fiant mutationes crebræ, & ex mutationibus morbi: Attamen Hippocrates potiùs autumnales, quam uernales morbos expectandos eſſe dixit;

Quæſita quædam

Primum.

Secũdum.

Tertium.

Al primum. Ad primum reſponderi poteſt tripliciter, uno modo eos morbos eſſe intelligendos, de quibus loquetur infrà aphoriſmo 22. vbi diffusè ſatis enumerat, qui ſint morbi illi, quorum autumnus ferax eſt, alio modo prò autumnalibus poſſe intelligi, copioſos, & graues morbos. Vndè dicebat, Iuuenalis, *Quot Ebemiſon ægros, autumno occiderit uno*, Tertiò modo reſpõdere licet prò autumnalibus comprehendiſſe illos, qui tres conditiones habeant, ut ſint acutiſſimi, ut ſint varij, & diuerſi

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 225 sur 867

& diuersi, & ut sint exitiales; Nam habent ferè morbi autumnales, vel vnam vel alteram, vel plures, ex hiscè cõdicionibus; Vt propterea dictus sit sæpiùs ab Hippocrate θηριώδης, idest ferinus. Ad secundum respondèri potest, ver etiam ferax esse morborum, atque eorum prauorum, maximè uerò putredinis, cum sit calidum, atque humidum, ob quod etiam obseruatum est omnes ferè constitutiones pestiferas inchoare uerè; At uoluit Hipp. potiùs exemplum morborum Autumnalium proponere, quoniam, & plures, & magis maligni, atque contumaces fiunt: Vnde Plutarchus in fine octaui libri sympos: dicebat Autumnum esse velut anni senectutem, & quia sit frigidus & siccus, opportuna reddere morbis corpora: Vtilis est aphorismus potissimum ad præcognitionem, atque prædictionem, atque ad medicum docendũ, quomodo sese aduersus ingruentes morbos præparare debeat, similiter & ægros, aut caussarios. *Ad secũdum.*

---

5 *Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes. Quando huiuscemodi tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. At si aquilonia fuerit, tußes, fauces, alui duræ, difficultates vrinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris. Quando hęc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.*

ELEGANTISSIMÈ, & copiosè Celsus hũc aphor. transtulit c. 1. lib. secũdi. *Auster aures hebetat, sensus tardat, capitis dolores mouet, aluũ soluit, totũ corpus efficat hębes, humidũ languidũ.* Qua verò occasione trãsleat modo Hip. ad sermonẽ hunc de uentis, qui potiùs est narratio quædam, vt Gal. quoq; significauit initio commentarij, quàm uerus aphorismus, non est facile conijcere; nisi dicatur, post tractationem uniuersalem mutationum temporum secundum calidum, & frigidum, iure aliquo succedere de ventis sermonem, quippe, qui dum perflant, mirum in modum tempus ipsum, atque aerem perturbent; ità ut mutentur temperamenta corporum, atque simul fiant ipsis, & animis morbi: in quo sermone seruat usitatam sibi dichotomiam, scilicet diuidens totam hanc tractatiunculam, in Ventos calidos, qui sunt Austri, & in Aquilonares seu boreales, qui sunt frigidi: ità ut possit etiam aphorismus, (si ità licet appellare) in duas partes diuidi, in quarum vnam tractat de effectib. temporis Austrini: in altera uerò de effectibus Ventorum Aquilonarium, seu borealium; Neque dubitandum est, quin Arist. initio primi probl: totam hanc tractationem acceperit, ubi rationem quærit eorum omnium, quæ nunc dicit Hipp. (quamquam ipsum non nominet) quemadmodum nuspiam alibi facit illius mentionem, nisi semel ueluti per trànsennam in libris Polit: Sed de hoc aliàs: Est hæc sententia, seu tractatio tota prognostica. Nam etiam Theophrastus ex ventis, in libello proprio prædicere docuit, non tamen eo Scopo, & consilio, quo Hippoc. Videamus autem pedetentim, quid dicat Magister. *Austri*, auster, qui νότος, à Græcis vocatur, ventus est à meridie originem suam ducens, àc propterea calidus, & humidus, ac consequenter morbosus; Vndè dicebat Arist. in fragmento quodam de uentis, quod sit dictus νότος, quasi νοτῶδης, siue qui νοτιτειν ποίει, vt etiam Gellius lib. 2. cap. 22. cur autem sit calidus, & humidus, explicauit idem Atistot. in problem. in sectione de uentis, ubi hanc sen- *Conexio.*

tentiam

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 226 sur 867

©BIUM

Cur Auster calidus & humidus.

tentiam habet, non ità benè à Theodoro interpretatam. Calidus autem eſt (auſter,) quia ſpiritus illius miſcetur aeri Lybico, qui calidus eſt, & ob id magnos fluctus excitans, humida omnia reddit, æſtate in mare irruens: & quamquam dicat ibidem Ariſtoteles in lybia eſſe auſtrum frigidum, id eſt, quia montes lybiæ, & Æthiopię niue pleni ſunt, quæ illum refrigerat, ut clariſſimè docuit Theophraſtus quoque libello de ventis: Vndè retinet naturam ſui ortus, priuſquam ſeſe mari immiſceat. Sed dubitandum uidetur, quomodo (ſi hoc uerum eſt,) dicat Hippoc. lib. 2. de diæta auſtrum in lybia calidum, & ſiccum eſſe: Ad quod reſponderi poteſt auſtrum in lybia tum calidum, tùm frigidum eſſe: frigidum in primo ſui ortu, ob cauſam dictam, calidum cùm incipit miſceri lybico aeri, atque etiam tunc eſſe ſiccum, ob aeris, & terræ qualitatem: (quemadmodum dixit Hipp.) quam ſiccitatem deponit vbi ingreditur mare, & ob ingentes quos excitat fluctus euadit humidus: Et quod dicit Gal. 1. Epid. ſect. 1. tex. 1. Alios eſſe auſtros blandos, qui calidi, & humidi ſunt, alios uerò uehementes, qui ſunt frigidi, atque ſicci, niſi intelligatur ut dictum eſt, uix licebit eius ſententiam tueri, quandoquidem Hipp. hoc in 3. aph. 5. ait, tunc maximè morbos dictos fieri, quando maximè auſtri inualeſcunt, hoc eſt, vehementes fiunt. Itaque hac Auſtri conſtituta natura, non eſt difficile perſpicere quomodo effectus, & mala, quæ narrat Hippoc. in corporibus noſtris producat, quę priuſquà enarrare incipiamus, ſciendum id, quod ſcribit Ariſtot. 1. probl. ſect. 23. ſcilicet Auſtros ſine pluuia facere febres, ob caliditatem, & humiditatem, cum imbre iuuare potiùs, & maximè plantas, quia tunc à mari exeuntes, beneficio pluuiæ refrigerati, eas ueluti reficiunt, atque recreant. Primum attamen quod dicit Hippoc. auſtros facere eſt, quod auditum hebetant, Et adnotandum eſt hac ueluti praxi, & exercitatione quadam Hippocratem confirmare id, quòd aliàs ſæpè dixit, debere medicum cauſas morborum pernoſcere, non ſolum internas uerum etiam externas, quæ licet medio internarum operentur, valent tamen ad producendas internas: atque hac ratione ipſos morbos efficiendos; ut tempeſtas auſtrina, quam propterea dicit Hippoc. auditum hebetare, & uiſui caliginem offundere, caputquè grauare, & corpora uniuersà tardare, quoniam (ut ait Galenus) temperatura auſtri calida, & humida eſt, quæ verò eiuſmodi ſunt, omnia, & neruos, & alia ſenſuum Inſtrumentum replent, quò fit, ut neque ſpiritus liberè ad ſeruiendum facultati ſenſitrici tranare ad inſtrumenta queant, nec illuſtratio facultatis motricis integra ad operandum perduci; vndè fit, vt actiones minimè perfici queant tàm ſenſitrices, quàm motrices: & Ariſtot. 1. probl. ſect. 24. quærens cur flantibus auſtris, corpora humana ſeſe tardiora, & grauiora ſentiant: duas rationes adfert, vna eſt, quia modicus humor, qui eſt in corpore, auſtri tempore, liquatus, in maiorem molem creſcit, vndè grauis ſentitur. Altera cauſſa: quoniam motricis facultatis inſtrumenta, ſunt articuli, qui tepore, & madore auſtri relaxantur, vndè nequeunt facultati motrici inſeruire, quæ ſiccis inſtrumentis eget: atque hoc conſtare dicit ex crepitu, quem eo tempore edunt articuli, eò quod humor concretus, tunc diſſoluatur, Addit Ariſtoteles, quod humor tenax, qui articulis inditus eſt, ſicuti motum impedit, ubi nimis concretus eſt, pari pacto impedit, ubi nimium fuſus eſt: id

Dubitat.

Reſp.

Notandũ de auſtri nomine.

quod

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 227 sur 867

quod etiam habetur ab Hippoc. lib. de hum. & à Celso lib. 2. cap. 2. imò idem Hippoc. 3. de aer. aq. & locis, dicebat. Asiaticos esse viribus imbecillibus, quoniam frequenter ibi spirant huiusmodi venti austrini. *Quando igitur inualuerint tunc maxime talia accidunt*, quod vult dicere Hippoc. est, eo tempore potissimum fieri prædicta, quãdo vehementius perflant, id enim uox δλωσεὶν, significat, scilicet quando auster valdè potens est, vt etiam Galenus exponere videtur primo Epid. 1. primo. Sed huic obstare uidetur quod scripsit Galen. eodem primo Epid sect. prima cont. primo ubi duo genera austri facere videtur alterum mite calidum, & humidum, aliud autem vehemens frigidum, & siccum: nam si validus ventus austrinus producit mala, quæ fiunt à calido & humido, etiam ipse talis sit necesse est, vndè non uidetur esse posse frigidus, & siccus, secũdum Hippoc. quemadmodum ipse asserit, nisi dicamus eundem austrum modò siccum & frigidum esse, modò calidum, & humidum, vt suprà: Hactenus Hippoc. de austrina tempestate, sub qua non solum intelligendus est austrinus uentus, qui oriatur à puncto meridionali, sed omnes etiam collaterales, vt propterea Hippoc. vsus sit numero plurium. Sequitur pars, quæ est de ventis borealibus, siuè aquilonis, sub quibus similiter non modo intelliguntur venti, qui à puncto septentrionis efflant, verumetiam collaterales, vt propterea etiam in ijs Hippoc. sit usus numero plurium: sunt omnes hi contrarijs qualitatibus donati, quàm auster, scilicet frigidi & sicci, tum quia à regionibus frigidis oriuntur, (vt perhibent Aristoteles, atque Theophrastus,) tùm quia per regiones similiter frigidas, atque siccas transeunt: vndè uaria quoque, & penè contraria austro mala eos producere rationi consentaneum est, quemadmodum statim proponit Hipp. dicens, quod si tempestas fuerit borealis, tusses uigent, faucium asperitates, aluí duræ, horrores, costarum dolores, atque pectoris: addens, & illud in hac quoque parte, scilicet quando huiusmodi uiguerint, seù ualidi fuerint, hæc, in ægritudinibus, quæ contingunt, expectare oportere. Iàm uerò Galenus horum omnium causas indagans primum dixit, Hippocratem non proposuisse contraria bona, quæ ex aquilonis (tamquam austro contrarijs) obueniunt, quoniam id non sibi proposuerat: sed tantum mala recensere, ad hoc ut medici discernere possint, quãdo eiusmodi mala proueniunt à causa externa, aut ui morbi alicuius: addo ego etiam hoc facere uoluisse Hippocratem, ut indè medici præscientes futura mala, cauere, ea discerent. Quæ autem mala proficiscuntur ab Aquilonijs, ueluti tusses, & alia, indè nascuntur, quoniam ubi capita sunt repleta mucco pituitoso (ut frequenter accidit) Aquilonij suo frigore cerebrum comprimentes, ab eo experimur humiditates, quæ in fauces, & in pectus delapsæ, magna detrimenta afferunt, dum tusses, ipsarum q. faucium asperitates gignunt, neq; enim mihi placet opinio eorum, qui (ut testatur Gal.) uoluerunt fauces cum aluis duris esse coniũgendas, quasi etiam fauces durẽtur ab aquilonis, nam id nõ est intellectu facile quomodo fauces, quæ sunt partes calidissimæ possint ità refrigerari, ut durę euadant sicuti fœces: Alui autem durę tunc quoq; reddũtur, non quod refrigerarę intrà intestina fęces durentur, perindè atq; lutũ extrà: nam (ut etiam dicit Gal. 2. de temperam. c. 3.) in corpore uiuente id fieri nequit) sed quia partes externæ refrigerarę exiccãt, simulq. facultatem retentricem cor-

Dubitat.

Resp.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 228 sur 867

©BIUM

roborát undè fit, ut fœcibus retentis humiditas omnis abſumatur, ſicq́. illę indurentur, atq; hoc eſt, quod voluit dicere Hippocr. 6. Epidem. ſectio 5. 26. ſcilicet refrigerationem durare, quę ſunt in ventre. Fieri etiam horrores ab Aquilonijs, eſt admodum rationi conſonum: ſiquidem ab omni frigore vehementi extrinſecùs aduenientę fieri rigores, nedum horrores, & experientia, & ipſemet Gal in lib. proprio, necnon Ariſt. 8. probl. ſatis declararunt, nam Ariſt. ſect. citata probl. 7. dicebat nos frigida extrinſecùs affuſa horrere, quoniam calor internus extinctus horrorem mouet; quod autem dicit Gal. fieri etiam urinæ difficultates, eadem ratione ueſica refrigerata, non ità experientiæ correſpõdet, quẽadmodum uiceuerſa, ſatis quotidie exploratur ab eodem externo frigore, & coſtarum, & pectoris dolores fieri, ſcilicet, expreſſo humore à cerebro, necnon in partes thoracis, atq; etiam in ipſos pulmones præcipitato: Eſt utilis aphoriſmus potiſſimum prò prædictionibus faciendis, & conſequenter prò euitandis illis damnis, quę corporibus noſtris contingunt: nam, vt Theophraſtus docet in libello de ſignis ventorum, admirabilis eſt notitia, quę ex ijs comparatur tam prò hominum, quàm prò beluarum, atque ipſarum plantarum ſalute.

---

6 *Quando æſtas ſit veri ſimilis, ſudores in febribus multos expectare oportet.*

Cõnexio.

SI ſuperficietenùs præſens aphoriſmus expendatur, certè exigui momenti poteſt uideri: ſed ſi Hippocratico more enucleetur, habet, & ipſe, ſuos uſus atq; inſignes utilitates; neq; dici poteſt eſſe prorſus abſque connexione, quandoquidem, vt venti ſuos habent peculiares morbos, quibus abundant, ſic & temporum conſtitutiones abſq; ventis, proprios aliquos effectus producere conſueuerunt: Verum multò accommodatiùs fuiſſet hęc ſententia poſita poſt illum, *Vbi eadem die modo frigus, modo calor fit, morbos autumnales expectare conuenit*: Eſt hic aphoriſmus dogma theoreticum, ſ. ad prognoſim pertinens ſine ratione, & ſine ulla diuiſione, Quod autẽ dicit eſt, Vbi ęſtas ſit ueri ſimilis, eſſe in febribus expectandos ſudores copioſos, quod etiam habetur in lib. de humoribus. Corn. verò Celſus lib. 2. cap. 1. ſic ipſum tranſtulit. *Vbi primo calor à primo vere orſus, æſtatem quoque ſimilem habet, neceſſe eſt multum ſudorem in febribus ſubſequi*. Cęterum, primò uidendum, quomodo æſtas fieri poſſit ſimilis ueri: nam licet vtraq; tempora habeant ex natura vnam qualitatẽ ſimilem, nempè calorem, habent tñ alterá cõtrariam nempè humiditatẽ; Itaque ſi fieri debent hæc tempora ſimilia, opus eſt, vel utrũque fiat calidum, & ſiccum, vel utrumq; calidum & humidum: At Hipnõ ità loquitur, ut poſſit ſic interpretari, quaſi poſſit etiam uer adipiſci naturam ęſtatis, ſed uiceuerſa, cum dicat, *Si æſtas fuerit veri ſimilis*. Vult igitur dicere Hipp. ſi æſtas fuerit calida, & humida. Sed quomodo fieri poteſt talis, Nam Ariſtot. 1. ſect. problem. vbi docet **præcognoſcere** morbos futuros ex uarijs temporum mutationibus, numquam **meminit** ęſtatis humidę, quaſi ea uideatur rariſſimè: proculdubio aliquam ob cauſam externam, nempè, uel auſtros dominantes, uel ob iuges pluuias, quemadmodum in Cranone contigiſſe teſtatuseſt Hip. 2. Epid. ſec. 2. vbi narrat ſimiles accidiſſe febres, quẽadmodũ; & hic ex largis, atq; aſſiduis pluuijs, quę cum magno ęſtu factę ſunt, *Sudores in febribus multos expectare oportet*

qua-

quatuor hic Hipp. verba ſingulatim penſitanda ponit primum, Quod *expectare oportet*, Celſus autem tranſtulit *ſubſequi neceſſe eſt*: ſed non puto eum integrè mentem Senis expreſiſſe; quippè qui non ſolet in his rebus, quæ aliter ſeſe poſſunt habere, hãc neceſſitatem imponere, ſed molliore uerbo uti, quale iſtud eſt προσδέχεσθαι χρῆ, ideſt expectare oportet cum aliqua incertitudine: *ſudores* hoc eſt ſecundum verbum, quo ſignificat non ſudores peculiares alicuius partis: ſed vniuerſales, Iam uerò ſudor omnis (vt dicebat Diocles) eſt res quodam modo violenta, ſiuè ſtatuamus eum fieri ex vaporibus ab aere externo in humorem cõuerſis, (vt Theophraſtus lib. de ſudoribus,) ſiue ab humorib. extenuatis, & ſumma ui caloris natiui ad cutem propulſis, ut Ariſtot. 2. probl. 3. propterquod dicebat etiam eum fieri ſalſum. Quare ſumma eſt, ad generationem ſudoris, ut dicit in Comm. Galenus requiri calorem tanquam propulſorem, ſiue effectorem, atque humorem tamquam materiam; Iam verò æſtas ſi loco ſiccitatis aquirat humidum, planè habebit vtrumque, quod exigitur in ſudoris generatione: Sed non omne humidum eſt aptum gignendo ſudori, quandoquidem glutinoſum, & craſſum difficile in ſudorem conuertitur; Vndè fit, vt corpora obeſa, atque alia quædam rariſſimè ſudent, niſi magna uis accedat, quemadmodum etiam inter bruta difficiliùs ſues, & boues ſudant, faciliùs multò equi, & muli. *In febribus*, dixit tertio loco Hippocrates expectandos eſſe ſudores *in febribus*; non quod etiam in non febricitantibus non fiant ſudores, ſed quia prædicere hoc, haud quaquam artificioſum eſt, cum omnibus ſit notum corpora ſana plus æſtate ſudare, imò uero Ariſt. 2. probl. ſect. volebat eo tempore etiam eſſe magis prouocandum ſudorem, cum tunc, & ob fructus humidiores, qui eduntur, & ob imperfectas, (quæ hebetato calore natiuo) tunc fiunt coctiones copioſiora, quam ullo alio tempore, excrementa gignantur: nam problem. 40. eiuſdem ſect. quærens, cur, cum corpora æſtate ſint ſicciora, attamen tunc temporis magis, quam hyeme ſudamus, reſpondet id eſſe, tum quia corpora æſtate laxata ſunt, hyeme uerò denſata extrinſecùs ſcilicet, tum quia æſtate plus humoris haurimus. *Copioſos* dixit poſtremò Hippocrates copioſos, quoniam aer humidus ingrediens corpora febricitantium facit, ut minus à febrili calore exiccentur, præterea humor, qui antè per aeris madorem erat intus collectus, atque craſſefactus à calore febrili attenuatus, & diſſolutus copioſior ſeſe effundit, qua etiam ratione fieri ſolet, ut magis dormientes quàm vigilantes ſudemus, quemadmodum ibidem Ariſtoteles perhibuit, Atque hæc ſunt quæ nos uoluit docere Hippocrates hiſcè paucis uerbis, Vtilis autem eſt hæc ſententia in primis ad faciendam prædictionem, atque ad monendum medicos, vt in eiuſmodi temporis conſtitutione, maximè ſtudeant proliciendis ſudoribus, quoniam cum tunc temporis humidiora ſint corpora, naturaquè ipſa ualdè propendeat ad ſudorem faciendum, facile contingere poteſt, ut adiuta auxilijs, febres ipſas finiat ità, ut in poſterum non amplius redeant.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 230 sur 867

©BIUM

7. *In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, & ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit conſtitutionem, tales plurimum morbos oportet expectare.*

Continuatio.

Scopus.

DE humidis temporum conſtitutionibus, quæ ſunt auſtrinæ, in antecedentibus aphoriſmis tractauit Hippocrates, vndè ſummo iure in præſenti ſubiunxit dè ſiccitatibus, quę aquilonares, vt plurimum ſunt: ità ut eius Scopus ſit ſummatim docere, quæ morborum genera ſequantur temporum ſiccitates: quæ quidem ſententia prognoſtica eſt, abſquè ratione, & in duas partes diuidi poteſt, quarum prior eſt: *In ſiccitatibus febres acutæ fiunt*, poſterior vero eſt: *Et ſi annus magna ex parte talis fuerit, qualẽ fecerit conſtitutionẽ, tales morbos expectare oportet.* In prima parte expendere conuenit quæ propriè dicatur, hoc in loco, *ſiccitates*, ſiuè (vt loquitur Hipp.) ἀυχμοὶ, quæ vox ſolet eſſe ipſi Hippocrati vſitatiſſima: Nam eſſe contrariam ἐπουϐρίαις, ideſt pluuijs, ſeu pluuioſis, etiam Heraclytus ſignificauit, qui referente Laertio, cum hydrope morbo captus eſſet, medicumquè accerſiuiſſet, ab eo per cunctatus, quomodo faceret, ἐκ δ' ἐπουϐριας ἀυχμὸν, illo neſciente reſpondere, dimiſit: illud certum eſt ἀυχμὸν, nihil aliud eſſe quam aeris quemdam ſquallorem, nam & Galenus primo in primum Epid. tex. 2. dicebat ἀυχμους dici immoderatas aeris ſiccitates, quod etiam alibi dixit ſicut, & Philotheus, non igitur Hippocr. hoc in loco pro ſiccitatibus intelligit ſimpliciter ſiccas, conſtitutiones: ſed nimias, ſiue ſint frigori, ſiue calori coniunctæ; quamquam magis propriè hoc dicitur de illis, quæ iunguntur calori, ſed ità vt illum excedat ſiccitas; Iàm vero febres acutæ, quas dicit in hac tempeſtate potiſſimum gigni, ſunt illę, quæ fiunt à copioſa, & acri bile, etſi enim omnes morbos acutos fieri à bile dixerit Ariſtot. 3. de partib. animal. c. 4. & cum eo auctor ſecundi libi de natura humana: ſunt tamen quædam febres ab eodem natæ humore, quæ dicuntur propriè acutæ, ob velocitatem motus, & ſympromatũ ſæuitiam; Etſi enim ferè omnes febres à putredine videantur egere humore bilioſo (tanquam ſulphure) ad accendendos alios humores frigidiores, atque craſſiores, nihilominus ſunt quædam, quæ pluſculum illius habent, & quædam, quæ illum ſolum, vt ardentes, & tertianæ continuæ: imò etiam febres tertianæ exquiſitæ videntur interdum inter acutas à Galeno connumeratæ, ſi non ob periculum, ſaltem ob motus celeritatem: Quomodo porrò in ſiccitatibus, gignatur bilis ad faciendas febres acutas apta, Galenus non explicuit, ſed tantum rem ipſam ſignificauit; Iccircò bonum erit aliquid ea de re dicere, eo magis quod cum in ſequentibus, ſ. 13. aphor. dicat Hippoc. ſiccitates humiditatibus eſſe ſalubriores, & minus mortiferas, non videtur rationi conſentaneum in ijs febres acutas fieri, quæ proculdubio, & mortiferæ, & magis periculoſæ ſunt illis, quæ fiunt in pluuioſis temporibus, quas tamen dicit Hippoc. eſſe longas tantum non autem mortiferas: Ariſt. 1. prob. 11. quærens cur ſi æſtas ſicca, Autumnuſquè ſiccus, Aquilones habuerint, mulieres alijq; pituitoſi benè valent, reſpondit ideò eſſe, quia cum natura, & anni tempus contrarij ſint ac propterea vtrumque ſecundum ſuam naturam operentur, fit, vt ad medium

tandem

tandem deueniant, in quo posita est bona valetudo, nisi tamen, vel ipsi errores in viuendi ratione committant, aut humidi ad hyemem ità deueniant, vt fomitem quendam, atque incitabulum frigori suppeditent. Prætereà in subsequenti problem: quærens, cur si æstas sicca, & Autumnus siccus, aquilonijs ventis perflentur, biliosos morbos pariunt. Respondit id contingere, quia tàm natura hominũ quàm téporis ad idem vergunt, vndè fit, vt ueluti ignis, igni adijciatur, propterea què bilis copiosa genita, morbos consequenter biliosos gignat, vt lippitudines siccas, febres acutas, scilicet consumpto omni dulci, quod inerat humoribus, corporibusquè ipsis vehementer concalefactis; Addit etiam in huiusmodi temporum constitutionibus melancholicis, fieri furores, seu manias: Ex hoc itaque Aristotelis discursu clarum esse potest quomodo in siccitatibus gignatur bilis, & morbi biliosi, quod manifestare Galenus omisserat. Et Hipp. initio lib. 4. de victu acutorum docens quomodo in æstate fiant febres ardentes dicebat ideo fieri, quoniam venulæ exiccatæ attrahunt in sese ichores acres, & biliosos: Quod porrò addit Hippoc. in secunda parte si totus annus talis fuerit, hoc est siccus, qualem constitutionem magna ex parte fecerit, tales morbos esse expectandos magna ex parte & verum, & rationi consentaneum est: quandoquidem, si morbi sequuntur temporum constitutionem, pro ut hæc plus, minusue est, ità quoque morbi similes, plus minusue sint necesse est, exempli causa, si vniuersa anni constitutio, magna ex parte, calida, & humida sit, morbi fient magna ex parte, ab humorum putredine, pariter si fuerit magna ex parte calidus, atque siccus, pariter magnà ex parte biliosi morbi fiunt: quia non solum morbi sequuntur temporis temperamenta, uerum etiam horum mensuras, atque alias conditiones. Hipp 6. Epid. sect. 4. tex 24. scribit ἐν τοῖς αἰγμοῖς, hoc est in siccitatibus magnis uolucrum genus bene valere, seu, vt interpretatur Galenus ὑγιαίνειν, eò quod similibus similes gaudeat, & 6 Epid sec. 6. 11, dicebat aues biliosas esse, & bilis magnum prouentum fieri in squalloribus: Sed in hominibus secùs uidetur accidere, scilicet vt temperamento, aeris contrario gaudeãt, & melius valeant, vt calidi frigido, sicci humido, & sic de alijs: Quare dubitari potest, cur hoc fiat, vt cum sint aues biliosæ, (sicut ait Hipp. loco citato,) & sub squalloribus bilis copiosa fiat, vt nec sitiant aues tunc, nec aucta bile deteriùs euadant: sed melius. Cui dubitationi respondendum est, aues pusillum caloris natiui habere, quo fit vt plura excrementa gignant, quæ frequẽti alui excretione, à corpore tolluntur, & quæ etiam natura prospexit, vt aeris, (sub quo viuunt) siccitate consumantur; in homine secus est, quoniam cum calidus sit inter animalia omnium maximè, opus est vt eius calor, uel simili temperamẽto conseruetur, vel si excedat, aut deficiat, per contraria ad temperiem redigatur; Quod autem non sitiant, est quia pulmones calidos (vndè fieri sitim dicebat Arist.) non habent; & propterea etiam si siccitas externa accedat, nil facit ad auctionem caloris pulmonum, imò potiùs ad eius diminutionem, vt potè qui humore sanguineo conseruatur, & augetur. Est utilis hic aphorismus tum ad prognosim, tùm etiam ad partem medicinæ conseruatoriam, qua docemur, imminentibus morbis, occurrere contrario victu, atque contrarijs aliquibus remedijs.

Dubitat.

Respõsio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 232 sur 867

©BIUM

§ *In constantibus temporibus, cum tempestiuè tempestiua reddantur, morbi constantes, & boni iudicij fiunt. In inconstantibus autem, inconstantes, & mali iudicij.*

Continuatio. CVM Hipp. suprà docuisset, qui morbi fiant, quando anni tempora variantur & recedunt à proprio, & naturali cursu, exemplis peculiaribus propositis, tandem vniuersali quodam pronunciato in præsenti docet, semper bonum esse, vbi tempora propriam naturam seruant, & vice uersa malum, vbi eam non seruant, Vndè hic etiam aphorismus est totus prognosticus, atque ab Hippocrate repetitus lib. de hum. lib. de aere aquis, & loc. necnon sect. 1. secundi Epid. circà principium; est tamen sine ratione, atque in duas partes diuidi

Scopus.

Diuisio. potest, Quarum prior hæc. *In constantibus* secunda est. *In inconstantibus* verò, Iàm verò, vt Hippocrates, rectè possit intelligi primò declarandum est quę propriè dicantur ab Hippoc. *constantia tempora*, & *inconstantia*; qua in re fuerunt aliqui interpretes inter sese discordes: sed Galeni sententia uisa est mihi semper alijs anteponenda, scilicet quod propriè καιροὶ κατεστῶσιν, ideſt tempora dicantur constantia, quando vnum quodque propriam sibi naturam seruat, atque in ea tantisper perseuerat, donec illius consuetus, atque familiaris circuitus durat, è contrà dicuntur ab Hipp. (secundum Galenum) inconstantia tempora, quando non solum non seruant propriam naturam, toto suo circuitu, verumetiam subindè in aliam, atque aliam mutantur. Exemplum posteriorís est, id quod dixit aph. 6. huius libri, *quando æstas similis veri fuerit:* nam æstatis natura, cum sit calida, & sicca, proculdubio si fiat calida, atque humida, vt ver, minimè dici potest constans: sed potiùs inconstans tempus: hoc idem etiam significauit antecedente aphorismo, quando dixit *si annus magna ex parte fuerit siccus:* etenim annus haud potest esse constans, si magna ex parte siccus fuerit. *Cum tempestiuè Tempestiua reddantur*, disputant humaniorum literarum studiosi, quæ dicantur tempestiua conuiuia, & quid propriè significet uox tempestiuum, at eorum disceptationes nihil ad Hippoc. neque ad nos attinent: Sat est sciamus ὡραῖα propriè dici tempestiua, & ὡραίως tempestiuè, quando, scilicet ea, quæ temporibus naturaliter constitutis solent accidere, debito tempore accidunt, exempli gratia, solet uer, naturaliter constitutum, habere pluuias placidas, vt mense Aprili placidos imbres, similiter æstate consueuerunt, Etesij perflare, quos scribit Aristot. 26. sect. probl. 2. Aquilonares esse, qui etiam 14. probl. scribit Orionis exortu, qui est in æstate, uariari dies, & importunos uentos moueri. Hæc omnia si tempestiuè, hoc est, debitis & consuetis horis, atque temporibus eueniant, propriè dicuntur tempestiua tempestiuè, atque sic de alijs temporibus. *Morbi constantes, & boni iudicij fiunt* morbi constantes dicuntur, qui perseuerant in ea natura, quæ congruit constantibus temporibus, de quibus loquetur infrà: & si enim dicat Hippoc. in hoc eodem libro, omnes morbos in omnibus temporibus fieri, attamen aliqui magis in uno fiunt, aliqui minus: ad hæc non solum constantes fieri dicit morbos, sed etiam εὐκρίτους, hoc est, qui faciliter, ac minoribus symptomatibus iudicantur, simulquè potiùs ad salutem, quam ad interi-

tum

tum terminantur; ratio autem eius est, quoniam quęcumque secundum naturalem cursum eueniunt bona sunt, vel saltem minus mala, vtpotè, quæ naturam ipsam auxiliatricem habent; atque hoc est, quod dicebat Hipp. 2. aph. 34. eos in morbis minus periclitari, quorum naturis, ętatib. habitib temporib magis congruunt morbi, quàm quibus non: *In inconstantibus autem.* Hæc est secũda pars, in qua Hipp per regulam contrariorũ dicit, in temporibus inconstantibus, fieri inconstantes, & δυσκρίτους, morbos. Incõstantes enim dicuntur morbi, tum illi, qui inter sese diuersi, ac à temporum natura alieni sunt, tum qui in nulla pergũt specie firma, sed modò hanc, modò illam mutãt ideam, prout scilicet à varietate, & inconstantia temporum uarij humores congeruntur; Similiter dicit fieri δυσκρίτους, idest, qui non solum difficiliter, & cum multis, àc sæuis symptomatibus iudicantur, verumetiam plerumque malas iudicationes habent, àc ad mortem, aut deteriores ægritudines iudicantur; huiusmodi exempla licet obseruare apud Hippocratem in constitutionibus ab eo enarratis in Epidem. lib. Vtilis est aph. ad prædicendum, atque etiam ad præseruandum.

---

9 *Autumno morbi acutissimi, atque exitiales, maxima ex parte. Ver verò saluberrimum, & minimè exitiale.*

QVÆ sit uera ratio connectendi hunc aphorismum cum superiore, facile dispiciet quicumque considerabit Autumnum esse tempus inæquale, tum ex toto, tum etiam respectu vniuscuiusquè diei, in quo dicit Hippoc: fieri modo frigus, modo calorem: cum autem suprà dixit, tempora inęqualia, & inconstantia facere morbos inconstantes, & mali iudicij quasi exemplum huius allaturus, aut quasi conclusionem illaturus, dixit, ergò Autumnus ferax est morborum acutissimorum, & exitialium, quia inconstans: sicq. placeat, totam rem ad syllogismi formam ità reducere licet: Tempora inconstantia faciunt morbos prauos, & mali iudicij, Atqui Autumnus est tempus inconstãs, propter uarietatem in eadem die frigoris, atque caloris, Igitur autumnus facit morbos prauos, atque exitiales. Itaque patet Scopum Hipp. in præsenti aphorismo esse exemplo demonstrare ueritatem antecedentis sententiæ, quæ forsàn alicui non ità uera potuisset uideri, Est aphorismus prognosticum dogma, sine ratione, quod tamen in duas partes commodè potest diuidi; in quarum prima de autumno, in altera uerò de uere sermonem facit. Dicit itaque in prima. In Autumno morbi acutissimi, atque exitialissimi (maxima ex parte scilicet) fiunt, modò expendamus unamquamquè partem, & primum de autumno illud scire conuenit Φθινόπωρον, idest autumnum esse græcis uocatum, atque etiam μετωπωρον, eo quod in eo tempore fructus horarij desinũt, uel quia, sit tempus post Oram, quæ est illud tempus ætatis, in quo matureścunt fructus; aliqui (vt est apud Plutarchum 8. symp. cap. vlt. & apud Athenæum) appellarunt anni senectutem, & Φυλλοχοον, eo quod tũc arbores, (præter resinosos, & glutinosos) effundant folia, Est autem autumni tempus, (vt Gal. 1. in primum Epid. & in fine 14. aph. huiusmet libri,) totum illud, quod est inter Arcturi ortum, atque occa-

Cõnexio.

Scopus.

Diuisio.

sum

©BIUM

ſum Pleiadum: eſt autem totum hoc tempus duorum menſium, (vt ibidem Galenus docet,) ac ſicut, & alia tempora diuiditur in tres partes, principium, medium, atque finem; & proptereà autumnus eſt à fine æſtatis, ſeu menſis Auguſti, vſquè ad finem menſis Octobris, quando ſcilicet, inchoat hyems: Hoc itaque tempore dicit Hippoc. fieri morbos acutiſſimos, atque exitiales, non ſimpliciter, ſed magna ex parte, propterea etſi pleriq; morbi occidant eo tempore, ob quod dixit Poeta ſatyricus *quot Themiſon ægros autumno occidit uno*, haud tamen omnes id habent, alioquin eſſet pluſquam peſtis, & Et hæc eſt ratio propter quàm ſæpè ab Hippocrate, autumnus inuenitur dictus θηριώδης, ideſt ferinus: Iàm uerò in reddenda cauſſa huiuſcemodi feritatis videntur conuenire Plutarchus 8. lib. ſympoſ. vltimo, & Galenus hoc in loco, qui quatuor eſſe cãs ſcribunt, inæqualitatem caloris, & frigoris, ſucceſſionem æſtati, in qua humores bilioſi, & praui accumulati, autumno deindè putreſcunt; & febres prauas accẽdunt, Conſtipationem cutis à frigore, ob quàm retenti intus tetri halitus malos morbos, & exitiales faciunt, & poſtremò fructus, de quibus quoque intelligendum eſt id, quod dicebat Gal. 2. de alim. fac. c. de cucurbitis, ſcilicet ex fructuum, & herbarum vſu, paullatim ſuccreſcere prauorũ humorum colluuiem, quæ deindè quali bet, uel leui arrepta occaſione, τὰς νόσους καὶ δεινὰς ἐργάζονται, accedit hiſcè omnibus uirium debilitas æſtate aquiſita: Et illud anotandum quod hic ſcribit Hippoc. de autumno debere intelligi, tam de illius fine, qua dè principio, & medio, & quamquam dicat Hipp. ſolum acutiſſimos morbos fieri autumnõ, non negat tamen etiam fieri cronicos, ſed illorum tantum meminit, quia magis referebat, id ſcire, & magis de illo poterat dubitari: nam qui fiunt acutiſſimi autumnõ, tales ſunt rationes copiæ materiæ, celeritatis motus, & ſymptomatuum prauitatis. Atquæ hæc de prima parte aphoriſmi: ſequitur ſecunda in qua inquit Hippoc. ver è contrà, ipſi autumno eſſe ſalubertimum ὑγιεινότατον, καὶ ὑγιηρότατον κατῶδες, ideſt minimè mortale, Etenim, (ut ait Galenus) ſi autumnus eſt frigidus & ſiccus, ac proptereà morboſus, & exitialis, ergo uer cũ ſit calidum, atq; humidum, & minimè morborum ferax, & minimè lethale erit. Sed uix dici poteſt, quot lites, & quot diuerſas ſententias pepererit hæc Hipp. ſententia, dum diſceptatur; an uer ſit temperatum, & an ſit ſalubre, quemadmodum hic aſſeritur, Verum nè tempus in quæſtionibus conteratur ſat erit uobis intelligere, quomodo dicatur ver ſaniſſimum, & quo pacto dicatur minimè exitiale, nam certum eſt Hippocratem opponere ver ipſi autumno; ac proptereà contrarias ex toto condiciones ipſi tribuere, ut òb hoc etiam exiſtimandum ſit, quicquid dicit de vere, principaliter dicere in comparatione ad autumnum, quemadmodum viceuerſa, quicquid dixit de autumnõ, in comparatione ad uer ipſum dixiſſe. Verumtamen ſum eius ſententiæ, non ſolum dici uer ſaniſſimum reſpectu autumni, verum etiam reſpectu æſtatis, atque ipſius hyemis, in qua ſententia etiam Ariſtot. 1. ſect. probl. 28. dicebat, morbos, qui fiunt hyeme eſſe ualidiores, & pernicioſiores illis, qui fiunt æſtate; licet ſint pauciores; itaq; quod vult docere Hipp. eſt, uer eſſe ſaniſſimum omnium aliorum temporum, atque minus exitiale, quod tamen intelligendum ſemper dè temporibus propriam naturam ſeruantibus, alioquin poteſt contingere, vt ea mutata, mutentur ſimul

mut condi-

conditiones; exempli gratia, si ver adeptum sit autumni temperiem, (vt dicebat retrò Hippoc.) autumnales morbos expectare oportet, simili modo si autumnus fiat temperatus vt ver, non autumnales, sed veris similes morbi fiunt, atque sic de cunctis alijs statuere conuenit: Cur autem dixerit Hippoc. maxima ex parte, est, quia nonnulli victu temperato vtentes, à fructibusq. abstinentes possunt effugere prauitatem temporis, dicente Galeno in lib. dè cib. boni, & ma. suc. etiam pranas naturas corrigi vitæ temperantia, quemadmodum optimæ intemperantia destruuntur; Quomodo verò dicatur ver saniſſimum, non est difficile intelligere, si statuamus, (vt plerique, & præ cæteris Galenus) id esse temperatum respectu aliorum temporum, atque etiam habito ad corpus humanum respectu, Nam quod tale est, tum sanitatem facere, tum conseruare potest: facit quidem sanitatem, quia temperatum, cũ vtrorumq. extremorum medium sit, est propterea remedium, vt frigidi, calidi, & sic de alijs: conseruat etiam sanitatem, quæ cum posita sit in quatuor qualitatum temperamẽto, proculdubio à simili tempore conseruari debet; Vndè cum, & faciat, & conseruet sanitatem præsentem uer, iure dicitur saniſſimum. Dicitur quoque minimè mortiferum, quoniam quantum sit ex sese temperatum est, parum declinans ad humidum, & calidum; licet ratione dispositionis corporum habeat, & ipsum suos morbos, quos facit, vt dicet Hippocrates infrà; nam cum in hyeme sint accumulati, & veluti congelati complures humores, illi à modico veris calore dissoluti, nec resoluti, dum in hanc, vel in illam partem rapiuntur, magis, minusuè incalescunt, varias putredines, variasquè alias ægritudines pariunt; atque hoc modo finiri quoque potest illa vetustissima, necdum terminata quæstio de Vere, an scilicet dici debeat temperatum, an verò calidum, & humidum, cum Hippocrates, Galenus, atque alij modò vnum, modò aliud affirmarint: nam si effectus illius, quos ob corporum dispositiones producit, spectemus, certè, & ipsum calidum, atque humidum potiùs, quàm temperatum, necnon morbosum dici potest; at si illud solum secundum sui naturam expendatur, planè respectu aliorum temporum, dici meretur potiùs temperatum, quàm intemperatum; quandoquidem, nullam ualdè eccedentem, aut deficientem qualitatem habet. Vndè apud Poetas nominatur placidiſsimum, pulcherrimum, amœniſsimum, alijsquè titulis illius iucundam temperiem significantibus; neque malè factum est ab aliquibus, qui uer anni iuuentutem, sicut autumnum senectutem esse dixerunt, Et Plutarchus in lib. de Iside, & Osyride, necnon in quæstionib. naturalibus scribit, Aegyptios uer Proserpinam uocasse, atque canes uere propterea difficiliùs feras indagare, quoniam tunc prata, atque arua, cum sint uarijs floribus, herbis, atque odoribus repleta, fragrantiæ tantum edunt, ut odoratus canum præ illis confundatur, quò minus ferarum odores, alioquin pusillos, percipere queant. Vtilis est aphorismus hic tum ad prædictionem, tum maximè ad præseruationem, ob quod mos est in plerisquè regionibus, ut incolæ, ab urbibus sese conferant uere, & Autumno in illas, ut illo tempore benignitate, & pulchritudine aeris fruantur. Autumno uerò, ut urbium crassiorem, & grauiorem aerem fugiant.

Ver quomodo saniſſimum.

Cur itidẽ minimè mortiferũ

Quomodo morbos, etiam producat.

Ver an tẽpora tum, an calidũ & humidum.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 236 sur 867

©BIUM

10 *Autumnus tabidis malus.*

HÆC ſententia verè dici poteſt aphoriſmus, ob ſingularem ſui breuitatem, Et continuatio ſatis perſpicua eſſet, niſi illam faceret paulliſper obſcuram ſcrupulus, qui oritur; ſiquidem cum in antecedenti dixiſſet autumno fieri morbos acutiſſimos, & exitiales magna ex parte; tabidis alioquin læthaliter ægrotantibus eum eſſe inimicum neceſſe erat; vt ob hoc præſens aphoriſmus uideatur ſuperuacaneus. Niſi dicere libeat hunc eſſe ueluti truncum quemdam antecedentis, quò voluit Hippocrates docere, Autumnum, cum ſit tempus omnium peſſimum, hoc tamen peculiare habere, vt omnibus tabefactis apprimè aduerſetur; nec mihi placet eorum ſententia, qui putarunt ſub tabidorum nomine, voluiſſe Hippocratem morbum quemlibet longum complecti, quoniam ſi uerum eſt, (quod aliàs dixit Hippocrates) in morbis minus periclitari, qui conueniunt temperamento, ætati, tempori, &c. planè morbi omnes longi conueniunt autumno, qui eos ſponte longos facit, ac propterea non poteſt ità ijs eſſe aduerſus, Eſt autem hæc ſententia tota prognoſtica, ſine ratione, atque ſine diuiſione, Sed circà ipſam ſunt nonnulla prò eius intelligentia explananda: Vnum eſt, Qui propriè hoc in loco ſint ipſi Hippocrati tabidi appellati; Alterum, vtrum verum ſit autumnum eſſe ipſis præcipuè inimicum. Poſtremò quæ ſint cauſſæ, propter quas eiuſmodi tempus vſque adeò tabidis aduerſatur, Circà primum Cornelius Celſus libro tertio cap. vigeſimo ſecundò tria tabis genera fecit, quorum vnum eſſe ἀτροφίαν, à Græcis vocatam tradit. Alterum καχεξίαν. Tertium φθοὶν ab vlcere pulmonis exortam, Cæterum Hippocrates ſecundo libro de morbis, alio pacto genera tabis propoſuit, Vnum quando pituita craſſa à capite in pulmones deſtillans, ibiq. putreſcens haùd vlcus, ſed conſumptionem dumtaxat inducit: Secundum ex feruenti pulmonum ulcere. Tertium genus, quod fit ex defluxu ſeminis, propterea què dorſale ab eo nuncupatur, ſponſiſque nouellis potiſſimum contingere ſolet: ſed hiſce adijciatur, & aliud genus, quando ſcilicet ex pleuritide fit empyema, ad quod ſequitur totius corporis conſumptio; De qua autem tabe loquatur Hippocrates, ex eius verbis ſciri certè nequit: at ſi naturam ipſius rei ſpectemus, putò dicendum eſſe, hanc ſententiam omnibus ſpeciebus conuenire poſſe, ſed potiſſimum illi, quæ vera tabes nuncupatur, & quæ cum ab vlcerato pulmone pendeat, febrem perpetuam ſibi coniunctam habet, De altero, an ſcilicet uerum ſit, autumnum eſſe propriè tabidis inimicum, dubitari poteſt: Nam Heſiodus, & ipſum ſecutus Hipp. 6. Epid. ſec. 7. tex. 13. videntur facere Ver etiam tabeſcentibus inimicum, ubi ſcribunt, tunc hos perire, quàdo folia ficus ſunt Cornicis pedib. ſimilia, id quod contingit ſolummodo ineunte Vere. Plutarchus quoque in lib. de defectu oraculorum ſcribit, Medicos prædicere peſtiferos, & exitiales morbos à Vernis fici folijs, cornicis pedem referentib. Ex altera parte eſt Hip. non ſolum hoc in loco, uerum et 1. & 2. Ep. necnon 2. prorrhetico-

Apho. 34. huius particulæ.

Quædam ſcitu digna pro præſentis aph. intellectione.

Tabis genera ex Celſo.

Tabis genera ex Hipp.

De qua tabe loquatur Hipp.

Autumnus an tabidis inimicus.

rheticorum, in quibus locis vocat Φθινώδες, & Θερινώδες autumnum, in eoquè tabescentes, vt plurimum perire. Dicendum est utrumque tempus esse tabescentibus malum, sed præcipuè autumnum: vndè cum Hippoc. in fine sectio. septimæ sexti Epid. dixit *Autumnus tabidis malus* subiunxit *ver quoque malum, non quidem omne, sed in initio quando, scilicet folia ficus sunt similia pedibus Cornicis*, Cur verò, & ver, & Autumnus sint adeò mali tabescentibus, diuersæ sunt causſæ; Etenim ver cum initio adhuc inæquale, atque intemperatum sit, proculdubio tabescentium vires fractas pœnitùs euertit. Autumnus verò, non tantum propter huiusmodi inæqualitatem officit, verumetiam, quia frigidus factus aer, dum inspiratur, ulceri pulmonum maximè nocet: præterea inæqualitas illa temporis, bonas coctiones impedit, quo tabescentibus nihil potest esse perniciosius, adhæc humores acriores redditi magis ulcera pulmonum exasperant: Vtilis est aphorismus tùm ad prædicendum, tum etiam ægro ad cauendum.

Difficultatis solutio.

Sententiæ rationes.

Prima.

Secunda.

Tertia.

---

11 *De temporibus, si quidem hyems sicca, & aquilonia fuerit, ver verò pluuiosum, & australe: necesse est æstate febres acutas, & lippitudines (græci ophthalmias vocant) & intestinorum difficultates fieri, præcipuè verò mulieribus, & viris, qui natura sunt humidiores.*

IN connectendo præsenti aphorismo, non admodum laborauit Galen neque interpretes, & certè nulla alia apparet, nisi quod in antecedentibus exemplo autumni, locutus est de conditionibus temporum naturalibus, ut est autumnum esse tabidis inimicum; nunc autem incipit tractare de effectibus mutationum ipsorum temporum, adeò ut scopus Hippoc. & in hoc, & in sequentibus duobus aphorismis sit, docere quos morbos expectare conueniat, secundum temporum constitutiones diuersas; adeò ut præsens aphorismus sit totus prognosticus sine ratione, qui tamen diuidi potest in duas partes in quarum prima docet, qui morbi sint expectandi, ubi permutata est natura hyemis, atque Veris: in secunda uerò docet quibus potissimum in eiusmodi constitutione contingant illi morbi. *Si hyems*, hæc eadem sententia habetur in libro de aere aq. & locis, ubi etiam explicat rationem, & undè puto accepisse aduerbum Aristotelem ea, quæ scripta reliquit prima problem. sectio 8. ut suo loco clariùs monstrabimus, Cùr uerò inceperit hunc sermonem Hippoc. ab Hyeme, non autem à uere, aut alio tempore: dici posset, quia hyems uidetur quodammodo principium anni, de cuius temporibus est locuturus: nam ut principium hominis dicitur quando fit eius in utero conceptio, propter quod conceptionis Christi, & eius matris festum apud Christianos celebratur, sic ubi terra concipit, ac ueluti ὁρμᾷ, ut solet Theophrastus loqui, dici potest anni principium, quod quidem est hyems, ut optimè philosophatur Theophrastus secundo de causis plant. ca primò. Et quamquam Aegyptij, (ut est apud Solinum) existimarint mundum inchoasse æstate, quo tempore fructificant arbores: tamen fuerunt etiam inter patres, qui uel æquinoctio Vernali, uel Autumnali ipsum esse conditum asseuerarint, Sed hæc pertranseamus: ab hyeme autem forsàn accepit initium Hippocrates, quoniam tunc futurorum morborum semina uelut iaciuntur, ut

Conexio.

Scopus.

Diuisio.

Dubitat.

Respons.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 238 sur 867

©BIUM

etiam dicebat 6. Theophrastus, hinc incipere bonas, vel malas terræ fructificationes: Dicitur autem sicca, & aquilonia hyems, quando perflant venti aquilonares, & boreales, qui sunt frigidi, & sicci; Sicut ver dicitur austrinum, quando perflant austri, qui sunt venti calidi, atque humidi; Cur autem in hyeme priùs mentionem faciat siccitatis, & in vere humiditatis, seù pluuiæ, putò eam fuisse rationem, quia non semper sicca constitutio est aquilonia; nec semper cum pluuia regnat auster; imò verò (vt diximus retrò ex Aristot.) Austri, vt sunt morbosi si perflant sinè pluuia; sic, vbi pluuiæ ijs iunguntur, salubres sunt. Itàque quod dicit Hippoc. est, vbi hyems sicca, & aquilonia sit, Ver autem pluuiosum & australe, expectanda esse in æstate tria morborum genera, febres acutas, lippitudines, atque dysenterias, Circà quæ nonulla sunt paullò diligenter examinanda, atque illud primum est, an vere hoc sit necesse fieri, quemadmodum scribit Hippocrates, nam temporum mutationes cum sint ex rebus contingentibus, haùd quaquam videtur eas posse sequi effectus necessarios, Alterum est, cur potissimum hæc tria genera morborum proposuerit Hippoc. etenim videtur consentaneum rationi, cum tot sint genera morborum (vt trecenta manifesta enumerari dixerit Plinius) etiam alia posse fieri ab his, Tertium, & postremum est, vt videatur, quæ sint veræ rationes, & caussæ propter quas huiusmodi mala post similes occasiones, expectare oporteat. Circà primum Galenus in fine commentarij præsentis scribit, eam particulam *necesse* vsurpasse, non quod ità experimentis didicerit, sed potiùs quod rei naturam sequenti, ità sibi visum sit; nam ad certas experientias requiri, non ut semel bisuè, quater, aut septies sit verum probatum, quòd quæritur, sed sæpissimè, quod quidem in constitutionibus similibus, quæ non ità frequenter contingunt, haùd quaquam fieri potest: Vult igitur Galenus non ob experientiam ità audacter esse locutum sapientissimum senem, sed ob rationem à rei ipsius natura acceptam, de qua ratione loquemur, quando tertium caput propositum considerabimus. Verum vt liberè dicam, non tantum credo Hippocratem hac in re rationi adhæsisse, quantũ experimentis, in quibus faciendis, & obseruandis nullus (post homines natos) fuit ipso diligentior, & accuratior, Atque in hanc sententiam eò magis adducor, quòd cum aphorismos ex alijs libris, & obseruatis suis in senectute conflauerit, rationi consentaneum est, ipsum hùc non trastulisse nisi ea, quæ multis, & longis experimentis verissima, atque certissima compererat. Nam sæpè inuenitur in alijs etiam Hippoc. vsum similibus: quę confidentiam eius ingenij declarant, vt quoque dixit Celsus. Circà secundum respondendum, effectus omnes harum constitutionum, esse ut solet loqui Galenus ῥοίκους, idest ad fluxiones, seù distillationes pertinentes, quæ cum à capite oriantur, & septem viæ ab Hippoc. in libello de glandulis proponantur, per quas natura cerebrum per fluxionibus expurgat, inter has numerantur oculi, aluus, seu ventriculus, & intestina, necnon venæ, vt igitur Hippocrates demonstraret, hiscè constitutionibus fieri fluxiones, easquè expurgari, per vias naturæ constitutas, accepit potissimum oculorum affectum, quæ est lippitudo, alui, quæ est dysenteria, & venarum, quę sunt febres acutæ: vndè uoluit etiam, vt sub hiscè tribus complecteretur, alia quoq; ad easdem vias pertinentia, quæ possunt accidere, ob tales temporum mutationes.

Dubitat.

Altera dubitat.

Tertia.

Ad Primam ex Gal. Responsio.

Responsio propria.

Ad secundam.

©BIUM

nes. Iàm verò ad Tertium accedentes dicimus, & ab ipſomet Hipp. lib. de aer. aq. & loc. necnon ab Ariſtot. 1. probl. 8. eſſe propoſitas cauſſas, quia ſcilicet huiuſmodi conſtitutionibus exiſtentibus, adeſt corporibus, & materia apta ad ſimilium morborum generationem, quæ eſt humiditas craſſa, & copioſa, necnon efficiens, nimirùm eximius aeris, & terræ calor: ob quod fit, ut eliquata materia tàm in capite, quàm in vniuerſo corporis ambitu, eaquè in oculos (alioquin affectos antecedente hyeme, & vere) præcipitata affectus ῥεύματα pariat: quos omnes ſuo more intelligit Hippoc. ſub voce *lippitudinum*. At in venas delapſa, ibiquè calefacta, & putreſcens, febres non ſolum acutas, verum etiam malignas faciat: quemadmodum tranſmiſſa ad inteſtina fluxus alui, cuiuſcumq; generis producat, quos nomine dyſenteriæ ſolet Hippocrates comprehendere, atque etiam omnes veteres, Sed quæ eſt cauſſa propter quam Ariſtot. hanc partem dyſenterię dimiſſit? forſan quia, aut non habuit in ſuo contextu, quemadmodum etiam non habuit, illam particulam *maximè verò mulieribus, & viris natura humidioribus*: uel forſan fuit, quia particula illa: *Dyſenteriæ*, non eſt uniuerſalis omnibus, de quibus tantum intendebat Ariſtoel. cauſam perquirere, ſed coniungitur tantum cum ſequẽtibus, nempè mulieribus, & uiris humidioribus: perindè ac dicat Hippoc. fieri cunctis febres, & lippitudines, at dyſenterias præcipuæ mulieribus, & uiris humidioribus, Cur uerò hoc fiat, quæ eſt ſecunda pars aphoriſmi uidendum eſt modo, & antè alia ſupponendum eſt, quod nuper dicebam, huiuſmodi uerba non eſſe intelligenda, de alijs duobus affectibus antecedentibus, ſed tantum de dyſenteria, quæ licet in prędictis conſtitutionibus etiam fiat in cunctis corporibus, maximè tamen omnium fit tunc in mulieribus, & uiris humidioribus: Cuius rei in uiris, & mulieribus eſt communis cauſſa, quoniam humiditas aduentitia humiditati naturali adiuncta reddit multò magis lubrica inteſtina, atque in ſtomachum, & à ſtomaco in inteſtina ruens, parit dyſenterias (hoc eſt) alui fluxus, quo pacto dicit Hippoc. in lib. de affect. & internis affect. fieri à deſtillationibus à capite in uentriculum labentibus, alui fluores: Sed alia cauſſa peculiaris in mulieribus adijcitur, quod ipſis, & plura, & capaciora inteſtina ſunt, ob quòd Oribaſius octauo collect. dicere ſolebat, ſemper clyſteres, qui mulieribus infunduntur, eſſe debere copioſiores, quàm viris; Inteſtinorum autem capacitas, & magnitudo non parum facit ad ſuſcipiendos ab omni corporis parte tranſmiſſos humores, qui efficiũt alui fluorem, Sed pro fine præſentis aphoriſmi duo ſunt adnotanda vnum eſt, in huiuſmodi conſtitutionibus non fieri uer morboſum, tum quia humiditas, & caliditas eſt ipſi familiare, atque naturale temperamentum, tum quia ob antecedentis hyemis gelu, atque ſiccitatem, haùd poteſt ità humiditas in Vere excreſcere, vt aliquid mali effatu dignum inducere queat. Aliud adnotandum; mala quidem propoſita fieri, vbi æſtas ſuam naturam ſeruat, at ſi fortè ea quoq; fiat humida nimis, non eſt dubium, quin largiores fiant putredines, & conſequenter alia vitia multò grauiora, vt ſcribit Hipp. 2. Epid. initio contigiſſe in Cranone, vbi cum largæ pluuiæ factę eſſent æſtate; ea peſtilentia conſecuta eſt, quam ibi Hippoc. deſcripſit. Vtilis eſt hic aphoriſmus, & ad prædictiones faciendas, & ad monendum medicos, atque ægros, ut induſtria, & diligentia utantur prò

Ad tertiam.

Quæſitũ. Reſp.

Notanda.

Alterũ notan.

tuen-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 240 sur 867

©BIUM

tuendis corporibus ab imminentibus malis, quæ eiuſmodi conſtitutiones minari dicit Hippoc.

---

12 *Si verò hyems auſtralis, & pluuioſa, & ſerena fuerit, ver autem ſiccum, & aquilonium, mulieres quibus partus ad ver ineſt, ex quacunque occaſione abortiunt. Quæ verò parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt. Qui vel ſtatim intereunt, vel tenues, & valetudinarij viuunt. Cæteris verò mortalibus, difficultates inteſtinorum, lippitudines ſiccæ fiunt. Senioribus autem deſtillationes, quę citò interimunt.*

Cõnexio. NON eſt quicquam de connexione diſputandum, quoniam particula illa aduerſatiua (δὲ) ſatis docet Hippocratem continuare ſuum ſermonẽ de temporum permutationibus, & cum in ſuperiore dè boreali hyeme, & auſtrali vere ſit locutus, nunc viceuerſa loquitur de hyeme auſtrali, & vere boreali; Eſt autem ſententia tota prognoſtica, ſine ratione, & diuidi poteſt in tres particulas, quarum prior eſt. *Si hyems fuerit auſtralis, pluuioſa & ſerena:* Et dicit Galenus conſilium Hippocrat. eſſe, conſtitutionem contrariam præcedenti docere, vt morbos faciat, quare optimo iure dubitatum eſt, à doctiſſimis viris, an particula, illa εὔδιος, ideſt ſerena, ſiue clemens ſit expungenda, quandoquidem, nil huic contrarium eſt dictum in antecedente, & vt liberè dicam non poſſum ſatis mirari de Valeſio medico peritiſſimo, qui acriter debacchatus eſt in eos, qui crediderunt vocem illam omninò eſſe expungendam: Nam ſi Hippoc. hic loquitur de intempeſtiua, & præternaturali hyemis conſtitutione calida, ſcilicet, & humida, in qua Auſtri continuò ſpirent, quomodo poteſt hanc ſerenam, ſeu clementem nuncupare? cum ea vox εὔδιος, ſecundum omnes grammaticos ſignificet eam ſerenitatem, in qua nulli venti perflant: eſſet igitur hyems tota Auſtris agitata, ac ſinè vllis uentis, quod, quàm ſit ridiculum, nedum à grauitate Hipp. alienum dicere, omnes facilè intelligunt: prętereà Ariſtot. 1. partic. probl. 9. vbi hæc omnia accepit ab Hippoc. ex lib. de aere aq. & loc. eam vocem ex toto dimiſſit, quod etiam fecit Corn. Celſus lib. 2. cap. 1. vbi totum hunc aphoriſmum ad verbum tranſtulit. Quinimò Gal. interpretans hanc ſententiam, eius uocis ſemel mentionem facit, & ſi rectè eius verba conſiderentur, certè apparet alio ſenſu ea voce vſum quandoq; eſſe, quia dixit corpora fieri mollia, & rara κατατὴν εὐδιονχες μονα, abuſus ea uoce prò tepida, vt complures conuerterunt, non autem pro ſerena, in qua conſtitutione haùd fit eiuſmodi raritas, & laxitas: Vndè ijs facile aſſentior, quibus placuit vocem εὔδιος hic non eſſe Hippocraticam, ſed potiùs inſititiam, ac propterea abolendam; Sed de hoc non multum intereſt amplius diſceptare. *Ver ſiccum, & aquilonium:* Perſpicuum eſt Hippocratem cogitaſſe oppoſitas conſtitutiones ſimul comparare, Vt enim dixerat in antecedenti. *Si ver auſtrale, & pluuioſum fuerit,* Sic in præſenti ait, *Si ver aquilonium, & ſiccum fuerit:* Sed dicet aliquis Aquilonia conſtitutio eſt ſuapte natura frigida, & ſicca, ad quid igitur Hipp. addidit uocem *ſiccum*? Ad hoc aliqui reſpondent, duplicem eſſe Aquilonem alium qui flat à Septentrione, & ſerenitatem, ac ſiccitatem inducit, alium perflare ab occidente æſtiuo, qui im-

Dubitat.

Reſp.

bres

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 241 sur 867

bres multos in regione Hippocratis ſolet producere, ideoquè ad hunc excludendum addidiſſe dictionem *ſiccum*, ſed reſponderi etiam poteſt, vocem illam ἀυχμηρὸν vſurpatam ab Hippocrate, ſignificare non ſimpliciter ſiccum, ſed valdè ſiccum, & ſquallidum. *Mulieres quibus, &c.* In libro de aer. aq. & loc. antè hæc verba eſt uox *Primum*, quaſi dicat Hippocrates in huiuſmodi conſtitutione corpora, quæ primum in ipſo Vere patiuntur, ſunt prægnantium, & earum præſertim, quæ utero gerunt, ac in ipſo Vere ſunt pariturę: heę enim vel faciliter, & ex qualibet, vel leui occaſione abortiuntur, Vel ſi pariunt, imbecilles, & morbidos fœtus edunt, ità vt, uel ſtatim pereant, vel ſi ſuperuiuant tenues, & valetudinarij viuant, Atque hæc tota eſt prima pars aphoriſmi, in qua cum credendum ſit Hippoc. non tantum experientiam, verum etiam rationem eſſe ſecutum, iccircò circà rationem horum paulliſper eſt philoſophandum; & primò videndum eſt, cur potiſſimum mulieres prægnantes vexentur à ſimilibus conſtitutionibus: deindè, cur id potiſſimum incurrant detrimentum, ut abortiantur faciliter, uel fœtus adeò caducos, atque infirmos pariant. Tertiò cur non potiùs hoc patiantur hyeme, quando tepor, & humiditas in hac conſtitutione dominantur, quæ ſunt qualitates facultati retentrici admodum aduerſariæ; Quantum ſpectat ad primum Ariſt. 4. de gen. animal. 6. ponens differentiam inter bruta prægnantia, & mulieres grauidas, dicebat illa magna ex parte bene ualere, has verò ægrotare, propter quod ſcribit Vitruuius lib. 2. Architecturæ c. 9. morem fuiſſe apud Veteres, vt quoties aliquam prægnantem uenderent, eam præſtare ſanam haùd tenerentur: imò Hipp. lib. 1. de mor. mul. dicebat prægnantes ut plurimum pallere, ac debiliores fieri, quòd melior pars ſanguinis ad alendum, & augendum in utero fœtum attrahatur: Vndè non mihi videtur bene ſenſiſſe Sabinus, qui vt eſt in 21. digeſt. de edicto edilit: tradit conuenire inter omnes grauidam mulierem eſſe ſanam, quòd maximum, ac pręcipuum fœminarum munus ſit concipere, & conceptum tueri; Itaq; exiſtentibus grauidis uſq; adeò cauſſarijs, & morboſis, non eſt mirum, ſi ità faciliter ſub morbida temporum conſtitutione lędantur. Circà 2. Gal. videtur totum hoc tribuere frigiditati repentinæ, quæ Vere ex Aquilone ſuperueniens fœtui in uentre exiſtenti, illum ità laceſſit, vt præ debilitate, vel intùs extinguatur, vel ſtatim atque ab hoc aere contrectatur, ſi ſuperuiuat, ſemper debilis, & emaciatus maneat, calore ſcilicet natiuo, iàm irreparabiliter fracto, atque hebetato. Cæterum hæc Galeni cauſſa aſſignata, non mihi uidetur omne dubium tollere, primum, quia aer externus ſua ui non tantum uidetur penetrare poſſe, vt fœtum fortiter ſemper à natura cuſtoditum, vel perdat, uel adeò offendat, neque uerum eſt illud frigus repentè, & cum impetu accedere; quoniam ſimilis conſtitutio à contraria in contriam ἐκπροσαγωγὴς, ideſt paullatim tendit, (vt ipſemet Hipp. videtur ſupponere;) Prætereà ſi frigus ob laxa pręgnātium corpora penetrans totum hoc malum efficit, cur in hyeme, quando maxima frigora contingunt, non id fit; & quomodo in Germania ſub cęlo gelidiſſimo non fiunt frequentes abortus? quinimo, & Ariſtot. & Galenus tradunt Germanos ſtatim, ac nati ſunt pueruli, eos in aquā fluminis gelidā imergere, quò corpora ipſorum denſiora, & ſolidiora reddantur. Itaq; multò ſatiùs eſt dicere, quemadmodum Ariſtot. 1. prolem. 9. innuere videtur, ſcilicet ob hye-

Quæſitā aliquot.
Primum.
Secundū.
Tertium.
Ad Primum.
Ad ſecundum ex Galeno.
Impugnatio reſponſionis Galeni.
Authoris Reſpōſio.

©BIUM

hyemé calidam & humidam repleri, & relaxari prægnantium corpora, quæ ubi uerè à superueniente frigore condensantur, retenta illa copiosa humiditas, in fœtum adsumitur, quo fit, ut uel putrescens cum statim interimat, uel non putrescens admodum laxum, & infirmum reddat, ne possit oriens, sustentari, aut si sustentatur ità laxus, & infirmus semper degat. Cur autem (quod tertiò loco proposuimus examinandum) non potiùs hyeme abortus fiat, est quia licet ea sit calida, & humida, quę qualitates retentiuam facultatem oblædunt, non potest tamen tantum, ut interimat fœtum, usque adeò custoditum à natura, atq; eò præsertim, quoniam antecedēs siccitas, tàm æstatis, quàm autumni reddit corpora minus apta ad patiendum à succedentibus frigore, atque humido. Sequitur secunda pars aphorismi quæ est, *Cæteris verò dysenteriæ, & lippitudines ſiccæ* In qua parte Hippoc. docet sub prædicta constitutione, alijs hominibus, uiris, s. fieri tū alui fluxus, quos communi appellatione diximus ab ipso nūcupari dysenterias, necnon lippitudines siccas, idest sine humore: Verum de dysenterijs, ut fiant nō est ambigendum, quamquam Arist. hoc tribuat mulieribus, nōn uiris: nam humiditas coagmentata, & coagulata hyeme, tum in cerebro, tum in alijs corporis partibus à superueniente Aquilone exprimitur, instar spongiæ à manu, quæ expressa, si à calore salsa reddatur in intestina irruens ea radit, & uerā dysenteriam facit, sin uerò dulcis, aut insipida maneat, ī pulmones delapsa, tusses, raucedines, aliaquè mala inducit. Iàm uerò quę sint lippitudines siccę uidendum, nam apud Hipp. reperiuntur ophtalmiæ ῥεῦδες 1. Epid. 2. 6. quæ fiunt cum magno affluxu reperiuntur, hiscè contrariæ ξηραὶ quas Celsus aridas lippitudines uocat lib. 2. cap. 1. quæ scilicet cum paruo affluxu humorum, aut cum bili, & salsa pituita, fiunt, & φλυκτίδες, quæ consumunt oculum, & ad tabē deducunt, de quibus 16. aph. huius libri. Cæterum in tanta humiditatis ubertate, qui fieri potest, ut aridę, non humidę lippitudines producantur. Quare necesse est in hoc à Galeno recedere, qui putauit Hippoc. uoluisse fieri Verè quatuor prædictos morbos: nam & ipse lib. de aer. aq. & loc. necnon Arist. in prob. citato, uoluerunt (exceptis uitijs prægnantium, & fœtus) reliqua mala fieri ab æstate, seu in æstate superueniente calida, atque sicca, scilicet quod pituita reddita salsa in æstate, aut in biliosis, bili commixta, faciat dysenterias: quemadmodum etiam commota ad oculos anteà imbecilles, & hiscè malis obnoxios, facit inflāmationes quidem, & dolores oculorum, sine humiditate: & certè nisi putarem hoc ipsi Hippocrati fuisse experientia compertissimum ualdè dubitarem de hac sententia, quandoquidem multò magis lippitudines fiunt, quando humiditas hyeme congregata, & congelata, à superueniente in Verè Aquilone exprimitur à cerebro, atq; ad oculos defertur. Tertia pars aphorismi est. *Senioribus autem destillationes, quæ citò interimunt.* Notat Gale. hanc partem dupliciter legi, & cum negatiua particula, & sine: cum negatiua particula, quasi uoluerit Hippocr. fieri destillationes, ad partes pectoris, aut alias non adeò nobiles, quę haud citò interimant, Sine uerò particula negatiua, tanquam sententia Hipp. sit, fieri destillationes quę citò interimant, quę posterior lectio uidetur Gal. probabilior, quoniam ità habetur etiam ab Hippo. lib. de aer. aq. & loc. Cæterùm quæ sint destillationes citò interimentes cum hic non decernatur, recurrendum est ad ipsum met Hippocr. & Aristotelem, quo-

Ad tertium.

rum

rum hic nominat apoplexias, ille verò cum dicat valdè ſenibus defluxiones fieri propter raritatem, àc eliquationem venarum, adeò vt aliqui de repentè intereant, aliqui verò ſemiſyderati, aut dextra, aut ſiniſtra parte fiant, videtur, & ipſe eaſdem apoplexias, vt Ariſtot. intelligere; quomodo verò appelletur apoplexia ſimpliciter καταπρόες, poteſt quidem Ariſtot. dicere, qui putauit fieri apoplexiam à materia in cor decumbente. Imò verò ibidem contextus antiqui interpretis habent decubitus in cor fieri ſenioribus; at Hippocr. niſi abuteratur voce, non poteſt id dicere, qui vult ex oppletione ventriculorum cerebri, id malum euenire. Eſt vtilis aphor. vt ſuprà, &c.

---

13 *Si verò æſtas ſicca fuerit, & aquilonia, autumnus verò pluuioſus, & auſtralis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tuſſes, raucedines, atque grauedines, quibuſdam autem, & tabes.*

NON eſt vt quis ſollicitus ſit de connexione huius aphoriſmi cum antecedente, cum per ſe ſatis conſpicua ſit: Nam cum ſuprà de conſtitutione hyemis, atque Veris tractaſſet, reliquum erat, vt de æſtatis, atque autumni ſermonem faceret, & illud obſeruandum eſt eundem ordinem ſeruaſſe, vt ſcilicet quod dixit de hyeme, idem dixerit de æſtate, & quod de Vere idem de Autumno dixerit: quaſi omnis conſtitutio reducatur ad Auſtralem, vel Aquilonarem, ſcilicet frigidam, & calidam, iuxtà Hippocrati, atque Theophraſto familiarem dichotomiam, atque vtraque cunctis anni temporibus contingat. Eſt igitur in hac ſententia Hippocratis Scopus docere morbos, qui ſolent ſuccedere æſtatis, atque autumni conſtitutionibus, ità vt aphoriſmus ſit theoricus, ad partem prognoſticam medicinæ pertinens, ſine ratione, qui tamen vix in vllas partes diuidi poteſt, cum vna ſententia videatur, ſatis prægnans. *Si verò Aeſtas*: Hunc aphoriſmum ſumpſit examinandum Ariſtot. alioquin malè à Gaza interpretatus prima ſectio. problem. 10. niſi dicamus non hinc philoſophum accepiſſe iſtam diſputationem, ſed potius ex lib. de aer. aq. & loc. vbi idem penitus habet nullo verbo addito, aut mutato; niſi quod ibi antè præſentem conſtitutionem, aliam habet, quàm hic dimiſſit, ſ. quando Aeſtas pluuioſa, & Auſtrina eſt, ac ſimilis Autumnus, in qua ſcribit, hyemem neceſſariò morbidam eſſe, & his qui pituita abundant, quadrageſimum q. annum exceſſerunt febres ardentes fieri, ſicut bile abundante pleuritides, atque peripneumonias; Sed priuſquam aggrediamur expoſitionem præſentis aphoriſmi, aliquid de eo dicendum, quem habet in lib. de aer. aq. & loc ſcilicet cur hic Hippocr. eum dimiſerit, & quomodo febres, alioſquè morbos ea conſtitutio gignat, ſcilicet Aeſtas, ac Autumnus ſimul pluuioſi, & Auſtrini, Quod enim pertinet ad primum, puto dici poſſe Hippocratem hic dimiſiſſe, quia rarò fit, vt duæ ſimiles ſeſe ſubſequentes fiant, quoniam neceſſe eſſet eoſdem flatus ſex menſibus ſpirare, quod rarum eſt, Vel dici poteſt Hippocratem, haùd ſibi propoſuiſſe omnia, quæ in eo libro ſcripſit, huc transferre, ſed tantum conſtitutiones duorum temporum contrarias ſeſe ſubſequentes, quippe quod hoc ſit ma-

Cõnexio.

Scopus.

Dubit. prima.

Secunda.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 244 sur 867

©BIUM

gis artificiosum, & ignotum: nam faciliùs est, vbi duo tempora similia sese consequuntur, prædicere, qui morbi sint secuturi, quàm vbi sunt dissimilia, atque contraria, quinimò non videntur tunc ità morbi debere fieri, propterea quod sequens contraria constitutio, corrigit antecedentem, vt pauci ea ratione morbi subsequantur: Quomodo verò dicat Hippocrates ibi existentibus Æstate, atque Autumno Austrinis, & pluuiosis: hyemem sequentem necessariò esse morbosam, ac pituitosis, & quadragesimum annum excedentibus fieri febres ardentes; biliosis autem pleuritides, & peripneumonias, dubium est, quoniam Aristot. 1. problem. 23. scribit Austro flante, si pluuiæ accedant haudquaquam febres gigni, quod caliditas illius febrifica madore, & frigore pluuiarum temperetur: sed huius difficultatis ressolutio habetur ab eodem Aristot. eadem probl. sect. 20. vbi quod dicit Hippoc. examinandum proponit, scilicet cur hyeme, & autumno austrinis, & pluuiosis existentibus ὀχειμῶν νοσεροσγίνεται, idest hyems morbida fit, ideò docet euenire, tum quia hyems suaptè natura humida, excipit corpora autumno, & æstate precedẽtibus, iam ualdè humectata, tùm quia repentè autumno austrino, s. calido, frigus hyemis superuenit, ex quo corporibus habitu densis, humor in partibus superioribus colligitur, hinc etiam laxis corporibus, superueniens hibernum frigus, ea magis condensat, vndè prohibita transpiratione, multòq; intus existente humore calor augetur, qui illos putrefaciens febres ardentes in pituitosis, in biliosis inflammationes laterum, & pulmonum gignuntur, prout scilicet ad hoc, vel ad illud morborum genus sunt parati, atque hæc de aphorismo ab Hippocr. hic omisso: Videamus modo, quę sunt caussæ, cur si æstas sicca, & aquilonia fuerit, autumnus uerò australis, atque pluuiosus hyeme fiant illi quinque morbi, scilicet dolores capitis vehementes, tusses, raucedines, grauedines, & aliquibus tabes, quæ etiam habet in lib. de aer. aq. & loc. addita *corruptione cerebri* quas duas uoces dubitarẽ, non esse Hippocratis germanas, nisi eas apposuisset Arist. probl. 10. vbi scribit fieri quoq; σφακελισμοῦς in capite, de quo morbo dequè eius varijs speciebus locupletissimè tractat Hippoc. 2. de morbis & tertio. Quod igitur ad dolorem capitis, quam vnam vocem omissit Celsus, nescio qua ratione, lib. 2. cap. 1. Gale. reddens caussas in vniuersum huiusmodi affectuum, supponit hyemem subsequentem, suam seruare temperiem, àc propterea nullam grauem ægritudinem in illa fieri, sed cum æstatis nimia illa siccitas corrigatur ab autumni humiditate, hunc non admodum fieri morbosum; Sed repletis ad hùc magis humore corporibus natura humidis, hyemem subsequentem, repleta capita inuenientẽ prædictos morbos producere, qui omnes sunt puri effectus, vel humorum, ob crassitiem in capite retentorum, ob idquè eius dolorem inducentium, vel tenuiorum delabentium, aut ad nares, ibiquè grauedinem facientium, vel ad fauces, vbi raucedo oritur, vel ad pectus, vbi tussis, vel ad pulmones vbi tandem tabes, in illis præsertim, qui angusto sunt pectore, longo collo, & spatulis prominentibus, de quibus intelligendus est Hippocrates, quando scribit aliquibus fieri tabem; quas etiam caussas disertissimè proponit Aristot. problem. citato, quem locum & Theodorus, & Aponẽsis non plenè sunt interpretati, licet non ità malè Theodorus, vt aliqui crediderunt. Est vtilis aphorismus ad prædictionem, &c.

Dubium.

Respõsio.

14 Si verò

14 *Si verò aquilonius, & ſiccus, his qui naturam habent humidiorem, & mulieribus confert. Reliquis autem erunt lippitudines ſiccæ & febres acutæ, & grauedines. Nonnullis verò, & atræ biles.*

ID ueriſſimum eſt, quòd ait Galenus, hunc aphoriſmum eſſe ueluti quandam partem, aut potiùs truncum antecedentis, nam dixit ſi æſtas fuerit aquilonia & ſicca, autumnus uerò pluuioſus, & auſtralis, nunc autem quaſi continuans eundem ſermonem ſubiungit, ſed ſi, (ſupple) cum eadem æſtate fuerit autumnus ſimiliter ſiccus, & aquilonius, ità ut ſit totus ſqualidus, &c. Eſt igitur Scopus Hippocr. docere quos effectus tàm bonos, quàm malos expectare oportet poſt æſtatem, atque autumnum ſqualidos; & notandum eſt raro alias in hoc tractatu propoſuiſſe utilitatem cum damno conſtitutionum, quoniam euidentiùs eſt, hoc iuuamentum quod proponit, quam ullum aliud; eſt autem ſententia prognoſtica, quæ diuidi poteſt commodè in duas partes, (& ſi uarios effectus complectatur, unico ſententiæ tenore) in quarum una utilitatem, in altera uitia, complectitur. *Si verò ſqualidus* non apponit uocem ſubiectiuam autumni, quia ut dicebam, tota dictio refertur ad ſuperiora; & in lib. de ae. aq. & loc. clarè explicat, quomodo totus aphoriſmus debeat concipi, dicens *ſi æſtas fuerit ſicca, & aquilonia, ac autumnus ſimiliter ſiccus & Aquilonius*, Vndè etiam Ariſtot. undecimum problema ſumpſit, & certè mirum eſt, quomodo omnia ad uerbum is accipiat ex illo lib. de ae. aq. & loc. Benè uerum eſt in huius rei diſputatione, duo problemata illum feciſſe, Vnum, ſcilicet undecimum, in quo tradit rationem utilitatis, Alterũ. ſ. duodecimũ in quo morborum, qui ſequuntur eiuſmodi cõſtitutiones, qualitates, & naturas oſtendit: Cor etiam Celſus quaſi ex duobus, aphoriſmum unicum fecit lib. 2. cap. 1. ut non ſit dubitandum quin Hipp. hic ſolum effectus conſtitutionis tradat, lib. autem de ae. aq. & loc. etiam rationes, & cauſas, ut etiam Ariſtot. prædictis duobus problematibus, Quod igitur ait in prima parte eſt, ſi autumnus ſit una, ſcilicet cum æſtate ſimili Aquilonius, & ſiccus, ijs prodeſt, qui ſunt temperamento, ſeu natura humidiore, necnon ipſis mulieribus, circà quàm partem illud primum conſiderandum eſt, quamobrem addidit & mulieribus, nam cum ſint natura molles, atq; humidæ, poterant cõprehendi ſub humidioribus, abſq; uerborum multiplicatione: ſecundo videndum eſt, qũo autumnus, qui ſiccus, & frigidus ſuaptè natura exiſtens, addita Aquilonis ſiccitate, & frigiditate non fiat multò deterior, ſed potiùs uideatur fieri melior, tertio uidẽdum eſt, quę ſint uerę cauſſę huiuſcemodi utilitatis, Circà primũ dicendum eſt iccircò adiunxiſſe Hipp. particulam illam *Et mulieribus*: quoniam hæc ab eiuſmodi conſtitutione ſicca nõ ſolum recipiunt utilitatem, quia exſiccetur eximia ipſarũ humiditas, & priuatę humiditate, ut ait Hip. accedant ad hyemem reſiccatę, verũ etiam propter alias cauſſas, Quarum una eſt, quia faciliùs concipiunt, cum ſic reſiccati magis uteri, prõptiùs ſemen attrahant, & retineant; quo pacto etiam Hipp. & Gal. dicebant, poſt purgationes menſtruas tunc, ſ. magis exiccato utero ferè ſemper mulieres concipere, imò Aquilonem etiam brutis ad concipiendum conferre certum eſt, vt dixerint Varro, & alij etiam ſine mare alicubi equas ab Aquilone prægnantes fieri, (*Si tamen credere dignum eſt,*) Aliud

Cõnexio:

Scopus.

Diuiſio.

Quædam conſideratione digna pro intelligentia aph.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 246 sur 867

©BIUM

est quod cum æstate fiant mulieres libidinosiores, (ut ait Aristot. in sect. 4. probl.) fit beneficio autumni frigidioris, ut non incitentur ad libidinem, nisi quantum opus prò conceptione. Tertium est quod mulieres æstate, & autumno solent esse debiliores: quam debilitatem facile deponunt sub constitutione frigida, vt faciunt etiam pleriquè ex viris laxioribus, & humidioribus: sed hoc potius obseruatur in fœminis, quarum corpora cum sint molliora, & laxiora, sub eiusmodi constitutionibus magis condensantur, atque indurantur: ob has itaque causas, rationi consentaneum est, Hippocratem non contentum dixisse humidos, & molles natura, voluisse apponere peculiariter mulieres. Ad secundum dicendum est, quod etsi aliquibus fiat ob Aquilonē vtilior autumnus vniuersaliter tamen fit peior: vel dicendum est autumnum, non ob solam siccitatem, & frigiditatem esse perniciosum, sed ob inæqualitatem, atque alias, iam commemoratas causas. Erat tertio propositum videre, quæ sint rationes huiusmodi vtilitatis, de qua re, & si iam ferè dixerimus quod magis refert, est tamen nonnihil addendum prò maiori totius sententiæ explicatione. Ratio verò propter quam omnes humidi temperamenti percipiunt vtilitatem ab æstate, & autumno frigidis, & siccis, vna est, quoniam tàm tempus anni, quàm habitus humidus excedunt in qualitatibus contrarijs, cum autem, vt in lib. de flatibus ab Hipp. constitutum est, contraria sint contrariorum remedia, fit vt ob eiusmodi contrariorum mutuas actiones, & passiones corpora ad mediocritatem reducantur, quæ est ipsa sanitas, vt dicebat Arist. initio prob. & quæ comparatur per excessuum administrationem. Alia ratio est, quoniam (vt dicebam) homines vbi attingunt hyemem, non sunt ità humidi quemadmodum ante, Vndè nequeunt ab hiberna humiditate magis lædi. Tertiam addere possumus, quod, vt ab austro corpora redduntur debilia (quemadmodum dixit retrò Hippocrates) sic ab Aquilonis frigore & siccitate reddita robustiora, atque denique multò faciliùs superueniens hyemis frigus tolerant. Addit vnum non aspernandum Aristot. s. hæc omnia esse vera (in eò nil erroris committatur) quandoquidem si quispiam nimiū potet, vescatur cibis humidissimis, veluti fructib. ac herbis, certum est nullam eum esse ab exiccante tempore acceptūrum vtilitatem, atque id verissimum est, quod dixit Galen lib. de theriaca ad Pisonem, nullum esse auxilium tàm potens, quin infructuosum euadat, nisi compar victus ratio sibi connectatur. Atque hæc de prima aphorismi parte: sequitur modo secunda, ex qua (vt dicebā) fecit Arist. duodecimū prob. scilicet cur sub eadem sicca constitutione corpora, quæ non sunt humida, vtpotè biliosa, incurrant varia morborū genera, nempè lippitudines siccas, febres acutas, grauedines lōgas, & in aliquibus melancholici morbi fiāt. Et hoc in loco duo sunt adnotāda

Notandū. Vnum est, Et si Hppocrat. meminerit dumtaxat horum morborum, veluti qui præcipuè fiant, non propter hoc tamē negasse, quin & alij fieri possint, Alterū est dictionem, (κὼ χορίξαι), quam hic ponit, haūd esse in lib. de ae. aq. & loc. quemadmodum etiam Aristot. in prob. eam non posuit, & certè videtur à ratione alienum, in constitutione adeò sicca, effectus humidissimos fieri, nisi dicere placeret ob transitum ab autumno sicco, in humidissimam hyemem capita exugere humiditatem, eamque auctam in nares depellere, ibique

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 247 sur 867

ideſt grauedinem (vt loquitur Celſus) producere, Iam verò quod fiãt lippitudines ſiccæ dicit Hipp. & Gal. eſſe, quoniam corpora nimium exiccantur, & maximè oculi, quos cum natura tot humoribus vallauerit, ſignum eſt ab humiditate eos conſeruari, à ſiccitate autem magnopere lædi: Cęterum de febribus acutis vt fiant in bilioſis dicit Hipp. & benè, in huiuſmodi conſtitutionibus partem bilis liquidiſſimam, & aquoſiſſimam, ſeu (vt Ariſtoteles) dulciſſimam abſumi: partem verò denſiſſimam, & acerrimam remanere, quæ vbi ſupercalefit febres acutas producit, exuberante ſincera bile, quemadmodum in melancholicis corporibus humor ater magis exiccatus, ob idq. acrior redditus, non ſolum melancholicos affectus (vt ait Hippoc. verumetiam manias, ſeù furores, quemadmodum dicit Ariſto. parit. ſ. mordente inimico illo ſucco membranas cerebri, eiuſq; temperamentum deſtruente: Poſſumus etiam adijcere his illud, quod ſcribit Hipp. initio libri quarti de victu acut. ſ. febres ardentes fieri, vbi in æſtate venulæ exiccatę in ſeipſas attraxerint aeres, & bilioſos ichores. Galenus, vbi hunc in modum ſeſe bene aphoriſmum eſſe interpretatum dixit, in commentario hoc examinat, deindè cur, cum ſint multæ aliæ temporum malę conſtitutiones, has ſolas proponere, & docere voluerit, cumque ipſe fateatur ſe neſcire cauſſam, conatur tradere methodum inueniendi omnes conſtitutiones: ego autem minimè miror ab Hipp. haſcè paucas fuiſſe conſtitutiones declaratas, quoniam, (vt ſæpe ipſemet Galenus dixit,) Senex aphoriſticæ breuitatis profeſſor, hoc ſemper in more habuit, vt vno, vel altero exemplo propoſito, ingenia lectorum excitaret ad alia inuenienda, atque perdiſcenda, & laude magna dignus eſt Galenus, qui hunc ſibi laborem ſumpſit tradendi modum, quo quiſq; poſſit rationem reperire inueniendi omiſſas ab Hipp. conſtitutiones; ob quod etiam cum ad huius aphoriſmi declarationem, parum pertineat Galeni, & aliorum diſcurſus ad alia properans, dimittam repetere, quæ ipſe diſertiſſimè manifeſtauit. Eſt autem aphoriſmus vtilis ad prædictionem, & præſeruationem, vt alij.

---

15 *Ex anni autem conſtitutionibus, quod in totum dixerim, ſiccitates imbribus ſunt ſalubriores, & minus mortiferę.*

ET ſi, quod dicit Galenus, melius fuiſſe facturum Hipp. ſi præſentem aphoriſmum poſuiſſet retrò, vbi in vniuerſum de conſtitutionibus tractauit, nihilominus, non caret etiam hic locus pęnitus coniunctione cum antecedente, quandoquidem cum de conſtitutionibus tantum ſiccis, atque humidis eſſet locutus, multaſquè omiſiſſet; putauit valdè conducibile fore, ſi aliquid in vniuerſum diceret, quod cunctis poſſet competere, atque hoc nunc facit, dicens in vniuerſum cõſtitutiones ſiccas, eſſe imbribus ſalubriores, atq; minus lethales, adeò vt pateat quis fuerit Scopus ſapientiſſimi Senis, in hac ſententia, quæ & ipſa eſt prognoſticũ dogma, breue, ſine ratione, & ſine diuiſione, *Ex anni aũt cõſtitutionibus in vniuerſum* addit Hippocrates particulam in *vniuerſum*, ut doceret non in cunctis ſingulatim hoc uerum eſſe, quandoquidem ea corpora, quæ ſunt admodum ſicca, ut bilioſa, & aliqua ſenilia in conſtitutionibus ualdè ſiccis deteriùs habent, ſic etiam inter aues, quæ ſunt ſicciores, ut anſeres, grues, Anates, aliaquè

Cõnexio.

Scopus.

huiuſcè

©BIUM

huiuſcè generis multò melius habent humidis, quam ſiccis temporibus, ſed in uniuerſum ſecus eſt, *Siccitates imbribus Salubriores*, οἱ ἀυχμοί, ideſt ſqualores propriè ſunt ſicciores iuſto', uel potiùs ſicciſſimæ temporum conſtitutiones, quod pleriſquè in locis Epidemiorum manifeſtauit Galenus, ſed maximè primo in primum Epid. contex. 4. Narrat Diogenes Laertius Heraclytum hydrope laborantem aliquando medicum, qui eum curabat percunctaſſe, πῶς ἐκ δ' ὑπομβρίας ποιητέον ἀυχμὸν, ſ. quomodo ex pluuia ſit facienda magna ſiccitas, quod cum ille ignoraſſet, ſtatim ipſum dimiſſit, *Salubriores & minus lethales* Galenus rationem reddit, cur Hippoc. dixerit eſſe ſalubriores, ſcilicet, quia ſub his quotidianæ ſuperfluitates, quæ ualetudinem turbant, euacuantur, Verum cur addiderit uocem, *Et minus lethales*, καὶ ἧσσον θανατῶδεις, haudquaquam dicit, quod tamen uideri poteſt non eſſe ità ſilentio prætereundum, cum id quod ſalubre eſt, non poſſit eſſe mortale, & propterea non uideatur ulla ratio pari, ut ſimilis dictio adijciatur. Itaque prò maiori huiuſcè ſententiæ declaratione uidendum eſt,

Dubit. primum. Qua ratione immenſę ſiccitates (ut notat uox ἀυχμοὶ) ſint imbribus ſalubriores. Nam inter omnes qualitates, nulla eſt inimicior uitæ, ipſa ſiccitate, & maximè quandò immenſa eſt, Adhęc uidendum eſt, cur Hipp. addiderit eam particulam *Secunda.* ἧσσον θανατῶδεις. Poſtremò circà Galeni commentarium naſcuntur quoque nonnullæ dubitationes, *Tertia.* Vna eſt quomodo Galenus dicat euacuationes per pharmaca eſſe quidem ualdè indigentibus efficaces, ad euacuanda uerò excrementa quotidiana maiorem agendi uim poſſidere, quàm ea requirãt, nam aliàs Galenus docens aduerſus peſtem eſſe opus remedijs ſiccis, inter hæc primum locũ tribuit, tum ſectioni uenæ, tũ purgationi per pharmaca, Eſt etiam ratio, quia à purgatione per pharmaca fiunt conuulſiones ex ſiccitate, quas omnib. alijs exitioſas magis eſſe dicebat Hippocrates, cum tamen à quamtumuis ſicca conſtitutione nunquam obſeruatum ſit ſimiles conuulſiones fieri, ut propter hęc omnia uideantur aduerſus humidas conſtitutiones ualere uſum purgationum medicamentorum: nec ſatis eſſe poſſe corporis exercitationes. *Quarta.* Altera eſt an per balnea euacuentur dumtaxat ſuperfluitates cutaneæ, cum frequenti eorum uſu cõtabeſcere etiam carnes conſpiciamus: Nam Ariſtot. 24. ſect. prob. 10. quærens cur in balneis calidis ſi quis pauco tempore maneat, carnes tumeant, ſin autem multò, ſubſident, & corrugantur, reſpondet, ideò eſſe, quia mora illa conſumuntur uapores, & ſpiritus, qui antea excitati tumere carnes faciebant, Circà primũ *Ad primam.* dicere oportet, id quod diſertiſſimè dixit Galen. ſ. ægritudines multiplicari, ob ſuperfluitatum multiplicationem, quæ cum magis conſumantur in ſiccis temporibus, magis uerò multiplicentur in humidis, ſequitur in hiſcè plures ægritudines malas fieri, quàm in illis, nec ualet, quod poſſint quotidiana excrementa euacuari balneis exercitationibus, & medicamentis; quoniam plus poteſt aeris ſiccitas, quam balnea, & exercitationes, & medicamentorum purgantium nimius uſus, non modo nocet, uerumetiam corpora in malam conſuetudinem perducit, Quare etſi in ſiccitatibus gignantur humores deteriores, ut eſt utraque bilis, in pluuijs uerò benigniores, qualis eſt pituita, attamen, quia illa pauca fit, hæc uerò admodum copioſa, ideò fit, ut ſit pluuioſa, & humida conſtitutio inſalubrior, quòd in ipſa, & frequentiores, & plures morbi gignantur, præſertim

©BIUM

tim à putredine humorum, quæ tunc fit ob exuberantes nimium humores; imò uerò, etiam illi morbi, qui ortum ducunt à nimia siccitate, quales sunt Hecticæ febres, & marasmi uix fiunt, aut rarissimè à sola aeris siccitate, nisi corpora sint admodum parata, cuiusmodi contigit in constitutione ennarrata ab Hip. lib. 3. Epid. Circà secundum scilicet cur Hipp. apposuerit vocem ησσον θανατᾶδεες, sicut Galenus nimis tacuit, sic alij nimium fuere solliciti. Ego autem puto dicendum Hippoc. sub nomine salubriores intellexisse, quò ad quantitatem discretam: minus verò mortales, quod ad qualitatem; nam potest esse, quod fiant plures morbi, sed benigni, pauci verò, & maligni, quemadmodum interdum in aliquibus constitutionibus accidere obseruamus. Iam verò volens Hippocrates docere vtroque modo siccitates esse anteferendas humiditatibus, scilicet tàm raritate ægritudinum, quàm earum prauitate, non contentus dixisse salubriores addidit etiam, *Et minus mortales*, siquidem in humiditatibus magnis, & plures, & grauiores putredines fiunt, licet aliòquin in illis generentur humores deteriores, qui ob paucitatem, aut nullum, aut quam rarissimum detrimentum inferant. Sequitur vt videamus, an sint vera, quæ dicit Galenus de medicamentis purgantibus, scilicet ea non esse idonea in humidis constitutionibus, propterea quod nisi frequenter usurpentur, haùd possunt satis esse: & frequenter vsurpata præterquam quod efficacius siccant, quàm postulent quotidianæ cumulatæ superfluitates, valdè etiam nocent, & malas consuetudines corporibus faciunt. Dicendum puto medicamentorum purgantium alia esse valentia, vt scamoneata; alia verò mitiora; De prioribus verum est quòd scribit Galenus: at de mitioribus, cuiusmodi est manna, Rhabarbarum, solutiua rosacea, & similia, minimè uerum est, quandoquidem hæc, blandè superfluitates, quæ quottidie aggregantur, euacuant, nec nocent, malamuè vllam consuetudinem faciunt. Quinimò Galen. ipse libello de cibis b. & m. s. cap. 2. scribit nonnullos esse, qui cum uarijs casibus sint expositi, nec possint recta uictus ratione, atque oportunis exercitationibus corporis quotidianas superfluitates consumere, coguntur sæpè aluum subducere, si cupiunt morbos effugere, ac sanis medicamentis crebrò uti: & lib. 6. de tu: valet: de eadem re loquens dicebat, medicamenta sana, quibus hi debent uti, esse ueluti hieram picram. Lib. quoque tertio de dięta, eandem sententiam habuit Hipp. sub hiscè uerbis: *Si qui valdè, & frequenter in victu errent, hi medicamentis egent*. De Balneis autem dicendum est uerissimè dixisse Galenum corporis exercitationes euacuare quaslibet superfluitates: balneum autem euacuare eas tantum, quę continentur in uniuerso corporis ambitu, quoniam illæ calefaciũt tam intùs, quam extrà corpora, modo tamen sint facta debito modo, sicut nos docuimus lib. 4. de arte gymnastica; Verum balnea duplicia, uel naturalia, uel ex aqua dulci; naturalia cum sint sulphurea, & propterea uocata sacra (ut docet Aristot. in extremo uigesimæ quartę probl. sectio.) certè possunt totum exiccare etiam insigniter, vt quotidiana docent experimenta, atque omnes scriptores attestantur; atqui balnea aquæ dulcis, vel administrantur tepida, vti moris erat apud veteres, atque etiam num est, vel administrantur calida multum: si primo modo non euacuant nisi cutem, ac propterea eam rugant: atque sic locutus est Galenus: si uero vsurpentur secundo modo, scilicet calida valdè, sic etiam possunt

Ad secũdam.

Ad tertiã

Ad quartam.

©BIUM

ſunt exiccare totum corpus, primum humectando, tum mora exiccando: atque ob hoc medici vbi in hecticis vtuntur balneis, vel in alijs humectatione indigentibus, magnopere cauent, nè calida nimis adhibeantur, ſed tepida, neuè diutiùs in balneo morentur; quòd vbi fit, etiam ſi aqua non ſit ità calida, attamen ſitis excitari conſueuit: Eſt vtilis aphoriſmus tum ad præſeruationem, tum ad prædictionem, tum etiam ad curationem.

---

16 *Morbi in pluuiarum multitudine, magna ex parte fiunt febres longæ, alui profluuia, putredines, morbi comitiales, & attoniti: quos apoplexias græci vocant, & anginæ: in ſiccitatibus autem tabitudines, lippitudines, articulorum dolores, ſtillicidia vrinæ, & difficultates inteſtinorum.*

ET hic aphoriſmus præcedenti eſt coniunctiſſimus; quandoquidem cum dixit ſuprà ſqualores imbribus eſſe ſalubriores, ſequebatur tàm à ſiccitatibus, quàm ab imbribus (vtpotè inſalubrioribus) fieri morbos; igitur, tanquam certiſſimo hoc ſumpto, Hippocr. in præſenti docere vult, quomodo imbres ſint inſalubres, ſcilicet quos morbos generent, & quos, ſqualores: adeò vt tota ſententia ſit prognoſtica ſine ratione, ac in duas partes diuidatur, in morbos qui fiunt à pluuijs, & in eos qui fiunt à ſqualoribus. fuerunt qui dixerint, nec Galenum, nec alios intellexiſſe Scopum Hippocr. qui ſit docere morbos ab imbribus eſſe magis mortales, alijs à ſiccitate factis, ſed puto eos (ut ſæpe ſolent) in hoc errare: Qui ſi videatur Hippoc. lib. 1. de morb. vbi facit morborum diuiſionem lethalium, & non lethalium, apparet non ità eſſe. *Morbi ex pluuiarum*. Cur inceperit Hippocr. à morbis pluuiarum, dici poteſt fuiſſe, quia in poſtremis verbis locutus fuerat dè ijs, & quia plura, atq; grauiora vitia ſequuntur pluuias, quã ſiccitates, ſed hoc nil refert diſquirere: quemadmodum etiam, cur in enumerandis pluuiarum morbis inchoauerit à febribus, quæ & ipſę frequentiores alijs in huiuſcemodi conſtitutionibus fiunt. *Magna ex parte* hæc verba vtrum capienda ſint de omnibus morbis enumeratis, ſcilicet quod fiant hi morbi magna ex parte in pluuioſis temporibus, an tantum de febribus longis, ità vt velit dicere febres, quæ fiunt in hiſcè conſtitutionibus, fieri longas magna ex parte, dubitari ſanè poſſet. Verum Galenus ſtatim in principio commentarij, hoc totum diffiniuit, innuens manifeſtè mentem Senis fuiſſe, quod febres, quæ fiunt in pluuijs euadant longæ duas ob cauſſas, tum ob copiam humorum, quæ maior fit, quam in ſiccitatibus, tum quia ægri, vt liberentur à febribus, opus eſt humores coquantur, cum dixerit Galenus ſæpe, & præſertim primo de criſibus, necnon etiam Hippoc. non poſſe rectè ſolui febres, niſi coctionis ſigna apparuerint. Ariſtot. 1. ſect. prob. 22. quærens cur vbi fit copia ranarum rubetarum indicat annum futurum morboſum. Reſpõdit ideò eſſe, quoniam illud animal humidum ſatis exiſtens, indicat quoque tempus eſſe humidum, & conſequenter morbidum, propterea quod corpora facta prehumida multis excrementis premuntur, quæ deindè ſunt cauſſæ morborum: ſed contrà videtur alia Ariſt. ſententia eodem in loco problem. vbi ſcribit auſtros ſuapte natura calidos, febres facere, ſed ſi

Cõnexio.

Scopus.

ſed ſi iungantur pluuijs, non fieri febres, quia humore, calor morbificus hebetatur. Reſp. aliud eſſe loqui de immoderata, & de moderata, quia moderata pluuia corrigit calorem, ſed immoderata adiecta calori ſuffocat natiuum, & auget febrem: *Alui profluuia.* Hoc quoque manifeſtam rationem habet, quam breuiter Galenus proponit, ſcilicet humores exuberantes, dum ad aluum feruntur, eius profluuia facere, atque tunc maximè cum illi putrefiunt, Cum etiam dicat putredines fieri ſub hiſcè conſtitutionibus, Etenim, vbi tanta eſt humorum copia, vt nequeant à calore natiuo gubernari, à præternaturali ſtatim capiuntur, atque indè fiunt illæ, quas dicit Hipp. *Putredines*, quas propterea numero plurali pronunciauit, vt ſignificaret ſe intelligere quodlibet genus putredinis, ſcilicet tàm in venis, quàm in omnibus alijs cauitatibus, vulneribus, vlceribus, atque alijs huiuſmodi, quæ, vt indigere ſiccantibus remedijs ſcripſit vbique Galen. ſic etiam certùm eſt quælibet ipſis eſſe aduerſiſſima humida. *Epilepſiæ, & apoplexiæ*, hos quoque morbos, eſſe ſobolem frigidorum, & craſſorum humorum pluuioſis temporibus exuberantium certiſſimum eſt, quicquid Ariſtoteles Auuerroes, Author libri de flatibus, & poſtremò Fernelius dixerint, exiſtimantes morbum comitialem, à flatibus, & pernicioſis ſpiritibus generari; nam vbi humores ſoli ſunt, qui in ventriculos cerebri repentè delapſi, eos totos oppleant, fit apoplexia; vbi verò illis coniungantur flatus, qui vndoſo motu (vt dicebat Auuic.) eos cieant, fit epilepſia: Cęterum de *Angina*, quæ eſt rumor faucium, (aut ipſis vicinarum partium) inflammatorius, dubitari poſſet quomodo temporibus pluuioſis queant generari: At Gal. videtur hoc diffinuiſſe dum dixit, Generari anginam interdum ex collectione humorum circà fauces, maxima verò ex parte, à defluxionibus à capite in eas partes decumbentibus, quas fluxiones in temporibus pluuioſis multiplicari non eſt dubitandum: atq; id totum diſertè ſatis mõſtratum eſt ab Hippocrat. 2. & 3. de morbis, necnon libro de victu acutorum. Atque hæc ſunt, quæ de morbis pluuioſi temporis dicta ab Hippocrate, & à nobis explicata ſunt, quæ quidem paucam, aut nullam dubitationem habere videntur. Sequitur autem videre, qui morbi in ſiccis conſtitutionibus fiant, & quomodo ſint ſalubriores, & minus lęthales quam prædicti: In qua re non paruas reliquit Hipp. poſteris dubitandi occaſiones in proponendis morbis ſiccitatum, qui ſunt quinque Φθινῶδεις, i. tabidæ affectiones; Lippitudines, arthritides, ſtranguariæ, & dyſenterię, Et quantum ad primum genus pertinet, Galeno non videtur plane Hippocrates ſatisfeciſſe, ſi quidem, vt ipſe dicit, tabes nũquam fit, vbi cum ſiccitate caliditas, vel frigiditas moderata ſit coniuncta; ſed vbi alterutra, nimia ſit, ſ. vel immoderatè frigida ſit ſiccitas, ità vt venas pulmonum frangat, indeq. vera phtiſis oriatur, vel immoderata ei caliditas iungatur, adeò vt fiãt à capite in pectus fluxiones, atq; has deindè ſequatur phtiſis; quo fit (ait Gal.) vt aliqui interpretes putarint vocem Φθινῶδεις, connectendam eſſe cum ſubſequente voce ὀφθαλμίας quaſi dicere voluerit Senex, in ſiccitatibus fieri *ophtalmias, tabificas* hoc eſt illas ægritudines, quæ nuncupantur oculorum tabes, quando ſcilicet oculi non nutriuntur, vt par eſſet, ſed exiccatis ipſorum humoribus, pupillæ anguſtiores euadunt; quæ interpretatio veterum, ſi non ſatisfaciat, ſubiungit Galenus ſaltem addendm eſſe vocem *ſiccæ*, & coniungendam eſſe cum voce

Angina quomodo temporib. pluuioſis genere-- tur.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 252 sur 867

©BIUM

ophtalmiæ, tamquam voluerit Hipp. dicere fieri ophtalmias ſiccas in conſtitutionibus ſiccis, quemadmodum etiam dictum fuit retrò. Sed circà hoc primum genus duo dubia circà Galeni diſcurſum emergunt, vnum eſt an à ſola ſiccitate poſſit cauſſari vera phtiſis, quæ pulmonum vlcus ſequitur, aliud eſt, an frigiditas immenſa ſiccitati iuncta poſſit frangere venas pectoris, aut pulmonum, atq; ità phtiſim cauſſare. Circà primum Galenus manifeſtè negat ſiccitatem poſſe phtiſim inducere, niſi coniungatur ſumma frigiditas, vel caliditas, quę caliditas iuncta ſiccitati poteſt & per ſeipſam, & generando humores acres exulcerare; vndè Alex. 1. prob. 77. dicebat Æthiopibus exulcerari oculos propter caliditatem, & ſiccitatẽ corporum ipſorum. Cęterum nõnulli etiã doctiſſimi uiri cõtra Galenũ contumeliosè inſurrexerunt, auſi dicere Galenum non intellexiſſe Hipp quippè qui nõ dè vera phtiſi, quæ ulcus ſequitur pulmonis, loquatur, ſed dè qualibet corporis ſiccitate facta, aut à febrib. ardẽtibus, aut ab aliqua alia cauſſa externa, quippè quã certũ ſit conſeruari, & augeri ab aeris ſiccitate. Ego uero puto cũ Galeno prò phtiſi, eſſe intelligẽdam ueram tabem, ut denotat uox, quę uera tabes cũ ſequatur ulcus pulmonis, hoc certè nõ poteſt fieri à ſola ſiccitatẽ, quia ſola ſiccitas curat ulcus ſi factũ ſit, non autẽ generat: neq; ualet quod dicunt per accidens hoc poſſe contingere, ſ. genitis à ſiccitate acribus humoribus, qui deindè ad pectus deſtillẽt, quoniã ubi ſola eſt ſiccitas, nunquã huiuſmodi humores generat, imò uerò cõſumit, ut propter hoc Gal. 5. meth. in deſtillatione ſalſa ad pectus, uſus ſit remedijs ualdè exiccãtibus, ob hoc, ſ. ut humores illi cõſumerentur, nè augerent phtiſim, Itaq; nõ adeò imprudenter (ut dicunt iſti) Gal. dubitauit de Hip. ſententia, & forſan dicit poſſet uocem Φθινώδεα, non eſſe Hipp. poſtquam Celſus, qui totum hunc aphoriſmum latinum fecit lib. 2. cap. 1. loco illius poſuit febres acutas, quas tamen conticuit Hippoc. Circà alterum dubium eſt ſententia Hippo. 5. aph. 24. frigidum ut nix, & Glacies ſanguinis fluxum facere, ſ. uenas frangendo undè Galenus etiam iure hoc confeſſus eſt, ſed ex altera parte cum fractio proficiſcatur ab induratione, magnaq; tenſione, atque non fiat niſi ab intenſiſſimo frigore, non uidetur rationi conſentaneum in corpus uiuens, atque adeò in pectoris penetralia, uſque adeò ualidum frigus peruenire poſſe, quod faciat eos effectus, qui uix exterius fiunt, atque non in omnibus, ſed in aliquibus tantum, ut ſunt uitra, chordę & ſimilia, quæ liquidò conſtat frangi ab immenſo frigore. Dicendum igitur eſt frigus immenſum immediatè non poſſe uenas frangere, & tabem producere, ſed mediatè, ſ. exprimẽdo cerebri humiditates, eaſq; in pulmones præcipitando, quo pacto intelligendus Hipp. 5. aph. 24. *Ophtalmiæ*. Quod à ſola ſiccitate fiant quælibet ophtalmiæ falſiſſimum, quia nõ humidæ, Sed ſolummodo ſiccę de quibus uera eſt ſententia: Vnde uel adijcienda particula *ſiccæ*, ut placuiſſe uidetur Galeno, uel ea ſub intelligenda, tamquam Hippoc. dimiſſerit, quod manifeſtum ſit non alias poſſe fieri in ſiccis tempeſtatibus ophtalmias niſi ſiccas, quas etiã retrò dixit fieri aquilonijs flantibus, quemadmodũ, & Ariſt. 1. prob. 12. imitatus Hipp. in lib. de ae. aq. & loc. dicebat Aquilonarijs, & ſiccis conſtitutionib. fieri lippitudines ſiccas, exiccato, & cõſumpto omni humido, *Articulorum dolores*. De hac re quoq; non minus dubitauit Gal. ſ. quã intellexerit affectionẽ; ueram. n. arthridem nõ potuiſſe intelligere ex eo probat, quoniã illa

Prima dubit.

Altera. Ad Primam.

Ad 2.

illa fit vel à fluxionibus, hoc eſt à pituita, & bile in articulos fluentibus, vt vbiq. idem Hippocrat. & præſertim in fine de affectionibus internis, aut fit ab acredine humorum partes articulorum ſenſibiles infeſtãtium: primo modo fieri nõ poſſe dicit, quoniam in ſummis ſiccitatibus potiùs cõſumuntur exiſtentes fluxiones, quam vt nouæ fiant, non etiam ab acredine, quoniam hæc nunquam fit, niſi ſiccitati coniungatur ſimul caliditas ingens, de qua re certè non loquitur Hippoc. Itaque dicit Gal. eſſe neceſſe, vt Hippoc. intellexerit, non veram arthritim, ſed quemlibet articulorum dolorem, cuiuſmodi fieri poteſt abſumpta articulis neceſſaria humiditate; haùd ſecùs, atque dixit Hippoc. 2. Epid. in Oeno factos eſſe genuum dolores, ex leguminum eſu; aut potiùs dicendum putat, quẽadmodum, & alij recentiores dixerunt, ſemper humiditatem reperiri in articulis, ad hoc vt facilior fiat motus, quemadmodũ currũ rotæ, ad hoc vt facilius moueantur opus eſt eas crebrò humectare aliquo vnguine, hæc autem humiditas: (Inquit Galenus) poteſt in conſtitutionibus valdè ſiccis abſumi; vndè motus impeditur, atque etiam interdum aliquis dolor ſuboritur, ſcilicet neruis òb ſiccatum humorem ſeſe contrahentibus, propterea q. ſolutionem continui, & conſequenter dolorem facientibus, Nec quicquam valet, quod aliàs Hip. 6. aph. 55. & Auuic. 22. tertij tract. 3. cap. de dol. articu. dixerint autumno, qui eſt tempus ſiccum, fieri podagras, quoniam autumnus, vbi propriam ſeruat conſtitutionem, haùd tantam habet ſiccitatem quin etiam multa humiditas in corporib. ſeruetur, quæ delata ad iuncturas, morbum articularem faciat. *Stillicidia vrinæ* vrinæ ſtillicidium eſt, cum vrinam homines coguntur guttatim emittere, id quòd fit propter multas cauſſas, vt optimè diſcurrit Galenus, vel ſcilicet ob morbos veſicæ, aut errores externos: ità vt non ſit principalis morbus, ſed tanquam ſymptoma aliorum, vel fit per ſeſe, atque tunc vel ob imbecillitatem virtutis retentricis, vel ob acrimoniam humorum: Facultatis autem retẽtricis imbecillitas dubiũ eſt an poſſit conſequi ſummã ſiccitatem præſertim in corporib. ſicciori-bus: imò verò ſicco vtitur facultas ad retinendũ, at humorum acrimonia nũquã fiet, niſi ſummæ ſiccitati ſumma quoque caliditas copuletur, atque in corpore humiditas adſit, quæ putrefacta acrimoniam aquirat, de qua conſtitutione calida, & ſicca haudquaquam eſt Hip. locutus. niſi intelligere Hip. placet, vt loquentem de corporibus non ſiccis ſed calidis, & humidis, quibus cõſtitutio ſicca adiecta, poteſt vrinam reddere acriorem, vt propterea illi, qui adeò libenter calumniari Galenum delectantur nullam hic occaſionem habeant, Sed de dyſenteria alia eſt ratio, quæ (vt optimè docet Gal.) nõ ſimpliciter conſequitur ſiccam aeris conſtitutionem, quantumuis ſummam; Sed ſi vel iuncta ſit caliditati, aut frigiditati ſummæ, vel corpora ità ſint parata, vt poſſint ſola ſiccitate nimia corrumpi, & dyſenteriam facere: quomodo forſan intelligere potuit Hipp. qui propterea non eſt damnandus, cum ipſe vnus haud potuerit omnes medicinæ partes conſumare, quemadmodum potuerunt poſteri, quales Diocles, & Mneſitheus, qui cum inchoatam, & fere ab Hip. perfectam artem inuenerint, & poterant, & debebant, ſi quid omiſſum, aut non ità bene explicatum à Sene inuenerunt, explanare meliùs, & addere. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem, atque etiam ad præſeruationem, & aliquam prædictorum morborum curationem.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 254 sur 867

©BIUM

17 *Quotidianæ autem conſtitutiones aquilonię quidem corpora denſant, et bene firma, et bene mobilia, bene colorata, & melius audientia faciunt: & aluos exiccant, oculos mordent, & ſi pectus dolor aliquis obſederit, dolorem augent. Auſtrinæ diſſoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & vertigines faciunt: oculis, atque corporibus difficilem motum pręſtant, & aluos humectant.*

DICI non poteſt, quin etiam hæc eadem ſententia ſit habita ſuperiùs aphoriſmo quinto, Sed hic repetitur cum fructu, & maiore claritate; & forsàn ità faciendum iudicauit Hippoc. quoniam hæc dichotomia conſtitutionum in Aquilonariam, & Auſtralem, maximè referebat, & vt Ariſt. ſcribit 26. prob. 37. hi duo venti cum ſæpiſſimè omnium ſpirant, intererat, vt benè, & diſertè exponeretur, quemadmodum facit nunc, ità copiosè, vt non uideatur aphoriſmus, ſed potiùs quædam enarratio: Cur autem potiùs hoc in loco fecerit, quàm alibi, fuit (vt puto) quia concluſurus erat tractationem de anni temporib. atque ad ætates tranſiturus; Eſt ſententia tota prognoſtica ſine ratione, quę tamen poteſt diuidi in duas partes, ſcilicet in eam vbi de Aquilonari, & in eam vbi de auſtrali agit. Incipientes igitur, & nos à priori breuiter totam percurremus, *Quotidianæ autem conſt.* Satagunt nonnulli interpretes, vt demonſtrent Hipp. minimè inutiliter hunc aphoriſmum repetiuiſſe, propterea què diſcrimen inter illum quintum aphoriſmum, atque hunc apparere aliquod. Sed (vt ego putò vtquè dixi ſuprà) voluit Hippoc. hanc rem explicatiorem reddere, ſiquè aliquid addidit, aut dempſit, non alio ſcopo effecit, quam vt rem ipſam ampliorem, & explicatiorem pręſtaret: quamquam poſſumus etiam dicere in quinto aphoriſmo, ipſum locutum eſſe de conſtitutionibus, quæ in vniuerſum fiunt toto tępore, hic autem de illis, quæ ſingulis diebus: atque òb id ſtatim hoc monere voluiſſe, eà dictione κατημέρην. Primum autem loquitur de Aquilonijs, atque de bonis ipſorum effectibus, de quibus nil in alio aphoriſmo dixerat, ſub quibus etiam comprehendi debent venti, regiones, habitationes, & reliqua omnia, quę poſſint mutari, ac alterari, ab Aquilonaris conſtitutionibus, & Ariſt. 26. probl. ſect. probl. 2. quęrens rationem propter quam Aquilones fiant anniuerſarij, non autē Auſtri tres adduxit, ſcilicet, quod ij à remotis locis, Auſtri à proximioribus oriantur: quod illi ſereno cœlo, ſcilicet æſtate, hi Vere, quando aer non quietus, ſed agitatus eſt; poſtremò, quod Auſtri cum ſint humidi, atque humido ſupernus locus ſit alienus, fit vt humores diſſoluantur, ſicquè flatus euaneſcāt, & cum humores ſint erratici, ſimiles quoque fiant venti. Iàm verò effectus boni, qui Aquilonarias conſtitutiones ſequuntur, ſunt hi, quòd corpora à frigido, atque ſicco denſantur, òb idquè ad mouendum ſeſe agiliora, atque firmiora reddantur: Vndè etiam fit, vt calor intrò magis coactus, meliores faciat coctiones, meliorquè ſanguis gignatur; ad quem deindè ſequitur bonus color, vt docuit Hippoc: initio libri de humoribus: nec valet, quod hic nonnulli opponunt Galeno quaſi velit vna die poſſe hunc bonum colorem gigni: ſiquidem licet Hippoc. de quotidianis loquatur conſtitutionibus, non tamen de ijs verba facit, quæ ſemel

tantum

©BIUM

tantum: sed continuatis diebus fiant, nam si (vt dicunt) fierent colorata corpora solum ob calorē intrò cum sanguine reductum, deindè quadam vi ad faciem expressum, neque sic possent fieri, & conseruari colorata corpora, nisi bonus sanguis, ex bonis coctionibus produceretur, vt Aristot. postrema sect. prob. 5. dicebat, propterea modicum laborem facere colorem amœniorem, quia calor moderatè sese exserit in faciem, Vndè verum est constitutionibus aquilonaribus, fieri coactionem caloris, deindè recessionem ad faciem: sed duratio boni coloris fit à bono sanguine, & à bona coctione. Quod quoque *melius audientia* fiant verissimum est, propterea què humores, & flatus, qui in aurium meandris claudun tur, & auditum impediunt, ab Aquilonibus consumuntur, quinimò etiam intellectus, & vis animæ omnis vegetior præstatur, cum dixerit Heraclytus, teste Galeno lib. q. a. m. c. t. s. spiritum siccum facere animum prudentem: Et Aristot. 20. sect. probl. 33. longo, & pulcherrimò discursu probat similibus de causis noctu melius audiri: hæc sunt bona ab Hipp. enumerata, pręter quæ etiam alia proponūtur ab Arist. sec. 26. prob. 44. scilicet Aquilonibus fieri homines cibi auidiores ob frigus, ob quod etiam Hipp. 6. Epid. vocat aquam voracem: tria etiam mala addit, quæ ab ipsis Aquilonibus fiunt, Et primum est alui exiccatio, nam hanc inter mala numerat, quoniam, vt idem Hipp. scribit lib. de ae. aq. & loc. qui habent aluum lubricam ab acutis morbis ferè sunt immunes, & Auuenzoar initio suæ medicinæ scriptum reliquit, omnium medicorum communi consensu fuisse decretum sanitatem consistere in habendo aluum lubricam, quod autē Aquilones faciant aluum adstrictam Hipp. dixit etiam lib. sexto Epid. 3. hiscè verbis οὐκαταχύζιστὰ κατὰ τὴν κοιλίην σύσπται: *Oculos mordent*. Dubitari posset, quomodo Hippoc. dicat Aquilonem mordere oculos, cum Aristot. sect. probl. 31. prob. 23. dicat oculos non rigere, etiamsi infirmissimæ partes sint, quoniam pinguedine multa sunt obducti, vbi etiam damnat Platonem in Timæo, qui dicebat nō rigere quoniam multus ignis inest illis, etenim licet pertineant ad ignem, vt alibi fatetur Arist. attamen nō est ignis consumptiuus, sed perfectiuus. Dicendum tamen est oculos morderi ab Aquilonibus, quoniam motu vehemēti illo, & siccādi magna vi, patiuntur aliquam continui solutionem, morsumq́. nam vt ait Virgilius Boreæ penetrabile frigus adurit: *Etsi pectus dolor aliquis*. Nō solū pectoris dolores præexistentes Aquilonariæ constitutiones conseruant, atque augent, Verumetiam, si non adsint efficiunt, scilicet comprimendo, & coarctando pectus, nè fuligines, & superfluitates euacuentur, necnon à capitè ad pectus destillationes mittendo, quæ dolores faciant. *Austrinæ dissoluunt corpora*. Hæc est secunda pars aphorismi in qua de Austrinis constitutionib. tractans earum dumtaxat detrimenta proponit; quoniam verè ab Austro pauca fiunt bona: nisi ipsis coniungatur pluuia, quo in casu scribit, Aristot. prima, & 26. sect. probl. 52. refrigerata corpora immunia reddi à febribus, Primum itaque detrimentum quod infert Auster enumeratum ab Hippocrate est, quod dissoluat corpora, atque humectet, nam vt corporum densitatem, facere non parum ad robur, dicebat Hippoc. lib. de affect. Sic humiditas, & laxitas, ea infirma, & imbecilla reddit. Nam Arist. eadem sect. probl. 44. quærens, cur flantibus austris, homines reddantur grauiores, atque debiliores, inquit esse quoniam humor tempore venti eliqua-

tus ex

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 256 sur 867

©BIUM

tus ex pauca multus euadit, & ex ſpiritu leui fit grauis, vndè ſequitur imbecil. litas: qua etiam ratione dicit probl. 18. fieri homines fœtidos, & malè olentes, propterea quòd corpora ipſorum humeſcunt, & calefiunt. Gal. hoc in loco maluiſſet Hippocratem prępoſuiſſe humectationem diſſolutioni, eo quòd illa prę-cedat, hæc atque alia mala ſequantur: ſed quamquam hoc quod dicit veriſſi-mum ſit, poterat tamen hoc dimittere, cum ipſemet ſcripſerit circà initium li-brorum de off. med. Veteres, & præſertim Hippocratem, (qui efficiendæ, at-que ditandæ arti ſtudebant) haudquaquam animum adhibuiſſe ordini rerum, alijsq. minutijs; melius autem fecit Galenus, qui docuit Hippocr. hac dictione duo pulcherrima nobis demonſtraſſe, Vnum eſt firmitatem, atque robur om-nium operationum in ſoliditate partium ſolidarum eſſe collocatam, ob idquè vbi hæ humectantur, atque diſſoluuntur, omnes etiam operationes tàm ani-mæ, quàm naturæ debiliores fieri, quippè quod à ſolis partibus ſolidis cuncta operationes efficiantur: aliud quòd dixit notatu dignum fuit, Hippocratem vno tantùm, vel altero exemplo propoſitis, docere voluiſſe, id quod dicit in cunctis veriſſimum eſſe, tum animi, tum corporis operationibus: quaſi voluerit etiam intellectus, memorię, alijsq. mentis functionibus auſtros ſua humiditate, atq; ca liditate non parum officere: & certè ità eſt, ingenia ſcilicet hominum (vt dicebat Heraclytus) ſiccitate acui, humiditate verò obtundi: Præclarè verò Ariſtot. 14. particula probl. 1. dicebat omnes exceſſus operationes mentis, atque intellectus labefactare, à temperata autem temperie optimas fieri, vt verè dicat Hippocr. nunc, (quemadmodum etiam dixit retrò) aphor. 5. Auſtros auditum hebetare, Et corpora aggrauare, ſ. ſub auditu, omnes animi operationes complectens;

Dubitat. Sed quæ fuit potiſſimum ratio propter quam, & hic, & retrò potiùs auditum pro exemplo ſumpſit, quàm vllum alium ſenſum? puto hoc maluiſſe, quia inter ſen-

Reſponſ. ſus forſan minus lædi deberet, ob anguſtiam, & ſoliditatem inſtrumentorum; vndè ſi hæc ab Auſtro patiuntur, multò magis exiſtimandum eſt alia inſtru-menta eſſe paſſura, *Vertigines facunt*. Certè veriſſimum eſt, quòd ait Galen. ſi comparentur detrimenta ab Aquilonibus illata ijs, quæ ab Auſtro inferuntur, illa certè, & pauciora, & minora exiſtunt: Nam inter alia mala ſunt vertigi-nes, quæ peſſimæ ſunt, non ſolum ſuaptè natura, verumetiam quia ſunt veluti prodromi quidam antecedentes exitioſiſſimas, & turpiſſimas ægritudines, velu-ti Epilepſiam, atque apoplexiam: ſunt autem vertigines ſymptomata praua, & imaginatricis facultatis, & viſoriæ, cum ſcilicet homines imaginantur, atq; etiá oculis ipſis apparent omnia in gyrum circumferri, quod vitiũ rectè ſcribit Theo fraſtus initio lib. de virtig. & Gal. in hoc com. fieri quotieſcumque humores, ac

Vertigo quomodo fiat. flatus in cerebrum rapti mouentur, ità vt ſpiritus quoque ipſi motu inordinato cieantur, ſuoquè motu, ad oculos perlati, repræſentent, & oculis, & imagina-tioni omnia, quaſi in orbem, circumacta: Ex quo motu, cum aliquando humo-res, & flatus in cerebri ventriculos feruntur, ſi totos replent fit apoplexia, ſin non ex toto repleant, ſed in ipſis vndoſo motu (vt ait Gal. 3. de loc. aff. 7. & 8. & Auic. 3. lib. cap. de Epilep.) moueantur. Epilepſiam inducunt; affectus ſanè valdè hor-rendus; Si itaque vertigines ſunt paſſiones oculorum, & hæ fiant ab auſtris, iure hac ratione dici poteſt illos, ab huiuſmodi conſtitutionibus offendi, niſi etiá

aliud

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 257 sur 867

aliud malum oculis ab Auſtro accideret, nempè illachrymatio, obtutuſquè veluti cõfuſio quædam, necnon muſculorum, oculos mouentiũ, relaxatio, ob quã fit, vt difficiliter moueantur, quemadmodum etiam tota ipſa corpora difficiliter moueri contingit. Mirum eſt quod hic Cardanus nimis mordendi Galenum ſtudioſus dicit dè dictione græca, & de neſcio qua oculorũ vertigine, cũ neſciat de Græco contextu quid dicat *Aluos humectant*. Hoc bonum auſtri, cur poſt mala, & in poſtremò loco poſuerit Hipp. vix quicquam habeo quod dicam; Certè ità eſt ab hiſcè ventis aluos humectari, ſicut ab Aquilonibus durantur; Sed hoc parum eſt, & propterea quaſi velit pœnitùs auſtros damnare, dixit hoc vnum penè bonum eos habere, vt aluum emolliant, quemadmodum inter mala, quæ dixit fieri ab Aquilonijs, poſuit alui exiccationem, vt exigui momenti vitium. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem; & præſeruationem.

---

18 *Per tempora anni, vere quidem, & prima æſtate pueri, & qui hos ſequuntur ætate, optimè degunt, & ſani ſunt maximè. Aeſtate vero, & autumno, vſque ad aliquid, ſenes. Reliquum, & hyeme, qui mediam ętatem habent.*

QVÆ, ex Galeno de continuatione huius aphoriſmi cum ſuperiore, elici poſſunt, hæc ſunt pauca, & inexplicata; ſcilicet, poſtquàm de temporum anni condicionibus, & effectibus tractauit, nunc ſimiliter de ijſdem temporibus tractare, ſed alio ſcopo, quomodo ſcilicet ſeſe ad ea ætates habeant, circà longam, atque ſanam vitam; quod enim ætates commutari queant, ità vt ex ſenectute fieri poſſit iuuentus, nec natura patitur, nec vmquàm Chriſtus fecit, qui cuncta alia miracula edidit: Sed & conſeruari ætatem poſſe, & quadantenùs corrigi non minus rationi, quam experientiæ eſt conſentaneũ: Itaq; hic eſt Hippocratis in præſenti Scopus docere, quo pacto anni temporum beneficio, poſſint homines in qualibet ætate, aut malè affecti corrigi, aut benè affecti conſeruari, & quamquàm ſolummodo pueritiæ & ſenectutis, ac mediæ ætatis exempla propoſuerit, id fecit vt amantiſſimus breuitatis illius antiquæ: & quemadmodum ait Galeuus non modo hiſcè aperuit viam diſcurrendi, atque decernendi de alijs ætatibus cunctis, verumetiam, & de omnibus alijs, quæ ſecundum temperaturam vel modicè, vel immodicè ſeſe habent, ſiue ſint regiones, ſiue habitationes, ſiue alia: Eſt autem ſententia & prognoſtica, & præſeruatoria, ſine ratione tamen. Diuidi autem poteſt in tres partes, in quarum prima de ætate pueritię, in ſecunda de ſenectute, in tertia autem de media ætate agit: Quod itaquè dicit de pueritia eſt in eiuſmodi ætate, atq; etiam illi proxima conſtitutos optimè agere, & ſanos uiuere tempore Veris, atque æſtatis initio. Quid autem intelligat Hipp. prò pueritia, atque ætate illi proxima, non eſt difficile intelligere ſi memoria repetatur, quod aliàs à nobis ſecundum Hippocratem fuit decretum, nempè pueritiam à ſeptimo anno, vſque ad decimum quartum protendi, atque poſt hanc immediatè ſequi adoleſcentiam, adoleſcentię uero cõiungi iuuentem, deindè Virilitatẽ, Senectutem, decrepitatem. Similiter quoq; certũ eſt Ver incipere ab Aequinotio: & ętatem, (ſicut unumquodque aliud tempus)

Contin.

Scopus.

Diuiſio.

habere

©BIUM

habere principium medium, atque finem; Cum autem illud apud medicos sit compertissimum similia similibus conseruari, atque contraria à contrarijs castigari, & corrigi, àc ætas puerilis, atque adolescentiæ sint inter alias ætates temperatiores, scilicet calidæ, atque humidæ, sequitur, vt hæ tempore veris optimè sese habeant, atque sanæ sint. *Dubit.* Sed video percunctatum esse aliquem, cur Hippo. cum dixisset pueros Vere optimè sese habere, voluit addere, etiam sanos esse: nam si ambò hæc sibi coniungere placebat, certè æquiùs videbatur, vt diceret sanos esse, & optimè degere: siquidem particularia debent præcedere vniuersalia, ne fiat tautologia. *Resp.* Responderi huic potest, Tria potissimum in hac nostra vita requiri, & ab omnibus optari. Vitę longitudinem, robur, atque sanitatem, quę omnia in corporibus temperatis, aut temperato proximioribus præstantur à simili anni tempore: Vndè cum pueri, atq; adolescentes habeant corpora temperata, vel saltem temperatis proximiora, fit, vt à simili tempore, quod est uer, & initium æstatis conseruentur: ità vt sic prorogetur vita eorum robustiores fiant, atque sanitate fruantur: quę omnia, vt complecteretur Hipp. non contentus dixisse optimè degere, addidit etiam sanos viuere, verum illud quoque dignum est quęsitu cum Hipp. confusè dixerit Ver, & æstatis initium esse commoda pueris, & adolescentibus, an hoc intelligendum sit indiscriminatim; duo illa tempora vtrisque conuenire, an potiùs singula singulis: verbi gratia, Ver pueris, principiũ æstatis adolescentibus. *Quæsitũ.* Galenus, qui uidit hunc scrupulum nescius alio pacto Hippocratem tueri, dixit eum debuisse dicere adolescentes Vere, pueros æstatis initio optimè degere, quasi hoc uerum sit adolescentes, vt potè, calidiores Vere melius sese habere, ratione humidi paucioris, pueros verò æstatis initio, ob maiorem humiditatem. Sed non defuerunt, qui non absque aliqua ratione mirati sunt Galenum uoluisse in hoc Hippocratem ipsum emendare, Si quidem cum puerorum uita, atque sanitas, nec non uirium naturalium robur sint in humido collocata, certe à tempore magis humido, cuiusmodi est ueris ipsius medium, conseruabuntur: quemadmodum in sicciori, cuiusmodi est æstatis initium, deteriùs afficientur: Vndè cum uerbis Hippocratis huiusmodi sententia magis accommodetur, certè non est ulla exactior locutio ab ipso expetenda: nam & pueri sic melius habent Vere, quo magis conseruatur ipsorum calidus, atque humidus habitus, & æstatis initio adolescentes, qui vt paullò sicciores illis sunt, sic exposcunt tempus anni paullò siccius *Æstate vero, & Autumno* hęc est secunda aphorismi pars, in qua Hippocr. opponens, vt solet, æstatem, & autumni principium Veri, necnon senectutem pueritię, dicit senes æstate, & autumno melius ualere, μάχρι τινὸς, ideſt aliquatenùs: Cur autem melius ualeant, Galenus tribuit illius temperamento, quod cum non egeat conseruatione, quippè quòd intemperatum sit, sed potiùs correctione, quę fit è contrarijs, iure ab Aestate, & Autumno, scilicet initio, corrigitur frigiditas, sicq. melior sanitas ipsis succedit: *Primum quæsitũ.* Sed hac in parte sunt duo quęrenda unum est, cur Hippocr. addiderit illam particulam aliquatenùs, *Alterum.* Alterum est, quomodo corpora senilia, possint æstate melius valere, cum aliòquin sint suaptè natura satis inualida, atque æstas morborum maximè ferax sit, vt scribit Aristot. 1. sect. probl. 25. vbi quærens, cur magis æstate communiter laboretur morbis, hyeme

vero

verò qui ijs corripiuntur magis intereant; ait iccircò hoc euenire, quoniam cum calor internus hyeme, ob denſitatem corporum ſit maior, & labores corporis maiores, deberent iure tunc temporis magis confici alimenta, minuſquè excrementorum gigni, ac propterea minus ægrotari: vndè quando ægrotatur, ſignum eſt cauſam eſſe potentiſſimam, ac propterea morbum exitialem: contrà verò æſtate cum corpora rarefiant, atq; relaxentur, propterea que refrigerentur intus, & minus laborare queant, fit, vt crudi humores plurimi geniti vnà cum corporis laſſitudine morbos facile producant. Quę omnia maximè conueniunt ſenibus, vt propter hoc debeant æſtate minus valere, quàm hyeme, Quantum attinet ad primum puto dupliciter reſpõderi poſſe, vno modo illam particulam referendam eſſe ad autumnum, quaſi dicere voluerit, ſenes haùd toto autumno melius valere, ſed vſque ad aliquid, hoc eſt, prima ipſius parte, alio modo reſponderi poteſt; appoſitum fuiſſe à ſapientiſſimo ſene illam particulam, vt denotaret, non ſimpliciter etiam æſtate benè ſe habere, ſed prout fert ipſorum inualida natura; Circà ſecundum dicere oportet, licet æſtas (quemadmodum ſcribit Ariſtot.) ſit morborum productrix ob rationes quas affert, attamen quia caſtigat, & minuit ingentem ſenum frigiditatem plus eſt bonum, quod hinc oritur ipſis, quàm malum quod ſibi alia ratione euenire poteſt, nam Galenus in expoſit. aph. 39. libri ſecundi *Senes Iuuenibus ægrotant minus* dicebat Senes etiam ęgrotare minus ob prudentiam, quà ſeſe gubernant, nam & nouis fructibus ſeſe abſtinent, quos Ariſtot. ponit inter cauſas copiæ morbum, qui fiunt æſtate, & laboribus moderatè vtuntur, in alijſquè rebus, ità ſeſe gerunt, vt minus ægrotent. *Reliquo autem Autumno, &c.* Sequitur tertia, & vltima pars aphoriſmi, in qua loquitur Hippoc. de medijs ætatibus inter pueritiam, atque ſenectutem, quas dicit melius ſeſe habere reliquo autumno, & hyeme; quid autem intelligat per reliquum autumnum, non eſt dubitandum, quoniam, ſi, vt expoſuimus ſuprà prò autumno intellexit illius primam partem, certum eſt, prò reliquo intelligere ſecundam, atque tertiam. Verum videndum eſt, quæ ſint mediæ ætates, de quibus loquitur Hippocrates: tum qua ratione huiuſmodi tempora illis cõueniant. Poſtremò quo pacto autumnus, qui ab Hip. exitialiſſimus, & ferinus vocatur, ſicut & ab Ariſtot. morboſiſſimus, poſſit vllam ætatem iuuare, quinimò Gal. in fine comm. dicit autumnum eſſe malum omnibus ætatibus, naturis, atque regionibus. Ad primum dicendum eſt, quod ſcribit diſertè Gal. in comm. non eſſe difficilè inuenire incunctis, quę ſint media, ſcilicet ea, quę interiacent inter optima, & peſſima, vndè cum ætas puerorum ſit optima, ſenum, & præſertim decrepitorum, peſſima; quicumque inter eos ſtatuuntur, medij iure dici poſſunt; atq; hoc nõ ſolum, (vt ait Gal.) verum eſt, in ætatibus, verumetiam in naturis, atq; regionibus, Iam verò cum in ætatibus mediæ ſint biliоſiores, aliæ verò pituitoſiores, ſit vt iuuenes, ac conſiſtentes ętate, vtpotè bile abundantes, melius habeant, tum hyeme, tum ea autumni parte, quę hyemi proximior eſt. Sic enim dicebat Hippoc. in lib. de natura humana, corrigi à contrarijs temporibus contrariorum vitia, Quod autem dicit Gal. hoc in loco, ver quidem adoleſcentibus eſſe optimũ, alijs verò medium, hoc eſt, nec optimum, nec peſſimum, veriſſimum quidẽ eſt, & hãc cauſſam habet, quoniam adoleſcentium habitum, alioquin optimũ conſeruat,

Ad Primum.
Altera.
Reſpnſio.
Ad ſecũdam.
Prima dubit.
Secunda.
Tertia.
Ad Primum.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 260 sur 867

©BIUM

ſeruat, aliorum autem habitus partim corrigit; vt qui ſicciores ſunt, aliorum verò meliores, ſed non optimos facit. At id quoque verum, quod dicit Galen. & regiones, & naturas ēt optimas Vere conſeruari: cum autem dicit autumnum malum eſſe omnibus naturis, ætatibus, & regionibus, id quidem ſimpliciter verum eſt, at comparatiuè poteſt eſſe vni minus malus, quàm alteri. Vtilis eſt Aphoriſmorum ad præſeruationem potiſſimum, &c.

---

19 *Morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam verò magis in quibuſdam ipſorum: & fiunt, & excitantur.*

Connexio. CVM Hipp. hactenus copiosè de temporibus anni tractarit, eaq. magna ex parte ad morborum prouentum conferre oſtenderit, potuiſſet quiſpiā facile ſuſpicari, ne ſola tempora, ad eorum generationem ſatis eſſent, iccircò vo-
Scopus. lens Hipp. huiuſmodi ſuſpicionem è mentibus hominum demere, hunc aphoriſmum ſubiunxit, in quo monet non eſſe verum, quòd ſola tempora faciant hoc, alioquin in quolibet tempore fierent tantum ægritudines illi tempori accommodatæ, vt in æſtate ęſtiui, in autumno autumnales, Sed omni tempore fiunt quilibet morbi, licet magis in vno aliqui, in alio alij, ergo non ſolum tempora anni concurrunt ad morborum generationem, verumetiam alię cauſſæ. Itaque patet quis ſit Scopus in preſenti ſententia Hipp, quæ eſt purum decretum theoricum, ad eam partem attinens medicinę, quę αἰτιολογικὴ, ideſt circà cauſſas morborum verſans, nuncupatur; eſt autem ſine ratione, ſed in duas partes di-
Diuiſio. uidi poteſt. Vna eſt, *Morbi fiunt quolibet tempore*, & Altera uerò eſt, *Sed aliqui Magis in vna*, & Videamus ergo quid dicat in prima parte, & eſt, omnes morbos in omnibus anni temporibus fieri, ſcilicet æſtate tum hyemales, tum autumnales, tum uernales, atque ſic de alijs, Hoc autem ſupponit Hippoc. non tantum, vt experientia probatiſſimum, ſiquidem quotidie uidentur febres hyeme ardentes fieri, vt etiam Ariſt. 1. probl. diſputat, & Vere Apoplexię, & ſimilia, Verum etiam, vt rationi maximè conſentaneum; Eſt autem ratio quod non modo aer, ſeù tempus anni, eſt in cauſſa morborum, Sed, & humores, & victus ratio, quæ duo cum quolibet anni tempore adeſſe poſſint, ſequitur, vt etiam omni tempore fieri queant cuiuſlibet generis morbi, Nam quod pertinet ad humores certum, & demonſtratum ab Hipp. eſt in lib. de nat. hum. licet humores aliqui gignātur magis in vno tempore, quàm in alio, attamē fit, vt etiam diuerſi humores producantur in vno tempore, cui nō ſint adeò familiares, vt bilis in hyeme, humor melancholicus in Vere, pituita in æſtate &c. De victu neque dubitandū eſt, quin poſſit producere morbos temporis conſtitutioni diſſimiles, atque alienos, Nam ſi uerum eſt (quod ſcripſit Hipp. 1. & 4 lib. de morbis,) ſcilicet in ijs quę eduntur, atque bibuntur ineſſe ipſoſmet humores, ſi non actu, ſaltem potentia, atque omnes morbos fieri à bile vtraquè, & pituita, proculdubio ſequitur, vt quolibet tempore poſſint, & verè fiant hi, vel illi morbi, prout cibi atq; potus plus habent huius, vel illius humoris, Sic in Oeno dixit Hipp. factos eſſe genuum dolores ob ęſum leguminum, eo quòd in huiuſmodi genere ęduliorum contineatur pituita craſſa, quę ſuo pondere in artus inferiores delapſa, eiuſmodi ęgritudines fecit: haùd ſecùs quoque Plutarchus in ſympoſiacis monſtrauit à vi-

ctu

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 261 sur 867

ctu etiam morbos, qui nunquam anteà ſint uiſi poſſe fieri: Eſt igitur ueriſſima hæc pars aphoriſmi, ſ. qui fiant oēs morbi omni tempore, ob uictū, ob humores poſſumus addere, & ob cœlum; Sic enim dicebat Hippoc. 4. de morbis tres eſſe morborum cauſſas, humorum retentionem, Cœlum, atque vim externarum cauſſarum: Et quamquàm Galenus in antecedente aphoriſmo videatur dixiſſe phtiſim non contingere æſtate, atque ſimiliter de alijs morbis dicatur, quòd nequeant fieri quolibet tempore, id intelligendum eſt, ratione ipſius temporis, & per ſe; non autem per accidens, Siquidem febris ardens, ſi conſideretur ſecundum proportionem quam habet ad æſtatem, nunquam dicetur alio tempore generari poſſe, quàm æſtate, Verum quia hyeme contingit corporibus extrà adſtrictis interiora magis flagrare, ac propterea bilem feruidiorem, & acriorem generari, hinc fit, vt etiam tunc per accidens quodammodo fiat febris ardens, quę eſt illius humoris ſoboles; atque hoc eſt quod diſputare voluit Ariſtot. 1. probl. ſect. probl. 29. & 14. ſect. probl. 3. vbi quærens, cur temporib. frigidis, & in regionib. frigidis fiant ardentes febres Dicebat, eam eſſe cauſſam, quę modo relata eſt. Sequitur ſecunda aphoriſmi pars, quę eſt: *Sed aliqui magis, &c.* Quod enim dicit Hippoc. vel potiùs dicere voluit eſt, non ſolum aliquos magis in uno tempore generari morbos, ſed & magis exacerbari, Exemplum eſt febris ardentis, quę (vt ait Ariſtot. citatis locis,) ſi fiat hyeme ardentior eſt facta in ęſtate, propterea quod tunc magis ob pororum conſtrictionem incenduntur viſcera, atq; indè acrior, & ſęuior bilis generatur, Et quod dixi de febre ardente, idem etiam exiſtimandum eſt de alijs calidis morbis, vt de pulmonum àc laterum inflammationibus, quę omnes frigidioribus temporibus magis exacerbantur: Sed poteſt etiam interpretari ità Hippoc. vt dicat, factos iam morbos, in alijs temporibus magis exacerbari, vt uidemus quartanas Autumno, & Vere eſſe crudeliores, ſimiliter epilepſiam hyeme; Vndè autem hoc fiat eſt, quia humor quilibet magis in vno, quàm in alio tempore generatur, vt diſertiſſimè docuit Hipp lib. de nat. hum. accedit etiam & victus ratio, in qua cum erratur magis, in uno, quàm alio tēpore, fit, vt conſequenter hi, vel illi morbi magis generentur; Vndè vſum fructuum, dicebat Ariſtot. 1. probl. facere æſtatem morboſiorem, ob quod probl. 40. eiuſdem ſectionis dicebat, parſimoniam ciborum eſſe quidem omni tempore commodiſſimam, ſed maximè in ęſtate conuenire, nè ob habitum temporis feruentem, corpus cibo immodico preſſum exęſtuet magis: Galen. quoque dicebat Vſum vinorum recentium, atque aliorum ciborum craſſorum facere pituitoſi ſucci vbertatem, à qua poſtmodum morbi ſimiliter pituitoſi gignuntur: quod quoque dicebat Plutarchus de Autumno, ſcilicet tunc fieri inſomnia turbatiora, ob recentes fructus, & flutuoſos, qui eduntur: Sed hoc in loco illud eſt animaduertendum veritatem huiuſcè ſecundę partis, non eſſe in eo poſitam, vt victus ratio faciat ſemper morbos contrarios aeris cōſtitutioni, ſed quod poſſit facere: nam quottidie experimur non deeſſe, qui quolibet tempore maximè in victu errent, nec tamen morbis capiantur ſtatim; licet poſt plerumque ęgrotent, vt teſtatum reliquit Galen. 2. de alim. facult. c. de cucurbita, Eſt vtilis aphoriſmus ad monendum ęgros, vt omni tempore victus temperantia vtantur.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 262 sur 867

©BIUM

20 *Vere etenim furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia sanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tusses, & impetigines, & vitiligines, & pustulæ vlcerosæ plurimæ: & tubercula, & articulorum dolores.*

Connexio. QVICVMQVE considerat hunc aphorismorum incipere cum particula γὰρ, ideſt enim, facile poteſt intelligere eſſe coniunctum cũ præcedenti, tanquàm reddatur cauſſa eorum, quæ ibi ſunt dicta, Nam dixit Hippoc, omnes morbos omni tempore fieri, licet alij magis in vno, quàm in alio fiant; Nunc verò id probat exemplo accepto ab vno tempore, ſcilicet à vere, Quòd cum aliàs dixerit eſſe ſaluberrimum, & minus lethale, in eo tamen fiunt complures morbi, qui ſunt ſibi proprij, & familiares, ſed tamen fiunt & in alijs temporibus, tamquam Hipp. ſic argumentetur, in Vere fiunt morbi Autumno proprij, vt furores, melancholiæ, lepræ, & ſimiles, igitur in quolibet tempore fiunt, quilibet morbi; Antecedens autem ſupponit tamquam probatiſſimum, atque experientia maximè exploratum, Eſt ſententia theoretica, ad pathognomicam, & aliquo pacto ad prognoſticam partem attinens, ſine ratione, & ſine diuiſione, niſi placeret, prout quatuordecim ab Hippocrate connumerantur hic morbi, totidem facere partes, quod nimis curioſum eſſet opus, vel niſi mauultis in tres partes diuidere, ſcilicet in morbos capitis, morbos partium ſpiritualium, & morbos qui in toto corpore fiunt *Vere furores* quod hic prò Vere intelligat tantummodo medium, atque finem, mihi ſatis ex eo conſtare videtur, quoniam initium veris ſapit adhuc naturã hyemis, & licet, idem poſſit dici de fine Veris, ſcilicet eum ſapere naturam æſtatis, attamen æſtatis natura, nil repugnat generationi ſimilium morborum; Sed duo breuiter inueſtigare oportet, vnum eſt cur incepit à vere, cuius ea poteſt reddi ratio, quia hoc apud medicos eſt principium anni, imò licet (vt tradit Ioſephus.) Hebræi putarint mũdum eſſe factum autumno, ſcilicet menſe Septembris, quando fructus ſunt maturi, attamen maior pars Theologorũ, atque ipſemet Virgilius ſecundo Georgicorum putarunt eſſe factum Vere: Alterum conſiderandum eſt, quòd etiam initio commentarij inueſtigauit Galenus, ſcilicet ſi ver eſt ſaluberrimũ, quò pacto tot fiãt in ipſo morbi, nec leues, cuiuſmodi ſunt furores, melancholiæ, atq; Epilepſiæ, & alij connumerati graues affectus? Ad hoc duplicem videtur afferre Galenus reſponſionem, quarum vna eſt, hunc aphoriſmum haũd contrarium eſſe illi, ſed potiùs, quandam veluti illius comprobationem, quòd morbi enumerati, qui fiunt vere nulli ſunt lethales. Altera reſponſio dari poteſt, Vere fieri expurgationem, & extractionem eorum humorum, qui in hyeme geniti ſunt, aut certè latuerunt, ac propterea morbos huiuſmodi genitos à ſimilium humorum expurgatione, potius facere illud tempus ſalubre, quàm inſalubre; Sic enim humor bilioſus, & melancholicus, qui geniti ſunt partim æſtate, partim autumno, latentes hyeme in cauitatibus corporis, ob condenſationem cutis à frigore inductam abſque detrimento, vt etiam ſolent interdum venena deliteſcere, nec quicquam lædere; vbi Vere corpora aperiri incipiunt, atque Intima corporis agi-

Dubit. Reſp.

tari,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 263 sur 867

tari, extrà cauitates interna effusi, vel in caput, aut in alias partes rapti, manias, melancholias, alioſquè morbos ſimiles inferunt, quemadmodum ad cutem transmiſſi, lepras, impetigines, vitiligines, aliaquè vlceroſa vitia gignunt: quo etiam pacto fiunt articulares dolores, cum ijdem humores à profundis corporis partibus ad articulos, veluti ad partes ignobiliores, truduntur, Verum hoc in loco dubitari poſſet, an Veris tempus tantum poſſit, vt etiam corpora pura alterét quo pacto impura, atque ad ſuſcipiendos morbos parata; Sed huic diſertiſſimè ſatisfacit Gal. in comm. qui ſcribit corpora pura fermè in eo ſtatu conſeruari, in quo reperiuntur à tempore veris, ſecùs quàm in æſtate, ac autumno, & hyeme; in quibus prò natura cuiuſlibet temporis gignuntur, bilis flaua, atra, atque pituita, Addit idem probè facere ver, quod faciunt exercitationes corporis, quæ ſi reperiant corpora pura, ſalubres ſunt, ſin autem ſcatentia prauis humoribus epilepſias, febres, aliaquè cutanea vitia producunt; atque hoc eſt, quòd dixerunt Hipp. lib. 6. Epid. 5. & Theophraſtus in libro de ſudoribus, labores in corporibus impuris facere vlcera, Nam ſicuti exercitationes educunt humores ab internis partib. ad exteriores, haùd ſecùs facit uer, quod hac in re ſimile eſt ipſi naturę, q̃ quotidie huiuſmodi expulſiones molitur, in ſanis per inſenſibilem tranſpirationem, in ægris uero nonnumquam per ſenſibiles excretiones: Sed hic eſt dubium, quomodo dicat fieri furores, & melancholias in Vere, cum aliàs Autumnus ab ipſo ſit vocatus θηριωδης, ideſt ferinus, quod in ipſo fiant iſti morbi ferini, vt furores, lepræ, melancholiæ, & ſimiles. Cui Reſpondendum eſt, non inconuenire, vt ijdem morbi gignantur in diuerſis temporibus, modò id fiat diuerſa ratione, quemadmodum in hoc caſu, nam in Autumno fiunt, quia eo tempore, & æſtate antecedente generantur humores illi ferini, & pernitioſi, qui faciunt morbos Sæuos; Vere autem gignuntur, quoniam humores illi, qui latuerunt Hyeme, Vere erumpunt, vt dictum eſt. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem, & præſeruationem.

---

21 *Aeſtate autem, nonnulli horum & febres continuę, & ardentes, & tertianæ febres plurimę, & vomitus, & alui profluuia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris vlcerationes, genitalium putredines, & ſudamina.*

TRANSTVLIT eleganter Celſus, vt ſolet, hunc aphoriſmum initio lib. 2. & tranſtulit eodem ordine, quo hic poſitus eſt, adeò vt manifeſtum ſit ſuperiori eſſe coniunctum, quemadmodum coniuncta eſt æſtas Veri, Nam conſilium Hippocratis in præſenti aphoriſmo fuit docere, qui morbi maximè fiant æſtate, atq; hoc fecit, vt doceret medicos (vbi quiſpiam ægrotare hoc tempore incipiat) præcognoſcere, quæ ſit futura morbi idea, nam hoc ſępè aliàs monuit Hippoc. ſemper conſiderandum eſſe qui morbi vagentur, & qui quibus fiant temporibus, Eſt autem ſententia diagnoſtica ſatis longa, ſine ratione, & quę commodam diuiſionem haudquaquam patitur, nam minimè ſeruauit eum ordinem, quem in antecedente. *Aeſtate*, quod dicit Hip. continuans inſtitutum, de morbis temporibus anni familiaribus, ſermonem, eſt. Etiam æſtate fieri morbos

bos aliquos ex ijs, qui fiunt Vere, Cumque æstas, & ipsa habeat sicuti alia tempora principium, medium, atque finem, Galenus iure dixit, prò æstate in hisce primis uerbis intelligere potissimum æstatis ipsius initium, quod cum Veris antecedentis naturam retineat, consequitur, vt etiam morbi aliqui in ea fiant, quales Vere solent fieri, qui autem sint hi morbi, non explicuit Hippocr. Sed eos dimisit industrijs lectoribus intelligendos: id quod etiam feciſſe Galenus videtur; Cæterum aliqui interpretes existimarunt, morbos vernales, qui fiunt æstate esse veluti furores, anginas, atque sanguinis profluuia, Cæterum vlcera etiam, ac affectus cutaneos fieri æstate quoq; non videtur ab vsu, & ratione alienum, quandoquidē tūc magis rarefactis corporis meatibus, exitus præbetur humoribus ab internis partib. ad exteriores, nisi dicamus Æstate multò maiorē fieri humorū discussionem, q̄ vt possint, vel generari, vel conseruari, vt experientia monstrat in corporib. scabiosis, quæ solent æstate ob hanc causſam liberari, *Et febres ardentes.* Non est dubiū, quin hinc incipiat Hip. recensere eos morbos, qui proprij magis, atque familiares esse videntur æstiuo tempori, inter quos primum locum dat febribus continuis, & ardentibus, atque tertianis; Circà quod declarandum est, cur febribus, hunc locum dederit, & cur inter febres, continuis: demum cur inter continuas ardentibus, & deinde Tertianis, nam haùd puto sine aliqua ratione Hippocratem primo nominare febres, deindè continuas, posti remò ardentes, Et quod attinet ad febres simpliciter acceptas, nullum tempus videtur ità esse idoneum generationi ipsorum, quam æstiuum, tàm secundum principium, quam medium, ac finem: nec puto alia ratione æstatem fuisse à latinis hoc tempus vocatum, nisi quia æstuare faciat corpora: Vndè Empedocles, & Stoici (quemadmodum est apud Plutarchum, siue Galenum in lib. de pl. philos.) dicebant fieri æstatem quando ignis ad inferiora compellitur; & Hipp. magnas febres ignem appellare consueuit; Quod æstate fiant febres continuæ, & inter continuas ardentes, ex eo facile probatur, quòd Hipp. in lib. de natura hum. bilem tunc maximè gigni, & abundare scribat, ex quo humore etiam Aristot. nedum medici scribunt morbos acutos gigni, Et Hippoc. initio lib. quarti de victu acutorum explicatissimis verbis scribit tunc fieri καύσους, ideſt febres ardentes, cum in æstate venulæ exiccatæ ad sese humores bilioſos attraxerint, quæ etiam causſa est, vt tunc fiant quoq; febres tertianæ, quæ bilis flauæ sunt filiæ, Sed quomodo Hippocr. dicat secundo aphor. 25. quartanas etiam fieri æstate, quæ ab humore melancholico producuntur, ob idquè apud Priscianum medicum Saturni filiæ dictæ, cum potiùs autumno, quam æstate fieri debeāt: puto id potissimum dixisse de æstatis fine, qui eiusdem naturæ est, cuius autumni initium, nisi etiā dicere placeat, quartanas æstate factas, quasi alterius naturæ, ac spurias esse, quā autumnales; quippè quę sint breues ob admixtam bilem, cum autumnales suaptè natura sint longę, vt alibi dixit Hippoc. Qui in Epidemicis scribit, quartana suapte natura, siue vt ait Celsus, quantum fit ex sese longissima, atque securissima est. *Et vomitus, & alui profluuia*, Quod æstate fiant uomitus, rationi consentaneum est, quod bilis, quam diximus eo tempore valdè exuberare, suaptè natura sursum ad stomacum fertur, eumque lancinans, ad vomendum prouocat, Et Hippoc. Æternum dogma est, per superiora æstate, per inferiora hyeme esse pur-

purgandum; haùd ſecùs alui profluuia æſtate fieri congruum eſt, quoniam etſi magna ex parte bilis ſtomachum, parteſquè aliàs ſuperiores petat, nihilòminus interdum propellitur à robuſta ventriculi expultrice ad inteſtina, vbi & dyſenterias, & alia alui fluxuum genera creat, *Et Ophtalmiæ*. Oculorum quoque inflammationes fieri æſtate, nõ eſt ab experientia, atque à ratione alienum; quemadmodum pariter aurium dolores: ſiquidem ichores bilioſi, & ſuaptè natura ſurſum attolluntur, & vbi capita ſunt repleta, facile vi caloris æſtiui eliquantur humores, qui deindè eliquati modò in oculos, modò in aures præcipitantur, prò vt hæ, vel illę partes ad ſuſcipiendum ſunt paratiores; & ob hoc ſolebat dicere Hippocr. vbi oculi, vel aures, aliquid detrimenti patiuntur, ſi aluus fluat, deiectioneſquè reddantur, eas partes à malo liberari, quod humores, à quibus gignuntur ij morbi, ad infernas partes præcipitari ſuperiores relinquuant, & quamquam lippitudines, quæ fiunt æſtate poſſint etiam eſſe ſiccę, cum pruritu, & mordicatione, nil tamen prohibet, quin òb antedictas ratiònes queant ſimiliter eſſe humidę, & ex vera inflammatione naſcentes, quemadmodum etiam aurium dolores fiunt, tum quia partes illæ (vt ait Hippocr. lib. de carnibus) ſuaptè natura ſicciſſimę, atque anguſtiſſimę ſunt, quo fit vt craſſos humores minimè recipiant, ſed tenues, atque bilioſos, qui potiſſimum æſtate exuberant *Oris exulcerationes*. De hoc affectu loquens Galenus nil aliud dicit, quàm perſpicuum eſſe illum quoque fieri ęſtate, quando ſcilicet ichores bilioſi gignuntur, qui putreſcentes, & acriores facti, exulcerant oris partes duas ob cauſſas, tum quia partes illę calidiores ſunt, ob idquè ad putredinem inducendam aptiores, tum quia ad ipſas fit concurſus vaporum, & ichorum à qualibet corporis parte, qui vapores, & ichores facile tenerimas oris partes vulcerant, atque hęc quidem ſatis videntur perſpecta, Cęterum de (*Pudendorum Putredinibus*) non ità clarum. Nam certum eſt in peſte, atque in peſtiferis febrib. interdùm materiam illam peſtiferam in genitalia decumbere, atque ea putrefacere, ità vt vel ſponte decidant, vel amputare ſit neceſſe: quemadmodũ in illa ſemper memoranda Athenienſium peſte contigiſſe narrat Thucidides, & in qua Pericles vna cum filijs extinctus eſt, ille inquam Pericles, cui (ut tradit Plutarchus in eius vita) vulgo tributa eſt occaſio illius æternę cladis, nempè, qui òb Peloponeſiacos ciuitatem obſidentes nimiam gentium multitudinem intrà vrbis menia recepiſſet: Verum quo pacto ęſtas ex ſeſe (ut uidetur docere Hippo.) huiuſmodi mala faciat, nondum certa uidetur ratio, niſi dicamus, hoc interdum accidere medio febrium continuarum, & ardentium, quę potiſſimum fiunt æſtate, ob partis illius aptitudinem; ſiquidem calidiſſima regio eſt, ob uenarum multarum ad eam concurſum, & quia partes illæ in Veneris vſu vehementer agitantur, Vndè fit, vt facile putreſcant, id quod accidiſſe perhibet Galen. in tertia illa conſtitutione relata ab Hippocrate lib. 3. Epid. Nec à ratione alienum eſt, quod dixit Gal. in comm. de huiuſmodi dubio, ſcilicet Hippocratem non loqui de æſtate, propriam naturam, ſeruante, ſed de ea, quę ſit valdè humida, & paucis uentis perflata, cuiuſmodi eueniſſe in Cranone 2. Epid. ab eodemmet Hippoc. monſtrãtũ fuit, Hæc enim tempeſtas cum ex ſeſe maximè ſit apta ad putredinis generationem, tum maximè eam ibi facit, ubi eſt magna ad eam ſuſcipiendã prępara tiõ, quales diximus

©BIUM

mus esse locos genitalium. *(Sudamina)* græcę ἱδρῶα, quæ nil aliud sunt, quàm cutis asperitates quædam cum pruritu, atq; leui exulceratione, quæ vt fiant docet Galen. in commentario; sed ante ipsum docuit egregiè Theophrastus in lib. de sudorib. vbi scribit, ex immodicis laborib. vt etiam ex alijs caussis hæc sudamina fieri, quando scilicet corpora multis excrementis crudis, & crassis sunt referta, quæ propulsa ad cutim, cum nequeant tota in sudorem conuerti, partim ibi firmata cutim in paruos tumores attollunt primum, mox ea putrescentia amarorem, & acrimoniam quandam aquirunt, ob quam & pruritus, & exulcerationes suboriuntur, & propriè appellantur ἱδρῶα Græcè, & Latinè sudamina, tanquam sint soboles materiæ sudorificæ, Et quod notat Gal. in fine commentarij nonnullos quæsiuisse, cur loci circà sedem, & pudenda, non autem ipsismet pudendibus sint obnoxia: habet ueram rationem, quia ipsâmet sedes & virile membrum sunt maiori ex parte neruosa, & proindè sicca: loci autem circà ipsa, èconuersò sunt humidi, & calidi, ac propterea suscipiendę putredini valdè idonei, vt etiam ostendit præceteris assiduus ille fœtor, qui ab huiusmodi partib. solet manare, Est utilis aphorismus, vt alij, &c.

---

22 *Autumno verò, & plurimi æstiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem; & tabes, & stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum, & coxendicum dolores: & anginę, & anhelationes (quas Græci asthmata vocant) ilei, morbi comitiales, furores, atrę biles.*

TOTVM Autumnum sub hac dictione comprehendi ab Hippocrate non dubito; quamquam id quòd primis verbis dicit, scilicet Autumno fieri plurimos æstiuos morbos, maximè omnium conueniat principio: Et hoc in loco dignum est cõsideratione, Hippocratẽ, vbi loquebatur de æstate, dixisse in ea fieri aliquos veris morbos, hic verò de Autumno loquens, non dicit fieri aliquos æstatis morbos in ipso, sed plurimos, & ratio huius duplex fuit, vna quia antecedẽs autumnum æstas morbosior est, quàm antecedẽs æstatem ver, quo fit, vt & plures producat morbos, & corpora magis ad eos susciendos disponat; Altera fuit, quoniam maior similitudo est inter ęstatem, & autumni initium secundum qualitates actiuas, & passiuas, quàm inter ver, & æstatem: vndè propter huiusmodi similitudinem fit, vt complures æstiui morbi etiam in autumno gignantur: Est & præter has duas ratio à Galeno allata, nempè quod ęstas succedens ueri: suo calore humiditates cõsumit: non sic autem autumnus succedens ęstati: imò potiùs contrarium accidit: quia ob frigus eos humores ad intima ab extimis ducit, ibiq. detinens eos similes morbos ęstati producit, vt ij sunt, qui ęstate geniti sunt. *Et febres quartanę, & tertianæ*, quod vult dicere est, præter morbos ęstiuos, habere autumnum etiam priuatos, & proprios, atq; hi sunt illi, qui originem ducunt ab humorib. crassis, & melancholicis, qui dum putrescunt extrà Venas si vnicam habeant sedem, & fomitem quartanę febres oriri solent, sin autem in plurib. computrescant locis, varias, atque inordinatas febres producunt, quę ob id Grecè πλανῆτες, à nostris dicuntur erraticę, quoniam

mul-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 267 sur 867

nullam certam periodum, nullumquè ordinem seruant, sed modò qualibet die, modò altera, modò tertia, & modò semel, modò bis in die euadunt, secùlquè quàm quartanæ, quæ ita statum ordinem plerumquè seruant, vt videatur ille humor ab intelligentia quadam non errante dirigi, Et forsan ob hoc vocarunt Pythagorici quartanas Saturni filias. *Lienes*, dicit Hippocr. simpliciter lienes, & numero plurali, comprehendere volens cunctos lienis morbos, qui fieri solent potissimum autumno, & qui consueuerunt sequi maximè omnium quartanas, & erraticas febres, vt in lib. de non irascendo, ex sententia Hierónymi medici, tradit Plutarchus, & puto hanc fuisse rationem, quamobrem Hippocrat. statim post illas febres posuit Lienes, qui tunc temporis magis humore crasso, & melancholico repleti, & fouent, & faciunt febres, aliaquè mala. *Aquæ intercutem* in hac morborum autumnalium narratione videtur Hippocrat. studuisse, vt eos recensèret eodem ordine secundum quem fiunt: etenim, quotidie experientia comprobatur, quartanis febribus, & erraticis succedere tumores lineis, sic etiam videmus sæpenumero eos tumores excipere aquam intercutem, quæ fit vbi à tumido, & refrigerato liene, similiter iecur refrigeratur, vndè postmodum loco sanguinis puri, & vtilis, aquosus imò verò ipsamet aqua generatur, & genita intrà peritonęum, atque intestina colligitur: & notandum est Hippocratem vsum esse voce plurali ὑδρωπες, vt comprehenderet omnia genera hydropis, quæ verè solent sequi lienis tumores; *Tabes*, De tabe dicit Galenus eam fieri autumno, ob frigiditatem, atque siccitatem, sed in corporibus ad eam paratis, cuiusmodi sunt corpora frigida, & sicca, necnon gracilia: neque enim Hipp. hic capiendus est de vera phtisi, quæ sequitur pulmonum vlcus, sed de omni corporis consumptione, sic enim apud Plutarchum in fine octaui sympos: scriptum inuenitur autumnum esse veluti anni senectutem, cumquè frigidus, & siccus sit, morbidum esse, quo pacto etiam Hipp. eum cum Vespere proportionem habere, atq; ferinum esse dicebat, quemadmodum ante aphor. 10. scripsit autumnum tabidis esse malum. Iam verò quod tabem consumptio sequatur, & Hydropes, & lienes præter quotidianam experientiam, est auctoritas Hippocrat. qui dicebat in libro de locis in homine, vbi lien floresci totum corpus contabescere. Etenim compluros aliæ concurrunt causæ ad autumnum pernicioſum faciendum, nempè recessus caloris à nobis, corporum consumptio ab æstiuo incendio inducta, repentinæ mutationes à calore ad frigus, atque vicè versa, & quod addit Plutarchus fructuum prauorum vbertas, atque comestio. *Vrinæ stillicidia*, Cur hæc tria, quę consequenter enumerat Hippocrates vitia, fiant autumno, scilicet stranguriæ, leuitates intestinorũ, atq; dysenteriæ, vna ferè & est causa eadẽ, nõ humiditas temporis, vt videtur censuisse Theophrastus primo libro de causis plantarum, sed quia bilioſi succi in æstate geniti, sæpenumero ità copioſi gignuntur, vt nequeant toti expurgari; vnde relicti in autumno, & à frigore aeris intrò coacti à natura pelluntur, vel ad vesicam vbi faciunt vrinæ stillicidia, quod scilicet ea ob ichores bilioſos acris, & mordax reddita, non possit vel tantillum in vesicca sustineri, sed guttatim pellatur, vel ad stomacum, quem mordicantes faciunt, vt cibus nequeat contineri, donec ad chylum reducatur, sed im-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 268 sur 867

©BIUM

mutatus exeat, ſicquè lienteriam faciat: Vel ad inteſtina, vbi ſcilicet ſtimulans expulſiuam inteſtinorum, eaquè interdum exulcerans, & alui profluuia, & ipſas veras dyſenterias producunt, quibus gignendis maximè quoque auxiliantur prædicti fructus. Vtrum verò, quod dicit Galen. ſit verum, ſcilicet ad facienda huiuſmodi vitia concurrere quoque magnam, & ventriculi, & inteſtinorum intemperiem maximè frigidam, certè vix poſſum intelligere, vt fiat tanta intemperies in partibus intimis, & ſuaptè natura calidis, à qua deindè huiuſmodi grauia mala inducantur, *Et coxendicum dolores*. In autumno ob repentinas ad frigidum mutationes capita maximè alterari, atque deſtillationes multiplicari, nõ eſt dubitandum: iam verò deſtillationes, ſi articulos coxarum, ob exantlatos in æſtate labores debilitatos inuenerint, facile coxendicos affectus, & dolores faciunt, in eas ſcilicet, ut potè omnibus debiliores irruentes, ſin pectus, & pulmones ſimili debilitate affectos petant, aſthmata, aliaſquè anhelitus difficultates, & pectoris morbos pariunt: ſin autem in faucibus ab antecedente æſtate arefactis firmentur, fit ut illæ partes magis attrahentes, & conſequenter ſeſe magis replentes, tandem tumores faciant inflammatorios, concepta, ſcilicet putredine à loci caliditate, & à copia humorum, qui nequeunt à natiuo calore, ut deceret, gubernari, *Voluuli*. Quid ſit voluulus, ſiue iliacus morbus, de quo loquitur in præſenti Hippocr. videtur nobis ſignificaſſe Galen. in commentario ſcribens eſſe retentionem excrementorum cibi, quæ per inteſtina feruntur, ad quam magna ex parte ſequitur inflammatio alicuius inteſtini. Quod malum propterea autumno oriri ſcribit, quoniam inteſtina, atque uentriculus à frigido, & inæquali aere læduntur, dum ab ipſo, humores feruidi æſtate geniti in profundas corporis partes, cuiuſmodi ſunt inteſtina, aguntur, quã ad contraria tranſmutationem ſcribit in paratis, & repletis capitibus facere epilepſias, nempè quas nulla cauſſa frequentius, & promptius inducat, quam ea varietas caloris, & frigoris, quæ veluti propria ab omnibus autumno tribuitur *Epilepſiæ, furores, & melancholiæ*. Poſt morbum comitialem ponit merito Hipp. melancholiam, & furorem, quoniam vt dixit 6. Epid. ſectio. 7. Epileptici fiunt melancholici, & viciſſim melancholici epileptici vt, ſ. melancholia fiat dum anima patitur, epilepſia dum corpus cerebri, vt etiam Galen. 3. de loc. aff. cap. 7. diſertè ſatis docuit, Nam autumno, bilis æſtate cremata, dum vel copia, vel qualitate cerebri facultates uiolat, mirum quantum animam ipſam perturbat, atque in furores immaniſſimos impellit, vt forſan hæc ſit potiſſima ratio, propter quã Hippoc. appellauit autumnum θηριωδη, ideſt ferinum: ſimiliter etiam fit hoc tempore melancholia, tum ratione temporis quod eſt frigidum, & ſiccum, quemadmodum, & melancholicus ſuccus, tũ ratione victus quo tunc homines vtuntur maximè flatuoſi, tũ maximè quia ab æſtate præcedente genita eſt materia ad utramque bilem flauam, atque atram generandam idonea, Et certè ſi qui alij morbi uidentur propriè autumnales uocandi, ſunt furores, & melancholiæ: Et Cornelius Celſus, qui complura alia huic aphoriſmo adiecit lib. 2. cap. primo oſtendentia autumni prauitatem hæc uerba in fine poſuit: *Neque aliud magis tempus peſtilentiæ patet, cuiuſcumque generis ea eſt, quamuis variis rationibus nocet*: Plinius tamen lib. 7. capit. 50. ait in meridionalibus non fieri niſi hyeme:

pro

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 269 sur 867

©BIUM

pro quo nodo ſoluendo aduertendum aliquos codices Plinij, loco particulę *niſi* habere *non* quaſi dicere voluerit in regionibus meridionalibus non fieri peſtem hyeme; vel pro Celſo dicere poſſumus concipi verè, & æſtate; vigere autumno, vt experientia patet: Vtilis eſt aphoriſmus quemadmodum antecedentis.

---

23 *Hyeme vero morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, & laterum, atque lumborum, capitis dolores, vertigines, & apoplexiæ.*

POST autumnales morbos enumeratos, ſequitur Hippoc. eos proponere, qui fiunt hyeme eodem penè modo, atque ordine, quibus eſt vſus in ſuperioribus, ità vt de idea, de ſcopo: de diuiſione idem ſit ſtatuẽdum quòd dè ſuperiori: illud tamen videtur non ſine aliqua conſideratione prætereundum, cur in antecedentibus duobus aphoriſmis primum dixit, æſtate fieri aliquos morbos vernales, tum de autumno loquens dixit, eo tempore fieri complures æſtiuos morbos: nunc autem loquens de hyeme haùd dicit in ipſa fieri morbos autumnales, ſed hoc tacens, ſtatim incipit enumerare morbos hyemi proprios. Circà quàm dubitationem Galenus ſcribit, duas ob cauſas potuiſſe Hippoc. hoc feciſſe, Vnam, quod breuitatis ſtudioſus voluerit à lectoribus idem in hyeme ſubaudiri, quod de æſtate, atque autumno dixerat, Alteram, quod non putauit autumnales morbos vllos fieri hyeme; Sed redarguit hanc ſecundam cauſſam, quoniam initium hyemis cum ſit ſimile fini autumni, debent quoque in ipſa haùd ſecùs atque in alijs fieri aliqui ſaltem morbi, illis antecedentibus ſimiles. *Dubitat.*

Pleuritides. Primum locum inter morbos hyemales aſſignat Hippocrates pleuritidi forſan, quia (vt experientia quotidiana atque ratio docent) huiuſmodi morbus, qui ſatis frequens eſſe ſolet, potiſſimum hyeme fieri conſueuit. Et ſemper exiſtimaui Hippocratẽ in lib. de ratione victus acutorum recepiſſe in exemplũ tractandorum pleuritidem, atq; peripneumeniam, quoniam inter acutos morbos hi penè ſint omnium frequentiſſimi. Et placet mihi Galeni cogitatio, quod Hippocrates hic maximè loquatur de morbis, qui fiunt extrema hyeme, quod hoc tempore valdè regnent hi morbi, ſcilicet pleuritis, & peripneumonia, Cur autem hoc fiat, Galenus tribuit cauſſam frigiditati, quæ maximè oblædit membra reſpirationi deſeruentia, quorum affectus ſunt illi ipſi, qui ab Hippocrate commemorantur, nam & alibi dixit frigidum, vt glaciem, & niuem eſſe pectori inimicum, ſed quamquam frigiditatem dixerit Galenus hęc mala facere, haùd tamen explicauit modum, qui eſt, quod extrinſecas partes, vt etiam ipſe ait poſſumus tegumentis à frigore tueri, at non poſſumus efficere, quin quolibet momento frigidus aer attrahatur, ſimulquè materia à capite in pectus exprimatur, quæ ibi compacta, & retenta tumores, & loci caliditate, ex tumoribus inflammationes facit: neque poſſum eos interpretes probare, qui exiſtimarunt hic Hippocratem non loqui de inflammationibus, ſed tantum de ijs doloribus, qui fiunt à frigore, & à frigidis ſuccis, quoniam nominat Hippocr. pleuritidas, & περιπνευμονιας, quæ inflammationes pulmonum, & membra-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 270 sur 867

©BIUM

narum coſtas veſtientium fiunt, vbi fluente materia à capite in pectus, primum dolores facit, & à doloribus ſanguis eo attractus inflammationem facit: propter quod iure Hippoc. 1. de victu acut. & Auuic. lib. 3. cap. de pleuritide dicebant in huiuſcèmodi morbis curandis primum eſſe incumbendum dolori ſedando, nè ſcilicet vel fiat, vel augeatur inflammatio. Ariſtot. 3. ſect. probl. 1. & 6. quærens, cur exiſtente vino calido, ebrij tamen celerime à pleuritide capiantur, inquit eſſe, quoniam multum humidum vbi frigeſcit, cuadit multum frigidũ, quo deindè calor naturalis multum labefactatur, ſed ſemper fui huius ſententiæ ijs in locis, non πλευρίτιδος, ſed παραλύσεως eſſe legendum, ſiquidem ſcopus eo in loco Ariſtot. eſt indagare cauſam, quamobrem vinum, cum ſit calidum, effectus tamẽ, & affectus frigidos pariat, cuiuſmodi eſt paralyſis; nõ autem pleuritis, quæ eſt inflammatio, & quæ vbi fit, ex nimio meri potu ab immodico calore, non autem à frigore naſcitur. *Grauedines* hi quatuor affectus, ſcilicet lethargi, grauedines, ſ. raucedines, atque tuſſes, eodem ordine ab Hippocr. recenſentur, quo etiam fiunt; nam cum omnes oriantur à materia pituitoſa frigida tàm tenui, quàm craſſa, ſi in ipſo cerebro ſiſtatur lethargicas affectiones inducit, hoc eſt ſoporoſas, ſiue veternoſas, ſic enim vox λήθαργος ſæpe, & apud Hippoc. & apud Galenum capitur, fit autem hoc, vbi ſpiritus, qui ſunt inſtrumenta animæ à frigida materia craſſefacti redduntur quodammodo torpidi, atque pœnè immobiles ità vt neque aĩali, nec ſenſitrici, nec motrici facultati famulari queãt, Vndè ægri veluti immobiles ſine ſenſu, ſine motu, ſine diſcurſu, & memoria iaceant, Si materia minimè in cerebro firmetur, ſed ad nares ipſi contiguas feratur κορύζας producit, quas Celſus grauedines nuncupat, Sin propter grauitatem aut copiam eadem materia feratur in fauces, raucedinem inducit: quod ſi adhuc tanta ſit, vt nec à naribus, nec à faucibus capiatur in aſperam arteriam, & pulmones delapſa tuſſes, alioſquè pectoris affectus producit: quos omnes hyeme potiſſimum dominari nemo eſt, qui non experiatur. *Dolores lateris*, Cum duplex ſoleat eſſe pleuritis alia vera, alia non vera, quæ à flatu, atque à materia frigida ortum ducit, de priori locutus eſt in primis verbis, de alia nunc loquitur, quam non pleuritidem, ſed πόνον σπλεῶος, καὶ πλευσέων vocat, ſcilicet dolorem pectoris, & laterum, quem dolorem vocabant veteres telum, quoniam inſtar cuiuſdam teli percutit, ac veluti dilacerans facit dolorem. Corn. Celſus qui lib. 2. cap. 1. hunc aphoriſmum, vt multos alios in linguam Romanam transferens non parum decurtauit, de hac parte nil aliud dixit, quam hyemem irritare quicquid in faucibus, in lateribus, in viſceribus mali contrahitur. *Lumborum dolores* & hunc affectum hyeme fieri ſatis experimentis conſtat quotidianis, ſolet enim vulgus ipſam vocare Lumbaginem, & fit tum ob frigus comprimens eas partes vt frigidiores, atque ob id quandam veluti ſolutionem continui inducens, tum ob materiam per ſpinalem medullam ad lumbos defluentem: nam Hippoc. in lib. de glandulis, inter alias vias, quas docet naturã eſſe machinatã prò exonerando cerebro, recenſet quoque ſpinalem medullam, cui lumbi ipſi ſunt coniuncti, *Et capitis dolores*, ſi Hippo. ordinem aliquem in hiſcè morbis obſeruare cogitaſſet, æquum erat, vt quos poſuit in fine, locaſſet in principio, ſed magnum illud ingenium hæc parua contemnebat, fieri autem dolorem capitis, vertigines, &

apo-

apoplexias in hyeme potiſſimum, & ratio, & experientia docent: imò uerò quoſlibet capitis frigidos affectus voluit Hippocr. ſub his comprehendere, quoniam vis frigoris nõ modo diuellens partes nerueas dolorem parit, verumetiam materiam in cerebri caua exprimens, apopleticos affectus, quos antecedere ſolẽt vertiginoſi, qui & ipſi à flatibus, (vt alias dictum eſt) ſpiritus animales in gyrum vertentibus oriuntur, ſicut flatus magna ex parte à cruda & frigida minera naſcuntur. Vtilis eſt aphor. vt alij.

---

24. *In ætatibus autem talia contingunt, paruis, & nuper natis puerulis oris vlcera, quę aphthę vocantur, vomitus, tuſſes, vigilię, pauores, vmbilici inflammationes, aurium humiditates.*

PARTICVLA *autem* ſatis demonſtrare poteſt præſentem aphoriſmum antecedenti connecti, cum in illo de morbis temporum anni, quæ ſunt res non naturales tractauerit, in hoc autem, atque pluribus alijs ſequentibus tractet de morbis vniuſcuiuſquè ætatis, & quamquam, (vt adnotauit etiam Galen.) Hippoc. tractauerit maiori cum diligentia hanc partem, quam octo aphoriſmis ſequentibus complexus eſt, haud tamẽ eſt damnãdus, propterea quod & maior varietas morborum apparet in ætatibus, quàm anni temporibus, & ad medicos magis has conſiderare pertinet, ut potè res naturales & ob id maiori ſtudio egentes. Itaque facile unicuiquè perſpectum eſſe poteſt ſcopum Hippo. & in hoc aphoriſmo, & in tota de ætatib. tractatione eſſe docere quomodo debeãt cognoſci morbi futuri, & præſentes ex ætatibus, & quomodo ſeſe debeat medicus aduerſus eos præparare; Eſt ſententia diagnoſtica, & prognoſtica, ſine ulla ratione, & ſine ulla commoda diuiſione, *Ex ætatibus*! Incipit Hippoc. hunc ſermonem ab ætate nuper natorum, quoniam ſic ordo poſtulat, etſi enim fœtus etiam in utero laboret, haud tamen ſubijcitur cognitioni, & curationi medici, niſi quatenus etiam prægnantem facit ęgrotare, quam & uidere, & cognoſcere, & curare licet medico: Et hic ſubit deplorare humanam miſeriam, quod non ſolum naſcimur cum gemitu, (ut dicebat Plinius) uerumetiam ſtatim nati grauiſſimis morbis exponimur. Inter morbos huiuſcę ætatis ſeptem connumerat atque primo loco ponit oris ulcera, quę ἄφθαι à Græcis dicuntur, à Barbaris uerò Alcola, quæ fiunt in hac ętate ſatis moleſtę, atque graues; ad cuius mali generationem tria concurrunt, (ut etiam monuit Gal.) unum eſt teneritudo, & caliditas partium oris, quę maxima eſt in hac ætate, ità ut faciat putredines, atq; inflãmationes; alterum eſt lactis ſerum, quod cum inſigenim habeat abſtergendi uim, ſæpe contingit, ut ob eam, partes alioquin molliſſimę ulcerentur. Tertium eſt, motus illę frequentiſſimus, quem hęc ętas edit in ſugendo ipſo lacte, cuius pars aliqua interdum palato adhęrens putrefit, & ex putrefactione inflamatio, atq; ulcuſcula oriuntur, ſed non ſolum fiunt intra os huiſmodi ulcuſcula nuper natis, verumetiam in capite, & in facie, quæ tamen Hipp. in lib. de ſacro morbo conferre potiùs, & eos ab epilepſia præſeruare oſtendit. At dubium oritur hoc in loco, cur Hippoc. nullam mentionem faciat inter morbos huius ætatis,

morbi

©BIUM

morbi illius epileptici, qui propterea puerilis, & à barbaris medicis mater puerorum nuncupatur, quoniam frequentissimè pueris vix natis accidunt: vnde Aristot. in fine lib. 7. de hist. animalium dicebat, non cõsueuisse pueris imponi nomina, nisi octaua die ab ortu, quoniam intrà hoc tempus solent tentari cõuulsione, quæ est ipsa epilepsia, & ob eam perire: propter quod ne frustrà ipsis nomina imponerentur id non faciebant, nisi peracta septima die: quæ est critica, tamquam post hanc deindè ipsorum saluti magis fideretur; Plutarchus etiá huiusce moris in Romanis quæstionibus mentionem facit; licet ipse dicat Romanos consueuisse feminis octauo die, maribus nono nomina adsignare quamquam huius moris differentes ab Aristotele causas adfert. Prò cuius dubij solutione dicere possumus dupliciter, primum quod epilepsia sit morb. communis omnibus ætatibus, deindè quod ille affectus non contingat puerulis ob ætatis peculiaris conditiones, sed vt ait Aristot. loco citato, vel ob lactis copiam & crassitiem, vel quia nutrix sit malo corporis habitu, vel quia & ipsa, & prægnans sint vsæ mala victus ratione, ut potu vini præsertim nigri, nec non cibis flatulentis, & prauis; Vel quod ipsi puero sit adstricta aluus. *Vomitus*; In pueris non fit vomitus ob bilem in stomachum sublatam, vt plerisquè alijs ætatibus contingit, sed quia recẽter nati, (vt dicebat Arist.) nihil penè differunt à belluis, & in sugendo lac nullum finem faciunt, adeò vt sæpenumero magis stomacum repleant, quam par sit, ac ob id lac euomere cogantur, qui tamen vomitus inter morbos non est recensendus, cum potiùs fiat ab errore externo, quam ab vlla interna causa, Vndè rectè medici præcipiunt nutricibus, ne ità frequenter vbera præbeant: imò Paullus Ægineta, & alij numerum mammas offerendi præscripserunt, licet arduum sit ratione carentibus vllam tradere, quam obseruent legem. *Tusses*, fiunt quoquè tusses puerulis, propterea quod capita ipsorum semper humoribus valdè scatent, quo fit ut ij, promptè in pectus delabantur, atque tunc maximè cùm nimis erecta ceruice tenentur, & ob hoc quanto plus iacent humiliori capite, eò minus à tussibus tentantur. Adhęc inspiratio aeris frigidioris, nam (vt ait Hippocrat. lib. de octim: part:) Pueri statim nati torqueri solent varias ob causas, ob laborem exantlatum in exitu, ob diuersitatem nutrimenti, ob inspiratione aeris frigidi insueti, necnõ ob diuersitatẽ nutrimenti postremo ob strati diuersitatem; *Vigiliæ*, In hac ętate constitutos pueros fere semper dormire quelibet mulier satis nouit, imò id si non agant mulieres, & nutrices præsertim in eo sunt admodum sollicitæ, vt cantu, atque motu somnum illis prouocent, quocircà uix possum intelligentia assequi, quomodo faciat Hipp. vigilias puerulorum affectus peculiares, nam etiam dum alia ratione ęgrotant, vix vmquam in vigilias morbosas, & graues incidunt, & ratio euidentissima est, quod caput habent magnum, & Pomiliones sunt, vt dicit Aristot. & semper cerebrum humoribus repletum habeant. Nisi dicamus ut suprà ex Hipp. lib. de octim: part: scilicet fieri posse ob multas causas, maximè externas. *Pauores*, Adsentior Galeno extrà hanc ętatem fieri timores in pueris quidem, sed illi oriũtur potiùs ex motibus conuulsorijs, ac tremoribus, qui in ijs fiunt à grauato ob nimium lac uentriculi ore, cuius singularis est consensus cum toto cerebro, sed maximè cum principio neruorum, hoc enim affecto, dum pueri concutiuntur,

exper-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 273 sur 867

expergiſcuntur à ſomno plorantes, & quaſi timentes, ità vt dicere liceat, eos cum pauore quodam euigilare, Nam dicere id fieri tetris vllis imaginationibus, aut imaginibus oblatis, non videtur rationabile, quandoquidem phantaſia in ipſis minus etiam, quàm in belluis operatur, Et Ariſtot. 7. de hiſt. animalium cap. x. ſcribit hũc in modũ. *Infantes primis quadraginta diebus neq; rident cum vigilant neq; lachrymãtur*, paullò poſt addit, *plurimam huius temporis partem dormiunt*, Cęterũ quo ſubinde auctiores fiũt, eo magis ad vigilandũ immutãtur: ſomniare eos cõſtat: ſed ſero meminiſſe poſſunt imaginũ: ſed de ſomnijs huius ætatis aliàs diligẽtiùs locuti ſumus in noſtris prælectionib. de morbis puerorũ. Certè vt dixi ratione ætatis magna ex parte dormiũt pueri, & ſi vigilãt, & crebrò excitantur, eſt potiùs ob externã aliquã cauſſam, vt ob vẽtriculũ grauatũ, ob ſordities irritãtes, ob quas ſagaces nutrices tunc eos mutant, aut qualdam aliàs ſimiles cauſſas. *Vmbilici inflammationes*, Notũ eſt, qui ſint vmbilici, & quomodo nuper natis incidãtur venæ, & arterię, quę alligatę vtero prægnantis, & caloré & alimentũ fœtui in vtero exiſtenti præſtabãt, Itaq; ex huiuſmodi inciſione cũ fiat vlcus, ſæpe id cõtingit, quod alijs vlcribus, ſcilicet vt inflammatio in ea parte ſubſequatur, quæ puerulos valdè fatigat, vt iure Hippocr. hunc morbum inter infantiles connumeret: imò fere nullus alius magis meretur numerari. Et Ariſt. 10. partic. prob. 45. quærens cur Hominum vmbilici ſint maiores, & magis apparentes, quàm aliorum brutorum, reſp. ideò eſſe, quoniam cętera bruta perfecta diutius permanent in vtero, quàm homo, quo fit vt cotylidones ex quibus conficitur vmbilicus magis extenuentur, præcipuè quod in ijs rectà tendunt, homo verò cum imperfectior exeat, atq; ob id alieno auxilio egeat in viuendo, fit vt cotylidones ij ſint ſanguinolentiores, & maiores: propter quod fiunt in ijs grauiora vlcera ex ipſorum abſciſſione, & vlcerum magnitudinem ſequitur inflammatio, & vt dicit Ariſt. maior turpitudo, cum in aliquib. experientia cõprobetur, eã partẽ adeò magnã fieri, vt deformis omnino euadat, quãquã minimè negari oportet, quinetiam circà huiuſmodi operationẽ ab inciſorib. vmbilicorũ fiant errata, propter quæ & inflãmationes, & deformitates cõſequuntur, *Aurium humiditates* Poſtremò loco ponit auriũ humiditates Hipp. cũ tamẽ, & hæ ſint maximè huic ętati familiares, niſi dicamus huiuſmodi humiditates, ẽt copioſas, nõ ſemper eſſe morboſas, ſed potiùs naturales, quãdoquidẽ Hipp. lib. de glãdulis ſcribit inter aliàs vias à natura pro cerebri expurgatione excogitatàs fuiſſe ipſas aures, ob qđ ſępenumero iuuare potiùs, quã obeſſe huiuſcemodi humiditates comperiũtur, vbi liberę exeũt. Quocircà etſi verũ ſit qđ ait Gal. nõ adnumerari inter morbos pueriles ab Hip. humiditates palati, & nariũ, etiamſi ſint exuberãtes, qđ ſit hæc naturalis expurgatio, nõ autẽ quę fit per aures: attamẽ & ipſe etiã fatetur cerebrũ per aures expurgari, qđ quidẽ in infantib. eſt ſemper humidiſſimum, quẽadmodũ, & reliqua mẽbra in hac ætate ſunt valdè humida, quaſiq; cerea. Itaque ſi per humiditates ſuperfluas, & craſſas intelligamus; illę ſunt plane inter morbos recẽſendę, vt fecit Hipp. ſin aũt modũ nõ excedãt, ſunt & ipſę naturales expurgationes, vt in lib. de glãdulis ſcriptũ eſt, vbi ſcribit à capite fieri fluxiones κατὰ φύσιν, ſecundum naturã, quę ſi diſcedũt cerebri ſunt purgamẽta, & niſi diſcedant morbũ creant. Vtilis eſt Aphoriſmus pro cognoſcendis morbis infantium, &c.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 274 sur 867

©BIUM

25 *In progreſſu verò cum iam dentire incipiunt, gingiuarum prurigines, febres, conuulſiones, alui profluuia, & maximè, cum caninos ædunt dentes, & his præſertim pueris qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent.*

NON eſt mirandum ſi Hippocr. incipit ſecundam ætatem à dentitione, quandoquidem etiam librum proprium de hac temporis parte fecit: tãta enim eſt puerulorum dum emittunt dentes alteratio, atq; permutatio, vt non modo grauiſſimos morbos, verumetiam exitium afferat: & propterea iure Hippoc. eam ſtatim recenſet poſt primam, Eſt autem idea aphoriſmi qualis & ſuperioris, ſine ratione, atq; cum aliqua legitima diuiſione, cum primum agat de morbis huius ætatis, deinde articulo poſtremo de corporibus maximè ad hoſcè morbos paratis (*cum dentire* Ariſtot. 7. de hiſt. animalium cap. 10. & poſt eum Plinius lib. 7. c. 16. ſcribunt ſeptimo menſe dentium ortum inchoare, & prius à ſuperiori parte, cum bruta pleraquè cum dentibus oriantur, licet non omnibus, nam fuerunt etiam aliqui, quos dentibus eſſe ortos ſcribunt, & Val. Max. & Plinius, vt M. Curius dentatus ob id vocatus, & Gn: Papyrius Carbo ambo viri præclariſſimi. Imò etiam Hippoc. lib. de Carnibus ſcribit primos dentes ex victus ratione in vtero naſci, & vbi in lucem editus eſt puer exactè dum materiam ſugit, Vnde Ariſtot. loco citato dicebat ſugentib. lac mulieris calidioris citiùs dentes oriri. Et Plinius loco citato memoriæ prodidit fuiſſe apud Veteres morem, ne corpora eorum cremarentur, qui antè dentium ortum interirent, Galen. rectè exitum dentium aſſimilabat trunco carni infixo: quinimò dicebat, hos dum erumpunt, maiorem cruciatum afferre, quoniam ijs ſemel impactus non amplius mouetur, at dentes orientes continuè mouentur, & propterea ſemper ſolutionem continui in tenera parte facientes, maiorem dolorem, & pertinaciorem faciunt, ex quo non eſt mirum, ſi doloris vehementia, ad eam partem aſſiduo noua attracta materia faciat diuerſos, nec parum moleſtos morbos, inter quos ſunt gingiuarum prurigines; quas licet dicat Galen. fieri cum exiguo dolore: attamen illi ætati ſunt valdè moleſtæ, ita ut ament ob pruritum ſibi cõtrectari gingiuas: quemadmodum amant pruritu laborantes fricari, & ſolemus propter huiuſmodi pruritus lacte canino gingiuas madefacere, quippè quòd experimento comprobatum eſt, eiuſmodi affectum magnopere demulcere: tamen hoc in loco illud animaduertendum, non æquè fieri hunc pruritum in cuiuſlibet naſcentis dentis tempore, ſed maiorem in prioribus, minorem in poſteriorum ortu; Sed cum certum ſit aliquibus etiam in magna atque poſtrema ætate dentes naſci, haud dubitandum eſt, quin etiam ipſis & prurigines, & gingiuarum dolores fiant, quinimò cum ijs ſint duriores gingiuæ, ob idq. maiore vi à dentib. perforentur, debent quoque grauiores cruciatus, & pruritus ſequi, & mirabile eſt, quod Plinius ex Mutiano narrat lib. 11. cap. 37. Zandem quendã Samothracenum ciuem fuiſſe, cui poſt centeſimum quartum ætatis annum eſſent renati dentes. *Febres:* oriuntur non ſine ratione febres in prima illa dentitione ob graues dolores gingiuarum, & ob materiæ ad eam partem confluxũ,

ne di-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 275 sur 867

ne dicam totiùs corporis turbationem: & Hippocr. in tractatiuncula de dentitione ſcribit, quibus in dentitione febris acuta accidit, eos minus conuulſionib. tentari, ſicuti etiam vlcera tonſillarum eſſe ſecuriora, quæ ſine febre ſunt, *Conuulſiones*, Et hoc vſu quotidiano intelligitur, quo tempore infantes emittunt dẽtes, conuulſionib. (maximequè epilepſia) tentari, Vtrum autem hoc morbi genus ſit magis familiare ante dentitionem, poſſet quiſpiam dubitare, ex ijs, quæ dixit Ariſtot. in fine 7. de hiſt. animalium, vt etiam in antecedentis aphoriſmi explicatione diſputauimus; ſed certè videtur eſſe familiarior dentitioni, atque ob id in hac ætatis parte fuiſſe memoratam, in priori autem ſilentio prætermiſſam. Fit autem epilepſia hoc potiſſimum tempore, quoniam capita ſunt maximè repleta, ingenſquè eorum fit âgitatio, & expreſſio humiditatum à cerebro, quę præcipitatę in nucam, & cerebri alioqui debilis ventriculos, vnà eum flatu, huiuſcemodi affectus producunt. *Alui profluuia*. Hic pariter affectus concipitur in dentientibus, & fit non tantum, quia non coquunt hoc, vt ait Gal. verumetiam quia fluxiones humorum, vt delabuntur in os, ità quoque in ventriculum, atq; inteſtina ducuntur, atq; hoc eſt quod ſcriptum habetur in tractatu de dentitione Hippocrat. ſcilicet. *Quibus in eruptione dentium aluus crebrius fluit, raro eos conuulſionibus tentari*, Cur verò dicat Hippocr. prædictos affectus maximè contingere pueris cum caninos emittunt dentes, & præſertim ijs, qui craſſiſſimi ſunt, quiq. aluos duras ſuaptè natura habent, videtur eſſe cauſſa, tum quia ij ſunt inter primos, qui fiunt, vndè ob inaſſuetudinem patiẽdi magis torquentur, tum quia illis, qui ſunt craſſiſsimi, quique aluos duras, & adſtrictas habent, multò magis in cerebro, & ſtomaco retinentur humiditates, quæ & conuulſiones, & alia mala faciunt. Vnde in eodem dentitionis tractatu circà initium ſcribitur in hunc modum. *Quibus aluus multum defertur, ſi bene concoquunt ij melius habent, at quibus parum fertur, ſi voraces fuerint, neque pro ratione nutriantur, ij morboſi fiunt*. Quod autem Galenus videtur voluiſſe, nimirum extrema verba eſſe referenda ad conuulſiones tantum, ipſe quoque probo, tum quia is morbus eſt omnium grauiſsimus enarratorum, tum quia (vt dicebã) verè in his capita ſunt magis repleta, & propterea debiliora. Eſt vtilis aphoriſmus, &c.

---

26 *Cum verò iam magis adoleuerint, tonſillæ, & vertebræ, quæ in occipitio ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos græci aſthmata vocant, calculi lumbrici rotundi, aſcarides, uerrucę, quos græci acrochordonas vocant, ſatyriæ, ſtrumæ; & alia tuberculæ, ſed præcipuè antedicta*.

SEQVITVR (ſecundũ ordinem propoſitũ) ętas tertia, quę ſecũdum Gal. terminatur. 13. anno, & mirũ eſt, quomodo Gal. nõ potiùs ſtatuerit 14. annum; cũ etiam Hipp. vt aliàs dictum eſt, per ſeptẽnarios Ætates ipſas diſtinxerit, niſi dicamus Gal. putaſſe parum referre, & parum diferre totum decimumtertiũ à decimoquarto, Hęc aũt ętas à complurib. ijſq. grauib. morbis occupatur, ſed (vt ait Hipp. in fine aphoriſmi,) præcipui ſunt ij, quos ipſe enarrat, adeò vt ſcopus ſit Hipp. in præſenti aphor. docere, qui ſint illi morbi, qui maximè omniũ tẽtare ſolẽt pueros, à ſeptimo anno, quo dẽtitio naturaliter deſinit, uſq; ad decimũ quartũ. Eſt verò natura aphor. qualis antecedentiũ pathologica ſine ratione, atq; ſine

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 276 sur 867

©BIUM

diuiſione: *Procedente ætate* græcè eſt: πρεσβυτέροισι, δὲ γενομένοισι, ideſt Senioribus factis. Qui locus ſingularis eſt, quoniam πρεσβῦται dicuntur propriè, qui ſunt in primo ſenio, ſicut γέροντες, qui in extremo. Attamen Hippocr. hæc vox ſignificat, quoſlibet ætate (ut ſic dicam) maiores. Vnde etiam inter pueros, qui ſunt maiores natu, dicuntur ſeniores πρεσβῦται, ſcilicet & πρεσβύταροι, quemadmodum hoc in loco, & in 3. progn. tex. 38. vbi habet hæc verba τὰ πρεσβύτερα τ παιδίων, ideſt pueri ſeniores. *Tonſillæ* παρίδμια Iſtmi, vt exponit Galen. ſunt anguſti quidam tranſitus terrę, inter duo maria ſitę, ad cuius loci ſimilitudinem, ſic quoque vocatur pars, quę interiacet inter os, & gulam; Vndè quotieſcunque tumorem aliquem vel inflammatorium, vel etiam abſque inflammatione patitur, dicitur ἄντιας à Gręcis, à Latinis dicitur tonſilla, ſcilicet cum tunica communis toti gulę, & ſtomacho eiuſcemodi tumore occupatur. Inuenio apud Sex: Pompeium hunc tumorem vocatum eſſe ab antiquis Zolem, atquè indè per deminutionem factas eſſe tonſillas, & in Vetere gloſſario reperiuntur hæ uoces Zolæ, Zolia, παριάδμια, Et vt hoc obiter dicam: Eſt locus apud Plautum in Aulularia, vbi Strobilus quemdam auariſſimum deſcribens, ità dicit. *Quin dum it dormitum follem obſtringit, ob gulam*, vbi ſi loco dictionis *follem*, reponatur *tolem*, multò uenuſtior, & rei de qua agitur accommodatior fiet: fit hic tumor facilè in hac ætate, tum ob nimiam capitis humiditatem, tum ob clamores nimios, quos in ea ætate pueri edũt, & aliàs capitis, & faucium agitationes, qua etiam ratione fiunt uertebrarum colli luxationes, & præſertim illius, quę dens nuncupatur ab Hipp. 2. Epid. & quàm eſſe exitioſiſſimam reſtatur, cum ubi illa uertebra ab inflammato, atq; tumente muſculo trahitur intrò citiſſimè reſpiratio penitùs auferatur, quod etiam contingit, vbi à laqueo compreſſa violenter eadem vertebra intrò pellitur, vnde ſi qui ſuſpendunt, ſint periti, ut celerrimè intereant, huic loco laqueum alligant. Dubitat Galenus, nec immeritò cur Hippoc. hoſce duos morbos in nuper natis minimè recenſuerit, cum tamen illi quoquè nihilòminus cerebrum habeant humidum, & plenum excrementis ſuperfluis, adeò vt facilè ab eo in ſubiectas partes humores præcipitentur, qui poſſint facere, & tonſillas, & vertebrarum luxationes: atque eò magis addere poſſumus, quod ob frequentem ploratum partes faucium incenduntur, quemadmodum, & ob aſſiduam lactis ſuctionem. Huic dubitationi reſpondens idem Galenus duas quaſi dubitanter rationes proponit, vnam quod pueri nequeunt huiuſmodi affectum ſuſtinere, ſed moriantur priuſquam muſculi faucium interni grauem inflammationem patiantur. Alteram, quia nuper nati, & dentientes habent eas faucium partes molliſſimas, vndè non poſſunt eas tenſiones tolerare, quæ faciant, ad interna vertebram illam, flectere. *Aſthmata* quãuis hęc vox propriè dicatur de ea anhelandi difficultate, quæ fit cũ ſtrepitu, atq; ſtertore, attamen cõmuniter capi quoq; ſolet, pro qualibet ſpirãdi difficultate, quo modo latini vti ſolẽt ſuſpirij appellatione, & certè hęc ętas facilè hoc vitio tentatur, tum ob deſtillationes prædictas ad pulmones defluentes, tũ qa vbi hiſce capiũtur, haùd ſecùs reſpirandi neceſſitas augetur, atq; in ijs, qui vel currendo, vel aliter laborãdo crebriùs, & latiùs reſpirare cogũtur, id qđ eò magis in hac ætate contingit, quoniam partes omnes ſpirandi actioni inſeruientes,

atque

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 277 sur 867

atque etiam ipſa viſcera plus caloris habent, ob idquè maiori neceſſitate ſpirandi vrgentur, *Calculi λιθιάσεις*, ideſt lapidationes, ſeu lapillorum, vel calculorum generationes: ſic enim conſueuit ſæpe loqui, vt voce generationis pro ipſa re genita vtatur, Cum autem lapides in cunctis cauitatib. corporis gignantur, vt inteſtinis, veſica vrinæ, veſicula fellis, renib. pectore, ventriculo, cerebro, alijſquè pleriſquè, Galeno placuit Hippocratem hic tantum loqui de veſicæ calculo, cui obnoxios eſſe pueros dicit, ob duas cauſas, ſcilicet ob craſſam materiam, quæ in ipſis propter edacitatem quotidie copioſa cumulatur, atque vna cum vrina in veſica præcipitatur, necnon ob caloris vehementiam, Etſi enim ſenes quoque acerui crudos, & craſſos humores, ob caloris potiùs imbecillitatem, quam ob ingluuiem, non tamen tantum caloris habent, qui ex materia craſſa, & cruda aqueas partes conſumens, reliquas poſſit indurare, atque in calculos veſicæ conuertere. Hæc quidem Galenus, cui adſtipulari quoque videtur Alexander, qui 2. probl. 107. quærens cur pueris calculi in veſica naſcantur, ſenib. autem in renib. cauſam ait eſſe, quoniam renes pueriles, admodum anguſtos habẽt meatus, quo fit vt terreſtris materia, in ipſis retineri nequeat, ſed vna cum vrina in ueſicã propellatur, vbi deindè ob loci amplitudinem, & facile recipitur, atque retinetur Contrà autem ſenib. renes cum ſint latiores, & vrina faciliter ijs elabitur, & craſſior materia retinetur, quæ poſtmodum ob moram, in calculi naturam concreſcit, Cęterum ſecundo problem. 41. comparans ætatem ſenilem, & puerilem cęteris ſcribit, eas magis ſubijci calculis, pueros quidem ob ædacitatem, ſenes uerò ob frigiditatem, atque facultatis imbecillitatem: nec dubitandum eſt, quin de calculo ueſicę hoc poſtremò loco Alexander loquatur, Vnde uidetur velle etiam in ſenibus veſicę calculos gigni, ſecuſquàm dixit Galen. & ipſemet primo problem. Accedit huic experientia, ſiquidem quotidie obſeruamus ſenes tentari lapide veſicæ, quemadmodum, & pueros, quos etiam vbi lactant, hoc malo corripi teſtatur Hippocrates circa finem libri quarti de morbis, necnon Auuic. 18. 3. tract. 2. cap. 16. Pro huiuſce nodi reſolutione dicendum eſt dupliciter, vno modo Hippocratem, & Galenum, atque Auuicen. & Alexand. haùd negare quin in ipſis quoque ſenibus generentur calculi ueſicę, ſed aſſerere, quod frequentiùs fiant in ipſis pueris, quàm in ſenibus, ob cauſſas antedictas; Alio quoque modo reſponderi poteſt, duplici modo generari lapidem in ueſica, uno ex lapide renali in ea delapſo, ibiquè per additionem materia creſcente, & concreſcente: alio modo ex materia cruda, & craſſa in ipſa ueſica paullatim congeſta, & beneficio teporis, ac morę partibus aqueis conſumptis, & reliquis craſſefactis, atque induratis: primo modo in pueris non generantur, calculi: quia in ipſis non fiunt in renibus, ſed ſecundo modo: ſecus autem in ſenibus, in quibus rarò fiunt calculi ueſicæ ex congeſtione humorum in ipſa, ſed potius ex lapide renali, atque hoc forſan uoluit innuere Hipp. quando 6. aph. 6. & 6. Epid. ſect. 8. aph. 4. dixit in ſenib. renales calculos non ſanari quaſi, uel ſic ſemper perſeuerent, uel in calculos ueſicę commutentur *Lumbrici*, Notum eſt apud medicos tria reperiri lumbricorum genera latum, qui tenia aliàs dicitur, rotundũ, & Aſcarides, qui omnes eandem penè generationẽ habent, & ex materia cruda, & corrupta, Et licet in qualibet ętate uermes, ſeu lũbrici gignãtur, maximè tũ fieri

Lapides in corporib. humanis quibus in locis fieri poſſint.

Senibus an lapides in veſica fiant.

Reſponſ.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 278 sur 867

ſolent in ætate vſque 14. annum, tum quia ex voracitate crudi ſucci in ventriculo, atque inteſtinis copia acceruatur, tum quia ob potentiam caloris ea materia facile computreſcit, atque ex ea poſtmodum putrefacta, atq; animata oriuntur, & teretes, & Aſcarides, non autem lati, ſine teniæ, qui in ijs, & in alijs huiuſmodi genus rarò conſpicitur, propterea q. ab Hippocr. hoc in loco minimè recenſentur. *Verrucæ*, ἀκροχορδόνες à Græcis nuncupantur; aliqui transferunt verrucas penſiles: ſub hoc genere comprehenduntur etiam ſtrumæ, quæ certe affectiones valde familiares ſunt puerulis, tàm maſculis, quàm fœmellis, & cum ſint tumores duri, modo plus, modo minus prominentes, ſunt ex materia craſſa, & frigida, quæ decumbens in partes colli facit cheradas, ſeu ſtrumas, ſicut in alias præcipitata, vel cõgeſta ἀκροχορδόνας, ideſt verruccas faciunt, quę vulgo porri dicuntur. Mirantur nonnulli cur Hippoc. in recenſendis puerorum tumoribus tacuerit ea exanthemata, quæ variolæ, & morbilli nuncupantur, quæq; ex omnium morborum generibus pueris iſtis frequentius accidunt: Sed ipſe magis miror eos, qui non viderint tempore Hippoc. haùd fuiſſe hoc genus morbi: ſed nouum eſſe, quemadmodum pleraq. alia genera inbentur, quæ à veteribus non ſunt conſpecta, vt diſputat Plutarchus in Sympoſiacis: nam hæc ægritudo not habet grauiſſima, & propria ſymptomata, quæ nec ignorata, nec nobis à veteribus indemonſtrata fuiſſent, ſi ſimilis morbus tunc extitiſſet. Sed hæc deinceſſus eſt à nobis diſputatum in prælectionibus de puerorum morbis; neque enim dicendum eſt Hippoc. hos quoque complexum eſſe ſub illis verbis, *Et alia infercula*, quoniam cum ſubiungat, (*ſed præcipuè antedicta*,) manifeſtum eſt non potuiſſe comprehendere variolas, & morbillos, quoniam verè morbi, quibus præcipuè, & omnium frequentiſſimè tentantur pueri vſque ad 14. annum ſunt hi, de quibus nil dixit Hipp. *Satyriaſmi σατυριασμοὶ*. illud eſt veriſſimum propriè, & communiter Satyriaſm eſſe affectũ pudendi, quando ſcilicet id intenditur, & grandeſcit, quemadmodum in Satyris pinguntur, & eſt veluti quæda ſpecies priapiſmi, ſed mirum quantum ab eſt, vt vnquam hæc pueris affectio accidat: Verum cum neque de hac, neque de ſtranguria vllã faciat mentionem in commentario Galen. inducor ad ſuſpicandum has duas dictiones contextui Galeni defuiſſe, ſicut etiam nec Celſus lib. 2. cap. 1. nec Philotheus eas habuiſſe comperiuntur: ſed poſtquam Gal. 8. de plac. Hippoc. & Plat. cap. 6. citans hunc aphoriſmum habet quoque dictionem *Satyriæ*, confugere oportet ad eundem Galenum in libro linguarum Hippoc. vbi ſcribit Satyriſmos eſſe prominentes glandularũ circà aures tumores, quos aliàs à Caſſio in prob. Caſtorem, & Pollucem antiquitus vocatos ſcribit, & puto nomen indè natum, quod ſatyri fingantur ſimiles aures prominentes habere: neque dubitandum eſt, quin pueris fiant huiuſmodi tumores ſæpè, ſicut etiã fiunt ſtrumæ, & ſicuti experiẽtia quotidiana monſtrat. Id quoque dicendum eſt de ſtranguria, ſiue vrinæ ſtillicidio, quæ dictio & ſi à Galeno haud habeatur, neque in hoc commentario, neque in loco illo octaui de pl. Hipp. & Plat. attamen non eſt abſurda, cum etiam illa ætas ob calculos, & craſſas, atque mordaces urinas nonnunquam urina illa ſubſtilla veteribus latinis uocata, ſiue vrinæ ſtillicidio uexari obſeruetur. Eſt utilis aphoriſmus, vt anteced. &c.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 279 sur 867

27 *Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia sanguinis.*

CELSVS lib.2.cap.1. Vbi Hipp.inquit τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς ἥβην προσάγουσι, transfert *incipiente verò iam pube*, quasi verò Hippocratis hic consilium sit, proponere morbos, qui eueniunt, vbi iam inchoat pubertas, quæ est à 13. vel 14. anno vsq; ad 18. plùs, minùsue: nam tunc incipiunt menstrua fœmillis erumpere, masculis semen, vtrisque pili circà pubem: vndè dicta est latinis pubertas, Est eadem huius aphorismi natura, quæ & antecedentis, vnde nec ipse vllam rationem coniunctam habet, nec vllam patitur commodam diuisionem, *Grandioribus*. Quod aliàs dixi Hippocratem abuti hac voce πρεσβυτέροισι, prò grandioribus ætate, non prò vera senectute, etiã ex hoc aphorismo satis patet, sed non ita patet, quid voluerit significare, pro dictione καὶ πρὸς ἥβην προσάγουσι, ideſt ad pubem accedentibus: Gal. circà hanc partem duo dicit vnum in hoc commentario, alterum in aphorismi 29. commentario, quod hic dicit est Hippocratem loqui non de ipsa pubertate, sed de ijs, qui ad eam proximè accedunt, scilicet, qui habent decimum quartum annum, Alterum quod in commentario 29. dicit est, admiratione dignum esse, quo genio motus Hipp. dimiserit enumerare adolescentiæ morbos, cum aliòquin sibi proposuerit omnium ætatum morbos recensere, Verum aduersus Galenum complures interpretes surrexerunt in hisce duobus damnantes eum: primum, quia Hippocrat. noluit intelligere eos, qui sunt ante pubertatem, sed qui iam in ipsa sunt, Vndè patet etiam in secundo eum errare, quoniam sic haùd pubertatem, siue adolescentiam omisit, sed in hoc aphorismo eam traddidit. Ego autem hac in re certe quid decernam haùd habeo, cum uel Hippocratem, uel Galenum sit necesse nonnihil accusare, & certè mihi potius uidetur Hippocratem debere defendi, quem dixit Celsus, nec fallere, neque falli, ità ut accedere ad pubem nil aliud sit, quàm ipsam pubem ingredi. Sed & illud me torquet, cum in hac ætate erumpẽtibus menstruis, & semine fiãt adeò magnę mutationes, atque tunc hircire tam feminę, quã mares incipiant, quod signum est nõ paruę putredinis quę fit, & quam graues morbi solent comitari, ut Aristot. diserte satis docet 4. probl. sectio. 13. attamen dicit Hipp. in hac ętate fieri morbos antecedentes, & paucos alios, scilicet febres longiores, atque profluuia sanguinis ex naribus: nisi dicamus hic Hippoc. non loqui de toto pubertatis decursu, sed de ipsius initio, quod cum sit parum differens à fine præcedentis ętatis, iure similes quoque morbos producit; & præterea febres longiores atque profluuia sanguinis è naribus, Sed uidendum est modo qua ratione fiat, ut his duobus morborum generib. potissimum capiãtur puberes, & quantum spectat ad febres certè si hi comparentur seniorib. haùd quaquam ipsorum febres longiores sunt, uerum si præcedentib. ętatib. conferantur, fiunt in ipsis non modo febres, uerum etiam alij morbi diuturniores, eo quod in illis calor est maior, facultas expultrix robustior, & uegetior, quo fit ut celeriùs morbifica materia coquatur, citiusque cocta expellatur, tam per sensibi-

les,

©BIUM

les, quam per insensibiles meatus, vndè etiam sequitur, vt morbi omnes breuiores euadant: nec quicquã obstat, quod phlegma crassum magis abundet in ætate pueritiæ, in pubertate verò humores sint subtiliores, quoniam multò maior est excessus caloris, quàm crassities humoris, ita vt hæc ab ipso possit celeriùs superari. Cæterum de Sanguinis ex naribus cursu, Galenus in comment: & cum eo alij dicunt, propterea in hac ætate fieri sanguinis fluxum, quoniã tunc incipit hic humor super abundare, non quia plus eius procreetur, quàm prius, sed quia in ea etate minus absumitur in augumento, quam antea, vt ad corporis proportionem: & certè videtur, cessante, aut saltem imminuta illa magna dissipatione, plus sanguinis debere cumulari, Sed cum tũc quoq; menses fluere incipiant, atq; venere pariter vti aggrediantur, videretur sanguinis copiã potiùs imminui; & eo maximè quòd, vt dicebat Auuicenas lib. de animalib. ad faciendam dracmam vnã seminis, exiguntur quadraginta sanguinis. Itaq; quod fiant in pubertate magis effluuia sanguinis è naribus, non tantum videtur tribuendum copiæ, quàm etiam qualitati tenuiori, & aeriori ipsius sanguinis, quæ duę qualitates reddunt ipsum fluxibiliorem, & quodammodo humidiorem: nam Arist. 10. probl. 2. dicebat vni homini sanguinem è naribus fluere, quod cerebrum ipsius sit humidissimum, & amplissimum. Vndè venæ excrementis per ora eodem tendentia repletæ, profundere indè coguntur, eo magis, quia sanguis cerebri humiditatibus commixtus tenuior euadit, Itaquè in adolescentib. tria concurrunt ad profluuia sanguinis è narib. facienda, copia sanguinis, tenuitas, & acrimonia; necnon narium ipsarum ex humiditate laxitas. Vtilis est aphorismus, vt alij, &c.

28 *Plurimæ autem passiones puerulis iudicantur, nonnullę quidem in quadraginta diebus, nonnullæ in septem mensibus, nonnullę verò in annis septem, quędam verò iam ad pubem accedentibus. Quę verò permanserint, nec in pubertatem finierint, puerilis, aut fœminis cum menstrua erumpunt, consenescere consueuerunt.*

HIC aphorismus, nec admodum facilis est intellectu, nec etiam continuatu. Quod ego puto est, ipsum esse veluti quandã parenthesim: quandoquidem, si rectè res ipsa examinetur, & antecedens, & subsequens, sunt inter sese coniunctissimi, hæc verò interposita sententia, est quiddam aliud à propositis scopis, captum tamen ex antecedenti sententia, & in huiusmodi parenthesi puto scopum fuisse Hippoc. docere tempus, quo morbi longi in ætate prædicta iudicantur. Dixerat enim pubescentibus fieri longas febres, & interpretabar pro febrib. longis omnes alios morbos longos, atq; de his interponens sermonem, quando iudicentur, presentem interposuit sententiam, quę est purum decretum seu placitum prognosticum, sine ratione, sed sola experientia inuentum, quod tamen, potest diuidi in duas partes, quarum vna est ubiquando morbi pueriles iudicentur edocet: altera verò in qua, de ijs, qui non iudicantur, sic autem incipit pars prior. *Plurimę pueris passiones iudicantur.* Cõra Celsus lib. 2. cap. 1. transferens hanc partem suo more, Vbi dicit Hippocr. in pueris iudicari passiones,

inter-

interpretatur pueritiam periclitari, & certè iudicium penè nullum fit absquè discrimine, & periculo, Quid autem intelligat senex, pro voce illa παθεα, idest passiones Galen. putat non quoslibet, scilicet acutos, sed tantum morbos intellexisse diuturnos, quinimò voluit addendam esse vocem χρόνια, perindè ac si expresse dicat, morbos diuturnos sic iudicari. Ego verò puto, non tãtum eam vocem comprehendere morbos longos, sed etiam acutos, atque aliàs quaslibet affectiones præter naturales, tàm supra commemoratas, quàm prætermissas: præterquam .n. quod eius uocis sit propriè talis significatio, vsui etiã & rationi correspondet in dictis temporib. affectus pueris commoueri, eosque iudicari, & solui: vtob id Celsus dixerit eos periclitari. *Iudicantur κρίνεται*, qui exposuerunt hanc vocem prò mutari, haùd sanè prorsus fefellerunt, quando huiusmodi temporib. non modò soluuntur affectus pueriles, verumetiam & fiunt, & soluuntur, & mutantur. *Alij quidem quadraginta diebus*. Certum est hæc tempora, quæ hic ab Hippocrate numerantur esse concipienda, ab ortu, non ab initio morborum: nam, quę mentis esset stupiditas, dicere morbos pueriles durare posse septem annos, à tempore quo ceperint, Itaq; intelligenda est Hippoc. sententia de ætatib. hoc est temporib. quę per septennarium numerum consueuerunt, & ab Hipp. & ab alijs scriptorib. numerari, perinde ac si dicat Hippocrat. morbos in pueris vsque ad pubertatem, per septimanas fieri, & solui, quod sibi assiduis experimentis inuentum, voluit posteros docere, vt in curandis, & custodiendis pueris scirent, quæ tempora essent cauenda, & quid esset expectandum. De caussa autem, & ratione, ob quas potissimum his temporibus malè tractentur pueri nil certi potest afferri, nisi naturam ità perpetuò obseruare, vt suos motus tàm ad malum, quam ad bonum faciat per septennarium numerum & valdè simile est illi, quod scriptum reliquit 2. Epid. scilicet homines necessariò perire diebus, mensibus, & annis imparibus. *Qui verò permanserint*: Hæc est secunda pars aphorismi, in qua tractat, de ijs affectib. præternaturalib. puerorum, qui prædictis temporib. fiunt, sed non soluuntur, de quibus ità scribit. Qui verò permanserint, nec in pubertate pueris finierint, aut mulieribus tempore, quo menstrua fluere incipiunt, diuturni fieri consueuerunt. *Pubertas*, quæ non certò tempore singulis fit, sed alijs scilicet calidiorib. ocyùs, nempè 14. anno, alijs vsque ad vigesimũ, nempè frigidiorib. solet (vt dicebam) magnas mutationes in corporib. producere, eò quod viri tunc fiant Veneris potentes, magnoquè œstro agitentur, quemadmodum & mulieres, quando primum menses erumpunt, quo tempore dicebat Aristoteles eas magna diligentia esse custodiendas, atq; etiam malè olere ob calorem, atque putredinem, quæ tunc maiores, & plures sunt. Corn. Celsus lib. 2. cap. 1. addit *post pubertatem primis coitibus*, & forsan eiusdem cõtextus illam habuit quæ tamen haùd est necessaria. *Diù durare consueuerunt*. Celsus addidit hanc particulam in fine *sæpiùs tamen morbi pueriles, qui diutiùs manserunt, terminantur* quam forsan ex suo ingenio posuit. Si Hippocr. loqueretur tantum de morbis diuturnis ad quid dixisset, nisi tunc soluantur, fieri diuturnos? nam absurdum est dicere morbos diuturnos, hoc vel illo tempore fieri diuturnos, Quare voluit Hippoc. eos affectus præternaturales, qui fiunt temporib. prędictis tamquam iudicatorijs, nisi etiam tunc, cum fiunt soluantur, fieri diuturnos

©BIUM

nos, & exemplum eſt præcęteris Epilepſia, tumores aurium, ſtrumæ, quos omnes affectus quotidiana experimenta docent fieri diuturnos, niſi ſtatim illis temporib. quib. fiunt, ſoluantur: & ratio huius eſt, quoniam in temporib. dictis ab Hippocrate natura in motu cum ſit, non ſolum ſua ſponte materiam morbificam expellere nititur, verumetiam remedijs, quibus ars vtitur aduerſus eos morbos, magnopere auxiliatur: quod ſi illi non ſuperentur tunc, amplius à natura non tractantur, ſed veluti quieſcentes, aut paullatim augeſcentes in longum protrahuntur. Scio Aſtrologos conari cauſam horum euẽtuum in aſtra referre: Sed ij ſatis à Pico Mirandulano in præclariſſimo lib. quem conſcripſit aduerſus Aſtrologos confutati fuerunt, Eſt autem vtilis aphoriſmus partim ad prognoſim, partim ad praxim.

29 *Iuuenibus autem ſanguinis ſpuitiones, tabes, febres acutæ, morbus comitialis, & alij: ſed præcipuè antedicti.*

FINITA parentheſi, redit Hipp. ad continuandam tractationem de morbis ætatum familiarib. & Galen. (vt etiam aliàs dixi,) quaſi Hippocratem ſugillans, dicit ſeſe neſcire quomodo Hippoc. poſt puberratem, ſtatim tranſierit ad iuuentutem, omiſſa adoleſcentia, quæ à cunctis inter pubertatem, & iuuentutem collocatur, quæquè totum ſpatium à decimo octauo anno circiter, vſque ad vigeſimumquintum complectitur, Sed quaſi defendens Hippocratem dicit hanc ætatem, ſcilicet adoleſcentiam, quæ non admodum longa eſt, eſſe ſimilem pubertati, propterea huius morbos, ex illius morbis intelligi, atque huius exemplum profert, ſanguinis fluxum, ab Hipp. 1. poſitum, qui vtriq; ætati communis eſt. Et licet Celſus, hic adoleſcentiam, non iuuentutẽ appoſuerit: attamen certum eſt eo nomine etiam iuuentutem complecti. Itaq; patet, quo pacto connecti poſſit hic aphoriſmus cum eo, nam eiuſdem naturæ prorſus eſt, cum ſuperiore, ſine ratione, atque diuiſione. *Iuuenibus*; Certè negari non poteſt quin Hippocr. varius fuerit in ipſis ætatib. definiendis: Sed etiam illud veriſſimum eſt quod ſcripſit in Coac: prænot: nimirum à decimo octauo anno, vſque ad quadrageſimum, totam illam ætatem eſſe grauiſſimorum morborum valdè feracẽ & ego quoque puto prò iuuenib. hic intelligi à decimo octauo circiter anno, vſque ad trigeſimum quintum, alias enim dixit ſanguinis ſpuitiones fieri ſimiliter intrà huiuſmodi ſpatium, quemadmodum nunc ante alios morbos ponit. *Sanguinis ſpuitiones*, Cur hoc ſymptoma ſimili ætati contingat Galen. non admodum plenè explicauit; ſi quidem cum trib. de cauſis exputatur, ſiue extuſſiatur ſanguis: venarum fractura, corroſione, & relaxatione, hiſcè omnib. modis in ætate iuuenili multò frequentiùs, quam in cęteris fiunt ſanguinis excreationes, fractura quidem, quia in motu, & vociferatione valdè errat illa ætas, adhęc multo ſanguine eoquè bilioſo, atque ſalſo abundat: vndè fit, vt vitioſus ſanguis genitus corrodat, atque relaxet ipſa vaſa, vndè ſanguis profluit, hocquè maximè in pulmonib. contingere ſolet, qui cum ſanguine tenui, atque bilioſo nutriantur, facilè ab eo læduntur, vbi pluſculum talis euadit, Errores etiam graues quos ſolent iuuenes committere non modo ſanguini vitioſo reddendo, ſed deſtillationibus

nib. salsis, & acrib. occasionē prębēt, vndè fit vt postea tusses, & venarū corrosiones faciant, atq; hęc omnia, ità huic ætati vidētur propria, vt ferè nulli, aut paucissimi in alijs ætatib. simili morbo capti reperiantur: quapropter quòd dicit Gal. quasi carpens Hipp. s. hunc affectum cōtingere iuuenib. ex accidenti nō primo, neq; ætatis ratione, haùd verū est, quoniam, vt diximus, vtroq; modo fit in ipsis, & propter errores externos, & propter temperamentū calidum, atq; siccū. *Tabes* nōnulli intellexerūt hic tabē, pro febre hectica, quasi hæc frequētissimè contingat iuuenibus: sed licet hoc verū sit, est tamē, & illud verū febres hecticas, quę iuuenib. contingunt sæpenumero cōsequi sanguinis expuitiones: & quāquam hoc sit verissimum, & cuiuis medico non ignotū ad sanguinis sputum, cōsequi puris sputum, & ad hoc tabem (vt etiam 7. aph. scriptum habetur) attamen haud malè, & præter morem suum fecit Hipp. qui consueuit interdum etiam nota docere, quando scilicet sunt alicuius momenti. Quid enim est notiùs, quam quòd vbi aliquis ex labore delassatus est, eū quiete refici, debere? cū etiā bruta hoc sciāt, & faciant; attamen, non solum id docere voluit, verumetiam lib. 2. aph. 48. pulcherrimum fecit aphorismum: quare bene fecit Gal. qui prò tabe putauit Hipp. intellexisse veram tabem, hoc est illam, quę sequitur sanguinis sputum, & quæ communiter Φθίσις, ab Atheniensibus autem Φθοή nuncupata est. *Febres acutæ*, Gal. hoc in loco videtur quodammodo Hippocratē sugillare, tamquam debuisset non simpliciter febres acutas dicere, sed aliquas acutarū, scilicet tertianas, & ardentes, eo quòd non solum iuuenes, sed etiam pueri febribus acutis capiantur, Ego vero, licet fatear febres tertianas tàm cōtinuas, quā intermitentes, & legitimas, esse inter morbos acutos recensendas, quemadmodum, & ardentes; atq; ab his potissimū capi iuuenes, nihilominus non solū his, verum etiam, & alijs febribus acutis capiuntur, & quæ acutę febres videntur in pueris, non sunt simpliciter tales, sed plerumq; consequuntur inflammationes, cuiusmodi veteres numquā febres vocarūt, vt compluribus in locis testatus est ipsemet Galenus. Cur autem potissimum in iuuenibus, nō autem ità in pueris fiant verè, & simpliciter febres acutę, sed in iuuenib. caussa est, quoniā morbi oēs acuti fiūt à bile vel sola, vel cū alijs superabundāte, vt & Arist. & Hippoc. sæpe docuerunt, & nos quoque aliàs ostēdimus, huiusmodi autē humor, vt maximè abūdat in iuuenib. sic exiguus est in pueris, atq; is vsque adeò refractus à pituita, vt nō possit ità furere, neq; accēdi pro facienda febre acuta *Morbus comitialis*: Certè nisi faciamus differentē epilepsiā puerorū, & iuuenū, haùd scio qūo vera possit esse præsens sentētia, quandoquidē non solū multò frequentiùs pueri hoc morbo exercētur, q̄ iuuenes, ut ob hoc morb. puerilis sit dictus, verū etiā si qui iuuenes vidētur eo laborare, ferè oēs illū acquisiuere in pueritia, aut fit recēter, ob nimiū meraci potū: vt ob hoc Germani plurimi epileptici fiant, aut ob nimiū Veneris vsum, aut ob alios errores. Hūc modū cum aliq̄ doctissimi interpretes degustarūt, dixerūt Hipp. sententiā fuisse, qd in iuuētute morbi comitiales nō fiāt frequētiùs, quā in pueritia, sed qd facti magis exacerbētur, & diutius permaneāt, cū etiā dixerit aliàs epilepsiā, nisi ante 25. annū soluatur, numq̄ aliàs finiri, addūt etiā comitiales morbos, qui fiūt in iuuentute esse immaniores, quod, s. fiāt non à pituita, vt in pueris, sed à bile, q̄ est humor ferocissimus, & cuiusmodi factam esse in quodam Grāmatico aliàs

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 284 sur 867

©BIUM

fuit Galenus teſtatus. Verum, etſi ingenioſus ſit hic modus tuendi Hippocraticam dignitatem, minimè tamen tutus videtur, propterea quòd Hippocr. eo modo loquitur de morbo comitiali, quo loquitur de ſanguinis ſputo, tabe, & febribus acutis; atqui de illis loquitur vt generantur, non autem vt exacerbantur, ergo etiam ſimiliter & de morbo comitiali, vt ſcilicet generatur, non autem exacerbatur eſſe eum locutum exiſtimare debemus. Alij dixerunt, loqui Galenū de epilepſia eſſentiali, non per conſenſum, vt Chriſtophorus à Vega. Sed mihi accommodatiùs videtur dicere, aliam eſſe epilepſiam, quæ fit in pueris, quippe quę acuta paſſio eſt, & ſæpe interimit, ab ea quę fit poſt decimum octauum annum, quę diuturnus eſt morb. & rarò interficit, licet ſæuius tractet ob bilis mixtionem à quà efficitur, *Et alij*, *ſed præcipuè antedicti*. Viderat Hippocr. ſe pauciſſimos morbos huic ætati multorum feraci, vt habetur in Coacis prædictionibus, tribuiſſe. Ideò tamquam ſeipſum declarans ſubnectit, fieri quidem, & alios morbos, ſcilicet in iuuentute, ſed, præcipuè antedictos, qua dicendi formula eſt vſus etiam alias retrò.

---

30 *Vltra hanc ætatem aſthma: ideſt creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes; lethargi, phrenitides, ardores, diuturna profluuia, choleræ, difficultates inteſtinorum, leuitates inteſtinorum, hæmorrhoides.*

IVVENTVTEM de qua egit in antecedenti aphoriſmo ſequitur ætas cōſiſtentiæ, quæ à 35. vſque ad 49. extenditur, in qua homines magis conſilio valent, ſicuti iuuenes magis robore, Vndè eſt apud Græcos ἔργα νέων, βέλτε μέσων, εὐχαιτε γερόντων, & Gal. initio commentarij complura dicit, potiùs ad præcedentem, quàm ad pręſentem aphoriſmum attinentia: & inter cętera miratur cur Hippoc. inter morbos ætatis conſiſtentiæ non recenſuerit melancholiam, & inſaniam, cum hęc ętas proportione reſpondeat autumno, in quo bilis ęſtate genita, & frigore per accidens magis exuſta, peſſimos facit morbos, vt melancholiam, & inſaniam, niſi, (ait Galenus) dicatur deeſſe, melancholię partē, vitio ſcriptorū, cum aliquib. contextib. reperiatur. imò Celſus ponit inſaniam, cū tamē in alios morbos aliquos ab Hipp. cōmemoratos omiſſerit, itaq; Scopus Hip. eſt demōſtrare qui morbi potiſſimum fiant in ętate conſiſtentię, atq; in ea parte priore ſenectutis, quā alij crudā, alij viridē vocant ſenectā; ſententia eiuſdem naturæ cuius, & ſuperiores, ſ. pathologica, pgnoſtica ſine rōne, & ſine diuiſione; *Aſthma*, dixi aliàs nomine aſthmatis intelligere Hipp. quamlibet ſpirādi difficultatē, aliàs à Grecis δύσπνοιαν vocatā; ratio autem propter quā in hac ætate fiunt difficultates anhelitus, eſt quoniā calor paullìſper imminutus, haùd ità cōcoquit cibum, quē tamē appetunt: nihilominus iuuenib. vndè is multus acceptus, nec bene coctus in excrementa magna ex parte conuertitur, quo fit vt ea in pectus debile habentib. tranſlata, modò anhelitus difficultatē efficiant, modò laterum, modò pulmonum inflāmationes, prout, ſ. ad hanc, vel illam ſuſcipiendā corpora propenſiora reperiūtur: Etenim haùd eſt dubium quin requiratur corporū aptitudo ad morbos quoſlibet ſuſcipiēdos, alioquin ętas, vel alia cauſſa externa parū valeret ad eorū generationē. *Pleuritis, & peripneumonię*. Ferè ſemp cōſueuit Hipp. hoſcè duos morbos ſimul cōiungere, tū quia ſedes affectę ipſorū ſunt proximè, tum quia ab

eadem

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 285 sur 867

eadē penè cauſſa, & occaſione vterquè affectus generatur, licet nō ità facilè alter in alterum commutetur, quemadmodum ex Hipp. colligitur primo de morbis non longè à principio. Sed hoc in loco illud videtur aliquod dubium facere, quomodo hęc ętas ſit magis procliuis ad pleuritidē, ac peripneumoniam, quàm iuuenilis, quum in hac magis exuberet bilioſus ſuccus, ex quo fiunt ij morbi plerumquè, vt etiam Auicennas docuit lib. 3. cap. de pleureſi: niſi dicamus hoc eſſe intelligendum de ætate conſiſtentiæ, & illius parte, quæ eſt proxima iuuentuti, & quæ naturam quodam modo retinet adhuc iuuuentutis: nam in iuuentute fit quidem copioſa bilis apta ad procreandos illos morbos, verùm ob facultatis expultricis robur, ea partim cōſumitur, partim expellitur, ità vt nō ſufficiat eorum affectuum generationi; contrà autem in conſiſtenti ętate, & primo ſenio partim retinetur bilis in iuuentute genita, partim generatur, Cumquè ob maiorem facultatis imbecillitatem haùd queat conſumi, & expelli fit, vt faciliùs ex ea gignantur pleuritides, & peripneumoniæ: præterquam quòd hæc etiam à ſanguine pituitoſo fiunt, qui proculdubio magis in ſenectute quauis, & conſiſtentia, quàm in iuuentute abundat. *Lethargi*. Hic quoque morbus, ſiue propriè accipiatur, ſiue communiter, prò qualibet ad ſomnum propenſione iure magis fit conſiſtente primaquè ſenectute, quam in iuuentute; quoniam ſanguis pituitoſus, atque ipſa pituita, vndè ortum ducunt, copioſius fiunt in hac ætate: & hoc eſt quod dicebat Hippocr. in lib. de hominis ſtructura, cum cerebrum hominis repletum fuerit humoribus frigidis, lethargum fieri. *Phrenitides, febres ardentes*, cum hi duo morbi fiant à bilioſis ſuccis putreſcentibus in cerebro, atque in venis maioribus cordi proximis, videtur difficile captu, quomodo fiāt, in ætate frigidiore; Sed veritas eſt, ætatem de qua hic loquitur amplam eſſe, atq; extendi vſque ad ſexageſimum tertium, vnde cum illius principium ſit iuuentuti coniunctum, habet quoque illius qualitates, vt ob hoc partim in ipſa generetur bilis, partim ante genita, nec à calore naturali (iam debiliore) amplius gubernata, putredini exponatur, & pro ut in cerebro, vel propè cor putreſcit, ac inflammatur, ſic faciat phrenitidem, atq; febres ardentes; accedunt his curæ maximè huiuſcè ætatis proprię, à quibus conſentaneum eſt augeri calorem, & humorum turbationes fieri; vndè prò natura humoris peccantis, & prò corporum aptitudine varij, atque diuerſi fiunt morbi; neq; dubitandum eſt à curis etiam coraffici, quādo quidem à Græcis dicuntur *μελαιδόναι*, à noſtris curæ, quaſi cor, & membra edant. *Alui profluuia diuturna;* Cur alui fluxus, qui in hac ætate contingūt, diuturni euadant, tres adfert Galen. rationes, quas priuſquam explicem, ſcire oportet, ſenibus ſuaptè natura haùd multum, & frequenter accidere fluxus alui, cum ſeſe in viuendo prudentiùs gerant, habitumq. corporis ſiccum habeāt neq; hoc dicit Hipp. Sed ſi aliquando ab eo affectu capiantur, diuturnum in ipſis fieri quemadmodū etiam aliàs Hipp. dixit ægrotare minus ſenes iuuenibus; Sed qui ipſis contingunt morbi longi, comitari eos ad mortem, Rationes quas affert Gal. & benè ſunt in primis, quod quę fiunt in ipſis alui profluuia, vt plurimum occaſionem habent ex bile anteà genita, & retenta, cum autem ratione ætatis diſtributio alimenti ad partes alendas minor fiat, magna pars mittitur in inteſtina, quæ lubrica reddita, vna cum fœcibus mollioribus fouent, & conſer-

Dubit.

Solutio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 286 sur 867

©BIUM

uant fluxum, Accedunt, & huic cauſſę alię duę, nimirum imbecillitas caloris, & debilitas facultatis retentricis, ob quas ex male coctis cibis, nec debito tempore in ſtomacho, & primis inteſtinis retentis fiunt crudi, & humidi ſucci, qui iugiter per inteſtina fluentes, ipſorum lubricitatem augent, ſiquè vtraquè facultas, ob caloris natiui paupertatem adhuc debilior efficiatur, poſt profluuia fiunt inteſtinorum læuitates, ſcilicet quia penè emortuus natiuus calor non ſolum haùd poteſt concoquere alimenta, ſed nec immutare; vndè ſequitur lienteria, quam etiam inter alios huiuſcè ætatis morbos recenſuit Hippocr. *Cholera & dyſenteriæ*. Quæ à Græcis vocatur χολέρη, à noſtris modò dicitur cholera, modo cæliacus morbus, & fit quando ſtimulata natura in ſtomacho, & prioribus inteſtinis, vel à bile, vel ab aliquo alio humore crudo, & ſalſo, ſuprà, & infrà noxios humores propellit: & certè ſi res ipſa æſtimetur, vbi hic morbus generatur in ſenibus, puto illam potiùs fieri à multitudine crudorum ſuccorum nimis ventriculum grauantium, quàm à bile, aut acriore aliquo ſucco, quod (vt dixi) & coctrix facultas, & retentrix ſint admodum imbecilles redditæ, ità vt nequeát ſuſtinere quod oneret, & ſtimulet: propterea vndecumque ſeſe exonerare natura nitatur. *Hęmorrhoides*. Iure Galen. dicit profluuium ſanguinis ex hæmorrhoidibus eſſe proprium, & familiarem huiuſcè ætatis morbum, non ſolum quia experientia ipſa id veriſſimè docet, verumetiam, quia ob curas, & iuges eruditates generatur in ipſis ſenibus ſanguis melancholicus, & grauis, qui ſuo pondere in venas anni ad eum recipiendum deſtinatas, facilè labitur, qui ſi modum eccedat, ad hydropem, & mortem terminatur; ſin autem intrà modum ſeſe contineat, ab alijs morbis, vt lepra, epilepſia, alijſquè ſimilibus ſenes reddit immunes, vt 6. Epid. diſertiſſimè docuit Hippocr. Dubitant hic nonnulli, Cur Hippoc. Apoplexiam huic ætati valdè familiarem omiſerit, & præterea quomodo poſuerit hic Hippocrat. hæmorrhoidas inter morbos ſimiles, cum in Coacis prænotionibus ſcriptum reliquerit à 42. anno vſque ad 63. non fieri hæmorrhoidas. Et circà primum dubium, puto dici poſſe, hic non meminiſſe apoplexiæ, quoniam hæc ætas ferè in omnibus producendis morbis eſt valdè ſimilis ſubſequenti, in qua cum frequenter contingant ij morbi, maluit in ea apoplexiá proponere, quàm in hac, in qua abſtinuit eos recenſere, qui non ità ſunt in ipſa frequentes; Et certè cum in nulla ætate deliberauerit omnes morbos enumerare, ſed tantum aliquos, atque eos principaliores, non eſt mirum ſi aliquos dimiſit. Ad id verò quod dubitatur de hemorrhoidibus. Dicendum eſt eas fieri, dupliciter intelligi poſſe, vel quod iam anteà innatæ magis exacerbentur, vel quod nouiter fiant: primo modo loquitur hic Hipp. Secundò autem modo loquitur in Coacis: nam in ea ætate, nec ſanguinis generationi, neque cacochymię datur occaſio, vt quæ numquam anteà affuerint hæmorrhoides, naſcantur. Vtilis eſt, &c.

Dub. 1: Altera.

Ad Primum.

Ad ſecundam.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 287 sur 867

31 *Sembus ſpirandi difficultates, diſtillationes cum tuſſe, vrinę ſtillicidia, vrinę difficultates, articulorum dolores, renum paſſiones, vertigines, apoplexię, mali habitus, pruritus totius corporis, vigilię, alui, oculorum, & narium humiditates, viſus obtuſus, glaucedines, auditus graues.*

IVRE hic finis datus eſt libro tertio, quia ſimul etiam de vltima ætate tractatur ab Hipp. quæ eſt ipſa ſenectus, Et quamuis vtatur voce πρεσβυτέροισι, quam iam diximus aptari natu maioribus hic tamen accipienda eſt prò γέρουσι, quos dicebat Plutarchus ſic eſſe appellatos, quia γηροῦσι, ideſt ſilicernia ſunt, Eſt igitur Hippoc. ſcopus in præſenti aphoriſmo docere, qui morbi fiant in extremo ſenio, & ſententia eſt eiuſdem naturæ, cuius & ſuperiores, neque commodam vllam diuiſionem patitur *Difficultas anhelitus*. Hic morbus primo recenſetur, qui vere eſt in ſenibus omnium aliorum frequentiſſimus, & ratio eſt, quoniam pectus habent, & pulmones infirmos, caput verò excrementitium, & pituitoſum, quo fit, vt materia copioſa deffluat, atque recipiatur faciliter, quę brõchijs pulmonum infarcta, impedit, quò minus, vt deceret, fuligines exeant, & ingrediatur aer, ſicquè difficultas anhelandi cum tuſſi exoriatur, quæ à Latinis ſuſpirium eſt appellata, & qua dum laboraret in extrema ætate Seneca dicere ſolebat ſeſe quotidie experiri, quid eſſet animam exhalare, *Vrinæ ſtillicidia, & difficultates*. Et hæ ægritudines, & articulorum dolores, cum ſint effectus deſtillationum in extremo ſenio facilè generantur, quoniam, & veſicæ expultrix debilis eſt, quemadmodum & articulorum: vndè cum partes recipientes, ſint ſemper tam ad recipiendum, quam ad inuitandam totius corporis facultatem expultricem, vt eò mittat excrementa in uniuerſo corpore redundantia, iure ſequitur, vt ij morbi in ipſis gignantur: quòd autem dicit in Coacis Hippoc. in veſica lapidem non generari à 42. anno vſque ad ſexageſimum tertium, haùd contrarium eſt præſentis aphoriſmi ſententię, quandoquidem, cũ in extrema de qua hic loquitur Hippoc. hoc eſt poſt ſexageſimum tertium ætatis annum ſit facta, (vt dicebam) expultrix veſicę multo debilior, quam anteà, ac craſſi, & glutinoſi ſucci augeantur, facile contingit, vt hi in veſica retenti, ob diutinam moram euacuatis tenuioribus partibus, & aqueis cõſumptis, reliquum terreſtre tandem induretur, atque in lapidem conuertatur, quo fit etiam, vt tophi circà ipſos articulos geniti podagricos, alioſquè articulorum affectus incurabiles reddant, quemadmodum è cõuerſo in ſenectute illa cruda, cum nondum facultas expultrix ſitità debilis reddita, & homines prudentiores, atque in viuendo accuratiores, minus excrementorum craſſorum gignant, & conſequenter hiſcè morbis infeſtantur minus, niſi tamen prius ſint geniti, ſcilicet ex aliquo lapillo renali in ipſam veſicam delapſo, ibiq. retento, & paullatim aucto, *Et renum*. Nephritidem quoque non generari intrà 42. & 63. dixit ibidem in Coacis Hippocr. & quamquam propriè nephritis dicatur de inflammatione renum, ut phrenitis pleuritis, heppatitis, de inflammationibus earum partium, attamen idem etiam de renali calculo intelligendum eſt, quandoquidem rarò fit ut in ea ętate fiant lapilli renum iam deferueſcente ipſorum calore, niſi tamen genitus ſit in antecedente ętate, aut niſi adſit natiua aliqua propenſio, cuiuſmodi eſſe ſolere

dixit

©BIUM

dixit Hippoc.2. prorrhet: & de qua etiam loquens 7.6. Epid. dicebat ſe numquàm uidiſſe nephriticũ quinquagenarium ſanatum. *Vertigines, apoplexia.* Quod ſpectat ad vertigines, cum hę fiant, (vt ſignificat Galen.) tàm per eſſentialem, cerebri affectum, ſcilicet, ibi genitis vaporibus ſpiritus animales inordinato motu cientibus, quàm per conſenſum, quando ſcilicet à ſtomaco, vel inteſtinis aut à liene ſucci craſſi, & vapores in cerebrum mittuntur, qui ſimiliter ſpiritus concitent, proculdubio in decrepitis contingunt, in quibus, & minera vaporum ſemper eſt parata, & calor debilis, qui ex ea vapores attollit, nec eos diſſoluit. Sed (vt rectè monet Galenus) ſi quis eſt morbus maximè omnium huic ætati familiaris, ac ferè propriùs proculdubio eſt apoplexia, cuius prodromus ferè ſemper eſt vertigo; Vndè quibus de cauſſis hæc fit, ijſdem ſed grauioribus ſolet fieri apoplexia, nempè quãdo craſſi ſucci nimium in cerebro exuberantes, vel in cor (vt dicebat Ariſtot. 1. probl.) vel in cerebri cauernas pręcipitati, eas opplent, ità vt nequeant indè ſpiritus, per vniuerſum corpus ſua illuſtratione propagari; Sed hoc in loco hæſitabit aliquis, quamobrem Epilepſia, quæ eſt quaſi germana vertiginis, & apoplexię, non ità frequenter, imò verò rariſſimè in hac eadem ætate contingat, vt ob hoc etiam Hipp. illius non meminerit, neque in hac, neque in antecedente ætate? Ad quod reſpondendum eſt, quod alias docuimus ex ipſomet Hippocrate, verè poſt 25. annum rariſſimè fieri Epilepſiam, niſi ab erroribus in venere, & potu, necnõ in alijs: factam verò, atque ad id tẽpus peruenientem curari; ratio autem eſt, quia motus epileptici fiunt, ob validum facultatis cerebri nixum in depellendis ſuccis, & flatibus à ventriculis ipſius, quæ quidem vis poſt vigeſimum quintũ annum incipit deminui, ità vt nequeat impetum illum comprimere, quo fit, vt potiùs fiãt apoplectici, quos etiam à duriſſima tuſſi cerebrum ipſum male concutiente fieri prodidit Hipp. 6. Epid. ſect. 7. *Habitus corporis malus κακοχυμία* Græcę, quem affectum inter tabis genera recenſuit Celſus lib. 4. cum autem hic fiat ob vitiatam iocinoris uim ſanguificatricem à caloris natiui paupertate, non eſt mirum ſi in decrepitis, in quibus calor valdè languet, conſequenter mala ſanguificatio fiat, quam deindè ſequitur malus corporis habitus, Accedunt vigilię hiſcè, & pruritus, ob ſalſos, & mordaces vapores, atque ſucco s, in decrepitis ex putredine pituitę ortos, à quibus cum inſigniter lædatur natiuus calor, iure prędictę affectiones ſubſequuntur, ſcilicet omni coctione uitiata, & cruditatibus nimis factis, de quibus loquens Auicennas dicere ſolebat eas eſſe matres omnium ægritudinum; ad quæ omnia præſtanda (vt inquit Galenus) non parum faciunt curæ, & cogitationes iuges, quibus hæc ętas oppreſſa valdè exiccata omnia uiſcera habet. *Alui, oculorum, & narium humiditates.* Vſu quidem quotidiano experimur nobis ipſis ſenioribus aſſiduo, & oculos, atque nares ploratu laborare, ob immenſam in cerebro exuberantem humiditatem, quemadmodum etiam ferè ſemper labia, & ora ſputo madent, Etſi enim ſuaptè natura ętas decrepita ſit potius frigida, atque ſicca, attamen ob iuges cruditates, & ob ſuperflua excrementa, dicuntur ſenes humidi; Sed quomodo ipſius alui fiant humidę, non ità ratio patet, neque vſus correſpondet cum Hippoc. alias 2. aph. 20. dixerit, *quibus in iuuenta aluus eſt humida, ijs ſeneſcentibus fieri ſiccam;* & certè hoc pleriſq. ſenibus contingit, vt habeant aluum humidam

Dubitatio.

Reſpõſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 289 sur 867

non ratione ætatis, ſed quia humiditates à cerebro in ſtomachum, atque inteſtina præcipitatæ, ea lubrica reddant. *Viſus obtuſus*; Dicebat Ariſtoteles ſecundo de anima, ſi ſenex haberet oculos, quales habent iuuenes, eum eſſe æquè viſurum, quod quoque de auribus intelligendum eſt: cum enim inſtrumenta horum ſenſuum in multa ætate valdè exiccentur, atque rectæ operationes animæ conſiſtant in bona inſtrumentorum temperie, ſanè rationi conſentaneum eſt id, quod dicit Hippocr. nimirùm in decrepita ætate, & hebetudines viſus, & glaucedines oculorum, & auditus grauitates fieri; Atque ij ſunt, quos Plautus ſolet vocare Acherunticos ſenes, quaſi habeant, (vt dici ſolet) alterum pedem in cymba Charontis: Eſt vtilis aphoriſmus, &c.

†††

FINIS TERTII LIBRI.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 290 sur 867

©BIUM



©BIUM

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS,

PRÆLECTIONES PATAVINÆ

IN QVARTVM LIBRVM APHORISMORVM HIPPOCRATIS.



POST HABITA omni præfatione, Quarti Aphorismorum interpretationem aggrediar: in eoq. explicando, eundem prorsus ordinem seruabo, quem etiam in cæteris obseruaui. Et primo quis sit huius ad antecedentem ordo, & connexio afferam in medium, post quæ in eo tractentur aperiam, postremo primum aphorismum more nostro explanare incipiam. Quod enim pertinet ad Connexionem aliàs dixi ociosum, & inutile opus esse nimis anxie quærere huiusmodi Connexionis quas vsque adeo contempsit Galenus, vt raríssimè illarum meminerit. Verùmtamen si quicquam hac de re potest probabile afferri, illud dicerem tractioni de temporibus, anni, atque ætatibus in tertio libro habitæ, subiunxisse tractationem euacuationum tum per medicamenta tum per sanguinis detractionem atque tam spontaneam, & à facultate corpus gubernante, quam ab arte factam, quoniam cum sibi de hac maxima medicinæ parte esset agendum, opus fuerunt & temporum, & ætatum cognitionem habere, à quibus euacuandi, & medendi occasiones, ac iudicationes nanciscimur, vt de nat. hum. est ab Hippocrate demonstratum. Adeò vt principalis tractatio huiusce quarti lib. sit de euacuatione qualiber, nempè naturæ, & artis, atque cuiuslibet partis, siue superioris, siue inferioris. Et quia euacuatio tam seruit prædicendi facultati, quàm exercendæ ipsi medendi arti, propterea in hoc quoque libro multa sunt congesta ad vtramque medicinæ partem spectantia. Iam verò, vt ad primum aphorismum deueniam puto

Ordo doctrinæ.

Connexio.

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 292 sur 867

©BIUM

primum locum Hippocratem tradidisse purgationi prægnantium, quoniã nulla est æquè difficilis, ac tanti momenti atque hæc est, quòd totam speciem humanam, non tantum peculiarem respiciat.

---

1 *Vtero gerentes, Sunt medicandæ, si materia turget quarto mense, & vsque ad septimum: sed has minus. Iuniora autem, & seniora vereri oportet.*

EST hæc sententia præceptum pure practicum Corn. Celsus videtur hunc Aphorismum interpretatus cum dixit lib. 2. cap. 10. Firmus puer, & robustus senex, & grauida, mulier valens tuto curatur. Et mulieri prægnanti post curationem quoque viribus opus est, non tantum ad se sed etiam ad partum sustinendũ, sententia pro faciliori intelligentia diuidi potest in tres partes, Quarũ prior est. Prægnantes, vbi purgare oportet turgente materia id faciendum esse quarto quinto, & sexto mense. Circa quod tot sunt lites excitatæ ab expositoribus, vt ferè nondum sit ijs vllus finis inuentus, quæ quoniam inutiles sunt, ac lectorum ingenia à rebus grauioribus retardant, à nobis dimittatur. Quæ enim sint κύουσαι, seu prægnantes à nemine ignoratur, quę vtrum sua sponte sint semper ægrotantes, vt dixit Arist. & probauit Vitruuius dum scripsi: eas numquam à venditoribus, sanas præstari, an verò etiam ipsæ sanitate vera fruantur, haud oportet disputare, quod apud Hippocratem diffinitum, & hoc in loco suppositum inueniatur etiam prægnantes, quantum sit ex ratione vteri, nisi noui morbi accedant, sanas alioquin degere, imò cum dixerit Hippoc. lib. de morbis mulierum, has, nisi concipiant, haud posse longa sanitate frui, simul significare voluit prægnationem esse mulieri naturalem, ac ob id esse non posse morbũ, quantum sit ex ipsa, qui est res præter naturalis. Vtere Φαρμακεύειν, vsitatissima Hippocrati, vt optimè adnotauit Gal. & in hoc aphor. explicat: & alibi sæpè nil aliud significat quam per medicamenta purgare, siue id fiat per superiora siue per inferiora. Sed illud non est ignorandum tempore Hipp. purgantia medicamenta fuisse grauia, vt Elaterium, Scammonium, Helleborum Colocyntis, Granum Ginidium, & similia. Nostris autem temporibus multo minora fuisse reperta. Rhabarbarum Manna, Sena Tamarindi, Myrobalani, Agaricus verò & si à Galeno, & Dioscoride recenseatur inter purgantia, haud ita in frequenti vsu erat, vt nostris temporibus. Præterea purgatio Veterum habebat aliàs conditiones, scilicet quod non semper antecedebant tot præparationes, quemadmodum hisce temporibus præmittere solemus, Etenim Galen. lib. 2. de fracturis tex. 27. reddens rationem, cur Hipp. daret Helleborum absque præparatione inquit: fuisse, quoniam tunc corpora ob maiorem vitę temperantiã erant parata, Adhęc cum nondum ars pharmacopolarum vsque adeò creuisset, & exculta esset, quemadmodum posteris tẽporibus, pharmaca quę propinabãt erant simpliciora, neque ipsa parata, & composita sicuti nunc. Vndè his omnibus de caussis purgationes veterum erant periculosiores, vt iure Hippoc. eas dixerit esse molestas sub cane, & ante canem, atque vitandas esse primis, & postremis prægnationis mensibus, Sed tum hoc in loco nonnulla non sine considera-

Diuisio.

Purgãtia temp. Hippocr. qualia.

Not.

tione

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 293 sur 867

tione prætereunda. Primum est quomodo intelligendum sit illud à quarto ad septimum, Cur addiderit si materia turgeat, Et quod pertinet ad primum est non leuis difficultas, quoniam Galenus in com: historiæ Epid. 13. quæ est Mulieris prægnantis in tertio mense à diro morbo seruatæ, vna cum quarto mense enumerat quoque tertium, tamquam in hoc etiam grauidæ difficilius, quàm in prioribus mensibus ruinas patiantur magis, & ipsæ, & fœtus seruentur; Pro responsione dicerem, additam esse vocem τριμηνα, nisi eam repetitam haberemus, aliqui dicunt: vere tertio mense rarius abortiri, sed satius puto dicere, pro trimestri fętu intelligendum esse finem ipsius tertij mensis; qui eiusdem naturæ est cum quarti initio; sicuti de alijs similib. dicere solemus, quod verò dixerit ad septimum vsque, aliqui putãt complecti ipsum, aliqui excludi, vt Conciliator, ego puto includi, quia tunc etiam si fętus excludatur, vi purgationis est vitalis, & propterea minus ipsi & matri imminet periculi causa autem periculi eiusq. mensis appositè satis à Galeno proponitur exemplo fructuum arborum, qui prioribus & extremis diebus facilius decidunt quàm medijs. Ad aliud dicendum est interpretem antiquũ loco (*si materia turget*) transtulisse (*si conuenit*) quasi non temere, neq; semper, sed postulante aliqua necessitate illud sit agendũ; Cõstat autem huiusmodi necessitas in sex reb. In materię turgentia, In prefocatiua. Vbi cõtinetur, circa membrum aliquod principale vel necessariũ vitæ. Vbi materia per se sit parata, sed facultas expultrix prægnantis debilis, Vbi materia est praua, & venenosa, Sed si ita est, cur potius Hippoc. dicere uoluit si materia turget; Respondeo, pro turgentia materiæ non modo motum, & efferuescentiam, vt vox videtur propriè significare, verumetiam quãlibet vrgentiam complexus est. Verum cur purgatio sit vsque adeo periculosa in omnib. prægnantibus multiplex est ratio, primum quia omnia medicamenta purgantia amara, ingrata, atque insuauia, & venenosa pleraquè sunt, vt est, apud Arist. 1. sect. probl. cuius generis res, & abhominationem, & perturbationem in cunctis pariũt precipuè verò in prægnantibus, imò Hipp. 1. lib. de morbis etiam cibos amaros, & ingratos abortum facere tradit. Secunda ratio est, quia dum operantur, magnam agitationem magnamq. concussionem faciunt, & ingentes uomitus aliquando, quibus fœtus læduntur. Tertia est quia dolores, & cruciatus interdum magnos concitant, imò etiam febres, quæ grauidis accidunt, quantum adferant detrimenti omnes sciũt, Verum dicet aliquis in primis, & postremis mensibus, si mulier acuto morbo tentetur quid agendum est; nam ex vna parte si dimittantur sine medicatione, periclitantur de morte, quia vt dicebat Hipp. 5. aph. 30. grauidam acuto morbo tentari, lethale est, tum quia dicebat Galen. in com. morbus acutus habet febres cõtinuas iunctas, quæ preter alia mala cibationem oportunam grauidarum impediunt, tum quia si morbus sit acutus sine febre, vt Conuulsio, Epilepsia, Apoplexia; vehementia, & contentione magnopere lædit. Ex altera verò Hipp. hic non vult esse purgandas. Et licet 1. Epid. sect. 3. mulier quæ in littore decumbebat tertio mense pregnans cum vomitu ingenti bilioso sit iudicata, id tamen taquam exemplum rarum, ut ait Gal. ab Hipp. propositum fuit, & 5. Epid. Vxor Antimachi secundo mense pregnans sumpto valido catapotio purgante eadem die fuit extincta. Ad hanc dubitationem. Quicquid dicat Auerr. 7. Collec. c. 4. de

Dub. *Resp.* *Dub.* *Resp.* *Cur purgatio periculosa in prægnantib.* *Dub.* *Resp.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 294 sur 867

©BIUM

Resp. modis euacuandi quem videre oportet, puto respondendum esse, & erit etiã declaratio. Secundę, atq; tertię partis aphorismi, s. nullas prægnantes in leuib. morbis vmquam esse, aut lenientib. aut electiue ducentibus tractandas. Cęterum in

Prægnantes quando purgãdę. morbis acutis, & grauib. in quib. periclitantur, & mater, & fœtus, si ægrotantes sint in quarto, quinto, & sexto, & septimo purgare licet quouis medicamẽto, verum hæ omnes mitiùs tractandę sunt, quam si non essent prægnãtes, siquidem prægnationis indicatio in moderando medicamẽto, haud quaquam est exigua, Cęterum iuniores, & seniores turgẽte materia non nisi extrema necessitate sunt purgandæ, atq; tunc mitissimę: Neque n. Hipp. inquit eas prorsus poscente necessitate, esse à qualibet purgatione arcendas, sed ἐυλαβεῖσθαι χρὴ, i. quantũ fieri potest cautè declinare, & vereri; Etenim Hipp. 5. Epid. in casu commemorato vxoris Antimachi, non damnauit medicamentum purgans, sed quod esset datum potentius quam par erat, & quod ante non bibisset aquam, nec vomuisset, quare manna Tamarindis, Melle ros. sol. Myrabolanis postulante vsu licebit vti; Nã de agarico, & Rhabarbaro ipse quoq; sum anceps, quod & hæc sint ingrata, amara, & propterea non parum perturbantia, licet Melues Cassiam, & Rhabarbarum ponat inter electiuè ducentia benigna, & prægnantib. cõuenientia. Porrò vtilitas aphorismi in actu practico, quæ sit, à nemine non perspicitur; quandoquidem docet rem omnium grauissimam, & difficillimam, nempè modum

Aph. vtilitas. sese gerendi in curandis ægrotantib. grauidis circà pharmaciam, nam de chyrurgia aliàs docebit, quib. habitis non est etiam difficile cognoscere quæ debeat esse ratio diætandi, & vtendi omnib. sex rebus non naturalib. vocatis, in quibus instituendis debet maximè prudens esse medicus, vt omnia caueantur, quæ instar medicamentorum purgantium commouere, & conturbare corpora queunt. Nec obstant huic resolutioni argumẽta Aucrois loco citato adducta, scilicet quod motu faciant prauos humores ad ipsum cum impetu confluere, quòd complura prouocent vrinam, & consequenter menstrua, non valent inquam, quoniam cura prægnantium planè coacta est non regularis, vndè cum periculum maximum immineat, satius est aliquid etiam cum aliquo periculo tẽtare, quam & fœtum, & matrẽ certo exitio permittere, Nec similiter valet, quod excitetur à pharmacis vomitus, quãdoquidem inter euacuationes omnes forsan, is minus affert detrimenti tũ quia est motus cõtrarius abortui, tũ qa vsu, atq; experientia quotidie experimur pleraſq. mulieres pgnantes absq. aborsu vomiturire, & vomere.

---

2 *In medicationibus talia educere è corpore, qualia & sponte prodeuntia vtilia, quæ verò contrario modo prodeunt, cohibere oportet.*

Connexio. CONTINVATIO quę elucet in hoc aphorismo cũ superiore, est quod supra de purgatione grauidarum egit, nunc de purgatione in vniuersum loquitur, cuius sententiam quandam, seu documentum proponit, quod non minus ad prognosim quàm ad curationem pertinet, atque in duas partes secatur in vnam, *In purgationibus talia ducere oportet, qualia si sponte fluant, vtilia sunt.*

Diuisio. Alteram, *Quæ verò contrario modo eunt, sistere oportet.* Circà igitur primam Gal qui fuit satis in hoc commentario profusus dicit Hippoc. in aph. illo *si talia euacuentur, &c.* Locutum esse de omni genere euacuationis, in hoc autem solum verba facere,

©BIUM

facere, de euacuatione per pharmaca purgantia, vt propterea dixerit sua lingua ἐν φαρμακείῃσι, sic. n. semper vocat purgationem per pharmaca, quã κάθαρτιν vocãt communiter; Vndè quod dicit Hipp. est, vbi medicus purgare vult corpora, seu euacuare pharmacis debere eos humores ducere, quę αὐτόματα exeũt, i. spõtè euacuãtur. Iam verò αὐτόματα dicũtur exire, vt optimè docet Gal quæcũque sine vlla medici opera excernũtur: Quęq́. exeunt vel facultate uniuersum corpus gubernãte ipsa expurgãte, vel ob aliquã intestinam stimulationem, vel qđ à facultate retẽtrice impedita aut lęsa nõ cõtineantur: Hęc autem omnia semper exeũt, eo qđ praua sunt, atq; ipsi naturę onerosa, & molesta; vndè qđ vult dicere Hipp. est, debere medicũ ea tãtum educẽda pharmacis sibi proponere, quę noxia sunt, & naturę ipsi incõuenientia, id quod ut fiat rectè opus est, ut quæ duci debeãt, in primis cognoscatur, scilicet an bilis, an pituita, &c. deindè quibus sint ducẽda, quomodo, quãdo, & demum per quę loca. Nam euacuatio omnis aut fit per totum; cuiusmodi est sudor, exercitationes, frictiones, vt balnea naturalia, atq; ipsa inedia; aut partes, quę ducunt ore per uomitũ, uel sputũ; uel screatum per tussim, quæ à narib. per sternutationem, urinam, aluum, aut per uenas, qualis est omnis euacuatio sanguinis siue arte facta, siue naturalis, ut per hæmorrhoidas, ꝑ uterũ, per nares; Verũ, si quod dicit Hipp. propriè accipi debeat, solummodo eius sententia est intelligẽda de purgatione per aluum aut uomitum, quippè quib. euacuari specialiter, & æqualiter solẽt humores quilibet peccãtes, quos maximè debet is medicus spectare, qui purgãte medicamento prudenter & cum fructu est usurus. Cęterũ modi quib. peccantes humores cognoscũtur, ad hoc ut pellantur, cõplures sunt, ut docet Galen. in com. vnus est per colores tã in toto, quã in unaquaq; corporis parte: sic. n. ex solo colore gloriabatur Gal. sese malè habentis iocinoris statum intellexisse, & in 4. de tu. Valet. 4. dominantes in toto corpore crudos succos ipso cutis colore cognosci dicebat. Secũdus modus est ꝑ ipsos affectus, atq; symptomata, adhęc tẽpus anni, locus, ratio uictus, animi mores, aliaquè similia pro cognoscẽdis peccantib. humorib. non parum adiumẽti afferunt, quorũ singulorum accõmodatissima exẽpla proponuntur à Gal. in com: ubi etiã mõstrat id qđ dicit Hipp. 5. si purgẽtur qualia oportet, conferre ægrotantibus, s. esse purgãdos exuberãtes humores, atq; ipsum ægrotantẽ qualitate molestãtes; sed quia rerum similitudine non modo uulgares uerumetiam periti artifices sæpenumero decipiũtur, ad tollẽdam huiusmodi deceptionẽ addidisse etiam scribit εὐφορίαν, quæ non modo in purgationibus uerumetiam in cunctis morbis magnam uim ad salutem habet, ut Hippocr. docuit 2. lib. prognost. Cæterum quæ sint euacuationes illæ spontaneæ, quæ cum fiunt, conferunt, & leuiter feruntur, quasq́. medicus imitari debet non est difficile reperire tum in Epid. lib. tum etiam in aphorismis, ut sunt illi commemorati à Galeno in com. Verum ne fallamini sciendum est huiusmodi operationes spontaneas, siue naturales multas habere differentias; aliæ enim sunt uerè naturales nihilquè pręternaturam coniunctum habentes, ut est coctio, & nutritio, Aliæ sunt puræ symptomaticæ, & à natura ui coacta proficiscẽtes, Alię uerò sunt inter has medię nẽpe quę fiunt à natura quidem stimulata, sed debito ordine, tempore & absquè læsione cuiusmodi est euacuatio omnis verè critica, hoc est materię concoctę, & de hac spon-

Sensus Aphor.

Humores peccantes quomodo cognoscãtur.

Not.

©BIUM

ſpontanea, atq; naturali euacuatione intelligendus eſt præſens aphoriſmus. Cõcluſio itaque prioris partis hęc ſummatim eſt; medicum debere vbi purgat, ſemper duos ſcopos habere, vnum vt euacuet qualia ſponte à natura rectè operante euacuantur, hoc eſt, vt humores ſolum qualitate peccantes debitis medicamentis loco, & tempore euacuet; Alterum vt vbi euacuat numquam noceat, ſed ſemper iuuet, atque euacuatio ab ægrotante leuiter feratur. Sequitur ſecunda pars ſi contrario modo eant, hoc eſt ſi non prodeant qualia debent, nec cum vtilitate, eſſe protinus cohibenda. Circa quam partem adnotandum illud in primis eſt, quę fluunt ſponte naturę, vt iſti debeant à medico opus habere tribus conditionibus ſecundum Hippocratem vna, vt non exeant qualia deberent, nempe non peccantes humores, altera vt licet exeant peccantes, vt non ſint vtiles, tertia ut non ferantur leuiter ab ægrorantibus. Sic.n dicuntur exeuntia ſpontanea cõtrario modo prodire. Notat conciuis meus, & bene uocem: *Quieſcere* quę eſt græce παύεσθαι duo ſignificare poſſe, vel quod humores fluentes eum in modum cohiberi debeant, vel quod ipſe medicus vbi ſimilia ſponte fluunt, deſiſtere, ab euacuatione debeat, & quamquam vtraque ſignificatio accipi queat, magis tamẽ mihi placet, poſterior, eo quod medicus vbi imitando naturam vult purgare, certe ſi vel tres, vel vna ex antedictis conditionibus adſit, omnino à purgando deſiſtere debet; non autem è conuerſo, vbi quę ſponte euacuantur non conferunt, neque ab ægrotante feruntur, ſtatim comprimenda ſunt. Ex quo locõ ſuboritur quæſtio an euacuatio ſymptomatica ſit cohibenda: ſiquidem Hippocr. hoc videtur precipere, atque etiam Gal. adſentiri: Ex altera verò parte uidetur abſurdum, vt vbi putres, & praui humores effluunt intus coerceantur ſiquidem multo conducibilius eſt, vt huiuſmodi humores quouis modo exeant corpore, quam ut in ipſo retineantur, cum etiam uideamus huiuſmodi fluxus à natura minimè continuatos ingentem perniciem adducere. Pro reſſolutione dicendum eſt duplicem eſſe motum, ſymptomaticum alterum in quo plus boni euacuatur, alterum verò in quo plus mali, primus quidem comprimendus eſt. Secundus uerò minimè, preſertim quando illud quod euacuatur eſt pernicioſum, & venenatum. Vnde ſequitur ut quandoquè medicus cogatur motum ſymptomaticum naturę adiuuare, ſcilicet in materia peſtifera, quandoquè verò dimittere naturæ cum ſcilicet plus mali ducitur, quàm boni. Interdum verò cohibere quando, ſcilicet plus boni euacuatur quàm mali, Atq; hinc patet quã magna ſit in actu practico præſentis aphoriſmi vtilitas, quoniã cũpotiſſima pars ipſius practicæ medicinę poſita ſit in rite peragẽda qualibet euacuatione, & præſertim ea quę fit per aluũ, hęc ſententia uerã rationẽ, & modũ proponit, purgationẽ peragendi. Neq; etiã inutilis eſt prędictionib. rectè faciendis, quandoquidem ex rectè uel minus ſuccedere euacuatione põt medicus prœcognoſcere quid boni, quidue mali ſit euenturum.

Scopꝰ medici in purgando.

Not.

Dub.

Reſp.

Not. de motu ſymptomatico.

Aph. vtilitas.

3 *Si qualia oportet purgari, purgẽtur, confert, & leuiter ferũt. Contraria verò grauiter.*

HÆC ſententia ſæpenumero ab Hippocrate propoſita inuenitur, maximè autẽ 1. aph. 2. & 23. 6. Epid. ſec. 4. & lib. de Veratri vſu; quo fit, vt plerique Hipp. interpretes hoc in loco ipſius expoſitionẽ prætermiſerint, cõtenti attuliſſe eã in primo libro, alij verò penitus ipſum deraſerunt tamquam inutiliter additũ,

cum

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 297 sur 867

cum autem ipse illius explicationem nusquam tradiderim, operę precium me facturum existimo, si eam hoc in loco afferam: Itaque supponens ab Hippocrate fuisse hunc aphorismum repetitum primo videndum est, quę rationes ipsum ad hoc agendum impulerint, vbi etiam patebit quę sit cum superiori ipsius cōnexio. Vna itaque ratio fuit, quoniam si quid est in medicina exercenda, quod medici prudentia, vigilantia, & memoria regeat planè est purgatio quęcumque sit, siue per sudorem, siue per urinas, siue per palatum, siue per aluum, huius autem purgationis tota propè uis in præsenti sententia est, quà præcipitur, purgada esse qualia oportet, quod conferant, & leuiter ferant ægrotantes. Altera ratio fuit, quia cum in primo huius lib. aph. tractauerit de purgatione prægnantiū, & in secundo de purgatione in uniuersum, accommodatum valde erat, ut hac conclusione totum sermonem clauderet, tamquam dicere uoluerit, cuncta prędicta iccirco uera esse, quoniam si purgentur, qualia oportet, conferunt, & leuiter ferunt tam prægnantes, quàm omnes ægrotantes, quod postmodum ut prudenter fieri debeat, in sequentibus aphorismis docebitur. Habet aphorismus, & hic duas partes, Prima est, *si qualia purgentur, &c.* Pro cuius explanatione primo sciendum est, illud quod etiam retro dixi, talia & qualia designare quidem proprię peccantium humorum qualitatem, sed hoc in loco etiam quantitatem significare, nec solum aliorum humorum, verum etiam ipsius sanguinis, æque enim mensura requiritur, & prudentia in euacuando sanguine, atque etiam in alijs humoribus purgandis, vnde vox καθαίρεσθαι tam etsi proprię significet purgare, vt plerisque in locis docuit Galen. attamen in præsenti significat id quod significat κενοῦν, id est mouere, quæ vox tam euacuationem per sanguinis missionem, quam per pharmaca purgantia significat, vtraque enim si fiat qualiter, & quantum debeat, dicit Hipp. confert, & leuiter ferunt. Sed hoc loco duo occurrunt quæsitu digna vnum est, cur cum ad rectam medicinæ operationem requiratur, non solum vt agatur quale, & quantum est conuenientes, verumetiā quando, ubi, & quomodo oporter, Hippocrates horum postremorum trium non meminit, sed tantum priorum duorum. Alterum est, cur addidit verbo συμφέρει, id est confert, & alia duo, scilicet ὑφορᾶσθαι, id est leuiter, seu faciliter ferunt: nam prior vox sola id totum significat, quod cętera simul. Et Hipp. 6. Epid. sect. 4. vbi hanc eandem habet, non addit vocem, & leuiter ferunt, vt hic. Ad primum dici potest: Hippocratem breuitatis amantissimum id tantummodo proposuisse, quod reliquis præstantius, & magis necessarium est, reliquas vero conditiones silentio pertransiisse, vel quod minus necessariæ sunt, vel quod aliquo pacto sub ijs complectuntur, Nam qualia purgare, complectitur tempus, si quidem significat, vt nil purgetur, nisi quando iam humores sunt cocti, atque præparati, similiter quantitas comprehendit locum, & modum euacuandi, quod nec quilibet, nec quilibet locus permittunt euacuari quantum debet, sed utraque conuenientia requiruntur, quemadmodum ipsam naturam vbi conuenienter euacuat, id semper facere conuenientibus locis, & modis, id quod voluit docere, quādo dixit, quo natura vergit per loca cōuenientia, eo ducere oportet. Ad aliud dicendum est, non incassum, neque inutiliter Hippocratem ea verba addidisse, quandoquidem medicus non tantum spectare debet vtilitatem operationis circa ægro-

Aph. hic cur toties ab Hippocra. repet: Connexio.

Diuisio.

Not:

©BIUM

ca ægrotos, verumetiam ſecuritatem, atque iucunditatem; eſt autem poſita iucunditas in facilitate, & tolerantia: quia id à natura comparatum eſt, vt diſpliceant quæ cum difficultate aguntur, placeant verò quæ cum facilitate. Atq; hæc de priore parte. Secunda verò eſt. *Contraria autem difficiliter &c.* circa quã duo admiratione digna videntur, vnum eſt, quia hæc pars non videtur neceſſaria, cũ per regulam contrariorum, ex vnius notione alterius ſemper habeatur cognitio. *Not.* Alterum eſt cur Hipp. non dixit etiam quæ δυσυμφόρως, vt poſtulabat ſetmo antecedens, ſed ſolum dixit δυσχερῶς, quod correſpondet dumtaxat poſtremis uocibus partis antecedentis. Circà primum Hippocratis fere perpetuus mos eſt, vt non contentus vnum ponere contrarium, aliud ſaltem breuibus ſubinſinuet, eo quod materia de qua tractat cum contingens ſit atque minimè neceſſaria fieri poteſt vt vnum contrarium uerum ſit, aliud verò nequaquam. Vnde opus fuit quando vtraque contraria vera ſint, & in quibus tunc animaduertere, Vel dicere poſſumus huiuſmodi conſuetudinem in multis retinuiſſe Hippocratem, vt magis confirmaret primas ſententias, ſi quidem regula eſt contrariorum, tunc vnum eſſe verius, quando aliud uerè contrario modo ſe habet. Ad aliud dicendum eſt, Hippocratem ſolum particulam δυσχερῶς apposuiſſe, cùm debuiſſet, dicere οὐ συμφέρει, καὶ δυσφορῶς φέρουσι, ideſt non conferunt, & difficiliter ferunt, quoniam uerè, vt eiuſmodi vox δυσχερῶς eſt differens ab alijs, ſi ſignificat non modo detrimentum, verum etiam diſplicentiam, ſeu moleſtiam, adeo ut perinde ſit dicere δυσχερῶς φέρουσι, atque cum moleſtia, & damno, Vel poſſumus dicere, quod eam uocem tantum uſurpauit, quoniam ubi non purgantur qualia oportet ſemper quidem ſunt moleſta, at non ſemper nocent; cùm in euacuationibus ſymptomaticis interdum ſequatur utilitas, ſemper autem moleſtia. Itaque vult dicere Hippoc. Quas contrario modo ſe habent, hoc eſt, vbi qualia oportet non purgantur, difficiliter perpetuo ferri, licet non perpetuo noceant, quod vero euacuationes ſymptomaticæ non ſemper noceant, aliquę hiſtoriæ Epidemicæ poſſunt teſtari, in quibus ægri ſub ſymptomaticis euacuationibus tandem ſeruati ſunt, vt de Meione conſtat relato ab Hipp. in 1. Epid. 3. Maximus eſt uſus, & maxima utilitas eſt præſentis aphoriſmi in medicina faciendà, atque etiam in prognoſticis rectè faciendis, quemadmodum etiam, & antecedentium, vt per ſe clarum eſt. *Vſus aph.*

---

4 *Medicari æſtate ſuperiores magis, hyeme verò inferiores.*

CVM ad purgationem rectè faciendã ſicut, & ad omnes aliàs actiones rectè obeundas requirantur quinque quid, quantum, quando, vbi, & quibus agendum ſit; ſupra, ſcilicet in antecedentibus duobus, docuit quid, quantum, & quale purgandum ſit, nunc uero docet, quando, & vbi, dicens æſtate ſuperiora magis, hyeme uerò inferiora eſſe purganda, adeò ut ſit præceptũ hoc in duas partes diuidatur, circà quarum priorem adnotandum eſt illud, quod alias etiam docui, Hippocr. qui primus elementorum efficacias, & nomina excogitauit calidoquè, & frigido uim omnium rerum efficiendarum tribuit, omnia pene ſecun- *Connexio.* *Diuiſio.*

dum

dum huiusmodi dicebotomiam, siue diuisionem distribuisse, vt etiam plerumq. fecisse Theophrastus inuenitur, id quod maxime in ipso tempore inuenitur, cũ hic diuiserit annum mensem, atque diem: Et hæc fuit etiam ratio cur nunc loquens de purgationibus agendis secundum anni tempora meminit solũ Æstatis, ac Hyemis alia autem tempora omisit, id quod similiter fecit lib. de salubri diæta vbi de expurgatione facienda stomachi, & intestinorum loquens vult, vt ex hibernis mensibus vomatur æstate autem clysmatibus agatur, Cæterum cur Æstate hoc in loco vomitu faciendas euacuationes præcipiat habetur in lib. 1. de nat: humana vbi cum scribat æstate bilem exuberare in toto corpore, atq; ea suapte natura ob tenuitatem, caliditatem, & mobilitatem sursum feratur manifestum est, vbi corpus vniuersum purgari debet, si naturam imitari & sequi debemus, qualiaquè oportet euacuare, non alia via quam per vomitum, seu per superiora esse purgandum, Sed Hipp. loco supra citato de salubri diæta videtur contrarium dicere atque etiam Corn. Celsus ab eo loco mutuatus dum 1. lib cap. 3. dixit vomitus vtilior est æstate quã hyeme, namq. & tum pituitę plus, & capitis grauitas maior subest neque illud verum puto quod nonnulli dicunt Hippocratem hic sermonem habere de corporibus ægris, ibi verò de sanis, in quibus id quod facilius est, semper spectari debet; multo autem facilius est vomitu reijcere pituitam è ventriculo, quam per intestina quo ibi abundat: nam Galen. reddens causſam huius aphor. ponit eam, quę etiam in sanis reperitur, scilicet abundantia sitis in æstate, vt Hipp. lib. de nat: humana, atque id Potissimum erat verissimum tempore Hippocratis quando homines prope omnes erant assueti vomitui: Quare melius est dicamus cum Gal. in com: de victu salut. Hippocrat. hic loqui de curat. ibi de præseruat: quæ fit per diuersa, & incrementum prohibet æstate nam volebant vtendum esse clysteribus ob facilitatem quandoquidem vomitus cum sit motus violentus, & propterea difficilis, atque molestus, nõ est dubium, quin magis turbet æstate, quando ventres sunt languidiores quam hyeme quando sunt fortiores. Sicut è conuerso clysteres cum sint facillimi, æstate magis conueniunt, quando corpora ob æstum languidiora sunt; notat Galen. & bene additam esse ab Hippoc. particulam μᾶλλον, quoniam interdum contingit vt hyeme exuberans bilis exigat vomitum, & ex aduerso pituita abundans aliqua ratione in æstate postulet per inferna euacuationem: Verum regulariter illud est, quemadmodum habetur lib. de nat. hum: vt hyeme, & vere abundet pituita, quę cum sit crassus humor fertur suapte natura ad inferna; Æstate verò, & Autumno bilis, vnde promptius fertur ad superiora: Quo autem natura vergit per loca conferentia, eo quoque medicum debere ducere scripsit Hipp. lib. de humor. & 2. aph. 21. quod autem aliqui adnotarunt differre dicere purgari τὰς ἄνω, & purgare ἄνω, idest purgare superiores, partes, & purgare per superiora, est quidem ingeniosum commentum, cum proprie illud significet partes purgandas, hoc verò postremum purgandi rationem, atque modum, At nil facit ad hunc locum, vbi Hipp. tam de modo purgandi, quam de ipsis locis purgandis est intelligendus, si quidem etiam si bilis in æstate esset in partibus infernis, nihilominus purgandum est vomitu, tum quia natura, vt ait Galen, ob caliditatem ambientis tunc fertur promptius ad superiora, tum quia cum musculi

Per vomitũ euacuatio cur æstate magis, quam Hyeme facienda.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 300 sur 867

©BIUM

famulantes vomitui, sint eo tempore laxiores, & calidiores, multo melius inseruiunt, quàm hyeme quando sunt rigidiores, & ineptiores motui, quod tamen intelligendum est, si tempora seruent suas condiciones, nec victus ratio, corporis habitus, & regio obstent: Alioquin in corpore pituitoso, quod utatur victu simili, & in paludosa regione etiam hyeme erit purganda pituita per inferiora.

Vtilitas Aphor. Vtilitas præsentis aphorismi est: maximè, cum doceat quibus temporibus, quas partes, & quo modo purgare debeat medicus, nam & si in sequenti aph. videtur Hippoc. negare omnem purgationem summa æstate, & summa hyeme, vt etiam Auicennas quarta primi nihilominus id intelligēdum est regulariter, hoc est, quando non cogitur medicus transilire suas metas, veluti cum materia est valdè turgens, atque furiosa, tunc enim potior est indicatio sumpta à materia, quàm ab anni tempore, tum in ipsa euatione præfinienda, tum etiam in modo, scilicet, uel per uomitum, uel per secessum. Etenim regulariter expedit magis uomitu æstate vti, nisi quippiam aliud obstet, ut consuetudo varietas materiæ, atque alia similia.

---

5 *Sub cane, & ante canem difficiles sunt medicationes.*

Connexio. DE continuatione præsentis aphorismi cum superiore haud uidetur dubitandum, quandoquidem sequitur de purgatione loqui habita à tempore indicatione, quia enim potuisset aliquis existimare indifferenter esse æstate uomitu, hyeme secessu purgandum, ad tollendum hunc pernicioſum errorem, nunc dicit non id temere esse factitandum, sed magna cum prudentia, quoniā sub cane, & ante canem molestæ sunt purgationes: quod hic nomine purgationum intelligat quoque alias euacuationes, & præsertim per sectam uenam docuit explicatissimè Gal. 4. de acut. 19. & 3. in 6. Epid. tex. ult. primo ad Glauc. 14. necnon Oribasius lib. 7. collect. cap. 6. quibus in locis habetur in calidis temporibus cuiusmodi est sub canicula uitari phlebotomia, Iam uero de Cane sydere sciendum est hunc ex ijs esse, quæ ab Hippoc. obseruata sunt inter pauciſſima ab ipso nominata, sicut Orion, Virgiliæ, Arcturus, Quæ quatuor sydera dicebat etiam Aristot. 1. probl. 3. ob uarias mutationes, quas in corporibus faciunt, morbos parere, atq; soluere, imò uerò, tantæ fuit huiusmodi stella apud omnem etatem facultatis & nominis ut per antonomasiam, siue καθ' ἐξοχήν, passim à scriptoribus Græcis, ac Latinis nuncupetur Astrum, quasi præ cæteris uim quandam excellentem habeat non modo in corpora uerum etiam in animos, adeò ut homines, & bruta pleraquè præsertim Canes, quo tempore Astrum hoc dominatur magis quam alijs temporibus ferocire, & efferari putentur: Et Hip. lib. de internis Affect. dicebat, tempore Caniculæ oriri peſſimum quodam genus febris biliosè quæ Typhos. appellatur, unde Leonis stellam, quæ eodem tempore quo Canis, dominatur, in eiusquè corpore figitur Horatius uocauit Vesanam, sicut alij ardentem Sirium dixere, etenim non tantum immenso incendio quod facit id Sydus quantum proprietati cuidam illius tribuere oportet. Tempus uerò quo durant simul, & Canicula, & Leo est circiter quadraginta dies

Sydera cur obseruentur à medicis.

Canicula quantum duret.

mensis

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 301 sur 867

menſis Iulij, & Auguſti, ſcilicet viginti poſtremi menſis Iulij, & viginti priores Auguſti, vt docet Galen. 2. de alim. fac. vlt. quamquam nunc, quando annus correctus eſt, ſecus ſit, Etenim à Vigeſima Iulij, vſq; ad finẽ Auguſti durãt caniculares dies, quod tempus à Græcis vocatur ora & eius, fructus orarij, ſicut Autumnus opora, de qua re Plutarchus in ſympoſiacis diſputauit. Et de ortu Canis loquens Hippocrates lib. de Aer. aq & loc. dicebat. Syderum ortus eſſe ob ſeruandos præcipuequè Caniculæ deinde Arcturi, & Vergiliarum, occaſus. Porrò cur dixerit Hipp. ſub Cane, & ante Canem, cauſſa fuit, quia voluit comprehendere, etiam Caniculam, quæ paullo prius Cane oritur, neque dixit penitus eſſe reſpiciendas purgationes hoc tempore, quandoquidem cum tunc fiant morbi acutiſſimi, & turgentiſſimi, neceſſariæ, ſunt ſæpe purgationes, ſed dixit eſſe laboriosas, vt moneret medicum ne temere, ſed cum prudentia ijs vteretur, & ipſe ſoleo ijs diebus mitioribus, & in minori doſi vti, ac tempore noctis vt frigidiore potiùs, quàm interdiu purgare: Cauſſa verò cur ſint laboriosę triplex aſſignatur à Galeno, & bene, Vna eſt quia tunc natura corporis incenſa haud ſuſtinet purgantium medicamentorum acrimoniam, vnde complures eo tempore purgati febribus corripiuntur. Altera cauſſa eſt, quia tunc præ æſtu ambientis facultas corporis imbecilla exiſtens adhuc debilior in purgatione redditur: Tertia cauſſa eſt, quia praua fit omnino purgatio, eo quod calor ambientis perinde atque balnei contra operatur, quippe qui ab intimis ad extimas partes attrahit, contra quàm faciunt purgantia medicamenta, hæ itaque ſunt cauſſæ propter quas dixit Hippoc. laboriosas eſſe ſub Cane, & ante Canem purgationes quod etiam voluit ſignificare Oraculum datum Athenienſibus, quibus, vt eſt apud Euſebium, 5. præparat. Euang. 10. reſponſum fuit. Tempore Caniculæ Solo Dyoniſio eſſe vtendum medico in domo Opaca. Patet ergo vſus huiuſce curatorij præcepti, quod in omnibus tribus medicinæ operationibus maximam vim habet, primum enim eſt in purgando ne medici temere id agant & vt ægri non deterreantur, ſi ex purgationibus moleſtiam ſentiant, Similiter in euacuando ſanguine monetur medicus, vt quàm maximè prout dictum eſt, caueat ab euacuatione per ſectam venam, ſed potiùs aliam rationem minus moleſtam, atque tutiorem inueniat, eaquè tempore frigidiore, vt potè commodiore vtatur. Haud ſecus, & in euacuatione per inediam facienda debet medicus prudenter ſeſe gerere tempore Caniculę, quandoquidem cum tunc ab æſtu ambientis corpora noſtra conſumantur, ac tamen minus coquant, vt etiam Ariſt. in probl. dixit, proculdubio, ità eſt incedendum in alendis ægris ne nimium cibis onerentur ne uè illorum paucitate nimium conficiantur. Et licet præceptum illud Heſiodi de bibendo meraciore tempore Caniculæ, quod etiam Cato, & Varro commendarunt, ac Oraculum antedictum confirmauit, videatur potiùs agricolas oſquè ſanos, quam vrbanos, & ægros ſpectare minimè tamen eſt negligendum etiam à medicis, vt ſaltem illius exemplo vtantur eo tempore cibis qui conducant ad citò alendum abſq. onere: Totum autem hoc quod de æſtuoſis temporib. dixi, videtur etiam ad frigidiſſima eſſe referendum, quando Auuic. 4. primi cap. 1. id manifeſtè dixit, cum ſcripſit, fortia tempora eſſe euitanda in faciendis euacuationib. quod tamen intelligendum eſt, vbi tempora ſuam ſeruant

Canicula quando vigeat.

Syderum ortus obſeruandi.

Purgationes æſtate cur laboriosæ.

Vſus aph.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 302 sur 867

©BIUM

naturam, atq; in cura regulari, non autem in coacta, in qua sæpè medici cogun-
tur, quamlibet euacuationem eligere, & potiùs indicationes à morbo, quàm à
tempore anni sumptas sequi.

---

6 *Graciles, & facile uomentes purgare superius; cauentes hyemem.*

Connexio. SI attendenda esset continuatio omnium aphorismorum certè dicendum esset malè superiorem aphorismum esse interpositum, quando & in antece-
dente illum, & in hoc, ac subsequentibus de vomitu agatur, in superiori verò de purgatione simpliciter, à qua forsan arceri debet vomitus, quod tempore æstuo-
so sit minus molestus, quàm frigido, At quicquid sit, non est dubitandum quin sit præsens sententia ab antecedente separata, licet etiam quodam pacto conue-
niat cum ea, quia de euacuatione tractat. Est enim præceptum purum, & duas
Diuisio. partes habet *(Graciles, &c.) (Cauentes, &c.)* Corn: Celsus lib. 1. cap. 3. Vomitus est inutilis gracilibus, atque imbecillum stomachum habentibus. Nisi etiam dicamus Hippocratem pro gracilibus intelligere eos, qui alioquin ob pectoris amplitudinem facilè vomunt, cum Celsus loquatur, de habentibus strictum pe-
Not. ctus, & ad phtisim propensionem. Cur autem plurima dè vomitu dicat, vera causa est, quoniam ipsius tempestate vomitus erat vsitatissimus tàm in ægris, quàm in sanis corporibus, vndè pluribus obseruationibus in illius adminis-
tratione opus erat, quarũ aliæ, pertinent ad naturam vomentiũ, aliæ ad tempus quo
Scopus. vtendũ est ipso. De tempore autem cum in 4. aph. tractarit; in hoc, & subsequen-
tibus trib. agit de conditionibus naturam vomentiũ respicientib. quę natura, vel cõsideratur secundũ habitum, vel secundũ temperamentũ, vel secundũ proprie-
tatem hereditariam, nam sic dicebat Hippocr. lib. genit: & de nat. pueri: Pingues expinguibus, & graciles ex gracilibus nasci ut monogrami quales apud Athe-
næum. Et si secundum habitum; aut secundum naturalem, aut secũdum mor-
bosum: Itaque in præsenti loquitur de obseruationibus faciendis in adminis-
trãdo vomitu tam ex parte habitus naturali, quam ex parte proprietatis, siue con-
suetudinis hi enim sunt quos vocant facilè vomentes, scilicet assuetos quibus nulli certè facilius euomunt. Quod autem dicit Graciles atquè ad vomen-
dum faciliter dispositos esse per superiora purgandos, cauendo tamen hyemem. Galenus autem vult, & hic addendã esse particulam (μάλλον,) sicut in quarto aphorismo habetur, quasi hæc debeat esse genuina sententia, Graciles, & faciles ad vomendum non esse simpliciter & semper per superiora purgandos, sed ma-
gis quàm per inferiora, & quàm obęsos, & verè Galeni sententia mihi placet, quod sint ut videbitur, aliqui graciles, & faciles ad uomendum, quos tamen non semper expedit vomere, vt quando imminet periculum fracturæ alicuius veną,
Cur vomituris oculos velabãt problem. aut oculi malè valent, quos lædi à vomitu explorati ssimum est, vt ob hoc vetere consueuerint oculos velare, & constringere ijs, qui vomituri érant, & forsan de his loquebatur Celsus quando cap. 3. lib. 1. scripsit vomitum inutilem esse gra-
cilibus, atque stomachum imbecillum habentibus. Cur autem extenuati & graciles, quos μονόγραμμους, vocant Græci, sint magis vomitu purgandi Galen.

propoſit

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 303 sur 867

proponit cauſſam quod hi ſint bilioſi; bilis autem multò facilius per ſuperiora, quàm per inferiora ducatur, tum ob ſui leuitatem, atque mobilitatem, tum quia amara, cum ſit, atque mordax vti à corde longè retinetur, vt dicebat, Ariſtoteles 3. de partib. anim. ſic eam omnes partes à ſeſe pellẽtes, facilius in ſuperna quã ad inferna demandant. Verum quod pertinet ad cauſſam hanc à Galeno propoſitam, eam quidem minimè veram eſſe in vniuerſum deprehendemus: niſi quot ſint gracilitatis ſpecies ſtatuamus, & de qua loquatur Hippocrates diffiniamus, Cum enim ἰσχνότης, ſeu gracilitas nihil aliud ſit quàm pinguedinis, atque carnis defectus quidam; Solent hæ deficere, vel quia alimentum non ſumitur ex quo generantur, vel quia ſumptum non conficitur, vel quia conſumitur pluſquã par ſit, aut in alienum ſuccum conuertitur, Cæterum cum neque de penultima cauſſis neque de priori liceat Hippocratis ſententiam interpretari; ſupereſt dicamus debere intelligi de ea gracilitate quę fit, tum quia nõ probe alimentum coquitur, tum quia in alienum ſuccum conuertitur, hæc autem ſunt intemperies omnes, ſi quidem eſt probatiſſima Galeni ſententia primo de potẽtijs naturalibus, atque tertio: coctiones, & ſuccos bonos, fieri à commoderato calore, tamquam inſtrumento facultatis naturalis, alienos vero, & improbos ab immoderato, qui poteſt eſſe tam excedens, quam deficiens, Iam vero calor deficiens ſuccos frigidos, & craſſos producit, qui inepti ſunt, ad hoc vt vomitu faciliter reijciantur, contra excedens profert ſuccos calidos, & bilioſos, quę retro diximus, ſuaptè natura cum ferantur ſurſum, facile poſſunt vomitu educi, Itaque iure ſummo Galenus interpretatus eſt Hip. de ea gracilitate quæ ſequitur calidã corporis intemperiem cum qua abundant ſucci bilioſi, Verum cum hæc intemperies poſſit eſſe natiua, ac adſcitia, merito quæri poteſt de qua nam ſit aphoriſmus intelligendus: Et quamquam aliqui exiſtimauerint de ſola natiua eſſe Hippocratem locutum, ego tamen de vtraque poſſe intelligi non dubito: nam quod qui habent corpus intemperie calida, præditum, in ijs facilius membra flectantur, & muſculi potentiùs inſeruiant motui thoracis, & ventriculi quibus fit vomitus certum eſt, quemadmodum non eſt dubitandum in ijs uim expulſiuã eſſe admodum potentem, ſimiliter quoque intemperies calida adſcitia, & præſertim uetuſta, ac iam in habitum contracta, præterquam quod eſt ferax bilis habet cunctas aliàs condiciones quas natiua, ſecus quàm recens, Atque hæc de prima parte: poſt quam ſequitur ſecunda, quę eſt. (*Cauendo hyemem,*) in qua præcipitur ab Hipp. vt ubi graciles ſint per ſuperiora purgandi, caueatur hyems. Sed dubium eſt vtrum præcipiat, ac penitus in hyeme fugiatur uomitus etiam in gracilib. an uerò vt minus fiat, atq; maiori cum prudentia, quàm in alijs tẽporib. Ego enim puto haud penitùs Hippoc. uetare gracilib. uomitũ in hyeme, ſed uelle, vt non fiat niſi maxima urgente neceſſitate, atq; magna exiſtente ipſius ægrotantis ad illum promptitudine, & ratio eſt, tum quia humores tũc abditi ſunt, & uiæ corporis ualde coarctatæ tum quia ſicut calor æſtiuus mouet à centro ad circumferentiam ſic frigus hiemale mouet à circũferentia ad centrũ, neq; ualet hac ratione magis debere fieri uomitũ hyeme cum tunc intro coacti humores uideãtur faciliùs poſſe uomitu reijci, quoniam multò plus ualet acuitas humorum, & mobilitas, necnon apertio uiarum corporis ad faciendum uomitum

Gracilitas quid.

Dub.

Reſp.

©BIUM

mitum quam ipſorum coactio, atque approximatio ad locum, vbi fit vomitus, illud tamen debet eſſe perpetuum, vt etiam graciles, atque faciliter vomentes nunquam forti vllo vomitiuo, vt Elleboro Antimonio, alijſque ſimilibus ad vomitum cogantur, quoniam ſicuti diſpoſiti ad alui fluxus non ſunt vmquam vehementibus medicamentis aluum mouentibus tractandi, pari pacto, qui propenſi ſunt natura, atque proprietate ad vomendum, ſi ad eum faciendum grauibus vomitorijs adigantur, ità diſponuntur, vt deinceps qualibet, vel minima occaſione etiam ad vomendum cibum excitentur, Itaque patet, quantum vſum præſtet aphoriſmus præſens ipſis medicis, in rectè atque feliciter adminiſtrando ipſo vomitu tam in ſanis corporibus, quàm in ipſis ægris, Celſus lib. 1. c. 3. Vtilis eſt vomitus plenis, & bilioſis omnibus ſi vel nimium ſe replerunt, vel qui parum concoxerunt.

Not.

Vtilitas Aph.

---

7 *Vomentes verò difficulter, & mediocriter bene carnoſos, per inferiora, cauentes æſtatem.*

DIXI ſæpius Hippocratem ferè ſemper vbi de temporibus ſibi agendum fuit, maximè dilexiſſe dichotomiam illam in æſtatem atque hyemem, quod ſcilicet calori tantum & frigori vim efficacem operandi in hiſce inferiorib. tribuendam exiſtimarit; itaque, & in hac de vomitu diſciplina eandem diuiſionem proſecutus videtur, ita ut cum in ſuperiori cauendum eſſe vomitum gracilibus in hyeme præceperit, nunc etiam iubeat difficile vomentes, & carnoſos magis per ſeceſſum purgandos, modo tamen caueatur æſtas, atque hæc tota ἀντίθεσις, quam ſolet diligere Hippocrates ad tradēdum aliqua de re doctrinam. Eſt enim præceptum curatorium, quod in duas vt ſuperius, poteſt diuidi partes, quàm à priori, vt incipiamus videre oportet primum qui ſint δυσημέτοι, ideſt difficile vomentes, deindè qui ſint μέσως ἐυσάρκοι. Quod enim ad primum ſpectat non dicuntur δυσημέτοι, Qui nullo modo ad vomitum concitati poſſunt, vt ſunt aliqui ità natura comparati, quemadmodum maior pars brutorum, quæ numquam euomunt exceptis canibus felibus, atque alijs paucis, ſed tales dicuntur ab Hippocrate, qui non niſi maximo cum labore atque à magnis, & violentis medicamentis ad uomendum coguntur, ità vt etiam uitæ diſcrimen ſubeant, huius autem difficultatis complures cauſſæ poſſunt eſſe, ut diſertè docuit nos Auicennas 4. 1. cap. 11. ex Galeno mutuatus in libello quos, & quando, &c. necnon primo com: in lib. Hippoc. de hum. tex. 12. nempè pectoris anguſtia, colli longitudo, pinguedo, facilitas frangendarum uenarum, in aſſuetudo; Qui uerò ſint μέσως ἐυσάρκοι, non eſt ità facile docere, quandoquidem ſi ἐυσάρκοι dicuntur, qui bene ſunt carnibus conſtituti, ad quid ergo Hipp. addere uoluit μέσως: Niſi dicamus hanc uocem ἐυσαρκος dupliciter ab Hipp. & Galen. uſurpari interdum pro temperato, & mediocri corporis habitu prædito, cuiuſmodi corpus quadratum uocabat Celſus cap. 1. lib. 2. & quomodo accipit Hippoc. lib. 5. aph. 21. & à Galeno pleriſque in locis, maxime uero primo de tu. ual. cap. 5. & 2. aph. 44. interdum uerò pro corpore carnoſo, & pingui, oppoſito gracili, cuiuſmodi loquitur

Connexio.

Diuiſio.

Vomitus difficilis cauſæ.

Not.

tur Gal. 6. de tu: valet: cap. 10. & lib. de cur: rat: per ſang: miſſ: cap. 11. Iam verò cum Hippoc. hoc in loco acceperit ἐυσάρκους, pro pinguibus, atque carnoſis, vt ſæpè ſolet populus loqui, atque pingues interdum excedant, voluit merito adijcere patticulam καὶ μέσως, ideſt mediocriter, vt doceret ſe non loqui de valdè pinguibus, quippe quos nemo neſcit vomitui eſſe ineptiſſimos, & ſeceſſui aptiores ſed de mediocriter pinguibus, quaſi dicere velit, ſi etiam mediocriter pingues ſunt arcendi à vomitu, & per aluum purgandi, ergo multo magis illi, qui ſunt pinguiſſimi, Cur autem hi ſint tales cauſſa eſt humiditas, atque inteſtinorum lubricitas, cum enim ſponte ſua mediocriter carnoſi, & pingues ſoleant aluum lubricam habere, manifeſtū eſt, eos etiam leui negocio per eam partē purgari. Sequitur ſecunda pars, ſcilicet ὑποτελλομένους θέρος, ideſt cauentes æſtatem, Circà quæ verba protinus oritur difficultas, quomodo velit Hippocr. non purgandos per aluum mediocriter carnoſos, & difficile vomentes æſtate, quia vbi eiuſmodi corpora in æſtate ægrotant, & purgatione indigeant, quomodo erunt tractādi ſi non poſſunt vomere, & purgari per aluum Hippocrates prohibet, ad quam difficultatem dicendum eſt, per verbum ὑποτελλομενες θέρος minimè prorſus vetare, quo minus purgentur infra æſtate, ſed monere ne temere id agant, hoc eſt, vt ſi fieri poteſt, illud non faciant, vel ſi coguntur facere, vt minus, quam in alijs, & minoribus medicamentis, nam ſi ab Hippocrate dictum eſt purgationes æſtate moleſtas ſua ſponte, multo moleſtiores ſunt, ijs qui alioqui n ad ferendas quaſlibet purgationes ſunt impeti. Quod verò dicunt aliqui iccirco mediocriter carnoſos in æſtate non eſſe per aluum purgandos quoniam pituita, quæ indicat purgationem per inferna, minimè abundat æſtate vt lib. de nat: hum: docuit Hippoc. eſt quidem verum, attamen aliquid plus docere voluit, Et ideo vtilis eſt aphoriſmus ad purgationem per inferna tuto peragendam, ſiue purgandū ſit corpus per vrinam, ſiue per aluum; nam diuretica cum ſint calida, & ſicca, manifeſtum eſt minus in æſtate ipſa eſſe vſurpanda, atque tunc non abſque ingenti prudentia.

Dubit.

Solutio.

Vtilitas Aphor.

---

* *Tabidos verò, cauentes ad ſuperiores purgationes.*

CORNELIVS Celſus lib. 3. cap. 22. In tabe vomitus pernitioſus eſt. Certè præſens aphoriſmus, videtur quædam pars uniuerſalis cuiuſdam præcepti, quod dedit nobis Hippocrat. nimirum, vt in purgandis corporibus ſpectemus Tempus anni, temperamenta corporum, habitum tam naturalem, quam adſcititium, nam in hoc loquitur de cautione adhibenda ſpectato habitu corporis dicens: eos, qui ſunt habitu ad tabem propenſo eſſe arcendos à purgationibus per ſuperiora, ita vt ſit purum præceptum, & ſimplex atque indiuiſibilis ſententia, abſque vlla ratione prolata. Vndè videndum eſt, quid boni vtiliſque complectatur, & quæ ſit ratio ipſius; aliqui enim putant contextum Hippocratis eſſe mancum, adducti primis uerbis Galeni in com: ſed Galen non id dicit, & verba Hipp. ſatis clara; Gal. itaq; explicans quid Hippoc. intelligat per vocem φθινώδεας inquit: eos eſſe intelligendos, vel qui iam tabe ſunt correpti, vel qui ad eam ſuſcipiendam ſunt parati, de quibus loquebatur primo Epidem.

Scopus:

quando

©BIUM

quando dixit in ea constitutione maximè eos interijsse, quibus natura ad tabidum inclinabant, Ego verò quòd Hippocrat. loquatur de tabe iam correptis uix adduci possum, ut credam quandoquidem, non solum huiusmodi tabidi non sunt per superiora purgādi, uerumetiam nec p inferiora, quod facile in alui fluorem incidant, quo capi tabidos lethale esse dixit 5. aphorism. 2. imò verò nulla alia euacuatione debent sollicitari phtysici; quod si Hippocrat. 5. Epid. narrat sese interdum tabido sanguinem detraxisse sicut & 6. Epid. com. 3. tex. 2. illi mulieri illud posteris tamquam miraculum quoddam proponendum duxit, nec tamen in eo, debemus ipsum imitari, & quod rarò atque non sine admiratione accidit, ueluti exemplum, atque regulam sequi, cum etiam Arist. 3. hist. animalium 15. dicat, quod rarò accidit non mereri obseruationem vllam insignem: Itaque ἀντὶ Φθινωδέων, debemus hic intelligere, qui sunt propensi ad tabem cuiusmodi sunt, qui pectus angustum, & thoracem habent, collum longum, & spatulas prominentes de qua propensione loquebatur Hippoc. Ægro 6. 3. Epid. quando dicebat, *inerat aliquid tabidi connatum*. Iam uero quid sit Φθίσις seu tabes de qua loquitur Hipp. paullò diligenter est perquirendum, Et primò sciendum hoc nomen Φθίσεως, nihil aliud communiter significare quàm colliquationem, seu consumptionem, quæ est uel alicuius partis, uel totiùs corporis, alicuius partis est ea, quam secundò de morbis, uocat Hippocrat. dorsalem, quamquè nouiter nuptis contingere testatur, similiter Φθίσις aliqua ἰσχιαδικὴ uocatur, & oculi tabes commemorata à Paullò lib. 3. cap. 22. & in Isagogo medicinę Galeno attributa; Totiùs uerò Φθίσις, dicitur ab Hippoc. 2. de morbis Φθίσις ἕξιος idest tabes habitus, Atque hæc marcora Celso uocata triplex ab ipso constituitur lib. 3. cap. 22. quemadmodum, & ab Hippoc. 2. lib. de affec. internis: Vna est qua corpus non alitur, & ἀτροφία Græcis uocatur, Altera quam ἠαχεξίαν dicunt, Tertia quam propriè Φθίσιν nominari dicit, atq; pulmonis exulcerationem sequi. Hanc Athenienses pro Φθονὴν appellant, & de ipsa plerisquè in locis locutus est Hippocrates, nempè quę frequentissimè contingat, & de qua loquens Hipp. 7. aph. 16. dixit post sanguinis sputum Φθίσις, & effluxus, & quando scripsit à sanguinis sputo, pus, à pure tabes, à tabe mors, Iam uero quos hic tabidos intelligat dixi eos præcipuè ab Hipp. intelligi qui non actu, sed potentia, & aptitudine sunt tabidi, quamquam nihil inconuenit, etiam à tabe correptos comprehendere, & eos præsertim, qui ob ulcus pulmonis sunt facti tales, quos non est dubium, si uomant, quemadmodum ijs, qui ad eam Φθίσιν sunt propensi, facile est ex uomēdi cōatu uasa aliqua frangi, & illo immēso conatu ipsum ulcus magis exacerbare, Hipp. lib. de loc: in homine: commemorat quandam aliam speciem tabis quam uocat, ἀλαιαν, idest cęcam, & occultam, ut interpretatur Galen. in linguis, quæ fit ubi fluxio à capite per medullam delabitur. Vndè addidit Hipp. in fine aphorismi οὐδεπότα ἄξεις, idest nunquam deduces, quasi moneat nullo tempore, neq; ulla occasione quosuis tabidos esse ad uomendam cogendos, quod tamen non ita intelligendum est de laborantibus tantum alicuius partis tabe, quandoquidem in dorsali uidetur potiùs uomitum commendare, sicut & in ischidica maximè conuenit ad auertendam ab ea parte fluxionem quæ tabis est caussa, Atq; sic patet quanta sit utilitas præsentis Aphorismi in facienda medicina, si

De Phtisi Not.

Utilitas Aphor.

quidem

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 307 sur 867

quidem non ſolum diſcitur phtiſicos à vomitu eſſe arcendos, verumetiã eadem ratione à purgatione per ſeceſſum, quando fluxus alui ſit ipſis phtiſicis exitialis, nec valet quod materia morbifica phtiſicorum cõtineatur in ſuperioribus partibus, ac propterea videantur egere purgatione per ſuperiora, quoniam ea materia vomitu non euacuatur, ſed ſputo, & tuſſi, quæ ſunt, & ipſę per ſuperiora euacuationes.

---

9 *Melancholicos plenius inferiores; eadem ratione contraria apponentes.*

QVIA dixi Hippocratem docere modum, & conditiones purgandi habito etiam reſpectu ad corporis habitus tàm naturales, quam morboſos, Et cum ſuperius de habitu phtiſicorum ſit locutus, modo de habitu melancholicorum ſermonem habet, vt hiſcè paucis exemplis medicos doceat, quo pacto ſeſe gerere debeant in cunctis, Eſt enim præceptum purum curatorium, quod in duas partes commodè ſatis diuidi poteſt, quarum vna eſt. *Connexio.* *Diuiſio.*

(Melanchol: &c.) Altera *(eodem modo contraria contrarijs, &c.)* Iam contemplemur aliquid circà primam partem. *Melancholicos.* Tres ſunt ſpecies melancholichorum, alij in quibus ſolum abundat melancholia ſiue naturalis, ſiue præternaturalis, Alij in quibus eſt quidem habitus, & temperamentum melancholicum, ſed abſquè vlla ingenti illius humoris copia, Tertius verò eſt in quibus ſimul, & habitus eſt, & ipſe ſuccus exuberat, Atque de hoc poſtremò Hippocratem loqui nõ dubito, quòd enim de priorib. loqui nequeat, ſatis per ſe patet, ſi quid in ipſis aut nil, aut parum eſt, quod euacuationem de qua ipſe loquitur, expoſcat. *Melãcholicorũ ſpecies tres.* *Scopus.*

De his itaque melancholicis duo dicit Hipp. Vnum eſt quod ſunt purgandi per inferna, aliud quod ſunt purgandi ἀδρότερον; Quod ſpectat ad primum, ſi vera eſt regula Hippocr. eo medicum debere vergere in purgando quo natura repit, certè cum humor melancholicus ſuaptè natura vergat infra ob grauitatem, & quia cunctis partibus infenſus cum ſit, vt ait Galen. lib. de atra bile, ab ijs propellitur ad ignobiliores partes cuiuſmodi ſunt inteſtina, rationi conſentaneum uidetur, etiam medicum debere illum, (quãdo eſt ducendus,) per aluum purgare. Verum contra hoc dubitatur, quia cum via à liene feratur in ſtomacum, per quam ad eum ab ipſo uiſcere mittitur ſuccus melancholicus, videtur debere etiam ſaltem per eam partem ipſum eſſe ducendum, hoc eſt per vomitũ: Amplius Auicennas, 1. quarti cap. de cura quartanæ, docet eam curari vomitu, cum tamẽ ea febris à melancholico humore efficiatur, Ad primum dicendum verum eſſe, quòd meatus ferturin ſtomacum à liene, ſed non in partem ſuperiorem ipſius, verum in fundum prope pylorum, vt hac ratione potiùs debeat & ille per ſubducentia, quam per vomitoria medicamenta euacuari. Ad aliud verò dicendum eſt; Auicennam in præcipiendo vomitu ipſis quartanarijs non ſpectaſſe materiam ipſam effectricem paroxyſmi, quippe quæ ut ait Galen. 2. de diff. feb: quolibet paroxyſmo euacuatur, ſed antecedentem (hoc eſt) illam ex qua tamquam ex materia efficitur multa fœx in ſanguine, quæ poſtmodum fouet quartanam, materia autem antecedẽs, eſt ſuccus crudus, & aquoſus in ſtomacho *Dubit.* *Solut.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 308 sur 867

©BIUM

collectus ob frigiditatem vi morbi ipsi inditam; id quod fieri apertè demonstrat sputa, & sudores, qui copiosi fiunt in quartanarijs, vt hac ratione Hippocr. 4. de morb. & lib. de nat. pue: vocarit humorem melancholicum aquam, quod vbi ipse abundat, simul quoq; copiosus humor aquosus gignatur. Ἀδρότερον, hanc vocem interpretatur Gal. ἀντὶ τοῦ σφοδρῶς, id est pro vehementer, Sed quia Græcè est vox comparatiua, & potest comparari tum ad alios humores, tum ad alia corporum temperamenta, placet mihi vtroque modo comparatio capiatur, scilicet quòd & melancholici, & ipse succus melancholicus debeant vehementiùs per inferiora purgari cęteris, non quod etiam non debeant interdum quoq; euacuari per superiora, sed blandius (hoc est) cũ medicamentis blandioribꝰ quam cum per inferiora fit purgatio; cum enim hic humor sit suapè natura tardus, grauis, & cõtumax; intimisquè in partib. atque abditis lateat, nisi vehementi impulsori agatur, plane

Dubit. fit turbatio potiùs, quam purgatio in corpore, nec quicquã obstat, quod scriptũ habetur apud Platonem in Timæo: huiusmodi morbos, qui fiunt à melancholia esse leniter tractãdos, & quo magis agitantur medicamentis, eo fieri acerbiores,

Solut. quoniam ibi loquitur de terminis morborum eorum, qui tara solutionis tempora quasi naturaliter habent, qui si priusq. terminos constitutos attingant medicamentis quibusuis agitentur, fortiores & immaniores fiunt, & est ierè eadem eum ea Hippoc. 1. aphor. vbi iubet ne ante debitam coctionem, & præparationem humores purgentur, alioquin solent fieri grauia symptomata, atque humores ipsi multo magis rebelles; porrò quod humor melãcholicus sit ob terrestreitatem magis inobediens, magis contumax, & veluti fex grauior, atque etiam tristior cunctis alijs, non est dubitandum, cum ab ipsa incensa, vel putrescente fiãt morbi omnium crudelissimi, & exitiosissimi, & vt ait Auerroes 3. collec. cap. 40. ab eius natura, & proprietate fiant terrores: Et quod ait Auuer. eodem 3. lib. bilem prasinam, & æruginosam assimilari veneno, atq; ex ipsis fieri pestiferas, & graues febres, non contradicit huic, quandoquidem vult etiam ex melancholia, & alijs simul commixtis, atque putrescẽtibus fieri in stomaco eos humores, adeò vt ipsa melancholia, vel ex sese pernicioſissima sit, vel saltem ad pernicioſissimos succos producendos concurrat. Sequitur secunda pars. Quæ est (*eadem ratione contraria opponentes*,) quid hæc verba in cortice sonent, haud est difficile percipere: Sed non est, ità facilè mentem Hippocratis ad ipsam uerborum significationem accommodare. Ego tamen puto Senem suo more uti, de quo loquens Galenus secundo de diffic: respirationis dicebat, ipsum sub uno uerbo multa comprehendere, & vno contrario posito, aliud similiter suppone re. Dixit enim in prima parte melancholicos ἀδρότερον seu vehementer, ut exponit Galenus esse per inferiora purgandos: quare contrarijs melancholicis cum sint biliosi, per superiora erunt purgandi, sed leuius: sic enim est contraria contrarijs opponere, quod quoque significatum est retro, quando dixit graciles esse per superiora purgandos, siquidem pro gracilibus, ut Galenus exposuit ipsos biliosos intelligebat, & quod de his dicitur, idem quoque de alijs cunctis decernendum, ut semper sicut leues humores per superiora, & leuioribus medicamentis sunt purgandi, sic graues per inferiora, & ualidioribus medica-

Ipsis Apt. mentis ducantur. Ex quibus omnibus patet, quem usum habeat in medicina

dicina facienda præsens aphorismus quo docentur medici, vbi abundant succi graues, & crassi, debere eos euacuari per inferiora, sed validioribus medicamentis, scilicet validioribus aut mole, aut vi, aut vtrisquè, contra vbi leues abundant. Sed hoc in loco oritur dubium non contemnendum; an hæc regula sit æterna, & quod facit difficultatem est, quia vt nuper dixit ex Platone videntur morbi melancholici semper blandè tractandi, siue morbi sint interni, siue externi, nã cancri si sęuis remedijs tractentur semper deteriores euadunt, & qui occulti sunt dicebat Hip. 6. aph. 28. eos non esse curandos, quia curati citius interimunt. Adhæc melancholici, & pituitosi semper debiliorum sunt virium, quam sanguinei, & bilioſi, quod in his calor abundet, in illis frigus; iàm verò Hipp. lib. de loc: in homine dicebat: validis deberi valida medicamenta, & debilibus debilia, quod nõ tantum intelligendum est de ipsis corporibus, verumetiam de morbis, iuxta illud quod Hippoc. scripsit 1. aph. 6. (*extremis morbis extrema remedia esse adhibenda*). Pro cuius resolutione dicendum est valida corpora aut validis morbis, aut debilibus tentari, atque morbos ipsos vel fieri à succis crassis, & viscidis, aut tenuibus; Vbi validi sunt ægrotantes, & à validis laborent morbis, siue fiant aut à crassis, siue à tenuibus semper validis medicamẽtis sunt tractandi, alioquin agitati, & non expulsi peccantes humores, euadunt sæuiores, & id puto contigisse Euboeo adolescenti commemorato ab Hippocrat. lib 5. Epid. qui cum accepisset in valido morbo, ipse validus, medicamentum debile nihil est purgatus, & mortuus est. Sin autem imbecillus sit æger, & ab imbecillo morbo correptus, planè leuibus medicamentis est tractandus, alioquin aut ægri adhuc magis debilitantur ob medicamenti purgationes, aut fiunt super purgationes, quæ postmodum ipsos ad exitium perducunt, quemadmodum scribit Hippoc. lib. de nat: humana. & 5. Epidem. vbi narrat duos ex superpurgationibus fuisse extinctos. Sin validi à debilibus morbis à crassis succis factis laborent, hi possunt medicamentis validis purgari, ne si humores crassi permaneant in corpore, morbi fiant ex debilibus atrociores. Econtra si debiles fiant ægroti magnoq. morbo aliquo laborẽt, debent curari medicamentis non validis potentia, sed vicibus; vt enim Cassia sæpius data, quoslibet humores tandem euacuat, sic si sæpiùs debili ægroto à valido morbo capto debile medicamentum tradatur, tandem vincitur humor, atque sic interpretandam esse puto Hippocratis mentem, ne in curando aliquis error exitialis committatur, vt sæpè eos committere non dubito, qui superficietenus tantum considerantes sapientissimi senis oracula, nec secundum rationem, ac experientiam ea expendentes, magno cum ægrotantium discrimine non rarò peccant. Quod verò scribit Hippocrates lib. de aer: aq: & loc: omnes qui vtuntur aquis stagnantibus non nisi validis medicamentis, purgari, fit, quia huiusmodi corpora sunt robusta, veluti rustici, & propter aquas accumulant crassos, atque frigidos humores, qui non purgantur nisi validioribus medicamentis; nam Aristoteles prima sect: problem. 15. dicebat: aquarum mutationem esse grauiorem, quam aeris, quoniam illa nutrimento est, & magna ex parte ingreditur alimenta quibus quotidiè vescimur, & decimaquarta sect. 6. dicebat: in locis palustribus vlcera capitis facilus, crurum difficilius curari, quoniam humor, qui in hisce locis generatur in corpo-

Dubit. *Solut.* *Not.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 310 sur 867

©BIUM

ribus, grauis est quod propterea facilè a superioribus partibus, in inferiores delabitur, ita vt illæ humoribus priuatæ citiùs, hæ verò repletæ difficiliùs ad cicatricem perducantur.

---

10. *Medicari in valde acutis, si materia turget, eadem die. Tardare enim in talibus malum est.*

CELEBRATISSIMVS omnium penè aphorismus, & qui in facienda medicina sæpenumero in vsum venit, cum sit præceptum curatorium ad eam medicinæ partem spectans, quæ pharmaceuticè dicitur, Est sententia cũ ratione coniuncta, ita vt in duas partes commodè possit seccari in sententiam, scilicet, & caussam sententiæ. De continuatione verò cum superiore ità statuendum est, vt cum in superiori vomitus sermonem clausisset, in præsentia de purgatione agat, eiusquè maximè necessarium præceptum tradat, vt illius Scopus sit, purgationis in morbis acutis regulam tradere, vt scilicet in ijs qui sunt maximè acuti, eadem die purgetur, si materia turgeat, quoniam in his tardare malum est, nisi etiam pro continuatione placeat dicere tractasse hactenus de uomitu, & purgatione nũc de tẽpore purgandi in vniuersum, quia cũ duo sint genera morborũ, acuti, & longi, atq; ex vno contrario supposito soleat Hipp. aliud intelligere, si scitur in acutis quando vrget res esse statim purgandum, in longis erit differendum, Cornelius Celsus lib. 3. cap. 1. disertissimè hunc locum videtur tractasse, vbi comparans morbos longos, & acutos, in his celeri medicamentorum adhibitione, & si non prosunt, mutatione opus esse docet, Sed iam examinemus singula. Purgare; Græcè Φαρμακεύειν, quod Hipp. tantum vsurpet medicamento purgante nos admonuit pluribus in locis Gal. præsertim 1. aph. 4. lib. huius, & 2. aph. 37. & 4. de acutis tex. 113. & 2. & de fract. 29. Verumtamen solent pleriquè alij scriptores vti pro quauis purgatione, imò verò & pro effascinatione, & pro uenenorum exhibitione, vndè cum quę ad ornatum cõducunt mulieribus, sæpè venena sint, & pharmaca huiusmodi res appellare interdum consueuerunt, Sed hic vere nil aliud significat, Φαρμακεύειν, quam medicamentum purgatorium exhibere, siue vomitu siue deiectione, siue vtrisquè id agatur. (*In valdè acutis*). Qui sint apud Hipp. hoc in loco valdè acuti docet Gal. in com. dicens: ea esse quæ prius vocauit κατόξεα; scilicet 1. lib. aphor. 7. nostri dicunt peracutos morbos, hi autem statim symptomata habent summa, celeriter, & vehementer mouentur, summusquè vigor aut in primum quaternarium, aut ad plus in primum septennarium incidit, quod ait Gal. hoc in loco septem diebus terminari, sicut, & tertio prognosticorum atque alibi, Nam & Hipp. lib. de carnibus seu de principijs, acutissimos morbos ait septimana, vel dimidia iudicari; quod si apoplexia die, & minus iudicatur, illud est propter maximam omnium acutiem, & quamquam non habeat eos vehementissimos motus, qui solent cerni in acutis, habet tamen, & vitæ discrimen, & iudicij properantiam, quod sunt & ipsi characteres acutissimorum, cum acuti tantum quatuordecim diebus iudicentur, vt scribit Hippoc. 2. aph. 23. ἢν δ' γᾶ si turgeat, Quid sit turgere millies docuit nos

Diuisio.

Connexio.

Scopus.

Turgere quid.

Gal.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 311 sur 867

Gal. sed disertissimè hoc in loco vbi scribit hanc vocem metaphoricè deductam esse, ab animalibus, tam fœminis quàm masculis, quæ ubi copia seminis ad illud euacuandum concitantur huc atque illuc aguntur, & ferocire non desinunt donec illos libido vel exercitione, vel interna consumptione sedatur, nam etsi homo sæpius ob voluptatem, quàm ob necessitatem in venerem protrahatur, vt ob hoc etiam forsan pudeat ipsum petere eius vsum, non item cibi, & potus, quemadmodum ait Arist. 4 sect. prob. 28. nihilominus bruta sola necessitate excernẽdi ad venerem impelli dixit Gal. 6. de loc. aff. Itaque ubi natura similiter stimulata à copia, vel qualitate humorũ eos secernere, & expellere satagit, ac propterea eos mouet, & agitat, tunc turgere dicitur, haud secus atque uites tempore ueris, quę ubi grauidæ humore in hyeme concepto illum extrudere conantur, exuberant, atque ea actio turgentia propriè dicitur, quæ est materiæ eruptio; vndè nec malè Hipp. turgere, quæ uideretur naturæ operatio, tribuit materiæ, quippe quæ à loco ad locum mouetur, & extuberare properat instar succi uitis ἀυθήμερόν, eadem die, scilicet qua incipit apparere morbi acuties, non autem qua cæpit morbus, siquidem contingit sæpenumero, vt morbus initio sit placidus, post verò aliquot dies fiat acutus, & sæuus, quo in casu certè non conuenit prima die inchoatis morbi purgare, sed prima die acutissimi facti, nec enim ita arctè intelligenda est prima dies, vt etiam secunda non liceat, sed vult dicere Hipp quod in morbis peracutis, vbi humor concitatus est, ita ut huc atque illuc cieatur, siue per totum corpus, siue in aliqua parte citissimè esse purgandum, Sed contra uidetur Hippoc. sentire 4 lib. acut. ubi quarta, & quinta die purgandum esse monet. præterea Aristot. 3 lib. polit. cap. 11. scribit apud Ægyptios uetitum fuisse antè tertiam diem quicquam in morbis mouere. Nisi dicamus & Hippoc. & Aegyptios non esse locutos de morbis peracutis, qui citissimè auxilium postulant, nec de materia turgente, Verum de morbis minus acutis atque inducias, & tempus remedijs regulariter adhibendis præbentibus, Sequitur secunda pars in qua Hippoc. rationem affert, cur celeriter sit purgandum in acutis, ubi turget: & est quia *(In his differre est malum)*: Sed hæc ratio uidetur nimium popularis, ac parum promittere; quandoquidem nemo est, qui ignoret ubi aliquid oportet facere celeriter, illud tardare esse malum, alioquin si bonum, uel saltem indifferens esset, non esset necesse accelerare. Quare puto Hippocratem sic esse locutum, quasi voluerit τὸ χρονίζειν, idest tardare esse ultra eandẽ diem purgare; nam potest quidem vnusquisq; scire, quod vbi est opus celeritate mora sit mala, sed nõ quod vltra eamdem diem. Quod verò sit malum illud, quod impendet tarditati purgationis in peracutis dimisit Hippocr. proponere, quod noluerit permittere lectori, vt ingenium exerceret in expiscandis malis, quę contingunt ex natura ipsorum acutorum, & materię turgentię nisi statim occurratur. Ea propter ipsi cõabimur inuenire, si natura cognita acutorum, quid periculi impẽdeat, & quid boni ex purgatione tempestiua nascatur, comperiemus. Duos dicebat Galen. esse acutorum omnium characteres celeritatem, seu vehementiam motus, nec non periculum salutis. Velocitas & vehementia motus oritur, quia materia faciens acutos morbos biliosa est, scilicet acuta, mordax, atque calida, quà natura immaniter stimulata eam depellere satagens, huc atque illuc furiosè agitur, Iam

Sensus Aphor.

Dubit.

Solut.

Secunda pars.

Characteres acutorum sunt duo, & qui.

verò

©BIUM

verò periculum eſt, quia dum materia cęco quodam pacto mouetur à natura coacta, nec regulariter agente poteſt in aliquam nobilem partem mitti, quàm vehementer ob ſui caliditatem, & acrimoniam percellens, tandem exitium afferat. Vnde medicus intelligens hæc omnia, ſi materiam ferocientem priuſquam offendat extra corpus ducit, periculo occurrit, & vtilitatem præſtat, quemadmodum ſi differat, nec periculum auertat, malè facit, atq; inferitui ægrotantem ipſum manifeſtè permittit. Cæterum quia hoc eſt nimis vniuerſale dictu melius erit, ut magis explicate videamus quæ bona conſequantur ex celeri purgatione, & quæ mala ex tarda; Nam primum bonum quod ſequitur eſt, quia occurritur materię, ne ad aliquam partem nobilem decumbat, ſicquè celerem mortem afferat, Aliud bonum eſt, quod cum initio uires ſint robuſtæ, non modo illis nulla uis infertur, uerum eæ auxiliatrices habentur, Tertium eſt quod materia morbifica in motu, & concitata exiſtens, non multò negotio corpore pellitur, atque hoc (quod ſcribitur quinto Epid.) ſurſum purgandum eſſe in ipſis morborum exacerbationibus, quoniam tunc humores ſua ſponte attolluntur. Contrà ſi nequaquam fiat ſtatim purgatio turgente materia, præbetur occaſio, vt ea in aliquo nobili loco firmata aliquam ingentem perniciem afferat, Adhæc vires in dies uiſ morbi magis fractæ ſufficere nequeunt, aut debiliores factæ dum poſt modum tarde purgatur haud quaquam poſſunt auxiliari. Itaque iure dicit Hip. (*tardare eſſe malum,*) & dixit (*malum,*) nō mortale, quia cum in vtroq; res anceps ſit, vt tarditati nō debet adſcribi mors, ſi ſequatur, ſic non debet certū aliquid ſperari, etiā ſi cito ad purgationē accedatur: Sed ubi purgatio hūc in modū properanda eſt, præſtat ne aliquam obſeruationem habere? Certè illud primum obſeruandum, ut medicamētum ſit validū, alioquin debile medicamentū in materia furioſa, atque pernicioſa adhibitum agitat adhuc magis, neque mouet, quocirca etiam ſcammoneatis, atque alijs grauibus pharmacis utimur. Alterum eſt ut quemadmodum ait Galenus ſi fieri poteſt aliqua præparatio fiat, vel clyſtere, vel uomitu leui. Hippoc. lib. de affectionibus iubebat, ut æger purgandus pridie ieiunaret, Sed hoc præceptum in diuturnis potius, quam in acutis eſt obſeruandum. Tertium eſt, ut ſi fortè medicamentum, non purgauerit, attendatur an materia adhuc in motu ſit, an firmata, uel in loco prȩcipuo, uel in ignobili, ut in glandulis, in cute. Si enim adhuc in motu ſit materia, repetenda eſt ſtatim purgatio, quia ſtante eadem indicatione, eadem quoque eſt operatio adhibenda, Sin uerò firmata ſit in aliquo nobili loco, ut Cerebro ſtomacho, pectore, pulmone, tunc quoque ualido medicamento eſt agendum, quod uim habeat eliciēdi materiam inde, nam ſi purgamus ne materiā figatur in prȩcipuo aliquo uiſcere, multò magis id facere oportet, cum iam decubuit, Verum ſi fixa, & firmata ſit in aliquo ignobili uiſcere, ab omni purgante medicamento abſtinere conuenit, quemadmodum nos monuit Hippoc. lib. de affect: Vndè facilè patet eorum error, qui ubi apparent papulæ in cute, vel in glandulis tumores, niſi tuntur corpora purgare, quia prȩterquam quod materia ſemel in cutem depoſita medicamentis inde aufferri nequit ut docet Galen. 6. Epid. in hiſtoriam Simonis, accedit quod ipſi naturę uis affertur, ità ut, nō bene poſſit coctionibus, & relictę materiæ expulſioni uacare. Patet itaque ex omnibus adductis, quàm in-

Bona ex celeri, & mala ex tarda purgat quæ.

Nota.

gens

©BIUM

gens sit vtilitas præsentis aphorismi, in ea medicinæ parte bene, ac feliciter exercenda, quæ circà medicamentorum purgantium administrationem versatur, ne scilicet temere ad ea confugiatur, neque vbi opus est ea dimittantur. *Vtilitas Aphor.*

---

11 *Quibus tormina, & circà vmbilicum labores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neque aliter soluitur, in hydropem siccam firmatur.*

CORNELIVS Celsus disertè satis videtur hunc aphorismum interpretatus lib. 2. cap. 7. dum ità locutus est: Eiusdem morbi, scilicet hydropis nota est, vbi circà vmbilicum intestina torquentur, coxæque dolores manēt, eaq. neque tempore, neque remedijs soluuntur: Quæ sententia habetur quoque in Coacis prænot: licet parum mutata. An verò vllam habeat connexionem *Connexio.* cum superiore aphorismo certè videre non possum nisi dicere placeat, quod sicuti supra monstrauit vsum purgationis subitę, sic nunc demonstrare detrimentum importunæ. Est enim dogma totum prognosticum, ex quo tamen elici simul potest præceptum præseruatorium ab Hydrope sicca, vt infra dicemus. Est quidem satis longa sententia, sed ità colligata, vt comodè in plures partes secari nequeat. Sat est Hippoc. in ipsa scopum esse docere, quid in torminibus *Scopus.* diuturnis, & cōtumacibus lumborum, vmbilici, & coxæ, sit mali expectandum: Quem scopum vt magis comprehendere liceat. Primo examinandum est Hippoc. non contentus dixisse στρόφοι, addidit πόνοι, quasi verò ubi sunt torsiones nō etiam sint dolores atque ipsi graues, pro qua re intelligenda sciendum est, quod (στρόφος) vox vsitatissima est ipsi Hippocrati, non modo in significandis torminibus intestinorum, verumetiam ventriculi, & M. Cicero vocat torminosos, qui huiusce generis cruciatibus torquentur. Nonius Marcellus Tormines dicit, sed cum authoritatē sibi fauentem non habeat, suspicor mendosum esse cōtextum, & tormina legi debere, sic enim dicuntur à Latinis, non tantum quia intestina contorqueantur, sed quia illi, qui laborant se se torquent, vt locum in dolentem reperiant, qua de re Aristot. problema facit 6. probl. 8. sect. cur minus sentiant dolorē ventris, qui crura introrsum flectunt, quod scilicet maius spacium detur flatibus. Inuenio etiam à quibusdam Latinis authoribus dici Verminatio, vt apud Senecam Epist. 59. & apud Nonium dicitur de doloribus parturientium, metaphora sumpta à Vermibus, qui torquent, Fiunt autem huiusmodi στρόφοι seu tormina tum ab ipsis vermibus, tum ab humoribus, tum maximè à flatibus, Sed qui fiunt à flatibus uidentur omnium acerbissimi, vndè cum hic Hippocrates de ijs sermonem habeat, addidit vocem (πόνοι,) idest dolores, seu labores, scilicet ad significandum cruciatus magnitudinem, quamquam etiam non damno, quod ait Gal. στρόφους significare dispositionē ipsam, πόνους verò ipsa symptomata consequentia dispositionem. (*Circà Vmbilicum,*) qui sit vmbilicus, nulli non notum est, quemadmodum quod sæpenumero hæc pars torqueatur, cum sit superposita illis sublimioribus intestinis, quæ quia tenuiora sunt, vbi flatibus distendūtur, aut verminibus feriuntur, aut humoribus corrodūntur, ingentes dolores faciunt, (*Circà Lumbos dolor*) ἄλγημα est Græcè, & dignum, scitu est:

cur

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 314 sur 867

©BIUM

cur non dicit, Circà Lumbos πόνοι, ſed ἄλγημα, ad quod reſponderi, poteſt Lumbos eſſe carnem totam muſculoſam cũ nullis, aut paucis fibris, atq; membranis ob quod etiam guſtùi grata eſt tota hæc pars, vt eſt apud Plinium lib. 8. cap. 51. & ob quod haud acerbis adeò doloribus vexatur, ſed mitioribus, & potiùs grauatiuis, quàm extenſiuis, aut corroſiuis. Vndè Hippoc. maluit vocare ἄλγημα, quàm πόνους, aut στρόφους, tum quia eſt vnus dolor, non plures, vt qui fiunt in inteſtinis, tum etiam quia non adeò cruciat, vt videtur vox Hippocrati vſitatiſſima plerumquè ſignificare, quemadmodum etiam ſignificat quandoq. morbum, vt in Coacis quando meminit ἀλγήματος ὄσφυος, quod ſi aliquid plus ſignificare debet, ſolet Hippoc. apponere aliquam condicionem veluti quando 7. Epid. dicitur ἄλγημα περὶ ὀμφαλον ἐρωτικόν, fit huiuſmodi dolor interdum ipſamet parte affecta interdum per conſenſum à partibus ſubiectis ſibi, nempè inteſtinis communicatum; (*Qui non ſoluatur, &c.*) ſolent dolores, & præſertim à flatu remedijs tàm extrinſecis, quàm intrinſecis finiri, aut ſaltem demulceri; quorum neutrum vbi fit, ſignum eſt vel cauſſam & mineram eſſe pertinacem, uel locum affectum alium, quam vt vis medicamentorum poſſit, ad eum penetrare, atque cauſſam morbicam penitus tollere; idquè potiſſimum contingit, quando flatus non colligitur in ipſis inteſtinis, ſed in ſpacio quod inter eſt inter ipſa inteſtina, atque peritonæum, cum enim medicamenta quæ per os ſumuntur, eo non perueniant, ut manifeſtè comprehenditur in hydropè aſcitè in qua medicamenta, hydrogoga quantumuis potentia exhibita nihil illius aquæ ducũt, iure etiam merito ſequitur, ut diſſipandis flatibus nõ ſufficiant, quemadmodum, nec ſi extrinſeca medicamenta adminiſtrentur, quæ nec peritonei duritiem, nec ſupraposítorum muſculorum craſſitiem penetrare ſua vi atq; ad illum locum peruenire queunt: Atque cum ibi flatus quotidie cumulentur, nec diſſipentur, fit ut ea in parte quædam hectica, ut bene ait Galen. diſpoſitio inducatur, ad quam deindè neceſſario ſequitur hydrops ſicca ab Hippocrate hic, & in Coacis prænot. tantum commemorata, cum adſit perpetua cauſſa flatum generans. Vt ex hoc toto diſcurſu facilè ratio conſpiciatur, ob quam huiuſmodi contumaces dolores in hydropem ſiccam deſinere dixit Hippoc. & aduertendum Hipp. dixiſſe ἱδρύεται, ideſt firmatur, quia vere non ſoluitur ille dolor ſed firmus permanet ob iugem abdominis diſtenſionem. Cæterum circà hæc, & circà ea quæ dicit Galen. in com: ſunt nonnulla expendenda, & primùm circà nomen ipſius hydropis, quia Cælius Aurel: lib. 3. diutur. cap 8. de hydrope uidetur manifeſtè ſentire, nullam hydropem fieri abſq; aqua poſſe, vt ipſum met nomen videtur indicare, attamen Gal. dixit hydropem ſiccam Hippocr. propterea poſteriores medicos tympaniam vocaſſe, quod vt tympanus aere plenus perſonat ictus, ſic venter flatu plenus vbi pulſatur, inſtar tympani ſonare videtur: adeò ut Galenus ſolum flatum in Tympania agnoſcere videatur. Præterea Galen. profitetur tympaniam fieri à minori frigore quàm aſcitim, imò uerò ab aliquo calore ſine quo humor in flatum nequit conuerti: Verum & hoc dubium eſt, quoniam affectio à quà fit tympania eſt hectica frigiditas, non autẽ à quà fit aſcites, & propterea & maior uidetur, atque etiam deterior. Tertio dignum eſt contemplatione. Vtrum tympania fiat neceſſario refrigerato iocinore, quarto & vltimo

Not.

vtrum

verum ille flatus generetur in loco vbi colligitur an verò aliunde, scilicet ab intestinis cò mittatur. Circà primum igitur dicendum est verum esse, quod hydrops sicca fit a flatu, quemadmodum etiam habetur ab Hippocr. & Galen. 4. de victus ratione in acutis, tex. 109. Verum & ea auctoritas, & aliæ similes sunt rectè interpretandæ; scilicet quod maxima parte fiat tympania à flatu, non autem quod penitus sit absq; humore aquoso, cum Hip. lib. de nat. pueri omnes spiritus fieri ab aqua doceat, alioquin quomodo excitaretur flatus à debili calore in abdomine, nisi quoq; ibi aliqua esset humoris veluti minera, quę cõtinuo ipsi flatui excitando materiam suppeditaret? id quod etiam absque dubio insinuare voluit Cælius Aurelianus lib. 3. cap 8. vbi dixit increpans Demetrium Herophili sectatorem, esse vanum, atque intellectu carens, sine ullo humore superfluo hydropem vocare. Et Stephanus quoquè Atheniensis, qui in cõm: ad prognostica Hippocratis quinque Hydropis species propoluit, eam appellauit Tympanitidem in qua pauca aqua, & multus flatus tumorem facit, quam Hippoc. vt ait Gal. vocat siccam; non simpliciter, sed in comparatione ad ascitim, atque anasarcam, quæ ab humore potissimum originem ducunt: Etsi non inconueniat, etiam in ipsis aliquid flatus reperiri. *Ad Primum.* Circà secundum propositum, videtur dubium, quia venti fiunt ex tenuiore materia quam pluuiæ, quæ fiunt ex grossioribus vaporibus, vnde opus est maiore calore, vt attollantur, & proinde minori frigido, sic etiam contingit in corpore; Adhæc à morbis acutis fit magis ascitis, quam tympania, vt etiam intelligitur ex Hippocrate lib. 2. progn. igitur, magis aqua generatur à calido, quam à frigido. *Ad Secũdum.* *Dubit.* Pro resolutione dicendum, flatum vt Aristot. docet secundo meth: fieri non à calore valdè imminuto, sed à temperato potiùs, aut saltem nõ intenso, alioquin prout generaret ventum ita etiam dissolueret, nec vrgeretur quemadmodum in æstate, propterea fieri paucos ventos videmus: Imò Auenzoar lib. 1. trac. 13. cap. 1. & Auuerroes 3 collect cap. 21. videntur censuisse, à calore magno fieri tympanitem, de qua loquens Auerroes dicit medicos fuisse valde sollicitos circà eam quod fiat à frigida, & à calida causa; Verum aqua fit uere à calore diminuto, qui scilicet non tantus est vt possit eam dissipare, & quamquam calor semper excitet uapores prius, vt experientia comprobatur, attamen crassitie materiæ impeditur interdum quo minus id facere queat, & tũc aqua generatur, nec valet, quod fiat sæpius ascitis ex acutis, quoniam ab illis hebetatus est magis calor, & propterea frigus maius in loco genitum, causat aquam, & non flatum, quo fit vt videatur etiam debere esse deterior hydrops ascitis, & anasarca, quam tympanitis, vt Auicennas, & omnes ferè Arabes prodiderunt, dixi ferè, quoniam Auerr 3. collect. c. 21. videtur Tympaniam cæteris speciebus fecisse magis perniciosam, quoniam cum fiat à causa frigida, & calida, arduum est veram eius originem reperire, & consequenter remedia opportuna adhibere, Cum tam Hippoc. 1. de morbis recenseat hypoſarcam inter eos morbos, qui necessario interimunt & Aetius, & Areteus dixerint in ea totum corporis habitum esse corruptum, esseq. vt ait Areteus hominem totum renouare velle, qui curandam suscipit anasarcam. Circà tertium propositum. Est difficultas, quia Gal. 5. de loc: aff: cap. 7. & secundo de protentijs naturalibus cap. 8. scripsit in omni specie hydropis iecur necessariò esse refrige- *Ad Tertium.* *Dubit.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 316 sur 867

©BIUM

ratum, ſiquidem eo exiſtente ſuccorum officina, quales hiſunt, tale quoque illud eſſe conuenit. Ex alia: eſt Hipp. 2. progn. initio, & Galen. eodem 5. de loc. affi. vbi tradunt, à febribus, alijſq. morbis acutis interdum fieri hydropas; cui etiam atteſtari videtur Ariſt. qui 3. ſect. probl. 8 profitetur vt etiam experientia docet à potu vini meracioris, quod certè calidum eſt fieri hydropem, & Auenzoar, necnon Auuerroes locis anteà citatis de tympania loquentes dixerunt eam fieri quoq; à

Solut. à calore. Pro reſſolutione huiuſcè diſceptationis dicendum eſt, cauſam hydropis cuiuſlibet duplicem eſſe aliam continentem, & immediatam aliam verò mediatam, ſeù antecedentẽ immediata de quà loquebatur Gal. ſemper eſt frigiditas ob rationem adductam, ſcilicet quia ſemper effectus frigidi, conſequuntur ſimiles cauſas. At ſi loquamur de cauſis mediatis, & antecedentibus poſſunt proculdubio eſſe cauſæ calidæ: Quę veluti iugulantes calorem natiuum eius deminutionem, & conſequenter frigiditatem inducunt. Ad quartum propoſitum de-

Ad quartum. loco vbi generetur flatus eſt quoque cõtrouerſum, Aſclepiades, & ante ipſum Heraclytus, qui putarunt vrinam fieri in veſica ex flatu ibi collecto, & frigiditate

Dubit. veſicæ condenſato, ſimiliter exiſtimarunt intrà ipſum peritonęum, & inteſtina ex humore ibi contento excitari flatus, qui cum diſſolui nequeant, paullatim collecti in tumorem attollunt abdomen, nec valet flatum diſſipari illius partis calore, quia plus eſt quod quotidie ſuggeritur, quam illud quod diſſipatur, præterea in tympanitide neque per ructus, neque per alui crepitus euacuatur flatus, quod ſignum eſt non generari ipſum in parte vndè extrudi poſſit: Ex altera parte durum videtur, quod cum in eo ſpacio, quòd eſt inter inteſtina, & peritonæum ſint viſcera calentia, nec humor, aut alia materia contineatur, quæ poſſit eſſe flatus minera, quomodo inquam ibi generetur. Nec valet non eſſe etiam vllam manifeſtam viam, per quam flatus aliundè irrumpat in abdomen, quoniam ſufficiũt viæ illæ incognitæ, quas dicebat Hippocr. 6. Epid. ſibi natura parare; nam & aqua etiam eo fertur ad faciendam aſcitem per vias ignoratas; de quibus adhuc inter medicos viget controuerſia, ſcilicet per quas mittatur aqua ab ambitu corporis in Abdominis capacitatem.

Solut. Prò reſolutione dicendum eſt, flatum poſſe quoque in tympania alibi nempè in ſtomacho, & inteſtinis genitum mitti in cauitatem abdominis atque ibi retineri; ſed rationi magis conſentire, vt vbi colligitur, ibi quoq; gignatur, quandoquidem non ſunt viæ vllæ apertæ; per quas conijcere liceat, faciliter poſſe in ſpacium prædictum ferri; Aqua enim cum cõtineatur in venis, licet dicere, vel ipſarum oſculis reclusis, vel ijſdem effractis, vt aliqui crediderunt, eum in locum abdominis eructari, ſed flatus non continetur, nec colligitur in venis, ſed extra ipſas in cauis partibus potiſſimum. Cauſa verò cur ibi colligatur, ſcilicet in peritonęo flatus eſt intemperies hectica, ſcilicet frigida, & ſicca orta à febrium calore, quem vt plurimum ſequitur tympania, nam humidum natiuum plus à calore febrili ſeptem diebus quàm à calore naturali quadraginta annis conſumitur. Vtilitas huius aphoriſmi eſt pro præcognoſcenda futura hydrope ſicca, quæ præcognitio non modo glorioſa ipſi medico eſt,

Vtilitas Aphor. verum etiam non parum iuuat ad præſeruandum ab ipſa, quandoquidem & medicus, & ęgri, & adſtantes tanto acrius in adhibendis remedijs contendunt, quãto maiorem futuri grauis alicuius mali ſuſpicionem habent, nam flatus cum minus

nus cedat medicamentis purgantibus, quam humor; cerè vbi dolores perseuerant, nec ab vllo medicamento purgante, aliue externo mitigantur, iure potiùs hydrops ſicca quam aquoſa metuenda eſt, in quo cognoſcendo, atq; prænoſcendo maximè requiritur iudicium, atque induſtria medici.

12. *Quorum alui, inteſtinorum leuitate laborant, hyberno tempore ſupra purgari malum.*

EST ſanè aliqua, ſed exigua lux connexionis aphoriſmi præſentis cum ſuperiori, ſiquidem ſupra egit de vitio partium inferiorum ſicut, & in hoc, Verum illud totum pertinuit ad partem prognoſticam, hic autem aphoriſmus eſt præceptum curatorium ad pharmaceuticam pertinens, & forſan melius fuiſſet collocatus poſt octauum, vel nonum aphoriſmos, in quibus de purgatione ſuperna, atque inferna tractauit. Eſt ſententia ſimplex ſine ratione, atque indiuiſibilis. Eſt tamen ſuperficietenus ſatis perſpicua, cum nil aliud in ipſa doceat, quàm nè vomitus in ijs adminiſtretur, qui laborant lienteria, ſeu inteſtinorum læuitate; Et Hippocr. magno iudicio voluit nobis huiuſcemodi documentũ relinquere, quoniam cum lienteria ſit motus præternaturalis ad partes inferiores ratio quædam diuerſionis poſtulare uideri poſſet ipſum vomitum, ſicuti præcipimus eos vomere, qui circà veſicam, & renes laborant, Imò æterna eſt Hippocratis atque omnium medicorum regula, vt motus omnis morboſus, & præternaturam contrario motu compeſcatur. Et Hippoc. lib. 3. de rat. victus, quem locum etiam Galenus cum multis alijs citauit 6. aph. 1. curationem lienterię ſatis exquiſite tradens commendat vomitum etiam repetitum, qua de re ſuo loco inferius plura dicam, Nunc autem totam ſententiam examinare conuenit. (*Quibus alui lienteria &c.*) ἡ κοιλίη communiter ſignificare ſolet quicquid in corpore cauitatem conſpiciabilem habet: Propriè aut. Hippocrati eſt ventriculus, ipſe atque inteſtina, quemadmodum accipere conuenit in præſenti aphoriſmo, ſiquidem lienteria, ſeu leuitas inteſtinorum eſt, propriè affectus ipſius ſtomachi deindè inteſtinorum; ille enim propter frigidam, & humidam intemperiem, nec retinere poteſt aſſumptum cibum, nec conſequenter ipſum concoquere ſimiliter, & inteſtina, Vndè Hipp. hoc in loco vſus eſt uoce plurali, αἱ κοιλίαι, ſcilicet ad ſignificandum non ſolum ſtomachum affici, ſed etiam inteſtina, id quod etiam fecit loco citato tertij de vict. ſalub. vbi inquit quod in lienericis ſunt, αἱ κοιλίαι ψυχραί, καὶ ὑγραὶ. Et quamquam ipſa vox videatur ſignificare hunc affectum eſſe propriè inteſtinorum; quo ad effectum ſanè ità eſſe videtur, ſcilicet vitiũ eſſe principaliter in inteſtinis. Attamen prima mali origo poſita eſt in ipſo ventriculo nec retinere debito tempore cibum, nec cõcoquere valente; quemadmodum clariſſimè docet Gal. eodem primo aphor. lib. 6. vbi breuem afferens deffinitionem dicit eſſe carentiam coctionis, cum ſcilicet cibi nulla fit in ſtomaco mutatio. Eſt ergo lienteria vt docet Gal. in com: quando ea quæ commeduntur deijciuntur, qualia ſunt aſſumpta, ſ. incocta, ſeu vt dicebant Veteres ἄπεπτα, i. imputrefacta, quod etiam ſcriptum eſt ab Hipp. 3. de victu ſalub. Vndè iure increpabat Gal. Eraſiſtratum, quod dixiſſet Veteres voluiſſe mucoſa, & cruenta

Connexio

Scopus.

Regula generalis.

Lienteria quid aff.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 318 sur 867

©BIUM

vna cum cibis crudis in lienteria reijci, quamquam in Coacis prænotionibus, neſcio, quid huiuſmodi habeatur, vbi ſcribitur interdum fieri lienteriã ob aphtas ſeù vlcuſcula exiſtentia in ventriculo, in qua affectione non modo non retinetur cibi, ob moleſtiam, quam afferunt vlcerato, ſeù excoriato ventriculo, verumetiã laminulę cruẽtæ cum ipſo cibo eijciuntur: (*Hyeme per ſuperiora,*) circà hæc verba illud primo, quęrendũ eſt, cur Hipp. cum in lib. de nat: hum: & in hoc nõ ſemel monuerit hyeme haudquaquam eſſe vomendum, idq; pariter à Plinio cõfirmatum habeatur lib. 25. cap. 5. hoc etiam peculiariter in lientericis commoneſacere voluerit; præterea eſt admiratione dignum, qua ratione potiſſimũ hoc de lientericis voluerit præcipere, quandoquidem non ſolum hyeme lienterici non ſunt vomitu tractandi, verumetiam nullo alio tempore, quandoquidem cum ſtomachus ſit vehementer affectus frigida, atq; humida intemperie, nec vmquam per partem affectam ſit euacuatio faciẽda, plane neceſſariò colligitur nullo tempore lientericos eſſe ad vomitum cogendos, poſtremo videtur his verbis Hipp. ſignificare lientericos poſſe per inferiora purgari, quod tamen ab omni videtur ratione alienum, cum nimis ipſa inteſtina laxa, atq; lubrica ſint, ità vt ſi adhuc medicamentis excitarentur, irremediabile malum fieret: Circà primum dicendum eſt, primo Hipp. nomine purgationis per ſuperiora, intelligere eam, quę fit Elleboro albo, quo ipſus ætate frequẽter vtebantur de quo loquens Celſus lib. 2. c. 13. dicebat: ipſum neque hyeme, neque æſtate rectè dari. Deindè non abſq; cauſſa Hipp. hoc de hyeme voluiſſe poſteris relinquere, quia cum etiam alijs temporib. ſit pernicioſum, hyeme tamen eſt pernicioſiſſimum, tum quia hyems ſuapte natura (vt dictum eſt,) inepta eſt huiuſmodi purgationibus; & ratione caloris, qui intrò coactus eſt, & ratione humoris tũc temporis potiùs ad inferiora, quam ſuperiora inclinantis, tum quia ſi vmquam ſpes eſt lientericos curari poſſe, eſt hyeme, quando ventres ſuapte natura, vt ait Hipp. 1. aphoriſmorum ſunt calidiores, Vndè tunc temporis ventres ſunt in quiete continendi neque vllo pacto exagitandi, neq; valet poſſe fieri lienteriam à bile, vt videatur egere poſſe vomitu, ob idq; Hipp. prohibuerit, quoniam vix fieri poteſt vt hyeme tantum bilis in ventriculo, atque inteſtinis cumuletur, quæ nec retineri, nec coqui cibum permittat; Imò nec etiam ea vera eſt lienteria, nempè quæ facit, vt ait Gal. & Hipp. reijci cibos crudos, & immutatos ob frigidam, atq; humidam ventriculi intemperiem. ſiq; interdum contingeret eam fieri hyeme, nihilominus putat Gal. potiùs per inferiora eſſe agendam, quam per ſuperiora, ne ſcilicet magis lædatur ventriculus: Cæterum ſi ita eſt, cur igitur vt ſuperius dicebam, Hipp. lib. 3. de ſalubri dieta vomitum repetitum pro lienteriæ curatione commendabat? Ad quod reſpondendum eſt primo librum illum non eſſe germanũ Hipp. vt etiam teſtatur Gal. loco citato, ſed dato etiam quod farina ſit Hippocratica, haud ibi loquitur de vera lienteria, ſed de affectu ſimili lienterię, quem appellat plenitudinem, quaſi hac ratione nominis commendet vomitum, vt qui tollat plenitudinem humorum ſtomachi eam indiſpoſitionem facientium, præterquam quod lib. de affect. loquens de cauſis lienteriæ inquit: fieri etiam à pituita à capite in ſtomacum labente, quæ poſſet vomitum poſtulare. Vtrum uerò quod erat ſecundo loco propoſitum alijs temporibus ſint lienterici euacuandi vomitu, certè rari ſunt caſus, attamen

Dub. tres. *Solut. 1.* *Dubit.* *Solut.* *Solut. 2.*

men si æstate fieret hic morbus, atque bilis exuberaret, maloq. occasionem, daret planè posset vomitus semel cieri, sed non veratro albo, de quo loquitur Hipp. ut antea dicebam, & quod nec in æstate, nec hyeme dãdum dicit Celsus, quoniã vt una uice potest humor euacuari, sic non potest multum lędi uentriculus, cum læsio fiat frequenti actione, ut excauatio lapidis ab aqua. Porrò ad id quod postremo proponebatur de purgatione in lienteria. Est sententia Auuic. 4. 1. cap. de euac. & Hipp. 2. Epid. sect. 5. & lib. de locis in homine, uomitum uomitu curari, & fluxum fluxu, quod etiam probauit Gal. 6. Epid. sect. 2. tex. 9. quando, s. morbus fit ab aliquo humore ad cuius euacuationem tollitur. Vndè si lienteria etiam fieret ab huiusmodi humoribus planè conueniret purgatio eius per inferiora idque dubio procul. Hipp. uoluit significare, scilicet interdum usu uenire medicamenta inferius purgantia in lientericis, imò conueniret etiam uomitu, ut docet Hipp. tum lib. de loc: in homine, tum tertiò de diæta. Aphorismi utilitas satis paret, cum doceat quid uitandum sit in curatione lienteriæ, scilicet ne tempore hyberno uomitus cieatur, etiam si id genus auxili postulari uideretur.

Solut. 8.

Vtilitas Aphor.

---

13 *Ad Elleboros, qui non facilè suprà purgantur, eorum corpora antè potionem plurì cibo, atque quiete humectanda sunt.*

HVNC aphorismum uidetur Celsus interpretari uoluisse quando scripsit lib. 2. c. 12. Veratro quoq; albo utendum est, id neq; hyeme neq; æstate rectè datur, optimè Vere, tolerabiliter Autumno fuit quisquis daturus erit, id agere debet, ut accepturi corpus humidum sit. Cur etiam hic, & in sequentibus trib. aphorismis Hippocrates loquatur de Elleborismo siue Ellebori administratione Duæ potissimum sunt rationes, una est quia cum de uomitu sit multa in superioribus locutus, atque ad uomitum faciendum omnium maximè ualeat Ellebori usus, ad rem maximè uidebatur pertinere, ut de ipso quantum pertinet ad eius effectus, & rectam administratione loqueretur, Altera causa fuit, quia Tempore Hipp. usitatissima erat Ellebori administratio, tum in Ægypto in quo est uersatus Hipp. & ubi syrmaismus uocatus ex Elleboro ad uomendum efficiebatur, ut indicauimus in nostris uarijs lectionibus, Tum etiam in Gracia, ubi Anticyra insula illius etiam innocẽtioris feracissima est, & ob quam Hippocrates propriũ librũ scripsit, in eoq. illius præparationem docuit, quam etiam tempore suo fuisse desideratã Gal. est testatus, imò aliqui ità se se assuefaciebant Elleboro, ut nihil commoueretur sicut recitat Theoph. lib. 9. de hist. Plant. c. 18. de Eudemo Chio quem narrat aliquãdo una die uiginti duas Ellebori potiones sumpsisse ne quicquam uomuisse. Itaque in hoc aphorismo Scopus Hippocratis est docere quomodo præparari debeant, illi qui sumpturi sunt Elleborum, ad hoc ut facile operetur. Est enim præceptum curatorium, & est simplex sententia sine demonstratione, atque indiuisibilis. Ergo ut latius eam explicemus incipiamus à prima uoce, quę est (πρὸς ἑλλεβόρους,) ad Elleboros, phrasis est Hippocratica, pro ab Elleboris, utitur enim uoce plurali, quia duo cum sint Veratri genera, album, & nigrum, utrumque vtebantur ad faciendum uomitum, sed magis albo,

Connexio.

Scopus.

©BIUM

bo, quippe qui potentior esset, & magis vsitatus, ità vt quotiescunque Elleborus simpliciter singulari numero scriptus inueniatur, semper aut saltem plurumque de Elleboro albo intelligatur, vt Galen. docuit pluribus in locis, & præsertim aphor. 1. lib. 5. atque etiam sequentibus comentarijs: Et errant quidem meo iudicio qui putant hic Hippocr. loqui tantum de Elleboro albo, alioquin non pluraliter esset locutus, sic etiam 7. Epid. loquens de febre quartana quæ fit ab atro humore, Elleboris purgandum dicit nec dubium quin de vtrisque loquatur quemadmodum, & in Epistol. Circà quorum tractationem illud antè cætera sciendum est, tria esse consideranda. Vnum antequam sumatur, de quo hic loquitur; aliud postquam sumptum est, de quo in sequenti; Tertium vbi iàm purgare cœpit, de quo etiam suo loco aget. Quid porrò sit Elleborus, & quomodo sumpturi ipsum præpararent, atque ipsi præpararentur & Dioscorides, & Oribasius, & Ætius atq; alij complures docuerunt, vt ad hunc locum minimè pertineat ipsum describere, atq; monstrare; Satis violentissimum, & valdè calidũ, ac siccũ medicamentũ esse, ità vt Plinius lib. 24. c. 5. dixerit potentissimo duci assimilari. (*Qui non faciliter.*) Qui faciliter vomunt, illud habent, vel à natura, vel à consuetudine vomendi: Etenim aliquos esse qui à natura facile uomunt, & aliquos qui difficiliter experientia quotidiana docet, præterquam quod etiam in brutis aliqua sunt, quę vomũt ut Canes, catti, & ruminantia; aliqua quę numquam, vt iumenta, & aues: Quando igitur Hippoc. hic commemorat nõ facile vomentes de ambobus certè intelligendus, scilicet tam de ijs qui ad vomẽdum non sunt à natura comparati cuiusmodi sunt, vt docet Auuic. 4. primi c. 2. habentes pectus angustum, collum longũ, pinguedinem nimiã, siccitatem magnam, humores crassos, senes, atq; pueri; quam de inassuetis, siquidem hac in re potissimum magnam esse uim consuetudinis narrat ibidem Theophrastus, Vndè non bene sensit Iacob. conciuis, qui videns Hippoc. maximè omnium iubere humectationem, putauit ipsum loqui tantum de ineptitudine ad uomitum ob siccitatem, quomodo autem explorandum sit utrum quis facilè quacumque ratione vomat, docet appositè Galen. ut scilicet prius lenib. uomitorijs ueluti oleo, & iure probentur, quod si facile uomant, ad Elleborum transeatur, sin minus continuis uomitionibus assuefiãt. Plinius lib. 25. c. 5. scribit Vsum Ellebori olim fuisse terribilẽ, sed post, s. tempore Hipp. tam promiscuũ fuisse, ut pleriq; studiorum gratia ad peruidẽdam acrius quę commentabantur, sępius sumptitauerint, quemadmodum fecit Carneades respõsurus Zenonis libris, & quemadmodum scribũt Val: Max. lib. 8. c. 7. & Petronius in Satyra fecisse Chrysippũ. (*Ante potionem*). Quid itaque debeat fieri ante sumptionem Ellebori, vt faciliùs uomatur, docet hic Hippoc. ex parte ipsius corporis sumpturi. Etenim potio tam dicitur de ipso actu quã de dosi, quæ triplex erat, ut apud Oribasium octauo lib. collect. cap. 1. maior duarũ dracmarũ, tũ minor obolorum octo, mediocris decem obolorum. Sic possumus intelligere mensuram ingentem fuisse uigintiduas potiones quas sumebat Eudemus Chius neque purgabatur. Dixit ante potionem præhumectandum, ut hac reduplicatione magis rei momentum exprimeret. Est autem duplex humectatio superficialis, ut balneorum, intima, & essentialis, ut cibi; de utraquè loquitur, sed potissimũ de interna, & substantiali.

Not. tria.

Sed

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 321 sur 867

Sed percunctabitur aliquis cur non etiam docuit, quo pacto sit ipsum medicamentum præparandum, cum & illud quoque scire magnopere conducat. Cui dupliciter responderi potest, vno modo Hipp. dimisisse, quia iam scripserat ea de re librum, quem Gal. quæritur, nec suo tempore habitum fuisse: Vndè fragmentum illud de Elleboro, qui inter Hip. opera habetur haud quaquam est à Galeno commemoratum, alio modo respondetur modum, & præparationem ipsius ellebori fuisse vulgatissimam, & ob id Hippocr. eam dimisisse; nec dicendum est potuisse similiter omittere corporũ præparationem, quod notissima esset eo tempore, quoniam frequentia vomendi parabat tunc corpora, ita vt non multũ operam darent aliter præparandis corporibus, ac propterea necesse esset hanc aliam viam præparandi docere: Quæ est vt priusquam Ellebori sumendi delibratio fiat corpus humectetur multò cibo, & quiete; Circà quod præceptum, vt rectè intelligatur primo examinandum, cur hic dumtaxat meminerit humectationis corporis cum multò cibo, & quiete, non autem frequentiæ vomitus, quæ omnium maximè valet, neq; balnei cuius meminit 6. Epid. sec. 5. vbi docens quid agendũ sit, vt Elleborus sumptus moueat, ait lauandum esse, & edendum. Præterea videre oportet, quod nam sit veratrum molle cuius meminit Hipp. in lib. de fract. 3. tex. 125. non longè à fine, Circà primum Gal. ait non meminisse Hippocratem frequentationis vomitus quod res parui momenti esset, atq; omnibus nota. Ego verò non existimo paruum quid esse, quoniam si ut ubiq. docet Hip. maximam habet uim in cunctis consuetudo, imò viro ut ait Theophrastus, est instar ipsius naturæ, quis potest dicere quod parum sit assuescere uomitui, vt per ipsum fieri queat purgatio. Iccircò multò satiùs est dicere, propterea Hippocratem illud tacuisse, quoniã de ijs remedijs ad vomitum loqui deliberauerat, quę fiũt non medicamentis assuefacientibus, sed cibis, & quantitate, & qualitate, aliaq; victus ratione: nam certum est, ut etiam demonstraui in uarijs lectionib. Veteres potissimum cõsueuisse uomitiones exercere multitudine ciborum pinguium, acrium, dulcium, atq; aliarum huiusmodi rerum, quibus ἀδρῶς, ut ait Cicero de Cæsare sumptis paullo post uomebant, donec ficus postremo sumpti exirent. Non meminit uerò hic balnei, quoniam ut ait Gal. 2. de sympt. causis cap 5 & 3. de ijs quæ fiunt in medicatr. com. 32. tẽpore Hipp. non erant balnea in admodũ frequenti usu, & cultura, sicuti posteriorib. temporib. fuerunt, balnea tamen nominauit 6. Epid. sect. 5. ubi non est ità exactè, & accuratè locutus, quemadmodum in aphorismis; nã ibi, quomodo uelit balnea accelerare purgationẽ uentris non est facilè concipere, prẽterquam quod ibi iubet sumere cibum; quando uolumus sistere operationem Veratri, hic uerò prẽcipit somnum, quod est ualdè, & diuersus, & pænè contrarius ipsi cibo. Iàm uerò quod ait Galen. de quiete, atque cibo; nempè quietem per accidens humectare, cibum uerò non simpliciter quantitate, sed ui aliqua medicamentosa prẽstare, non aut exiccatoria, ut salsus acris, adstringens, & Cet: Verũ quidẽ est de cibo, At de quiete, quod ipsa solum humectet, quia nõ exiccat haud faciliter intelligo, nam quies humectat, quia retinẽtur excremẽta illa, quę motu euacuãtur q̃busq̃ accumulatis planè humectãtur corpora, Ita. n. esse declarãt, corpora in longa quiete, ut in carceribus detenta, in quib. ob humorũ redundantiã pedes, ac uniuersa corpora inflãtur, & tumescũt, ità ut indi-

Dubit. Solut.

Not.

Ad Prim.

Auctoris sententia.

Hippoc. in Epid. non est ità exactè locutus, vt in aph.

©BIUM

indigeāt purgatione. Porrò de Veratro, molli Gal. 3. de fracturis tex. 125. scribit ἄπορον, i. difficile, & esse dicere qd significet ibi vox μαλθακόν: qa siue mēsurā Ellebori, siue pręparationē capiamus, non est facile cōprehendere, quomodo quantitas Ellebori possit dici mollis, nec quæ talis præparatio, cum Hippoc. de ea nil scripserit, aut saltem non habeatur inter præparationes ueteribus vsitatas vlla, quæ verè mollis appellationem mereatur. Ego igitur in summa huius rei obscuritate illud dicere non dubito postquam Hippoc. huiuscè mentionem facit, tamquam rei suo tempore vsitatę, omninò aliquid fuisse, scilicet præparationem quandam, cum exiguo, & optimè castigato elleboro: ità ut mitissimum, euaderet, quemadmodum par est existimare illud fuisse, cuius facit mentionem Plinius, qui loco citato scribit vbi uolebant solum dare ad leuiter molliendam aluum, dedisse cum aqua ad summum dracmæ, ad minus quatuor obolis vndè mollis, elleborus apud Hipp. & quo vtebantur, quādo volebāt, aliquid acrius, & exactius meditari, atq; conscribere; sic. n. Hip lib. 3. Epid in ea pestifera constitutione scribit constitutionem illam, & Austros fuisse molles, hoc est ut interpretatur, Galen. minimè agitati, & minime, aut saltem insensibiliter ipsum aerem turbantem. Inuenio autem apud Oribasium octauo collect. cap. 1. & 3. plures fuisse modos exhibendi Elleborum, mitiorem autem quando ab Elleboro eximebatur pars turbans, quem castratum vocabant, similiter mite erat decoctum qd dabatur pueris, & senibus, dabatur etiā in alica, pulte, aut placenta aliqua. Iàm verò quis sit vsus, & quæ vtilitas aphorismi satis patet, cum præcipiat ut in dando Elleboro magna prudentia adhibeatur, & licet hac tempestate exiguus sit illius vsus, attamen id quod de eo tradit Hippoc. est etiam existimandum de unoquoque alio graui medicamento purgante, & peculiariter de ijs, quæ uomitu expurgant, quæ cum magnopere exiccent, ità ut interdum conuulsiones inducant, iure præcepit corpora esse prius pręhumectanda diligenter, quo scilicet huiusmodi humectatione occurratur siccitati, quæ solet consequi, similes euacuationes.

Auctoris sententia.

Vtilitas Aphor.

---

14 *Cum biberit quis Elleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad somnos verò, atque quietem minus. Indicat autem nauigatio turbari motione corpus.*

MANIFESTISSIMA est continuatio præsentis aphorismi cum superiore, quia cum in illo docuerit, quid agere oporteat priusquam elleborus sumatur, nunc docere uult quid sit agendum postquam iàm sumptus est, ità ut hoc etiam sit præceptum curatorium pertinens ad partem medicinæ pharmaceuticam cum demonstratione coniūctum, atque in tres particulas diuisibile, quarum prior est. (*Postquam quis biberit elleborum, &c.*) (Secunda uerò est,) (*Ad somnos verò, &c.*) Tertia est, (*Ostendit autem nauigatio, &c.*) Quod igitur iubet in prima particula est, ut postquam. Quis potauerit elleborum ad motus corporum ducere magis conueniat. Quum autem satis unicuique perspectum esse queat, quid Hippocrates dicat in cortice, Videndum est modo si quid intus lateat, & contemplatione dignum, & ad usum ipsius artis accommodatum, Ab elleboro

Connexio.

Diuisio.

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 323 sur 867

Elleboro bibito tempus accipi poteſt vel breue, vel multum, Itaque valdè præ-
ſtat intelligere numquid id quod præcipit Hippoc. ſit agendum ſtatim ab epo-
to veratro, an paullo poſt, an multò poſt. Non n. credendum eſt ipſum voluiſſe,
vt ſtatim moueatur corpus ab accepto elleboro, quoniam ſtatim eccitaretur vo-
mitus, ſicq. non poſſet operari, nec trahere ad ventriculũ eos humores, qui optã-
tur; Neque etiam credẽdum eſt uoluiſſe, ut multò poſt id efficiatur, quoniã præ-
ter maiorẽ turbationẽ quã affert tarditas uomẽdi nimia, eſt quoq; & maior im-
preſſio, quã Elleborus facit ſuę veneno ſi ratis. Vnde dicebat Plinius quo plus eius
ſumitur, eo citiùs operari, & cõſequẽter celerius exire ſicq. minus turbare, & mi-
nus detrimẽti afferre: ergo ſupereſt, ut conſilium Hipp. rationi conſentaneum
ſit deberi ab epoto elleboro, neq; ſtatim, neq; multo interiecto tempore corpus
moueri, ſed medio inter longum, & breue tempus, quemadmodum eſſet vnius,
vel alterius horę, aut etiam paullo plus, cui medicat Plinius ſpacio 4. horarum in-
choare operationem, ſeptem autem horis finire, aut quãdo venit ingens illa vo-
mendi cupiditas, atq; id quod de Elleboro ſumpto, eſt pariter dicendum de Eſu-
la, de Antimonio, de grano Gnidio, atq; de alijs medicamẽtis per uomitum pur
gantib. Nã ſecus eſt de medicamẽtis per aluum expurgantib. poſt quę debet ha-
beri quies, ne medicamentum euomatur, ſicq. purgationis fruſtratio ſuccedat:
Quis motus ſit faciẽdus poſt ſumptũ Elleborum non docuit Hipp. Verũtamen
poteſt vnuſquiſq; conijcere, haudquaquã omnẽ motũ cõuenire: & ut de nimio,
qualis eſt curſus, aliaq. vehemẽs motio haudquaquã loquitur, ſic potiùs de geſta-
tione, alioq. motu turbãte, ſed nõ defatigante, nec delaſſante cũ eſſe intelligẽ-
dũ arbitror, atq; eo maximè, quoniã ut in ſequenti videbimus Exemplum affert
Hipp. de nauigatione, quę nõ modo motio eſt haudquaquã vehemẽs, Verũetiã
moderatè turbat, ità tamẽ ut corpus agiter, ac ad uomendũ concitet, Et obſeruã
dũ eſt Hipp. dixiſſe (ἄγειν, i. ducere) & (μᾶλλον,) quia etiã ſi ſpontè nolit æger ſe ſe
mouere, tamẽ ad id eſt cogẽdus; Sed nõ ſimpliciter: Verũ id potiùs faciendũ eſt,
quàm ut quieſcat: hoc eſt moderatè mouere ipſum oportet; ait n. Plinius Hero-
philum aſſimilaſſe Elleborũ fortiſſimo duci, qđ poſtquã omnia intus conturba-
uit, ipſe antea omnia prodeat: Sequitur ſecunda pars quæ eſt (*ad ſomnos, & non
motiones minus*,) perindè ac ſi dicat Hippoc. ubi ſumptus eſt Elleborus eſſe minus
dormiendũ, & minus nõ mouendũ: Pro qua parte percipienda, illud primo eſt
obſeruandũ, quod animaduerto cũctis interpretib. placuiſſe, & quod alias dixi,
nẽpè id qđ ait de Elleboro tã nigro, quã albo Hipp. competere quoq; alijs medi-
camẽtis purgantib. tum per ſuperiora, tũ per inferiora, ſicut operãtur Elleb. ſi.
ut poſt ipſorum aſſumptionẽ, uel nihil, uel parũ dormiatur. Nihil n. poſt debile *Not.*
medicamentũ, ſed ſolũmodo poſt ualidũ eſſe dormiendũ dicebat Auicennas, ut
ob hoc non ſimpliciter negauerit Hipp. ſomnũ ab accepto Elleboro, ſed minus
dormiendũ eſſe uoluit quã vigilandũ, aut mouẽdũ corpus. Verũ hoc in loco oc- *Dub.*
currit examinandũ, utrũ uerè poſt medicamenta purgantia ſit dormiendũ, ſecũ *Dub.*
do; cur Hipp. potiùs uoluit dicere eos qui potarũt Elleborũ cogendos eſſe magis
ad motiones, quã ad non motiones, etiã ad ſomnũ. Pro priore. Dubitatũ inue- *Solut. ad*
nio iter aliquos ſcriptores. Verũ pro ipſius rei diffinitione primo dicẽdũ eſt, pro- *primum.*
pterea motũ auxiliari humorũ purgationi, quia eos agitat, & de loco ad locum

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 324 sur 867

©BIUM

mouet, quo fit vt facultas expultrix multo magis irritetur ad eos depellẽdos. Cõtra cũ ſomno quieſcẽt à motu, fit vt minus turbata natura minus ad expellendũ inſurgat, præterquã quod, vt ait Auic. 2. 1. doc. 2. c. 13. ſomno omnes validè euacuationes retinentur. *Solutio.* Vndè iure docet paullò poſt cum vis elleborũ ducere moue corpus, cum quieſcere, fac ſomnũ, & à motu diſiſte; Quibus hunc in modũ cõſtitutis, Vel medicamẽtũ, qui datur opus habet cita euacuatione per vomitũ, aut nõ; ſi detur vt velociter vomitũ cieat, certè nõ eſt dormiendũ à pharmaco accepto, quoniã ſic potiùs vomitus impeditur. Sin autẽ minimè optetur velox operatio, ſed potiùs firma, atq; minus moleſta, proculdubio prẽſtat aliquantiſper dormire, neq; mouere niſi donec incipiat medicamentũ operari, qđ eſſe tẽpus duarum, vel quatuor horarum retro diximus. Cauſſę verò cur ità agere præſtet, ſunt cõplures vna eſt, quia medicamẽta cum operentur attrahendo à circũferentia ad centrũ, hoc eſt ab ambitu corporis ad ipſum ſtomachũ, atque inteſtina, Sanè ad opus hoc magis cõducit ſomnus, quã vigilia, quippe quo calor ab extimis ad intimas partes trahatur, ſecuſquam in vigilia; ſecunda eſt, quia quælibet medicamẽta vehemẽter purgãtia, & prẽſertim Ellebori, quaſi venena, & deleteria ſunt, vt docuit Gal. 2. De uictu Acut. 12. vndè medicus debet cauere ne huiuſmodi venenata cõdicio inſignẽ aliquã impreſſionem faciat, qđ uitatur opera natiui caloris, qui ſanè in ſomno multò robuſtior fit, præſertim in viſcerib. ſic enim dicebat Hipp. 6. Epid. ſect. 5. tex. 10. Ambulatio cibus articulis, viſcerib. ſomnus, Etenim tũc calor magis ſegregat bonũ à malo, illudq. retinet, atq; hoc expellit; 3 eſt, qa melius pficitur operatio pharmaci, cum ipſi mouẽti atq; agitãti coadiuuat etiã vis naturalis à calore intrò coacto magis corroborata. Hæc autẽ quamquã ſint uera, attamẽ ſunt quędã obſeruationes, quas omnino neceſſe eſt habeat medicus purgaturus, ſ. ne dormiatur dum iam medicamẽtum operatur, ſiquidẽ operatio omnino impediretur; ne qui ſunt robuſti poſt debile medicamẽtum dormiant, alioqn cõuerteretur potiùs in nutrimentum, quam ut purgaret; contra autẽ dormiendum eſt ſtatim vbi medicamentum ualidũ, atq; vbi iam cõpleta ſit uniuſcuiuſq. operatio, ſic. n. uirtus antè pugnã corroboratur, & ab operatione facta reficitur. Ad aliud uerò cur voluerit potiùs dicere non motum, quã quietem, puto rationẽ fuiſſe, quia negatio motus, aliqđ plus notat, quã id quies; qđ etiã intelligere oportet de graui uomitiuo, quicquid dicat Cõciliator; nã ut retro dicebã, nec Hipp. negat dormiendum, ſed vult, vt illud minus efficiatur, atq; ex his obſeruationibus patet magnã eſſe prẽſentis aphoriſmi vtilitatẽ pro recta purgantũ medicamentorũ adminiſtratione. *Vtilitas Aphor.* Sequitur modo 3. pars, quæ eſt, (*Oſtendit autẽ,*) & in qua Hip. ſcopus eſt probare exẽplo nauigationis, qđ motus corpora perturbet, atque hoc Hipp. faciendum ſuſcepit, qđ nõ ita eſſet compertum quomodo motus adiuuare poſſet uomitum, *δηλοῖ δέ*, i. manifeſtat autẽ, &c. hoc uerbum differt à verbo *δείκνυσι*, qđ hoc ſignificet demõſtrationẽ à ratione acceptã, illud uerò ſignificationem à ſenſu captã. *Scopus tertiæ partis.* Etenim qđ hic docet, certè ex ipſo ſenſu manifeſtũ facit (*ναυτιλίαι*) Gal. in aliqb. Codicib. ſcriptũ inueniri loco *ναυτιλίης*, i. nauigationis *ναυτίη*, i. nauſea, quaſi uerò Hipp. ità dicere uoluerit, (*indicat autem nauſea*) vehementibus corporis motibus ſuperueniens, quod motus ipſum perturbat. Sed inquit Galen. eandem pene eſſe locutionem, & eandem rationem. Verum

hoc

hoc in loco dignum eſt inueſtigatione, Cur nauigatio perturbet corpora, nam hoc cum ab Hipp. ſuppoſitum ſit tamquam veriſſimum, atque omnibus compertum illius rationem afferre neglexit, prætereà Examinandum eſt cur vomitu nimio facto priùs pituitam reijcitur, deindè bilis, poſtremò ſanguis, nam licet Hippoc. hoc tantum de ſuperpurgationibus Alui dixerit in lib. de nat: hum: nihilominus etiam in vomitu idem contingere obſeruatur Et Circà primum Plutarchus in Quæſt: natur: quærens cur magis nauſeant, qui in mari, quam in fluminibus nauigant etiam ſi nulla ſit tempeſtas, inquit id totum tribuendum eſſe odori, atque timori, quippe qui motus omnium maximè corpora turbent, cum videamus, & metuentes, & odoribus grauibus tactos fremere horrere, atque ijs aluos citari, vndè quia in mari ſolet eſſe magis odor, & periculum non exiguum, quæ in fluminibus, quarum aqua dulci, & potabili ſimilis eſt, haud quaquam euenium; Ego verò hiſcè addo, motum quendam nauigantibus in mari inæqualem in uiſceribus latenter fieri, ob quem perturbatio præſertim ſtomacho accidit, & perturbationem ſequitur nauſea, & vomitus: Nam & apud Oribaſium 8 colle. cap. 6. habetur lectum penſilem vbi iacere debet vomitaturus, debere eſſe inæqualem, vt motus efficiatur ſimilis nauigationi, ſi inæqualis, ſic etiam Ariſtot. 3. prob. 18. ait vinum dilutum, excitare vomitum ob inęquales motus quos facit in ſtomaco, ſed ſi id verũ eſt quod ait Plutarchus, cur ergo potius vomitus mouetur nauigantibus in mari quam, vel aluus, vel urina, vel ſudor, vt fit in metuẽtibus? an quia in mari cum ſedeatur nulla pars magis perturbatur quam ipſe ſtomacus; an quia inter humores bilis, quę leuior eſt promptius agitata in ſtomacum fertur, vbi & nauſeam, & vomitum facit, neq; enim incredibile eſt fortiſſimos homines qui ſæpè nauigant, & vomunt, illud facere prę timore: Cur autẽ aliqui magis lædantur ieiuni quam paſti nauigatione, eſt quia in ieiunis facilius ſuper natat bilis, in paſtis uerò reprimitur à cibo: Circà ſecundum Alex 2. probl. 54. diſertè ſatis hanc rem tractans inquit: Naturam ſollicitam, vt corpora exonerentur in prauis ſuccis oſcula venarum, & arteriarum infixiſſe vtero, ſedi, ſtomacho, naribus, quę vbi opus eſt ſpontè referãtur cõtentanſquè materias eructant, id quod etiam faciunt, vbi à medicamentis purgantibus, quę omnia ſunt calida, aperiuntur; Vbi igitur leuiter à medicamento, aut aliter vomitus concitatur pituita tantum, quæ fuſa & illita eſt ſtomacho reijcitur, quod ſi grauior ſit vomendi neceſſitas, etiam bilis vel flaua, vel nigra, vel vtraque ex ipſis conceptaculis vi medicamentorum adapertis trahitur, poſt quam euacuatam, perſiſtẽte adhuc neceſſitate, & appetitu vomendi ſanguis educitur, qui cum ſit vitæ inſtrumentum à natura vi ſumma retinetur, nec niſi magnopere coacta eũ exire permittit, idquè non tantum vomitu, ſed etiam alui ſubductione fieri teſtatur Hipp. lib. de nat: hum: Atq; hæc de pręſenti ſententia; ſi vtilitatem eius addidero quæ eſt magna, cum doceamur, quod ſit obſeruandum poſt medicamenta ſumpta, & purgantia ſiue ſurſum, ſiue deorſum, & in ſomno, & motu, & quiete.

Probl. 1. *Prob. 2.* *Ad primũ Probl.* *Auctoris ſenten.* *Dubit.* *Solut.* *Dubit.* *Solut.* *Ad ſecundũ Probl.* *Utilitas Aphor.*

---

15 *Cum volueris magis ducere elleborum; moue corpus, cum verò ſiſtere, ſomnum facito, & non moueto.*

POſſet videri cuipiã pſentẽ ſniam eſſe nõ mõ à ſtudio breuitatis Hip. alienã, vẽ

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 326 sur 867

©BIUM

Connexio. rumetiam ſuperuacaneam, ſed ſecus ſe habet, ſiquidem licet ſit ſuperiori connexa, habet tamen aliquid plus, quoniam in ſuperioribus oſtenſum eſt, quòd ante ellebori ſumptionem, & quid poſt ſit peragendum, nunc verò docere vult, quid faciendum ſit, vbi non reſpondet operatio votis: non reſpondet autem, quando vel non quantum oportet, vel pluſquam oportet, vel cum aliquibus ſymptomatibus, vt doloribus, conuulſionibus, vertiginibus &c. operatur. Quibus euentibus docet, vt occurrendum ſit, quando, ſcilicet vel non operatur ſatis, vel pluſquam oportet, accidentibus non docet occurrere, quod cuncta naſcantur, vel quia violentius iuſto, vel quia minus operatur, tot remedia quæ proponuntur apud Oribaſiũ aduerſus ea, huc cuncta videntur potiſſimum ſpectare. Vndè perſpicuum eſt hanc ſententiam eſſe præceptum curatorium, ſpe-

Diuiſio. ctans ad partem medicinæ pharmaceuticam, atque in duas partes ſecari poſſe, quarum hæc prior eſt, vbi optatur maior ellebori operatio mouet corpus: Gal. certè priorem hanc partẽ dimittit explicare tamquam ante iam explanatã. Verum credere non poſſum Hippocratem voluiſſe continuatim idem bis dicere, dico enim continuatim, quia forſan id ferri poſſet, ſi aliquibus alijs interpoſitis faceret. Itaque mihi videtur magis ad Hippocratis dignitatem ſpectare, vt dicamus in ſuperiori Hippocratem de purgatione facienda in uniuerſum docuiſſe, quæ quoniam, vel maior, vel minor fieri poteſt, ideò in præſenti docet eandem rationem, quę inſeruit alicui rei ſimpliciter faciendæ, ſimiliter inſeruire illi,

Regula. vel augendæ, vel diminuendæ quæ debet eſſe æterna regula in cunctis medicamentis purgantibus, atque in illis maximè, quæ facultate ad Elleboros accedunt proximè, Sed cum multa alia ſint, quę operationes medicamentorum augent, & retardant, vel ſiſtunt, ut ſunt aſtra ſecundum Aſtrologos; temporis, & regionis conſtitutio ſecundum calorem, vel frigus, quod dicebat Hip. 6. Epid. aluum adſtringere; vitæ profeſſio ob quam magis vrbani minus ruſtici purgantur; me-

Dubit. dicamenti electio, atque ipſius præparatio. dignum eſt quæſitu, quare Hippocr.

Solut. ſolius motus, & quietis ac ſomni meminit, Cui reſpondendum eſt, quod pertinet ad Aſtra, Hippocratem ſemper ea fuiſſe aſpernatum, nec ferè alterius celeſtis rei meminiſſe, quam magnarum mutationum, ſcilicet vtriuſq; ſolſtitij, & æquinoctij, necnon caniculæ, Virgiliarum, & arcturi, quæ etiam non ob aliud interdum conſiderauit, niſi quatenus ſigna ſunt, & cauſſæ partium anni, atque caloris, vel frigoris, vel humidi, vel ſicci: quod uerò ad alia, cuncta uirtualiter videntur in motu, quiete, & ſomno contineri, nempè quibus calor, frigus, ſiccitas, atq; humiditas corporibus noſtris ingenerantur, vel dicendum loqui de ijs quæ poſſunt fieri poſtquam cœpit medicamentum operari, & in noſtra poteſtate ſunt, niſi etiam dicamus, licet alia quoque ſint, quæ medicamentorum operationes augent, atque minuunt, omnium tamen maximè hoc fieri à motu, ac quiete, nec non ſomno: Et de quiete dicebat Hippocr. 6. Epid. 4. ſect. tex. 15. calidis naturis refrigerationem eſſe aquæ potum, & quieſcere: Sed dicet aliquis, eſt præceptum

Dub. omnium medicorum ipſos ægrotantes præcipuè febrientes in conſumata quiete ſemper eſſe continendos, & Hippocrates damnabat Prodicum lib. 6. Epid. ſect. 3. tex 31. quod motibus omnigenis febricitantes vrgeret, ex quo loco videtur quiſpiam ſuſpicari poſſe ne vllo modo conueniat motus, Verum res ità ſe ſe

Solut. habet,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 327 sur 867

©BIUM

habet, quod motus, vel adminiſtrari poteſt ut remedium, uel ut inſtrumentum valetudinis tuendæ; hoc poſtremò modo non conuenit ægrotantibus, ſed prio re, quando ſcilicet ipſo vt remedio eſt utendum, quamquam nec omni motu uti expedit, propter medicamentorum operationem, ſed ſi ambulatio negetur, cuius facta agitatio, vel etiam geſtationes conducere ad id quod optamus poſſunt; Secunda pars aphoriſmi clara quoque eſt, neque de ipſa quicquam aliud Galen. dicit, quam quod rationi conſentaneum eſt, ut quæ ſunt contraria rebus uomitum facientibus, illum ſiſtant, ac propterea quietem, & ſomnum ſiſtere uomitũ, quoniam ipſi contrarij ſunt motui; maximè uerò id ſomnum facere, quia ipſo quieſcunt, & ceſſant omnes animales operationes, & præſertim ſenſitrices, atque ſecundum uoluntatem motrices: Verum hæc eſt nimis generalis ratio, propria autem, atque magis immediata eſt, quòd quiete, atque ſomno ſuaptè natura continentur omnes euacuationes etiam naturales, nedum uoluntariæ, retinentur autem frigore, quod facit in primis, ut dicebam nuper ex Hippocrate, quies: Sed dicet aliquis nonne ſunt aliqua medicamenta quorum operatio ſtatim ceſſat, ſi cibus aſſumatur, ut Hippoc. in lib. de affec. ut dicunt de illo quod uocatur Mecioacham, ſimiliter etiam dicitur de theriaca, cuius uis & integritas explorat, ſi ſtatim ſumpta ſuperpurgationes finiat, imò verò Plinius lib. 25. c. 5. ſcribit medulam ellebori è cortice detractam, & cribratam ſi detur certo quodam modo ſiſtere nimias vomitiones, & apud Oribaſium loco ſæpè citato multa alia remedia habentur ad ſiſtẽdas Ellebori purgationes nimias, vel alterius medicamẽti; Quod pertinet ad Theriacam non potuit Hippocrates de ipſa quicquam dicere, quod ſuo tempore nondum eſſet inuenta: de cibo uerò nil dixit hoc loco, qđ huiuſmodi remedium nõ perpetuo, nec in omnib. reſpondeat, imò uerò plerumque contingit, ut quæ ante cibum uel parum, uel nihil operantur, accepto cibo magis operantur, eo quod ab eo natura robuſtior effecta, magis expellere ualeat, & hoc eſt quod dicebat Hipp. 6. Epid. 5. ſect. vbi Elleborus optatur magis operari, eſſe edendum. Vtilitas etiam huius aphoriſmi perſpicua eſt dum, ſcilicet medicus cupit, uel magis citare, vel adſtringere aluum ſemper enim quibus fluxionibus alui cohibendis, magis prodeſt quies, & ſomnus, ſicuti magis irritantur à motu.

Dub.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

16 *Carnes ſanas habentibus Elleborus periculoſus. Facit enim conuulſionem.*

CORNELIVS lib. 2. cap. 13. Illud ſcire oportet, omne eiuſmodi medicamentum, quod potui datur non ſemper ægris prodeſſe, ſemper ſanis nocere, Eſt ferè eadem ſententia cum ea, quæ habetur ſecundo aphoriſmorum 37. ubi ſcriptum eſt: ijs qui bene ſe habent corpore difficiles, & laborioſas eſſe purgationes, niſi quod hic peculiariter de Elleboro tractat, & de peculiari detrimento, quod facit in corporibus ſanis, & Gal. dicit poſſe ambos ſimul connecti uerum alia melior eſt continuatio. Supra enim cum egerit, & de eo quod faciendum eſt antè Ellebori ſumptionem, & poſt, nunc docet in quibus ſit faciendi ipſius adminiſtratio, & illud docet per negationem, quoniam ſi quibus dari

Connexio.

cum

©BIUM

cum conuenit proponere voluiſſet, immenſum ſibi propoſuiſſet opus, Vndè melius fuit, vt id moneret quod certum, ſcilicet non conuenire ſanis corporibus vndè apparet eſſe præceptum ſimile ſuperioribus, nec poſſe commodè in plures partes ſecari, niſi cum ſit ſententia rationi iuncta, vellemus eam diuidere, in ſententiam, & ſententiæ ipſius rationem, ſeu demonſtrationem, Eſt enim ſententia (*Elleborus periculoſus eſt ſanas carnes habentibus*,) quod Ellebori appellatione nunc intelligat album non eſt dubitandum, ſiquidem niger neque periculoſus eſt, neque conuulſionem facere à quoquam aut ſcriptum, aut exploratum eſt, Cæterum de albo minimè dubitatur quin periculoſus ſit, quippe quo; vt veneno ſaggitas Galli, atque alij populi tingebant, quo lethalius ferirent, vt adnotauit Theophraſtus, atque poſt ipſum Plinius lib. 25. cap. 5. qui etiam dicit alia mala facere, atque ſolo nomine conſueuiſſe terrorem incutere, (*carnes ſanas habentibus.*) Hoc in loco quęri poteſt quod cum 2. lib. Aph. 37. dixerit ἐν σώμασιν ἔχουσις, hic dixerit non corpora, ſed carnes ſanas habentes, ſed reſponde licet in primis ueteres conſueuiſſe dare Elleborum ſanis, & cauſſarijs, hoc eſt qui aliqua valetudine detenti, alioquin carnas ſanas habebant, vt conſtat ex Plinio. Adhæc eo in loco Hippocratem loqui in uniuerſum de purgatione, hic uerò tatum de albo veratro, quòd quandam aduerſariam proprietatem habet ipſis carnibus, vt potè quas ſua ui calida, & ſicca facile conſumit, nam de ipſo duo dicit ad hãc rem pertinentia loco citato Plinius. Vnum eſt abſumere carnes ſi una coquantur; alterum qui Galli vbi feras occiderant ſagittis ipſo tinetis, carnem circumciſum à uulnere abijciebant, ut conſumptam, & prauam; aliam uerò ut pote factam teneriorem eſitabant, Subiungit Hippocrates rationem, qua eſt periculoſus ſanis, nempè quod conuulſionem inducit; addo non ſolum conuulſionem ipſum met immediate facere, uerumetiam coturnices ipſo uictitantes ſi edantur ſimiliter Epilepſiam, ideſt conuulſionem facere, ut plerique ſcribũt, & præſertim Plinius lib. 10. in fine cap. 23. Cæterum pro integra huius loci intellectione tria ſunt uidenda, quid ſit ſpaſmus, qua ratione fiat ab Elleboro, & utrum animalia eo ueſcentia poſſint ſimiliter conuulſionem inducere, Quòd pertinet ad primum Spaſmus, nil aliud eſt niſi motus præternaturalis, quo membra mouentur uerſus ſuum principium; eſſe enim motum præternaturalem manifeſtè ſcribit Gal. 2. de ſympt: cauſis cap. 1. ubi dicebat ad eum faciendum nullã, concurrere facultatem, ſed ſolius morbi opus eſſe, & quia hic motus interdum fit in aliqua parte interdum in toto, ut in Epilepſia, hinc eſt quod epilepſia dicitur conuulſio totius corporis, utrum autem uerum ſit nullam conuenire facultatem ad efficiendam conuulſionem, an uerò conueniat motrix coacta, ut aliqui docti uiri cenſuerunt, non poſtulat hic locus, ut latiùs diſputem, ſat pro nunc ſtatuere quamlibet conuulſionem ſecundum Hippoc. 6. aphor. 39. fieri uel ab inanitione, uel à repletione. Iam uerò (quod erat ſecundo loco propoſitum) conuulſionem quæ fit ab Elleboro, certum eſt fieri ab inanitione, hoc eſt à ui ſua potenter exiccante. Vndè Hippocrat. 5 aphoriſm. 1. dicebat conuulſionem ex Elleboro eſſe lethalem, & in Coacis prænotionib. pernicioſam cum enim is vt diximus vi quadam propria carnes conſumat, ubi muſculorum carnem attigit. Simulq; neruoſas partes tentat, eas exiccans, facit ut uerſus propriam originem

Diuiſio.

Dubit.

Soluio.

Nota.

gitem violenter trahantur, vndè conuulsio dolorosa sequitur. Est amplius, & aliud, nimirum ab Elleboro concitari vehementer vomitum, ac ob, id os ventriculi non parum lacessiri, quod deindè communicans inducit conuulsiones, vt perspicuum sit in pueris, siue à lactè, siue à vermibus in stomacho læsis, atque hoc est, quod uoluit significare Galen. in fine huiusce commentarij, quãdo scribit Elleborum hoc habere ἐξαίρετον, i. peculiare, & egregium, vt propter suam ingentem vim conuulsionem inducat, certè cum conuulsio sit affectus exitialis, ex hoc Hipp. summo iure demonstrauit quod dixerat, nempè periculosum esse in sanis corporibus Ellebori albi vsum, quia facit conuulsionem; perinde ac si ità demonstrationem cõstrueret: quęcumque faciunt conuulsionem, quæ est morbus grauis periculosa sunt, sed Elleborus facit in habentibus sanas carnes cõuulsionem, ergo periculosus est. At percunctabitur aliquis, cur potius in sanis quam ægris, hoc faciat, cui responderi potest etiam in ægris, vbi nimiam purgat, facere, alioquin nõ dixisset Hippocrates conuulsionem ab Elleboro factam esse exitialem, Verum in ipsis illud minus contingit, quoniam ubi Elleborus in corpore inuenit prauos, & copiosos humores, illos adoritur, & excludit, interim carnes dimittens: At ubi eos non reperit, proculdubio carnes aggreditur, easq. colliquans, & consumens partes neruosas exiccat, undè sequitur ipsarum contractio & consequenter conuulsio. Porrò de Tertiò illud primum adnotare conuenit, haud uerum dixisse Plinium, quando scripsit solam coturnicem inter animalia morbum comitialem, seu epilepsiam sentire, quemadmodum etiam fefellit Aristot. quando scripsit 31. sect. probl. 27. 28. solum hominem tentari epilepsia, si quidem Hippoc. lib. de sacro morbo, & Plutarchus in prob. scripserunt: etiam capras, & oues simili morbo exerceri, sicut equos, Absyrtus, alij verò inter aues graculos, & accipitres. Quod autem possit fieri vt animalia elleboro nutrita faciant & ipsa comesta conuulsiones, minimè negare oportet, Nam Hipp. 6. Epid. sec. 5. tex. 35. scribit mulierem, & capram elaterium cucumerem syluestrem depastas esse pueris purgationem: quam sententiam dum exponeret Galen. dixit ex hac Hippoc. sententia haberi dogma physicum, nempè eos errasse, qui putarunt exulentorum, & potulentorum, facultatem non cõseruari in corporibus postquã ea cocta, & in sanguinem cõuersa sint, cum nõ solum hoc Hipp. exemplo secus appareat, uerumetiam sæpè usu probetur exulentorum odores, in ipsis quoque sudoribus conseruari. Itaque clare patet fieri posse, ut aues pastæ Elleborum, ac propterea eius in se se uim seruãtes, uitium edentib. cõmunicent, haud secus, atq; referũt: de puella illa ueneno napelli nutrita, in qua uis ueneni cõseruata cõcumbẽtes cũ ea facile perdebat. Atq; hęc de Hipp. sententia, quam utilẽ esse medentib. nõ est ambigẽdum, quoniã ea docemur, quod Gal dicebat de capris Elaterũ de pastis, nimirũ, cõseruari eius qui pascũtur in ipsis facultatẽ, ac propterea diligẽter esse attẽdendum, nõ solum ipsa medicamenta sumenda, quã uim habeant, uerumetiã, & quid alijs quib. utendum est, impertiant, atqui illud etiã obseruandũ ne faciliter qui sani sunt medicamenta valdè purgãtia capiãt, qđ sint deleteria maxima ex parte, aut saltẽ naturę inimica, qppè quã ipsa inuicta uicãt, ut ait Arist. 1. prob. sect. Docemur prętereà ab Elleboro, quãtum fieri põt cauere, qđ & sanis sit periculosus, & multò magis ægris, ubi præter modum exhibetur.

Dub.

Solut.

Not.

Si quis

©BIUM

17 *Si quis febrem non habens, abstineat à cibo, & cordis morsum, seù vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per superiora significat.*

Connexio. SI connectere præsentem aphorismum cum superiore placeat, nulla mihi videtur ratio melior, quàm si dicamus Hippocratem in antecedenti docuisse quibus non conueniat Elleborus, s. sanis, nunc verò docere, quibus caussarijs conueniat, & licet Ellebori nullam expressam faciat mentionem, attamen eum implicitè satis insinuat, dum commemorat purgationem per superiora, quam maximè omnium fieri ab Elleboro nemo dubitat. Dixi autem caussarijs, quia sicuti non conuenit eius administratio in sanis corporibus, sic quoque, & incommoda, & valdè periculosa est in ægris corporibus, quorum vires plerumq. sunt debiliores, quàm vt ferrè valeant adeò ingentem perturbationem; quod non est in caussarijs, qui & si habeant intra se alicuius, vel aliquarum valetudinum initia, minimè tamen ea sunt, quæ vires nimium frangant; Neque tamen omnibus caussarijs dari potest, sed aliquibus, quos nunc proponit, adeò: vt Scopus eius sit docere esse aliquos caussarios, qui & si carnes sanas habeant, attamen elleboro indigent, aut alio medicamento per vomitum purgante. Est sententia simplex sine demonstratione, & præceptum curatorium partis pharmaceuticæ. Corn. Celsus lib. 1. cap. 3. hunc aphorismum sibi breuiter proponens, ità scribit. Itaq; vbi amari ructus cum dolore, & grauitate præcordiorum sunt, ad vomitum confugiendum est. Etenim & Hippocratis sententia est, vbi quispiam sine cibi fastidio, cordis morsu, tenebricosa vertigine, & oris amaritiæ tentetur euacuatione per superiora opus esse significari, tam verò quid sit vnumquodque quod Hippoc. proponit paullò diligentiùs, sed breuiter videndum est, postquam tota sententia vtilissimis præceptis est referta (*Sine febre*) πὶ πυρετάντι sua lingua, nostra, in febricitanti, siue, non febricitanti. Dicitur enim apud medicos tripliciter aliquis non febricitare, vel quando prorsus omni carent febre, vel quando magna; vel quando febris est accidens seu symptoma sequens inflammationem nam, vt sæpè dixit Galenus. Vereres non appellabant febrem, quæ sequitur inflammationem, vt phrenitidem, aut pleuritidem, peripneumoniamue, Iam verò Hippocrates hic propriè loquitur de ijs, qui carent febre magna, & essentiali, & etiam qui habent inflammationem vt ego puto, quibus si dentur medicamenta valdè calefacientia, & commouentia, vt Elleborus planè augetur febris, atque inflammatio, secus autem est in exiguis febribus & quæ alios morbos sequuntur, quoniam si caussis ipsarum seu morbis, quos sequuntur uomitus conueniat, haud quia quam ad febrem, sed ad caussam mentem dirigere oportet, & studium, ἀπεσιτίη Galenus legit ἀσιτίη, Sed apud Hippocratem vtraq; vox plerumq. idem significat, sicuti ἀπόσιτοι, καὶ ἄσιτοι, Etenim vt docet Galenus secundo aphor. 8; propriè appellantur vtroque modo quicunque cibum nō appetunt, interdum autem, qui illum ità fastidiunt, vt ipsum non capiant, Cæterum hoc in loco, puto accipiendū esse pro eo affectu, in quo ægri non appetunt, vt etiam Galenus exposuit etenim si intelligeret Hippoc. eos, qui

cibum

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 331 sur 867

cibum auerſantur, neque illum capiũt, prope eſſet præceptũ pernicioſum, quod elleborus exigat firmas vires, quas certè nequeunt habere, qui nihil cibi capiunt, (καὶ καρδιωγμός,) ideſt (vt interpretatur Galenus) oris ventriculi morſum καρδίαν, namquè os ventriculi à veteribus fuiſſe vocatum millies dixit Galenus, quamquã Hippoc. 4 lib. de morbis, etiam Hepar à pueris vocari καρδίαν ſcribat, Verum illud eſt obſeruandum, quod ſcripſerũt Erotianus in Onomaſtico, & Gal. 4. aph. 65. nempè hoc vocabulum (καρδίωττειν, & καρδιωγμός) duo apud Veteres habuiſſe ſignificata; vnum eſt, quod diximus oris, ſcilicet ventriculi dolorem, alterum verò ipſius viſceris nempè cordis morſum, quem ſequitur ipſius motio quædam palpitationi ſimilis, quod quidem ſymptoma peſſimum eſt, cum etiam ab Ariſtot. ſcriptum habeatur cor nullum affectum violentum pati, & Plinius dixerit non macerari morbis, fit autem vterq́. hic affectus a ſuccis bilioſis, & acribus, vel os ventriculi, vel cor lædentibus (σκότοδινος) tenebrioſa vertigo. Vt enim ſimpliciter vertigo eſt, cum omnia in gyrum verti videntur, ità vt cadant niſi ſuſtineãtur, ſic ſi præter hoc accedant tenebrę ob oculos, atque cadant, nominatur tenebricoſa vertigo, quam & ipſa fieri à ſuccis prauis os ventriculi mordentibus ſentit Galenus in com: vbi ſcribit, propter magnitudinem neruorum à capite in ipſum ventriculi os deſcendentium lædi animæ operationes, ipſo ventriculi ore malè agente, ità vt velit omnes prædictos affectus eſſe ſymptomata eorum omnium ſuccorum mordere valentium. Sed illud ſcire oportet, Hippocratem eſſe intelligendum de ea vertigine tenebricoſa, quæ copulatur cæteris duobus affectibus antecedentibus, quandoquidem ſæpenumero fit etiam ab alijs cauſis, nimirum à vaporibus craſſis, vel à ſtomacho, vel ab alijs partibus ſurſum elatis, aut quoque in ipſo cerebro genitis, qui ingredientes ventriculos cerebri, ibiq́. ſpiritus contentos in gyrum vertentes, vertiginem inducunt, de quibus non loquitur Hipp. quod in ijs nõ ſit ſemper vomitus neceſſarius, quemadmodum eſt in illis, quæ fiunt cum inappetentia, atque cordis morſu, id quod etiam dicendum eſt de oris amarore; qui id habet peculiare, quod fiat ſemper à bile flaua, vt ob hoc ſignificetur opus eſſe purgatione per ſuperiora, atq; ob id vomitu, qui fit per Elleborum. Tota itaq; ſententia poteſt ad formam aliquam ſyllogiſmi hunc in modum reduci, Opus eſt vomitu, qui fit Elleboro, quãdo bilioſi, & acres ſucci os vẽtriculi lædunt, ſed vbi ſimul adſunt ſine febre inappetentia, oris ventriculi morſus, tenebricoſa vertigo, & oris amarities, clariſſimè ſignificatur ventriculum à ſimilibus humoribus offendi, ergo vomitu, & Elleboro tunc opus eſſe ſignificatur. Vtilitas aphoriſmi eſt, quia docemur etiam eos qui carent febre, eſſe vomitu purgandos, vbi tamen in corpore humores prauos geſtent, & maximè in ventriculo, alioquin iam monſtratum eſt vomitu per Elleborum non eſſe tractandos, qui ſanas carnes habent. Sed dubitabit aliquis, cum multæ aliæ ſint, cauſlæ, & valetudines propter quas conuenit Elleboriſmus, vt ab Hippoc. alibi, & maximè omnium à Plinio relatum eſt, hic tamẽ ſolum quatuor meminit, nempè inappetentię, morſus ventriculi, tenebricoſæ vertiginis, atque oris amaritiei, Cui reſponderi poteſt, hos affectus pro exemplo uoluiſſe ipſum propenere, tum quia maximè omnium exigunt purgationem per uomitum, & elleborum, tum quia horũ, qui à bile proficiſcũtur, & ab humore ſurſum eleuato uoluit monere, in quibuſq́.

Not.

Vtilitas Aphor.

Dubit.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 332 sur 867

©BIUM

similibus posse administrari, undè in quibus bilis atra in partibus profundis, aut inferioribus latitat, certum est neq; Elleborum, & proindè nec ipsum uomitum conuenire, ut in sequenti aphorismo significatur.

---

18 *Supra præcordia dolores, purgatione indigere per superiora significant. Quicunque verò inferiora molestant, per inferiora.*

Connexio.

PERGIT Hipp. in hoc aphorismo documenta tradere circà administrationem ellebori quem dixi semper comprehendere sub uomitus, seù purgationis per superiora appellatione, & quemadmodum in antecedente docuit; in peculiari affectu oris uentriculi quomodo cõueniat, nunc idem demonstrat uniuersali exemplo; scilicet ut habeatur semper in purgando corpore respectus ad propensionem naturæ, & ubi ea ad superiora uergit, per superiora, ubi uerò ad inferiora, per inferius purgantia, cognosci uerò huiuscemodi propensionem ipsis doloribus, seù laboribus, quod si supra septum transuersum sint, purgandum esse per superiora, si tamen purgare est necesse monstrant, sicuti si infrà septum sint, perinferna, adeò ut ex his appareat euidens connexio præsentis aphorismi cum superiore, qui & ipse præceptum est curatorium ad pharmaceuticam pertinens sine demonstratione, atq; indiuisibile. (*Dolores supra septum.*) Quamquàm uox ὀδύνηματα qua utitur Hipp. propriè dolores à Latinis appellatos significet, nihilominus haud est ambigendum, quin etiam sub ipsos, alios affectus, & labores, qui manifesti sunt, intelligat, is enim est æternus Hippoc. mos, ut una re plures aliàs similes intelligat (τ' Φρενῶν.) Veteres nomine Φρενῶν, seù mentis, intelligere consueuisse partem illam, quam posteriores διάφραγμα nuncupauerunt, quod ea uehementer læsa, simul & mens uioletur, sicut & Arist. 3. de partibus animalium, cap. 10. dixit: eam participare nescio quid prudentiæ Galenus non semel monuit, sed maximè lib. 5. de loc. aff: cap. 4. ubi demonstrauit cur eandem partem ueteres uocarint φρένας. Plato in Zimæo διάφραγμα, & Aristot. loco citato διάζωμα, (*Quicunque purgatione indigent.*) Non sine ratione addidit Hipp. hæc uerba; Quoniam habentes huiusmodi dolores supra præcordia minimè semper indigent purgatione per superiora, sed potiùs euacuatione per sanguinis missionem, quemadmodum de pleuritide dicebat Hipp. in qua si dolor uergat ad superiora, sanguinem mittendum, si ad inferiora, esse purgandum præcepit, secundo, & quarto de uictu acut: id qđ etiam de quibusq. doloribus inflammatorijs commendauit Galen. Sed dicet aliquis quomodo cognoscemus dolores indigere purgatione, uel nõ; Dicendum cognosci, quia fiũt ab humoribus, & præsertim mobilibus in loco proximo, ac profundo, & si alijs remedijs non cedant. (*Purgant superiora*) dixi antea, & repeto hic, Hipp. nomine purgationis per superiora absq. dubio intelligere uomitum, atq; cum elleboro albo factum, quemadmodũ & nomine purgationis per inferiora cõplectitur omnes, & præsertim factas Elleboro nigro, Sed hic oritur non leuis dubitatio, quoniã neq; dolores thoracis, neq; oculorum, neq; gulę, neq; capitis, semper utiliter p superiora purgãtur, imò uerò à uomitu magis exacerbãtur, Adhęc sæpè morbi, & dolores superiorũ ab ipsa etiam natura, atque arte curantur infernis euacuationibus, ut scribit Hipp. 4. aph.

Dub.

Solut.

Dub.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 333 sur 867

aph. 18. & 60. de surditate, & de lippitudine 6. aphor. 17. quos affectus dicebat solui superueniente alui fluore, & in colicis, atque renum doloribus, qui sunt intraseptum, vomitus iuuat; neque valet, quod aliquibus placuit hic tantum Hippoc. loqui de affectibus oris ventriculi, quoniam nulla pars laborans est irritanda purgatione ulla, nec pars per ipsam partem euacuatur. Itaque satiùs est re- *Solut.*
spondere, Dolores qui fiunt in partibus superioribus, aut fieri ab humore congesto ibi, aut eo ab alijs partibus transmisso: Si ibi congeratur, aut est humor leuis, aut grauis, Si leuis per uomitum euacuatur, si grauis per inferiora, pariter humor, qui aliundè ad partem supra septum fluit, aut magno impetu fluit, atque tunc faciliùs, & securius statim euacuare per vomitum, aut fluit lente, atque tũc præstat euacuare per inferiora, cum opus sit nõ modo euacuatione, verumetiam reuulsione, atque deriuatione. Nisi potiùs dicere placeat cum Hipp. ponat terminum doloris, ipsum septum transuersum, atque id (vt patet ex anatomę) ipsi stomaco, atque intestinis ità proximum sit, vt aliquo modo ea tangat, videri ipsum voluisse loqui dumtaxat de humoribus, vel in ventriculo, vel in intestinis contentis, quasi dicat vbi humores bilioſi in stomacho sunt, atque eum lædunt, esse vomitu ejciendos, vbi verò in intestinis, purgatione per aluum indigere. Ex quo apparet quàm vtilis sit aphorismus in medicina facienda, quandoquidē *Vtilitas Aphor.*
plurimum refert in doloribus quibusquè scire, quà parte sint humores dolorum authores pellendi.

---

19 Qui in medicamentis purgati, non sitiunt, non quiescunt priusquam sitiant.

POSTQVAM Hippocrates hactenus de Ellebori administratione, ac *Connexio.*
consequenter de ipso vomitu adhibendo satis copiosè locutus est, prout ipsius institutum postulat, remanebat, vt de quodam symptomatę medicos moneret, quod solet omnes insignes purgationes, & præsertim quæ fiunt per vomitum ex Elleboro consequi, nempè de siti. Etenim ea interdum tanta fit, vt & medici interdum, & ipsi ægrotantes plerumquè deterreantur. Vndè ad tollendum hunc terrorem fecit præsentem aphorismum, quo docet, non modo nihil esse metuendum, si post purgationes ingens sitis fiat, imò verò necesse vt fiat, alioquin ipsos ægrotantes non quiescere, nisi prius sitiant, quasi uerò non speranda integra medicamenti operatio, antequã sitis fiat, nec dubitari debet, quin hic quoque de Elleboro agat, quoniam hæc eadem verba habentur in eo fragmento de Ellebori vsu, quod Democrito scripsit Hippocrates. Est enim dogma quod ad diagnosticã, vel prognosticam partem reduci potest, cum ex eo discatur cognoscere perfectionem purgationis medicamentorum, est simplex sententia absquè demonstratione, vt ob hoc ad nos pertineat, & ipsam explicare, & illius demonstrationem indagare. Dicit itaque (ἐν τῇσι Φαρμακοποσιησιν,) idest pharmacorum potionibus, non quod hoc etiam uerum non sit in ijs medicamentis, quæ deuorantur, cum etiam in clysteribus experientia comprobetur, vbi illis fit insignis euacuatio sitim consequi, sed ità sibi placuit loqui, quoniam

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 334 sur 867

©BIUM

ſuo tempore maior pars medicamentorum purgantium potu adminiſtrabatur, quemadmodum etiam Galeni tempeſtate, immo uerò, & boli noſtri, & pilulæ ſunt in vſum traductæ ob eos potiùs, qui difficiliter medicamenta bibunt, quàm quod non ſemper melius eſſet medicamenta potu, quàm alio modo ſumere, ſiquidem cum debeant, in ſtomacho eliquari, atque ſolui ſi purgare debent, facilè eſt comprehendere hunc laborem demi ventriculo vbi in ipſum medicamenta iam diſſoluta, atque eliquata inijciuntur, & propterea mirare nemo debet, ſi veteres Theriacam, Hieram aliaq. ingrata pharmaca, vel aqua in febre, vel vino ſine febre diſſoluta tradebant, ſecus quam nunc facimus omnes, qui potiùs guſtum, & delicias ægrorum, quam ipſorum vtilitatem ſectamur, (*Niſi ſitient purgati*,) Ea vere eſt plurimorum pharmacorum condicio, vt poſt purgationem ſitim, nec exiguam pariant, Cur autem ità contingat, non eſt arduum veras inuenire rationes. Nam vt optimè diſcurrit Galenus in Com: alij ſunt, qui ſtatim penè ab accepto pharmaco ſitiunt, alij verò qui tardius. Sitis autem fit aut propter ipſius ventriculi diſpoſitionem, aut propter pharmaci dati naturam, aut propter ideam ipſius humoris euacuati, aut propter omnes ſimul, aut propter plures: Contingit propter ventriculum, quando ſcilicet is ſuaptè natura aut calidus, aut ſiccus, aut ſimul, & ſiccus, & calidus eſt, ità vt etiam antè pharmacum ſitiat: Similiter contingit ob pharmacum ipſum, quãdo nempè eſt ſiccum, & calidum, & acre, & mordax, ac potenter euacuans. Propter ipſum humorem qui euacuatur, fit quoque ſitis, quando nempè eſt bilioſus, & amarus, ſic enim Plutarchus primo probl. ſymp. amygd. amaras facere ſitim ità vt vulpes eas paſtę moriantur niſi bibãt. poſſumus etiam addere fieri ſitim quãdo humores ſeroſi, & aquoſi, à quibus demulcetur ſitis, euacuantur. Etenim manna, atque mel roſaceum ſolutiuum, & ſi non multum euacuent, neque calefaciant, exiccentuè, nihilominus ingentem ſitim producunt, quòd humores ſeoroſos euacuant: Et ſicuti ab hiſcè cauſſis producitur ſitis, ſic à contrarijs ſolent perdurare plurimum abſque ſiti, quando ſcilicet ventriculus ſit frigidus, ac humidus ſuaptè natura, aut propter pituitam à capitè in ipſum præcipitatam antè aſſumptionem pharmaci, atque poſt. Pari pacto non fit ſitis, ſi medicamentum ſumptum ſit expers mordacitatis, necnon inſignis caliditatis, atque ſiccitatis, quo fit vt Caſſia haud multam ſitim inducat. Tertiò, & poſtremo tardatur ſitis, quoniam humor, qui euacuatur pituitoſus eſt, aut aquoſus; quamquam ſi hi quoque copioſè euacuentur, ſitim facere conſueuerunt, ob ſiccitatem, quæ oboritur nimium euacuatis humiditatibus, vt dicit Plutarchus 6. ſymp. 1. ijs qui ieiunant, quod ob humidi conſumptionem ſcribit ſitire. Addit Galenus, & bene, fieri etiam ſitim ob occultam, ſi non ſenſibilem ipſius pharmaci ſumpti acrimoniam, atque caliditatem, vt de carne Viperæ, ac vino in quo ea ſit mortua, atque alijs pluribus; narrat idem Gal. à Dipſadis ſimiliter veneno fieri: (*Non ceßant priuſquam ſitiant.*) Qui dixerunt poſſe hæc verba interpretari, quaſi Hippocrates præcipiat non eſſe ceſſandum à motu accepto Elleboro priuſquam ſitis accedat, nimis ſimplices mihi videntur, quia valdè periculoſum eſſet præceptum, Ergo vera interpretatio eſt mentis Hippoc. vt intelligatur, non deſinere purgationem antequam ſitis accedat. Sed videndum eſt quæ ſit ratio propter

Cur pilulæ introductæ.

Not.

Cur poſt purgationem ſitis.

quam

©BIUM

quam ſemper debet perfectam purgationem ſequi ſitis, Quod priuſquam agatur, illud monere placet, non eſſe hunc ſimpliciter verum aphoriſmum, quia vlu venit ut interdum fiat integra purgatio, nec ſitis accedat, & è contra ſitis magna fiat non finita purgatione, ſimiliter etiam cõtingit, nec fieri purgationem, nec ſitim, vt in Iuuene Melibeo viſum eſt, qui accepto medicamento cũ nil reiecisset, mortuũ eſſe narrat Hipp. 5. Epid. Quod certè de alijs medicamentis compertum eſt: at non ità forſan de Elleboro, de quo non eſt dubitandum Hippoc. loqui poſtquam hic idem aphoriſmus habetur in fragmento de Ellebori vſu ad Democritum Adhæc illud ſupponere oportet, vbi ſitis præexiſtens à purgante medicamento non mitigatur, Sed potiùs augetur, planè lædi ægrum, & vbi eadem quæ anteà durat, ignorari vtrum iuuatura ſit purgatio, Vbi verò nulla adſit ſitis antea ob humorem, ſcilicet irrigantem, tunc ex purgatione humoris illius fieri meritò ſitim, atq. tunc non conferre niſi ſitis oboriatur, quod ſignum ſit non eſſe humorem euacuatum, qui ſitim tollebat, Itaque hunc in modum accipienda eſt Hippocratis ſententia, perinde ac dicat eos, qui non ſitientes antè medicamenti potionem, ob id purgatorium ſumunt, non abſolui purgationem niſi accedat ſitis, ità vt Hippocrates loquatur de carentibus ſiti ob humores frigidos ac pituitoſos, in quib. fit ſitis, quoniam humor quod eam tollebat, eſt iam euacuatus. Vndè ſic aphoriſmus erit conſtituendus, qui in pharmacorum potionibus non ſitiunt, purgati non quieſcunt, hoc eſt, non liberantur à morbo, niſi prius ſitiant, ſcilicet ſiti naturali, non autem præternaturali, Nam quę prius extincta erat ſitis naturalis ob frigidos humores redundantes in ſtomacho, certè ijs euacuatis redit, ac propterea bonum eſt, quia euacuatus eſt morbificus humor. Ita enim intellectus aphoriſmus, veriſſimus eſt, alioquin experimentis quotidianis non correſpondet. *Dubit.* Cæterum percunctabitur aliquis cur Hipp. de non ſitientibus potiſſimum uoluit hoc docere? cui reſponderi poteſt uoluiſſe hoc Hippocratem monere, vt intelligeretur non ſemper ſitim ſubſequentem purgationes, malam, ſed aliquando bonam atque optabilem, quæ dignoſcitur, ex eo ab alijs, quod ſitis ſola ſuperueniat, cætera uerò ſymptomata deleãtur, Vbi enim nullum aliud ſymptoma ex purgatione remanet præter ſitim, planè ſignum eſt omnes humores prauos eſſe euacuatos, ſolamq. ſiccitatem eſſe relictam à qua fit ſitis. *Solut.* Vtilitas præſentis aphoriſmi eſt in primis pro cognoſcenda perfecta purgatione, quando ſcilicet ſola ſitis naturalis, quæ anteà non erat, efficitur: fit autem ſitis naturalis quando ſola remanet, atque alia ſymptomata deſinunt. Præterea iuuat aphoriſmus pro facienda medicina, ne ſcilicet ubi ſitis adeſt poſt medicamenta pro ea tollenda maior purgatio cupiatur, atque procuretur, ſiquidem vbi ſola eſt, quieſcere potiùs conuenit, nec eius ſitis eſt remedium quærendum, quæ naturalis cum ſit læderæ nequaquam poteſt; Eſt etiam vtilis ad victus inſtitutionem quasi non ſit offerendus cibus illi, qui ſumpſit medicamentum priuſquam ſitiat simulq. omnis turbatio medicamenti receſſerit. *Vtilitas Aphor.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 336 sur 867

©BIUM

20 *Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius opportere significatur.*

MIHI non displicet id, quod à Galeno dictum est in com: nempè sicuti in superiori aphorismo, hoc est, mediatè antecedēte, s. 17. docuit cognoscere eos, qui egent euacuatione per superiora, sic nunc qui est aphorismus vigesimus docere signa eorum, qui purgatione per inferiora indigent; communem autem vtriusque esse ratiocinationem in diuersis symptomatibus, nimirum quo natura inclinat, eo esse euacuandum, Verumtamen duo optassem à Galeno, vt cum immediatè antecedente aliquam connexionem nobis indicasset. Vtq. non adeò breuis fuisset in exponendo hoc non ità arido, & facili aphorismo; Quod
Connexio. autem spectat ad connexionem cum immediatè præcedente, certè non alia est, quàm quòd vterquè de purgatione tractat, & si ad meliorem ordinem essent redigendi aphorismi, sanę hic apprimè conueniret, vt ait Galenus post 17. quia sicut in illo ex symptomatibus docet intelligere quando sit opus vomitu, sic in hoc docet cognoscere ex diuersis symptomatibus quādo opus est purgare per inferiora, scilicet quando tormina, & genuum grauitas, & lumborum dolor; adeò, vt hoc sit dogma, ad partem simioticam seu significatiuam pertinens, indiuisibile, & sine demonstratione, (*Existentibus sine febre*,) quod in aphor. 17. dixi significare vocem (ἀπυρέττεσι,) scilicet eos qui febre essentiali & euidente carent non autem qui prorsus nullam habent, idem quoque statuere conuenit: In præsenti, & eo maximè, quod vbi tormina sunt, vix fieri potest quin præ dolore accendātur saltē spiritus, & diaria febris suboriatur (τρόφος) Vocem significare tormina, scilicet intestinorum dolorem hoc quoque manifestum est, quemadmodum, & qđ sit genuum (βάρος) seù grauitas, & qđ lumborum dolor ἰσφύος ἄλγημα. Verum non ità constat, quę sint rationes ob quas huiusmodi symptomata ostendūt opus esse purgatione per inferiora, quia tametsi ex Gal. colligere licet rationem esse, quia ducendum esse, quo natura vergit, & Hippocr. docuit, & ratio suadet, cum in euacuationibus faciendis maximè conducat naturam habere auxiliatricē, nihilominus est quippiam aliud ob qđ ipse puto, voluisse sapientissimū senem huiusmodi dogma posteris relinquere. Primum enim illud notandum
Nota. est, Hipp. in hoc aphorismo vti hac phrasi (κάτω Φαρμακίης δεῖσθαι σημαίνει,) ideſt, indigere per inferiora euacuatione, quoniam vere præceptum est, atq; non exigui momenti, cum si negligatur soleant isti dolores, vel desinere in podagricos morbos, vt docuit Hipp. 2. prorrheticorum, vel recurrere in partes superiores, & caput, vt in Caluo illo Larissæo in 3. Epid. commemorato. Iam verò quod tormina egeant purgatione per inferiora causſa etiam est, quia nisi pellantur fœces, vt mandauit faciendum esse Auuic: in Colica, & humores, & flatus à quibus fiunt tormina, retinentur; vndè augentur dolores, atque interdum humores ad articulos inde conuersi faciunt arthritidas, vt quandoque docuit Paullus Ægineta. At de genuum grauitate, alia ratio videtur, ob quam oporteat per inferiora euacuare; scilicet quod grauitas atteſtetur humorum crassitiei, qui multo prom-

ptius

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 337 sur 867

prius euacuantur per inferiora, quam per ſuperiora, vt obſeruatum fuit in illa conſtitutione Oeni narrata ab Hippoc. 2. Epid. ſect. 4 in qua homines ob eſum leguminum in genuum grauitatem incidebant, nec quicquam obſtat, qđ Hippoc. 4. de victu acut. tex. 86. det Elleborum in genuum grauitate, quoniam multa ſunt ibi non ità probata, præterquam quod Elleborus etiam interdum euacuat per inferna. De lumborum autem dolore, quòd ſoleat interdum ad ſeptum trāſuerſum recurrere, & magnam perniciem ſecum ferre docuit Hipp. 2. prognoſt: ſed qđ etiam materia in lumbis contenta ſoleat exonerari, & per hęmorrhoidas vbi in venis continetur, & per ipſa inteſtina, vbi vel extra venas, vel propè oſcula ipſarum poſita eſt, illius partis ſitus, atque conſtitutio ſatis docent. Igitur ſiue coniunctim hæc omnia ſymptomata capiantur, ſiue diſiunctim, Vera eſt Hippoc. ſententia, ſcilicet opus eſſe purgatione per inferiora, vt potè quæ multò minus moleſtiæ afferat quam vomitus, qui omnis ſemper eſt contra motus, cū pars ventriculi conuexa efficiatur concaua, & è conuerſo. Sed dicet aliquis ſi tormina fiant ab humore bilioſo, vt non rarò contingit, quomodo erit is euacuandus, vtrum per ſuperiora, vt videtur poſtulare ipſius humoris natura, an potiùs per inferiora, vt præcipit Hipp. cui reſpondendum eſt, aut humorem illum bilioſum eſſe iam fixum in ipſis inteſtinis maximè infetioribus, aut in motu eſſe, ſi firmatus ſit, plus poteſt ad indicandam euacuationem ipſe locus, quàm natura humoris, vndè p inferiora potiùs eſt euacuandus, quā per ſuperiora, atq; hoc eſt quod voluit dicere Hipp. lib. de ſalubri diæta quando dixit: æſtate vtendum clyſterib. quoniam tunc corpus bilioſum eſt, & fiunt tormina, lumborum, atq; genuum dolor, ſin autem ſit adhuc in motu, certè prętſtat euacuari per vomitum, eò quòd bilis mota, & concitata facilius in ſuperiores, quàm inferiores partes feratur; vtilitas ergo huius aphoriſmi eſt qualis, & ſuperioris, ſcilicet non modo in cognoſcendo euacuationis faciendæ modo, verumetiam in operando, ſcilicet cum docetur, vbi hæc adſunt ſymptomata mouenda eſſe aluum, vel per clyſteres, vel per medicamenta.

Purgatio per inferna minus moleſta.

Dub.

Solut.

Vtilitas Aph.

---

21 *Deiectiones nigræ, qualis eſt ſanguis niger, ſpontè venientes, ſiue cum febre, ſiue ſine febre, peſſimæ, & quanto colores magis praui fuerint plures, peius: cum medicamento verò melius, & quanto colores plures non praui.*

GALENVS in præſenti aphoriſmo longiori forſitan quā aphoriſtica doctrina exigit exponendo, & ſatis diligens, & diſertus fuit: Attamen aliqua omiſit, quæ nos dicere tentabimus; in primis autem cum nil dixerit de continuatione illud ſtatuere oportet, non admodum euidentem eſſe præſentis cum antecedente aphoriſmo connexionem, niſi dicere placeat, à purgatione per inferiora (de qua locutus eſt antea) varia excrementa, varioſq. humores ſecerni, quæ quid portendant, & quomodo ab excrementis ſpontè exeuntibus ſecernantur confert cognoſcere, vndè de hac re in præſenti ſcopus eſt Hipp. tractare, quod quidem eſt purū dogma prognoſticum, ſed ità longum, vt in tres, vel etiam quatuor partes com modè ſecari poſſit, quarū nulla rationem cōiunctam habet.

Connexio.

Scopus.

Diuiſio.

Prima

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 338 sur 867

©BIUM

Prima autem pars eſt. *(Deiectiones nigræ qualis ater ſanguis ſponte euntes, & cum febre, & ſine febre peſſimæ,)* Laborauit Galen. in docendo id, quod etiam alibi locupletiſſimè docuit; ſcilicet quæ ſint nigræ deiectiones, & quomodo à ſanguine nigro differant: Scilicet quod deiectiones nigræ aliæ fiunt à melancholia naturali; aliæ à præternaturali, melancholia naturalis, eſt vt Gal. docet ſecundò de potẽtijs naturalibus, & Auuic. prima primi Doct. 4. quæ propriè fœx ſanguinis vocatur ſimilitudine capta à vini craſſioris fœce, & quam expurgans lien iecur ad ſeſe trahit, partim vt ea alatur, partim vt deindè poſtquam nutritus eſt cum aliò expellat; melancholia verò præternaturalis eſt, quæ bilis atra uocantur ex naturali diù in corpore detenta, ac putreſcente, & combuſta efficitur, quæ etiã à naturali in eo diſſidet, quod ea neq; acris, neq; mordax, neq; acida eſt, imò vera, neque effuſa ſuper terram eam fermentat, vt atra bilis, ſiue facta ex fœce, ſiue ex bile combuſta. Igitur vbi huiuſmodi fœx à ſplene malè valente attrahi non poteſt, ac copioſa in Iecinore cumulata eſt, tunc ea ad inteſtina effuſa nigras deiectiones facit, de quibus Hipp. ſermonem habet. Vndè propriè dicuntur hoc in loco nigræ deiectiones non quæ coloratæ, vel ſaturatæ ſunt bile atra, ſcilicet facta ex putreſcẽte naturali melãcholia: ſed quæ infectę, & oppletę ſunt naturali melancholia (hoc eſt) ſanguinis ipſius fœce. Sed illud videndum eſt, quomodo Hipp. aſſimilet huiuſmodi fœces, & deiectiones ſanguini. Nam Galenus inquit nimis ſimplicis ingenij eſſe putare deiectiones nigras aſſimilari ſanguini bene conſtituto, Sed putandum eſſe per ſanguinem ab Hipp. intelligi ſanguinem diù retentum in inteſtinis, qui neceſſario concreſcit in grumos, & negreſcit, aut etiã ſanguis hęmorrhoidalis aliuſuè ex uomica rupta prodiens, uerum cum ſanguis ſemper nigreſcat extra propria uaſa, etiam in pectore, uentriculo, & alibi, maximè uerò effuſus in terram, non uideo cur Hipp. pro ſanguine accipere nequeat quemcumque extra uenas poſitum, qui in eo deffert potiſſimum à nigris deiectionibus is, quod grumeſcat, deiectiones verò nigrę haud quamquam (*ἀπὸ τὰ τομάτα ἰόντα, (ideſt, ſponte euntia:)* Celſus transfert hac uocem repentinam: Etenim lib. 2. cap. 7. ità ſcribit. Aluus nigra ſanguini atro ſimilis repentina, ſiue cum febre, ſiue etiam ſine hac, pernicioſa eſt, in quo errauit Celſus trãsferens (repentina) niſi malumus, contextum eſſe uitioſum, & loco (repentina) legẽdum eſſe ſpontanea; Sponte dicuntur fieri, ut alias docui, quęcunque aut natura aut ipſius morbi ui abſque ulla exterma, uel medici, uel aliorum occaſione efficiuntur, & notat uocem (*ἰόντα*) ſignificare non ſimpliciter exeuntia, ſed ea quæ longo tempore exire perſeuerant, ſcilicet toto morbi tempore, aut ſaltem magna illius parte, Et uerè deiectiones nigræ perſeuerantes peſſimæ ſunt tam cum febre, quam ſine, modo ui medicamenti non exeant, & ratio eſt, quia ſignificant tum copiam prauorum humorum ob diuturnitatem, tum incendij, ac putredinis magnitudinem, & quamquam dicat Galenus tempore peſtilentię, quæ durabat adhuc cum præſentem commentarium conſcriberet, æque in morituris, atque ſeruandis apparuiſſe huiuſmodi excretiones, attamen illę non ita durabant, nec initio apparebant, quando ſcilicet (ut ait Hip.) nil vere iudicatorium apparet initio, Sed potiùs circà ſtatum, natura ſcilicet tunc expurgante, & ſuccos prauos expellente. *(Quanto colores)* ſecunda pars cuius ſenſus eſt clariſſimus, nempè non modo ni-

do nigras deiectiones esse pessimas, verum quanto colores sunt plures tanto esse deterius eiusmodi prodire deiectiones, Sed si illæ pessimæ sunt, quomodo aliquid deterius inueniri potest, Respondendum esse Hippocratem dicere non simpliciter quanto colores sunt deteriores, sed quanto plures, & varij colores, sunt deteriores, eo peius esse, adeò ut hunc in modum res se habeat, pessimi sunt nigri colores, mali sunt varij, & præsertim si suaptè natura praui sint, siquidem si vnum excrementum suaptè natura malum vbi spontè exiens durat pessimum est, multò deterius erit si sint plura, atque ea mala, tunc n. est contendendum naturæ contra plures, atque eos validos hostes, & contra plures hostes certare semper est deterius, quam contra vnum. Sequitur tertia pars quæ est, (*cum medicamento autem melius*) vbi notandum est Hippocratem ante dixisse pessimas esse nigras deiectiones spontè euntes, hic autem cum loquatur de non spontaneis, sed de his quæ vi pharmaci prodeunt, non dicere eas esse optimas, sed tantum melius esse, quoniam uere deiectiones nigræ, siue fiant ex adustione fœcis, siue ex adustione bilis, semper malæ sunt, & vt signa, & vt causæ, quandoquidem faciunt interdum dysenterias lethalissimas, Verum tamen ubi pharmacis ducuntur, non ita malę sunt, quoniam significant eiusmodi succos ita esse sopitos, vt non stimulent spontè ad sui expulsionem, sed opus habeant impulsore ad hoc ut exeant, ità etiam dicebat Hipp. in coacis prænot: vbi præter nigros colores maximè damnabat bilioſos ſynceros, atque saturatos, necnon liuidos. Quartá pars est (*Etquanto col.*) Certissimum est hæc verba esse intelligenda de excrementis quæ à medicamento ducuntur, Cęlius enim dicit quanto plures sunt ipsorum colores non esse malum, modo ij colores non sint praui. Et certè modus hic loquendi Hippocratis non est absque aliqua ratione, quia & si uarietas colorum excrementorum sit semper mala, ut pote quæ indicat varietatem, & copiam affectuum, & viscerum laborantium, attamen haud est malum ea exire per medicamenta, tum quia signum est, non esse ita contumaces humores, quin sequantur pharmaca, tum quia ijs exeuntibus multo maior tranquillitas corpori, atque morborum expugnatio sequitur. Cæterum *Probl. 1.* hic nonnulla problemata occurrunt examinanda, quorum primum est, quomodo possint excrementa nigra exeuntia diu esse pessima, nec tamen febrem facere, quoniam si pesima sunt, quæ interitum plerumque afferunt, perire aliquem cum his excretionibus sine febre posse à ratione videtur alienum, præterea si excretiones nigræ de quibus loquitur Hippocrates sunt, uel fœx sanguinis, vel bilis combustæ, qui fieri potest, ut adeò teter humor ex combustione queat generari, nec febrem facere. Alterum problema est, nunquid deterius sit unum *Probl 2.* sincerum humorem prauum, an plures apparere. Etenim manifestę Hippocrates hoc in loco uidetur varietatem humorum magis damnare, Contra secundo prognosticorum contex. 23. scribit excrementa uaria licet sint perniciosa, esse tamen diuturniora, & in Coacis p̄not. atq; in prorrhet. sæpe sinceras deiectiones (hoc est huius generis tantum) ueluti pessimas damnat. Præterea habetur 2. aph. 14. mutationes egestionũ iuuare. Tertium probl. est utrum etiã à caloris *Probl. 3.* mortificatione fieri possint nigræ deiectiones, quemadmodum, & Gal. & alijs

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 340 sur 867

©BIUM

ferè omnibus placet, nam etsi partes viuentes calore priuatæ nigrescant, idque omnibus solidis contingere obseruetur, attamẽ alia ratio est de humoribus, quæ non sunt partes viuentes, & qui colores aquirunt alium generantur, à priuatione autem caloris non est rationi consentaneum posse vllos humores generari, si quidem vt ait Auerr. 3. collect. atque etiam Gal. lib. 2. de potentijs naturalibus humores naturales generantur à calore commoderato, præternaturales autem ab incommoderato. *Solut. 1.* Ad Primum dicendum est humorem nigrum, seu bilem atram aut considerari posse dum generatur, aut dum genita est, si primo modo cõsideretur, vel generatur in partibus remotis à corde, vel in proximis, bilis atra nequaquam generari potest in partibus proximis cordi quin faciat febrem, secus autem est in remotis in quibus sæpè videmus fieri vlcera nigra, aut colores nigros absquè quo fiat febris, & quemadmodum in illis faciliter vapores vrentes ob viciniam in cor mittuntur, qui faciunt febrem, sic in his aut nullo modo mittuntur vapores ad cor, aut si mittantur, illi sunt adeò castigati, & remissi vt nullo modo cor accendere queant, Sin verò consideretur bilis atra iam genita, plane exire potest, & mala esse absquè febre: mala inquam esse potest vt caussa, quia ob sui acrimoniam, atque mordacitatem potest intestina sauciare, & sicut effusa facit ebullire terram, sic potest ipsa intestina accendere, sed est quoque mala per viam signi, quandoquidem significat prauos humores ante in corpore delituisse, proptereaquè necessario aliquod ingens malum intus produxisse, Sic enim cancros, hæmorrhoidas, lepras, aliaq. mala videmus suboriri, quòd atra bilis intus latens viscera lacessiuerit, licet ob sui immensam siccitatem febrem nullam effecerit; Neque valet, exitium ab vllo morbo afferri non posse absquè febre, quoniam quod Hipp. ait huiusmodi deiectiones pessimas non vult intelligere, quod necessariò mortem afferant, sed quod afferre aptæ sint, quamquã vbi interitum producunt, semper febribus cõiunguntur, ut in pestilentibus constitutionibus, in quibus nõ modo febres conspiciũtur cum deiectionib. atris, verumetiã à vaporib. in cerebrum ab illis trãsmissis fiunt manię, terrores, falsæ imaginationes, aliaq. grauia deliria: q̃ mala etiã interdũ ab excretionib. nigris soluuntur, quãdo, s. fiunt non circa initiũ, aut augumentũ, sed in statu apparentib. coctionis signis, aut in declinatione uniuersali morbi. *Solut. 2.* Circà secundũ problema diffinire oportet: Deiectiones tã varias, quã sinceras, vt pessimas ab Hipp. semper damnari. Verumtamen datis cæteris parib. semper deiectiones variæ, tam quæ vna vice, quam quę continuatis fiũt, deteriores sunt sinceris, & impermixtis, eo quòd significat plures esse affectus & morbos aduersus quos est necesse pugnare, quãquam vt caussa possunt esse deteriores sincera bilis flaua, atque atra, scilicet ob graues, & pernicioſas dysenterias quas nonnumquam huiusmodi deiectiones producunt. *Solut. 3.* Pro Tertiò problemate dicendum est. Omnes humores suaptè natura, & præsertim sanguineos esse obscuros, fieri aũt splendentes, & coloratos ratione caloris, & spirituum, quibus dum priuantur redeunt ad propriam obscuritatem: cum itaque consumpto calore natiuo simul etiam spiritus cõsumantur, necessario lucę & splẽdore amissis humori cuilibet fit color obscurus, est tamẽ illa obscuritas differens à nigredine, quæ sequitur vstionem, cuiusmodi uidemus

in

©BIUM

in moribundis, atque ijs quorum extrema frigore ingenti occupantur, quippe quę potiùs liuida, quàm uere nigra euadunt, nec in corpore uiuente, ut aliquādo dixi poteſt eſſe tanta frigiditas, ut uere denigret, quemadmodum alias oſtendi. Etenim in artificialibus denigrationem conſumatam, ut in atramento ex combuſtione, vel mediatè, vel immediatè fieri conſpicimus; niſi ſit à natura proprietas denigrandi, vt ſunt cortices nucum viridium; glaſtum, & ſimilia, omnis namquè nigredo cum ſit priuatio quædam lucis, atque hæc à calore, hic autem multipliciter extinguatur fit ut, tot modis naſcatur, quot interit calor. Vtilitas aphoriſmi propria, & ſola eſt in præcognoſcendo, atque prædicendo, vt propterea de his ab Hippocrate ſit tractatum in libris prognoſticorum, prorrheticorum, & Coacarum prædictionum. *Vtilitas Aphor.*

---

22 *Morbis quibuslibet incipientibus ſi atra bilis, vel ſupra, vel infra exierit lęthale.*

MANIFESTA eſt præſentis aphoriſmi cum ſuperiore continuatio; ſiquidem ante dixerat: nullas nigras deiectiones eſſe bonas ſed aliquas peſſimas, aliquas verò minus malas; Nunc quaſi exaggerans ipſarum malitiam etiam aliquas eſſe lethales monſtrat, ità vt ſententia ſit pertinens ad prognoſim ſimplex, atque ſine ratione, ſine diuiſione. Celſus lib. 2 cap. 6. ità hunc aphoriſmum transfert, is facile acuto morbo conſumitur, cui protinus in recēti morbo bilis atra, uel infra, uel ſupra ſe oſtenderit. Sed differens eſt nonnihil ſententia Celſi ab Hipp. quia quod is dicit de acuto morbo, hic dicit de quocumque (Νοσημάτων ὀκώσων ἀρχομένων,) ideſt (*morbis quibus incipientibus*) quamquam magis mihi placet Celſi ſententia, cum uix fieri poſſit, ut adeò praua materia fiat, & moueatur initio abſque morbi acutie: Cęterum cum initium morbi capiatur apud medicos, ut ſæpius docui, & pro primo morbi inſultu, & pro primis tribus diebus, & pro toto illo tempore, in quo nullum coctionis indicium apparet, certè hoc poſtremò ſignificatu hic eſſe accipiendum nō dubito, quoniam ubi ſymptomaticę, & non criticę effunduntur praua excrementa, ut fit in initijs, indicāt maximum eſſe iudicium, & ingentem morbum, qui alia tempora pertranſire nequeat, quin interimat, & id uoluit intelligere Cornelius Celſus, quando dixit (*protinus in recenti morbo,*) appellans recentem morbum, qui nuper factus eſt, & in quo nullum argumentum naturæ vincentis ſeſe offert. Et quia (ut ait) prudenter Galen. in rebus arti maximè neceſſarijs ea repetere bonum eſt, iterum quòd anteà diximus eſt ad memoriam reuocandum, nempè ut fiat bona ſuccorum morbidorum expulſio, operepręt ium eſt, præcedat coctio, ſequatur ſeparatio, & demum ſuccedat expulſio, alioquin, vt ait Hipp. 1. Epid. fiunt abſceſſus praui, permutationes peſſimæ morborum, labores, diuturnitates, & demum mortes, contra quam contingit concoctis humoribus quos expellens natura corpus ſalubriter expurgat, Sed cum Galenus bene dixerit hoc non modo uerum eſſe de atra bile, uerumetiam de cunctis humoribus, ſcilicet malum eſſe ſi initio excernantur, quoniam tunc coctio nulla eſt, Cur ergo Hippoc id dumtaxat de bile atra dicere voluit? An quia id maximè uerificatur in bile nigra, tum quia inimica eſt, maximè omnium ipſi naturæ, à qua ſemper & undecumq; expellitur *Connexio.* *Initiū morbi quomodo ſumatur.* *Not.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 342 sur 867

©BIUM

tum quia humor eſt valdè ſiccus, ob idq́. valdè refugit coctionem, præterquam quod locutus eſt potiſſimum de atra bile, quoniam vt dixi occaſionem ſibi dederat antecedens aphoriſmus: & forſan quia tempore ſuo frequentiùs multò cõſpiciebantur initio vomitus nigri, quàm hoc tempore, & ipſe primum vomitum negerrimum vidi in filiola mea trienni, quæ etiam tertia die extincta eſt. (*Siue ſupra.*) Et ſi lethale ſit, vt dicebam initio omnis atræ bilis exitus, attamen lethaliorem ſemper exiſtimaui, & obſeruaui eum, qui ſit vomitu, non tantum, quod is vlceret, atque malè afficiat ſtomachum inter exeundum, quemadmodũ aliquibus placuit, ſed quia præter prauitatem naturæ ipſius humoris adeſt quoque motus præternaturalis, cum atræ bilis natura ſit deorſum ferri, vt habetur 1. lib. de nat: hum: & notandum hoc non modo verum eſſe de vomitu, Verumetiam de ſputo, Ità vt aphor. verus ſit de deiectionibus, vrinis, vomitu, & ſputo, (*Mortale.*) Vox θανάσιμον vſurpata hic, & alibi ab Hippocrate ſignificat interdum quod neceſſario mortem affert, interdum κινδυνώδες, ſcilicet periculoſum, quodq́. plerumq́. exitium affert, vt Gal. 5. aph. 2. & lib. 6. aph. 18. Verum hoc in loco accipiendum eſt, pro eo quod neceſſario mortem infert, quoniam ob rationes allatas ſit mors, atque ea cellerima. Vtilitas igitur aphoriſmi eſt in prædicendo, & præcognoſcendo futuram mortem ex nigris excrementis, quæ vndecumque exeant in principio ſemper exitialia.

Not.

Vtilitas Aphor.

---

23 *Quibuſcunque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſiue vti ſanguis niger de ſubter exierit, poſtridie moriuntur.*

Connexio. ARTIFCIO certè admirabili apparet vſus Hippocrat. in hac de nigris excretionibus tractatiuncula, in qua primum eſſe mala monſtrauit, deindè eſſe lethalia, ſcilicet in antecedente, nunc verò citò mortem afferre, vt ſic non modo appareat manifeſta continuatio præſentis, cum ſuperiore ſententia, Verumetiam Hippocratem in hac adeò fuiſſe diligentem, quia maximi momenti eſſe cognouit, non ſolum prædicere periculum, verumetiam & mortem, & mortis celeritatem, ſic enim & gloriæ, ac exiſtimationi medici conſulitur, quam ſemper in oculis habuiſſe viſus eſt, quaſi verò ad exercendam feliciter artem non minus valeat medici curantis authoritas, & exiſtimatio, doctrina, & vſu parta; quam remedia. Eſt autem hic aphoriſmus & ipſe totus prognoſticus, qui licet ſit lõgiuſculus, minimè tamen in plures partes diuidi poteſt. Quod verò dicit Hipp. eſt, ſiue bilis atra, ſiue excrementa nigra ijs, qui aut ex acutis aut ex diuturnis morbis, aut ex vulneribus, aut aliquo alio modo extenuati ſunt, infra exierint poſtera die intereunt, Corn: Celſus ſignificauit quidem, ſed haud prorſus expreſſit hanc ſententiam, quando ſcripſit lib. 2. cap. 6. eum conſumi, in quo bilis atra ſe ſe prompſit corpore iam longa ægritudine extenuato, & affecto. Cæterum cum ſententia in reliquis ſatis perſpicua ſit facta ex antecedentibus, *Dub. 1.* Solum tria videre, & pauliſper examinare conuenit. Vnum eſt: Cur Hippocr. narrans extenuationes, factas tam à cauſſis internis, quam externis, de prioribus abundè

abundè satisfecit quandoquidem omnes reducuntur ad illos duos morbos, at de externis non ità explicitè, quoniam solum meminit vulnerum, mœroris autè, aliarum q. multarum exenuationis causarum non fecit mentionem, & si in illis etiam excrementa nigra fieri contingat, Alterum est cur in diuturnis morbis ea excrementa celerem interitum indicent, nam de acutis non est ità ambigendum, postquam suaptè natura hi solent citò finire, vel finiri, Tertium est cur Hipp. ità audacter protulerit diem mortis, cum, (vt narrat Celsus loco citato,) Democritus ne finitæ quidem vitæ certas haberi notas dixerit, vt contigit Asclepiadi, qui funeri obuius factus, eum uiuere, qui efferebatur cognouit, Circà primum dupliciter respondere licet. Vno modo, Hipp. 4. de morbis, tres morborum causas proposuisse, scilicet Coelum, violentia, & plenitudinem, atque inter violentas multas connumerasse, at hic noluisse cunctas causas externas, quæ innumeræ pæne sunt commemorare, sed eas vnica illa uoce ἢ ἄλλως, idest (vel alio modo) fuisse complexum, Secundo modo responderi potest, curarum, & mœroris non meminisse, sed tantum vulnerum, quoniam in illis uerè deiectiones nigræ non sunt exitiales, imò uerò cum sint familiares potiùs iuuare solent, ut dicebat Hippocr. sanguinis hæmorrhoidalis fluxum liberare ab insania, præterquam quod Hippoc. loquitur de atra bile, quæ ex bile, aut fœce sanguinis, aut ex ipsomet sanguine combustis, nec non deiectionibus sanguini atro similibus, cuiusmodi in ægritudinibus animi fieri non solet, in quibus sanguinis fœx cumulatur, & qui sanguis niger in ipsis fit, fœce multa tantum coinquinatus esse consueuit, porrò de vulneribus Hipp. loqui voluit, quoniam in extenuatis à vulneribus non solent effundi similia excrementa, quod per vulnera fiunt quotidianæ expurgationes excrementorum, & vbi exeunt sunt, lethalissimæ: Est tamen notandum vocem τρώματα antiquum interpretem traduxisse (aborsuum.) Quod forsan etiam in ijs uerum est, quando & vox τιτρωσκέσθαι, etiam illud significat, & minimè absurdum est in consumptis ex aborsu nigras deiectiones fieri exitiales, quamquam apud Hippocr. τρώσμοι potiùs, quàm τρῶματα dicuntur abortiones: Possumus, & dicere Hippoc: nomine τρωμάτων complexum esse quemlibet læsionem factam à causa externa, quo modo eam vsurpauere Iones quorum lingua scripsisse Hip. suasu Democriti narrat Ælianus 4 hist. & testatũ reliquit Galenus pluribus in locis, & præsertim 6. Epid. com. 5. tex. 12. & 2. de artic. tex. 15. ac 3. prorrhet. tex. 36. Ad secundum inquit Galenus in hisce vsq; adeò imbecillã esse facultatem, ut nec coquere possit, nec separare, nec expellere ea quæ praua sunt. Vndè ob magnitudinem morborum effunduntur, nec conuulsa retineri queunt, ob idquè diù molestiam mortis differre non possunt, sed citò moriuntur. Verum alia causa cur celeriter pereant in morbis longis est, quia in his ob cruditates solent potiùs succi pituitosi, & crudi accumulari, vt vbi colliguntur contrarij, nempè atra bilis, signum sit maximum esse recessum à naturali, atque incendium esse ità graue, ut in corpore admodum debilitato diutius sustineri non possit, id qđ etiam intelligere licet non tantum de secessu, imò multo magis de uomitu ob allatas rationes, & ut dicit Hipp. 2. prog. 19. & 41. sicut tertiò in primum Ep. tex. 29. tertia die post uomitum nigrum æger extinctus est, Et quamq. Epycratis uxor ac Herophon qui in quinta die nigra deiecerat

Dub. 2.

Dub. 3.

Solut. 1.

Solut. 2.

deci-

©BIUM

decimaseptima sit iudicatus, id fuit quia pauca deiecerat, nec perseuerauerat, sed quid etiam dicendum de tertio: Ægrò Tertij Epidem. qui sæpius uomuit nigra, & multa, attamen Sanatus. Certè casus ratissimus, & forsan ab Hipp. obseruatus, atque notatus, tamquam res præter omnem rationem, & experientiam. Porrò: De tertiò quòd Hippocrates tam confidenter prædixerit huiusmodi ægros postridie interire, duo possunt effeciſſe, unum quia sic ipse obseruauerit in suis peregrinationibus, in quibus multos huiusmodi casus videre potuit, Alterum, quod cum in viribus debilibus magnus morbus citissimè eas superet, & homines semper moriuntur diebus imparibus, vt docuit Hipp. 2. Epid. & 4. de morbis: Prima dies impar est, & tertia, nec videtur vllus alius terminus, q̃ frequẽs sit breuior ipsa tertia die, Sic enim qui extinguuntur in pestilentibus constitutionibus, consueuerunt maxima ex parte, non transire tertiam, aut ad summum quartam diem, maximè si sint ab acutiæ, vel longitudine morbi consumpti, atque extenuati, Etenim nullum efficacius indicium debilium virium habetur ipsa extenuatione, quę fit consumptis humoribus, solidisq́ partibus, & consequenter spiritibus, in quibus omnibus collocatas esse animalium cunctorum vires nemo dubitat, vt ob hoc audeam dicere non alio spiritu Hippocratem voluisse nobis sub voce extenuationis quamcumque debilitatem significare, quia eam necessario semper virium imbecillitas consequitur, de Democrito autem dicendum: contrariam sentẽtiam reliquisse nobis Plinium lib. 7. cap. quinquagesimo primo, vbi dixit: innumera esse mortis, & securitatis nulla, vel dicendum voluisse Democritum monstrare non ità haberi certa signa mortis, quin interdum fallant: Vtilitas aphorismi est in prædicendo non modo mortem, eiusq. celeritatem, verumetiam diem ipsam, & certè cum existimatio, & authoritas in cunctis sit magnificenda, certè in medico maximè omnium valet ad ægrotantium in se confidentiam, atq; obsequentiam comparandam; aquiritur autem existimatio, & authoritas fęlicibus quidem curationibus, sed & prædictionibus certis, & particularibus, cum vt dicebat Hipp. omnes ægrotantes sanari nequeant.

Solut. 3.

Vtilitas Aphor.

---

24 *Difficultas intestinorum, si ab atra bile incœperit lęthalis est.*

DIXI non modo mortalem esse deiectionem nigram vt signum, verum etiam ut causam, quòd postremum in præsenti aphorismo Hippocrates monstrat exemplo dysenteriæ, quæ si fiat initio à nigra bile exitiosa est, quare patet connecti hunc aphorismum satis commodè cum præcedenti, atque ipsum quoque prognosticum esse sine demonstratione, atque indiuisibilem. (Δυσεντερίη,) ideſt dysenteria. Celsus vbiquè ferè transfert tormina, quemadmodùm etiam uocant pleriquè alij Latini authores. Nam is lib. 2. cap. 8 dum faceret Latinum hunc aphorismum, ità scripsit. Quinetiam tormina ab atra bile orta mortifera sunt, aut si sub his extenuato iam corpore; subito nigra aluus profluxit, vtrum autẽ bene hoc faciat uere dubitari potest quoniã etsi nomen dissenteriæ uideatur denotare omnem intestinorum difficultatem, attamẽ propriè apud Hippoc. est cruenta deiectio, & Galenus 3. in 3. Epid. 69. Et 4. de artic. 38. ac alibi

Connexio.

Dub.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 345 sur 867

alibi duas esse scribit apud Hippocratem dysenteriæ species, vtrasquè cruentas eiectiones existentes; Alterá quę est cruenta deiectio simpliciter sine intestinorum vlcere, atque fit, vel supressa aliqua sanguinis euacuatione, vel aliquo membro mutilato, vel iecinore debilitato, Alteram quæ fit cum vlcere intestinorum, & propriè dysenteria, seu difficultas intestinorum, aut tormina vocatur, de qua non est dubium hoc in loco Hippocratem habere sermonem, (ἀπόχολής μελαίνης, ideſt à nigra bile: nam vt scribit Hipp. 3. de dieta, necnon Gal. & bene. Solet dysenteria ferè semper effici initio à flaua, seu pallida bile vocata, quando primum ab humore acri, & mordace ab rasis intestinis, demum ea exulcerantur, quæ affectio sæpenumero à medicis curatur, & præsertim si adhuc robusto corpore adhibeatur curatio, queadmodum scribit Hipp. lib. de affect. & secundo quoque prorrhet habetur; quæ ex his sint exitiales, & quæ salutares. Cæterum quæcumque dysenteria oritur ab atra bile penitus irremediabilis est, nihil differens ab exulcerato cancro. Sicut enim cancer superficialis, vel difficilime curatur, vel nullo modo, etiamsi liceat cum remedijs contrectare. Sic prorsus insanabilem eum esse existimandum est, quando in intestinis oritur, vbi non solum negatur remedia localia adhibere, verumetiam ab quotidianis, cibi recrementis assidue contrectatum vlcus magis exacerbatur, Hoc tamen intelligendum est, cum per viam crisis atra bilis non euacuatur, sic enim dicebat Hippoc 7. aph 5. dysenteriam maniæ succedentem esse bonam, cum tamen ea fiat ab atra bile, à qua efficiebatur mania; Vt autem hæc tota theorica euidentior, & firmior euadat oportet scire; quæ partes potissimum intestinorum faciant adeò exitialem dysenteriam an superiores, an mediæ, an postremæ: Amplius. cur intestinorum potissimum vlcus sit adeò mortale; Postremò an huic loco applicari possit, (vt putant aliqui) id quod scribit Plinius lib. 11. cap. 37. nempè fel. nigrum esse insaniæ causam, mortemquè sequi toto eo reddito. Etenim quod spectat ad primum non videtur dubitandum, quin gracilium intestinorum tormina sint omnium grauissima, tum quia dolor in ijs fit maior, atque is circa vmbilicum cum alij vel paullo supra pectinem, vel in ipso pectine fiant, tum quia substantia ipsorum tenuis existens maiorem exulcerationem, atque noxam patitur. Causa verò propter quam dysenterię à nigra bile sunt adeò pernicioſæ, præter eam quam Gal. proponit, est alia non contemnenda, quod ubi uehementer patiuntur intestina, signum est causam morbificam esse potentissimam, Nam cum intestinorum, & præsertim crassiorum substantia sit satis dura cum sit erosionibus, alijsq. offensis assueta, necnon mucco uiscido, & crasso circumuestita, non potest à qualibet leui causa uiolari, sed tantum à fortissimis, aduersus quas remedijs contendere non est facile, Potest his addi alia causa, scilicet quod humor ater suaptè natura sit tardus, undè priusquam aluo prodeat, necesse prius in ipsis intestinis longam trahat moram; pessimum autem humorem diù in aliqua parte morantem necesse est facere noxam ingentem, atque irremediabilem, ad tertium autem dicendum est uerè insaniam, quæ est mania fieri à bile atra, atque uoluisse intelligere Democritum, quando repertus ab Hippocrate secare animalia, eorumq. exta scrutari, atque interrogatus, quid ageret respondit se quærere causam hominum insaniæ. De alio uerò, scilicet mortem sequi felle toto euacuato,

Species dysenteriæ duæ.

Nota.

cuato, non possim certè conijcere quo huic aphorismo possit accommodari, nisi addamus (per os vel intestina) particulam in nullo tamen codice inuentam.

Vtilitas Aphor. Vtilis est aphorismus ad prædicendum mortem, quemadmodum & superiores.

---

25 *Sanguis quidem supra, qualiscunque fuerit malum, infra autem nigra deiecta bonum est.*

GALENVS vt connecteret hunc aphorismum cum superioribus dixit; in ijs tractatum esse ab Hippocrate de excretionibus nigris, quæ per os, & per sedem, Vnde in hoc non agi de excretionibus per nares factis, sed cum dicit, supra, intelligendum esse per os, quasi dicere voluerit omnem sanguinis ab ore reiectionem esse malam, infra verò esse bonam, qua nigra egeruntur: Verum alia melior connectendi ratio videtur si dicamus, Hippocratem voluisse superiores sententias moderari, ne quispiam existimaret nullas deiectiones nigras esse bonas; Vndè dicit sanguinem nigrum per inferna exeuntem esse bonum, sicuti si exeat ab ore qualiscumque sit, semper malum est. Est aphorismus prognosticus, & in duas partes commodè potest diuidi, vt prior sit hæc, *Sanguis si supra* secunda verò hæc. *Sin infra bonum, &c.* Quod igitur ad primam partem attinet: *(Sanguinis si supra)* Partes supernæ cum plures sint per quibus manare sanguis conuenit, solum os intelligere Hipp. non autem nares explicate dixit Gal. in com. vt etiam antea monebam: nam 5. aph. 33. habetur deficientibus menstruis si sanguis enaribus prodeat esse bonum, quod sane contrariaretur præsenti sententiæ, nisi sanguis enaribus erumpens fuisset ab Hippocrate exceptus, nam ratio ob quam nares homini sunt factę lattorum meatuum non solum fuit olfactus, & respiratio ut dixit Aristot. 10. probl. 20. verumetiam vt per eas possint capitis, & sanguis vitiosus totius corporis euacuari. *(Qualiscunque sit:)* Galen. refert hanc particulam ad ipsius sanguinis naturam, perinde ac si dicatur, siue sanguis sit spumosus, siue ruber, siue flauus, siue niger, siue aquosus, siue crassus; Sed quæsitu dignum est an etiam intelligat quamlibet quantitatem, & quemlibet locum. Et ego puto de loco intelligere quolibet, siue pectus, siue stomacum, siue fauces, siue gingiuas, & similiter etiam quamlibet quantitatem (*Malum,*) vt signum, cum significet factam esse solutionem continui in aliqua parte non ignobili. Vt causa quoque, quoniam debilitatem si non aliud semper efficit; euacuatis scilicet spiritibus, & ipsius caloris domicilio: (*Sin autem infra,*) hoc est si per sedem, nigra egerantur bonum: ideſt ut interpretatur Galenus melius, Tamquam tota sententia ita sit constituenda si sanguis ab ore prodeat qualiscunque sit, malum, si verò infra nigra exeant melius: Per vrinam tamen excretio nigra numquā bona. Sed hoc in loco duo dubia oriuntur. Vnum est, quia Hipp. 7. aph. 37. scribit quicumque vomunt sanguinem, si sine febre salubrius quidem esse, quam si cum febre, ac curari adstringentibus, & refrigerantibus, igitur non semper malum: Alterum dubium est, quomodo hic laudet deiectiones nigras cum in antecedentibus aphorismis eas vsque adeò damnauerit: Circà primum Galenus in com: illius loci. primum improbat eorum sententiam, qui nomine

Connexio.

Diuisio.

Not.

Dub. duę.

Ad primam.

vomitus

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 347 sur 867

©BIUM

vomitus, voluerunt intelligendam esse quoq; reiectionem à partibus spiritualibus, docens in proprio significatu esse vocem (vomitus) accipiendam, tum addit propterea vomitum sanguinis sine febre nõ esse periculosum, quoniam est absque inflammatione, Verum ex his Galeni verbis haudquaquam habetur integra contradictionis solutio, quandoquidem hic dicit Hipp. quocumque modo, & qualiscumque exeat ab ore sanguis, semper esse malum, quasi dicat siue cum febre, siue sine. Itaque alio modo respondere oportet, s. Hippoc. 7. Aphor. non dicere simpliciter salubre esse sanguinem vomere sine febre, sed salubrius, quam cum febre, Etenim etiam si sanguis vomatur absque febre, nihilominus est & illud malum, neque semper curatur, licet quãdo curatur id fiat adstringentibus, atque refrigerantibus, Vt enim dicebat Aretæus horrendum est videre se se hostiæ instar mactari: Circà secundum Galenus, qui tractauit difficultatem, & contradictionem apparẽtem in verbis Hippocratis duo ait, vnum est pro nigris excretionibus non alias esse intelligendas, quam eas quæ fiunt sanguine non affatim, sed paullatim defluente, ita vt tarditate nigrorem aquirat, quasi melius sit ita paullatim effluere nigra inferius, quã quomodolibet supra, nam ἄγαθον vox perinde valere affirmat, atque vox ἄμεινον, idest melius. Aliud quod ait Galenus est, pro nigris egestionibus audiendum esse hæmorrhoidalem sanguinem exeuntem in illis in quibus cumulatur humor melancholicus, & de quibus loquebatur Hippoc. 6. Aphor. 11. & 22. vbi dicebat: melancholicis, & insanientibus si hæmorrhoides superueniant bonum esse, Nam vbi ægrotantis natura plurimos humores melancholicos aggregat, sanè euacuatio sanguinis atri per hæmorrhoidas maximè iuuat ad præseruandum à prædictis vitijs, atque etiam à pleuritide, peripneumonia, lepra, scabie, vt Hippoc. 6. Epid. sect. 3. circa finem & lib. de humoribus; alioquin non conducit vt natura assuefiat huiusmodi euacuationi, quæ tam excedendo, quam deficiendo non parum obesse consueuit, & hoc est quod voluit dicere Hipp. lib. de alim: Hæmorrhoidum fluxum esse præter naturã, & secundum naturã. Sunt & alij aliter interpretantes præsentem aphorismum quorum industriam, & cogitationes minimè damno; Dicunt enim sensum hunc esse, atq; mentem Hippocratis nempè, Sãguis si supra exeat, qualiscumq; sit; malum esse, si verò infra, bonũ esse; deiectiones verò nigras malæ. In hanc opinionem inuitati sunt à contextibus aliquib. vetustis, in quibus vox est in fine κακόν, i. malum, Verum vt dixi, quemadmodum non damno ipsorum industriam, sic non possum omnino probare explicationem, primum quia nec in Codice Galeni, nec in alijs plurimis habetur ea vox, deindè, quia Hipp. repeteret idem prorsus, quod paullò ante dixit, s. deiectiones nigras esse malas, quod quantum sit alienum ab vsu, & grauitate Hipp. omnibus notum est, Vndè si interpretemur vt Galenus vocem bonum, idest melius, & accipiamus pro nigris deiectionibus sanguinem ipsum hæmorrhoidalem, qui vbi sponte fluit, semper solet esse niger, erit sensus, & ipsi Hip. cõsonus, & experiẽtiæ, quæ monstrat sanguinem atrũ exeuntem à sede per hæmorrhoidas esse meliorem sanguine ab ore quomodocumq; & qualicũq; exeunte: Nõ defuerunt alij, qui diuersa via incedẽt pro tolleda difficultate, sed vt dicebat Arist. simplicis ingenij est velle quorũlibet imaginationes confutare, Est vtilis aphorismus non modo ad prædicen-

Ad 2.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 348 sur 867

dum, verumetiam ad curandum quoniam ex hoc loco docemur, omnem sanguinem ab ore exeuntem esse protinus sistendum, tum verò qui inferius fluit, vbi ater & prauus est non modo eum non esse cohibendum, verumetiam si vel non exeat, vel diminute exeat esse prouocandum, & augendum.

---

26 *A difficultate intestinorum habito, si veluti caruncułæ exeant, lethale est.*

Connexio. QVIA Hippoc. extremo aphorismi antecedentis locutus fuerat, de cruentis deiectionibus, atque hæ communiter vocantur nomine dysenterię, nunc transit ad loquendum de vera, & propria dysenteria, & quamquam retro, scilicet aphorism. 23. de ea verba fecerit, Est tamen hic differēs ab eo, quoniam ibi sermonem habuit de dysenteria incipiente à bile atra, hic verò de ea in qua excernuntur caruncułæ, & ambæ hæ dysenteriæ in eo conueniunt, quod & propriæ sunt, & mortales, Est sententia prognostica breuis, sine ratione, & indiuisibilis, (*A dysenter:*) Iam dixi, & quid esset dysenteria, nempe intestinorum exulceratio cum cruenta deiectione, Hæc verò quia potest esse recens, & vetusta, certè de postrema est intelligendum, atque id præceteris clarum facere potest dictio vsurpata ab Hipp. ἐχομενῳ, i. habito, nam dicitur ab ipso aliquis haberi ab ægritudine, quoties tenaciter occupatur, & non recenter, vt sæpe vtitur, vt infra dicit à febre habito, & angina habito. & similia, vndè ἕξις, siue habitus, & Socrus Petri εἶχετω, i habebatur magnis febribus, sic ille apud Menādrū, & Terentium ἔχω θαιδα, οὐχ ἔχομαι, i. habeo Thaidem non habeor à Thaide, est itaque sensus, si a dysenteria propria & vera habito, i. tenaciter & diù occupato, quales carnes, solet Hipp. tam in uesicæ, seu renum, quam in intestinorum vlceribus vsurpare duas uoces, σαρκες, & σαρκια, vt 4. aph. 76. σαρκιδι eq; siue carnes, & carūculę, vtręq, impropriè, in intestinis, quippe q̄ carne carent, secus quā renes, in quibus est caro, Galenus & bene, docens id quod diximus, scilicet loqui Hipp. de iam confirmata dysenteria, inquit, vbi ab humoribus acribus grauiter intesti na feriuntur, primum exire pinguedinem, & muccum illum, qui internæ eorum tunicæ illiti, & affixi sunt, progrediente malo etiam ipsorum cutē abradi, Quod si adhuc morbus depasci pergat, substantiam quoq; attingi, & eius portionem prodire, quæ caro καταρηγικῶς vocatur, aut potiùs ὁμοιαι σαρκες, idest similes carnibus ab Hippocrate tum ob magnitudinē, tum quia est in ipsis perinde ac in alijs caro; quod symptoma proinde est mortale, quoniam nec caro in huiusmodi vlcere potest regenerari, nec cicatrix obduci, quæ opus habet quiete, si facienda est, qua carent intestina, cum continuo ab exeuntibus magis irritentur, atque exasperentur. Vndè verè mala est huiusmodi deiectio, tamquam signum, quia significāt deperditionē partis substantialis ipsorum intestinorum, & tamquam caussa, cum inducat debilitatem virium, & subindè mortem, licet non hanc postremam necessario, nisi tota ipsa intestina sint erosa, ità vt etiam mesenterium tangatur, in quo casu nulla spes potest supereſſe, dicebat enim Hipp. lib. 3. de diæta. Vbi calefacto corpore acria purgantur, & intestinum raditur, ac exulceratur, cruentaquè per aluum demittuntur, tum dysenteria appellatur, quę est grauis, & periculosus morbus. Vtilis est aphorismus ad prædictionem.

Vtilitas Aphor.

27 Quibus

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 349 sur 867

©BIUM

27 *Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo, quacumque ex parte cum reficiuntur, alui his humectantur.*

MIROR certè cur Galenus in exponendo hoc aphorismo vsq; adeò breuis fuerit, maximè cum non ità facilis sit, quin aliqua consideratione, & examine indigeat: Cum enim antea de exitu sanguinis tam per superiora, quã per inferiora sit locutus, neque omnis huiusmodi fluor sit semper pernicios⁹, voluit proposito particulari aphorismo demonstrare, non semper mortem sequi sanguinis fluxum, sed interdum aliquid aliud, adeò ut scopus Hipp. nullus alius sit, quam quem dixi, nec tacere placet hunc aphorismum melius fuisse collocatum, si esset positus post 25. scilicet (*sanguis si supra, &c.*) Est. n. dogma prognosti cum, quod etiam, vt suo loco docebitur, potest aliquid conducere pro instituenda curatione, est sententia sine ulla ratione, & licet non sit ità breuis, minimè tamen potest in plures partes diuidi. (*Quibus in febribus.*) Posset alicui videri antea Hippocratem esse locutum de fluxu sanguinis sine febre, cum nunc loquatur de febricitantibus: Verum non ità esse, res ipsa docet, tum quia non adest particula aduersatiua, (δέ) quæ in similibus casibus pone est necessaria, tum quia vere in superioribus egit de cunctis in vniuersum sanguinis fluoribus, tam cum febre, quam sine. Certè dysenteria à nigra bile, & in qua carnes abscisæ spectantur, vt possint esse absque febre, & interitum afferre non facilè intueor, Iam verò cur nunc peculiariter voluerit adijcere (*in febribus,*) causa esse potuit, quia videtur magis debere esse mortalem sanguinis fluorem febri cõiunctum, quàm ab ea seiunctum; vt ob hoc sit quod docet, & rarius, & memoria atq; comprehensione dignius, (*Sanguinis copia fluxerit*) habet, & aliud præsens sententia diuersum ab antecedentibus, quod tractat de copia sanguinis à qualibet corporis parte fluentis; supra namq. nec copiosi sanguinis, nec cuiuscumque corporis partis vspiam habetur mentio, copia autem potest esse vel vna vice, vel pluribus, vtroq; modo intelligit, vt tertiò prorrhet. & in Coacis; imò hoc verum, siue fluat sanguis sponte, siue arte, aut casu. (*In refectionibus*) an de refectionibus à febre, an à sanguinis fluore sint intelligenda hæc verba, haud Galenus dixit. Ego autem de vtrisque esse Hippocratem intelligendum puto, Vndè tertiò prorrhet. 41. vbi non absimilis multum sententia habetur, dixit (*procedente tempore:*) (*His ventres humectantur*) loco citato prorrhet: scriptum est (*aluus malè afficitur,*) & bene, quia ex larga sanguinis copia effusa vndecumque fluat, & quomodocumque, siue sponte, siue ab arte, siue ab alia causa externa; semper læditur totum corpus, seu totus venter, non ratione loci vndè fluit; Sed ratione copiæ, & causa nulla alia est, quam proposita à Galeno, scilicet debilitatio caloris natiui, ob spirituum inanitionem, qua cum succi crudi, & humidi gignantur, ij delapsi in intestina aluum humectant: Itaq; hęc est vera aphorismi demonstratio ab Hippocrate prætérita silentio, & à Galeno commemorata: Sed circa hæc sunt nonnulla melius examinanda: Vnũ est cur sine febrib sanguis immodicus effluens eiam eadem mala faciat, voluit Hipp. addere cũ febrib. Secũdum cur apposuit

Connexio.

Scopus.

Prob. 1.

Prob. 2.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 350 sur 867

©BIUM

in refectionibus, ſiquidem hæc mala, & maiora etiam ſuccedunt copioſis ſan-
Prob. 3. guinis fluxibus, licet non reficiantur ægri. Tertium & poſtremum, cur cum à copioſo ſanguine exeunte fiant multò maiora mala humectationibus alui, vt cachexiæ, hydropes, decolorationes, vt vxori Senecæ, voluit ſolum exemplum
Solut. 1. proponere alui humectationis. Ad primum igitur nonnulli reſpondent, in febribus fieri ſæpenumero iudicationes, ac propterea immenſos ſanguinis fluores, ex quibus poſt modum fiunt mala, quæ hic Hippoc. dicit, Sed ut interdum hoc fieri non abnuo, ſic plerumquè fit contrarium, & plerumquè ſine febre, ea fiunt, vnde licet in ardentibus fateamur fieri ſanguinis fluxus eximios, non propter hoc tamen id cunctis febribus accidit, imò nec vt plurimum in ardentibus, ſed potiùs rarò. Alij dicunt: nec malè in febribus ſiccatum corpus dupliciter imbecillum reddi, & quod plus ſanguinis effunditur, & quod præ ſiccitate pabulum calori ſubtrahitur, quo fit vt humiditas extranea copioſior cumuletur. Ego autem quemadmodum dicebam, puto Hippocratem ſic eſſe locutum, quoniam ſi hoc in febribus contingit, quæ ſunt affectus ſicci, vt copia ſanguinis effuſa, alui fiant humidi multò magis etiam id continget vbi non eſt febris, Id enim conſuetum eſt Hipp. vt probet per id quod minus eſſe deberet, id quod magis, quandoquidem huiuſmodi argumentationes ſatis firmæ, atque ad do-
Not. cendum accommodatę: Et illud eſt animaduertendum hanc ſententiam ter haberi in Coacis prædict. & bis deeſſe vocem (in febribus,) & ſemel loco eius eſſe (in principijs:) Ex quo patet huiuſmodi ſententiam non eſſe penitus veram, quando & ſine febre idem contingit, & in febre non ſemper ſanguinis copioſa effuſio
Sol. 2. humectat aluum cum interdum potiùs exſiccet. Pro ſecundo ſciendum eſt vocem ἀνάληψιν, ſeù reſumptionem nil aliud eſſe, quam refectionem habitus corporis, & virum à morbis fractarum. Vndè ea pars medicinæ, quæ huic ſtudet, vt per debitã victus rationem, quicquid corpori ademptum eſt reſtituatur, à medicis ſolet nuncupari ἀναληπτικὴ, ſeù analepticę, de qua Gal. ſæpè locutus eſt, ſcilicet de tue: Val: lib: ad Thraſibulum: 7. meth. lib. de conſtit. artis: & alibi. De hac quoque intelligendus eſt Cælius Aurelianus primo de diuturn: paſs: & alibi, quando mentionem facit Cycli metaſyncritici, ſeu reſumptiui; Cum ergo Hippocrates hic commemorat ἀνάληψις, ſanè de ſtudio reficiendi per victum corpora eſt interpretandus, atque de his potiſſimum locutus, quoniam vbi ægri ex defluxu nimio ſanguinis lapſi, ſolent multo alimento conari ſeſe reficere, ex quo fit, vt cum illud ob caloris imbecillitatem probe nequeat confici, magna ex parte corrumpatur, aut crudum maneat, vndè poſtmodum alui humiditas ſequatur, quæ alioquin intercipi ſolet, ſi moderatè, & cum prudentia tota victus ratio adminiſtretur, & certè hoc ſæpenumero vſu venire comprobatur, vt dum homines ſeſe à morbis reficere multò cibò nituntur, contrarium ſibi contingat, quod ſcilicet incoctus cibus per aluum emittatur, ſicq. natura debito nutrimento fruſtrata haudquaquam ſeſe recuperet: Ad tertium dicendum, potiſſimum
Sol. 3. Hippoc. feciſſe mentionem humiditatis alui, & non aliorum vitiorum, quæ ſequuntur nimiam ſanguinis effuſionem, quoniam hæc frequentius contingit, & quoniam cum corpora à febribus deſiccata, minus deberent humidis affectionibus tentari, & tamẽ tentẽtur, conſequẽs, aut ſaltem verisimile uidetur, ut multò fa-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 351 sur 867

tò facilius, alia quoque mala, ſcilicet cachexia, hydrops, œdemata, ſuboriantur. *Vtilitas* Vtilitas aphoriſmi in primis eſt ad prædicendum futuros morbos poſt largas *Aphor.* ſanguinis effuſiones, ſed conſert quoque ad præſeruandum ab illis, quia ſi ſequantur in refectionibus, hinc poteſt diſci, quanta prudentia ſit opus, poſt effuſum ſanguinem in victus ratione ſeruanda tunc, ne eius errore, in nimiam alui laxitatem, neue in alios affectus grauiores labantur.

---

28 *Quibus bilioſæ deiectiones ſuperueniente ſurditate ceſſant, & quibus ſurditas, ſuperuenientibus bilioſis deiectionibus ceßat.*

CORNELIVS Celſus lib. 2. cap. 8. præſentem aphoriſmum his breuib. verbis tranſtulit: Nihil plus aduerſus ſurditatem, quam bilioſa aluus poteſt, quæ eſt interpretatio ſolius ſecundæ partis. Sed habetur etiam ijſdem penę verbis in fine Coacarum, Galenus quoque & ipſe in eo interpretando fuit breuiſſimus, contentus dumtaxat attuliſſe demonſtrationem ſententię Hippoc. quam is conſueuit plerumquè omittere: Et certè nullam ſcio inuenire contiⁿuationem, quæ mihi ſatisfaciat, quamquam non defuerint, quod conati ſint *Connexio.* adinuenire aliquam continuationem in eo ſaltem, quod hic agatur de euacuationibus per infernas partes, ſicut & in ſuperioribus ſæpius actum eſt: Niſi potius dicamus demonſtraſſe ſupra quid mali peculiaris faciant excretiones mutatę, nunc autem docere quæ mala, & quæ bona: Eſt dogma partim phyſicum, partim practicum; atque in duas partes diuidi commodè poteſt. Quarum pri- *Diuiſio.* ma eſt (*quibus ſunt bilioſæ deiectiones ijs ſurditate ſuccedente deſinunt*,) hanc partem, non tranſtulit Celſus, quod forſan non ſibi eſſet, ità comperta quemadmodum ſecunda, quæ eſt, (*Et quibus ſurditas adeſt, ijs ſi fiant deiectiones bilioſæ deſinit.*) Demonſtratio totius huius ſententię, quam affert Galenus eſt, quod vbi bilis ad auditorios meatus fertur ſurditatem facit, è contra ſi ab ijs repellatur ad infernas partes, fiunt deiectiones bilioſæ, & ſurditas deſinit, non ſolum verum eſt in ſurditate, verumetiam in lippitudine, vt ait Hip. 6. aph. 17. atque in alijs capitis affectibus, iuxta id quod ſcriptum eſt ſecundo Epid: abſceſſus omnes inferiores tollere morbos ſuperiorum partium: Sed dicet aliquis, ſi hoc *Dub.* eſt commune omnibus deiectionibus, vt ſuperuenientes morbis capitis eos vel tollant, vel imminuant, cur ergo hoc tribuit bilioſis tantum? Reſp. hoc in bilio- *Solut.* ſis febribus & facilius, & frequentius contingere, in febribus quidem, quoniam ſucci tenues, & vapores plerumque ſurſum tolluntur, atque auditum lędunt, ſiq. natura ſuccos illos deorſum pellat, protinus ſurditas ceſſat: neque enim Hippoc. hic loquitur de ſurditate illa, quæ δύσλυτος, ſeu difficulter diſſolubilis eſt, ſed de ea quæ recens eſt, & in febribus ſæpè conſpicitur, illa namquè haud huiuſmodi deiectionibus finitur. Et notandum uiam bilis ad aures eſſe natura familiarem *Not.* vt oſtendi amarities ſordium; quę ubi perditur & ſuccedit dulcedo pereũt ægrotantes, ut Appollonius ex Ariſtotele, ut etiam Hipp. 6. Epid. ſect. tex. 19. Et Natura uoluit eo ferri ſuccum amarum, vt abſtergeretur continuo illud inſtrumentum, & mundum teneretur. Itaque patet utraque pars aphoriſmi, quorum poſtrema

©BIUM

ſtrema frequentius contingit,& rationabilius quam prior, eò quod multò promptius natura pellit inferius,quod ſuperius lædit, quam è contra, quando ſcilicet opus eſt ſumma violentia, vt humores qui ſunt infra mittantur ſupra, niſi dicamus non mitti in caput,qui erant in inteſtinis humores,ſed qui ad ea mittebantur à reliquo corpore delacti potiùs ad caput, vbi non modo ſurditas ſuboritur, verumetiam vertigines, deliria, atque alia mala de quibus loquitur Hipp.lib.de iudicationibus, qui etiam lib.de Coacis prænot: dixit: ſurditatem ſiſtere aluum, non qđ ipſa ſit cauſſa, ſed quia ea apparente,non amplius mittitur materia biliosa ad inteſtina, Secus quam vbi fluxus alui ſurditatem ceſſare facit, quando ſcilicet non modo eſt ſignum, verumetiam & cauſſa. Et huius euentus exemplum habemus in Heropyti hiſtoria enarrata ab Hippocrate lib.3.Epid.Itaque, & ſi non ſimpliciter verum hoc ſit, & perpetuum, ſæpè tamen contingere, vt quod hic dictum eſt ab Hippoc. & circa finem Coacarum veriſſimum ſit,nempe, bilioſa profluuia ſurditatem ſiſtere recentẽ & in febribus factã, Atq; contra à ſurditate ſiſti eadem profluuia: Dixi non ſimpliciter verum, tum quia nonnumquam contingit,vt tanta ſit materia, quæ ſufficiat facere ſimul diu & ſurditatem & fluxũ, tum quia vox illa Hippoc. *παύεται*,ideſt ceſſat non ſignat integram liberationem neceſſario,ſed ſaltem diminutionem,aut aptitudinem ad hoc vt penitus ſoluatur,ſicut bene conciuis meus cenſuit. Eſt vtiliſſimus aphoriſmorum non modo ad prædictionem faciendam,verumetiam pro medicina exercenda, quoniam ſi medicus naturam bene operantem debet imitari, & natura ſurditates curat profluuijs alui,certum eſt debere medicum vbi ſurditas fugax ægros exercet, aluum mouere, atq; ijs præſertim quę bilioſos ſuccos ducunt. Et quamquam non appareat conſpicua via, qua poſſit huiuſmodi materia à cerebro detrudi ad inferiora,natura tamen vt dicebat Hippocr. ignotas nobis uias reperire ſolet, quibus euacuans materiam prauam ægros à morbis liberat.

Vtilitas Aphor.

---

29 *Quibus in febribus ſexto die rigores fiunt: difficile iudicium ſequitur.*

CERTE is in ſcirpo nodum quærit, qui hunc aphoriſmum cum ſuperiore connectere quærit,non enim video in qua re uerè poſſint conuenire niſi abſurda confingere velimus: Eſt dogma purum prognoſticum, atque ex ijs quæ maximè in diſciplina de criſibus ſunt & conſtituta, & ſæpius repetita, cum apud Hippoc.& Galenum nil fere magis tritum habeatur quam iudicationes ſextæ diei eſſe infidas, atque ipſam diem inſtar tyranni cuiuſdam eſſe infauſtam,& mille tædijs plenam, pura eſt ſententia ſine demonſtratione, nec diuiſibilis,in qua nullum alium ſcopum Hippoc. habuit,quàm docere in ſexta die febrium quarumcumq; nil boni eſſe expectandum, quando nec rigores, qui alioquin, vt ait Hipp.aphor.58.huius lib. & 63.ardentibus febribus ſuperuenientes eas ſoluunt,& qui quotidie fiunt,quotidie ſoluunt febres, ſexta die boni ſunt. Celſus lib.2.cap.4. ita hunc aphoriſmum transfert: A ſexto die cœpiſſe inhorreſcere mali morbi teſtimonium eſt, Galenus autem ut ſui moris eſt, nos ad ſua commentaria de criſibus, & rigore mittit, ac de demonſtratione præſentis ſententiæ inquit

Scopus.

inquit longum fore, ſi eam indagare diligenter quis nitatur, verum ſat eſſe, quod experientia id verum conſtat, nempè in ſexta die quæ eueniunt haud eſſe bona, Etenim quemadmodum alias à me dictum eſt, quæ de criſibus, & diebus decretorijs primum omnium ab Hippocrate ſunt memoriæ commendata, potius ab ipſo experientia, atque obſeruatione, quam ratione ſunt inuenta. *Quibus in febr:* ſententia eſt, quibus in febribus ἐκταίοισιν ἔσσιν, (ideſt ſextis exiſtentibus.) Curio *Prob.* ſum ingenium aliquod ſciſcitari poſſet, cur Hipp. non dixit potius ἐν ἕκτῃ ἐοῦσιν, ideſt in ſexta exiſtentibus, ſed maluit dicere ἐκταίοισιν. Cui poſſet quoque reſpon- *Solut.* deri Hippoc. non ita accuratum fuiſſe in locutionibus, quippe qui magis rebus, quam verbis ſtudebat. Vel dicere poſſumus, voluiſſe per eam vocem ſignificare febres continuas in quibus ſextenarij vocantur, qui ſex diebus continuis à febre fuerunt occupati: Etenim & ſi poſſit hoc etiam verum eſſe de quibuſdam intermittentibus, tamen propriè verum eſt de continuis, quam Gal. dicebat proprium eſſe non horrere, & quæ quòd fiant ab humoribus calidis, & acribus iure etiam producunt rigores, ῥῆγεα γίνεται, ideſt rigores fiunt, quid ſit rigor clariſſimè ſimul, & diſſertiſſimè docuit Galenus lib. de rig: trem: &c. ſunt enim hæc ſe conſequentia ſymptomata horror, frigus, & rigor: Eſt horror leuis quę- *Horror,* dam totius refrigeratio, ſeu vt Hippo. 1. de morbis debiliſſimus rigor, frigus ve- *frigus, ri-* rò eſt inſignis refrigeratio, ſed abſque concuſſu; rigor verò apud Celſum eſt Te- *gor, quid.* tanus vocatus, ſed alio ſenſu. Et verè eſt vehemens cum concuſſione frigus, cuius generatio fit, quando humores acres, & mordaces, ſiue frigidi, ſiue calidi per partes ſenſibiles impetuosè feruntur, vndè calor natiuus aduerſus illos ſurgens modo repellitur ad cor, modo ab eo exilit aduerſus eos, in qua contentione fit ille concuſſus, qui tantiſper durat, donec vel victor calor, vel victus deſinit amplius luctari, quod ſi uincat corpus vniuerſum valdè & cito recaleſcit, vel vt ait Hippoc. 1. de morbis igneus ardor ſuccedit, ſin vincatur, aut non redit calor, & ſequitur mors, vt in febribus ardentibus ægro iam debili, vt ait Hipp. 46. aphor. huius libri, aut difficulter, & longo tempore, Hic itaque rigor ſi fiat; ideſt ſi non anteà ſit, ſed fiat vel vt alibi dicit ſuperueniat ſextam diem à febribus detentis, δύσκριτα, ideſt difficulter, vel malè iudicantur; nam vocem δύσκριτον ſignificare apud Hippoc. & quod cum difficultate, & quod cum infelicitate iudicatur non modo hoc in commentario docet Galenus, verumetiam alibi Hippocrates 4. de morbis neſcio quæ de generatione rigoris ſcripſit, quæ ſanè ipſius philoſophiam minimè ſapiunt multos autem 1. lib. de morbis vbi ſcribit, eum fieri refrigerato, & veluti congelato ſanguine, in toto corpore, ut à pituita, & à bile, nam bilem frigidiorem ſanguine facit, quod intelligendum eſt de natiuo calore cuius ſanè plus eſt in ſanguine, ſed & ibi in eo deficit author, qđ vult ſemper rigori febrem ſuccedere, niſi dicamus, vt Galenus id fuiſſe verũ tempere Hippoc. quando homines erant temperatiores, ſecus autem fuiſſe tempore Galeni. Iam verò uideamus cur rigores ſuperuenientes ſexta die, vel difficilẽ, vel infauſtam *Probl.* iudicationem faciant, cuius rei integram demonſtrationem, & ſi non attulerit Galen. aliqua tamen propoſuit non parum ad id facientia: Et ſunt, Vbi ſuperueniunt in febribus præſertim ardentibus rigores, criſim conſueuiſſe, ſequi bonam quidem ſi cum ſignis coctionis, & in die iudicatoria fiant, malam autem ſi nec

cum

©BIUM

cum ijs ſignis, nec in die decretoria, Vndè cum ſexta dies ſit uerè par ob idquè, decretoria, neque cum ſignis coctionis, iure ſequitur in ea non poſſe fieri bonam criſim, ſed uel mortem, uel recidiuam, uel morbi longitudinem, atque difficultatem ſignificare, quod non modo de rigore intelligendum eſt, Verumetiam de quacumque euacuatione, quæ numquam bona & fida eſt, niſi fiat in die decretoria, & quamquam aliæ quoque dies non decretoriæ malæ ſint, peculiari tamen quadam condicione, & obſeruatione hoc tributum eſt ipſi ſextæ diei, in qua licet ab Hippoc. in hiſtorijs recenſeantur aliqui ſeruati, & iudicati in ſexta, id tamen rariſſimum fuit, & quaſi tamquam miraculum ab ipſo relatum, cum ſæpius cõtigerit ægros perire, quibus ſexta die ſuperuenit rigor, vt Philini uxori obtigit Cleonactidi, Dromædę uxori, Hermocrati; Eurinactis filiæ. Cur autem ſexta dies ſit adeò perniciosa, & ſi aliqui tribuant Lunæ, uerior tamen ſententia eſt, quod ut retro dicebam non poteſt eſſe ea die coctio, nec acceſſio, qua ſolet natura ad expulſionem magis concitari, nam ut habetur 1. Epid. ſect. 2. conſt. ſecunda; cruda & incocta, & in malos abſceſſus conuerſa, aut iudicationem non futuram, aut dolores, aut diuturnitatem, aut mortem, aut recidiuas præſignant; cũ enim in iudicatione, aut morbi ſoluantur, aut ægri pereant; aut permutentur, uel in peius, vel in melius, tunc dicuntur fieri difficiles iudicationes ſcilicet quando aut ægri extinguuntur, aut fit permutatio in deterius, ſcilicet cum peſſimis ſymptomatibus. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum in primis, ad medendum uerò paruã utilitatem afferre poteſt, niſi qui ubi medicus in ſexta die uidet rigores, ſeſe præparat atque maiore diligentia, & prudentia utitur in gubernandis ægris de quibus plus metuit.

Vtilitas Aphor.

---

30 *Quibuſcunque acceſſiones fiunt, quacunque hora febris dimiſerit, ſi eadem crat occupauerit, iudicium habent difficilem.*

Connexio. DVO communia habet præſens aphoriſmus cum ſuperiore, Vnum eſt, quod uerſatur, & ipſe circa febres licet intermittentes, Alterum quod de iudicatione difficili loquitur, ità ut hæc tota ſententia ſit prognoſticum dogma abſque ratione, & indiuiſibilis, Scopus itaque Hipp. eſt docere quid prædicere oporteat vbi paroxyſmi quotidie eadem hora conſtanter redeunt, nec dubitandum eſt, quin hoc ſæpè obſeruauerit, Hipp. quando etiam nullus eſt medicus in arte facienda exercitatus, qui hoc ſæpenumero non obſeruauerit pluribus diebus paroxyſmos acceſſiſſe eadem hora, quod ut in cunctis febrium generibus compertum habetur, ſic maximè in quartanis experientia quotidiana comprobatur. (*In paroxiſmis*) primum illud quærendum uenit, Cur Hippoc. ſtatim ſolum paroxiſmorum meminit, nõ autem ſimul febrium: Ad qđ reſpondendum eſt iccirco id feciſſe, quoniam ſibi non principaliter de febre, ſed de ipſis febrium paroxyſmis erat loquendum, ſunt autem paroxyſmi redditus morborum ab eod. m initio in eundem finem non numero, ſed genere & ſpecie: Vocãtur autem paroxyſmi, ſeu exacerbationes, quoniam reliquo tempore mitiores ſunt febres, quando uerò redeunt, acerbiores fiunt, Et quia huiuſmodi reditus interdum antecedit,

Scopus.

Dub. Solut.

recedit, interdum poſtcedit, nonnumquam verò eadem præciſè hora ſemper reuertitur, de hoc poſtremo clarum eſt Hippocratem loqui, dum dicit. (*Si qua hora febris dimiſerit, eadem hora poſtera die reuertatur*;) Verum eſt difficultas, quia Hippoc. non videtur loqui de reditu acceſſionis, ſed remiſſione potius, cum dicat: Qua hora febris dimiſſerit. Vnde nonnulli, vt teſtatur Galenus exiſtimarunt intelligendum eſſe Hippocratem prout verba ſonare videntur, nempe, qua hora dimiſſerit febris, eadem hora ſi ſequente die redeat, Sed cum experientia huic expoſitioni non correſpondeat, quemadmodum alteri à Galeno etiam propoſitæ, arbitrandum eſt Hipp. idem illud voluiſſe dicere, nimirum, vbi plurib. diebus exacerbationes eadem, præciſè hora redeunt, quacumque deſinant, morbos illos eſſe δυσκρίτους, ideſt δυσλύτους, ſeu difficiles ſolutu, id .n. ſignificare quoq; eam vocem non eſt dubium, certè demonſtratio præter experientiã huius ſententiæ affertur à Gal. hunc in modum, quoniam id quod pertinaciter eundẽ ordinem, & horam ſeruat, neceſſario fixum, atque firmatum eſt, tale verò difficiliter pellitur, quaſi magno aliquo vecte egeat, quod ipſum pellere poſſit, qualia ſunt remedia vehementiora, & copioſa, & ipſe quoque ea ſum in ſententia, Hippocratem quoque voluiſſe intelligere id quod experientia comprehenditur, nempè etiam difficiles ſolutu eſſe febres, vbi eundem ſemper ordinem, & proportionem ſeruant in anticipando, vel poſtponendo, quoniam tunc quoque cauſſa proportionis, & ordinis neceſſariò fixa, atque firmata eſt; ita vt opus ſit labore, & tempore ad eam expugnandam, poteſt autem ſi placet hunc in modũ inſtrui demonſtratio, Quicumq; morbi fiunt à materia fixa, & firma difficiliter, iudicantur, quia difficiliter ea materia pellitur, ſed febres, quę ſemper eadem hora repetunt, aut eodem ordine, & proportione, habent huiuſmodi materiam firmam, & fixam; ergo ſunt difficiles iudicatu. Verumtamẽ ad verificandũ pẽnitus hanc ſententiã, nonnullæ conditiones ſunt neceſſariæ; Vna eſt, vt huiuſmodi firmus ordo diu perſeueret, alioqui in ſi vna tantum, vel altera die id ſpectetur, non eſt neceſſe febres alioſuè morbos ita ſolutu eſſe difficiles. Altera conditio eſt, vt perſeuerent ſigna cruditatis, nam ſi interim coquatur materia proculdubio morbi breuiores, atque faciliores euadunt. Tertia condicio, vt virtutis robur duret, nec accidentia admodum grauia ſint, ſiquidem vbi accidentia ſunt, vehementia, neque virtus valet, haudquaquam morbus diu poteſt durare, ſed vna cum ipſo vitam breui finitur. His enim exiſtentibus, cum materia ſit cruda, craſſa, & contumax id plane contingit, quod Hipp. dicit, quemadmodum vbi variæ & inconſtantes, ac inordinatæ exacerbationes, ſimiliter quoque materia varia, non fixa, & mobilis ſit conuenit. Vtilitas aphoriſmi eſt primum in prædicendo longitudinem, vel breuitatem, facilitatem, vel difficultatem omniũ ægritudinum, & maximè febrium, præterea vtilis eſt ad operationem, quia vbi cognita eſt morbi pertinacia, atque materiæ craſſities, & fixio, medicus ſolers & victu, & remedijs accommodatis, ſcilicet incidentibus, detergentibus, atque attenuantibus ſtrenuè pugnat aduerſus eam.

Dub.

Solut.

Autoris ſententia.

Vtilitas Aph.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 356 sur 867

©BIUM

31 *Lassitudinẽ habentib. in febrib. in articulos, & circa maxillas potissimũ abscessus fiũt.*

Cõnexio.

DIFFICILES iudicationes dicuntur illæ quoque, in quibus fiunt malæ morborum permutationes. Vnde cum in superioribus de alijs in vniuersum malis iudicationibus, quę contingunt in febribus egerit, in præsenti ijsdem febribus pergens loqui exemplum quoddam proponit ad demonstrandum, vt fiant difficiles iudicationes ex morborũ, & febrium præsertim permutationibus in abscessus; cur autem hoc potius acceperit in exemplum causa fuit, quoniam hæc permutatio est frequentior, & magis laboriosa, & diuturna, Ita vt hęc sit continuatio, atq; hic scopus Hippocratis docere vno exemplo vniuersalem theoriam de permutationibus quæ fiunt in iudicijs: Vnde Celsus lib. 2. cap. 7. sic latinum fecit, si lassitudinis etiam sensus in febre est, vel in maxillis, vel in articulis, aliquid abscedit. Est enim sententia prognostica aliqua etiam ex parte ad curationem pertinens, vt docebitur, sed indiuisibilis, atq; sine ratione; Galenus autem huius demonstrationem allaturus primo præsupponit duo esse lassitudinum genera, alterum spontaneum de quo secundo aphor. 5. alterum quod sequitur immoderatos corporis motus, propriequè lassitudo vocatur, atque hic motus, aut est insuetus, aut consuetus, sed nimius: Deindè utrumque habere locum communem affectuum, nempè genus musculosum, differre uerò quoniam lassitudini ex motu illud inest eximium, & peculiare, vt caliditas adsit merito cuius fiunt in articulis supercalefactis abscessus, atque in spontaneis lassitudinibus hoc est, sine motus occasione factis, vna sola ratione fieri abscessus, quoniam scilicet laxitas, & lassitudo reddit partes ipsas fluxionibus recipiẽdis admodum dispositas, ac propterea idoneas morbis quibusq. & ijs præsertim qui abscessibus iudicantur suscipiendis. Quare fit ut rarius in ijs circa articulos abscessus, in lassitudinibus autem spontaneis frequentius oboriantur, maximè quando amplitudini partium coniungitur copia humorum. Vbi itaque febres sunt cum lassitudinib. copulatæ in articulos fiunt abscessus. Verum illud quęrendum est, cur Hip. dixerit potissimum, circà maxillas fieri abscessus: Nam Gal. inquit ob caliditatem febrilem uapores, & succos ferri in caput, ubi cum circa maxillas reperiantur glandulæ, quæ sunt partes suscipiendis humoribus accommodatę, facilè fit, vt ij sublati in eas tandẽ illapsi firmẽtur, ficq. abscessus producant, haud secus, atq; cõtingit glandib. inguinum, & axillarum in quib. frequenter oborti huiusmodi abscessus ipsa experientia comprobatur. Verum non mihi adæquata videtur causa, nisi dicamus Hippoc. dixisse ἐν ἄρθρα, καὶ παρά τὰς γνάθους, quoniã verè semper in articulis fiunt abscessus, non autẽ semper in maxillis, sed vt disertè, & lucullenter docuit Hipp. lib. de glandulis apud vel circa ipsas, nempè circà aures, collum, fauces, alioſq. similes locos, in quib. videmus fieri apostemata, vbi febres sunt lassitudinarię, vna cũ humorum exuberantia, cum. n. illi nequeant, ob copiã euinci, ob caliditatẽ autem sursum in caput ferãtur, facilius ij firmãtur circa partes, & suaptè natura laxas, & quę ob motum ad sese fluentẽ materiã inuitãt: Etenim nõ est dubiũ, vt cęterę partes quiescãt, sic maxillas, & locutionib. & aliměti sumptione moueri, maximè quãdo ægri valdè obloquũtur caputq. agitant huc, atq; illuc, quẽadmodũ cõtingit in febrib. prauis, in quib. ęgri delirãt, & oblo-

Lassitudinũ genera duo.

Scopus.

Dubi.

Solut.

obloquuntur frequenter, Ad hanc autē rem appoſitiſſimè faciunt, quæ ab Hipp. ſcripta ſunt lib. de humoribus, vbi dicit, in febribus fieri maximè abſceſſus ad articulos, & maxillas, & præſertim ad partes dolentes, ſiue ſint in ſupernis, ſiue in quibuſuis alijs partibus: quod ſi lentus ſit morbus, atque ad internas partes inclinans, fieri etiam in eis abſceſſus: cognoſci verò hoc, quia vbi pedes calidi ſunt materia ad inferna propendet, vbi uero frigidi, ſurſum fertur. Colligamus igitur hanc eſſe ueram præſentis ſententiæ, ex Hippocr. & Galeno, demonſtrationem in febribus laſſitudine coniunctis fieri abſceſſus circà articulos totius corporis, & maximè circà maxillas, primum quia in febribus colliquantur ſucci, qui multi, & crudi eſſe cognoſcuntur ex laſſitudine: ad articulos uerò feruntur, quoniam colliquati, & moti multò facilius in articulis recipiuntur, ob illarū partium aptitudinem ubiquè ab Hipp. & Gal. prædicatam. At potiſſimum recipiuntur circà maxillas, quoniam materia, in his febribus, cū ſurſum rapiatur, partes circà maxillas, quæ frequenter agitantur, promptius eas recipiunt, vnde apoſtemata ſequuntur. Quæ porrò ſit tanta articulorum ad fluxiones ſuſcipiendas aptitudo, facile colligitur ex lib. Hippoc. de artic. & eſt laxitas illorum, uel ob humiditatem uinculorum, quæ neceſſaria eſt motui, vel ob extenuationem, (ut dicit Hippocr. de bobus in hyeme,) quæ maximè contingit in febribus colliquatiuis, ubi materia eſt copioſa, cruda, colliquata, & ob id magnopere apta ad hoc ſit ab articulis ſuſcipiatur. Etenim Ariſtot. 1. probl. 24. dicebat uires noſtri corporis poſitas eſſe in articulis, quorum humor ſi congeletur, nō ſinit flecti membra, ſi uerò nimis humectatus ſit, haud permittit intendi. Vtilitas præſentis aphoriſmi magna eſt in primis ad prædicendum non modo in febribus, uerumetiam in morbis alijs, tum acutis, tum diuturnis (*Abſceſſus*) dixi, namq. in omnibus morbis & febribus, quoniam ſum contrariæ ſententię illis, qui putant Hippoc. hic loqui tantum de febribus longis, in quibus frequenter fiūt abſceſſus in uarijs partibus corporis. Sed utilis eſt quoq; non parum ad medicinam faciendam, quoniā ubi medicus metuit, in aliqua parte futuros abſceſſus, aut illis tempeſtiuè efficiendis auxiliatur remedijs, ſi id collaturum ſperet, quemadmodū conferre dicebat Hippoc. 2 Epid. ſi fiant infra morbum, atque in partibus infernis, aut ſi obfuturos timet, ijs ne fiant occurrit.

---

32 *Quibuſcunque reſurgentibus ex morbis, ſi quid laborauerit, hic fiunt abſceſſus.*

LABORES, & dolores, qui fiunt in aliqua parte, aut fiunt in morbo, aut fiunt in releuatione à morbo, aut ante morbum, De ijs, qui fiunt in morbo locutus eſt antecedēte aphoriſmo, de ijs, qui fiunt in releuatione loquitur in præſenti; in ſubſequente uerò de ijs, quæ fiunt ante morbum, niſi pro meliori connexione dicere placeat. In antecedenti docuiſſe, quomodo ſint prægnoſcendi abſceſſus futuri in partibus aliquibus, nunc uerò docere, quomodo in qualibet parte futuri ſint prægnoſcendi, adeò ut Hipp. ſcopus ſit nunc docere non modo præcognoſcere abſceſſus futuros in conualeſcentibus, uerumetiam partē in qua futuri ſunt; Vnde aphoriſmus dogma prognoſticum continet ſine ratione, atque indiuiſibile. (*Quibus ſeſe releuantibus à morbis:*) Hic idem aphoriſmus habetur ab Hippoc. lib. de humoribus, niſi quod ibi rem docet exemplo manuum,

Connexio.

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 358 sur 867

©BIUM

& pedum hic uerò non & certè id frequentiſſimè conſpicitur, ubi ægri à morbo ſeſe uindicant oriri abſceſsus, idquè potiſſimum, ut ait Gal. tunc contingit, quando ſucci morbifici non ſunt probe expurgati, ſed aliqui relicti, à quibus moleſtata natura, eos in eas partes depellit, vbi minus incommodi poſſint afferre; Vndè non ipſa in conualeſcentia concipitur abſceſſus: ſed in morbo, erumpit autem vbi conualeſcunt, non perfecta tamen conualeſcentia in quo nihil mali relinquitur: ſed imperfecta. (*Si quid laborat*:) Sicut hæc vox πονος, vt ſæpè docui tria ſignificat, laborem, dolorem, & læſionem, ſic totidem ſignificat τό πονεῖν, ideſt laborare; hoc autem in loco puto accipi, tum pro laſſitudine, ex motu contractæ, tum maximè pro dolore, Quod enim pro laſſitudine, videtur ſignificare voluiſſe Hippoc. voce ἀνιϛαμένοισιν, ideſt reſurgentibus, nam reſurrectio eſt motus quidam, & qui conualeſcunt, ſolent moueri tamquam putent à motu ſeſe vtilitatem percepturos: Quod etiam pro dolore, manifeſtè probauit Galenus, qui etiam verè dixit ἢ κάματ, ideſt ex motu laſſitudinem eſſe cauſam abſceſſuum, tum quia calefiunt partes, tum quia debilitantur, vnde ratione caloris fit fuſio humorum & attractio, ratione debilitatis efficitur receptio; Dolorem verò eſſe ſignum abſceſſus, quoniam is fit à materia iam fluxa vel ſui copia diſtendente partem, vel acrimonia vellicante, ac propterea à dolorem producente, qui vel eſt ipſa ſolutio continui percepta, vel ab ea producitur. (*Hic fiunt abſceſſus.*) In antecedente, dixit Hippoc. in febribus delaſſatorijs fieri abſceſſus circà articulos, & maxillas, quæ cognitio quoniam ſatis vniuerſalis erat, cum multi ſint in vniuerſo corpore articuli, ea propter nunc dicit in quibus articulis fiant; ſcilicet in ijs in quibus potiſſimum labor percipitur, hoc eſt laſſitudo, aut dolor, aut vtriq; fit aut κάματος, quia ex motu caleſcunt ij, fit dolor, quia ſoluitur continuũ, & vbi dolor fit attractio, & ſuſceptio ob partis imbecillitatem, neque verò laſſitudo, atque dolor ſoli poſſunt partem indicare vbi ſit futurus abſceſſus, verum etiam ſudor. Qui vt ait Hippoc. vbi ſudor ibi morbus, vbi morbus ibi debilitas, vbi debilitas, ibi ſuſcipitur, & retinentur materia: Vndè cum ab omni intemperie inducatur debilitas, ſicut & à laxitate, ſequitur vbicumque hæ duæ, aut altera reperiũtur, poſſe ſignificari ibi quoq; futurum abſceſſum, ſiue intemperies, ſiue laxitas, ſiue aliud quippiam factum ſit aut ab externa, vt vulnere, percuſſione, aut ab interna: Et notandum eſt. Quemadmodum etiam dicebam ſupra ità totum aphoriſmum eſſe intelligendum fieri dũ conualeſcunt ægrotantes ea in parte abſceſſus, vbi dum ægrotabant, maximè laborarunt: Et quamquam Hippoc. lib. de humoribus expreſſe dicat: fieri ipſos abſceſſus in ipſa conualeſcentia, id tamen, vt antea docui eſt intelligendum qui fiunt tunc ſecundum manifeſtationem, non autem quòd tunc concipiantur. Vtilitas præſentis aphoriſmi eſt in prædicendo locum vbi futurus eſt, quæ præcognitio conducit pariter ad hoc, vt medicus parti paſſuræ ſi id expediat ſuccurrere poſſit.

Vtilitas Aphor.

---

33 *Sed & ſi ante morbum aliqua parte laborauerit: hic morbus firmatur.*

Connexio. CLARA eſt vt antea dicebam præſentis aphoriſmi cum ſuperiore connexio. Etenim ſicut in antecedente docebat cognoſcere in qua parte futurus ſit abſceſſus in cõualeſcentia, ex dolore poſt morbum facto, ſic nunc pergit docere

docere idem ex dolore ante morb, ũperinde ac si diceret non modo, si dolor, aut labor in ægritudine sit in aliqua parte indicat ibi futurum esse abscessum, verumetiam si ante morbum fuerit, similiter ostendit ea in parte futurum morbũ firmandum, Est enim dogma prognosticum, sine ratione, & indiuisibile, Habetur, quoq; in libro de humoribus sub ijsdem verbis eadem sententia, ſ. ἄταρ καὶ ἤν τί πεπονηκὸς ἐν, πρὶν ἢ νοσέειν εἰς ταῦτα ἀποσηρίζεται, vbi quoque exemplum affert constitutionis Perinthi, quæ est Heraclea nunc uocata, in qua vt narrat 6. Epid. sect. 7. ij fiebant tabidi, qui antea à tussi fuerant insigniter vexati. Galenus pauca de hac sententia dixit, nisi quod eadem repetit quæ superius dixerat, illud solum aliqua memoria dignum monuit, nempe non simpliciter, hanc & superiores duas sententias esse intelligendas, sed tantummodo de ijs morbis, qui per abscessum, non per resolutionem seu coctionem, nec per crisim sunt finiendi, nam etiam si aliqua pars laboret in morbo, aut ante morbum fieri potest, ut solutio per crisim ante fiat, quam tempus abscessui tradatur à natura. Demonstratio autem præsentis sententiæ eadem est, quam antecedentis attulimus, nimirum quod vbi labor, & dolor est, ibi attractio fit humorum, & ob debilitatem susceptio, quo fit ut iure in ea parte, quæ ante doluit præexistens causa faciat morbum, ut ait Hipp. lib. de humoribus, & quando futurus est abscessus, ibidem fiat; illud quoque animaduertere oportet, quod scribitur infra aph. 74. & in Coacis prænotionibus, nempè abscessum futurum præcaueri tam antè morbum, quam in morbo, aut conualescentia, si urina multa, & crassa effluat, quę ubi apparet ab abscessu liberat, quemadmodum Hippoc. ipse probauit exemplo pueri Archigenis tum in fine lib: de hum: tum etiam in lib. 6. Epid. sect. 4. aph. 2. ubi hæc scripta inueniuntur. Vrina crassa alba qualis puero Archigenis aderat interdum in febribus quæ sunt lassitudinis, quarto die prodit, & ab abscesu uindicat, quod si præter hæc sanguis enaribus abundè profluat, etiam prorsus liberat, Vsus est huius aphorismi non modo ad prædicendum, uerumetiam ad curandum, quoniam ubi pars aliqua ante morbum dolet, si ea sit alicuius momenti, ne morbus ibi figatur, prospiciendum est, tum corroborando, tum causam auferendo, tum etiam urinas prouocando.

Not.

Vtilitas Aphor.

---

34 *Si à febre habito tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenerit, lethale.*

Connexio.

LOCVTVS est certè, & in præcedentibus aphorismis Hippoc de febribus, at præter hanc huius cum præcedenti communionem, nulla alia euidens apparet, quinimò decentius multò positus esset post: 31. aphor Est tamen dogma utilissimum simplex sine demonstratione, sinequè ulla diuisione; Cornelius autem Celsus lib. 2. cap. 6 hunc in modum donauit latinę linguæ, Neque is seruari potest qui sine ullo tumore febricitans citò strangulatur, aut saliuam suam deuorare non potest, quo in loco duo sunt notanda. Vnum est, particulam illam addidisse Celsum, aut saliuam suam deuorare non potest, quamquam in Coacis semper sit, deglutire non possit. Alterum est in Codicibus Celsi olim, loco (tumore) fuisse modo (tremores,) modo (tremore,) sed malè

©BIUM

malè utroque modo; etenim non eſt dubium quin Celſus voluerit hunc locũ transferre, cuius etiam ſententia inuenitur, (licet alijs verbis) in lib. 3. prognoſticorum: Galenus autem, qui ſatis in huius explanatione fuit copioſus, primum examinat, quid prò febre intelligere voluerit Hippocr. an magnam tantum, an quõ libet febricitantem, vt placuit Celſo: Tandemquè in eam inclinare ſententiam videtur, vt melius ſit magnam febrem intelligere, eo quòd Hippoc. ſit mos in Epid. lib. vbi quempiam à febre habitum eſſe commemorat, intelligere febrem magnam; & quamquam dicat Galenus, interdum etiam euenire, vt in exigua febre ſtrangulatio ſuperueniens ægrum perdat; Attamẽ citior, atque ineuitabilior eſt mors, vbi febris magna eſt, quod uoluit quoque exprimere Celſus, quando dixit (*is ſeruari non poteſt,*) &c. *Nullo tumore*. Hippocrates Tertiò prognoſt. 16. Docens quæ ſint anginæ horrendiſſimè, & citiſſimè occidentes, eas eſſe dicit, in quibus fauces nil cõſpicuum habent, neque ceruix, verum & dolorem, & reſpirandi afferũt difficultatẽ, tãquam ſecũdo, vel tertiò, aut ad ſummũ quarto die perdãt. De hac itaq; intelligere etiã hoc in loco putandũ eſt, quando dicit ſine tumore, nẽpè cõſpicuo, vel intrà, vel extrà ipſas fauces; nam qd prorſus abſq; vllo tumore poſſit accedere ſuffocatio, atq; ea repẽtè, ab omni vſu, atq; ratione alienũ eſt, (*πνίξ, i. ſuffocatio*:) Quid ſit ſuffocatio appoſitè ſatis docuit Gal. in com: vbi ſcribit, eã nil aliud eſſe, niſi interitũ ſubitum ob inſpirationis defectum, quod ſi verũ eſt, cur igitur Hipp. hic addit (*repente,*) nam qui dicit ſuffocationẽ dicit ſimul ſubitum, & repentinum interitũ: prẽtereà ſi ita eſt, quid ergo Hipp. addidit mortale? nam puerile eſt quempiam morientem dicere lethali morbo laborare. Reſpondendum, vocem illam *ἐξαίφνης*, ſiue ſubita, aut repentina, vel poſſe intelligi reſpectu totius morbi, ita vt in eo nullum ſignũ prẽceſſerit futurę ſuffocationis, vel reſpectu ipſius actionis mali prẽſentis: primo modò hic intelligitur; Vndè Hipp. nõ ſolũ operationem morbi eſſe ſubitaneam, verum etiam ipſius acceſſum repentinum, & abſque vllo antecedente ſigno indicare voluit, Ad ſecundũ dicimus vocem illam *πνίξ* ſignificare non ipſam ſuffocationẽ, ſed actũ ſimilem ſuffocationi, qui tamen haud ſemper ad mortem perducit, ſed quando habet hæc ab Hippocrate propoſita: *θανάσιμον*, ideſt mortale (vt alias dixi,) cum ſignificet, & id quod neceſſariò, & id quod vt plurimum infert mortẽ, primò ſignificatu accipiendam eſſe vocem, nõ modo Galen. monuit, verumetiam Cornelius Celſus, vbi dixit. (*Is ſeruari non poteſt.*) Cæterum demonſtratio huius, nempè, quod neceſſariò moriantur illi, quibus in febre magna nullo tumore apparente ſubitò contingit ſuffocatio, affertur à Galeno hunc in modum: Siquidem ſuffocatio cum obtingat ob inſpirationis defectum, hic autem fit, propter facultatis motricis imbecillitatem, quæ non poteſt thoracem mouere, aut ob inſignẽ cordis refrigerationem, vt fit in præfocatis mulieribus, aut ob anguſtiam partium ſpiritualiũ, quæ anguſtia eſt illa, quæ ſuffocationẽ producit, & oritur aut in pulmonib. aut in ſpacio thoracis, aut in aſpera arteria, aut in Larynge, aut in faucibus ipſis; inquit igitur Hipp. quod ſi ſubita, ſine faucium tumore in febribus magnis, oriatur ſuffocatio, eſt mortale, quoniã cum ſubtus fauces, ſcilicet vel in larynge, vel in alijs ſit tumor impediens inſpirationem, atq; in febribus opus ſit magna inſpiratione, neceſſe eſt deficiat æger, quippè cum tandiù uiuamus quã-

diù

diu respiramus, in laryngeautem esse tumorem vbi suffocatio repentè fit ex eo intelligitur, quòd si in pulmone sit angustia ob tumorem aliquem phlegmonosum, non fit subitò: sed paullatim suffocatio, paullatimquè augetur donec interimat, sic etiã vbi in pulmone fit quispiã alius tumor, paullatim inducit anhelãdi difficultatem, & consequenter suffocationem, pariter etiam si pus colligatur in thorace, aut in aspera arteria fiat angustia, non potest subito suffocare ob loci amplitudinem; atque tunicarum tenuitatem, licet respirandi faciat difficultatem: Vndè relinquitur dumtaxat morbi causam in ipsa laryngeposita esse ob cuius angustiã pulmonis meatus impeditur, interniq. musculi inflãmãtur, ita vt via spiritus intercludatur, quę affectio prout varias partes obsidet, modo συνάγχη, per σ, modo κυνάγχη, per κ, modo παρασυνάγχη; modo παρακυνάκχη vocatur, Vnde vbi tumor nõ apparet neq; intus, neq; exterius, signum est tumorẽ obstruentem esse intra laryngem, ac propterea esse malum ineuitabile, cur autem doloris non meminerit hoc in loco Hipp. nec in Coacis, vbi hic idem aphorismus habetur, cuius mentionem fecit in prorrhet. & 3 progn. duas affert rationes Galenus, vnã, quod prædicta alia symptomata necessariò sequi dolorem intelligatur, absque quo ab ipso sit significatum, Vel quia interdum etiam huiusmodi suffocatio absq. dolore, aut saltem cum exiguo, & vix sensibili efficiatur, quod contingere potest vel si humor pituitosus laryngem ipsam ob sui copiam in tumorem eleuet indolentem, cuiusmodi fieri certum est, Vel si musculi ipsam laryngem claudentes, & recludentes humore crassefacti minimè possint ipsam referarre, vel vtrumque fiat, aut etiam si interim laryngis musculi ob eximiam siccitatem nimium tensi ipsam claudant, nec recludant, Atque hæc est præsens sententia, & ipsius demonstratio, non defuerunt tamen qui criminati sunt Galenum, quod existimauerit Hippocratem hic loqui de angina illa horrendissima ab Hippoc. 3 progn. descripta; cum secundum ipsos, sermonem fecerit de peculiari symptomate, verum falluntur aptissimè, quoniam si symptomata omnia sequuntur necessariò suos morbos, atq; nullus alius morbus possit quam tumor laryngem obserare, tumor is inflammatio sit, necesse est, cum sit cum febre magna; quæ nil aliud est nisi ipsa met angina commemorata, neque valet quod dimisserit dolorem, quia ut ait Galenus nemo est qui suppositis prædictis symptomatibus, nõ intelligat etiam adesse dolorem, & adesse erectam respirationem cum adsit suffocatio, neque etiam valet, qui dicunt Hippocratem stupidum fuisse, si dixisset: aduenientem morbum per se lethalem, quoniã non loquitur Hippoc. de febre, prætereà & ob id de cõualescentia, sed de febre magna quã, qui laborant dicuntur ab ea haberi, vt bene Galenus docuit, Adhæc voluit sic docere, non se loqui de suffocationibus factis ab aliqua externa causa, vt laqueo, fungo alijsq. venenis, sed solummodo de ea quæ fit à causa interna, quæ licet suaptè natura sit lethalis, multo tamen est lethalior, si sit cum febre magna, atque repente contingat, sunt enim aliqui morbi qui licet suaptè natura sint exitiales attamen febribus iuncti mitiores, vt dicebat Hippoc. de conuulsione, scilicet facta ab humore, quam superueniens febris soluit, Vtilis est tantum aphorismus ad prædicendum, licet ex hoc quoq; moneatur medicus, vbi huiusmodi morbi oriuntur, ad maxima quoq; remedia esse statim deueniendum. Vndè Alexander

Gal. tuetur.

Vtilitas Aph.

Trallianus

Trallianus eadem die incidebat venam, & ſcammonium dabat in huiuſmodi validiſſimis morbis.

35 *Si à febre habito collum peruertitur, & vix poteſt deuorare, ſine vllo tumore, lethale eſt.*

NON eſt dubitandum, quin præſens ſententia cum antecedente commodam habeat connexionem, cum qua in pluribus conuenit, vtraque enim eſt de habito à febre: de colli affectu ſubitaneo, ſine tumore apparente, & vtraque ſignum mortale. Ergo & hæc ſententia dogma æquè prognoſticum eſt, ſine ratione, atque ſine vlla diuiſione, Cornelius autem Celſus elegantiſſimè ibidem eam tranſtulit hiſcè verbis. Cui verò eodem corporis, febriſquè habitu ceruix conuertitur, ſic ut deuorare æque nil poſſit: is ſcilicet ſeruari non poteſt, & licet Celſus dimiſſerit, duas voces nimirum *(repente)* & *(nullo tumore apparentes,)* attamen eas ſubintelligere conuenit, cum ſuperiori ſententiæ ſubiungatur in qua eadem verba habentur (*Si à febre habito ceruix.*) Duo ſunt in quibus præſens ſententia differt ab antecedente, Vnum eſt, quod hic non exprimit partem affectam particulariter, vt in ſuperiori (φάρυγγι,) ſed in vniuerſum collum, ſcilicet ſeu ceruicem. Alterum quod in ſuperiori meminit ſimpliciter ſuffocationis, hic verò difficultatis deglutiendi, quę conſequitur colli conuerſionem, ità vt integra hæc ſit ſententia, Vbi in febre magna collum inuertitur repente, ità vt vix fieri poſſit deuoratio, illud malum eſſe lethale; Cuius demonſtratio hunc in modum fieri poteſt; Mors ſequitur vbi in febre circà collum inflammatio magna oboritur, ſed vbi ceruix repente conuertitur ità vt deuoratio fere auferatur, eſt quia ibi fit tumor inflammatorius, igitur mortale; nam & ſi etiam à ſiccitate poſſit collum inuerti, & lædere deglutionem, id tamen non poteſt fieri ſubito, cum ſiccitas non niſi longo tempore contrahatur, nam id Galenus probabat de apoplexia, quod fieret à materiæ defluxu, non ab intemperie, quia hæc non niſi longo tempore aquiritur, cum apoplexia fiat ſubito. Iam verò diſcurrit Galenus, quomodo debeamus intelligere collum, & inquit, altero duorum modorum poſſe concipi, vel ut referatur ad ſuperiorem aphoriſmum, atque ſic ea pars capiatur colli quæ fauces facit, vel pro qualibet colli parte, utro enim modo capiatur ueram eſſe ſententiam, modo ſcilicet nullus tumor, neque apertis faucibus, neque extra appareat, (*Inuertatur.*) Dicitur collum inuerti, vel conuerti, ut interpretatur Celſus, quando à ſua recta figura abſcedit, ità ut uel in obliquam, uel in anticam, uel in poſticam partem flectatur, id quod fit (ſicut docuit Galenus) quando ab aliquo tumore interno tendines, atque nerui tenduntur adeò ut cogant collum qua parte trahitur eo inclinare, tunc. n. fit peſſima, & exitialis angina, maximè quando ita eſt ingens conuerſio, ut partes faucium reddantur anguſtæ, neque poſſint plene deuorationis opus permittere. Hippoc. 2. Epid. narrat in ea conſtitutione Cranonis, & Perinthi contigiſſe anginas lethaliſſimas, in quibus ſecundum ſpondile colli dens appellatum intro uertebatur, ſed de hoc non poſſumus intelligere Hippocratem, ſi is loquatur de ea angina in

Connexio.

qua

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 363 sur 867

qua nullus tumor apparet, nec extra, nec intra, ſiquidem in eo affectu conſpicua apparet cauitas, vbi intro vertitur, ſeù trahitur dens, Iam verò vt hoc ſit mortale, non eſt difficile intelligere, quia cum impediatur deglutitio ciborum, & potuũ, necnon reſpiratio, quibus duob. vita ſuſtentatur, certe neceſſe eſt homo intereat, imo etiam & bruta, præſertim ſues, atq; canes, quos conſtat hoc genere morbi acerrimè, (vt dicebat Plautus de ſuibus) exerceri: Quod autem dicunt aliqui propterea eſſe lęthalem hunc affectum, quia efficitur à ſiccitate, nõ eſt verum, quia licet hoc videatur innuere Galenus, neq; diffitear interdum etiam poſſe fieri à ſiccitate, nihilominus qui fit ſubito, neceſſariò vt dicebam antea fit à materia, quæ cum non appareat, ſignum eſt tumorem eſſe internum, atq; eum inflammatorium, qui fit cum febre magna, nec valet muſculum qui afficitur breuem eſſe, ideo poſſe momento exiccari, & conſequenter ſubito impedire deuorationem, quoniã quantumcumq; breuis ſit, ſi exiccari debet opus habet tẽpore, nam etiam minimus digitus non poteſt deuenire ad tantam ſiccitatem, vt contrahatur niſi tempore, neq; .n. dubitandum eſt, dolorem quoq; huic morbo cõiungi, quẽadmodum Hipp. fatetur 2. Epid: affuiſſe illi anginæ, Verũ tacet, vel quia neceſſario ſubintelligitur adeſſe, vbi adeſt vera inflãmatio, vel qa adeo ſunt magna alia ſymptomata, quæ comitantur hunc affectũ, vt quodãmodo dolor videatur obſcurari. Sũt rurſum aliqui putãtes Hip. de cõualeſcentib. vt in præcedẽti, quaſi vero (*A febre habito, ſeu*) ὑπὸ πυρετοῦ ἐχομένῳ, idẽ ſignificet, atq; olim febre laboraſſe, ſed in primis hac in re fallũtur, qm̃ vt verè dicit Galen. & vt alias nos mõſtrauimus, haberi à febre, eſt ptinaciter teneri à febre magna, vnde habitus à febre nõ põt ſignificare eum qui iã ſit defunctus febre: Eſt vtilis aphor. vt ſuperior in primis ad prædicendum, necnõ etiam ad ſollicitandã curationem, quia vbi incipit apparere deuorandi difficultas, medicus monetur ad properandũ in Curatione. *Vtilitas Aph.*

---

36 *Sudores febricitanti ſi incœperint boni, & tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono, & vndecimo, & quartodecimo, & ſeptimodecimo, & vigeſimo, & vigeſimoſeptimo, & trigeſimoquarto. Hi enim ſudores iudicant morbos. Qui verò non ità fiunt, laborem ſignificant, & morbi longitudinem, & reciduam.*

ET ſi hic quoq; aphoriſmus ſit totus prognoſticus, quemadmodum ſuperiores, nullam tamen aliam habet cum antecedente conſpicuã connexionẽ, cũ in ipſo de ſudorib. tractetur ſub quib. tamen cunctas alias naturę euacuationes cõplecti ab Hipp. vt putat Gal. non eſt dubitandũ, & quãquã de hoc quoque copioſè, & accuratè ſit locutus in .1. progn. quę hic tamen dicit, eo ſpectant, vt doceat, qua die critica boni ſint ſudores, neq; euacuationes omnes ſunt laudabiles, quę qualibet die cõtingunt, ſed ſunt certę quędã in quib. fiunt bonæ, & in quib. malę, Itaq; in præſenti ſcopus Hipp. eſt monſtrare, qui ſint dies probati in euacuationib. naturalib. ſed ſtatim dubitabit aliquis, ſi debet medicus naturã imitari, cur non ſtudet maximè euacuare in dieb. in quib. euacuat natura; Cui breuiter reſpondendum duob. rationib. medicum in dieb. criticis ab euacuatione abſtinere, vna eſt, quia non imitatur naturam, niſi quando vel illa nõ agit, vel non plene agit, vndè cum in dieb. criticis agat ipſa natura, nec certum ſit an ſit rectè operatura, abſtinet dimittens totũ ipſi, alia ratio eſt, quia ſemper aliquid facit na- *Connexio. Scopus. Dub. Solut.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 364 sur 867

©BIUM

tura in dieb. criticis circà materię morbificę coctionẽ, quę ne turbetur à medicamento illud dimittitur, poſſumus addere tertiam, ſ. vt euitetur periculum ne ſi ſimul, & natura, & medicamentũ euacuarẽt, aliqua ſuperpurgatio damnoſa ſuccederet, Diuidi poteſt aphoriſmus, qui ſatis lõgus eſt, & cũ ratione, in plures partes. *Diuiſio.* Prima eſt, in qua enumerat copiosè dies, in quib. ſudores boni; Secũda in qua traditur ratio bonitatis; Tertia in qua docet quãdo ſudores non fiunt hiſcè diebus, quid mali faciãt, hoc eſt, quę ſit ratio, cur nõ ſint boni. (*Sudores febricit:*) Cũ ſuperius locutus fuerit de ſymptomatib. quibuſdam in febre cõtingentib. nũc quoq; ſimiliter de alijs in febre contingentib. tractat, & ſunt ſudores, qui proculdubio ſymptomata ſunt ſecundaria, ſ. vt opera ad excrementa mutata pertinentia. Sed dubitatur cur pro exemplo omniũ euacuationũ maluit accipere ſudores; Ad qđ reſpondẽdum eſt propter duas cauſas id feciſſe, Vna, fuit quia eiuſmodi in febribus acutis de quib. loquitur frequentior, & copioſior cũctis alijs efficitur; Vndè cũ in iudicãdis ijs facilius ſit errare, ea propter placuit ſibi nos in ijs potius exercere, vt ab errãdo magis deduceret, Altera cauſſa fuit, quia vt ait Gal. 3. de Criſi per ſudores rarius fiunt criſes vere, quã per alias euacuationes. Vndè ſi in hiſcè euidenter apparet diſcrimẽ dierum, in quib. fiũt, multo magis debent etiam in alijs apparere, poſſumus etiã addere, ſudorẽ eſſe totius corporis euacuationẽ, ideò dies criticos in ipſo ſudore magnã vim habere, & cũ materia ſit in cute, eaq. ob febrẽ ſit aperta, citius per eã ſit euacuatio, quã per aluũ, urinam, aliaſuè partes. (*Si inceperint:*) Diotinus gymnaſtes apud Theoph. lib. de ſudore dicebat: tres eſſe differẽtias ſudorũ, ſ. incipiẽtes, cõſiſtentes, ſiue vt ipſe loquitur μεζοῦντας, atq; deſinẽtes; Euacuationes per ſanguinẽ, & aluũ affatim fiũt, atq; fere deſinunt, ſudor plurib. dieb. fit, & raro cõtingit, vt vna, vel altera die factus multũ duret, & ratio eſt, qm ſanguis, & alui fluxus euacuãt immediate humores peccãtes, vt autẽ euacuẽtur per ſudores, oportet cõuertãtur in vapores, deindè in ſudorẽ, vt docet Theophraſtus, lib. de ſudorib. vel ſaltem opus eſt eliquentur, vndè cũ ſint craſſiores ex pauca ipſorũ copia, fit magna ſudorũ, ac propterea ſi magna humorũ copia eſt excutiẽda per ſudores, hi copioſiſſimi, & diutius durãtes ſint oportet; Cum ergo hũc in modũ res ſeſe habeat, iure principiũ ipſorũ potius eſſe ſpectandũ monet Hip. in prẽſenti aphor. quã vel finẽ, vel aliud tẽpus. De cauſſa potẽtię dierũ criticorũ, etſi diſputatũ ſit à pleriſq. veterib. atq. recẽtiorib. quod tamẽ alias dixi, id quoq; nũc repeto, hanc rẽ eſſe ex ijs, quę à diuino Hipp. ingenio, experiẽtia, & mirabili, qua pollebat obſeruatione sũt inuẽtę; & licet Gal. hoc in com: fateatur ſe de cauſſis dierũ criticorũ tractaſſe lib. 3. de dieb. decretorijs, haud tamẽ auſus eſt dicere, ſeſe illas repperiſſe, Verum dixit tantũ tentaſſe inueſtigare; ſ. πειραθέντες ζητῆσαι. (*Tertianarij. Quintani, &c.*) Circà hãc enumerationẽ horum dierũ criticorum. *Quæſita.* Quatuor quęrẽda ueniũt. Vnũ eſt, cur inceperit à tertia die; Secundũ cur quartã dimiſſerit, q̃ eſt principaliſs. & inter dies criticas cõtemplabiles; Tertiũ cur cũ ceterę his ſint diſpares, 14. tamen, & 34. quę ſunt pares inter eas recẽſetur, 2. aph. 24. & 3. in 3. Epid. narretur de Pericle, ipſum quarta ſudaſſe, & fuiſſe iudicatum. Quartum & vltimum cur non vltra trigeſimum quartum progreſſus ſit enumerando, vt alibi fecit, cõmemorans ſexageſimã, octuageſimã, & alias, maximè cũ 3. Epid. 80. & qui habitabat in horto Dealcis 40. ſint p ſudores iudicati. Circà 1.

Connexio.

Dub. Solut.

quatuor. Prim. Secun. Tert. Quart.

dicen-

©BIUM

dicendum eſt primam diem non poſſe facere numerum, quia principium morbi verè morbus non eſt, nec valet, quod aliqui vna die finiant, vel finiantur, quoniam qui finiũtur cum diariæ febres ſint, aut quippiam alij ſaluberrimi morbi, non ſubijciuntur iudicationibus, quemadmodum nec qui interimũt. Cum verò prima dies impar ſit tertia, in qua iam morbus factus eſſe poteſt, nec iudicentur niſi diebus imparibus, vt ſæpenumero ab Hippoc. & à me fuit monſtratum, iure tractaturus hoc in loco de decretorijs diebus à tertia ſumpſit initium, vt dimittam hoc in loco tertianarij numeri condiciones, de quibus Pythagorici atq; alij plurimi innumeras fabulas confinxerunt, Ad 2. reſp. Gal. accepiſſe Hipp. & tertiam quæ antecedit, & quintam quæ poſtcedit quartam, quoniam plurimi acutorum morborum, qui ſudore iudicantur, tertia, & quinta magis, quam quarta iudicationem accipiunt, nam rariores ſunt, qui quarta die iudicentur, ſic enim ait Galenus ſeſe obſeruaſſe, dum quæreret cur Hipp. hoc in loco dimiſſerit quartam: Et quamquã Hipp. 3. in 3. Epid. narret Periclem quarta die poſt meridiem multum ſudaſſe, & fuiſſe iudicatum, id tum tamquam exemplum rarum propoſuit, imò Auuer. 4. collect. c. 40. qui primũ locum inter iudicatorios detulit quartę ſcribit, nõ eſſe perpetuò verum, quod dicunt medici de iudicatorijs diebus, ſed interdum etiam in imparibus fieri malas iudicationes, & in paribus bonas, atq; hoc probaſſe experientia Raſim, & Auenzoarẽ qui vixit 135. annis, & medicinã excreuit centũ. Cur autẽ ità contingit, inquit eſſe, quoniã valdè acuti morbi primum paroxyſmum habẽt vehementiſſimum, qui cum fiat die impari, vt ſæpius diximus, & primus impar ſit 3. dies, iure fit in ea, cum verò acuti habeant exacerbationes quaſdam de tertia in tertiam, quod fiant, & quinta die, quę cũ ſit tertia ab ea, neceſſariò fit & in ipſa acceſſio, ſeu paroxyſmus ſecundus, vndè ſi fiunt iudicationes in paroximis, conſequens videtur, vt fiant vel in tertia, vel in quinta, quamquam qui morbi exacerbantur in paribus diutius tardent in iudicari, celerius autem iudicentur, qui in imparibus exacerbantur, Quod verò ab aliquibus in aph. ponatur decimus primus, in aliquib. decimus quartus perindè eſt, niſi ꝙ frequentius in quarta fiunt iudicationes, Sed dicet aliquis cur non idem contingit de decimatertia, & decima quarta vt, ſ ſurripiant decimequartæ iudicationẽ, reſpondendum propterea non fieri mentionem horum ab Hippocrat. quia cum loquantur de febribus acutis, ſudores non ità prorogantur ob celeritatem motus. Sed ſi fieri debẽt, ſemper celerem originem habent. Ad tertium dicendum eſt, de decima quarta, & 34. parem & eandem eſſe rationem, & ſi 34. fortior ſit, quia, ſ. vtræque componuntur ex hebdomadibus diſiunctim acceptis, quæ hebdomades cum ſint ex imparibus diebus, horum vim habere obſeruatũ fuit, & ab Hippocrate, & à poſteriorib. Circà quartum. Reſpondet idem Gal. & bene; propterea Hipp. dimiſiſſe quadrageſimã, quoniam exiſtimauit hãc eſſe principiũ morborum diuturnorum, qui ægrè per ſudores iudicantur, quemadmodum etiã experiẽtia compertũ habetur tam 34. quam 31. & 27. raro per ſudores iudicari ꝙ ſi materia tenuis ex qua fiunt ſudores celeriter moueatur, nec diutius tardare ſoleat vltra terminum acutorum, qui eſt 20. dies, poſſumus etiam adijcere, dimiſſiſſe Hipp. quadrageſimum, quia rariſſimè in hac fieri iudicationes longa experientia comprobatum eſt. Vndè Hipp. tanquam caſus rariſſimos 1. Epid ſect 3.

Sol. 1.

Sol. 2.

Dub.

Solut.

Sol. 3.

Sol. 4.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 366 sur 867

©BIUM

ægr. 6. commemorauit Cleanictidem octuageſima die per ſolum ſudorem fuiſſe iudicatam, ſicut & 3. Epid. ſect. 1. æg. 3. de eo qui in Dealcis horto habitabat, quemque ſcribit quadrageſima die per ſudores fuiſſe iudicatum (*Hi. n. ſudores*) hæc eſt ſecũda pars aphor. in qua affert rationem cur enumerati dies ſint boni, quia in ipſis iudicantur morbi: Cur autem in ipſis iudicentur, vt alias dixi potiùs experientia, & obſeruatione conſtat quàm vlla euidenti ratione, quod ſi aliqui commemorantur in libris Epid; qui vel in die decretoria ſint mortui, vel in non decretoria ſeruati, id fuit multo rarius, & potius ob aliquod accidens ex parte materiæ, vel ex parte cauſſarum externarum, quam ſecus: Nam etiam 1. progn. dicebat ſudores eſſe optimos, qui fiunt diebus decretorijs. (*Qui verò fiunt*) In hac tertia aphoriſmi parte, declarat Hippocrates, quæ mala ſequantur, vbi ſudores non fiunt diebus decretorijs, & enumerat, tria laborem, morbi longitudinem, atque recidiuam; non mentionem facit mortis, quia verè ſudores quantum ſit ex ſeſe niſi frigidi, aut ſyncoptici ſint, non ſignificant mortem, quoniam cum ſint eua cuationes vniuerſales, & per cutem, quæ eſt receptaculum omne excrementorum, non habent vim partes nobiles ſignificandi, ex quarum affectibus pendet, vel mors vel uita; Cum autem materiæ tantum qualitatem & copiam oſtendant, ab hac ſi ſit cruda labores fiunt, ideſt moleſtiæ, & anguſtiæ, ſi copioſa longitudinem, vnde qui initio apparent ſolent portendere longitudinem, Sin autem materia ſit inæqualis, & in varijs locis, recidiuam fore ſignificat: Etenim circà ſudores ſemper ſolent medici, quatuor conſiderare; locum, tempus, copiam, qualitatẽ, & hanc tangibilẽ, quod eſt modus ſubſtantiæ, ſcilicet craſſę, vel ſubtilis, odorabilem, guſtabilem, viſibilem; Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum de morbi euentu per ſudorem, ſcilicet vtrum futurus ſit longus, an breuis, an futura ſit recidiua, quæ vbi timetur medicus medicamentis eam anteuertere nititur, ſicuti vbi nil timetur, id totum opus naturæ permittitur.

Vtilitas Aphor.

---

37 *Frigidi ſudores, cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autem, longitudinem morbi ſignificant.*

Connexio. NON eſt arduum comprehendere quòmodo præſens aphoriſmus ſuperiori connectatur, ſiquidem cum in eo de ſudoribus decretorijs locutus ſit, nunc de ijs loquitur, qui minimè decretorij, ſed praui, Etenim inter conditiones optimi ſudoris, quas propoſuit primo progn. 22. illæ fuerunt, vt die decretoria fiat, atq; calidus, & morbum tollat, malum autem dicebat eſſe frigidum, id quod confirmat nunc, vt ſcopus Hipp. ſit in hoc aphoriſmo, qui pertinet ad prognoſt: partem docere quid ſudores frigidi portendant, ſeu qui ſudores mortem ſignificant. Diuiditur autem in duas partes, Vna eſt (*ſudores frigidi in acuta febre facti, mortem ſignificant.*) Altera eſt (*cum placidiore verò morbi longitudinẽ*) Corn: Celſus lib. 2. c. 6. ſic transfert: ſudor quoque frigidus in acuta febre peſtiferus eſt, & cap. 4. lib. eiuſdem ſic ſcripſit: Aut multũ ſudare maximeq; ſudore frigido mali morbi ſignum eſt. Modo ſigillatim eſt pars vnaquæque expenden-

Scopus.

da,

da; & quod pertinet ad priorem: Dicit Galenus experientia comprobari hoc frequenter contingere, vt sudores fiant frigidi, modo cum acuta, modo cum placida febre, & quantum innuit ipsemet, non ob aliam causam hoc statim dicere voluit, quàm quia cum sudores fiãt a causa calida, atque à partibus intus calentibus prodeant, videri posset aliquibus numquam fieri sudores frigidos: Cęterum de causa cur fiant frigidi, & cur sint mortales paullo melius inuestigandũ. Nam Arist. 2. probl. 35. Quærens cur sudores calidi sint meliores frigidis hanc summatim affert rationem, quod cum sudor omnis, sit alicuius excrementi excretio, calidi minus adesse frigidi excrementi significant, frigidi verò plus, à pluri autem frigido excremento fieri morbos longiores. Quod dicit Aristot. verissimum est, vbi sudores frigidi, iunguntur vel nulli, vel exiguæ febri, At secus est de sudore coniuncto febri acutæ. Itaque Galenus appositissimè differens de causa huius, inquit: vt Aristot. sudores frigidos procul dubio à parte aliqua frigida, & ab humore frigido proficisci, cumque propriè ab ipsa cute prodeant, necesse esse, vt ea sit frigida, simulq. humores frigidos in sese cohibeat. Verum vt hoc esse possit in febre acuta, in qua corpus mirum in modum flagrat, videretur difficile intellectu, nisi certum esset interdum contingere, vt incendium magnum existens in partibus intimioribus depascatur calorem natiuum, (quod secundum Hippocratem, est ipsamet facultas corporis totius gubernatrix) in cute existentem, quę sic refrigerata, vna cum humoribus sibi inexistentibus nõ est mirum si sudores quoque per ipsam transeuntes frigidos reddat, & nihilominus interioris humoris ingens putrefactio eas partes feruentissimas reddat, & hoc est quod etiam Auic. scripsit secunda quarti tr. 1. cap. 71. in febribus acutis non fieri sudores frigidos, nisi iam ceciderit caliditas innata, ita vt ex hac contemplatione habeatur quomodo sudor hic frigidus mortem futuram prænunciat, scilicet quia significat, vel iam emortuam esse facultatem rectricem corporis, vel proximè accedere vt perdatur, adeò vt molem frigidorum humorum coquere, & superare non valeat, qua expirante, nec humores in cute retinentur, & qui exeunt frigidi redduntur: Neq; (vt ait optimè Galenus) solum significant mortem, quemadmodum Hippocrates tradit, verum etiam illius causa sunt, eò quod febris acuta quæ sibi iuncta est, dissoluit vires corporum, ità vt, ingentem illam frigidorum copiam minimè superare sufficiant, sed potiùs ab illa superentur. Quod porrò in altera parte dicitur, sudores frigidos cum febre placida non significare mortem, sed morbi lõgitudinem, habet certam causam ab Aristotele, ac Theophrasto quoque propositam, nimirum quia febris est exigua non dissoluit vires, sed quia materia frigida & multa est, haud potest statim coqui, & superari, sed multò tempore eget, vnde necessario longus euadit morbus. Vtilis est aphorismus ad prædictionem, sed & in morbis longis ad instituendam euacuationem aliamquè curationem.

Sudor frigidus cur mortẽ portendat.

Vtilitas Aphor.

---

38 *Qua parte corporis sudor est, ibi significat morbum.*

Connexio.

CLARA est continuatio materiæ huius aphorismi de sudore, sed superior est prognosticus, hic uero significatiuus, quandequidem non de re futu-

ra,

©BIUM

Scopus. ra, ſed de præſenti tractat. Eſt enim dogma ſimplex, & indiuiſibile ſcopuſque Hippocratis in hoc eſt docere modum cognoſcendi morbos ex ſudore, ſeu potius ex loco ſudoris, vel locos affectos ex ſudore: Neque opus eſt, vt plura de ipſius natura dicamus, quando iam ſæpius à nobis dictum fuit. Galenus hunc breuiſſimè, ſicut & ſubſequentes interpretans, dicit: ſi morbus per uniuerſum corpus ſit extenſus, ſimiliter à toto corpore fieri euacuationem, Atque ſudores fieri aut natura excrementitias humiditates euacuante, quando ſcilicet ſit bona criſis, aut cum ipſi humores in parte affecta contineri nequeunt, Vtro autem modo fiant, ſemper ijs excernitur humiditas locorum patientium, quod tamen intelligendum eſt non de quolibet ſudore, ſed de illo, qui iugiter fluit, & abſque manifeſta cauſſa. Verum circa hunc aphoriſmum non inutiles oriuntur dubi-

Prima Dubit. tationes. Vna eſt, quia non videtur ſemper verum etiam prædictis obſeruatis, vbi ſudor eſt, ibi eſſe morbum, quoniam Hippocra. inter mala ſigna ex ſudore, recenſet, vbi in acutis & prauis febribus fiunt ſudores, tantum circà caput, & collũ fieri, cum tamen morbus ſit in toto. Quinimò experientia ſæpę cõprobatur animo delinquentes ob ſtomachi vitium ſudare tantum circà faciem, quemadmodum etiam pleuriticis, atque peripneumonicis contingere obſeruamus; Neque dicendum eſt hic Hippocratem loqui de ſalubribus ſudoribus, quoniam dogma eſt vniuerſale de quolibet morbo, in quo ſimul fiunt ſudores cum alijs

Secunda Dubit. ſymptomatibus. Altera dubitatio eſt, quoniam ſæpę vſu venit, vt in vnius particulæ tantum morbo, fiat in vniuerſo corpore ſudor, ſicut in internis viſcerum inflammationibus, imò etiam in externis aliquibus, In quibus non poteſt ſu-

Solut. 1. dor vniuerſalis indicare morbum, qui eſt tantum in aliqua parte. Circà primum ſciendum eſt id, quod aliàs diximus ex Theophraſto in lib. de ſudoribus, & ex Hippoc. in lib. de flatibus, fieri propriè ſudores ex vaporibus, qui ab humoribus ſublati vi caloris, dum per meatus cutis erumpunt, & ab frigiditate ambientis cohibiti, atq; condenſati in aquam vertuntur, perinde ac videmus in balneis vapores, parietib. alliſos eorum duritię, atq; frigiditate condenſari, ſic ét Ariſt. 2. ſect. probl. 18. dicebat ſudorem fieri ex ſpiritu, frigori externo occurrente. Itaq; vbi vapores exeunt, & per aliquam partem tranſeunt, neceſſe eſt aliquatenus afficiant eam, ac propterea licet ibi non ſit præcipuus morbus, Aliquis tamen ſit, vndè vti hac locutione Hippocratem, quod vbi ſudor, ibi dicit morbum, ideſt ſignificat, Vel dicere poſſumus exire ſudorem ab aliqua parte dupliciter intelligi poſſe, vel tranſeunter ſolum, & non permanenter, vel permanenter ità vt non ſemel, aut bis tantum, ſed ſæpiùs fiat, ſi primo modo intelligitur; certè non eſt vera ſemper ſententia, ſin autem ſecundo modo, veriſſima eſt, quoniam vbi frequenter per aliquam partem puta frontem, pedes aut aliam partem ſudor prorumpat, neceſſe eſt ibi aliquem morbum eſſe, ſaltem ab ipſis ſudorib. inductum;

Solut. 2. Ad ſecundam dubitationem dicendum eſt, quod vbi in morbo alicuius partis tantum, fit ſudor vniuerſalis, aut non durat, aut durat: Si fugax ſit nec durans, de eo non loquitur Hippocrates in aphoriſmo, ſin autem perduret, neceſſariò ſignificat, morboſam cauſsam, antecedẽtẽ materiam in vniuerſo corpore adeſſe, quę

Vtilitas Aphor. ab ipſo ſudore ſignificatur, Et hæc eſt vtilitas præſentis aphoriſmi, ſcilicet vt non modo cognoſcatur morbus, & locus affectus ex ipſo ſudore, Verùm etiam

vt

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 369 sur 867

vt medici doceantur cui parti sint remedia adhibenda, & cui non, scilicet illi, in qua fit iugiter sudor, & ablq; vlla causa externa.

---

39 *Et qua parte corporis calor, aut frigus, ibi morbus.*

MANIFESTA apparet connexio præsentis cum superiori aphorismo, quasi voluerit sententiam præcedentem amplificare hunc in modum, non solum vbi est sudor ibi morbus est, verum etiam vbi calor, vel frigus, vndè apparet esse veluti partem illius sententiæ, nisi quoque dicere placeat esse veluti illationem quandam, perindè ac si dicere voluerit, si vbi est sudor ibi morbus est ergo etiam vbi calor, vel frigus, aut probationem illius hoc pacto, vbi sudor ibi morbus, quoniam vbi calor aut frigus, ibi quoque morbus est, sed quicumque sit, esse coniunctum aphorismum præcedenti præter alia monstrat particula, & copulatiua à qua incipit, illud verissimum est, quod breuibus verbis scribit Galenus: sanitatē positam esse in quatuor qualitatum temperamento, vt ante omnes docuit Hippoc. in lib. de nat: hum: ac propterea vbi est intemperies aliqua, siue sit frigida, siue sit calida (sic.n. intelligendū est quod ait Hipp. de frigore, & calore) necesse est ibi morbum reperiri, quod est ipsa intemperies. Verum circà hæc verba quæritur; cur solum mentionem fecerit de frigore, & calore, non item de alijs intemperiebus, quæ similiter arguunt morbum, præterea non videtur verum simpliciter, & semper frigus, & calorem morbum indicare, quoniam illis qui calido iocinore sunt manus, & pedes consueuerunt ita calore, vt quandoquè cogantur eas partes in aquam gelidam demittere, quemadmodum è conuersoaliqui sunt, quorum eædem partes valdè frigent, & tamen morbo carent, Ad primum respondendum est, quod alias non semel docui, Hippocratem, qui primus Elementorum qualitatibus tantum dignitatis, ac potentiæ detulit, semper dilexisse illam dichotomiam, adeo etiam à Theophrasto celebratam, vnde qui summopere breuitatē in cūctis secutus est, non est mirū si cunctas ad medicum pertinentes elementorum qualitates ad duas tantum referre delectatus fuit, vt omnium potentissimas, & sine quibus nil pænę agitur. Ad secundum verò respondendum est, licet Hippocrates simpliciter, vt solet, dixerit frigus, & calorem, attamen cum de morbo loquatur, necesse est ipsum intelligamus non de calore, aut frigore naturali, quę qualitates solēt in aliquibus esse maiores, vel minores, sed de aduentitijs, non tamen recenter ab vlla causa externè factis, sed insignibus, vetustis, atque perseuerantibus, sic enim non modo significant, verum etiam faciunt, aut saltem augent, atque fouent morbum. Vtilis est aphorismus, vt superior tum ad morbi dignotionem, ipsamq; partem patientem cognoscendam, tum ad curationem faciendam, quasi medicus ubi animaduertat aliquam corporis partem sic affectam, hoc est non naturaliter, sed accidentaliter, non parum, sed ualde, non fugaciter, sed perseueranter calentē, siue frigentem, debeant statim eam uti morbosam curare.

Connexio.

Probl. 1.

Probl. 2.

Solut. 1.

Solut. 2.

Vtilitas Aphor.

40 *Et*

©BIUM

40 *Et vbi in toto corpore mutationes, & ſi corpus refrigeretur: vel rurſus calefiat, vel color alter ex altero fiat, longitudinem morbi ſignificat.*

Connexio. SICVT ſupra docuit Hippocrates ex primis qualitatibus cognoſcere morbum, & morbi ſedem, ità nunc & ex ijſdem qualitatibus primis, atq; etiam ex ſecundis docet cognoſcere ipſius morbi diuturnitatem, ut hæc vna videatur optima continuandi hunc aphoriſmum cum ſuperioribus ratio, Eſt enim totus prognoſticus, nec parum ad ſuſcipiendam curationem conferens, Poteſt autem *Diuiſio.* in tres particulas diuidi, ut una ſit hæc (*Et vbi in toto corpore mutationes, & ſi corpus refrigeretur.*) Secunda eſt; (*Vel rurſum calefiat:*) Tertia eſt, (*vel color alter ex altero fiat, longitudinem morbi ſignificat,*) ità ut poſtrema propoſitio ſit referenda ad omnes particulas; Et Cornelius Celſus lib. 2. cap. 3. hunc aphoriſmum latinum faciens dixit: ſignum longæ ualetudinis eſt ubi corpus modo frigidum, modo calidum eſt, & calor alius ex alio fit, parum Hars unaquęque, ut ſigillatim *Dub.* examinetur, primum diſcutere oportet, Cur Hipp. dixerit primum in uniuerſum mutationes in toto corpore facere morbi longitudinem, deinde addiderit, & ſi corpus refrigeretur, uel rurſum calefiat: præterea quæ ſit cauſſa propter *Solut.* quam huius modi mutationes arguunt morbi longitudinem, Ad primum dupliciter reſpondere licet, uno modo particulas (*Refrigeretur, vel calefiat, vel calor,*) eſſe ueluti explicatiuas mutationum; quaſi uoluerit Hippocr. manifeſtare, haud quaslibet mutationes in toto corpore factas morbi longitudinem ſignificare, ſed tantum quæ in primis, & ſecundis qualitatibus fiunt, Altero modo reſponderi poteſt, nomine mutationum intellexiſſe quaslibet, ſed deinceps attuliſſe exemplum earum, quæ manifeſtius cæteris arguunt diuturnitatem. Etenim, (quod erat ſecundo propoſitum,) cum diuturnitas morborum naſcatur potiſſimum, ex copia uarietati materiæ uiribus robuſtis coniuncta, ut dicebat alias Hippoc. de rigore ſuperueniente ardenti febri, ægro iam debili; ubi in toto corpore fiunt mutationes ad frigus, & calorem, nec non ſecundum colorem, manifeſtum eſt adeſſe copiam, & uarietatem humorum, una cum uirium robore, modò unum, modo alium humorem aggredientium, qui humores cum nec ſuperent naturam, nec facilè queant ſuperari, fit neceſſario pugna longa, atque diuturna, undè illi qui putant ex libello de iudicationibus hic addendam eſſe nocem (repentinæ) quam etiam ſententiam uidetur ſecutus conciuis meus, quaſi non quælibet mutationes, ſed repentinæ hoc oſtendant, ualdè falluntur; quoniam eiuſmodi repentinæ mutationes fieri plerumq; ſolent à uaporibus, qui celeriter mouentur, & definunt, ac propterea potiùs breuitatem, quàm longitudinem morbi oſtendunt, Dicit autem Hipp. non ſine ratione (*in toto corpore*) potiùs quam (*totius corporis*) quoniam non eſt neceſſe, ut ſimul uniuerſum corpus mutetur, ſed ſat eſt fiant mutationes uiciſſim in toto corpore, modo perdurent, & inſignes ſint: ſi enim in aliqua tantum parte fierent, haud certè ſignificare poſſent ſimilem longitudinem. Sic enim dicebat in autumno fieri crebras mutationes eadem die caloris, ac frigoris, & conſequenter autumnales morbos eſſe longiſſi-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 371 sur 867

longissimos, Est tamen illud animaduertendum huiusmodi mutationes interdum fieri in peius, quo in casu potius mortem propinquam indicat, quam diuturnitatem vllam; Solius autem coloris inter secundas, ac tertias qualitates meminit Hippoc. quoniam (vt idem dicebat initio libri de humoribus) dominium, & natura humorum à quibus pendet morbi longitudo, potissimum ex ipsis caloribus, aut saltem magis quàm ex alijs manifestantur. Vtilis itaque est aphorismus in primis ad prædicendam diuturnitatem, vel breuitatem morborum, vtilis est etiam ad monendum medicum, vt vbi huiusmodi mutationes animaduertit, sese ad morbi longitudinem auertendam remedijs oportunis accingat. *Ret.* *Vtilitas Apher.*

---

41 *Sudor multus ex somno factus absque causa manifesta, corpus vti pluri cibo significat, si verò cibum non accipienti hoc accidat, scire oportet quod euacuatione indiget corpus.*

SATIS apparens quóque est præsentis aphorismi connexio apparet, quod doceat prædicere ex particulari sudore, nempè nocturno, quemadmodum paullo supra docuerat idem ex sudore in vniuersum: Vel dicere possumus hactenus considerare sudorem secũdum tempus, qualitatẽ, & locum; nunc considere secundum copiam, adeo vt scopus Hipp. sit docere, quo pacto medicus possit ex sudore copioso nocturno prædicere, & simul ad curationem accedere, est enim. & vt prognosticum dogma vt dicebam, & simul curatorium præceptum, in duasquè partes diuiditur: Quarum prior est (*sudor multus ex somno factus absquè manifesta causa, significant corpus vti copiosiore alimento, quam oporteat;*) Secunda vero pars est, (*sin autem eo nutrimento non accipiente id patiatur, significat quod euacuatione opus sit.*) Circà primam partem illud primo quærendum esset; an aphorismus de ægris tantum, an etiam de sanis, & conualescentibus sit interpretandus: Ego vero licet non dubitem veritatem quoque habere aphorismum in sanis, & conualescentibus principaliter, tamen Hippocr. videtur respexisse corpora ægra, vt fere semper in hoc quarto libro (*Sudor multus.*) Sudorem omnem esse præternaturam dixit Diocles, vt habetur apud Gal. in fine de differentijs symptomatũ, Sed de hoc non est locus disputandi, etiá si dicat id cõfirmasse Dioclem rationibus valdè probabilibus, Galen. in commentario scribit ab Hippocrat. iure dictũ esse *multum*, quoniam si paucus sit sudor, haud necessario indicat vel nutriri corpus plus quam par sit, vel egere euacuatione, sed fieri potest, aut propter virium imbecillitatem, aut ob corporis raritatem; multus autem dicitur non modo qui mole, verumetiam qui continuitate, & frequentia fluit copiosus. (*Ex somno factus:*) Aristot. 2 prob. 16. & 28. quærens rationem propter quam dormiẽtes magis, quàm vigilãtes sudamus, eam affert rationem, quod corpora intus à somno fiunt robustiora, & propterea calor ob frigoris nocturni circumsistentiam validior effectus, magis colliquare humiditates, magisquè extra propellere queat, quod non fit initio somni, sed potius in progressu, quando scilicet iam calor robustior materiam magis attenuare, eamquè ad extima deducere valet. Et Auicennas secunda primi addebat; non solum ob hoc

Connexio. *Scopus.* *Dub.* *Solut.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 372 sur 867

©BIUM

fieri in dormientibus magis ſudorem, verumetiam ob anhelitus maiorem tunc difficultatem, ob quam materia magis mouetur: Etſi enim (quod ait Ariſtot.) aliquid ſemper humiditatis è corporibus excernatur, ex quo ſordes,& ſitus, in pannis fiunt, vt etiam demonſtrant loca caua, veluti axillæ, quæ ſemper aliquo ſudore videntur ſcatere ob ſimilitudinem naturæ,quam tenent cum partibus interioribus, non tamen ſemper apparet, quia humiditas in halitus conuerſa dum exit non ſemper vel ab aere ambiente, vel à partibus ſolidis frigidioribus cõdenſatur in ſudorem. Et Notandum etiam à copia cibi poſſe fieri ſudorẽ copioſum in vigilantibus. Verum id multò minus quam in dormientibus, vt ex Ariſtot. monſtrauimus,Hipp autem id quod frequentius eſt ſemper aſſumit, Atque hoc etiam dicẽdum eſt de illis, quid inter edendum, & bibendum ſudant, aut paullo poſt, qđ ipſi contingit, vel ob laborem inter edendum, vel ob repulſionem humiditatis,quæ fit ab ingrediente cibo, & potu (*Abſque cauſſa.*) Notat Galenus duplicem fuiſſe horum verborum ſcriptionem,aliam enim habuiſſe (*Sine manifeſta cauſſa*) aliam verò (*Abſque aliqua alia cauſſa*) at dicit perinde eſſe, quoniam ſemper mos fuit Hipp.ea ſub intelligere, quæ neceſſario conſequuntur,quaſi dicat ſiue explicetur,ſiue non,ſemper quamlibet cauſam externam eſſe intelligendam, quod ab hac nulla internarum affectionum præcognitio,& prædictio hauritur. Neque valet (quod dicunt aliqui) multo accommodatiorẽ eſſe ſcripturam hanc, qua dicitur, (*abſq; vlla alia cauſa,*) quod cibi multitudo, quam ſignificari, dicit Hip.ſit inter cauſsas externas, & propterea nugatio videatur,dicere adeſſe cibi multitudinem,& nullam adeſſe cauſsam externam,non valet inquam hoc, quin poſſit illa quoq; ſcriptura ſuſtineri;quoniam vbi dicitur, (*ſine cauſſa externa,*) ſubintelligitur vox(*alia*)ſcilicet diuerſa à cibo, vt ſignificare voluit Gal.verũ illud magis dubitatione dignum videtur,quia non videtur verum huiuſmodi ſudorem ſignificare ſemper cibi copiam maiorem, quoniam multi ſunt edaciſſimi,qui tamen non ſudant,& hyeme vnuſquiſque multum edit, attamen eo tẽpore fiunt pauciores ſudores etiam noctu; Sed ad hoc reſponderi dupliciter poteſt,vno modo Hippocr. hic loqui de ægrotantibus,vel conualeſcentibus, non de ſanis,quorum ventres,& inteſtinus calor cum ſint robuſtiores,vt diſſoluunt humiditates, ſic eas diſſipant, & conſumunt,priuſquam in ſudores conuertantur; alio modo reſponderi poteſt,quod ait Hipp.intelligendum ſemper eſſe,niſi ſint aliqua impedimenta,neq; vult enim Hip. qđ omne corpus vtens pluri cibo ſemper ſudet, ſed quando adſunt debitę circũſtantiæ. Itaque id verum eſt in huiuſmodi corporibus ægris,& conualeſcentibus,quorum ventres,& calor non ſunt adeo firmi, in ſomno generari copioſos ſudores ex nimia ciborum copia ſumpta propter complures cauſsas. Prima eſt,quod ex copioſo cibo,non ſtatim confecto,copioſi vapores eleuantur,qui in cutem perducti,& condenſati vertũtur in ſudorem. Secunda eſſe poteſt caliditas actualis, & potentialis eorum, quæ aſſumuntur,vt aromatum,alliorum, vini generoſi. Tertia cauſſa poteſt eſſe, qualitas, & natura ipſorum ciborum, qui, vel quia ſint ſeroſi multum, vel quia facile propellantur ad cutim, ibiq; inhęrentes vertantur in ſudorem, quod forſan dici poſſet de ptiſſina,de aqua hordei,de decocto lentium,de caricis, atque alijs pleriſq́ue natura cutim ipſam petentibus. Atque hæc de priore,ſcilicet

Not.

Dub.

Solut.

quòd

quod ſudor multus noctu factus ſine vlla externa cauſſa ſignificet corpus vti plu ri alimento, ſcilicet vel cibali, vel potulento, vel vtroque, Sequitur ſecunda pars quæ eſt (*ſi corpus non copiosè alatur, & tamen plurimum noctu ſudet, ſignum eſſe corpus indigere euacuatione*,) nam vt optimè docuit Galenus alimentum copioſius, aut recenter ſumptum eſt, aut multo ante; ſi recenter, opus eſt vel dieta quæ conſumat, vel ſaltem abſtinentia maiori, ſin autem diù ante ſumptus ſit copioſior cibus, opus eſt euacuatione, quoniam cum iam humor copioſus, & prauus ſit ex immoderato cibo genitus, ac in uenas ductus, aut ægrę, aut nullo alio modo quam euacuatione poteſt educi. Atque hinc ſciri poteſt ſapienter dixiſſe Hippocratem quarto de morbis, eum qui parum edit, & bibit: non tentari morbis vllis humoralibus, eo quod humores ipſi ex nulla alia re, quam ex ipſi cibis, & potibus gigni poſſunt. Verum circà hoc nonnulla oriuntur dubia, primum eſt, quoniam Galenus hic aduerſus copioſum cibum recēter ſumptum laudat ſolum cibi abſtinentiam, cū tamen in lib. de cib.bon.& mali ſucci laudet etiā euacuationē per medicamenta blande, vbi non ſpontè fit à natura vel vomitu, vel ſeceſſu; vt ſæpenumero vſu venit. Secundum dubium eſt, an nomine euacuationis intelligat Hippocrates eam quoque, quæ fit venæ ſectione, vt exiſtimarunt aliqui, nam non videtur hoc eſſe conſonum rationi, quoniam habitus eorum qui nimium cibi ſumere conſueuerunt, ſemper multis cruditatibus ſcatet, & Galenus quarto de tu:valet:4. dicebat in his nullo modo conuenire ſanguinis miſſionem, quinimo lib.de cur: rat: per ſanguinis miſſionem dicebat Galenus:iugulari ęgros ſi in cruditate vniuerſali corporis ſanguis mittatur: Tertium dubium eſt, quia ſi fit ſudor copioſus, non videtur opus eſſe vlla alia euacuatione, cum Galenus primo ad Glauc: 14. docuerit vnam euacuationem ſemper ſufficere. Ad primum reſpondendum eſt, cibum qui plus iuſto ſumitur, ita vt lædat, & corrumpatur, vel ſpontè exire ſurſum, aut deorſum, aut vtroque modo retineri, ſi exeat vt ſæpe fit, tantum opus naturæ permittendum eſt, ſolaquè cibi potuſquè parcitate vtendum, ſin autem retineatur, opus eſt medicamentis, quæ cibum corruptum, vel vomitu, vel ſeceſſu educant, & hoc eſt id, quod monere placuit Hippoc.lib.3. de diæta ſub hiſce verbis *εἰ τις μεγάλα πάνυ ἁμαρτάνει ἐν τῇ διαίτῃ καὶ πολλάκις, ταῦτα δὲ Φαρμάκων δεῖται ἤδη*, ſi enim permittatur, nec exeat, id contingit, quòd dicebat Galen.2. de alim:fac: cap. de cucumeribus, vbi ſcribit: coaceruatos paullatim ex prauis edulijs ſuccos arrepta qualibet leui occaſione febres malignas inducere. Circà ſecundum dub:Gal.quoque lib: de cib: bon. & mali ſucci cap.2.ſcribit eos, qui in uiuendi ratione quotidie delinquere cogūtur, oportere ſibi proſpicere alui ſubductionem per interualla, aliquando autem etiam egere ualidiori purgatione, ac tempeſtiua ſanguinis miſſione: Vnde rem ità diffinire opus eſt, quemadmodum uidetur monuiſſe Galenus quarto de tu:ualet:cap.4. nempè in cruditate recenti, abſtinendum eſſe à ſanguinis miſſione, ſed eam eſſe moliendam in uetuſta, neque hoc abſque prudentia, quandoquidem ſi crudi ſucci admodum receſſerint à ſanguinis natura, nullo pacto mittendus eſt ſanguis, ſi uero parum receſſerint, mittere quidem licet, ſed parciùs quàm conueniret, ubi nulla adeſſet cruditas. Pro tertio dubio dicendum eſſe, quod etiam ſignificat Galenus tertio de criſibus nempè

Dub.1. *Dub.2.* *Dub.3.* *Solut.1.* *Solut.2.* *Solut.3.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 374 sur 867

©BIUM

ſudorem raro perfectas criſes facere, quoniam tota materia peccans ſi integrè euacuari per ſudorem deberet, neceſſe eſſet ex una illius parte fierent ſudoris decem partes, per regulam tranſmutationis elementorum inter ſeſe; Vnde in preſenti caſu, cum per ſudorem copioſum, & iugiter excuntem, nequeant integrè cumulati longo tempore humores purgari, neceſſe eſt eos alia ratione, ſcilicet uel per pharmaca, uel per ſanguinis miſſionem; prout exigitur euacuari, Itaque ſummo iure Hippocrates hac de re ſermonem habens, dixit: *(copioſus ſudor ex ſomno fluit, abſque vlla cauſa externa,)* ut multo cibo, labore, nimijs integumentis, loci calidioris habitatione, ſimilibuſue alijs, ſignum eſſe in corpore humorum copiam reperiri, quæ nec diæta meliori, nec alui ſubductione auferri poſſint, ſed oportere euacuationem aliquam adhiberi, uel ſanguinis miſſione, uel purgantium medicamentorum adminiſtratione. Vnde clariſsima apparet præſentis aphoriſmi utilitas, non modo ad cognoſcendum, & præcognoſcendum; uerum etiam ad curandum, atque à deterioribus morbis præſeruandum, quandoquidem ubi ſudor multus ſit ſine cauſſa manifeſta, cum à redundantibus ſuccis oriantur, niſi hi è corpore demantur, proculdubio tandem corrupti deterrimos morbos producunt, ſicuti ubi iam fiunt ſudores, uel ex magnis inflammationibus, uel ex animi deliquijs, ut Hippocrates in prognoſt. 1. docebat, haudquaquam ullam requirunt euacuationem, cum nec tunc ſint copioſi, nec uires robuſtas coniunctas habeant.

Vtilitas Apher.

---

42 *Sudor multus calidus, vel frigidus ſuperfluens, frigidus magis, calidus minus, ſignificat morbum.*

Connexio. HIC quoque aphoriſmus (ut ſuperior,) eſt de particulari ſudore ſecundum qualitates primas, ideſt ſecundum illam ab Hippocrate uſurpatiſſimam dichotomiam accepto, prout ſcilicet maiorem, uel minorem morbum ſignificat, Galenus hoc ponit diſcriminis inter hunc, atq; antecedentes, quod in eis locutus ſit de ſudoribus apparentibus in diebus criticis, nunc uero loquatur de apparente in toto morbi tempore. Verum quod Hippocrates ſupra ſermonem fecerit de ſudoribus in diebus criticis apparentibus, non uidetur neceſſarium, tum quia ipſe nil hac de re ſignificauit, tum quia etiam ex ipſius uerbis id nequaquam licet colligere. Pertinet autem aphoriſmus ad ſimioticam medicinæ partem, eſtquè dogma indiuiſibile, in quo Hippocrates intendit docere medicos, quid expectare debeant, ubi ſudores ſiue frigidi, ſiue calidi iugiter fluant: Etenim licet in ſuperiori quoque de ſudore copioſo ſermonem habuerit, tamen de ſolo in ſomno apparente loquebatur. Hic autem de omni tempore apparente, & de eo non quod affatim copioſius fluit, ſed qui ἀεὶ ῥεῖ, ideſt ſemper ſeu non intermiſſe fluit. Cornelius Celſus lib. 2. cap. 4. hunc aphoriſmum transferens dixit, mali morbi ſignum eſt, multum ſudare, maximequè ſudore frigido, ubi particulam ἀεὶ ῥεῖ, uidetur tranſtuliſſe *(multum ſudare)*, quod tamen haud ple-

Scopus.

ne exprimit Hipp. mentem: Galen. interpretans hanc ſententiam dixit, & bene, vtroſq. ſudores aſſiduę fluentes, ſ. tàm frigidos, quàm calidos indicare multitudinem, ſ. quia ſemper fluunt, at frigidam quę deterior eſt frigidos, calidā verò quæ mitior habetur, & minus exitiales febres profert calidos, Verum non defuerunt, qui Galenum auſi ſint reprehendere, quaſi voluerit neceſſario frigidos ſudores à frigidis ſuccis proficiſci, cum tamen Hipp. 2. de morbis videatur ſenſiſſe ſudores frigidos arguere paruum naturæ ſupra humores morbificos dominium, ſiue illi ſint calidi, ſiue frigidi, Hiſcè addunt humores frigidos raro eſſe ſudorificos, ac propterea non potuiſſe Hippocratem loqui: Addo ego aliam, & forſan grauiorem dubitationem ex poſtremis ipſius Galeni in hoc commentario verbis, quibus ſcribit ex ſuccis calidis minus lęthales quam ex frigidis fieri febres, ſic enim contextus Græcus habet, licet interpretes dimiſſerint particulam (πυρετοὶ: Etenim acutos morbos omnes, qui ſunt cęteris peiores fieri à ſuccis calidis etiam Ariſtot. 4. de partibus animalium ſecundo nedum medici prodidit. Pro primo reſpondendum eſt; verum eſſe, atque etiam ab Ariſtotele probatum ſudores frigidos à frigidis ſuccis proficiſci, ſed frigidi ſucci, aut tales ſunt natura, aut fiunt ob defectum caloris natiui, vt in ipſis morientibus, aut ſyncope laborantibus, qui vbi ſudant deficiente calore ipſi humores refrigerantur, vndè ſudores poſteà frigidi oriuntur, quamquam ante humores illi calidi, atque acres eſſent: De alio autem dubio dicendum: parum referre vtrum apponatur particula (πυρετοὶ) an adimatur, quoniam vtrum ſtatuatur dubitationem parit, cum ſucci calidi ſint ſemper magis exitiales, frigidis, quippe qui producant morbos acutiſſimos, Verum ita ſunt intelligenda Hippoc. & Galeni verba, quod ſudores frigidi indicent maiorem morbum, quia indicant frigiditatem ſuperare, ſicut calidi caliditatem, & eſſe in corpore frigus multo exitialius eſt, quam eſſe calorem, cum illud ad mortem, hic ad vitam ducat, Eſt vtilis aphoriſmus ad prænognitionem, ſed continet etiam documentum, quo medici monentur, vbi videant ſudores eſſe frigidos, ſemper timeant, propterea què remedijs aduerſus frigidos ſuccos certent.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

43 *Febres quæcunque non intermittentes, tertia die fortiores fiunt, magis periculoſæ. Quocunque autem modo intermiſerint, periculum abeße ſignificatur.*

HIC etiam in Coacis, ſed diuerſis verbis, eodem tamen ſenſu; & ſecundum aliquos Hippocrates in antecedentibus aphoriſmis videtur tantum de ijs ſudoribus locutus, qui fiunt in morbis, & maximè in febribus, Vndè ſicut docuerat, qui eſſent boni ſudores, & qui mali, ſic nunc docet, quæ ſint febres meliores, & quæ deteriores, in quibus ſcilicet fiunt prædicti ſudores: Sed cum hic de ijs febribus agat, quæ non ſemper cum ſudoribus, ſatius eſt dicere nullam eſſe præſentis cum ſuperiore coniunctionem. Vndè & hic aphoriſmus dogma prognoſticum eſt, ſine ratione tamen prolatum, atque in duas partes diuiſibile, quarum prior eſt (*febres quæcumque non interimit, &c.*) Poſterior

Diuiſio.

verò

©BIUM

verò eſt: (*Quocumque autem modo intermiſerint, &c.*) Circà primam partem videndum eſt, quæ ſint febres non intermittentes, & quomodo hæ dicantur tertia die exacerbari, & cur ſint periculosè: Circà verò ſecundam partem videbitur, quid ſit quocumque modo intermittere, & an verum ſit, vbi ſic intermittant omni periculo vacare: (*Febres non intermittentes,*) vt Galenus exponit, ſiue μὴ διαλείπουσας, dicuntur illę quæ numquam veniunt εἰς ἀπαρέξιαν hoc eſt in integram, & abſolutam in febricitationem, qui alias συνοχεῖς, ſiue continuæ vocantur, vt in Coacis prænotionibus in quibus legitur hic aphor. cum voce (συνοχὰς) hæc autem ſicut habemus de differ: febrium 2. & 1. Epid: ſect. 3. 2. atque alibi vel ſemper manent in vigore, & ſtatu eodem, vel augentur, & acerbiores fiunt, hic aut ἰσχυρότεροι, vt dicitur, vel deminuuntur, & ſi augentur, aut ſingulo die, aut tertio quolibet die; quod enim quæ exacerbantur continuę febres ſint deteriores ijs, quæ non exacerbantur, manifeſtum eſt, quia in his non augetur malum, ſicut in ijs: Quod verò quæ tertio exacerbantur ſint periculoſiores, eſt non modo quia malum augetur, ſed etiã quia fit à ſuccis calidis, & biliosis, quorum proprium eſt tertia die moueri, & qđ ſuaptæ natura ſemper ſunt periculoſiores hoc eſt ſaluti magis inſidioſi, Eſt itaque veriſſimum, & vſu probatiſſimum huiuſmodi febres non intermittentes eſſe periculoſiores, hoc eſt exitium magis afferre, tum quia ob continuitatem nulla quies naturæ datur, ad eo ut poſſit aduerſus morbum ſeſe recreare, tum quia loco quietis, tertia qualibet die magis angitur, quo tempore egeret potius refectione aliqua, huiuſmodi uerò naturæ eſſe tum ardentes, tum ſemitertianas, perſpectiſſimũ eſt, niſi quod de ſemitertianis dicit Hippoc. 1. Epid: ſect. 3. eas eſſe lęthales, & quamquam antiquitus inter Archigenem, Agatimum ſit dubitatum ſemitertiana inter cõtinuas, an verò inter intermittẽtes ſit recenſenda, de qua re etiã Galenus videtur vario modo locutus, tamen potius in eam ſententiam inclinauit, eſſe eam ex continuis: Atque hæc de prima parte. Circà verò ſecundam Galenus ſimiliter voluit, (*intermittere quocumque modo,*) nil aliud ſignificare, quàm in integram in febricitationem deſinere, quas ſolas eſſe ſine periculo ſtatuit, in hoc tantum differentes; quia ubi exacerbationes vehementiſſimæ ſunt, non modo ſecuritatem habent, verumetiam celeriter iudicantur, contra quarum acceſſiones ſunt mitiores, illæ quidem ſunt ſecuræ, verum longiores, Addit idem Galenus propterea huiuſmodi febres carere periculo, quoniam neque ab inflammatione ulla interna efficiuntur, neque ab ulla maligna putredine, quę ambæ febres ita ſemper ſunt continuæ, ut numquam deſinant in infebricitationẽ, ſed circà hanc Hipp. & Gal. ſententiã quæſtio

Dub. uerſatur, an ſcilicet uerum ſit, febres quolibet modo intermittentes ſemper uacare periculo, cauſſa difficultatis eſt, quoniam Hippocrates in Epid: dixit quintanam eſſe peſſimam, adhæc in illa conſtitutione peſtillenti narrat, aliquos interijſſe tertiana, & uſu quoque probatur aliquos perire, qui ad infebricitationem perueniunt, Pro cuius difficultatis reſolutione pluribus modis reſponderi, poteſt, uno modo intermiſſionem aut eſſe ueram, & manifeſtam, aut eſſe fucatam, & obſcuram, ſi ſit manifeſta, & uera remiſſio, ſemper ſalutares

Solet. ſunt eiuſmodi febres ob rationes ex Gal. retro propoſitas, ſin uerò non ſit legitima intermiſſio, ſed fucata, ità ut uerè numquam perueniant ad infebricitationẽ,

tunc

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 377 sur 867

©BIUM

tunc plane poſſunt eſſe periculoſæ, dico autem poſſe periculoſas eſſe, quoniam haud neceſſario periculum ſemper habent coniunctum; Alio modo reſponderi poteſt, non ſimpliciter Hippoc. protuliſſe de cunctis febribus, eas periculo vacare, quæ intermiſſerint quocumque modo, ſed dumtaxat de illis, quæ cum ſint continuæ, tertia die exacerbantur. Etenim hæ vbi in infebricitationem deueniunt, ſignum eſt, ſi quæ fuit inflammatio, eam diminui, & putredinem, quæ antea in venis erat, non amplius eſſe, ſed patrem materiam extra venas proferri, ſolumq; in locis ſecurioribus putredinem fieri, alioqui non intermitteret febris, ſed continua eſſet, vt antea. Vtilitas aphoriſmi preſentis eſt potiſſimum pro preſcognoſcendo euentu, & pro prædicendo, ſed habet etiam aliquem vſum in facienda medicina, quoniam vbi periculum maius animaduertitur, tunc medicus magis ſollicitus eſt in adhibendis remedijs, atque in tota medicatione recte facienda. *Vtilitas Aphor.*

---

44 *Quibus febres longæ, his tuberculæ, vel labores in articulis fiunt.*

NON obſcura eſt præſentis aphoriſmi cum antecedente connexio, quandoquidem, vt in ſuperiori de particularis generis febrium prædicendi facultate locutus eſt, quę fuerunt continuę, tertiaq; die exacerbantes ſic in preſenti de alio genere loquitur, nempe de longis, docens quam vim in prædictionibus faciendis habeant, ita vt aphoriſmus ſit merum dogma prognoſticum, & certè quod Hipp. vſque adeo frequens, & ſolers fuerit in prognoſticandi arte augenda, atque ornanda, minimè debet eſſe mirum, quod hæc tunc temporis quaſi naſceretur, plurimoſq; & egregios in medicina vſus haberet. Eſt ſimplex & indiuiſibilis ſententia, atque vt optime adnotauit Gal ex ijs, quę haud perpetuā veritatem habent, ſed vt plurimum contingunt, imò verò ſi diligenter ipſam experientiam conſideremus, neque hoc vt plurimum accidit, quod febres longæ producant, vel abſceſſus circa articulos, vel labores, ſed ſolent etiam abſceſſibus circà alias ab hiſce partes finiri, iuxta aliam ipſius Hippocr. ſententiam, qua dicebat: morbos longos in abſceſſus terminari, & Iacobus conciuis meus non male dixit particulam (fiunt) interpretandam eſſe, pro fieri apta ſunt. Cur autem Hipp. etiam ea proponere voluerit, quæ nec ſemper, nec vt plurimum verificantur, cauſſa (quantum ipſe puto) fuit, quoniam tanta eſt varietas corporū, atque accidentium, quę circa ipſa contingunt, vt niſi in ijs medicus exerceatur, ſæpenumero fallatur, præterquamquod multo maius argumentum eſt ingenij & iudicij preclari prædicere in ijs, quę nec ęterna, nec neceſſaria ſunt, quàm in ſempiternis, atque neceſſarijs, quod igitur dicit Hippocrates eſt. (*Quibus accidunt febres diuturnæ, ijs fieri abſceſſus, vel labores circà articulos.*) Circà quod primum eſt videndum. Vnde fiant febres diuturnæ, ſecundum cur ipſas ſoleant conſequi abſceſſus, Tertium cur potiſſimum huiuſmodi abſceſſus fiant circà articulos, Quod attinet ad primum Galenus tres potiſſimum cauſas longitudinis morborum, & præcipuè febrium proponit, nempè copiam, craſſitiem, atq; frigiditatē; cum n. hæ omnes cauſſę, & ſeparatim, & coniunctim acceptę, ſint ſuperatu difficiles, ac propterea lōgo tempore egeant, ad hoc vt vincantur à calore naturali, neceſſe *Connexio.* *Dub.* *Sol.*

©BIUM

necesse est omnino, vt morbi qui ab ipsis fiunt, & fouentur, longe protrahantur, quod tamen potissimum, in febribus euenire cognouit Hippocrates, tum quia in his caussæ generantes morbos longos maximè omnium accumulantur, tum quia caussæ ijs contendentes, fiunt indies imbecilliores, eò quòd à calore febrili calor natiuus diminuitur, qui nec crassitiem, nec copiam, neque frigiditatem succorum vincere valet, quin potius ijs omnib. augendis auxilium non
Ad 2. exiguum præstat, Quod porro (Et erat secundum) febres diuturnas sequantur absceſſus, est quia cum natura quantum potest nitatur, aduersus materiam morbificam, eamquè opera natiui caloris alioquin imbecillioris redditi dissipare, & inhalitus, vt solet, resoluere nequeat, conatur saltem à nobilioribus ad ignobiliores partes depellere, quod vbi facere tentat, materia vel copia, vel crassitie, vel frigiditate, aut iunctis, aut separatis extra corpus per vias latiores exire non valens, in angustioribus firmatur, ibiquè suppeditata assiduè noua materia in tumulum tandem succrescit, sicquè absceſſibus occasio præbetur, siue fiant in internis, siue in externis partibus, & quamquam Hippoc. nominet articulos, attamen multo magis hoc contingit in ipsis emunctorijs. Hoc autem potissimum,
Ad 3. (quod tertio loco proposuimus disquirendum) contingit circà articulos multas ob causas, quarū vna est, quia partes illæ suaptę natura sunt imbecilles, ob quod facile suscipiunt, altera quia assiduo, & irrequieto motu inuitant saltem, si non trahunt naturam ad humores in sese pellendos, postremò quia in febribus natiua imbecillitas articulorum magnopere augetur non minus à frequentibus iactationibus, vel nimio ocio, quàm ab intemperie febrili, quibus etiam efficitur, vt postquam ægri defuncti sunt febribus, articulorum segnitiem, ac in motu labores, & lassitudines sentiant, quæ omnes magis (vt dixi) fiunt in febribus ipsis, tum cum absceſſu, tum sine absceſſu manifesto, quoniam calor natiuus magis hebetatus est, in Coacis prænotionibus habetur hic aphorismus paulo diuersus, vbi scribitur: in longis febribus, vel tubercula, vel ad articulos dolores efficiuntur, & si fiant non inutiles sunt, Celsus autem lib. 2. cap. 7. Quibus autem longę febres sunt, his absceſſus aliqui, aut articulorum dolores erunt, iuuat
Vtilitas Aphor. aphorismus in primis ad prędicendum in diuturnis febribus euentum, sed iuuat etiam in curatione instituenda, scilicet dum docetur medicus prædicere, ne huiusmodi mala subsequantur, quę frequentius circà pedum, & manuum articulos oboriuntur, propterea qđ hę partes in febribus maximè solent incendi, tum suaptę natura, siquidem declinantibus febrium acceſſionibus semper calor, vt dicebat Hippoc. descendit à pectore ad pedes, & manus, sicut in initio maximè omnium refrigerantur, tū quia, (vt perhibet Aristoteles secunda prob. sect. 26.) mos fuit medicorum antiquorum, vt curarent semper ante acceſſiones ægrotantium pedes cooperiri, quod ij valdè tententur frigore, quemadmodum etiam Hipp. secundo acut: commendabat, vt pedes semper quàm maximè calerent.

---

45 *Quibus tubercula, vel in articulis labores fiunt; hi pluribus vtuntur cibis.*

Galenus

45 Quibus

Galenus interpretans hunc aphoriſmum pauciſſimis verbis vſus eſt, nihilquè aliud dixit, quam Hippocratem de conualeſcentibus tractare, quibus, dum implentur, veriſimile eſt plethorica excrementa fieri, & maximè propter facultatis imbecillitatem: Verum de continuatione aliqui mira imaginantur, vt occaſionem habeant Galenum in antecedenti commentario mordendi, ego autem puto non longe petendam eſſe connexionem, cum ſint veluti coniunctæ ſententiæ, nam quia dixerat Hippoc. ſimpliciter poſt febres longas fieri tubercula, & dolores circà articulos, nec id erat perpetuo verum, nunc quando potiſſimum id ſuccedat voluit docere, dicens: ſcilicet tunc maximè fieri, quando pluribus alimentis vtuntur, ità vt ſententia ſit explicatiua ſuperioris, ac propterea & ipſa pertinens nonnihil ad prognoſim, ſed maximè ad partem medicinæ ἀντιολογικήν, & prophylacticem; Quæ hic latinè vertunt tubercula, nec malè græcæ ſunt Φύματα, ideſt naſcentiæ, ἀπὸ τ̃ Φύεσθαι, quod eſt naſci, ſic enim appellant barbari, quemadmodum & exituras, quod vocabulum eſt quidem indecorum, at maximè proprium, quippe quod exprimat verum effectum, qui eſt ab internis ad extimas partes exitus. Porrò quod fiant tumores, & labores circà articulos, præſertim pedum, & experientia, & ratione probatum eſt, quandoquidem vbi calor imbecillus eſt, & copia ciborum, neceſſario gignuntur cruda, craſſa, & copioſa excrementa, quę (vt alias dixi) pelluntur à natura ad imbecilliores partes, cuiuſmodi ſunt articuli. Habetur quoque præſens aphoriſmus lib. 7 aphoriſ 66. Sed in duobus, diuerſus in vno, quia ibi legitur (Φύματα μακρά) neq; ſcio quid ibi faciat, dictio (μακρά) in altero, quia ibi non legitur ἐκ πυρετ̃ μακροῦ, vt hic in aliquibus contextibus, ſed ſimpliciter ἐκπυρετ̃, imo etiam in quibuſdam alias manuſcriptis codicibus præſenti aphoriſmo deeſt vox μακρῶν, & certè mihi quoq; magis placet, vt legatur ſimpliciter ἐκ πυρετ̃, quoniam febres longæ ſuaptè natura abſque errore victus aptæ ſunt producere & tumores, & labores articulorum, quēadmodū febrib. iam integrę, & rectę finitis, ferè haud alia ratione poſſunt contingere prædicta vitia, quam ob errores in cibo, & potu commiſſos, id quod etiam Hipp. ſignificauit in 2. lib. aph. quādo ſcripſit: eos qui non reficiuntur ex morbis, aut egere euacuatione, aut pluri uti cibo. Voluit itaq; Hipp. dicere, qđ ubi febres per criſim, aut alia ratione ſint plenè ſolutæ, ſi nihilominus fiant tumores, atque labores circa articulos, aut alias partes, id totum contingere illius alimenti vitio, quod ſumitur, quæ ſententia etiam ab Auuicenna fuit confirmata vigeſimaſecunda 3. trac. 2. cap. 1. vbi dicebat, eos qui euadunt à diuturnis ægritudinibus incurrere iūcturarum dolores, niſi recto victu vtantur, quod tamen (vt dixit) Gal. neq; ſemper verum eſt, neque etiam vt plurimum; ſiue intelligamus de verè conualeſcentibus, ſiue de non uerè, quamquam rationi conſentaneum eſſe, quod dicit Hippoc. de vere conualeſcentibus euidentiórem habere veritatem; in quibus cum nil ſit relictum materiæ morbificæ, ſed tota conſumpta, ſi quando tumores, & labores incurrunt, neceſſe eſt, ij à cibo, & potu occaſionem nanciſcantur, ſi verum eſt, quod ſcripſit Hippocrates quarto de morbis, nempè morbos humorales fieri à cibis, & potibus, ex quiqbus ſolis ij gigni poſſunt. Etſi. n. in reliquis integrè conualeſcentes, nil mali habeant, ipſo rū tamen coctrix facultas à febribus debilitata immodicum cibum, & potum ad bonam frugem

Connexio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 380 sur 867

©BIUM

reducere nequit, vel excrementa producuntur, quæ ad emunctoria, & articulos, demandata prædictos morbos inducunt; non tamen necessario, quia possunt ea excrementa per aluum, per vomitum, per vrinam, & per sudores consumi, &

Not. notandũ, etiam ab inopia cibi fieri tumores circà pedes, vt perhibet Arist. 1. problem. 5. quia etiam à fame fiunt colliquationes (malè autem Theodorus transtulit consumptionem, & tabem,) quæ infrà delabentes faciunt tumores, sed circà

Vtilitas aphor. totos pedes, non autem solos articulos. Vtilis est aphorismus non rãrũ ad prædicendum futuros esse articulorum labores, & tumores ijs, qui post morbos malo victu vtuntur, Verum etiam ad præseruandum ab ijs, necnon etiam per euacuationem curandum; cum certum sit dogma medicorum, vt qui morbi efficiũtur ex repletione, Soluantur inanitione.

---

46 Si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debili, lethale est.

SI præsens aphorismus collocatus fuisset post quadragesimum tertium, vbi loquitur de febribus non in intermittentibus, haud multum esset laborandum in inuenienda connexione, verum quia ab ordinatore, (quisquis fuit) sunt

Connexio. interpositi alij duo, qui magis disparati videntur, non alia apparet cum superiori coniunctio, quàm quod in vtrisque tractatur de febribus, & de symptomatibus consequentibus febres vel finitas, vel perdurantes, scilicet in superioribus de febres finitas consequentibus, nunc de durantes adhuc, ita quod Hippoc. in hoc docere uoluit, quomodo medicus præcognoscere, & prædicere queat ex rigore febribus superueniente, adeò vt purum sit prognosticum dogma sine ratione, sine diuisione; Est autem sententia hæc, (*si rigor accidat febre non desinente, atque ægro iam debili existente, esse mortale*,) Vt autem possit exactè intelligi, primum expendere oportet, quid sit rigor, nam etsi librum habeamus Galeni titulo rigoris editum, nihilominus iuuabit non parum, breuem aliquam hac de re speculationẽ proponere, Nam qui rigor latinis, & græcis τό ῥῖγος dicitur, differt ab tremore, horrore, & frigore, quia tremor semper fit ab imbecillitate facultatis, nec semper cum sensu refrigerationis est; horror siue Φρική, est motus deprauatus & ipse, sed non tremor, verum absq; euidentis refrigerationis sensu; frigus dicitur manifesta corporis refrigeratio, sed absq; motu; At rigor est motus, seu potius concussus quidam corporis cum refrigeratione manifesta, atq; hic duplex & cum febre, & sine febre, nam & si Hipp. non cognouerit alium rigorem ab eo, qui cum febre efficitur, attamen vt plerisq. in locis docuit Gal. post tempora Hipp. quando in immẽsum creuit luxus, frequens fuit, atq; etiamnum est, ita vt inter alios morbos recenter natos rigorem numerare non dubitauerim in variarum lect: libros. fit autem in febribus ex lucta inter morbificam materiã, atq; ipsum calorẽ natiuũ, cum. n. materia siue frigida, siue calida mordax certè p. partes sensibiles fertur, facultas expultrix, quę ipse calor natiuus est, vel saltẽ nõ sine ipso, aduersus eã cõtendit depellere nitẽs, à qua repulsus semel, & iterũ calor, nec nõ refurgere nitens id certamẽ facit, & eũ motũ, qui rigor uocatur, & q. ob retrocessũ caloris ad intima refrigerationis sensum inducit, tãtisperq. is durat, donec materia ex toto, vel in ambitu, vel in maiores cauitates transmissa calor victor

vniuer-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 381 sur 867

vniuersum corpus calefacit, quod si vel tardissimè, vel numquam fiat, signum mortale esse soler; & Hipp. quot quot vel difficiliter, vel numquam post rigorem recaluisse narrat, omnes ferè perierunt. Nec huiscè obstat sententia Hippoc. lib. 1. de morbis, vbi generationem rigoris tribuit congelationi sanguinis à pituita sibi commixta, quoniam ibi congelationē vocat eam refrigerationem quę corripit sanguinem ob secessum caloris ad intima viscera, qui recessus fit etiam aliquando à pituita partes sensibiles lædente, dum scilicet à venis extra venas impetu fertur, Neque absonum est (vt existimat Cardanus) fieri motum rigoris in febribus quibus virium debilitas est coniuncta, quoniam necessitate, & violentia etiā debilissimos homines interdum celeriter incedere obseruamus, quādo, s. natura secundum suam extremam potentiam operatur, quam deindè operationem sequitur casus. Itaq; natura rigoris qui fit in febrib. huiusmodi est, quod interdum initio primo febrium, interdum post febres iam factas contingit, In febrib. interpollatis sępissimè rigores fieri certum est, Verum in cōtinuis, in quib. materia putrescens semper in venis manet, nec per corpus fertur, vt in interpollatis, aut numquam fiunt, aut solum modo dum inchoant, Vndè si quando iam factis continuis febrib. accidant rigores, maxima animaduersione opus est, vt propterea voluerit Hipp. prędentem sententiam nobis relinquere, nec non diffinire, quando huiusmodi rigor sit metuendus, & quando non *(Si incidat)* notat Galen. hoc in loco vnum, quod licet videri possit alicui grammaticale, attamen non est sine ratione, & fructu, nempè Hip. vsum esse verbo ἐμπιπτῃ, idest incidat, & non verbo ἐμπίσῃ, i. inciderit, vt monstraret sese non loqui de rigore, qui semel contigerit, sed de eo, qui sæpius accidat in febrib. continuis, si quidem vbi semel tantum rigor efficitur, nōdum ferri potest certum iudicium an id sit mortale, an vero sit crisis bona, quoniam potest, & ob facultatis imbecillitatem esse symptoma lęthale, & esse crisis mala, quę tamen in bonum desinat, Verum vbi sæpiùs non desinente febre fiunt rigores, semper mali sunt; Et huius luculentissimum exēplum habemus 3. Epid. ægr. 12. Mulier. n. quæ decūbebat in mēdacis foro, cum octies riguisset in toto morbi cursu, decimaquarta die tādem obijt, maximè verò lęthales, vbi fiunt ægro iam vi morbi debili reddito *(Non desinente)* Hippoc. initio Coacarum habet ἐνουσέχες, i. in continuitate. Potest hęc particula dupliciter intelligi, & quòd suaptę natura febris sit indeficiēs, & qđ rigore subsequente, non tamen febris vmquam intermittatur, nam solent febres in quib. non semel sed sæpè fiunt rigores intermittere, & desinere. Vtcumq; autem intelligatur, verum est, nam etiam si rigores in febrib. antea interpollatis accidant, post quos tñ non amplius febris remittat, mali sunt, & vt signa, & ut causę. *(Virib. Iam fractis)* Dubitant aliqui quomodo rigor fieri possit à virib. debilib. cum sit ingens concussus, sed non est à ratione alienum, vt & debilis secundum extremā sui potentiam operetur. Verum vbi quoq; æger debilis sit non malum, verumetiam mortale est, vt signum, & ut causa, & ratio est, quia vbi summa debilitas est, & morbi impetus ingens, necesse est facultas corruat, ac propterea mors sequatur, Vtrū autem (Quod aliqui putant) sit subaudienda alia particula *(Febre non deficiente, vel non magnopere subleuata,)* ego certè minimè puto necessarium, tum quia loquitur de febre suaptè natura deficiente, tum quia qđ de febribus ardentibus dicunt, in

Not.

Dubit. Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 382 sur 867

©BIUM

quibus ſudor rigori ſuccedit, qui febres multum ſolet leuare, haud accommodari poteſt Hipp ſententiæ, qui uult adeſſe uirium imbecillitatẽ iam ex morbo cõtractã, quę in febrib. ardentib. non ſit, quę cũ ſint acutiſsimę nõ ſolent ægros cõſumere, ſed uel finire eos, uel finiri. Quare ſiue fiat rigor in febre non deficiente, cum effluxu materiæ per ſudorẽ, aut ſine, ſiue ſit principium alterius febris, ſiue fiat ob retractionem ſolam natiui caloris ad cor, ſiue ob motum materiæ perniciosè ad intima, & lædente partes per quas tranſit, ſemper eſt mortale ſignum, modo virium imbecillitati coniungatur, Vtilis autem eſt aphoriſmus ad progn. ferendum, & cum certam pænę mortem ſignificet, vix alium vſum in medicina facienda habet, quàm ut medicus moneatur, ne hoc ſigno apparente ea remedia adhibeat, ex quibus poſſit ars infamari, & dedecus curanti obtingere.

Vtilitas Aphor.

---

47 *Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ, cruentæ, fetidæ, & biliosæ, omnes malæ. Et ſi bene exeunt, ſiue per alui excretionem, ſiue per vrinas: bonæ. Si verò non aliquid eorum quæ iuuant, per hæc loca excernitur, malum.*

Connexio. PERGIT Hippocrates docere rationem prædicendi in febribus, quæ cum ſymptomatibus coniunguntur, & ſicut in ſuperiori de accidentibus locutus eſt, q ab actionibus læſis, (cuiuſmodi eſt rigor, qui eſt motus præter naturã,) ſumuntur, ita nunc loquitur de febribus quas comitantur excrementa mutata, ita vt ſententia ſit dogma prognoſticum, atque ſatis longum, vt propterea Galenus ſtatim dixerit potuiſſe Hippocratem magis aphoriſtica breuitate uti, at voluiſſe longiori ſermone vti: nam etiam 7. aph. 7. habetur quoque, ſed paullo diuerſus: Diuiditur tota ſententia in tres partes quarum prima eſt. (*Excreationes*) ſecunda verò eſt. (*Si excreantur, &c.*) Tertia eſt. (*Sin verò nihil conferentium, &c.*) Priuſquam autem vlterius progrediamur explicanda eſt ratio propter quam Hippocrates receſſit à propria breuitate, quod quidem propoſuit Galenus ſed minimè diffiniuit: Ego enim puto non alia ratione ductum fuiſſe Hippocratem, quàm quod vidit rem non eſſe ita claram, quin habeat opus explicatione perſpicua, & longa, Vndè conſultum optimè erit, ſi nos circa ipſam paullisper immoremur, (Excreationes, ἀποχρέμψιες) hanc vocem propriè ſignificare ea excrementa quæ ſcreatu ab ore ducuntur, cuius ſolius quatuor conditiones, ſeu qualitates propoſuit, quia licet hę etiam intelligantur de alijs duabus quarum meminit, euidentius tamen conſpiciuntur in cunctis excretionibus, quæ fiunt per os ſiue excreatu, ſiue vomitu, ſiue tuſſi; omnes enim hæ ſub ſcreatu propterea complectuntur, quoniam nulla fit ab ore euacuatio, ſine aliquo ſcreatus veſtigio, (*In febribus*) monſtrat hæc particula Hippocratis ſcopum eſſe de febrib. ſermonem continuare, quamquam, quod ait etiam abſque febre verum ſit, ſed multo magis in febribus, atq; ijs non interpollatis, quarum calor facilius eas qualitates producit, quarum mentio habetur nempè liuidum, cruentum, & biliosum colores, necnon fœtorem, Etenim fit liuor, aduſtis à febrili calore humoribus, ſicut & cruentus, atq; bilioſus color, ab eodem paullo mitiori, Fœtorem quoq; eſſe ſobolem caloris febrilis putrefaciẽtis, ipſa experientia, atque ratio manifeſtè docent.

Diuiſio.

Scopus.

©BIUM

docent, ità vt vbi fœtor eſt, ibi quoque neceſſario ſit ingens putrefactio, quemadmodum ait Galen. 5. de ſimpl: med: 15. & vbi eſt putrefactio, ibi conſequenter ſit calor præternaturalis: (*Omnes malè ſunt.*) Quantum ſit ex ſui natura, quicquid præter naturam excernitur, ſemper malum eſt, quoniam vt dicit Gal. prauæ diſpoſitionis indicium eſt, Circà hoc dubium eſt an cruentæ ſint ſemper malæ, ex vna parte eſt Hippoc. lib. 2. & 3. de morbis vbi ſcribit pleurit: ſanguineam, & mortalem, ex altera eſt idem Hip. qui 6. Epid. ſect. 3 in fine dicit in pleuritide ſanguinea non mitti ſanguinem & Galen. ait, quia eſt mitiſſima & ſiciriſſima, nã vocat ſanguineam pleuritidem in qua excrementa ſanguinea ſcreatu excernũtur: Adhæc ſæpe excreantur cruenta à gingiuis, vel à venulis palati, abſq. vllo detrimẽto. Reſp: excreationes cruẽtas eſſe duplices, vel cruore ſolum tinctas, vel tota ſubſtantia cruentas, priores nõ ſemper eſſe malas, ſed poſteriores, poſſumus etiam reſpondere, hic Hippocratem loqui de ijs quæ frequenter, & aſſiduę tales exeunt non autem de ijs quæ interpollatim & raro. Verum (*Secedentes bene ſiunt bonæ*,) Sed dubitare licet, quomodo excrementa vlla ſuaptè natura praua poſſint bene educi, & conſequenter fieri bona, cum id quod ſua natura eſt tale, ſemper, & ubiquè ſit tale. Galen. dicit excretiones duobus indicijs, i. τεκμηρίοις cognoſci, quando rectè exeunt, nempè coctione, atque ferendi facilitate, quibus cõiungenda ſunt & alia tẽpus, ſub qua complecti poſſumus diem ipſam morbi, locus, morbi idea, ætas, & ipſius ægri natura, Hæc enim omnia vel multa ex ipſis ſi conſona ſint coctioni facilitatequè ferendi morbum, ità ut fiant loco ſalubri, tempore nõ morboſo, die decretoria, atq; in iuuene natura robuſto, etiã ſi mala ſint ſuaptè natura, efficiuntur bona: idquè ueriſſimum eſt, non modo in ijs, quæ per os excernuntur, verum etiam in egeſtionibus, atque vrinis, ſunt autem bona nõ tam ut ſigna, cum ſignificent naturę dominiũ ſupra morbũ, quam vt cauſſæ, quandoquidem ab ijs corpus emundatur, calorią. natiuo recreatio tribuitur. (*Si verò nihil vtile*) Hæc eſt tertia, atque poſtrema pars aphoriſmi, in qua dicit, ſi nihil conferens ab his locis, ſcilicet ore, ano, & veſſica excernatur, malum eſſe, quæ pars diuerſo modo ſcripta eſt 7. aphoriſ 71. ubi hæc habentur. Et vbi aliquid exiens ſteterit non purgatum, malum, quam diuerſitatem propoſuit quidẽ Gal. eo loco, ſed nil aliud dixit, forſan quia vtroq; modo vera eſt Hippocratis ſententia. Sed circà hæc verba quærendum eſt cur non dixerit (*ſi quid nocẽs excernatur*,) ſed maluit dicere (*ſi quid non iuuans*) nam non ſemper id videtur malum, quod non ſtatim iuuat, quia initio euacuationes alui, & urinæ ſæpe numero non iuuant, quæ tamen non propterea ſtatim vocari debent malæ. Reſpondendum ſapienter hoc Hippocratem pronunciaſſe, ſi quidem vulgare eſt quæ nocent eſſe mala, ſed non eſt ita perſpectum eſſe mala, quæ non iuuant, qualia ſunt complura promiſcua, At in febribus cõtinuis euacuationes pranorum niſi iuuent, ſunt malę, quia aſſiduis euacuationibus, atque ipſa febre uires fractæ nequeunt diù reſiſtere, ſed tandem ſuccumbunt, atque hoc etſi principaliter verum comperiatur in febribus non interpollatis, eſt tamen quoque verum in aliquibus intermittentibus, in quibus ità eſt exigua remiſſio, vt in ea non concedatur viribus ſeſe recreare, in his quoque ſi appareant ſimilia excrementa ſine coctione præcedente, mala ſunt, Quod porrò dicit Galen. in hac poſtrema parte

Dubit. *Solut.* *Dubit.* *Solut.* *Dubit.* *Solut.*

dupli-

©BIUM

duplicem contextum haberi, alterum cum erogatiua particula voci συμπτώσεως addita, alterum ſine illa, puto vtrumque ſuſtineri poſſe, ſi particulam συμφέρει, placeat referre, vel ad cõferentia ipſi naturæ, vel morbo referantur, nam malum eſt euacuari, quæ vtilia ſunt naturę, & malum eſt quoq; euacuari humorem, qui nullam ſecum vtilitatem afferat, Conducit aphoriſmus in primis ad prognoſim faciendam, cum diſcamus non expedire vtumquam ulla fiat euacuatio, niſi aliquod coctionis ſignum cõſpiciatur, confert quoq; ad curationem, quia docetur medicus non euacuari niſi, quæ confert euacuari.

Vtilitas Aphor.

---

48 *In breuibus non intermittentibus, ſi partes exteriores frigidæ, interiores vrun-tur, & ſitim habeat, lethale eſt.*

Connexio. HIC quoque aphoriſmus connecti poteſt ſuperiori, quod tractet, & ipſe de febribus coniũctis cum ſymptomatibus acceptis à mutatis qualitatibus factilibus; quando de calido & frigido externis, & internis, ſermo manifeſtus eſt, Corn: Celſus lib. 2. cap. 6. & 14. ſic hunc aphoriſmum tranſtulit. At cui febre non quieſcente exterior pars friget interior ſic calet, ut etiam ſitim faciat, ſeruari non poteſt. Habetur quoque hic aphoriſ. 7. lib. aphoriſm. 34. ſed paullo diuerſus ſecundum Galeni contextum eo loco. Habetur ſimiliter etiam primo ſeptimi. Sententia pura prognoſtica ſine ratione, longa ſatis, ſed indiuiſibilis, Galen. autem in ipſa explicanda licet breuis fuerit, diſertè tamen ſeſe geſſit, Vbi duo faci, Vnum eſt, an rectè Hip. addiderit (*febribus,*) vocem (*non deficientibus.*) Alterum eſt, quæ ſit cauſſa cur in ijs aliquando interiora urantur, & exteriora frigeant. Quæ duo nos examinabimus diligẽter. (*In febribus non intermittentib.*) Quod pertinet ad hæc uerba, uidetur ſanè ocioſa ea particula, ſiquidem in febribus interpollaris haud quamquam fieri poteſt ut interiora urantur, exteriora frigeant, quod ſymptoma dumtaxat in læthalibus, & perniciosiſſimis febribus obſeruatur, & Hip. in Coacis prænot: hanc eandem ſententiam proponens non dixit, in febre non deficiente, ſed in acuta. Imò uerò Gal. ipſe teſtatur, neq; ſe experientia aliter comprobaſſe, neq; intelligere quomodo eſſe queat, quod ſi id cõtingat in initijs acceſsionum ſit ſine ullo periculo, ſed ex ipſarum acceſsionum natura, quod uero ità placuerit loqui Hippocrati, non aliud habet Gal. quod dicat, quàm quod uſus ſit modo quodam loquendi populari, ut cũ dicuntur ſpondyli ſpinę, licet tamen in nulla alia parte ſint ſpondyli, quàm in ſpina. Verumtamen puto ipſum non ſine aliqua ratione ſic eſſe locutũ, ſcilicet ut complecterentur uerè continuas, quæ ueteres συνεχεῖς uocabant, uerumetiam quæ tertia die exacerbantur, & quæ per ſubintrantiam paroxyſmorum, numquam uidentur deficere (*Si exteriora frigeant.*) Quæ ſint partes externæ apud Hippocratem, & quæ internæ, ipſemet ſcribit in prognoſticis lib. 2. tex. 4 ubi dicens: eſſe malum ſi caput, pedes, & manus frigeant, uenter autem, coſtęq. caleãt; hanc eãdem ſententiam uidetur expreſsiſſe, modo tamen non extimas uentris, & coſtarum, ſed intimas partes intelligamus, atque per frigere interpretamur non tantum frigus ipſum euidens, & effatu dignum, uerumetiam teporem: Etenim ſępè extimas

etiam

etiam coſtarum, & ventris æque frigent, vel tepēt, atque extrema ipſa, vter enim horum coniungatur incendio inteſtino, & malum, & mortale eſt; maximè ſi periclaret hoc ſignum (vt eſt Hippocrates intelligendus:) (*Et ſitim habeat,*) lib. 7. aph. 1. ſcriptum. In acutis frigiditas extremorum malum, & dixit in acutis, vt excluderet acceſſiones intermittentiū, in quibus refrigerantur extrema, ſed nec ibi, nec ſecundo prognoſticorum quarto, ſitis mentio vlla facta eſt, nam vt malum ſit, ſat eſt frigere extrema, & interiora calere, ſed vt ſit mortale, oportet ſitis etiam adijciatur, nempè quę alijs iuncta ingētem, & irremediabile partium interiorum flagrantiam ſequitur, ſic enim dicebat Ariſtot. 27. prob. prob. ſecundo Meruentes, & qui ducuntur ad ſupplicia, necnon laborantes febre epiala ſitire, quoniam refrigeratis externis partibus calor confugit ad interiora, vbi ſpirituales partes calefaciendo ſitim, naturales verò alibi motiones facit: Neque enim ſemper ſitis ſequitur incendium inteſtinum, præſertim quando naturales partes inflammantur non ſpirituales, à quibus uerè ſit ſitis, vt ob id ſit mortalis tunc, quia ſignificat viſcera vitalia inflammari, quorum affectus ſuaptè natura ſolent eſſe mortales (*Mortale*) cur hoc ſit mortale, & à Galeno hoc in loco, & 2. prog. & alibi monſtratum eſt: Nam in febribus deficientibus, atque in ipſarum acceſſionibus fiunt partium interiorum feruores, & exteriorum refrigerationes, atque de his non loquitur Hipp. at de non deficientibus, in quibus huiuſmodi ſignum vel eſt ſuperueniens ipſi febri iam conſumatæ, vel eſt pathognomicum; Vbi eſt ſuperueniens, fit ob caloris natiui extinctionē, & ac propterea à mortale eſt, ſin autem ſit pathognomicum, fit hoc ſymptoma (vt bene dicit Galen.) vel ab Eryſipelate, vel ab aliqua uiſcerum inflammatione, merito cuius ab uniuerſo corpore fit ſanguinis, & aliorum humorum ad locum affectum attractio, adeò vt externæ partes à ſanguine, & natiuo calore deſertæ refrigerentur, internæ uerò ardeant, cuiuſmodi eſt ea, quam lipyriā pleriquè vocarunt, vt Hipp. 3. de morbis Gal. hic. & 2. prog. Aetius lib. 6. cap. 89. Dixi autem (*pleriq.*) Quoniam Meſues & Anuic. prima quarti doct. 2. cap. proprio vult differre Epialam à lypiria, eo quia in illa exteriora calent, interiora frigent, in hac contra, qđ ſcilicet in illa putreſcētis pituitæ vapor calidior in extimas partes feratur, pars uerò nondum putrefacta, ſed remanens intus refrigeret, contra in lypiria. At Ariſtot. 27. ſep: probl. 2. videtur appellaſſe hanc febrem Epialam, ubi ſcribit laborantes hac febre, ſimul ſitire, & frigere, perindè atque illos, qui ad ſupplicia ducuntur. At de huiuſmodi varietate plenius habetur diſputatum apud Conciliatorem differ: 92. & veritas eſt tam in Epiala, quā in lypiria ægros ſimul frigere, & calere, ſed eſſe differētiā, quoniam in Epiala frigus, & calor in eadem parte reperiuntur quo ad ſenſum, licet nō quo ad ueritatē, ut alias ſtatuimus, in lypiria uerò calor eſt in intimis, frigus in extimis. At oritur hoc in loco dubium, vtrum uerum ſit quod ait Hippoc. circa initium clocarū, lypiriam ſola cholera ſolui, nam cū cholera ſit morbus per ſe grauiſſimus, ſi coniungatur alteri graui, potius uidetur accelerare mortem, Sed reſp. accelerare mortem, ſi uires inueniat debiles, ſin validas impetu illo ſurſum, ac deorſum facto euacuari noxia, aut certè à præcipuis partib. abduci. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum &c.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

49 *In febre*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 386 sur 867

©BIUM

49 *In febre non intermittente, si labrum, vel oculus, vel nasus, vel supercilium peruertatur, vel non videat, vel non audiat, iam debili existente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima est.*

HABETVR hic aph. etiam 7. aph. 70. & in Coacis prænotionib. vbi ait tantum esse mortale, hic verò mortẽ esse proximam, qđ forsan fecit, quia hoc in extremo vitæ obseruarat. Pergit igitur Hipp. docere modum prædicendi mortem in febribus continuis ex superuenientibus accidentib. & cum id quoq; *Connexio.* supra fecerit à qualitatibus mutatis, nunc ab actionibus animalibus læsis docet non modo ipsam mortem, sed & ipsius tempus præcognoscere, atque prædicere, adeò vt sententia pura sit prognostica, & licet longiuscula, non tamen in plures partes diuisibilis. Est itaque sententia hæc, (*si in febre non deficiente, vel labrum, vel cilium, vel supercilium, vel oculus, vel nares peruertantur, nec videat, nec audiat æger, atq; iam debilis sit, signum esse, quod mors iam proxima sit.*) Quid sit distorsio seu διαστροφή satis appositè docuit Galenus in com: dum scripsit, fieri has, vbi nerui in partes mouendas descendentes contenduntur, necnon ad propria principia contrahuntur, quæ contentio, atque contractio efficiuntur, vbi ipsæ vel inflãmatione, vel Scyrrho seu duritiæ, vel siccitate, aut frigiditate immoderatis, aut à vaporibus malignis afficiuntur; quæ mala eo deteriora sunt, quo neruorum principio sunt proximiora. Cęterum pro clariori huius aphorismi intelligen- *Prob. 1.* tia: Videndum est cur Hippocr. tractans de contractione partium in febribus continuis, cur (*inquã*) potissimum meminit labij palpebræ supercilij, oculi, & na- 2. rium. Deindè cur in febre non deficiente, tantum periculi immineat ex hu- 3. iusmodi distorsionibus: Tertium, cur si non videant, nec audiant, quibus antedictæ partes peruertuntur, cito moriantur, maximè verò si debiles sint; Circà *Ad 1.* primum illud in primis scire oportet, aliquam esse in contextibus græcis varietatem, nam Galeni contextus præter quattuor partes antedictas, habet & aliam nempè βλέφαρον, i. palpebra, quam etiam partem habuit contextus Celsi: postquã is lib. 2. cap. 6. transferens hunc aphorismum inter alias partes enumerat quoque palpebram, in prognost. etiam vbi Hippoc. hanc habet eandem sententiam palpebrę mentionem facit dimissio supercilio; at ex aduerso magna pars cõtextuum caret voce illa (*palpebra.*) Ex Galeni com: nõ potest colligi vtra sit melior lectio. Verum postq; etiam palpebræ contractionem patiuntur, imò verò etiam euidentius, quam supercilium, possumus & eam apponere, atque etiam dimittere, Arist. 31. sect prob. 27 & 28 quærens cur vnius omnium animalium homini trãsuertãtur, oculi, & cur oculi potissimũ ipsi distorqueãtur, plures affert causas; prior est, quoniã solus morbo epileptico exercetur, qui est totius corporis cõuulsio, & in qua maximè oculi solent peruerti: Sed in hoc fallitur, quia sunt complura alia animalia, quæ simili morbo tentantur, vt narrat Hipp. lib. de sac: morbo, de ipsis ouibus, atq; capris, quas Plutarchus quoq; in quæst: Romę scribit lege uetitum attrectari, quod morbo comitiali tententur, Deceptus pariter uidetur Plinius, qui lib. 10. in fine cap. 23. dixit præter hominem solas coturnices tentari

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 387 sur 867

tari epileptico morbo, cum tamen & feles, & canes, & accipitres, & graculos eo uexari non incelebres authores obseruarint, ut Assyrius equos. Altera causa ab Aristotele allata est, quia homo respectu bellluarum habet minus interstitij, inter oculum, & oculum, cum aliquali rectitudine, ita vt facilis sit ab ea rectitudi ne aberratio, quam deinde sequitur deprauatio, Tertia causa quam assignat est, quia animalia oculos fere vnicolores habent, homo autem varios habet, vt etiam vndecima sect: 10 probl. visum fuit: Verum illud hoc loco notandum est, quemadmodum oculorum, ita quoque aliarum partium ab Hippocrate enume- Not.
ratorum, tres apud Auuic 3. tertij, atq; alios medicos esse causas peruersionum, Vel enim propter musculorum ipsorum mouentium resolutionem, seu ut dicunt barbari mollificationem, vel propter eorundem conuulsionem, seu vt ait Gal. ob eorũdem inflammationem, scyrrhũue, aut immodicã frigiditatem, aut siccitatem, vel ipsius cerebri, atque adeo neruorum principij aliquam affectionem, vt phrenesim, His enim omnibus de causis experientia comprobamus partium corporis contorsiones accidere, attamen multo frequentius spectantur in ipsius capitis partibus, quoniam hæc origini neruorum sunt proximiores, sine cuius læsione, aut essentiali, aut per consensum, similes contorsiones haud fiunt, Hæc itaque causa fuit propter quam Hippocr. maluit exemplum tradere prædictarum partium, quam aliarum. Iacobus duas alias causas affert, scilicet, quia per has partes affectas maximè significatur cerebri morbus, & quia cum hę partes sint cõspicuę, illarum affectio faciliter cognoscitur. Ad secundum propo- Ad 2.
situm videtur respondisse Galenus, qui dixit: difficiles esse huiusmodi contorsiones, quoniam fiunt prope neruorum principium, ac propterea ipsi facile communicatur malum, qui hac ratione solet esse graue, Nam solebat dicere Plato in Timeo: deterrimum omnium malorum esse illud, qui fit in capitis medulla; quod etiam ab Hippocrate plerisquè in locis memoriæ traditum est, cum ergo suapte natura febris quælibet continua sit periculosa, non est dubitandum quin prædicti symptomatis accessione multo deterior, & periculosior euadat, Circà Ad 3.
tertium, qui erat de propinquitate mortis, sciendum est, duo esse præcipua quib. dicebat Hipp. in prognosticis præcognosci mortem, nempè morbi magnitudinem, & virium infirmitatem, quæ quo sunt maiores, atque vehementiores, eo celerius mors expectanda venit, qđ vires collapsę aduersus potentem inimicum, minimè possint contendere, sed statim extinguantur, vbi igitur ægri cõtorsione aliqua in febre cõtinua occupati, nõ vident, neq; audiunt, signum est morbũ capitis maximum esse, cumq; vires infirmæ sint, haudquaquam diù, posse suf- Dub.
ficere, qn cito penitus ruant. Vtrum autẽ, qđ dicit Gal. huiusmodi ægros nõ videre nec audire propter facultatis sensitricis imbecillitatẽ sit uerũ perpetuo, valde dubito, q, vbi vehemẽtes sunt oculorũ cõtorsiones, vt in febrib. perurentib. solet euenire, potius fiũt visus, & auditus priuationes ob vitiũ instrumẽti, quam facultatis, quãquam, & ipsa minimè potest esse incolumis cerebro valdè intemperato existẽte, & pręcipuè multũ exiccato, quemadmodũ in febre cõtinua accidere rationi est cõsentaneũ, vt propterea huiusmodi cõuulsi potius inanitioni, quę semper est deterior, quam repletioni sit adscribenda, licet etiã vitio prauorũ vaporũ interdũ fiat, quã vocãt nõ proportionatũ ad materiã, atq; hæc de præsenti sentẽ-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 388 sur 867

©BIUM

tiam circà quã illud oritur dubiũ cur Hipp, voluerit dicere (*In febre nõ deficiente*) nam in febribus interpollatis nequaquã contingere ſolent hęc ſymptomata. Cui reſpondendum eſt Hipp. ita eſſe locutum ad differentiam aliorum affectuum, quibus ſolent ſimilia ſymptomata copulari abſq; febre, vt ſępe videmus epilepticis, atq; alijs non febricitantib. labia genas, oculos, palpebras diſtorqueri. Vtilis aphoriſmus, ad prædicendam mortis celeritatem, quod genus prædictionum ſolet medicorum exiſtimationem augere, præſertim apud Vulgares, qui amant non tantum vniuerſales, quantum peculiares prædictiones.

Dubit. *Solut.* *Vtilitas Aphor.*

---

50 *Vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit, lethale.*

Connexio. ET huius quoq; aphoriſmi cum ſuperiore connexio ſatis aperta, & manifeſta eſt, quandoquidem tractat de alijs ſymptomatib. febrium continuarũ, pertinentibus ad actiones lęſas vitales, atq; principes, ex quarum læſione docet prænoſcere mortem, ità vt ſit tota ſententia dogma prognoſticum ſimplex, atq; ſine ratione, Quod autem dicit Hippocr. eſt, eas febres continuas eſſe mortales, in quib. fit anhelandi difficultas, & delirium. In Coacis prænot: non longe ab initio, addũt etiam ſingultus, qui certè tanto magis mortem accelerat, & notandum hæc duo ſymptomata accepiſſe vt principalia, quoniam, vt delirium attinet ad Ἡγεμονικὸν ſic difficultas anhelitus ad actionem vitalem præcipuam, ſcilicet, reſpiratione ſine qua ne tantillum quidem uiuere licet, vt dicebat Ariſt. Dicit itaq; *(In febre continua)* quoniã deliriũ etiã in interpollatis fit, vt in acceſſionib. vehemẽtib. tertianarũ, & quartanarũ, in quib. etiam aliquãdo fit ſpirãdi difficultas, ſed neutræ ſunt lethales, quoniã fiunt ratione febris, aqua ſublati vapores in caput, & in pectus tũ intellectũ, tum etia reſpiratione ſigniter lædunt (δύσπνοια,) i. anhelandi difficultas, quomodo fiat, & quid ſit, & quas cauſſas habeat luculẽter ſatis docuit Gal. trib. illis prę clariſſimis lib: quos περὶ δύσπνοίας in ſcripſit, & 2. prog. 56. inter alia ſigna mortalia recẽſet ſpirãdi difficultatẽ, ſicut ĩter ſigna ſalutaria in omnib. morbis acutis recẽſet ſpiratione facilem, & iure huiuſmodi ſignũ adeò magni eſt momenti exiſtimatũ, ſi quidẽ ſtatum earum partium, atque viſcerũ oſtendit, in quib. vita eſt collocata, ſ. cordis, pulmonũ, atq; pectoris. *(Et delirium)* Si vt dicebat Hip. 2. aph. 33. in quouis morbo mẽte conſtare eſt bonũ, & male conſtare eſt malũ, maximè id eſt in cõtinua febre, quę ſuaptè natura periculoſa eſt, & eo magis vbi eſt adeo ingens, vt faciat anhelandi difficultatem, quare vere dixit Hip. *(eſſe mortale)* ſi delirium adſit, & difficultas anhelãdi, quia illud animalem, hæc vitales facultates inſigniter eſſe læſas monſtrant. Sic etiam dicebat Celſus lib. 2. ca. 6. eum ſeruari non poſſe, qui febre non quieſcente, & delirio, & ſpirandi difficultate vexatur. Verum de delirio eſt notandum, non eſſe ſemper mortale etiam ſi copuletur difficultati reſpirandi, ſed tunc ſolum, quando continuum ſit, & cum febre continua, Etenim melancholia eſt delirium, ſed quia ſine febre eſt, non infert periculum vitæ: Cæterum primo videndum, quomodo cognoſcatur delirium in febribus, nam id ſemper non eſt compertum: Deindè vtrum hoc de quo loquitur Hippoc. ſit vera phrenitis: Circa primum Abderitami cum peterent ab Hipp. vt curaret Democritum inſanum putatum dicebant eum abſurda, & à communi hominum ſenſu aliena ſentire,

Not. *Not.*

©BIUM

ſentire, loqui, & operari. Verũ ex his quę ſparſim apud Hip. leguntur quatuor ſigna colligũtur, qb. delirãtes cognoſci poſſunt, Vnũ eſt indecorus corporis, ſitus de quo Hip. 1. progn. 18. Alterum verborum abſurditas, ſic enim in prorrhet. & Coacis, moderati reſponſio truculienta, mala. Tertium nõ ſentire dolorem, ut 2. aph. 6. Quartũ eſt morũ diſſimilitudo, vnde in Coacis, & prorrhet. deliria paullarum ferotia ferina. Vtrum vbi delirium eſt perpetuũ, cum febre cõtinua, & anhelãdi difficultas, ſit aut vera phrenitis ex inflammatione membranarum cerebri, aut ex inflammatione ſeptitranſuerſi, magnopere dubito, quoniam febres ex maligna putredine circà partes ſpiritales faciunt ea omnia, neque tamen adeſt vlla ex prædictis inflammationibus ex quo pro delirio non ſola intelligenda eſt vera phrenitis, ſed ſimpliciter delirium cum febre, cuiuſmodi plerumque ſignificare ſolet vox παραφροσύνη, hic ab Hippocrate vſurpata, & in multis alijs locis, Itaque illud conſtantiſſimum eſt apud Hippoc. ſpirationem bonam, vel malam ſingularem quandam vim habere, tum ad ſalutem, tum ad mortem ſignificandam, eo quod per ipſam non modo ſtatus facultatis vitalis, verumetiam animalis ſignificatur, cum reſpiratio vtriuſque facultatis opus ſit, ſcilicet motricis, atq; naturalis, illud tamen eſt animaduertendum, quod hic dicit Hip. de delirio atq; anhelandi difficultate, haud eſſe de quibuſlibet intelligendum, ſed de inſignibus, & continuis, atque de illis, quæ non ſunt ſolum à febre dependentia, verum & aliquam habent in ipſis viſceribus firmam, atq; eſſentialem exiſtentiam, Sed dicet aliquis vbi eſt delirium, non ſemper eſſe anhelandi difficultatem, quoniam vt Hippoc. & Galenus ſcribunt 1. prognoſt. 21. & in hoc commentario, & pleriſq. alijs in locis: reſpiratio delirantium ſolet eſſe magna, & tarda, veluti etiam ſuſpirantium præ amore ſcolarium, vt ait Conciuis meus, ſi quidem vbi animus abducitur ad alias cogitationes, dimittit inſeruire reſpirationi, quam poſtmodum magnitudine conatur reficere, Cui reſpondendum eſt; nomine δύσπνοίας apud Hippoc. intelligi, quamcumque reſpirationem prętternaturalem, cuiuſmodi certè eſt delirantium, atque ita eſſe, ſatis diſertè docuit Gal. lib. 1. de difficultate reſp: vbi ſcribit δύσπνοιαν eſſe læſionem reſpirationis ſicuti δυσαισθησίαν ſenſus, & δυσκινησίαν motus. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem faciendam in cunctis morbis acutis, quia ſicuti mortale eſt in acutis aſſidere, & vehementer delirare, ſimulquè difficiliter reſpirare; ſic ſalutare eſt & mente valere, & facilem ſpirationem habere.

Deliratiũ ſigna quatuor, & quæ.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

51 *In febribus, abſceſſus qui ad primas iudicationes non ſoluunt, longitudinem morbi ſignificant.*

QVAMQVAM præſens aphoriſmus poſſit intelligi de febribus non interpolatis, de quibus antea fuit ſæpè locutus, attamen magis probo, vt interpretemur eum de cunctis febribus, nempè quod in omnibus præſertim diuturnis abſceſſus fieri cõperiatur. Eſt itaq; Hipp. Scopus docere qd ſit prędicendũ in febrib. cõiunctis cũ abſceſſib. ita vt ſententia ſit tota prognoſtica, ac minimè diuiſibilis, quam transferens Celſus lib. 2. cap. 5. notũ eſt longum

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 390 sur 867

©BIUM

fieri morbum, vbi quod inter febres aliqua parte abſceſſit ad ſanitatem non peruenit. Galenus exponens hũc aphoriſmum (ſi vmquam alias,) fuit breuiſſimus, nec aliud quicquam dixit, quam rem eſſe clariſſimam, nec Hippocratis teſtimonio indigere, quod manifeſtum ſit, abſceſſus omnes qui in primis iudicationib. non finiuntur, neceſſario longos euadere. Verum non tanta eſt ipſius facilitas, quin putem opus eſſe aliquo diſcurſu, & examine, maximè cum non conueniat Hippocratis grauitati adeò communia, & nullius vſus, ac difficultatis inter aphoriſmos nobis proponere. Primum itaque videndum cur hic tacuit febres non deficientes, cum ſupra ſæpius id egerit. Cui reſp: id quod etiam retro dicebam, nimirum hoc non tantum in continuis, verumetiam in aliquibus interpolatis veluti quotidianis, & quartanis ſpectari, in quibus ſi quando materia nimium ſit copioſa, proculdubio ſui copia ſtimulatur natura ad excernendum, ita vt fiat cito criſis, ſed imperfecta, in qua cum magna adhuc materiæ, & antecedentis, & coniunctę relinquatur copia, planè morbum fore longum pręmonſtrat. (*Ad primas iudicationes,*) putant nonnulli hic per primas iudicationes, eſſe intelligendas ipſorum abſceſſuum apparentias, quandoquidem in febribus numquam apparent; niſi cum ſtimulata natura, materiã excernere tentat, quæ eſt ipſa iudicatio, vel perfecta, vel imperfecta. Ego verò exiſtimo pro primis iudicationibus eſſe intelligendas expulſiones primas quaſlibet, in quibus ſi prætet alias fiant quoque abſceſſus, qui nec tollant febrem, nec imminuant, certum eſt morbum futurum longum. Vtrum autem tempus primarum expulſionum, ſeu indicationum ſit ſtatuendum ante vigeſimam, an ante quadrageſimam diẽ, non admodum laboro, quia id quod dicit Hippoc. poteſt quoq; verum eſſe ante quartam decimam: (*Non ſoluta*) Maior pars interpretum transfert hæc verba, tamquam actionem, non paſſionem ſignificent, mihi autem magis placet eorum interpretatio, qui pro paſſione interpretantur, tamquam Hippoc. dicere voluerit, ſi abſceſſus, qui in primis febrium iudicationibus non ſoluuntur, &c. ita enim, & verbis grecis magis correſpondet (μὴ λυόμενα) & rationi quoq; conſonat, vndè immerito damnat Card. Gal. qui putauit hũc aph. nõ adeò difficile, quoniam ſi ita exponatur, ſatis clara eſt ſententia, atque ratio ſententię. Ego pariter laudarem eorum cogitationes, qui arbitrantur ſupplendum eſſe, (*vel febrem non minuant*) niſi maluiſſem paſſiuè potius, quam actiuè (vt dicunt) eam vocem eſſe accipiendam, in quo caſu nil eſt neceſſe addere, quoniam vere huiuſmodi abſceſſus, qui nõ finiuntur primis iudicationibus, ſolent morbum longum pręſtare, vel ſaltem ſignificare. Porrò abſceſſus cum ſoluantur, vel diſcuſſione, ſeu reſſolutione, vel maturatione, & ruptione, vel receſſu materiæ, hic poſtremus modus pœnę ſpurius eſt, & ob id in Hippoc. verbis nullum habet locum, at de primo, & ſecundo modo intelligendum eſt, quia bona utraque eſt apoſtematum ſolutio, de quo Hippoc. 6. Epid. ſuppuratio non reuertitur, atque ſi alterutra caret, profecto id contingit, vel ob materiæ morbficæ exuperantiam, uel ob eius cruditatem, coctioniq. reſiſtentiam, ob idq. neceſſariò morbus euadit longus: (*Morbum longum:*) nam ſiue pro morbo intelligamus ipſam febrem, in qua ſit factus abſceſſus, ſiue ipſummet abſceſſum, perindè eſt, quoniam vtriuſq; longitudo ſignificatur ex materiæ copia, atque cruditate. Vtilitas aphoriſmi eſt in

Dubit. *Solut.*

Vtilitas Aphor.

prædi-

prædicendo longitudinem morborum, qui non ſolum de abſceſſibus intelligi poteſt, verum etiam de quolibet alio ſymptomate ipſis febribus ſuperueniente, quod ſi prima iudicatione non ſoluatur plane morbi longitudinem ſignificat.

---

52 *Quicumque in febribus, vel in alijs morbis ſponte illachrymant, nihil abſurdum, qui verò non ſponte, abſurdius.*

LICET præſens aphoriſmus ſit de alijs quoque ægritudinibus à febribus, attamen poteſt dici in ipſo quoq; tractari de ſymptomate febrium ab excrementis mutatis ſumpto, quæ ſunt lachrymæ, de quibus loquens Hippocr. 6. Epid. ſec. 8. aph. 23. dicebat: lachrymas eſſe conſiderandas num volenti, an inuito, vel multæ, vel paucæ, aut calidæ, aut frigidæ, in quibus etiam craſſitudinem, & ſaporem inſpicere oportet, & vere eſt pura ſententia prognoſtica, imò uerò eſt eadem, quę habetur primo prognoſt: contextu nono, vel decimo, ſcilicet malas eſſe eas lachrymas, quæ præter uoluntatem fluunt. Diuiditur autem aphoriſmus in duas partes, quarum prior eſt de uoluntarijs, poſterior verò de inuoluntarijs lachrymis, Quod in prima parte dicit Hippocrat. eſt (*in febribus, & alijs ægritudinibus, nil verendum eſſe ſi lachrymæ ſecundum voluntatem profluunt.*) Quod autem in ſecunda dicitur eſt, (*deterius eſſe ſi præter voluntatem ægri lachrymentur,*) quam partem transferens Corn: Cel: lib. 2. cap. 4. dixit. Sine voluntate lachrymare mali morbi teſtimonium eſſe; habuit Hipp. quoq; alibi, vt 6. Epid. ſect. 1. tex. 20 hunc aphor. & ſect. 4. Epid. circà finem, & primo progn. 10. Vnde putauit etiã aliquid magni, poſtquã toties repetijt (*In febre, & alijs ægritudinib.*) quid per alias ἀῤῥωστίας, ideſt in valetudines intelligat Hippocr. non clare explicuit Galenus, licet tamen exiſtimare ipſum voluiſſe intelligere, non modo proprias, & graues oculorum affectiones, cuiuſmodi eſt ophtalmia, & vlcera; uerumetiam quaslibet alias, Verum illud eſt dubium de prima parte aphoriſmi, quia non videtur digna Hippocratis grauitate, quãdoquidem nemo eſt, qui ignoret, vbi quis ſiue ſanus, ſiue æger ſit, ſecundum electionem lachrymatur, poſſe quidem aliquid mali in animo ſignificari, ut faciunt pueri, mulieres πρὸς δάκρυα πεφυκότες, vt ait Euripides, nec non melancholici aliqui, Verum in corpore nullum malum ſignificari. Pro qua dubitatione diluenda operæprecium eſt ante alia videre quid ſit lachryma, hoc eſt, quæ ſint illius cauſſæ materialis, f. formalis, efficiens, & finalis. Pro quibus videnda eſt noſtra tractatio de lachrymis, &c. Iam uerò cum lachrymæ uoluntariæ in ſanis poſſint eſſe malæ, qđ arguant animi ægritudines, & corpóris malas diſpoſitiones, ut ab ijs diſtingueret, dixit in ægritudinibus non eſſe malas, quantum ſit ex ſeſe, quia ſiue laborent oculi propria aliqua affectione, ſiue non; lachrymæ uoluntariæ numquam malæ, ut ſigna, licet ut cauſſæ poſſint eſſe, quia lachrymę uoluntariæ, & pręſertim immodicę magis exaſperant oculorum affectiones, ut uidemus prę multis lachrymis oculos inflammari, & genas ipſas ulcerari, quod dicunt contigiſſe D. Petro, & alijs ſanctis uiris. Vtrum autem nomine uoluntariarum lachrymarum ſint quo-

Connexio.

Diuiſio.

Dubit.

Solut.

que

©BIUM

que intelligendæ, quæ fiunt à cauſſis procathareticus, vt putarunt aliqui non aſſentior, quoniam dictio κατὰ προαίρεσιν, ſignificant propriè ſecundum electionem, vbi autem fiunt lachrymæ, vel à fumo, vel à cæpis, quemadmodum ait Ariſtot. 22. problem. 20. ſect. fieri, ob caliditatem, tenuitatem, & lentorem, non poſſunt vere dici factę ſecundum electionem, quales ſunt illæ, quas mærendo emittimus, quippe quas idem Ariſtot. 31 ſect. probl. 24. dicebat calidas eſſe, ſicuti frigidę, quæ emittuntur laborantibus oculorum malacia. (*Nihil abſurdum*) ἐυδὲν ἄτοπόν græcę eſt, ἄτοπον, autem apud Græcos propriè ſignificat non modo quod malum eſt, verum ita malum, vt nullum locum capiat, hoc eſt ingens, & expaueſcendum malum, vult itaquedicere Hippocrates; lachrimas etiam voluntarias in febribus, & ægritudinibus non eſſe malas, ideſt non eſſe inſignitet malas, quod quoque dixit 4 Epid licet in 6. ſect. 1. dixerit: in acutis male habentibus, voluntarias eſſe bonas, & inuoluntarias malas, vtitur ſæpę Ariſt. voce (ἄτοπον) pro eo quod abſurdum Latinis dicitur, atque hæc de prima parte ſequitur ſecunda, quæ eſt. (*Quibus autem fiunt non ſecundum electionem deterius, ſiue abſurdius eſt,*) Celſus lib 2. cap. 4. ſine voluntate lachrymare mali morbi teſtimonium eſt. Lachrymę præter uoluntatẽ, fiũt pleriſq; de cauſſis, & in primis fiunt, (vt retro dicebã) à cauſſis procatarcticis, veluti Cępis, fumo, curſu, & ſole, ſummatim autẽ à frigore, & calore; & (vt bene dixit cõciuis meus) dicũtur apud Hip. quæcũque fiunt abſque vllo animali appetitu veluti triſtitia, timore, alijſquè paſſionib. Ariſtot. 5 ſectio. probl. 13. dicebat: lachrymas cieri ubi quis à Sole percutitur, & vbi æquo vehementer decurrit. Præterea fiunt ratione ætatis, diſpoſitionis naturalis cerebri, vel conſumptionis illius carunculæ angulorum oculorum, fiunt quoq; & ab alijs cauſſis internis, vt à męrore, necnon ab ægritudinibus proprijs oculorum, ſed & ab imbecillitate virtutis contentiue, Iam verò lachrymæ à cauſſis procatarcticis ex ſeſe nil mali ſignificare poſſunt, quia ijs ceſſantibus deſinunt & ipſę, verum quæ fiunt ab internis, malæ ſunt, ſed peſſimæ, quæ fiunt ab imbecillitate facultatis contentricis, atquè hoc eſt, quod dicebat Gal. in com: vbi lachrymæ non fiunt uitio alicuius morbi oculis proprij, addatis, vel ab alijs cauſſis enumeratis, fieri propter facultatis retentricis infirmitatem, quę ſemper ſolet eſſe deteſtabilis, (ἀτοπώτερον,) Galenus putat male uſurparam eſſe hic uocem (ἀτοπώτερον,) ſed non illud fuiſſe Hippocratis peccatum, ſed potius eorum, qui primi librum tranſcripſerunt, quaſi verò nõ poſſit comparatiuum poni, vbi potiſſimum ſimpliciter negatur, Ego uero dici poſſe exiſtimo, ut apud latinos, ſic apud Græcos eſſe in uſu comparatiuum uſurpare pro poſitiuo, atque ſic feciſſe Hippoc. tamquam dicere uoluerit, non eſſe abſurdum, neq. metuendum valdè, ſi volens quis ęger lachrymetur, ſed eſſe malũ deſtandum ſi pręter volũtatem lachrymas emittat, quoniam ut Galenus etiam 11. primi progn. dicit, niſi hoc fiat ob ophtalmiam, ſiue materię à capite deſcenſum, fit ab imbecillitate retentricis, ac propterea lęthale ſignum eſt, neq; ualet, quod aliqui dicunt (in hoc Galenum criminantes,) ſcilicet non poſſe eſſe propter retentricis imbecillitatẽ, quoniam ſequeretur neceſſario ante in oculis eſſe lachrimas, tum quia hoc non eſt neceſſe, cum poſſint tunc fieri, & non retineri, tum quia etiam ſi ibi antea fuiſſent, nil incommodi ſequitur, quoniam in pleriſquè coaceruantur in ipſis oculis

lis humiditates, vel ex vaporibus à corde emanantibus, vel ex humiditate à cerebro expreſſa per metum, vel irá, vel riſum, vel ex eius abundantia, quæ tamen nõ ſemper excernuntur, vt videmus in pueris, atque etiam adultioribus, qui plorare erubeſcentes, in ipſis oculis lachrymas coercent, ità ut uideantur præ illis oculi tumere. Vtilitas aphoriſmi eſt, potiſſimum in prædicendo ex ipſis lachrymationibus, qua de re pauca Hipp. in prognoſticis, plura autem Auuicennas ſecunda quarti tract. 1. cap. 33. & certè Hipp. ſolius lachrymationis voluntariæ, atq; inuoluntariæ in morbis, & præſertim acutis meminit, quoniam vere hoc cęteris certius eſt. *Vtilitas Aphor.*

---

53 *Quibus circà dentes in febribus quidam lentores naſcuntur, his fortes fiunt febres.*

ET hic Galenus breuiſſimus eſt, licet non definit, quæ appoſitè, & accommodatè queant dici, vt videbitur, At de continuatione certum eſt, perſequi Hippocratem tractare de ſymptomatibus febrium, pertinentibus ad excrementa circà dentes mutata, nam & in quarto Epid: ſic quoq; continuati ſunt hi duo aphoriſmi. Cum enim dentes debeant eſſe ab omni ſorditie mundi, ubi circa ipſos concreſcit, certum eſt ſymptoma præternaturale, & morboſum eſſe, itaque de hoc ait (*Vbi in febribus fiunt circà dentes excrementa ſordida, atque viſcida, fieri febres maiores*) quarto autem Epid. inquit malum eſſe: Eſt autem ſententia prognoſtica, ſed quæ etiam partem aliquam curatoriam continet, Eſt ſine demonſtratione, atque indiuiſibilis. Cur uero Hippoc. de hoc ſolo dentium ſymptomate mentionem fecerit, ea potuit eſſe ratio, quod alia quoq; in prognoſticis tradiderit, hic autem tractans de febribus, voluerit id quod frequẽtiſſimè, contingit, & tamẽ aliquid arcani habet, edocere, Etenim uix eſt aliquis medicus, qui putet aliquid ex huiuſmodi ſymptomatę poſſe prædici, Et ſi putet potius quiduis aliud, quam febrium magnitudinem ſignificari exiſtimabit, niſi id ex hoc loco didicerit. Modo examinemus ſingula. (*Quibus in febribus &c.*) Quę hoc in loco uocat Hippoc. περίγλησχρα, transferunt plurimi lentores, intelligẽtes, ut dicunt Grammatici concretum pro abſtracto, hoc eſt materiam ipſam uiſcidam, atque lentam, vndè Cornelius Celſus transferens huiuſmodi ſententiam lib. 2. cap. 4. dicebat mali morbi indicium eſſe habere humorẽ glutinoſum dentibus inhærentem, & Græcus contextus habet ἐπὶ δόντων, quia ſententia Hipp. non eſt tantum de eo humore, qui circà dentes concreſcit, ſed & ipſis dentibus tenaciter inhæret, Hæc autem uox ut prędixi etiam 4. Epid. habetur, & eſt ſimilis illis (περίῤῥους,) & περίῤῥοια, quas ſępe vſurpauit Hipp. intelligens eos humores, qui ipſis fœcibus, & urinis, alijſuè excrementis ſępenumero circumfluũt, nam & Oribaſius lib. 8. collect. cap. 36. mentionem facit fluxus alui περίῤῥους vocati. Iam verò huiuſmodi humores tenaces circà dentes ipſos concreſcẽtes, duabus de cauſſis fieri poſſunt, Vna eſt copia calidiorum, & craſſorum uaporum, qui à partibus infernis in os ſublati, & præſertim à thorace, uentriculo, alijſquè ſeruentibus membris, vbi dentibus adhęrent, eorum frigiditate concreſcentes, & craſſi, & uiſcidi humores euadunt, nam Ariſt. ſect. 34. probl. 2. & 5. quęrens *Connexio.* *Probl.*

©BIUM

cur dentes magis frigidum ſentiant quam caro, reſpondet eſſe, quia ſuapte natura ſatis frigidi ſunt, ſicuti caro calida, Altera cauſſa eſt, ipſorum humorum copia à capite delabentium, qui circà dentes collecti, ibiq; calore oris concocti, aſſatiq; euadunt uiſcidi, id quod fieri in ſenibus potiſſimum, atque alijs etiam ſanis præſertim noctu experientia quotidiana docet; imo & licnoſis hoc potiſſimum contingit, quibus dicebat Hipp. 2. prorrh. & 2. Epid. atq; lib de affectionibus: ob id etiam gingiuas exedi, & computreſcere; quod vero aliqui proponunt ex Hipp. 4. Epid. etiam ex hiatu oris fieri huiuſmodi lentos humores, poteſt quidem vſu uenire, at ex Hippoc. minimè elicitur, apud quem uox ὑποχάσκειν potius (*ſuſpectare*) ſeu ſuſpicari eo in loco, quam (*hiare*) ſignificat, vt nonnulli interpretes, & rectè tranſtulerunt. Sed maiorì contemplatione dignum videtur; cur huiuſmodi lentores mali dicantur ſimpliciter 4. Epid: hic uerò dicantur ſignificare febrium vehementiam; Pro qua re dici poſſe exiſtimo, in Epidemicis libris ſcripta, & propoſita fuiſſe ab Hipp. pro ut cunctæ vniuerſaliter explorauerat, cum autem ex ipſis aphoriſmos conflaſſet, non ſolum voluit ea hic apponere, quæ comperta longiore vſu habuerat, verumetiam ſi quid particulare certum, & aliquid non vulgare inuenerat, poſteris tradere; Sed ſi ita eſt, quæ potuit eſſe ratio, propter quam ex lentore dentium in febribus, febris vehementia ſignificetur? Primum enim ſcire oportet medicos in febribus non ſolum ex dentibus, verum etiam ex lingua, & palato indicia capere, eo quod vt dicebat Ariſtot. in 34. probl. ſect. probl. 4. focus febrium, & præſertim ardentium ſit in partibus ſpiritualibus, ſuper quas cum poſita ſit lingua; dentes, & palatum, de ſtatu & natura febrium prægnoſci, & prædici, ex ijs poteſt, Iam uero quod peculiariter hoc dixerit Hippoc. de lenta dentium ſorditie, fuit non ſolum, quia hic ſitâ vaporibus feruidis dentibus adhærentibus, qui non niſi à magna febre, atque in ipſis partibus vitalibus gignuntur, verumetiam quia vbi fiunt, cum putreſcant vi caloris febrilis, ratione putredinis ſolent aphta in ore gignere, & certè febres ipſas augere, vt iure dixerit Hipp. (ἰσχυρότεροι γίνονται οἱ πυρετοί) hoc eſt (*febres, fiunt vehementes*) quamquam poſſumus etiam intelligere, tamquam dicere voluerit, iam febres eſſe uehementes, à quibus uapores feruidi, & lenti ſublati, frigiditate dentium concreſcunt, accedente etiam aere externo, qui iugiter ingreditur, & eo magis cum ob ardorem febris coguntur tam uigilantes, quam dormientes aperto ore ſpirare; Itaque conſtitutum uere ſit ex lenta dentium ſorditie, & præſentem, & futuram febris magnitudinem argui, imò, quod dixit conciuis meus, etiam illius longitudinem ſignificari rationi cõlentaneum eſt, quoniam cum materia ex qua fiunt, ſit lenta, atque tenax, quæ longo tempore eget, vt ſuperetur, non eſt dubium quin morbi quoque longitudo ſignificetur, quod etiã dixit Auic. 2. quarti, quamquam non ſum cum ipſo, qđ Hipp. loquatur de ea ſorditie, quæ inſtar lapidis concreſcit, quoniam hæc potius longitudinem temporis, quam febris vehementiam conſequitur, atque etiam in ſanis corporibus, ob illuuiem, negligentiam, & ingluuiem producitur, nec eſt morboſa ut habetur in Pandectis exhalatio. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum, ſed & ad curandum, cum moneamur ne ſinamus eiuſmodi materiam ibi coquereſcere, ſed continuo eluamus; quemadmodum etiam eluere, & emundare ex Hippoc. præcepto

Plot.

Vtilitas Aphor.

præcepto linguas febricitantium, ne contrahatur huiusmodi sordities, quæ solet febris molestiam certè augere, Et narrat Strabo, atque Diodorus, & alij Celtiberos, atque Iberos propter hoc consuesse frequenter dentes vrina colluere; Vnde etiam habetur debere medicos diligenter inspicere ora febricitantium, tum ad cognoscendum malum, tum etiam ad prospiciendum ijs, quæ possunt detrimentum aliquod pati.

54. *Quibus plurimum siccæ tusses leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum siti infestantur.*

EANDEM cum superioribus, & hic aphorismus Connexionem habet, nempè cum de febre tractet cum symptomate coniuncta pertinente ad actionem læsam, seu excrementum mutatum. Ad hæc enim tussis sicca videtur posse reduci. Est aphorismus dogma physicum sine demonstratione atque indiuisibile, in quo Hippocratis Scopus fuit, proponere rem vsu, atque ratione probatam, nec sine aliqua ad vtilitatione, nam quis non miretur in febre ardente vbi tussis, atque ea sicca est, nullam, aut exiguam fieri sitim, maximè cum proprius ardentis febris character sit sitis magna, vt etiam Hippoc. 4. lib. de rat: victus acutorũ, & tamen si videatur 3. Epid: sect: 2. Histor. filiæ Eurianactis Virginis, ipsa laborans febre magna numquam sitiuit, quia tussiebat, & à capite materia tenuis defluebat, & Hippoc. tam in initio, quam in fine historiæ dicit, sine siti fuisse, quoniam videbatur id mirum. Modo videamus si quid contemplatione dignum est, (*Quibus diu, &c.*) Hic duo dicit Hippoc. Tusses siccas, & diu perdurantes, nam tussis siccas ait Galenus eas à medicis vocari, in quibus nihil expuitur, quæ vel sunt momentaneæ, vel diu durantes, atque non modo in alijs morbis plurimis efficiuntur, verumetiam (quod forsan minus videtur esse debere) in ipsis febribus ardentibus, Cæterum videre oportet quomodo in febribus ardentibus, in quibus focus est, circa internas pectoris partes vnde sitis oriri solet, fiat tusses siccæ. Nã Gal. tres proponit tussis siccæ causas, vel intemperiem spiritualium instrumentorum, vel asperitatem ipsarum faucium, vel tenuem, & exiguum humorem à capite in eadem partes delabentem, Verum quæ fiunt in febribus ardentibus tusses, licet videantur potius ab intemperie, atque asperitate proficisci, quàm ab alia causa, sicut etiam ob eandem causam similes tusses fieri in febribus Ethicis quotidie obseruamus? Attamen ait Galen tussis à quacunque causa fiat, semper aliquo humore sitim impediri. Verum si ita est, currergo fiunt in his exigua siti? non ob aliud certè, nisi quia vt etiam placuit Auuicennæ prima quarti tr. 2. cap. 42. vi ipsius tussis, & à capite & à proximis partibus attrahitur humiditas, quæ irrigans fauces, atque asperam arteriam, facit, vt sitis insignis non percipiatur, sed exigua tantum, scilicet qui febris multum exiccat, vndè aliqua fiat sitis necesse est, non tamen tanta, vt deberet, cum humiditas delabens in eas partes aliqua ex parte demulceat, at-

Connexio.

Scopus.

Tussis siccæ causæ que.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 396 sur 867

©BIUM

que hoc eſt, quod voluit dicere hoc in loco Hippocrat. ea voce (ξυπάγη δὲ λάβρα εἶσιν) atque etiam 6. Epid. ſectio. 2. tex. 16. cum dixit tuſſes ſiccas parum irritantes per febres ardentes, pro ratione, ſeu ἀναλογίαν non eſſe ſiticuloſas, quamquam ibidem dicat, non fieri ſitim, neque linguam exiccari, eo quod non fiunt à malignitate, ſed à vento, ſiue aere externo, atque eius rei eſſe indicium, quoniam non fit tuſſis, niſi cum loquuntur, aut apertum os detinet, quaſi Hipp. (vt aliqui non malè exponunt,) ibi haud loquatur de qualibet ſiti, & ſiccitate linguæ in febre ardente, ſed tantum de illa, quæ à ſpiritu, i. vento frigido ſit, atque id potiſſimum ſpectari in febribus ex labore ortis: Corn: Celſus lib 3. cap. 7. hanc transferens ſententiam dixit, ſi quis autem in huiuſmodi febre leuiter tuſſit, is neque vehementi tuſſi conflictatur, neque bibere aquam frigidam debet, ſed eo modo curandus eſt, quo in cęteris febribus præcipitur, Has autem tuſſes ſiccas in febribus, & præſertim quæ conſequuntur laſſitudines deſinere in morbos articulares vere dixit Hippoc. 6 Epid. ſect. 7. cont. 1. ſed hoc ex loco illud quæſitu

Dubit. dignum erit, cur ſi ſitis minuitur ob tenuem humorem aſperam arteriam irrigantem, nõ idem faciat exiguus potus, imò Celſus prohibet aquam frigidam bibere, nam & Ariſtot. 1. ſect. probl. 57. quærens cur febricitantibus potio paullatim, & ſæpe danda ſit, multa præclara ad curationem febrium ſpectantia docet, atque inter alia dicit potionem exiguam & ſæpè datã illabi, atque ſeſe magis introinſinuare, quam largam propterea q magis humectare, ſicuti pluuia exigua & crebra magis terram irrigat, quam magna, & confertim irruens. Ad

Solut. hoc autem puto reſpondendum, in febribus ardentibus nõ adeò potum, & præſertim frigidæ ſitim placare, quemadmodum humiditatem a cerebro delabentem, quoniam potus non peruingit ad aſperam arteriam, vnde ſi tuſis, vt plerique veteres, & maximè Plato exiſtimaſſe videntur, ſed ea humiditas, quæ a capite delabitur eo pertingit, tum tuſſi facta vi tuſſis, quæ fit in ipſo pectore, tum etiam ſenſim per venas eo tranſmiſſa, atque hoc eſt, quod Hipp. ſolius tuſſis, non potus meminerit, vt quemadmodum dixi, admirationem tolleret, quæ oritur ex eo, quod difficilem captu ſit, ſitim in ardentibus minui ob ſiccam tuſſim, cum à potu frigido non minuatur; Et notandum dixiſſe Hippocratem tuſſes leuiter irritantes, quoniam quæ vehementer irritant potius ſitim augent. Vtilis eſt aphoriſmus ad ſpeculationem potius, quam ad operationem, ſi quidem docet tuſſim ſiccam fieri interdum in ardentib. febribus, nec non cauſſam cur in febribus ardentibus, quæ (vt ait Hippoc. & Auuic.) perpetuam ſolent habere comitem magnam ſitim, interdum habent ægri exiguam, quando ſcilicet tuſſis ſicca ſibi eſt coniuncta. Verum eſt etiam nonnihil conducibilis ad medicinam exercendam, quoniam quadratione tuſſis ſicca ob illapſum tenuis materiæ ad partes ſpirituales ſitis placatur, ſic docemur eodem pacto ipſam arte demulcere, ſcilicet paullatim, & ſæpè humore aliquo tenui fauces & pulmones irrigando, id quod dixit Ariſtot. fieri conſueuiſſe, in loco ſupra citato.

Not.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 397 sur 867

©BIUM

55 *Ex inguinum tumoribus febres omnes malæ, præter diarias.*

INTER alia ſymptomata, quæ febribus copulari conſueuerunt, tumores ſunt varij glandularum, quos omnes nunc Hippocr. ſub nomine bubonum complexus videtur, nam præter Iulium Pollucem ſic definientem bubonas, eſt etiam authoritas Gal. 13. methodi, & primo de differ: febrium cap. 7. vbi monſtrat omnium glandularum tumores, & præſertim inflammatorios vocatos, eſſe bubonas à veteribus, & præſertim Hipp. qui in Coacis 2 Epid: & alibi ſimili ſignificatu eam vocem accepit, Itaq; ſatis patet, quę poſſit eſſe connexionis cum *Connexio.* præcedente ratio, Eſt autem ſententia ſimplex, atq; ea tota prognoſtica, in qua nil aliud dicit, quam *(Omnes febres bubonibus cõiunctas, eſſe malas, exceptis diarijs)* quam ſic voluit interpretari Celſus lib 2 cap 3. vbi dixit: (Neque terrere debet ea febris, quæ eodem die finita eſt,) plane diminutus admodum fuit. Galenus exponens hunc aphoriſmum, qui ſcribit febrem ephemeram vocari ab Hippoc. quæ vna die finitur, quæq́. fit in bubonibus, quando à cauſſa euidenti illi oriuntur, quod ſi bubones non ab externa cauſſa, ſed ab interna, nempe alicuius viſceris inflammatione naſcãtur, tunc ſane febres non diarias habent cõiunctas, ſed putridas, atq; malignas, cum dixerit Hipp. 2. progn. quaslibet febres uiſcerum inflammationibus copulatas, eſſe malignas. Cur autem adeo ſint deteſtandæ febres omnes putridæ in glãdularum tumoribus, vt rectè intelligatur, ſcire operepretium eſt, huiuſmodi febres aut antecedere ipſos tumores, aut ſubſequi, aut comitari, quomodocunq; autem fiant, ſemper eſſe malas, & vt ſigna, & ut cauſas, maxime uerò antecedentes; Vt ſigna ſunt malæ huiuſmodi febres, quoniam cum glandulæ quælibet ſint veluti ſentinæ quædam, in quas natura expurgans viſcera proxima omne repurgamentum ſolet in eas mittere: vbi autem mittit, neque febres ſedat, ſignum eſt, non integre illam viſcus, aut viſcera affecta expurgare, propterea q́. remanere adhuc materiam, quæ febrem foueat, Eſt Etiam mala febris putrida bubonum vt cauſſa, quoniam febris permanens auget putredinem, ſimul q́. facultates naturales valdè imminuit, vnde poſtmodum ſæuior multo euadit putredo, vnde 2. Epid. dicebat Hippoc. huiuſmodi febres non modo eſſe κακὰς, ideſt malas, verum κακίονας, ideſt deteriores, ſeu ut ait Hippocr. Epid: ſectio. 2 tex. 7. κακοήθεις, i. malignas. Eſt tamen illud animaduertendũ etiã bubones febrium putridarum, quandoquè habere ſigna coctionis, quibus cum ſignificetur abſceſſum eſſe veluti criſim, tunc minimè mali ſunt, licet vt dicit Hippocrates in Coacis poſſint ſignificare morbi longitudinem, quando ſcilicet materia eſt in profundo. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem faciendam in *Vtilitas Aphor.* primis, ſed & ad curationem aliquo pacto, quia docemur quas febres bubonum curare, & quas non debeamus, & in hac re ſolet eſſe controuerſia, an huiuſmodi tumores ſint curandi per ſectionem etiam immaturam. nam Albucuſis *Dubia* Arabs, voluit nõ expectandã eſſe maturationem eò qd̃ periculũ immineat, ne ſi

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 398 sur 867

©BIUM

expectetur putredo magis intrò ſerpat, Alij cõtra, quod nil ſit euacuandum niſi prius coctum, ego autem, ſi tumor ſit in profundis partibus puto tum etiam crudum eſſe ſecandum, quod ita ad extimas partes citius trahatur materia, vt eſt optandum, ſecus autem ſi non ſit profunda, ſed ſuperficialis, tunc enim cum nullum immineat periculum retroceſſus ad intima, & ad uiſcera, ſecurius eſt expectare maturationem, quàm periclitari ne crudam, & intempeſtiuam ſectionem excipiat inflammatio, Atq; id quod dixi de materia in profundis partibus exiſtente, etiam de peſtifera conſtituendum eſt, quæ in quacumque parte tumorem faciat, cruda eſt educenda, tum quia neque maturari, neq; ad benignum reduci vlla poteſt ratione, tam quia vehemens illa & venenata putredo facile etiam à longinquis partibus tetros vapores mittit in cor, vnde exitium ſequitur ineuitabile.

Auctoris ſententia in ſecādis tumorib.

---

§ 6 Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & multam ſignificant humiditatem.

NON male dixit Galenus hunc aphoriſmum fuiſſe præcedentib. ſubiungendum, vbi ſimiliter agitur de ſudore, verum poteſt quoque dici: cum Hipp. in antecedentibus multis tractarit de febribus cum varijs ſymptomatib. voluiſſe quoque ſæpius tractare de ſudore, qui frequentiſſimè coniunguntur febribus, atque inter ſymptomata excrementorum mutatorum recenſetur: Eſt ſententia pracogniſtica, vna cum demonſtratione, quam iccirco afferre voluit Hippocr. quod admirabile videri poſſet, euacuationem ſudoris non ſolum non finire febrem, verumetiam illam producere. Diuiditur in tres partes quarum prior eſt (*Sudor febri ſuperueniens, &c.*) Secunda verò eſt (*Nam morbum producit,*) Tertia eſt: (*& humiditatem multam ſignificat.*) Modo ſingula examinemus. Sudor, atque omnia fere alia ſymptomata ſeu ſigna triplicis ſunt ordinis, vel enim antecedunt febrem, alioſquè morbos, & vocantur antecedentia, vel fiunt cum ipſis, & dicuntur concomitantia, & pathognomica, vel ipſis iam factis febrib. & morbis ſuccedunt, atque ſuperuenientia appellantur, quæ ſi mala ſint, malignitatem morbi indicare ſolent, vt docuit Galen. 1. tertio de criſi. Iam verò de ſudore tertij Ordinis non de prioribus loqui Hippocratem ipſa uox ἐπιγινόμενος ſatis apertè declarat (*Febre non deficiente malum:*) Celſus lib. 2. cap. 5. Morbi longi indicium eſt, vbi febre non quieſcente corpus inſudat, quæ ſit febris non deficiens apud Hippocr. dubitari poteſt, quaſi de continuis verè ipſum intelligere oporteat; Sed res non ita ſeſe habet, quandoquidē ſiue ſit triplex quartana, ſiue duplex tertiana, ſiue extenſa quotidiana, modo nulla deſinat in febricitationem nomine febris non deficientis complectitur, cæterum cum duæ condiciones proponantur ab Hipp. mali ſudoris in febribus, quod ſcilicet ſuperueniat, & quod febris non deficiat, perſcrutandum eſt, quæ ſit uera ratio propter quam huiuſmodi ſudor dicitur malus, nam primo quoque prognoſt. inter mala ſudoris ſigna ponit, quando is febrem non tollit, neque etiam minuit, Eſt pariter inueſtigatione dignum, cur cū aliæ ſint mali ſudoris conditiones, vt

Connexio.

Scopus.

Diuiſio.

Dub. 1. Febris indeficiens qualis.

Dub. 2.

retro

retro habitum eſt, atq; etiã primo prognoſt: has duas ſeparatim, atque hoc præſertim in loco proponere voluit. Circa primum illud eſt veriſſimum non deficere febrem apud Hippoc. ſignificare non modo non penitus deleri, verumetiã nec imminui, quod maximè de ſudore dixit 1. progn: Iam verò cur huiuſmodi ſudor ſit malus, ſcilicet, qui nec ceſſare, nec decreſcere febrem facit: Hippoc. tribuere uidetur morbi longitudini, quæ ab eo fit, & ſignificatur; fieri autem morbum longum ob ingẽtem humiditatis copiam, cuius euacuatio cum nil conducat ad diminuendam febrem, ſignum eſt copioſiorem eſſe, quę ut poſſit à facultate corporis gubernatrice aliqua ex parte conſummi, propterea què ſi uires non valeãt, eſſe tandem tuituras, ſin autem ualeant, ut in aphoriſmo ſupponitur, neceſſariò pugnam naturæ cum ipſa prorogatum iri debere, ſed præter hanc Hippoc. veriſſimam demonſtrationem eſt &c alia, quia ut alias dixit 2. Epid: ſigna decretoria non decernentia aut mortem, aut difficilem iudicationem, oſtendũt, iam uerò ſudor eſt ſignum decretorium, quare deberet, vel mortem, uel difficultatem iudicij ſignificare, cum non decernat verum, Hippoc. reliquit mortem, & dixit ſimpliciter: malum eſſe, quaſi dicere uelit ſaltem morbum longum, & proin de difficilem iudicationem facit. Nam uere ſudor niſi habeat alias conditiones à duabus propoſitis haud mortem, ſed longum dumtaxat morbum ſignificat, eò quòd vbi ſolum ſuperuenit, nec febrem minuit, uires ualere ſignum eſt, alioquin ſudor non fieret magnus, ut ſupponitur, nam de exiguo ſudore haudquaquam eſſe intelligendum ex eo colligi poteſt, quoniam is numquam poteſt tollere, aut minuere febrem ſuapte natura, Hippoc. autem loquitur de eo qui tollere poteſt, nec tollit, quiq; fit, quia multa humorum copia in corpore reperitur, quę in halitus conuerſa tandem in ſudorem concreſcit; Vtrum uerò ea materia ſit craſſa an tenuis, ex eo iudicari poteſt quoniam ſi tenuis eſſet facile conſumeretur, & febris deſineret, non deſinente autem febre ſignum eſt, non tantum eſſe copioſam materiam, uerumetiam uiſcidam, & craſſam, nec facile conſumptibilem: Atque hoc quod Hippoc. dixit de ſudore, verum eſt de qualibet alia euacuatione per aluum, nares, vrinam pectus, quoniam vbi febrem non tollunt, aut minuunt, malum eſt: Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem, & eo maximè, quoniam ſolent adſtantes, & alij medicinæ ignari plerumque bene ſperare, ubi copioſos uident ſudores febribus ſuperuenire; Sed ex hoc quoque aphoriſmo diſcimus, ubi in febrib. huiuſmodi ſudor apparet, qui inutilis ſit, & oſtendat copiam materiæ, non prohiberi medicum quin poſſit aliquam aliam euacuationẽ moliri, ut copia imminuatur, &c conſequenter futuræ morbi longitudini occurratur.

Solut. 1.

Solut. 2.

Vtilitas Aphor.

---

57 *Qui à conuulſione, aut diſtentione neruorum tenetur, febre ſuperueniente liberatur.*

CELSVS lib. 2. cap. 8. febris neruorum diſtenſionem, rigoremq́. ſi poſtea cœpit ex toto tollit: Quibus uerbis non eſt dubitandum quin uoluerit præſentem aphoriſmum interpretari; Eſt autem ea in parte coniunctus cum ſuperiori, quia tractat de febribus non quidem coniunctis cum ſymptomatib.

Connexio.

ſed

©BIUM

ſed ipſis ſuperuenientibus, quaſi docere voluerit, febres nõ ſemper eſſe adeo malas, quin interdum aliquod adiumentum afferant, Eſt autem ſententia prognoſtica, quæ etiam (vt uidebitur) curationi inſeruire poteſt, caret demonſtratione, atque diuiſione: Modo videamus quid ſit conuulſio, & quid tetanus, multi videtur velle etiam tetanum eſſe ſpaſmum, ſeu conuulſionem, quoniam tam anticæ, quàm poſticæ partes æque contrahuntur, ita ut in neutram partem inclinet. Verum alij complures potius diſtinxerunt tetanum à rigore, & inter Ceteros Celſus, qui tetanum vocauit rigorem, & Plinius quoque lib. 26. cap. 12. diſtinguit ſpaſticos, & tetanicos. Quinimo & Hipp. 3. de morbis ita tractat de tetanis, ut uideatur ipſum peculiarem morbum facere diuerſum à conuulſione, haud ſecus Auuic. 2. 3. tract. 1. & ante ipſum Paullus lib. 3. Diffinienda eſt hæc, apparens cõtrouerſia verbis Galeni in hoc commentario; vbi dicit: Tetanum ſecundum apparentiam non eſſe conuulſionem, eo quod ſenſui ipſi viſus in neutram partem uidetur inclinare, ſed ſecundum rei veritatem eſſe, quia vtrinq; trahuntur nerui verſus originem ſuam, ſed non apparet illa contractio, quoniam cum æqualis fiat in ambabus partibus contractio, neutra ſuperatur, unde immanes cruciatus fiunt, propter quos & Aretæus, & Cælius Aurelianus vocarunt per excellentiam morbum acutum ſub quo ægrotantes pereunt quattuor dierum ſpacio. Quæ autem ſit diuerſitas inter contractionem, tetanum, & paralyſim, non eſt difficile comprehendere, ſi quidem paralyſis fit ſemper à plenitudine ſine dolore, & in ea nerui elongantur non abbreuiantur. In conuulſione abbreuiantur, quia contrahuntur, fit cum dolore, & interdum ab inanitione. In tetano, nec elongantur, nec abbreuiantur nerui, fit ſemper à repletione, & cum dolore. Eſt itaque (vt ait Auicennas) ſpaſmus contractio neruorum ad ſua principia, qua corpus flectitur in anticam, vel poſticam partem. Tetanus vero, qua in neutram flectitur, ſed rigidum, & inflexum manet, An verò poſſit etiam fieri ſpaſmus, quo corpus flectatur in latera apud aliquos dubitatum eſt, verum non eſt dubitandum quin etiam id fieri poſſit, ſed rariſſimè illud contingit, & ratio eſt, quoniam & corpora ſana multo facilius vertũtur anterius, vel poſterius, quá in latera, ratione ſpinæ, quæ ita fabricata eſt, vt faciliter homo conuerti poſſit ad ſeſe tuendum tam ad anteriora, quam ad poſteriora, quibus duobus motibus etiam facile ijs quæ ſunt ad latera ſuccurritur, Hippocrates itaque hoc in loco ſeſe accommodans rebus apparentibus, & popularibus iure diſcreuit ſpaſmum à tetano. (*Febris ſuperueniens ſoluit morbum*:) In Coacis prænot: ubi hæc eadem ſententia habetur (*febris acuta: ſuperueniens,*) quod quidem maximè videtur cõſentaneum rationi, quoniam conuulſio facta ab humore glutinoſo non poteſt à qualibet leui febre curari, imò magis ſuffocatur, cum ſpaſmus, (vt dixi) antecedere, comitari, & ſubſequi febrem poſſit, certè qui conſequitur, à ficca cauſſa proficiſcatur neceſſe eſt, vndè non modo à febre adiumentum nullum recipit, imò pernicioſior, & lethalior euadit, cęterum quę antecedit, cum non à ſiccitate, ſed à repletione originem ducat, rationi conſentaneum eſt, vt à febre, quæ ſemper humores depaſcitur, & corpora exiccat, vtilitatem recipiat, ita vt vere dicat Hippoc. eam ſuperuenientem ſpaſmo, morbum ſoluere, & notanter dixit (morbũ,) quia ſpaſmus, & tetanus, licet ſint ſymptomata in genere actionum motri-

Dubit.

Solut.

Diff: inter cõuulſionẽ, tetanum, & Paralyſim.

Spaſmus, quid.

Tetanus quid.

cum

um deprauatarum, vt prodidit Gal. 1. de cauſſis ſympt. cap. 1. referuntur tamen ad morbum in figura, & ad intemperiem cum materia, quæ vere eſt illa diſpoſitio, quæ à febre ſoluitur, licet poſt modum ad huiuſce ſolutionem conſequatur etiam ipſius ſymptomatis ablatio. In fine lib. de iudicationib. ſcribitur hic idem aphoriſmus, ſed additur etiam conuulſionem ſuperuenientem febri eam ſoluere, aut eadem, aut poſtera, aut tertia die ſoluere, Galenus in commen: modum tradens, quo febris ſuperueniens ſoluit conuulſionem à plenitudine, inter alia dicit eam coquere frigiditatem, vbi non modo ſub nomine frigiditatis complectitur humorem frigidum, verumetiam vim coquēdi tribuit calori febrili, quod abſonum videri poſſet, niſi ſtatueretur apud Galenum duplicem eſſe coctionē, alteram qua humores ad expulſionem, ſiue diſcuſſionem, altera qua ad nutriendum parantur, atque de illa, non de hac Galenum loqui, quam certum eſt, aliqua ex parte fieri à calore febrili; Quod autem additur in Coacis, & lib. de loc: in homine, ſi conuulſio non ſoluatur eadem hora, qua cœperit, eſſe malum, non ſatis intelligo; nam Hippoc. ſententia eſt non tantum hoc in loco, verumetiam 2. aph. 26. & 5. aph. 70. melius eſſe febrem ſuperuenire conuulſioni, quam conuulſionem febri; & tum in Coacis prænot: & in fine lib. de iudic: habetur etiam conuulſionem ſuperuenientem febri eam finire, ſ. concuſſione illa vehementi. Vndè cum Hipp. 2. aph. 26. dixit melius eſſe febrem ſuperuenire conuulſioni, quam è contra, voluit ſignificare interdum etiam eſſe bonum, vt febri ſuperueniat conuulſio. Niſi dicamus eo pacto ſolui febrem à ſuperueniente conuulſione, quo dictum eſt in prorrhet: ſolui ab eadem paralyſim, & Epilepſiam; nam vt ait Galenus ſcilicet aphor. 70. ſæpe vehementiſſimi affectus bonas criſes faciunt, eo quod motus, & concuſſiones vehementes materiam ex vna in aliam partem transferunt, in qua minus lædant, ſic enim rigor ſupernenies, & quartanas, & ardentes febres, & morbum comitialem ſoluit; haud ſecus, & conuulſio febrem, ſcilicet materia febrem efficiente à venis, in alias partes abducta motu, & agitatione conuulſionum, quod præſertim contingit initio febrū, quando ſcilicet conuulſio non à ſiccitate, ſed à repletione inducitur. Vtilis eſt aphoriſmus non ſolum prædictioni, verumetiam vſui, quandoquidem docetur medicus, quæ præcipua debeant eſſe conuulſionum & tetani remedia, ſcilicet ea quæ calefaciant, & exiccent, vt propter hoc vtile ſit etiam huiuſmodi remedijs febrem excitare.

Vtilitas Aphor.

---

58 *Febre ardente habitâ, rigore ſuperueniente, ſolutio.*

CELSVS lib. 2 cap. 8 ita hunc aphoriſmum fecit latinum, & bene. Febrē autem ardentem (quam Græci καῦσον vocant) ſubitus horror exoluit, & aphoriſmus continuatur cęteris antecedentib. quoniam eſt & ipſe de febre cum ſymptomate, ſcilicet cum ſuperueniēte rigore, eſt enim purum dogma prognoſticum ſine ratione atq; ſine diuiſione. Et quod pertinet ad febrem ardētem, inuenio apud Hippocratem, & ſequaces differentiam inter καῦσον, ideſt cauſum, & πυρετὸν πυρώδη, ideſt ardentem febrem, nam καῦσος propriè eſt febris magna facta ex

Connexio.

cta ex bile pura putrescente in vasis magnis, & cordi proximis, vndè semper est cum siti clamosa, cum ingenti æstu, dysphoria, atque anhelandi difficultate, cum enim incendium afficiat partes spirituales, & vitales, necesse est fiant prædicta symptomata, cæterum febris ardens fit ex bile quidem putrescente, verum non sola, sed dominante tantum, atque in vasis quidem viscerum, sed non ita cordi proximis putrescente. Vel ex pituita salsa vt Hippocr. docet quarto acutorum initio similiter putrescente, qualis sæpenumero comitari solet ipsorum viscerum inflammationes, Vndè neque adeo ingens incendium fit, neque tanta sitis, neque cætera symptomata antedicta. De verò autem causo est Hippocrati sermo, qui cū sit febris indeficiens proculdubio ex natura sua non potest habere rigorem adiunctum, dicente Galeno: proprium esse continuarum febrium non horrere; Vnde si quando rigor sibi coniungitur, signum est, tunc ipsam febrem exuere propriam naturam, atque ex continua, interpollatam fieri, cum rigor propriè fiat; quando succi à natura ex venis pulsi, atque per sensibiles partes latitantes percutiunt, vnde vis expulsiua excitata aduersus eos insurgit, atque ita reciproca quadam lucta subsequente fit ille concussus membrorum, adiuuāte quoque animali facultate medio lacertorum, quem sequitur refrigerationis sensus, propterea quod calor natiuus ab humori acri lædente intro iugiter repellitur. Et uerus causus à tertiana cōtinua in eo discrepat, q̄ is nullā die declinationem habeat, hæc autem tertia, vt vere aliqui Arabes dixerint, siquidem à bile in venis putrescente fiat, sed pituitæ alicui mixtæ, ob quam proprietatis bilis aliquod vestigium elucet. Verum quo pacto, & qua ratione dicat Hippocrates, ab hoc rigore superueniente febrem ardentem solui, modo videndum est, sed an etiam soluat alias continuas: Nam dubitare non oportet quin in rigore, fiat à venis separatio bilis putridæ causonem efficientis; vbi autem separata est, multo facilius superatur, & à natura expellitur, quo fit vt rigor sit veluti certum signum futuræ expulsionis, vel vomitu, vel excretione, vel sudore, ac propterea iudicationis, vt etiam clarissime docuit Auuic. 1. quarti cap. de rig: neque vero Hippocrates voluit intelligere, quod ille rigor statim soluit morbum, sed quod signum sit morbi soluendi mox, atque hoc facile probatur exemplis aliquibus Epidemiorum, in quibus ægri non statim ab ipso sunt à febre soluti, sed paullopost, quemadmodum contingit grauidæ illi 1. Epid. 13. Aegro relatę, quæ riguit vndecima, & solum decimaquarta à vehementi febre liberata est per crisim, quod etiam Nicodemo Abderitano contingit, qui cum vigesima riguisset, vigesimaquarta per sudorem iudicatus est, quamquam non diffitear, etiam interdum una cum rigore fieri iudicationem, hoc est expulsionem, quando scilicet materia est valde acris, & tenuis, nec ita multa; quemadmodum contigit virgini Larissææ commemoratæ in 3. Epid. quæ sexta die riguit, & eadem est per sudorem iudicata, & à febre ardente liberata; Et si Hip. dixerit hoc eodem lib aph. 29. Quibus fiunt rigores sexta die, esse difficilis iudicij; Verum non semper hoc uerum est, quia ubi à febre attritæ sunt admodum uires, ita ut natura non sufficiat expulsioni, fieri quidem potest separatio materiæ biliosæ à uenis, undè rigor oritur, at nequaquā fit eiusdem separatæ expulsio, quinimo illa retenta circa partes aliquas nobiles, atque putrescens exitium parat, atque hoc est, quod docere nos uoluit Hippocr.

Febris ardēs à quibus fiat humorib.

ut tunc

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 403 sur 867

vt tunc dixi, scilicet 46. huius libri, si rigor accidat in febre non deficiente, ægro iam existente imbecillo, esse lethale, Cęterum quæst: dignum videtur, cur bilis putrescens in venis sua acrimonia eas non stimulat, atque rigorem etiam in ipsis existens nos semper faciat, Cui quæsito videntur satisfeciſſe Auic. loco prælegato, & Galen. 2. de sympt: causſis, scilicet quia venæ parum sentiunt, imò nil omnino sentiunt, vt videtur Galenus dicere 16. de vsu partium circa finem capit. 12. ac propterea licet percutiantur à bile, non ita tamé molestantur, vt cõcussum illum facere queant; adhæc illa percussio, quam facit bilis in venis cum sit sibi assueta, non facit vllam tristem sensationem, ad quam possit deinde sequi rigor, postremo illa bilis in venis putrescit, sed minimè mouetur de loco ad locum, fit vero rigor ex motu bilis super sensibiles partes: Est itaque vera hæc, & germana Hippocratis sententia, rigorem superuenientem febri ardenti significare ipsam esse iudicatione soluendam, scilicet vomitu, aut sudore, aut alui excretione, modo tamen hæc adsint conditiones, vt facultas non sit ab antegresso morbo vehementer attrita, atque rigor fiat in die decretoria, & apparentibus coctionis signis. Vtilis est aphorismus ad prædicendum salutem febricitantium in febribus non modo ardentibus, verumetiam quibuslibet continuis.

Dubit.

Solut.

Rigor à quo fiat.

Vtilitas Aphor.

---

59 Tertiana exquisita septenis circuitibus, quod tempus longissimum est iudicatur.

LIBRO de iudicat: habetur tertianam febrem, vt plurimum septem circuitibus terminari, & 1. Epid: sect. 3. Tertianã cito iudicari, nec lethalem. In lib. de carnibus seu de principijs, eandem die vndecima finiri, idest ebdomada cum dimidia. At in Coacis prænot: scriptum est: Tertianam finiri quinq; aut septem, aut ad summum nouem circuitib. sed præferẽda cunctis præsens sententia. Si rectè considerentur, quæ Hippocrates hoc in libro nobis de febribus reliquit, certè nil pœnę desiderari potest, quod ad theoricam saltim attinet, vndè potest dici quod tota hæc de febribus tractatio, sit sibi ipsi continua, & eo maximè, quod fere omnia partis prognosticæ dogmata sunt, qualis est quoque præsens sententia simplex, & indiuisibilis, & in qua Hippocrates nil aliud nos docuit, quàm tertianam exquisitam ad summum septem circuitibus finiri. Et non est difficile reperire connexionem huius cum antecedente, postquam ipsemet Galenus in commentario videtur attuliſſe, cum dixit febrem ardentem, & tertianã exquisitam in multis esse similem, præsertim, quod vtraquè fiat à bile pura. (*Tertiana exquisita.*) græcè est, τριταῖος ἀκριβής. Iam verò vt cuncta nomina tertianarum, quæ apud medicos reperiuntur, sint vobis manifesta, ita dicendum est, apud Hippocratem alias esse τριταιοφυεῖς, alia uero τριταίους, dicuntur propriè τριθαιοφυεῖς, quæ nõ quidam explicatas habẽt tertianarios periodos, sed imaginem illius quandam, & similitudinem, quales sunt tertianæ continuæ appellatæ hemitritæi, idest semitertianæ quarum quattuor genera fecit Galenus in libello de typis; Cæterum tertiana sine tritæos, alia est simplex,

Connexio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 404 sur 867

©BIUM

alia compoſita; Et ſimplex alia legitima, ſeu exquiſita, alia ſpuria, & non exquiſita, Compoſita autem eſt, quæ vel compoſita eſt ex pluribus eiuſdem generis, vt duplex, & triplex tertiana, alia vero, quæ eſt pluribus diuerſorum generum, vt quando coniungitur, vel quartanæ, vel quotidianæ, vel continuæ, Atqui hoc in loco Hippocrat. ſolum de febre tertiana exquiſita, (quam Galenus in com: ait etiam interdum ab Hippocr. & alijs ſimpliciter uocari tertianam) ſermonem habet, quæ eſt febris de tertia in tertiam diem inuadens, facta ex pura bile extra venas in hypocondrijs putreſcente, quæq; inter alias conditiones, quas habet nempè quod incipit cum rigore magno, deinde æſtuoſiſſima euadat, hæc eſt una quę ſeptem paroxyſmis finitur, & quilibet paroxyſmus non plus horis duodecim durat, ac omnium aliarum maximè ad in febricitationem, integritatemquè pertingit, ac ſemper cum ſudore deſinit, vel uomitu bilioſo, uel excretione bilioſa, vel hiſce omnibus ſimul, ut ait Galenus, non quod ſemper ità finem habeat, quandoquidem interdum tertio, quarto, quinto, & ſexto iudicatur, ſed quod numquam huiuſmodi terminum excedat, id quod uoluit Hippocrates intelligere quando dixit: τὸ μακρότατον, Not. ideſt quam longiſſimè, ſed eſt illud animaduertendum duo in primis eſſe intellectu neceſſaria, ad hoc ut Hippocratis ſententia æternæ ſit ueritatis, Vnum eſt, rem ita ſeſe habere, quando nec ab ægro, nec à medico, nec ab adſtantibus, error committatur ullus; Alterum eſt tertianam exquiſitam dum propriam naturam ſeruat hanc conditionem habere, at poſſe in aliam febrem conuerti, atque ita ultra ſeptem circuitus prorogari: Conciuis meus, ſiue quod non intelligeret linguam Græcam, ſiue quod malè translatum hunc haberet aphoriſmum, valdè receſſit à mente Hippocratis, quam putauit eſſe, quod ubi tertiana exquiſita non iudicatur ſeptem circuitibus, eam longiſſimam euadere, quæ ſententia etſi quandoquè uera ſit, quod nunc ex legitima euadat ſpuria, ac propterea elongetur, attamen non id uoluit Hippocrates nunc docere, ſed aliud eius ingenio dignius, nempè ubi tertiana exquiſita eſt, citiſſimè finiri, eo quod ſit calidiſſima omnium aliarum febrium, ac propterea mobiliſſima, quo factum eſt, ut quandoquè ab Auuicenna fuerit inter morbos acutos collocata, quemadmodum in præſenti commentario, & alibi uidetur idem à Galeno Not. confirmatum; Ex quo tria documenta eliciuntur, unum eſt, dies febrium interpolatarum eſſe numerandos ſecundum circuitus, quod etiam Hippocrates primo progn: affirmauit de ipſis quartanis longiſſimis, Etenim ſicuti continui, & acuti morbi, qui fiunt à pura bile ſeptem diebus iudicantur, ſic tertiana exquiſita, quæ fit à pura bile ſeptem ad ſummum circuitibus terminatur. Secundum eſt, febres, quæ ſeptem diebus iudicandi dicuntur, poſſe quidem etiam celerius iudicari pro qualitate, & quantitate humoris peccantis, roboreque facultatis; at quod ultra prorogentur, euenire non poteſt abſque errore aliquo commiſſo, & cauſſa eſt, ipſius humoris tenuitas, & feruor, qui eo temporis ſpacio conſumpto fomite conſumitur, licet Galenus aliam uideatur aſſignare in commentario, nec eſt uerum, quod dicit conciuis meus, poſſe contingere, vt bilis ſincera faciens febrem ſit tota ſiliſcula, & propterea poſſit producere acceſſiones, quoniam ità non eſſet bilis pura. Tertium eſt humores

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 405 sur 867

intermittentium febrium ex propria natura habere peculiares circuitus, & consequeter etiam habere proprios terminos, vt tertiana, quotidiana, quartana, quadere Alex. 2. probl. 8. Vtilis est aphorismus ad prędicendum, imò etiam ad curandum, quoniam vbi medicus nouit, qui soleat esse status, & declinatio febrium, quas suscipit curandas, simul esse intelligit, quo victu, quibus auxilijs, & quando debeat, sic enim aliter tractantur tertiana, aliter quartana laborantes. *Vtilitas Aphor.*

---

60 *Quibus in febribus aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, soluit morbum.*

ET hic aphorismus est ex ijs, in quibus agitur de febribus coniunctis accidentibus, scilicet cum actione læsa sensus auditus, nempe surditate; quod symptoma, quia potest cuilibet febri superuenire, ideo vsus est voce plurali (*In febribus*) Est enim sententia prognostica, sed potest etiam esse veluti documentum quoddam ad curandum illud symptoma vtile; Est enim sententia simplex sine demonstratione, & licet sit longiuscula, nequit tamen in plures partes secari, (*Quibus in febribus.*) Vt dicebam antea; surditas aurium in omnibus febrib. contingere solet tum vitio ipsius capitis, tum etiam ob partes infra caput, maximè verò ab ventriculum, iecur, & lienem, vt contigit Herophonti commemorato ab Hippocr. lib. 1. Epid. sect. 3. cui vbi lien intumescebat, simul surditas oriebatur. Vbi enim in aliqua, vel pluribus huiusmodi partibus fit putredo, ex ea elati vapores crassi, atque in aurium amphractus missi, & retenti, non modo spiritus animales crascefaciunt, verum etiam auditorios meatus occludentes impediunt facultatis sensitricis transitum ad ipsum auditus instrumentum, donec ij dissoluti, fomesquè ipsorum penitus sublatus, & ipsis spiritibus tranatio redditur, & ipsæ viæ liberatæ manent, hoc autem fit potissimum, quando (si causa sit in ipso capite) humor peccans vnde eleuantur vapores una cum sanguine è naribus profunditur, vel si vitium sit in partibus infernis naturalibus, per alui fluxum ijdem peccantes humores euacuantur, vt per hæc omnia non solum videatur hæc sententia vera, atque vsu ab Hippocrate probata, verumetiam ipsi rei naturæ admodum consentanea, si quidem vt optimè ait Galenus excretis, & trāsmutatis humoribus lędentibus, morbi soluuntur, qui ab ijs fiunt, habuit Hippocrates similem sententiam 28. aphoris. huiusmet libri, verum in multis dissimilem, nam ibi non loquitur de febribus, vt hic, prætereà mentionem facit tantum biliosarum excretionum, amplius ibi non meminit sanguinis fluxus è naribus. Postremo ibi de recursu humorum ad superiora, & ob id non tantum de solutione surditatis, verumetiam de generatione loquitur, adeo vt nullo modo possit Hippocrates accusari, tamquam idem repetierit. In Coacis prænotionibus, hæc eadem sententia habetur, sed brenioribus verbis, hunc scilicet in modum. (*Surditates ex febribus fluxio narium soluit, & ventris turbatio.*) At in libro de indicationibus complura alia adduntur, quæ videntur *Connexio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 406 sur 867

facere ad explicationem, atque ampliationem præsentis sententiæ, Sunt autem hæc. Quibus in febribus aures obsurduerunt, his nisi febris soluatur furorem contingere necesse est, Soluit autem è naribus sanguis fluens, vel aluus biliosa fundens, vel dysenteria superueniens, vel dolor coxendicum, aut genuum, Et crebra spiratio, quicquid horum contigerit soluit; Verum illud quæsitu dignum est, cur hoc in loco Hippoc. non dixit quicquam de fecibus biliosis, vt in 28. aph: Sed tantum de alui turbatione, & caussa dubitationis est, quia vt habetur à Gal. 2. de diff: feb: cap. 2. febres maiori ex parte efficiuntur à sanguine, & à bile, quod etiam dixit Hipp. 1. de morbis, & 2. lib. de nat: hum: Respondendum hoc in loco Hippocratem tacuisse fæces biliosas, quoniam aphorismi sunt sententiæ vniuersales, vnde quanto plura complectuntur, eò magis propriam naturam seruant, itaque cum etiam ab alijs fecibus, & ab omni alui solutione surditas tollatur, siue sit sola siue cum febribus, ob id Hippocr. noluit meminisse biliosarum excretionum, ne putaretur ab hisce solis surditates finiri, imò quod Hipp. dicit de vna surditate, idem etiam putandum est dici de qualibet capitis affectione tàm vaporosa, quàm humorali, si quidem per alui fluxum, & vapores, & humores à superioribus partibus abducuntur, vnde Cornel: Cellus lib. 2. cap. 8. dicebat hunc aphorismum interpretans, In febre aures obtusæ sunt, si sanguis è naribus fluxit, aut venter resolutus est, illud malum desinit ex toto. Et hæc est vtilitas præsentis Aphorismi, qd non solum docet sperandam esse affectionũ capitis solutionem vbi ijs alui fluxus superuenit, & præsertim biliosus, atque dysenterius, verumetiam monet in medicina facienda debere medicum oportunis alui solutionibus succurrere surditati in febribus, alijsquè capitis affectionibus, siquidem medicus debet semper quantum sibi licet, imitari naturam rectè operantem, An vero debeat simili ratione medicus sanguinem è naribus prouocare, postquam, & hocalio modo natura soluit surditates, non est ità diffinitum, tum quia non est tutum, nec commodum, facileuè id agere, atq; naturam, imitari, tum quia habemus alias vias, quam nares quibus possumus sanguinem euacuare, ac illum à superioribus partibus auocare, vt per sectam venam, per hirudines, cucubirtulasuè.

Dubit. *Solut.* *Aphorisq. quid.* *Vtilitas Aphor.* *Dub. Solut.*

---

61 *Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare.*

Connexio. CVM in hoc aphorismo doceat Hippocrates cognoscere securam febrium solutionem ex ipsis diebus, videtur quodam pacto antecedenti, si non immediato, saltem illum antecedenti posse coniungi, ita vt & hic aphorismus sit sententia prognostica sine demonstratione, atque indiuisibilis. Quasi Hippoc. ita loquatur: Tertiana septenis circuitibus ad summum finitur, quinimo nisi febris quelibet diebus imparibus finiatur, solet recidiuare; (*In diebus imparibus,*) qui sint dies impares, non est vt doceam, cum sint omnibus notissimi, sed illud in controuersia positum est, an vera sit sententia hæc, scilicet redire febrem quæ non reliquit in diebus imparibus; Ex vna parte est Hippocr. non modo hoc in loco, verumetiam 2. Epid. sect. 5. hanc eandem sententiam habet, prima sect. 6. eiusdem

Dubit.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 407 sur 867

eiusdem libri scribit; non solum diebus, verumetiam mensibus, & annis imparibus homines perire, Ex altera parte est Galenus, qui scribit in præsenti commentario, hanc sententiam non esse veram, eo quod 2. aphor. 24. & in Epidemijs testatur Hippocr. 14. multos se vidisse iudicatos sicut 20. 24. 34. 40. 60. octuagesimo, quinimò ipsamet quarta ab initio etiam iudicatoria passim ab Hippoc. nominatur, & à cunctis reputatur. Pro solutione difficultatis Galen. qui primus uidit eam dixit: se nescire an hunc aphorismum scripserit Hippoc. an fuerit à quopiam adscriptus, si quidem 3 progn 2. 4. incrementa, & compositiones dierum iudicantium docuit fieri in quaternis, vnde concludens quasi sublaturus contradictionem inquit: eorum sententiam esse amplectendam, qui voluerunt pro diebus imparibus intelligendos, & legendos esse dies iudicatorios; sed cum valde differat etiam apud Græcos vox imparis, à voce iudicatorij, atq; hęc eadem sententia habeatur 2. Epid. sect. 5. cum maiori emphasi quasi id sit necessarium, sicut & in Coacis prænot: non mihi videtur tutus Galeni in respondendo modus. Philotheus post Galenum haud contemptibilis interpres, ut tolleret difficultatem dixit: Hippoc hoc in loco de valde acutis loqui, qui cum septem diebus terminentur, hi non possint iudicari nisi imparibus, scilicet tertia quinta, septima. Verum peccat dupliciter primo, quia loquitur indifferenter de febribus; sicut antea de tertianis est locutus, nec hic, nec in Coacis ubi eadem sententia vlla est mentio acutorum. Secundo quia quartus dies est par, & tamen inter decretorios primum tenet locum, nam Pericles vt habetur 3 in 3. Epid ægro sexto, liberatus est quarta die, nec morbus redijt. Alij dixerunt hic Hippoc. loqui de febribus, quæ desinunt sine iudicatione, sed neque hæc responsio mihi satisfacit, quod vt dixi Hippoc. loquatur indiferenter de febribus; Quare satius esse puto si dicatur, Hippocratem dicere, non simpliciter quod recidiuet, sed quod soleat recidiuare, quasi id frequentissimum sit, quod febres desinentes diebus paribus reuertantur, interdum tamen secus contingat, scilicet etiam paribus fideliter iudicari, quod autem dicitur de quarta, & decima quarta aliud est, hæc enim quodammodum imparis numeri naturam refert, per iunctionem, cum ex duabus septimanis conflctur, illa uero ut est una inter tot, sic potest dici raro fieri, vt in paribus salubriter decernantur morbi, & uere raro fiunt quarta die iudicationes, nec etiam absonum erit, si dicere placeat, Hippocratem metiri accessiones, non dies, quæ accessiones in quarta, & in quartadecima sunt impares. Vtilitas præsentis aphorismi est in prædicendo potissimum recidiuationes morborum, sed iuuat & ad curationem, eo quod medicus hinc discit, ubi in diebus legitimis non soluuntur febres, aliquè morbi, minimè fidendum esse, nec propterea desistendum ab usu remediorum rationabilium instituto, & maximè ab optimi victus obseruatione, quem victum propterea dicebat Hippocrates 2. acut: non nisi postridie à iudicatione mutari debere.

Solut.

Auctoris Solutio.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 408 sur 867

©BIUM

62. *Quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit, malum.*

Connexio. ETSI videatur antecedens aphoriſmus nonnihil diſtinctus ab precedente, & ſubſequente, tamen hic euidentem habet cum ſuperioribus connexionem, poſtquam & ipſe tractat de ſymptomate in febribus cõtingente, nimirum de morbo Regio, quem iuuare dicit ſi fiat poſt ſeptimam diem, nocere autem ſi ante, Nam & Corn: Celſus lib. 3 4. cap. 2 4 ita ſcribit. Aeque notus eſt morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant, quem Hippocrates ait ſi poſt ſeptimam diem febricitante ægro ſuperuenerit tutum eſſe, mollibus tantummodo præcordijs ſubſtantibus. Diocles verò, vt idem teſtatur Celſus, dixit: ex toto prodeſſe icterum, ſi poſt febrem oriatur, ſi uero poſt hunc febris, occidere. Eſt itaque ſententia prognoſtica ſimplex & indiuiſibilis. Cęterum duo Not. duo. hic videnda paullo diligentius. Vnum eſt quid ſit morbus regius, Alterum an hæc ſententia; vera ſit: icterus igitur ſic vocatur ab Ictero aue alias charadrio, aut regulo uocato, quem dicit Plutarchus 5. ſympt. 1. 7. Et Aelianus, lib. 17. cap. 13. Heliodorus in Aetiopicis lib. 3. Plinius lib. 30. cap. 11. & ſuidas ſi conſpiciat laborantem hoc morbo attrahere in ſeſe omne uirus, atque ægrum liberare: vel quia ea etiam auis ſit coloris fellei, ut dixit Cæl: Aurel: 3. diut. paſs: cap. 5. Dicitur & arquatus à colore, & regius, quod vt ait Varro apud Plinium lib. 22. cap. 24. curetur mulſo, dicitur etiam aurigo ab aliquibus Latinis. Eſt autem nil aliud Morbus regius q̃d. quam ſymptoma in genere qualitatum uiſibilium mutatarum, ſi quidem eſt quædam defœdatio, ſeu mutatio coloris totius corporis ad flauum, ita vt ſecundum aliquos non modo in lingua guſtus deprauetur, quo cuncta videntur amara, verumetiam viſus, quo cuncta lurida, & flaua iudicantur; dixi autem ſecundum aliquos, quoniam vt à me diſputatum eſt in uarijs lectionibus pleriq. medici de hoc uiſus ſymptomate ſiluerunt; fit hic affectus ex effuſione bilis flaue, aut nigræ in uniuerſam cutem, & effunditur vt ait Galen. vel ratione criſis, vel ratione affectus præter naturalis in ipſo Iocinore, aut veſicula fellis ſibi appẽſo geniti, aut lienis, ſed hic Hip. vere ꝺ flauo ictero loqtur. Mali affectus iecinoris, propter quos gignitur hoc ſymptoma tres numerantur, à Galeno, tumor durus; inflammatio & obſtructio, affectus vero ueſiculę ſunt ipſę obſtructiones uel propter copiam bilis, uel propter ipſius craſſitiem, & uiſciditatem: Atque hæc eſt tota icteri natura, quæ ipſismet oculis cognoſcitur. Cęterum an uera ſit ſententia Hippocr. 2. loco diſquirendum eſt; Nam Diocles vt narrat Celſus, dixit: ſi regius morbus poſt febrem oriatur ex toto prodeſſe, ſi poſt hunc febris, occidere. Plinius ſimiliter lib. 26. cap. 12. ſcribit: Etſi Hippocr. dixerit regium morbum ante ſeptimam diem eſſe mortiferum ſignum, tamen ſeſe uidiſſe aliquos uixiſſe ab hac deſperatione, Auerroes quoque collect. 43. ſcribit hanc ſententiã Hippocratis forſan in ipſius regionibus fuiſſe ueram, attamen in Affrica ſæpè uſuuenire, ut quinta die ſuperueniens icterus febrem ſoluat, atq; hoc confirmatum eſſe à Medicis Perſis, maioris Indiæ, atque, i. talis; Quinimo author quarti lib: de acut: ſiue is ſit Hippoc. ſiue alius, ſcribit: in febre biliosa ſi cum rigore ante ſepti-

septimam diem fit morbus regius in febre eam soluere, Ita vt ex his omnibus authoritatibus haud videatur vera Hippoc. sententia, Cum tamen aphorismi sint æternæ veritatis. In hac itaque scriptorum discrepantia dicendum puto. Iterū qui fit ratione crisis, ac propterea omnium tutissimus est, haudquaquam fieri posse ante septimam, quemadmodum testatur, Gal. in com: qui licet dixerit in lib: quos & quando pur. oportere humores tenues semper esse paratos expulsioni, id tamen intelligendum est, quantum sit ex parte ipsorum humorum, non ex parte corporis; cum ergo icterus ante septimam diem nequeat esse iudicatorius, & propterea optimus, relinquitur, vt ubi tunc fit, alia ratione contingat, nempè non ob tumorem durum, quia non fit cito, sed vel ob inflammationem, vel ob obstructionem, aut ipsius locinoris, aut vesicæ fellis; quæ causæ semper malæ sunt, licet non semper mortales, vt malè imponit Hippocrati Plinius; quare satis patet semper verum esse præsentem aphorismum, scilicet, quod licet morbus regius non sit semper mortalis ante septimum diem, est tamen semper malus, quia cum non fiat via crisis, fit ex alijs causis, quę saltem morbum longum reddunt, nisi tamen alui fluxus accedat, (vt optimè veteres interpretes adiecerunt,) quo euacuati biliosi humores finiunt febrem, qua ratione possumus dicere non esse à ratione alienum, qđ scriptum est apud authorem quarti lib: de acut: quandoquidem, vbi per rigorem humores biliosi mittuntur in cutem, vel in spacia interna, fit ea ratione solutio febris, qua alias retro dixit Hippocrates febrem ardentem solui superueniente rigore; Quod autem dixerunt Plinius, & Auuerroes visos esse, qui ante septimam diem facti arquati euaserint, id non tantum potuit euenisse regionum ratione, quantum quod vel alui fluore, vel rigore accedente sint seruati. Secus enim cum abscessus quidam, nec coctio vera humoris esse possit ante septimam, atque vt dicebat Galen. 3. de crisi cap. 3. omnis abscessus fiat à materia contumaci, & coctioni inepta, necessario saltem facultate existente valida morbus diuturnus portenditur, sicut exitialis, si vires sint infirmæ, Hippoc. lib. de internis affect: 4. genera facit morbi regij, quorum posterum nescit quo pacto uerè morbus regius debeat uocari, cum scribat fieri à pura pituita; reliqua verò tria priora genera cum fiant semper vel à febre, vel saltem cum febre, possunt ab Hippocrate esse in hoc aphorismo complexa, vnde non est mirum si multa alia ipsorum symptomata proponit, quæ non tam ratione icteri, quam ipsius febris, eueniunt, Vtilis est aphorismus ad prædicendum in primis, non modo mortem, vel morbum alium deteriorem, vt tabem, vel hydropem, verumetiam ad salutem tum præsagiendam, tum etiam procurandam, si quidem vbi morbus regius ante septimam diem succedit, maximè curationi inuigilādū est, vbi uero, post efficitur, non ita necesse est satagere circà curationem, quod sponte sæpe, atque sola victus ratione tollatur, sin minus cholagogis medicamentis noxia materia pellatur, atque interdum sanguinis missione, vt facit Hippocrates loco citato.

Vtilitas Aphor.

Quibus

©BIUM

63 *Quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres soluuntur.*

RIGORES, (vt etiam dicit Galenus) fiunt bile effusa per corpus, quemadmodum, & icterus; sed differunt, quia in ictero effunditur ad cutim, in rigore ad partes intimiores sensu præditas, vnde & hac ratione est, aliqua communio inter hunc, & præcedentem aphorismum; Est quoque, quia vterque de symptomatibus in febre contingentibus. Est sententia sine demonstratione, ac indiuisibilis ad partem simioticam pertinens, & est purum dogma partim physicum, partim medicum, propterea ad nos pertinet afferre sententiæ demonstrationem, quid sit rigor, & quo ab horrore, & frigore differat, Galen. locullenter in proprio libro demonstrauit, atque nos aliàs docuimus, vnde sat est nùc dicere rigorem differre à frigore, quia in rigore fit concussus absquè magno frigoris sensu, contra autem in frigore, præter exiguum quendam concussum, est manifestus frigoris sensus. Iam verò cum ità res sit, atque rigor fiat à bile percutiente sensibiles partes, contraq. natura eam expellere strenue nitente, manifestũ est, si ea superior, vt fit, euadat, ipsum humorẽ, vel longe in corpore, aut extra corpus pulsum, aut dissipatum, iri, quocircà dixit Hippocrat. si fiant rigores quotidie, quotidie solui febres, scilicet quia humor morbificus quotidie consumitur, vndè soluitur febris, licet fomes, & mala quædam in memoria relinquiquatur dispositio, merito cuius, vt ait corpora tunc sana dici non possunt, cum febre carent, & nouæ febres alijquè morbi subnascuntur: & notandum est: Hippoc. dixisse numero plurali, (*rigores*) & dixisse (*quotidie*) primum, quoniam vnus rigor non soluit febrem, cum sæpè obseruamus inchoare febres à rigore, & tamen eas statim euadere continuas, deindè, quoniam vbi quotidie fiunt, signũ est febres esse interpollatas, & licet interdum sensu non videatur finiri, vt subintrates vocatę, finiunt tamen ratione, vt propterea dixerit quãdoquè Galenus: proprium continuarum esse, non horrere. Verum illud non est ignorandum, quod video ab alijs quoque fuisse animaduersum, quando Hipp. ait finiri quotidie febres, intelligere de ijs, merito quarum fiunt rigores, alioquin si cum tertiana sit cõiuncta febris continua, vt sæpę usueuenit qualibet tertia die qua fient rigores, finietur quidem tertianę paroxysmus, ob cõsumptionem illius materię, quæ ipsum efficit, at non finietur continua, Vtilitas huius aphorismi est, quia ex ipso cognoscitur, ubi rigor adest, semper minus pertimescẽdum; quia quantum sit ex ipso, febres ipse subsequentes finiuntur, Adhæc intelligitur ex hac sententia, vbi fiunt rigores, & febres non finiuntur, haud simplicem, & unam esse febrem, sed plures, quarum una non finiatur, altera finita, quo cognito, simul etiam cognoscitur, si una non videatur postulare euacuationem, aut aliam diligentiam, attamen esse alteram, quæ egeat studio, & curatione.

Connexio.

Rigor in quib. differat à frigore.

Not.

Not.

Vtilitas Aphor.

64 Quibus

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 411 sur 867

64 *Quibus in febribus morbus regius, ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit, bonum, niſi dextrum ilium obduruerit, ſi vero non, non bonum.*

HVNC eundem aphoriſmum habet Hippocrates in Coacis prænotionibus,& in libello de iudicationibus,vbi additur in febribus intolerabilibus,& Corn Celſus lib.2 cap.4.eum tranſtulit. Verum de continuatione cum ſuperiori illud compertum eſt inter hunc,& ſexageſimum ſecundum euidentiſſimam eſſe connexionem, ita vt ſexageſimus ſecundus videatur extra locũ proprium eſſe collocatus, vt ſapienter admonuit nos Galenus, etſi non deſint qui conantur eam interpoſitionem tueri, eſt aphoriſmus dogma prognoſticum, atque in duas partes commode diuiditur. Quarum prioris hæc eſt ſententia, (*ſi ſeptimo atque poſt ſeptimum diem nempè, nono, vel vndecimo, vel quartodecimo morbus regius ſuperuenerit, bonum eſſe, niſi dexterum hypocondrium obduruerit*) Altera vero pars eſt, (*Si verò non, non bonum*,) quæ vtrum habuerit Galen. in ſuo contextu iure dubitari poteſt,cum illius nullam fecerit mentionem, Verum non eſt dubitandum adeſſe debere, cum in lib. de iudicationibus habeatur, licet paullò diuerſa, quod ibi ſcriptum, (*Sinmius, ambiguum*,) Verum quicquid ſit,videamus quę magis vtilia ſunt; Cur morbus regius in enumeratis diebus apparens bonus ſit, ratio eſt, quoniam cum ſit expulſio quædam à natura facta,ſi critica,& ſalutaris eſſe debet, in die aliqua decretoria fiat oportet; & enumerauit dies dumtaxat vſque ad decimam quartam, quoniam cum huiuſmodi expulſio ſit humoris bilioſi,qui celeriter mouetur, ſolet ad ſummum 14. diebus excerni,vt etiam ob hanc rationem tertiana febris ſimplex, quę eſt ſoboles humoris bilioſi puri,decernatur ſeptẽ circuitibus,qui 14. diebus complectũtur. (*N ſi dextrum Hypocondrium.*) Hanc exceptionem & longa experientia, & ratione edoctus Hippocrates propoſuit, vt veriſſimam,& ut ſignum,& ut cauſſam; vt ſignum,quod ſignificat iecur ualde laborare, vt cauſſa. Si quidem ubi durum iecur permanet, cum ſit ſanguinis officina non modo is probus gigni requit,uerum nec bilis per meatus ſibi deſtinatos expurgari, quo fit ut ea retenta, ac demum per uniuerſum corpus una cum ſanguine diffuſa, colorem, & habitum totius corporis defœdet, tandemq; calorem natiuum habetans gignundæ aquæ loco ſanguinis occaſionem præſtet, ſicquè ad hydropem deducat,& hoc eſt quod uoluit dicere 6. aph. 42. ubi ſcripſit morbo regio laborantibus ſi fiat iecur durum eſſe malum,uel ut tranſtulit Celſus lib 2. cap. 8 perniciosiſſimum, & qđ hic dicitur de icterо flauo, ſimiliter eſt dicendum de nigro, quippe qui & ipſe habet originem à communi ſuccorum officina, ſcilicet iocinore, licet ſimul ſplenis quoque uitium accedat, qui interdum præbet initium malo, ſed tandem etiam iecur trahitur in conſenſum. Sic enim intelligendum eſt, quod ſcripſit Hippocr. 2. Epid. à liene icterum nigrum oriri, ſcilicet occaſionaliter, (ut aiunt.) Iam uero cum durum ſit ἀντίτυπον, i. quod non cędit tactui, ut Plato & Arift. ait; trib. modis fiat ſecundũ Gal. 5 lib. de ſimpl cap. 4. ſcilicet ſiccatione

Connexio.

Diuiſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 412 sur 867

©BIUM

cõcretione, & repletione, vel flatu, certè d̃ postrema intellig. & nõ d̃ omni hum: sed sicco, vt vtraq; bile, nã à pituita non fit tumor in Iocinore, qd̃ est œdema, vt Gal. 4. de præs: c. 4. sed œdematosa affectio vt c. 9. eiusdẽ quę alias ab Hipp. secundũ Erotianũ dicitur; ξήμωσις ἢ πάτος, (*Si verò non, non bonũ*) hæc est secũda pars aphorismi, quã (vt dixi,) silentio prętermisit Gal. est verò sensus ipsius, si nõ fiat dieb. decretorijs morb. regius in febrib. siue tamẽ iecur indurescat, siue nõ, haud esse bonũ; Siue vt scriptũ est in Coacis, & in lib. de iudicationib. esse ambiguum: nã quatenus fit die nõ d̃cretoria, malũ est, quatenus verò fit absq; iocinoris duritie est bonum; bonũ autẽ, & malũ simul coniuncta pariunt ambiguitatẽ; Sed obstabit aliquis, quoniam si verus est aphorismus sexti libri, in morbo regio laborantibus duritiem iocinoris semper malam esse, aut perniciosissimam (quemadmodum ait Celsus,) quomodo ergo hic dicit nõ esse bonum, aut alibi ambiguũ, cui Resp: regium morbum, aut esse diuturnum, aut recentem; si enim sit diuturnus certè durities pessima est, quia saltem euidens futuræ hydropis imminet periculum, sin autem recens, ambiguum est, quia fluxu alui, aut vrinæ, aut sanguinis è naribus omne periculum euitari potest, vt Hipp. 1. Epid: com. 3. Itaque hæc sententia vtilis est ad prognosim, & præsertim ad intelligendum nonnullos falli, qui putant duritiem hepatis cum morbo regio semper esse malam; sicuti semper mala est si cum delirio fiat, vt habetur in Coacis: signum enim est humorem biliosum tentare cerebrum, quod quidem solet esse exitiale.

Dub. *Solut.* *Vtilitas Aphor.*

---

65 *In febribus circa ventriculum, & fortis æstus; & cordis morsus, vel dolor, malum.*

SI vmquam Hippocrates diligens fuit, certè in hac de febribus cum symptomatibus coniunctis tractatione videtur diligentissimus, quando nullum penę maximè ex præcipuis relinquit, eo quod omnium affectuum qui tranctantur à medico frequentissimæ sint febres cum symptomatibus, vt hac ratione videatur perpetua inter hos connexio, quamquam aliqua etiam alia potest afferri inter hunc, atque antecedentem, quod scilicet morsus oris ventriculi, atq; æstus validi sit plerumq; effectus bilis effusæ à iocinore ad stomacum, vt morbus regius ad ambitum corporis, imò sæpè contingit, vt hæc duo symptomata in febribus, & extra febres consequantur icterum, Est sententia prognostica simplex, atq; indiuisibilis, quę vt exactę intelligatur operę precium est intelligatur primũ, quid sit æstus ventriculi validus, & quid eiusdem morsus. Galenus hoc in loco sicut etiã sexcentis alijs in locis inculcat apud Veteres καρδίαν, i. cor significasse non tantum illud viscus, quod irrequiete pulsat, quodq; vnicum vitę domicilium est, uerumetiã ipsius ventriculi os, de qua re nos quoq; aliqua diximus 1. lib. Variarũ lect: Iam uero vtrum hic pro cardialgia accipiendus sit ipsius cordis visceris precipui dolor, seu morsus, aut palpitatio, merito dubitari potest, nec Galen. hos satis diffiniuit, Verum magis mihi placet accipiamus more antiquorum, s. pro morsu ipsius oris ventriculi, primum, quia morsus cordis veri, seu palpitatio in febribus mortales sunt, non simpliciter malę, vt ait hic Hipp. deindè quia æquius videtur cum explicate prima dictio sit de ventriculo, secunda etiã de eodem sit, postremo quia frequentius multo in febribus contingit morsus oris ventriculi, quàm cordis, licet laborantes potius de corde coquerantur, præter quam quod

Connexio. *Scopus.*

cordi

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 413 sur 867

cordi non approximat bilis, vt testatur Aristot 4 de partibus animal cap. 2. Iam verò quæ sit differentia inter æstum ventriculi, atque illius oris morsum, facilè ex Galeni verbis colligere licet. Differt enim primum vterquè ratione affectus, quia in altero percipitur tantum intemperies calida, in altero vnitatis solutio, nimirum dolor. Differt etiam vterquè affectus ratione loci, quoniam in æstu afficitur vniuersum ventriculi corpus, in cardialgia ipsius os; Differt postremò ratione caussæ, quoniam æstus, (vt ait Galen.) generatur à bilioso humore, qui feruet in venis, & arterijs, tunicarum ipsius ventriculi, vel etiam inter ipsas tunicas, Cardialgia verò ab ipso humore acri, & mordaci, os eius vehementer extra tunicas mordente; Vnde Chrisermus illæ ex piperis vsu in hanc passionem incidebat, vt est apud sextum Empyricum lib. 1 Hypoth: cap. 14 Et quamquam fiant separatim hæc symptomata, possunt tamen etiam simul fieri, licet haud durare queãt, quoniam (vt bene dicebat Seneca,) magni dolores, vel cito finiunt, vel ipsi finiuntur: Sed dubium est, quomodo Hippoc. 4 de morbis ponat καρδιογμον inter affectus iocinoris, imò uero dicat: fel nullũ alium affectũ pati, quam καρδιογμον, nisi dicamus ibi populariter loqui, cum dicat lecur à pueris vocari cor. Atq; hinc patet non ita verum esse, quod scribit Alexander 1. probl. 30. s. Vesiculam fellis non lædi à bile, quę alioquin partes multo solidiores dilacerat ob familiaritatem, sicuti fœtus decimestris non grauat vterum, quem alioquin offendit, quilibet flatus intra illum clausus. Sunt vere mali & æstus, & dolor ventriculi, tum vt signa, tum vt caussæ, Vt signa sunt mali, quoniam vt ait Galenus si pro morsu capiatur creber, ac velox motus cordis palpitationi similis, significat τὴν ἀρχήν, idest principium vitæ maximo incendio laborare, sin autem capiatur pro oris ventriculi affectu, significat etiam eam partem affici, quæ tum cerebrũ, tum cor facile in consensum trahit. Sunt quoque hi affectus mali vt caussæ, quoniam insignem vitium, & maximè vitalium imbecillitatem producunt, ita vt & animi deliquia, & syncopas, aliaquè mala grauia faciant. Vtilis est aphorismus ad prædicendum, sed est etiam veluti quoddam documentum, quo medici monentur in febribus ventriculi, atq; adeo ipsius oris maximam curam esse gerendam, nam si vlla est pars, quæ in ipsis patiatur, planè est stomachus, succurritur stomacho in hiscè casibus cum fomentis, atque linimentis extrinsecis adstringentibus, & moderatè refrigerantibus, cuiusmodi Hippoc. vtebatur succo granatorum, & polenta intus in muliere illa, & in Charione secundi Epidemiorum relatis; Sic quoque Archigenes apud Gal 8. de medic: local: laudabat in doloribus stomachi vsum spongiarum aceto imbutarum, atq; ipsis genubus applicatarum, donec bullæ excitentur.

Vtilitas Aphor.

---

66 In acutis febribus conuulsiones; & circa viscera dolores fortes, malum.

HIC quoque aphorismus vna cum duobus subsequentibus de symptomatibus febrium tractat, in eo differens, quod alij simpliciter de febribus, hic vero est de acutis, quarum calor cum sit immensus, iure maximè exiccat, ac propterea effectus exiccationis inducit, cuiusmodi sunt conuulsiones, quæ certè numquam penè solę febribus copulantur, sed semper cum alijs, & ratio est, quoniã illę ab eximio calore generantur, qui semper mala plurima facit. Itaque

Connexio

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 414 sur 867

©BIUM

Connexio. manifesta est huius aphorismi cum superiore continuatio, qui est pura prognostica sententia, atque indiuisibilis. Est autem sensus manifestus, vbi in febribus acutis fiunt conuulsiones, & circà viscera dolores fortes, malum. In Coacis prænotionibus scribitur: conuulsiones in febribus acutis esse pernicios issimas, quod quidem verum esse vsui, atque experientia comprobatur, siquidem raro videntur ij superstites euadere, qui in febribus acutis conuulsiones patiuntur. Celsus lib. 2. cap. 4. transferens hunc, & sequentem aphorismum dicebat. Nulla, acuta febris leuiter nos terrere debet, neque vnquam in acuta febre, vt à somno non *Not.* est terribilis neruorum distensio. Timere etiam ex somno malum morbi est. Sed sciendum est, alias esse veras conuulsiones, quæ sunt earum generum, tetanus emprostotanos, & epistothotonos, alijs motus conuulsiuos, quoniam in his corpus, nec in alteram, nec in alterutrã flectitur, rigidumue manet, sed dũtaxat manus, brachia, crura motu quatiuntur, atque hæ sunt conuulsiones, quę semper in febribus acutis contingunt, & de quibus loquitur Hipp. hoc in loco, cum rarissime veri spasmi, seu conuulsiones conspiciantur, vel vt symptomata febrium, vel vt morbi proprij. Et Galenus monuit rationabiliter hic Hippocratem loqui non de febribus, quæ sunt symptomata, sed de illis, quæ sunt proprij morbi, & quarum conuulsiones sunt symptomata, quomodo verò à febribus acutis inducantur conuulsiones explicans Galenus, dicit. Febres vehementes instar ignis neruos exiccare, Sicquè eos tendere, & contrahere, vnde suspicor male contextum esse à Latino interprete cõuersum, vbi dicit; neruos à siccitate extendi, quòd exiccati nerui contrahantur, & abbreuientur potius, quàm elongentur, Vndè dubito quoque, an Celsus conuulsiones huiusmodi, neruorum dilatationes vertat, Vtcumque verò sit, huiusmodi conuulsiones, quæ acutas febres comitantur, semper malæ, atque pernicios æ, & terribiles sunt, *(Viscerum dolores)*, vt Pulmonum, Cordis Iocinoris, atque Lienis, non fiunt in ipsis paronohymatibus, sed in partibus circa ipsa neruosis, ut prudenter dixerit Hippocrat, *(circa viscera.)* Atque hi, vel fiunt ait Galenus, propter inflammationem, vel propter Erysipelas, vel ob fortem obstructionem, vel propter abscessum; Sed in febrib. acutis, nec ab obstructione, nec ab abscessu possunt fieri dolores, ità fortes, quemadmodum ab inflammatione, & Erisipelate, Vndè verisimilius est Hippocratem hic loqui de inflammationibus, & Erisipelatibus, tum quia hi affectus sunt soboles bilioforum humorum, sicuti febres acutæ, tum quia non solum malum est, vbi viscera inflammantur, verum etiam vt dicit Gal. 2. prognosticorũ, semper malignæ, & lethales sunt febres, quæ cõiunguntur inflammationi, aut erysipelati alicuius visceris, præterquam quod inflammationes, & Erysipelata sunt, quæ ualidos inferunt dolores ob feruorem, & acredinem humoris ea producentis. Circà hæc autem duæ oriuntur dubitationes: Vna est, *Dub. duę.* 1. cur Hippocrates dixerit in acutis febribus conuulsiones, malum esse, nam quæ fiunt in febribus sunt à siccitate, ac propterea lethalissimæ. Altera dubitatio oritur ex ijs, quæ scripta inueniuntur in fine lib. Hippoc. de iudicationibus, vbi hæc habetur: si à febre detentum conuulsio corripuerit, soluitur febris eadem die, vel *Solut. primæ de mẽte aliorũ.* postridie, vel tertia die. Circa primam, putarunt aliqui Hippocratem non loqui de conuulsionibus, quæ contingunt in fine febrium acutarum, sed de ijs quæ in prin-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 415 sur 867

in principio, cuiuſmodi accidunt infantibus. Verum duo abſurda ſequuntur hanc reſponſionem, primum eſt, quia febres in infantibus, quod conuelluntur ſunt ſymptomata, non morbi, Galenus autem vult, & rationabiliter hic Hippocratem loqui de febribus, quæ ſunt morbi, non ſymptomata. Alterum eſt, uia aphoriſtica doctrina eſt communis, non particularis, & conuulſiones in ueris ſunt exitialiſſimæ, non autem ſimpliciter malę. Quapropter multo ſaus eſt dicere, aliam eſſe ueram conuulſionem, alium motum conuulſiuum, Vera conuulſio eſt lęthaliſſima, præſertim quæ fit à ſiccitate, de qua non loquitur Hippocrates, ſed de motibus conuulſiuis, qui fiunt frequenter in febribus pravis à vaporib. maligniis, & acribus principium neruorum percellentibus, atque hi uere mali ſunt, non tamen adeo exitiales, quin aliqui euadant, ut apparet ex hiſtorijs Epidęmicis. dA aliud dubium, alias etiam ni fallor dixi hanc eandem ſententiam haberi quoque in Coacis, prædict: ſed vtrobiquè malę, cum melius ſcribatur in lib. de loc: in homine: febrem ſuperuenientem conuulſioni eadem, uel poſtera die ſoluere, niſi potius dicere placeat, conuulſionem illo concuſſu extrudere è venis materiam facientem febrem continuam, ſicquè dici eam ſoluere, quemadmodum dixit Hippocr. 6. aph. 26. & 7. 5. tremores in ardentibus ſoluere deliria, & ab hoc ſolui furorem, vt enim præclare Galen. docet in com: illor: aph: concuſſiones vehementes conuulſionum commouent, humores attenuant, & vel per ſudorem, vel per halitum diſſipant, aut ad alias partes transferunt, quorum ſolutio impropriè vocatur ab Hippocr. & vehementiſſimi caſus interdum bonas criſes operantur; Vtilitas huius aphoriſmi ſola uidetur eſſe in prędicendo, quaſi medicus ſtatim atq; videt in acutis febribus huiuſmodi motus etiam obſcuros, magnopere debeat formidare, nec ſegnis eſſe in auxilijs oportunis adhibendis, quę debent ea eſſe, ut auertant uapores à partibus ſuperioribus, qualia ſunt frictiones, ligaturę, & veſicantia medicamenta infernis partibus adhibita, necnon cerebrum, & neruorum principium corroborant, ne ita faciliter ab impetentibus vaporibus lędantur.

Sol. prime Dubit. de mente acutoris.

Solut. ſecunda.

Vtilitas Aphor.

---

67 In febribus ex ſomnis timores, vel conuulſiones, malum.

VT retro dicebam, & hic, & ſequens aphoriſmus habent eandem cum ſuperiore connexionem, poſtquam omnes tractant de ſymptomatibus febrium; Inter quæ ſunt terrores ex ſomno; Vnde hæc eſt ſententia prognoſtica ſimplex, & indiuiſibilis. *(Ex ſomnis timores.)* Vt optimè docet Galenus in commentario, quantum ſit ex ratione morbi, numquam, aut raro ipſi conducit ſomnus, & pręſertim morbo febrili, quippè qui, contracto in dormientibus ad interiora calore, multo magis augentur febres. verum quia vitę ſemper eſt potiſſima ratio habenda, & hæc mutatione ſuſtentatur; nutritio autem fit per coctionem, quę in ſomno melior efficitur, quàm in vigilia, hinc fit, vt neceſſarius ſit ſomnus, & multò maior ſit ipſius commoditas, quàm detrimentũ, prętерquàm quod non tantum iuuat ſomnus nutritionem, quantum etiam materiæ morbificæ coctionem. Igitur ſi ſomnus, qui debet prodeſſe, nocet, neceſſario malum

Connexio.

eſt, vt

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 416 sur 867

©BIUM

est, vt dicebat Hippoc. 1. aphor. lib. 2. Iam vero mala, quæ ex somno prouenire possunt complura sunt, verum præcipua videntur terror, atque conuulsio, vt hac ratione forsan Hipp. ipsorum meminerit, nam de conuulsione certum est, eam esse maximum malum, vt retro dixi, sed de timore non ita constat, ea propter
Prob. 3. dicere oportet cur fiant terrores in somno, & cur ita mali sint in febribus, po-
Ad 1. stremo cur Hippoc. voluerit repetere de conuulsione, id quod etiam in superiore aphorismo dixerat, Circa primum Gal. scribit se vidisse sæpenumero huiusmodi timores in somno fieri in morbis exitialibus, qui fiunt vbi natura intro mota ad cerebrum atros mittit succos, sicuti vbi alios humores mittit fiunt labores, & conuulsiones; Addit fieri quoq; timores in somnis, vbi in ipso ore uentriculi sunt prædicti humores cumulati, qui incocti permanentes magis deinde in caput euaporant hęc quidem vera est causa, sed non penitus adæquata, nec satis explicata, quandoquidem etiam infantes, in quibus nulla est humoris atri copia, solent sæpe in somnis terreri, imò Hipp. 3. aphor. inter morbos huiusce ætatis recenset pauores in somno, qui vt fiant in cerebro, licet proditum habeamus ab Hippocrate in lib. de sacro morbo, attamen hoc in loco addere placet, quod præclare à Galeno in cõmentario propositum inuenitur, nempe, sicuti ab humoribus, & cibis optimè concoctis in uentriculo blandæ euaporationes attolluntur, quæ iucundos, & naturales somnos inducunt, sic ubi cibi in eodem malę coquuntur, ab ijs crudis, & os stomachi grauantibus fiunt praui, & terrifici somni, cuiusmodi etiam sæpe eãdem ob causam fieri incubos uocatos quotidie experimur; sic pariter infantes perterreri solent, vbi nimium lactis suxerunt, ita vt os uentriculi lædatur, atque hæc inter alias causas est reponenda, licet potius in corporibus alioquin sanis, quàm ægris reperiantur. Cur uero huiusmodi ter-
Ad 2. rores ita sint exitiales in febribus, non alia est causa maior, quam quod per sese terrores, & conuulsiones sunt symptomata satis praua, iam uerò si addatur his aliud malum, nempe febris, proculdubio augetur prauitas, sed est & alia ratio, nempe, quod hæc symptomata præsertim coniuncta, non in alijs febribus, sen animaduertuntur præterquam in pestilentibus, & malignis, in quibus plerumq; humores atri, æruginosi, ac praui peccant, quemadmodum etiam traditum inuenitur apud Auuerroem 3. collect. vbi à bile æruginosa praua deterrimas, & pestiferas febres oriri docet; Et certè mirum est, maximam partem horum aphorismorum prognosticorum esse de malo, quod non ob aliud ab Hippocrate factum arbitror, nisi quia magis pertinet ad medicum cognoscere mala, quæ plura sunt, quam bona, uel quia (ut ait Plinius lib. 7. c. 51.) cum plura sint signa mor-
Ad 3. tis, nulla sunt salutis certa. Circà tertium non est putandum Hippocratem absq; ratione uoluisse conuulsionem repetere, quia cum conuulsio suapte natura sit in febribus semper mala, est tamen pessima ubi fit ex somno, eò quod à somno solent sedari symptomata, & si non sedantur, signum est ea esse maxima, neq; dicendum est, senem eandem sententiam habuisse initio 2. aphor. ubi dixit, somnum, qui laborem facit, esse mortalem, quoniam etiam si id esset, nil inconuenit, ab Hipp. in diuersis locis, & secundum proposita diuersa idem reperi, præterquam quod non parum uarietatis inter hanc, & illam sententiam intercedit, ibi enim primum uniuersaliter loquitur, deinde mortalem facit laborem à somno,

hic

hic verò tantum de pauore, & conuulsione loquitur, simpliciterquè malum esse dicit, nec mihi displicet, quod alijs quoque placuisse video, nempè in secundo aphorismorum, Hippocratis sententiam intelligendam esse de statu, & declinatione morbi, in quibus si post somnum fiant labores, exitialissimi sunt, hic verò intelligendū est de initio, ac augumento, in quib. & alijs temporibus certè malum est, labores fieri à somno, à quo deberent potius sedari, at non est ità exitiale, quemadmodum in statu, & declinatione. Vtilis est aphorismus ad prædictionem, & cum dictio *(malum)* complectatur etiam id quod est exitiale, ex hoc dogmate comprehenditur ad prudentem medicum pertinere, vt potius generalia persequatur, quam particularia, in quibus sæpè hominum iudicia fallūtur. *Vtilitas Aphor.*

---

68 *In febribus spiritus offendens, malum. Conuulsionem enim significat.*

ET hic aphorismus prognosticus est, non tamen simplex, sed cum demonstratione, reddit enim causam dictæ sententiæ, continuatur autem cum superiore, quia est de febribus cum symptomatibus, si quidem respiratio offendens symptoma est, in generatione actionum animalium, seu vitalium læsarum. Diuiditur in duas partes quarum prior est *(Spiritus in febribus offendens malum;)* Altera est, *(conuulsionem enim significat.)* De prima igitur primo illud sciendum est, (quod aliàs dixi) Hippocratem respirationis maximam curam gessisse, pulsus autem nullā, aut exiguam, quippe qui fere semper uocauit pullum uehemētem, & conspicabilem arteriarum motum, vt plerisq; in locis monuit Gal. & maximè lib. qd animi mores sequūtur tēperaturā corporis cap. 8. & 2. prog: quin etiam 3. Epid. com: 1. tex. 8. loquēs de Hermocrate, qui ad nouū murū habitabat ait, non posse ex Hippocr. dictis constare, quæ mutatio morbi deuisset esse Vigesima die, propterea quod lateret quis uirium status laboraret esset, cum certissimum ipsarum signum præterierit, nempè ipsos pulsus, a quibus intellectæ vires potuissent id ostendere. Verum etsi Hippo. hoc certissimum signum prætermiserit, nihilominus, tantum ipse ualuit in respiratione cognoscenda, atque æstimanda, vt pulsu minimè uideatur eguisse, atque hæc est causa cur ità frequenter respirationis pulsu neglecto meminerit. Iam uerò quanta fuerit ipsius hac in re peritia, præter alios locos, ex hoc colligi potest, vbi adeò asseueranter, de differentia quadam prauæ respirationis ab longo usu obseruata pronunciat, atque non solum malum in genere; Sed & speciem mali prædicit. *Connexio.* *Diuisio.*

(Spiritus:) Notat Galenus τὸ πνεῦμα, quod plura significare solet apud Veteres, hoc in loco accipi ab Hippocrate pro ipsa respiratione, quæ cum sit animalibus data propter caloris natiui in corde existentis custodiam, atque ipse calor opus habeat, tum vt iugiter aeris frigiditate recreetur, tum vt excrementa fuliginosa in corde genita ipsum obruentia expellantur duos ipsi cordi, & consequenter calori natura motus dedit, quorum vno extorsum pellit fuligines, altero introrsum aerem frigidum attrahit, prior expiratio, posterior inspiratio nuncupatur, Si itaque ordinate alteruter horum motuum fiat naturalis est, sin ab ordine deuiet, præter natu-

ralis

©BIUM

ralis est, pluribus aut modis à naturali deflectere potest, vt præter Hipp. docuit vberrime Galenus copiosissimis il is de pulsibus libris, sed præter alios modos, vnus est, quando vel priusquam fiat expiratio, vel inspiratio, bis fit alter eorum motus; Nam si bis fiat inspiratio ante expirationem, vocatur super inspiratio, de qua loquitur Hippoc 2. Epid sect. 3. & 6. Epid. com. 2. tex. 10. necnon in Coacis prædict: si uerò bis fiat expiratio, priusquam inspiretur, fit aliud genus pra-uæ respirationis de quo loquens Hipp. 2. de acut 44 inquit (*Spiritus offendit extra delatus, &c.*) Vbi itaque Hippoc in præsenti aphorismo inquit spiritus offendens, &c. & Cel: proculdubio intelligendus est de vtroque respirationis genere tam scilicet de inspiratione, quam expiratione, vt etiam exposuit Galenus: Est enim vtraque mala tamquam signum, quemadmodum scribit Gal. 3. de diff: resp: cap. 9. vbi etiam huius sententiæ meminit; Vtrum verò hæc sit eadem cum ea, quam habuit Hippoc. 6. aphor 54. vbi habetur. In acutis passionibus, quæ cum febre sunt luctuosa suspiria malum, haud multum refert diffinire, etsi Galenus in eo comentario videatur vtrumque admodum similem facere: atque hæc de prima parte, sequitur secunda quæ est. (*Conuulsionem enim significat*) Clarissimum est, hanc esse causæ assignationem antecedentis sententiæ; nimirum cur sit malum illud genus pravæ respirationis, quasi dicat Hippoc. esse malum non tamquam causam, sed tamquam signum, eò quòd significat conuulsionem, vel adesse, vel ad futuram esse, quomodo verò eiusmodi respiratio depraua significet conuulsionem dicendum est modo. Esse enim conulsionem motum deprauatum, ac opus solius morbi explicatæ dixit Galenus initio secundi de causis symptomatum; vitiatur autem motus vel ob facultatem, vel ob vsum, vel ob instrumenta, atque hæc postrema læsio efficitur, eo quod instrumenta nimirum musculi, & nerui læduntur, ita vt cogantur uersus principium sese contrahere, quod fit tam quando nimium replentur, quàm quando minus exinanjuntur, aut aliqua praua qualitate percelluntur, Iam vero spiratio læsa, ita ut reduplicetur, vel inspiratio, vel expiratio instar infantium gementium, vt docet Gal 6. aph. 54. fit, vel propter imbecillitatem facultatis thoracem mouentis, vel propter duritiem musculorum eidem respirationi deseruientium, vel propter dispositionem aliquam conuulsoriam. In febribus fieri quidem potest ob motricis facultatis imbecillitatem, verum numquam ob frigiditatem indurantem, sed sæpissimę ob conuulsoriam dispositionem musculorum thoracis, siue à plenitudine, siue ab inanitione, siue à praua qualitate caussatam, quare ab Hippocrate optimè dictum est malum esse, quoniam significat conuulsionem, uel imminentem, vel mox ad futuram, quę semper mala est, hoc tamen intelligędum vbi non semel, vel iterum id fiat, sed frequenter. Iuuat aphorismus ad prędicendum, ob quam prædictionem monetur medicus, ut congruentibus prę sidis futuro malo occurratur, & præsertim, ut semper sit diligens in obseruanda ægrorum respiratione tum oculis, & auribus, tum maximè thoracis contrectatione.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 419 sur 867

69 *Quibus vrinę craſſæ: grumoſę, paucę, non ſine febre, multitudo veniens ex his tenuis inuat, precipuè vero tales, veniunt quibus ab initio, vel breui ſedimen ineſt.*

SICVTI hactenus Hippocr. tractauit, de ſymptomatibus febrium, pertinentibus partim ad actiones læſas, partim ad affectus præternaturales, ita in præſenti, & ſequentibus plurimis tractat de ſymptomatibus ad excrementa mutata ſpectantibus, cuiuſmodi ſunt vrinæ, quarum ſigna & ſi interdum Gal. vt primo de criſi 12. cęteris cunctis anteponere videatur, id tamen intelligendū de naturalibus facultatibus, quandoquidem, vt dixit idem Galen pri Epid. in hiſtoria Hermocratis; virium vitalium certiſſimum omnium ſignū eſt pulſus. Eſt hic aphoriſmus prognoſticus, ſine demonſtratione, poteſt autem in duas partes diuidi. Quarum prior eſt. (*Quibus vrinę &c.*) poſterior vero eſt (*precipuè vero tales veniunt, &c.*) Gal. 3. de difficult. reſpir. 3. hunc eundem aph. citat, quemadmodum, & Auuic. 2. primi doc. 3. cap. 3. ſed examinare oportet, quid nos voluerit docere Hipp. in hac prima parte. (*Quibus vrinę craſſę,*) De vrinæ eſſentia, & generatione non eſt opus, vt hic quicquam dicamus, quoniam locupletiſſime de ea tractauimus in lect. noſtris de excrementis. Ceterū quæ ſint vrinæ craſſę apud Hippocr. non ita videtur perſpectum, quandoquidem Gal. in comm. vult eadem eſſe eum grumoſis, fieri autem tales natura per renes totius corporis ſuperfluitates expurgante. Alij putant vrinas craſſas apud Hippocr. eaſdem eſſe cum turbidis, atque harum eſſe diſcrimen, cum aliæ magis, aliæ minus turbatæ conſpiciantur, Ego vero puto vrinas craſſas ſimpliciter dici, quarum ſubſtātia ſupra mediocritatem eſt corpulentior, non tamen abſq; claritate aliqua, & ſplendore; turbatæ autem dicuntur, quæ præter corpulentiam carent luciditate, & ſplendore, ita vt ſecundum ſententiam meam omnino diuerſæ ſint craſſities, at turbatio, vt clare ex multis hiſtorijs Hippocr. alias probauimus, in quibus ſimul commemorat, vrinas craſſas, & turbatas, quod certe eſſet ab Hippocrat. grauitate alienum, ſi putaſſet idem eſſe craſſam, & turbatam vrinam. Iam vero quæ ſint grumoſę vrinę etiam controuerſum videtur, Numiſianus, & Dionyſius antiqui Hipp. explanatores exiſtimarunt, vt docet Galenus ab Hippocr. dici grumoſas vrinas, quę ſunt cœnoſæ, ſed vt opponit Gal. ſi iſti intellexerunt, pro cęnoſis, eas quæ oppletæ ſunt craſſa materia, nil plus dixerunt, quàm ipſam craſſitiem, ſin autem intellexerunt pro cœnoſis fœtentes, fefellerunt, quando Hippo. explicite, & clare conſueuit nominare vrinas fœtentes, de quibus hoc in loco tractare minime fuit ipſius conſilium, ſed tantum de paucis, atque craſſis. Igitur mihi magis placet, quod Gal. quoq; placuiſſe videtur, grumoſas, ſcilicet vrinas differentes eſſe à craſſis, quod hæ habeant copiam materiæ, ſeu contenti per totū corpus effuſam, & veluti diuulſam, illæ vero habeant eandem in plures partes, ac veluti globulos collectam, ſic enim interdum videmus iuſcula habere pinguedinem per totum expanſam, interdum vero in plures bullas coactā, fiunt autem utraeque tam in febribus, quam ſine febribus, natura (vt retro dicebam) vniuerſum corpus per vrinas expurgante, & prout eſt varia materia,

Connexio.

Diuiſio.

Vrinæ craſſ. ſę quæ.

Grumoſæ vrinę q.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 420 sur 867

©BIUM

Dubit. magis, vel minus cocta diuerso modo eas disponente, sed videtur illud dubium,
Solut. an fieri possint simul crassæ, & grumosæ, vt videntur Hippoc. verba sonare, cui quidem respondeo non in conuenire, vt simul, & separatim fiant: Nam sunt simul crassæ & grumosæ, quando materia illa non modo in partes collecta est, verum etiam per totam substantiam diffusa ob sui heterogeneitatem, fiunt verò separatim grumosæ, quando in aliquibus partibus veluti grumi fiunt, in reliquis verò substantia clara, & absquè crassitie est, qđ etiam videmus quotidie fieri in iusculis commemoratis (*Pauca*) ratio quia paucæ fiunt vrinæ vbi sunt grumosę, & crassæ, est, quia non ita facile potest per renes, & meatus vrinarios expurgari materia crassa, vt faciat urinā copiosam, quo circa expectanda est coctio, quæ fit per adæquationem, scilicet crassata quæ nimium tenuis est, aut attenuata quę nimium crassa, tunc enim vbi tenuis fit materia, quæ antea erat crassa, ex pauca fit copiosa (cum ex vna parte terrestris materiæ decem aquosæ,) atq; sic concocta, & partim euacuata iam, partim exiens proculdubio iuuamentum adfert; Sed
Dubit. dubitat Galenus, nec malę quomodo iuuare queat huiusmodi vrina primum crassa exiens, deinde tenuis, cum potius tendente morbo ad solutionem uideatur fieri contraria transmutatio, scilicet à tenui vrina ad crassam, & maximè, quia Aristot. 4. meteorol. dixit: coctionem fieri per incrassationem. Resp. autem idem
Solut. Galen: Hipp. hoc in loco docere nos voluisse id quod interdum contingit, non quod vt plurimum, si quidem aliquando euenit, vt in initio febris, vel paullo post fiant vrinæ crassæ cum sedimento profundo, quæ certè non ita sunt bonę, quemadmodum sunt quando initio tenues existentes merito coctionis post nascuntur sedimentum; Nam illud verissimum est vrinas, quæ debent ob coctionem carere culpa, neque tenues, neque crassas, sed medias esse debere, cum coctio, ut alias dixit Galenus sit adæquatio ipsorum humorum. Itaq; verissimum hoc est interdum initio vrinas huiusmodi crassas cum sedimento apparere, quæ faciunt, vt medici inexperti fallantur iudicantes eas bonas, quoniam sedimentum habeant, cum tamen indicent, multum pituitosi, & crudi succi in corpore esse, qui saltem morbum longiorem futurum monstret. Quomodo vero dignoscendum sit, quando sedimentum vrinæ bonum est, & quando non, haud est difficile intelligere, quia bonum sedimentum, vt dicebat Hippoc. in prognosticis, debet apparere post nebulas, & suspensiones, atque in diebus criticis, & in morbi vigore, in quo veras, & costantes fieri coctiones certissimum est; Sequitur secunda pars, scilicet (*Maximè autem*) quæ pars uidetur à Galeno prætermissa, forsan quod putaret illam non egere explanatione, aut quod oblitus sit: Mihi autem non videtur prętermittenda, quod igitur ait Hippocrates est urinas fieri tales (hoc est) tenues, & copiosas, ac propterea iuuantes, quando initio, vel paullo post initium habent contenta crassa, atque grumosa, non quod etiam alia ratione non fiant tales, sed maxime tunc; caussa autem uera propter quam huiusmodi fiunt urinę, est, quia ubi apparent contenta initio, signum est duo adesse & materię pituitosę, crudeq. copiam, & uias aliquātisper apertas, per quas ubi cocta, & consequenter attenuata est materia pellitur ad ueficam, vnde urina & copiosa, & tenuis redditur, ac propterea iuuat, & certè (vt dicebam) uoluit hoc Hippocrates documentū relinquere, ne deciperentur in iudicandis bonis urinis,

que

quæ sunt malæ, & malis, quæ interdum bonæ sunt. Itaque vtilis est aphorismus ad faciendas prædictiones, ex ipsis vrinis, præterea ad commonefaciendum medicum, ne permittat se decipi, vbi videt contenta in vrinis præsertim initio, quo tempore, cum nequeat fieri coctio, consequenter contenta, & sedimenta non possunt quicquam boni significare, nempè quod absquè coctione nil boni fiat, significeturue. *Vtilitas aphor.*

---

70 *Quibus vrinæ perturbatæ quales sunt iumentorum, his dolor capitis, vel adest, vel aderit.*

PERGIT Hippocrates de vrinis febricitantium tractare, atq; potissimum de turbatis, quarum mentionem ante fecerat, quod autem dicit Gal. nonnullos voluisse hunc esse veluti partem quandam antecedentis, haud à veritate abhorret propter particulam aduersatiuam (*dé*) quæ numquam inchoat nouam orationem, sed antecedentem subsequitur. Est enim sententia tota prognostica, quæ tamen potest quoque curationi inseruire; Nullam demonstrationem habet, licetq. sit longiuscula, haud tamen diuisibilis est in plures partes, & certè mirum alicui videri potest, quomodo Hippoc. adeo paucis aphorismis adiecerit demonstrationem, nisi dicamus, aphorismos longo vsu adeò sibi fuisse probatos, vt nulla vlteriore demonstratione egere putaret; Sed videamus reliqua. *Connexio.*

(In febribus vrinæ turbatæ,) fieri vrinas turbatas etiam absque febre non est dubitandum, cum & in laborantibus calculo vesicę, & renum, necnon in alijs contingat, in quibus natura per eas vias sese ab excrementis exonerat; atqui vbi fiunt in febribus turbatę, est, quoniam ex efferuescentia humorum magna fit ipsorum agitatio, atque confusio vnde redduntur turbatæ, atq; hæ (vt docuit Galen. 1. de crisi cap. 12.) sunt trium generum aliæ enim sunt quę minguntur clarę, sed paullo post turbantur, aliæ minguntur turbatæ, & paullo post clarescunt, aliæ uerò, quę semper turbidæ manent, scilicet & turbatę minguntur, & tales perseuerant; de quibus autem loquatur, satis ex subsequentibus verbis conspicuum redditur, scilicet *(quales iumentorum)* quandoquidem vrinæ iumentorum & turbidæ minguntur, & turbidę semper durant, cur autem ita contingat, caussa colligitur ex Aristot. 10. probl. sect. 42. vbi quærens cur solus homo calculosus fiat, vt etiam tertio de Hist: animalium dixit cap. 15. respondet cetera animalia canales urinarios habere multo ampliores, propter quod fit, vt excrementa crassa, & terrestria per eos una cum urina exeuntia minimè in calculum conuertantur, sed vrinam crassam, & turbatam reddant, secus quam in homine, cuius canalibus angustis existentibus, excrementa crassa ubi retinentur in vesica loci illius tepore concrescunt in calculos, atq; durantur, & quod addit Hipp. in Coacis, urinam iumentorum etiam albam reddi non est simpliciter verum, nisi dicamus pro alba intellexisse non adeo obscuram. Sicut itaque urinæ iumentorum fiunt, & remanent turbidæ, propterea quod excrementa crassa, & terrestria vna cum urina exeunt, pariter in homine fiunt tales urinæ, quando ebullientibus succis in

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 422 sur 867

©BIUM

venis simul conf induntur crassa, & terrestria cum vrina, quæ si potenter, & valde sint commixta, nequeunt separari, vnde numquam vrinæ clarescunt, sin verò non facta sit magna confusio, sequitur vt vbi expirat calor, qui confundebat partes crassiores in fundū abscedant, reliquum corpus vrinæ clarum, & tenue reddatur, sicut interdum vrina mingitur clara, & paullo post turbatur, quoniam calor, qui segregabat crassa à tenuibus perditur, vnde fit postmodum confusio, aut potius vapores, & humores, qui antea lucidiores in vrina erant à frigiditate aeris crassefacti, & densati eam & crassam, & densam reddunt, atq; hæc tota, atque vera ratio turbaturam vrinarum ex ipsius rei natura capta, scilicet earum quæ sola febrium occasione tales redduntur; Circa quam non est prætereundum, qđ scribit Galenus harum turbatarum vrinarum eam esse deteriorem, quæ semper talis durat, quoniam si sit cum viribus validis morbi longitudinem, sin cum infirmis mortem significant (*Hic dolor capitis.*) Quid significent vrinæ turbatæ quales iumentorum in febribus his verbis docet Hippocrates, non quod hoc solum significent, scilicet capitis dolorem, aut adesse, aut adfuturum, quandoquidem, & delirium, & alia solent significare, vt in Eualcidis famula, & Polyphanto Abderitano euenisse testatur Hippoc. 7. Epid. sed quod hoc fere semper prænuncient, propterea quod fiant ab ebullitione succorum, ex qua ebullitione semper crassi vapores, & feruida sursum in caput tolluntur, cuius membranæ perculsæ dolorem inducunt, quamquam pro (κεφαλαλγία) possumus etiam intelligere quemlibet capitis laborem. Id tamen verissimum est, quod ait Galenus, licet vrinæ turbatæ semper capitis laborem prænuncient, vt est quoq; apud Hippoc 7 Epid. non longe à fine, vbi scribit: vrinas turbidas indubitatum (ideſt ἀκρισὲς) signum præferre doloris capitis, conuulsionis mortis, idquè probat plerisquè historijs, vt etiam 1. Epid. probatur ex historia Silenj, & vxoris Philini, haud tamen è couuerso fieri, vt vbi est capitis dolor semper adsint hæ vrinæ, siquidem etiam ab alijs caussis fieri potest dolor capitis, vt ab intemperie aliqua ipsius, vel nuda, vel cum materia, aut etiam à vaporibus ex infernis partibus sursum sublatis, alijsuè caussis, in quibus tamen haud est necesse turbatas vrinas reddi; Ad hoc tamen vt irrefutabilis hæc sententia sit, oportet in primis, vt turbidæ aliquot diebus perseuerent, quod voluit nobis significare Hipp. quando dixit: numero plurali (*vrinas,*) Amplius necesse est, vt huiusmodi vrinæ turbatæ minimè sint criticæ, minimeque ante ipsas coctionis signa in ijs apparuerint. *Probl.* Cæterum occurrit hoc in loco non inutile problema, quæ sit caussa cur aliquę vrinę turbatę si ad ignem apponātur clarescunt, aliquę vero, nec ad ignē, nec in aqua calente positæ pristinam claritatem recuperant, aliquæ rursum diu permanent claręe, aliquæ vero statim atque mictæ sunt turbantur. *Solut.* Pro cuius solutione dicendum puto, eas vrinas, quæ turbatæ euaserunt ob magnam confusionem, & crassitiem, atque visciditatem vaporum, & humorum instar subingalium haudquaquam posse vlla ignis ui clarescere, ac propterea à omnium deterrimas haberi, contra verò si non sint ita tenaciter permistæ, & confusæ ui caloris ignis separantur in ipsis crassa à tenuibus, ut etiam fit in alijs multis rebus ad ignem bullientibus, atque inde claritatem adipiscuntur, quod verò aliquę diu maneant claræ, aliquæ statim turbentur, potest contingere, aut vi ambientis, vel

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 423 sur 867

conseruantis, vel alterantis, prout scilicet uario modo est dispositus, uel ex interna ipsius urinæ ui, quę prout est à calore natiuo bene uel secus cocta sic plus, uel minus conseruatur contra ipsius aeris ambientis potentiam. Vtilis est aphorismus in primis ad prędictionem, & prœcognitionem tàm mali, quàm boni, haud tamen ita necis, vel uitę, quoniam sicuti cum urinis claris multi pereunt, sic quoque non pauci cum urinis turbatis seruantur, ut ex ipsis Hippoc. historijs facile potest intelligi. *Vtilitas Aphor.*

---

71 *Quibus septima iudicatur, his nubeculam habet quarta die urina rubeam, & alia ex ratione.*

SICVTI in superiori aphorismo docuit, quæ sint prauę urinæ, ita in præsenti docere uoluit, quę sint meliores, sed non optimæ, sunt autem hę, quæ habent in quarta die nebulam rubram, & uere dicuntur esse meliores, quoniam septima die futuram esse iudicationem indicant; habetur autem idem aphorismus, sed sub diuersis paullulum uerbis etiam in Coacis prænotionibus. Est enim totus prognosticus sine ratione, ac in duas partes diuisibilis. Videamus autem sigillatim quid doceat Hipp. sed ante sciendum est breuiter, quot sint ea, ex quibus cõponitur urina, ubi uidebimus simul, quę sit nebula rubra, de qua loquitur Hippocrates; Et certè hic puder, me simplicitatis conciuus mei Lacobi, qui cum linguam græcam ignoraret uoluit tamen ueluti ludere cum ea, & in errores pueriles lapsus est. Sed ita ferebant illa tempora ab omni polita eruditione aliena. De urina enim complura, neque penitenda diximus in nostris prælectionibus de excrementis, unde sat erit nunc dicere in urina spectari potissimum quatuor, liquorem, contenta, odorem, atque colorem. Dicitur χυμα, seu liquor ab Actuario, & alijs ipsius urinę substantia, quę interdum clara, interdum etiam splendens, interdum turbida, & obscura dicitur, Contentum uero dicitur, quicquid à liquore separatum, & simul conglobatum est, uel in summo uasis, & dicitur νεφέλη, uel in medio, & uocatur ἐναιώρημα, uel in fundo, & appellatur ὑπόστασις, scilicet nebula, suspensio, & sedimentum, siue subsidentia, conciuis autem meus ob ignorantiam linguę grecę fecit ne phelim, & nebulam res diuersas. Omnia hęc contenta habent suos peculiares colores, & consistentias, secundum quas de morborum naturis, & euentibus fiunt à medicis iudicia, ut habemus etiam ab Aristot. initio quarti meteorol. & in probl. sect. 1. 53. Vnum ex his est id, quod in præsenti ait Hipp. scilicet nebulam rubram apparere in urina die quarta, quãdo est futura iudicatio septima die, atq; alia secundum rationem, uel ut ait Hipp. In Coacis si reliqua sese habeant secundum rationem, Galen. multus est in coarguendis superioribus Hipp. interpretibus, quasi uoluerint Hippocratem secundum dictionem illam postremam, uoluisse intelligere pro alijs secundum rationem symptomatum omnium remissionem, ut febrium, dolorum, uigiliarum, aliorumquè huiusmodi, at uere dicit non potuisse hoc intelligere Hippoc. quandoquidem (ut ipsemet sępius docuit,) huiusmodi sympromata acerbiora, & molestiora fiunt, quo propior est iudicatio. Cęterum prœstat uidere cum ipsomet *Connexio.* *Diuisio.*

Ga-

©BIUM

Galeno, cur Hippocrates solius nebulæ rubræ meminerit, cum sint alia securiora signa futuræ crisis, & præsertim hypostasis, suspensio, imò & ipsa nebula alba leuis, & æqualis, vt ait Hipp 2. progn: 29. vbi etiam dicit vrinam ruffam esse signum materiæ incoctæ, deinde uidendum quoque cur sit, quod urina similis indicet futuram crisim septima die, quando apparet in quarta, tertio; Quid uerò intelligere voluerit per ea verba, (& alia secundum rationem:) Quæ est secunda pars. Circa primum Galenus dixit, meminisse Hippocratem solius nebulæ rubræ, quoniam hæc rarius videtur, quasi voluerit Hippoc. sic ratiocinari, si quando nebula rubra apparet in urina quarta die, indicat futuram crisim in septima, ergo multo magis id facit, quando nebula erit alba, simulque ex crassa, & inæqualis, euadit tenuis, & æqualis, cuius rei ea est demonstratio, quia ruber color indicat coctionem inchoatam esse, albus uero eam progressam, & prope consumatam, quemadmodum si ex crassa facta sit tenuior, aut è contra ex tenuiori crassa, nam (ut dixit Galenus) coctio propriè est humorum adæquatio, seu reductio ad mediocritatem; Cum itaque minor coctio indicetur à colore rubro nebulæ, non est mirum si Galenus adnotauit raro huiusmodi vrinam conspici, quę id præcipuę significet, licet alioquin securitatem indicet, & potius morbi longitudinem quam secus, ut in prognosticis dixit Hippoc. præterquam in morbis valde acutis, in quibus sicuti properat iudicatio, ita quoque properare solent signa ipsam antecedentia; Circa secundum dicendum est; quod ad colorem pertinet, rubedinem semper fieri à calore materiam ipsam superante, sicut albedo à calore qui iam superauit, aut statim est superaturus, Itaque si in quarta die apparet signum caloris iam coquentis, atque morbus uelocior moueatur, rationi consonum est, cito coctionem esse perficiendam, nulla dies iudicatoria est proximior ipsi quartę, quam septima, ergo iure ubi apparet huiusmodi signum in vrina quarta die, expectãda est iudicatio in septima, præterquam quòd ex obseruatione, & doctrina Hipp. constans est sententia Galeni, & aliorum, ubi apparent signa coctionis progressę, ut plurimum requiri tantumdem temporis ad hoc ut perficiatur, exẽpli gratia, si in quarta, fiet septima coctio, & Crisis, si in septima incipiat apparere, coctio decima quarta fiet, si in vndecima, fiet uigesima, atque sic de singulis, Addo ex Hippoc. in progn: quod apparentibus signis contrarijs coctioni secundum regulam Hippocr. in prognosticis, similiter totidem diebus fiet mors, quòd tamen non est perpetuum, quia in morbis acutis, quod male iudicantur, non potest is ordo seruari à natura, quæ uincitur, quemadmodum seruatur ab ea vincente. Cum autem urinæ hypostasis, atque nebulæ albę sint bonę, & quomodo tales fiant, præceteris Alexãder disertissimè docuit secundo lib: medicinalium problu o. vbi scribit: partes solidas, in quibus natura suam posuit sedem, & quarum temperamentis operatur, esse albas, ob idque materiam morbificam, cum euadit alba, ijs rectè constituris assimilari per coctionem, quę si incipiat particula tantum aliqua cocta abscedit, quę sui tenuitate petit alta urinę, & fit alba, si uerò adhuc magis progrediatur coctio, paullo plus materię euacuatur, quę plus cocta, & copiosior existens, ac propterea grauior in medio firmatur, & fit enæorema, sicuti fit Hypostasis ubi perfectè cocta materia, & carens flatu, fundum petit. Quod spectat ad tertium; Quę est se-

cunda pars iam diximus à Galeno repudiatam fuiſſe aliorum interpretationem, atque ab ipſo pro alijs ſecundum rationem intelligi, alia ſigna coctionis, vt albedo ſuccedens, non modo in nebula verumetiam in ſuſpenſione, atque ſubſidentia, ſimiliter & de conſiſtentia, ſi extenui facta ſit craſſa, aut è contra, quaſi dicat multo magis expectandam eſſe iudicationem in ſeptima, ſi alia ſigna coctionis apparuerint in quarta, appellans ſecundum rationem ipſam coctionem, quę ſemper iuxta Hippoc. 3. Epid. indicat ſecuritatem, & iudicij celeritatem Iacobus duas alias non penitus aſperandas interpretationes attulit, Vnam qđ (pro alijs ſecundum rationem) aliç dies iudicatorię intelligũtur, ſcilicet apparente coctione in aliqua die indicatoria, vel iudicatoria, criſim fieri in ſubſequente critica die, ſeruata proportione, quam antea dixi. Altera, (quod pro alijs,) intelligãtur alia excrementa à quib. ſigna capiuntur, ut ſputa, ſudores, alui egeſtiones, & reliqua; poſſumus etiam addere, & hanc, ſcilicet (& alia ſecundum rationem,) ideſt ut habetur in Coacis: ſi cętera ſe habeant ſecũdum rationem (hoc eſt) nil ſit quod impediat, vel contra ſignificet, vnde ad uerificandum hunc aphoriſmum tres condiciones requiruntur. Vna ut non ſuperueniat aliquod accidentale impedimentum, veluti mala victus ratio, aut alia ægritudo, quæ impediat naturam concoquentem materiam præſentem. Alia eſt, ut morbus ſit acutus, ſcilicet ut ait Galen. uelociter moueatur. Tertia ne materia feratur ad aliquam partem nobilem, aut alioquin ſit mali moris, vt peſtiferis. Sed dubitatio eſt de nebula rubra, quandoquidem Hippoc. in Coacis prænotionibus habet hæc uerba, (*At verò nebulæ in vrinis albę quidem, & fundum verſus vtiles, rubræ autem, & nigræ, lucidæ, item difficiles,*) ex quibus apparet, non eſſe verum, quod ait Hippoc. nebulas rubras indicare criſim, Ad quod reſpondendum eſt, quod vere dicit Gal. hanc ſententiam, non eſſe conſtantis, & æternæ veritatis, ſed potius ex ijs eſſe, quæ fallunt, & quæ vt rara ab Hippocrate ſunt propoſita. Vtilitas aphoriſmi licet præcipua videatur eſſe in prædicendo criſim, quia tamen ex criſis præcognitione pendet magna pars victus inſtitutionis, atq; medicamentorum adminiſtratio, hinc fit, vt non exiguam vtilitatem afferat quoq; ad actum practicum.

Not.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

72 *Quibus vrinę albę, & perſpicuæ, malę, præſertim ſi in delirantibus appareant.*

CVM ſuperiori aphoriſmo dogma prognoſticum attulerit Hippocrates ex urinæ contentis, nunc ex liquore, & colore tradit aliud, ita ut manifeſta ſit utriuſque connexio, atque ſcopus Hippocratis, qui eſt docere, quid ſignificent urinę perſpicuę, & albæ, tam in ſanis, quam in inſanientibus, Ergo aphoriſmus pertinet ad partem prognoſticam, eſt cum ratione, atque in duas partes diuiditur, quarum prior eſt, (*Vrinæ perſpicuę, & albę malę,*) ſecunda (*præſertim verò ſi in delirantibus apparent,*) ideſt quoniam præcipue in delirantibus: nam delirium ſemper malum eſſe Hippoc. ubiquè, & ratio ipſa teſtantur. Vt autem priorem prius explicemus; Sciẽdum eſt primum, Corn: Celſi: in lib. 2. c. 4. de hoc aphor. nil aliud dixiſſe, quam dilutam, & albam urinam eſſe uitioſam, præſertim in phreneticis, deinde ſciendum, id quod ſcribit Galen. in com: nempè duo eſſe

Connexio.

Scopus.

Diuiſio.

genera

©BIUM

genera urinarum, alia quæ sunt puræ transparentes, alię uero quę simul etiam sunt albę, Simpliciter transparentes sunt, quarum substantia est tenuis, & pellucida, ut si locentur ad lumen matulę uitreę, uideantur ea, quę post ipsas sunt, albę uerò sunt, & transparentes, quę ipsam aquam & colore, & substantia emulantur, quęq; forsan dilutę propterea à Celso uocantur, & à Plinio lib 28. cap 6 ad finem. Iam uero hæ aut sunt cum uirium prostratione, aut cum uirium robore; Postremę cum significent in signem crudit atem, ut Galen dixit etiam 2. cōsil 12 arq; eæ urinæ non sint sufficientes ad coquendum, plane interitum significant. Vnde uere Galenus dicit neminem phreneticum esse uisum seruari, cui essent similes urinę, quemadmodum uinibus firmis, & robustis existentibus diu in ibi longitudo significatur; Cur autem urinę huiusmodi albę deteriores sint in pueris, quàm in uiris, ut docuit Hipp 2. progn causa est, quia cum uis naturalis coctrix in pueris sit magna & potens, sane insigniter labefactari nequit nisi à potentissima caussa, Itaque apparet cur: malę sint urinę persipicuę, & albę. Sequitur modo secūda pars quę est (*maximè autem apparent in phreneticis*;) Circà quā partem notat Galenus diuersas fuisse lectiones in codicibus, nam in alijs esse suprascriptam, quę similiter habetur in Coacis prędictionibus. In alijs uerò hanc πάλιν δὲ τοῖς Φρενιτικοῖς. In alijs ἐν δὲ τοῖς Φρενιτικοῖς ἐπιφαίνονται οἱ αὗται, idest in phreniticis apparent tales, quam tamen esse eandem cum prima dicit, cuius utriusque sensus est; urinam persipicuam, & albam maximè conspici in delirantibus, Secundę uerò sensus est; eandem urinam esse malam prędictam phreniticis, Et certè si quod usu uenire consueuit spectemus; non solum in delirantibus, uerumetiam in diabeticis solent frequentissimè apparere, nec non in hydropicis, atque alijs quibuscumque crudis morbis, nec ualet, quod ait Galenus addendum esse (*phreneticis lethaliter habentibus*) tum quia nullus contextus id habet, nec etiam codex Coacarum, tum quia uerum est urinas similes esse malas in phreneticis non modo lethaliter habentibus, uerum etiam in alijs quibuslibet, eò quod signum est crudam esse materiam, & quicquid bilis est in infernis partibus totum in caput magno impetu ferri; ut etiam dicebat Auuerr. 4. collect cap. 1. Sed dubitatio oritur an hoc sit perpetuo uerum, quia prętер Hydropem, & Diabetem sunt alij casus complures, in quib. fiunt hę urinę, ut in lapide renali in multo potu, in maximo iocinoris, & renum feruore, in uigilantibus, alijsq; huiusmodi ut non uerum uideatur, qđ maximè fiant in phreneticis, ut ait Hip. Resp: est Hipp. hanc sententiam intelligendam de ijs, qui acuta febre laborant, nec in sese aliquam aliam caussam habent, siue internam, siue externam, ob quam similes urinę fieri debeant, nam dum ait (*maxime in phreneticis*) signum est eum de ijs morbis intelligere, in quibus solet fieri phrenitis, ut sunt febres acutæ, & pestiferę, Vult is etaphorismus solum ad prędignitionem, atque prędictionem

Dubit. *Solut.* *Vtilitas aphor.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 427 sur 867

©BIUM

73 *Quibus ilia ſuſpenſa murmurantia, lumborum dolore ſupernueniente, his alui humectantur, niſi flatus erumpant; aut vrinæ multitudo proueniat, hæc vero in febribus.*

ET ſi arduum videatur inuenire, quo pacto præſens aphoriſmus poſſit antecedenti coniungi, nihilominus, aliqua ſeſe offert lux, & eſt; quod vbi *Connexio.* Hippoc. in ſuperioribus duobus aphoriſmis egiſſet primum de prognoſticis ex contentis, atque coloribus, & liquoribus vrinæ acceptis, modo velit alterum ad nectere, captum à copia ipſius vrinæ, & licet plura ſint, quæ ſimiliter poſſunt capi, vnum tamen ſelegit forſan rarius, & obſeruatu dignius, eſt autem huiuſmodi ſummatim: copiam vrinæ interdum aufferre murmura, & eleuationes hypocondriorum vna cum lumbi dolore, adeo vt ſcopus Hippoc. ſit in hoc dog- *Scopus.* mate prognoſtico ſimplici & indiuiſibili docere, quomodo prædici poſſint & curentur à natura aliquando eleuationes, & murmura hypocondriorum, cum dolore lumbi ſuperueniente, ſcilicet alui humiditatibus, niſi aut flatuum eruptione, aut vrinarum copia ſoluantur, atq; hæc fieri in febribus, vt integra ſententia Hippoc. hæc ſit. in febribus ſi hypocondria eleuata, ac murmurantia ſint, ſuperueniente lumbi dolore, aluus humida fit, niſi erumpant flatus, vel vrinę copia ſuccedat. habetur hæc eadem ſententia in Coacis prędictionibus, licet verbis paullo diuerſis, atq; etiam plurib. in quibus non ſolum de prognoſtico, verum etiam de liberatione loquitur, vt ob id initio dixerim etiam in hoc aphoriſmo innui ab Hipp. & ſignificationem, & ſimul curationem; Iam verò quid ſit hypocondrium, μετέωρον ſiue eleuatum Gal. ſtatim in primis verbis declarare conatus eſt, ſ. Hypocondria eleuata dici, quando in aliquam molem præternaturalem, & conſpicabilem, & contractabilem attolluntur, idq. fit aut ab aliquo affectu ventoſo, puta ſcyrrho, vel in viſcere aliquo, vel in muſculis exiſtẽte, aut ab affectu recenti, vt inflammatione, eryſipelate, & ſimilib. aut flatu cum humore diſtendente; De quo autẽ loquatur Hipp. ſignificauit ipſemet ſubſequente voce (διαβορβορίζοντα, quoniã cum murmur fiat à flatu alicui exiguo humori permiſto, qui huc atq; illuc per inteſtina curẽs, & eleuationẽ Hypocondriorũ, & murmura faciũt, planè certũ eſt nõ poſſe, neq; à ſcyrrho, neq; ab inflãmatione. Nã q. propriè dicũt βορβορυγος eſt ſtrepitus q. fit à flatu, & aqua ſimul, alias à Cęlio. Aureliano vocatus ὑδατισμος: Cęterũ, q. fit à flatu ſolo eſt clarior ſonus, vt Gal. lib. de locis affectu 5. & lib. 3. de ſympt: c. 2. *(Dolore lumbi ſuperueniente.)* Lũbos eſſe ſuper inteſtina ſitos ex ipſa anatome nõ eſt difficile perſpicere, itaq; vbi flatus à ſuperiorib. partib. ad ea ferũtur dolorẽ tendẽdo ipſis lumbis ingenerunt, atq; vbi humores commixtos habent, facile eſt, vt cum ijs exeuntes per inteſtina aluũ ſoluãt, ſicq. ea reddãt humidam: (*Niſi prius &c.*) Duo dicit Hipp. eſſe, quę poſſent efficere ne ventres fiant humidi, vnum eſt, ſi prius flatus erumpant, vel ore, vel aluo, nam cũ humor ad hoc vt infra tẽdat opus habeat impulſore, quaſiq. ductore, qui eſt flatus, plane ſi is deſit, quia ſolus erumpat, haud quãquam humor ſolus eo tendere poteſt: Etenim flatus hac in re multa præſtat, primũ, n. (vt dixi) impellit, & ducit humores, deinde uias dilatat, tũ humores ipſos agitat, eos rarificat, & attenuat vt facilius propellãtur atq. ſoluantur. Alterũ eſt, ſi urinæ fluor accedat, etenim tũc vrinę profluuiũ efficitur, qa illa humiditas ad ueſicã à natura cõuertitur, unde dolor, & eleuatio hypocon. abducũt, neq; aliter uẽtres fiũt humidi, ſic namq.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 428 sur 867

©BIUM

narrat Hippoc. 2. Epidemiorum sect. 2. quemdam Bionem à tumore lienis fu se liberatum copioso vrinæ fluxu. (*Hæc verò in febribus*;) Notat hic Galenus, quod & alibi sæpius præsertim 7. aph. 24 & 1. Epid. sect. 3. tit. 14. Veteres vocasse febrem, quæ morbus est, non symptoma, quasi ob hoc dixerit fieri in febrib. vt scilicet quæ sunt morbi, non autem sequuntur inflammationes. Cur Hipp. addiderit hanc particulam puto fuisse caussas. Vnam quia, In ijs qui flatu hypocondriaco laborant, atq; etiam in alijs fiunt sine vlla febre interdum strepitus, qui diutissimæ durant, nec vlla euacuatione, aut flatus, aut alui, aut vesicæ tolluntur, eo quod aqua, & flatus colliguntur intra omentum ex ventriculo, vel liene, & continuo regenerantur eo pacto, quo Galenus innuit 7. aph. 55. Alteram, quoniam huiusmodi casus raro contingit, & forsan ab ipso parum obseruatus fuit, atq; tantum in febriĕtibus, vnde iure dixit, atq; hęc in febribus, quasi voluerit dicere, atque hæc ipse in febribus obseruaui. Cur autem id potissimum in febribus contingat est, quia vbi humores crassi, & frigidi sunt in corpore febriente, ij à calore febrili attenuantur, in qua attenuatione fiunt flatus, qui vel cum attenuato humore erumpunt per partes infernas, aut supernas postquam dolorem, & tumorem pepererunt, vel ad vesicam conuertuntur, vnde & tumor, & dolor simul auferuntur; quemadmodum Hipp. docuit etiam 6. aph. 40. An verò possit eadem materia, vt per vrinam, ita per sudorem euacuari non dixit Hippoc. attamen verisimile est non posse fieri, propterea quod humor in intestinis continetur, vnde multo facilius est, vt diuertatur ad vesicā, quàm ad cutem, quæ multum distat ab ijs: Corn: Celsus lib. 2. cap. 3 ita videtur voluisse transferre hunc aphorismum. Si in superioribus partibus tumorem, doloremquè inflammatio fecit, bonum signum est sonus ventris inde ad inferiores partes euolutus, magisque etiam si sine difficultate cum stercore exit; At vel aliud intellexit, vel non assecutus est integram Hippocratis mentem. Vtilis est aphorismus non modo ad partem prognosticam, scilicet ad prægnoscendum exitum in febribus tumorum, & murmurum hypochondriorū, verum etiam ad curandum, si quidem ex his docentur medici, vbi similes effectus sibi offeruntur, optimum esse tum ructus reuocare eo pacto quò docuit Gal. 6. Epid. sect. 2. tex. 32. ex sententia Sabini præceptoris, tum etiam diurecticis medicamentis vti, quia sicut natura curat per vrinam, sic etiam potest medicus curare.

Febris morbus.

Vtilitas Aphor.

---

74 *Quibus speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu vrina mulsa, crassa, & alba facta, qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri. Si verò etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.*

Connexio. PERGIT Hipp. effectus vrinę docere, & semper eos in exemplū traducit, ex quibus possunt complura alia similia intelligi, qualis est præsens aphor. in quo Scopus Authoris est monstrare alia bona, quæ facit vrina crassa, & copiosa, si oportunę exeat, dicens: (*Quibus speratur aliquis abscessus ex morbis ad articulos, eiusmodi abscessum propulsari si vrina multa crassa, & alba prorumpat, qualis incipit fieri aliquib. quarta die in laboriosis febrib. quod si vna cum huiusmodi vrina profluat quoq; sanguis è narib. morbi totius solutionē cito fieri:*) Est aūt aph. totus progn. sine ratione, & qui cōmodè saltē in duas partes secari pōt, quēadmodū id magis elucet.

Scopus.

6. Epid.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 429 sur 867

©BIUM

6. Epid. sec. 4. tex. 2. vbi hanc eandem sententiá habet addito solum Archigenis pueri exemplo, licet in fine libri de humorib. vbi idem habetur sit non Archigenis, sed Artigenis, quarum prima est. (*Quibus spes*) secunda verò (*si autem etiam sanguis, &c.*) Quibus spes phrasis est Hippocratis satis familiaris, sicut & Thucididi, & Sophocli eius coætaneis, timorem seu mali expectationem appellare spem, cum vterquè affectus idem sit circa futura differens tantum obiecto, quoniam spei propriè acceptæ obiectum est bonum, aut saltem indifferens, timoris verò malum, atque id corruptiuum, & proximum vt dicebat Aristot. 2. Reth: cap. de timore, similem phrasim inueniuntur etiam aliqui ex latinis æmulati, veluti Virgilius in eo versu, at sperate Deos memores phandi, atque nephandi, (*Abscessum futurum.*) Ἀφισάσις, seu ἀπόστασις quem nostri abscessum vertunt duum sunt generum vt Hipp explicatissimè docuit 2. Epid. sect. prima, & Galenus 1. Epid. com. 2 & 3. Epid. atque alibi sæpe, Vnum genus est quod vocat κατ' ἐκροὴν, siue ἔκρυσιν, idest secundum effluxum, aliud verò κατ' ἀπόθεσιν, idest secundum depositionem, dicitur enim secundum effluxum, quando natura morbificos humores extra corpus per aluum, per vrinam, per sudorem excernere tentat, dicitur vero secundum depositionem, quando eadem natura humorem eundem non extra corpus, sed in aliquam corporis partem reijcit, atque firmat, qui abscessus propterea semper ab Hippocrate deterior habetur priore; Iam verò hoc in loco non est dubitandum, quin intelligat abscessum per depositioné, siquidem dicit (*ad articulos,*) quod idem vult significare ac si diceret, vbi speratur naturam ad articulos deposituram, atque firmaturam esse humores vitiosos, cuiusmodi sæpe loqui consueuit Hippoc. (*Eos liberat abscessus, &c.*) Causa cur vrina crassa, copiosa, & alba liberet abscessu, est, quia raro fit vt natura duos simul abscessus faciat, & κατ' ἐκροὴν, & κατ' ἀπόθεσιν, quam cum vterquè sit opus naturæ valentis, & per contraria loca; Si vnum facit, alterum dimittit, Vnde cum vrina copiosa, crassa & alba sit abscessus κατ' ἐκροὴν, siue per effusionem, non potest facere alium, κατ' ἀπόθεσιν, scilicet per depositionem ad articulos, & is vt dixi semper bonitate anteponendus est alteri, propter quod vsus est verbo (ῥύεται,) idest liberat, siue conseruat, quo verbo frequentissimè vtitur Hippocr. & in aphor: & in Epid: atque semper in bonam partem. (*Vrinæ multa:*) Non omnis urinæ fluxus ab abscessu liberat, sed oportet, vt sit vrina crassa, copiosa, atq; alba; quo scilicet materia pituitosa, & crassa, ac propterea alba, quæ solet ut cruda, & grauis deponi à natura in locos remotos, & ignobiles; cuiusmodi sunt articuli. Sed quid dicemus ad Casum Pithionis commemoratum ab Hippoc. 3. Epid: sect: 1. ægro primo, cui dixit abscessum factum per stranguriam, quæ est destillatio exiguæ vrinæ, atq; ita ipsum esse seruatum tum à morbo, tum ab omni alio abscessu; nisi dicamus Hippo. eum tamquam rarum casum proposuisse, sicut & alijs contigisse dixit, qui forsan omnes non habuerũt copiosos, & crassos humores in corpore, sed tenues acres, & mordaces, qui à natura ad vesicã propulsi, ui illa mordente, vrinę stillicidiũ pepererũt. Quatuor hic notanda, Vnũ est dicere Hip. (*quibusdã*) ut moneret, non esse hoc in cũctis, aut pluribus, sed in paucis obseruatũ, vnde 6. Epid: sect. 4. tex. 2. dat exemplũ tantũ pueri Archigenis, vel Artigenis, ut in fine lib. de humorib. Aterũ est qđ etiã (*Qualis in quarto die, &c.*)

Dub.

Solut.

Not.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 430 sur 867

©BIUM

Not. Notat Galenus, & bene, hic Hippocratem pro quarta intelligere omnem diem contemplabilem, atque decretorium; quam interpretationem eo magis amplector, quoniam in morbis, qui fiunt ab humoribus frigidis crudis, atque craſſis, non ſolent ita tempeſtiuè effluxus iudicatorij fieri, ſed uel 7. vel 11. vel 14. aut etiam vlterius. *(In laborioſis febribus.)* Tertium eſt quod dicuntur febres κοπώδεις ſeu delaſſatoriæ non modo quę fiunt ex laboribus, & laſſitudinibus, cuiuſmodi multę commemorantur ab Hipp. in Epidemijs, ut fuit Silenus, & adoleſcens qui habitabat in mendaciorum foro, verum etiam in quibus ægrotantes percipiunt laſſitudinem phlegmonoſam, quamquam, (ut uerum fatear) multo melius eſt intelligere febres non periculoſas, quæ etiam ſi ortum habuerint à laſſitudine non video cur nequeant eſſe non periculoſæ: Galenus ait Hippocratem dumtaxat meminiſſe laborioſarum febrium, Quoniam in hiſce citò fiant abſceſſus in die iudicatoria non modo ad articulos, verum etiam ſubtus, & poſt aures; ad aures ſcilicet, quando materia eſt leuior, & calidior; ad articulos uero, quando eſt frigidior, & craſſior. Ego autem etiam ob aliam cauſam meminiſſe potius laborioſarum febrium crediderim, quoniam ob labores, quos ſuſtinent febricitantes in agitãdis corporib. mirum in modum delaſſantur articuli ita, ut poſtmodum ſint aptiores ad recipiendos in ſeſe abſceſſus humorum uitioſorum, qui à natura ex alijs nobilioribus locis pelluntur, nam proprie dicuntur ab Hipp. πυρετοὶ κοπώδεις, in quibus laſſitudo artuum ingens perſentitur. Quartum conſiderandum eſt dixiſſe Hippoc. ἄρχεται, ideſt incipit, quia ad hoc ut urina liberet à ſuſpicione abſceſſus, opus eſt non modo ſit copioſa, ſed etiam ut diu duret incipiens tamen à die decretoria, atque hæc de prima parte. Sequitur ſecunda quæ eſt. *(Si etiam ſanguis è naribus;)* Hæc autem duplicem habere ſenſum poteſt, uel qđ ſimul cum urina craſſa copioſa, & alba exeat ſimul è naribus ſanguis, uel quod ſolus exeat. & utroque modo accipi poſſe non dubito, cum particula aduerſatiua (δὲ) ideſt (*autem*) & particula repetitiua (*etiam*) id teſtari uideatur, quod enim verificetur ſententia ſi vna cum urina exeat ſanguis, non oportet dubitare, quia ſi urina ſola facit, multo magis id agit alijs auxiliantibus ſibi coniuncta; quod uerò ſolus quoque ſanguis exiens è naribus poſſit abſceſſum auertere, ſaltem ab auribus ex diſcurſu Galeni facile colligitur, ſi quidem materia calida, & humida parotidas factura, ubi in cerebrum attollitur, atque una cum ſanguine ad nares abducitur, certum eſt abſceſſum circum aures impeditum iri debere, id quod etiam in alijs intelligendum eſt, quando ſaltem materia morbifica aut tota, aut magna ex parte eſt ſanguini immixta; Verum tamen ſi uideamus Hippocr. 6. Epid ſect. 4. vbi habet hanc eandem ſententiam, facile intelligemus Hipp. clariſſime uoluiſſe ſanguinem ultra urinam copioſam, craſſam, & albam apparere, ſi impediturus eſt abſceſſum, quod ſimiliter ſcriptum habetur in calce libri de humoribus, in quibus duobus locis deſideratur, ad urinam particula (copioſa) unde potius hanc iudicarem ijs eſſe addendam, quam ut hoc in loco detur: Dixit autem (*ex naribus*) quoniam etſi etiam ſanguis ab hemorroidibus liberare poſſit, quem alias dixit Hippocrates, liberare à lepra, melancholia, alijſquè magnis morbis, attamen longe melior, & celerior fit, per ſanguinis fluxum è narib. liberatio, tum propter diuerſionem, tum quia abſceſſus, qui formidantur in par-

tes ſu-

res ſuperiores, ſic aptius cauentur. (*Breuis ſit ſolutio.*) Cur ſanguis præter urinam fluens è naribus celerem morbi ſolutionem faciat, cauſſa eſt, quia duæ ſimul factæ euacuationes in die critica, atque ambæ inſignes, totam materiam morbificam euacuant ſubito, aut ſaltem cito, qua euacuata nõ eſt dubium, quin protinus ſequatur integra morbi ſolutio. Vtilis eſt aphoriſmus in primis ad præcognitionem, atque prædictionem, ſed etiam ad medicinam faciendam, quandoquidem, ut natura præſeruat ab abſceſſu huiuſmodi ægrotos, & urina copioſa, atque craſſa, & ſanguinis è naribus fluxu planè ſi medicus in ſimilibus caſibus, & urinam prouocare, & ſanguinem à cephalica, aut ab ipſis narib. per hirudines, vel ſcarificationes euacuare tentabit, proculdubio iuuabit, nam & Homerus cognouit aduerſus morbos articulares maximè ualere prouocationẽ vrinæ, quando fecit Achillem equo ſuo podagra laborante Selinum, quod maxime prouocat urinam apponere, ſicut ſecundo Iliados facit equos dum non laborant palci σέλινον ἐλεοθρεπτον. *Vtilitas Aphor.*

---

75 *Si ſanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.*

DE connexione huius aphoriſmi cum ſuperiore dubitari ſane poſſet, uerum cum ſupra de vrina craſsa, copioſa, & alba tractarit, non eſt à propoſito penitus alienum, vt de alijs ueſicæ excretionibus agat, quemadmodum & in præſenti, & in ſubſequentibus facit, adeo vt præſens aphoriſmus ſit dogma pertinens ad partem medicinę diagnoſticam, ſiquidem docetur quo pacto ſit locus affectus, & ipſe morbus cognoſcendus, vbi ſanguis, & pus per urinam excernuntur, eſt tamen ſine ratione, atque indiuiſibilis. (*Si ſanguis, aut pus*) notat Galenus aliquos interpretes maluiſſe legere particulam copulatiuam (καὶ,) & non aduerſatiuam, quaſi dicat Hippocrates ſi ſanguis, & pus, quam orationem Galenus non eſt auſus damnare (*Mingat*) notat ſimiliter Galenus melius ità eſse, quam ſi dixiſset (*minxerit*) quoniam ut hæc non ſignificat aſſiduam, & minime intermiſsam mictionem, ſic illa eam ſignificat, vt propterea magis defendi queat perpetua aphoriſmi veritas, nam vbi non continuò, ſed interpollatim exit ſanguis, aut pus per vrinæ vias, poteſt ab aliquo ſupra renes loco manare. Veluti locinore, aut liene, cuius tumorem in Bione 2. Epid. 2. ſect. commemorato per urinam eſse euacuatum narrat Hippoc. Contra vero, vbi exit continuò; Si quidem cum ſimul ruptus ſit iocinoris, aut ſplenis abſceſsus, poteſt quidem natura ad veſicam depellere, & ſanguinem, & pus donec ſit conſumptus abſceſsus, vltra nequaquam, (*Aut renum, aut veſicæ*) Cornelius Celſus lib. 2. c. 7. ità transfert; At ſi ſanguis, aut pus in urina eſt, vel veſica, vel renes exulcerati ſunt; Si quis eſt aphoriſmus, qui pluribus exceptionibus egere videatur, hic plane eſt, quandoquidem & abſq; vlcere apertis tantũ venis renũ ſanguis prodire poteſt, vt alias ſignificauit Hipp. & maximè lib. de nat. hum: non longę à fine, tum quia ab ipſomet cole exulcerato, & ſanguis, & pus exire poteſt, Verum ſi vim verborum Hipp. diligenter expendamus, facilè omnibus obiectionib. reſponderi *Connexio.*

©BIUM

ſponderi poterit, primum enim qui exit rarefactis uenis, cruor eſt, ſeu ſerum cruentum, vt ſolent eſſe cruenti ſudores, quos memorauit Ariſtot. & poſt eum Theophraſtus, at Hipp. dicit (*ſanguis*,) ſimiliter ſi exeat adapertis, vel caliditate, vel copia venarum oſculis, non exibit aſſidue, ſed interdum prout, ſcilicet magis incaleſcunt renes, vel ipſe ſanguis cumulatur, at iam diximus uocem ἐπίσ, ideſt mingat ut (ait Galenus) ſignificare diuturnam mictionem, neq; uero ſi collis ſauciatus ſit, ſanguis purus, aut cum pure, poteſt longo tempore exire, quoniam, uel ope remediorum, quæ facilius adhibentur, vel facilitate ipſius vrinæ excurrentis, & vlcus detergentis, cito ſanari poſſunt; Vnde ſi ita intelligamus Hippocratem, ut dixerit longo tempore, & continuatim, ſanguinem, non cruorem, aut pus mingi à renibus, vel ueſica vlceratis prodire primo, aut nullis, aut pauciſſimis exceptionibus opus erit, vt hac in parte Galenus ſit commendandus, qui hunc modum tuendi æternam aphoriſmi ueritatem inuenerit, modo
Vos. etiam ſub renibus, & ueſica complectamur meatus vreteras vocatos, quandoquidem cum ſint inter utroſquè poſiti, certè de alterutro intelligi nequit, quin etiam de ipſis intelligatur, ſat eſt ſemper ulcus eſſe uel in renibus, uel in ureteris, uel in ueſica, ubi mingitur aut ſanguis, aut pus, uel coniunctim, uel ſeparatim, & ubi nulla alia ſit cauſſa tam externa, quam interna, quamquam ſi cuipiam aliter quoque tueri præſentem ſententiam placeret, dicere poſſet: Hippocratem appellare ſæpe ulcus quamlibet unitatis in partibus carnoſis ſolutionem, imò uerò dixit in lib. de aere aqs. & locis, necnon tertio de fract: tex. 34. ſermonem; quod omnis morbus ſit ulcus, non eſſe abſurdum, eo quod ut ait Galen. lib. de inæq. intemp. cap. 6. & in com: eiuſdem loci de fract: etiam quælibet intemperies proximè ſaltem accedit ut unitatem ſoluat, præſertim quando dolorem facit, ut Galenus monſtrat in com: illius loci de frac: Quomodo autem dignoſcatur an à renibus, an ab ureteris, an à ueſica prodeant, non eſt arduum comprehendere: nam ſi à renibus proficiſcatur, aut adeſt, aut adfuit, illius partis dolor, ac pus, & ſanguis miſcentur vrinæ neceſſario, ita vt vtriq; potius vrinæ cruentæ videantur, quàm ſinceri humores, ad hæc cum renes careant ſenſu exquiſito dolorem potius obtuſum, quàm acutum patiuntur, quemadmodum ex aduerſo, vbi meatus ureteres patiuntur, non modo ſecundum ilia dolent, uerumetiam ille dolor eſt acutus valde, & vehemens, quòd & partes ſint totæ nerueæ, ac propterea ſenſu exquiſito cum polleant, maximo quoq; dolore afficiuntur, pariter autem ſi malum ſit in veſica, dolor eximius eſt circa pectinem, vrina fœtet, præſertim ubi in collo illius ulcus eſt, atq; interdum veluti ſquammæ vna cum vrina exeũt, atque pus ante urinam prodit, ſicut contingit etiam ubi penis ſubſtantia afficitur. Eſt vtilis aphoriſmus, non modo ad prognoſim verumetiam ad curationem inſtituendam, quia ex hoc diſcitur cui parti ſint remedia adhibenda, & quæ ſcilicet ea, quæ ulcera emundant, ac ad cicatricem perducunt, necnon ſolutam vnitatem perſanant.

Vnitas ſolut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 433 sur 867

©BIUM

76 *Quibus in vrina craſſa exiſtente, caruncułæ paruæ, aut veluti capilli vna exeunt, his à renibus excernitur.*

SICVT Hippoc. pergit tractare de vrinæ contentis, ità Corn: Celſus lib. 2. cap. 6. continuatim poſt antecedentem ſic aphoriſmum tranſtulit: Si hæc (vrina) craſſa caruncułas quaſdam exiguas, quaſi capillos habet: ſupplè à renibus proficiſcitur. Adeo ut non ſit de re perſpicua, nempè de continuatione agere. Eſt autem & hæc ſententia ex ijs, quę pertinent ad partem diagnoſticam; in qua Hippoc. vult docere alia ſigna prædictis, quibus liceat cognoſcere locos affectos ex ipſis urinis; eſt enim indiuiſibilis, atq; ſine ratione, quam vt nos perueſtigemus primò dicendum eſt ex vijs per quas vrina mittitur à natura, nullas eſſe carnoſas pręter renes, & ueſicæ collum; ut dum exeunt caruncułæ poſſint illę dumtaxat excindi vel à renibus, uel a collo ueſicæ. At diſtinguitur locus alter ab altero duobus ſignis, ſcilicet & craſſitiæ urinæ, & quia exeunt caruncułæ uel anteurinam, vel ipſi permixtæ, Vbi enim à renibus, non modo permixtæ ſunt ipſi urinæ, uerumetiam vrina craſſa eſt, eò qđ per ductum longiorem cum proficiſcantur, neceſſe eſt vrinæ permiſceantur, eamq. craſſam longa mixtiatione reddant; contra ſi à ueſicæ collo ſint eraſę, quia breuis ductus eſt, nec permiſcentur vrinę, ob id hæc pura eſt, & ipſas poſt cedit. Atque hoc eſt, quod ait Hippoc. quibus in urina craſſa exiſtente paruę caruncułę, & notandm eſt nomini diminutiuo adiunxiſſe etiam adiectiuum diminutiuum (σμικρὰ σαρκία,) vt denotaret non poſſe huiuſmodi caruncułas non eſſe valdè paruas, quod caro renum, & colli veſicæ, ſit ſatis ſolida, nec ingentes patiatur exulcerationes. Cauſſæ autem propter quas exciduntur huiuſmodi caruncułę, vel à renibus, uel à collo ueſicæ, poſſint eſſe uariæ, aut ipſa urina feruida, aut humores bilioſi, atque mordaces, aut aliqua inflammatio antecedens, aut cibus uel uenenum quale eſt cantharidum, ſat eſt id ueriſſimum eſſe, quod ait Galenus ſemper caruncułas eſſe partem ſubſtantiæ renum, aut quod ipſe addo colli ueſicæ, ac propterea ualde eos hallucinari, qui eas fieri poſſe ex ſanguine concreto, & aliundè ad renes effuſo crediderunt, niſi uelimus dicere, ex ſanguine combuſto fieri quidem res caruncułis ſimiles, ut ait Galenus, ſed non ipſas caruncułas. *(Vel quædam, vt capilli)* notat Galen. in codicibus aliquibus Græcis ſcriptam eſſe hanc ſententiam abſque particula aduerſatiua, perinde ac uoluerit Hippoc. dicere caruncułas paruas, ut capillos, imò uerò etiam ita legitur in ijs quæ adduntur ad librum de nat: hum: ubi hic aphoriſmus habetur, & quod aliquid facit: Celſus eundem contextum habuiſſe uidetur, cum dixerit, & ipſe loco citato (*caruncułas quaſdam quaſi capillos:*) Verum Galenus repudiauit, huiuſmodi ſcripturam, quod longe diuerſa ſit forma caruncułę, à forma capilli; quemadmodum uſu quotidiano probatur, cũ ſæpe uideantur huiuſmodi capillamenta in urinis ualde diſcrepantia à caruncułis, & quod legitur apud Plutarchum lib. 8. ſymp: cap. 9. de eò qui ἐν δυσουρίαι γενόμενος πολλὸν χρόνον ἐξέδοτε κριθίνην καλάμην γόνατα ἔχουσαν, ideſt à difficultate uinæ multo tempore detentus, tandem hordeaceam paleam nodos habentem exercuit;

Connexio.

Scopus.

Not.

©BIUM

excreuit, non aliud fuisse illam paleam existimandum est, quam huiusmodi capillum crassiorem: De cuius natura, & generatione quoniam Galenus copiose satis tractauit, nos quoque aliqua dicemus, scilicet quid sit, & quæ illius causæ, scilicet materialis, formalis & efficiens, nam huiusmodi effectus, qui sunt rari ac præternaturales, certũ est nullam habere causam finalem: Dicitur autem hæc affectio in urinis à Græcis τριχίασις, à nostris capillitium, & est ubi non semel, sed sæpenumero una cum urinis egeruntur quædam corpuscula longa, teretia, & admodum tenuia, ita ut uere naturam capillorum æmulentur. Et dixi in urinis ad differentiam aliarum duarum affectionum, quæ simili nomine appellantur, sed multum differentes sunt, quarum una est in oculis, de qua loquitur Galen. 4. de loc: aff: & quam Author libri diffin: Gal. attributi dicit esse casum palpebrarum, atque in ipsis pilorum præternaturalem ortum, cuius affectiones tres etiam differentias facit Φαλάγγωσιν, πῶσιν, ὑπόφυσιν quibus aliqui addunt, & quartã nempe διστιχίάν, aut δισιχίασιν, Altera uero est affectio mammarum cuius meminit Hipp. lib. 2. de mor: mulieb. & de qua tractans Erotianus in Onomastico dicebat esse scissuram, aut asperitatem mamillarum, cum scilicet habent scissuras, atque rimas tenuissimas instar capillorum, nam de huiusmodi scissuris capillaribus in alijs partibus habetur mentio apud scriptores medicinæ, Verum quod scribit Arist. lib. 7. de hist: animal: cap. 11. τρίχιον, esse morbum, quo pilus in poculo sumptus per mammas cum antecedente earum dolore excernitur, uerum ne sit dubito, an potius fuerit simplicitas tanti philosophi, qui in plerisque huiusmodi rebus ad mulieres pertinentibus inuenitur pueriles errores commisisse; nam qui fieri potest ut in tanto ductu, in tam uarijs, & diuersis mutationibus, quę fiunt ante lactis generationem possit deglutitus capillus conseruari, ita ut integer cum lacte excernatur? quod si uerum sit, vt potest esse interdum similem materiam mammis excerni, non aliud plane esset, quam substantia lactea concreta, atque in formam capilli conglobata, perinde ac dicimus capillos in renibus fieri, atque una cum urina emingi, si uerum est Azarauium Arabicum hanc ægritudinem curasse, non fuit pilus degluntitus, sed ita factus in mammis. Quę autẽ sint τριχίασιως causę materiales diuersi diuersa senserunt, nam fuerunt ut narrat Galenus, qui putarunt esse substantiam renum abscissam, & in eam formam reductam, quos redarguit, tamquam ignaros substantiæ renum, nempe quam in similem figuram conformari est impossibile, imo si forte aut renes, aut uesica exedantur, potius ueluti squammæ, & non ut capilli cum urina excernuntur, Vera igitur causa materialis capillorum mictorum est humor lentus, & crassus, qui in renibus conglobatus & excoctus dum reijcitur ad poros ureteras, qui sunt angusti, & longi in eam formam extenduntur, ut tenues reddantur, atque interdum longi mensura semicubiti. Quòd autem ita sit probat Galenus satis euidenti demonstratione, quoniam cum quidam hoc uitio laborassent, usi erant anno integro antecedente leguminibus, fabis, & caseo tam recẽti, quam uetusto; ex quo uictu facile potuit similis materia lenta, crassa cumulari, atque gignere affectum, qui postea remedijs attenuantibus fuit sublatus, secus quam contigisset, si à renibus ulceratis ex ipsorum substantia fuissent excisi, in quo casu attenuantia remedia potius insigniter obfuissent, est itaque causa mate-

τριχίασις, quid & quæ eius causa.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 435 sur 867

materialis humor lẽtus in venis cõtentus, efficiẽs verò caliditas renum, quę aſſat eiuſmodi humorẽ: ſed non ita vt fit in calculo, & arenulis, qui poſt in meatib. vreteris figurã illã ſuſcipit, vt iure Hipp. dixerit, eã materiã capillitiã, vt ſic loquar, à renib. excerni, quaſi ibi cõſiſtentiam, nõ figurã adipiſcãtur, vt optimè indicauit nobis Gal. modus verò quo huiuſmodi pili generãtur eſt idem propè, quo generatur alij, nẽpe qđ materia illa viſcida, à venis in renes miſſa, ibiq. conglobata, à renib. mittitur in meatus vreteres, vbi propulſa, & anguſtia loci, & calore extẽſa dũ ob lentorem nõ ſcinditur: ſed continua permanet, per partẽ ante partem propulſa tandẽ aquirit eã longitudinẽ: Vnde manifeſte colligitur pilum eſſe cauſam morbi, quia obſtruit, eſſe morbũ, vt lapis, quia lædit, & poſtremo eſſe ſymptoma in genere excretorum mutatorũ: Et miror quomodo Gal. 5. de loc: aff: c. 3. dixerit ſeſe ignorare modum, quo pili adeo lõgi gignãtur, quemadmodum etiã haud probo, quod dixerit in venis generari, vt dracũculi in Tibijs aliquorũ populorũ, niſi tamẽ pro venis intellexerit meatus vrinarios in quibus gigni, & comparari huiuſmodi longitudinẽ vere aſſeruit Actuarius, quãquã Auuic: 1 9. 3. tr: 2 c. 20. maluerit in inuolucris venarum renũ cõparari, vbi ob eorum debilitatem ex intemperie calida contractã cum nequeat expelli humor lentus & craſſus ex prauis cibis genitus, aſſatur, atq; in eã longitudinẽ formatur, quã ait interdum duos æquare palmos. (*Cum vrina craſſa,*) quã vrinam craſſam intelligat Hipp. non ità cõſtat, aliq̃ putãt intelligere vrinã coctã, atq; horũ ſententiæ videtur ad ſtipulari Gal. 9. σύμμετρον ἔρον interpretari videtur; At ipſe vix poſſum huic opinioni aſſentiri, quod cũ fiant capilli ex materia pituitoſa, & viſcida in renibus conglobata à calore, ſed non valde vrente, qualis eſt qui facit calculos, & arenulas non video quo pacto poſſit fieri urina optima, neq; valet, quod Hipp. ſolum accuſet renes, quaſi reliquum corpus bene habeat, ac propterea vrinæ debeant eſſe bonæ, primum quia Hippoc. non vult ibi generari eam materiam lentam: Sed alibi genitam mitti in renes, ibiq. concreſcere. Neq; vero ſimile eſt totam illam materiam pituitoſam conuerti in capillos, ſed neceſſe eſt aliquid relinqui non concretum, qui faciat vrinam craſſam, quemadmodum uidemus lac coagulatum, relinquere ſerũ craſſum, & adhuc aliquas lactis partes illi cõmixtas, ex quib. iterum concretis igne, aut aceto, aut alio liquore colligitur ea ſubſtãtia, quã vocãt recoctam. Sed hoc in loco occurrit dubiũ, quo pacto Galen. 6. de loc: aff: c. velit in uenis potius huiuſmodi capillos, quã in renib. gigni, contra quæ dicit in hoc cõmẽtario, niſi dicamus eo in loco intelligere pro uenis ipſos meatus vreticos, in quib. aquirũt eã formã, licet materia à renib. ſuppeditetur. Vtilis eſt aphoriſmus ad dignoſcendos, & affectus, & locos affectos, ut propterea Gal. ea de re lib. de loc: aff: tractauerit, ſed utilis eſt etiã ad praxim, quia docetur medicus adhibẽda eſſe præſidia, ſi ſint carũculę, cicatrizãtia, atq; ea ſtatim, ut præcipit Gal. loco citato, ne ulcus renũ in dies maius effectũ irremediabile tãdem euadat, Sin uerò ſint pili medicamẽtis diuerticis res agatur. Circa qđ tamẽ oritur dubiũ, quoniam Gal. 6. de loc: aff: c. 3. inquit, quot quot ipſe prę manib. habuit curãdos, qui pilos mingerẽt, eſſe perſanatos diuerticis, hic uerò attenuãtibus, & incidẽtib. ſed uidetur hic uſus periculoſus quãdo diuretica medicamẽta perducũt ad renes materiã, quam per uias inueniũt, ac propterea augẽt affectũ, unde iure merito à pleriſq. damnãtur diuretica in ipſorũ curatione; Pro qua re nõ exigui quidẽ momẽti decernẽda dicendum

Dubit. *Solut.* *Vtilitas Aphor.* *Dubit.* *Solut.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 436 sur 867

©BIUM

cēdū eſt, diuretica uſurpari poſſe uel ante purgato corpore, uel nō eo purgato; Si adhibeātur non purgato corpore, certè dānoſa ſunt ob antedictā rationē, ſi uerò prius purgato, nullum detrimētum ſuccedit, atq; hoc poſtremo modo locutus eſt Galenus, qui etiam ob eandem cauſam dixit in comment: attenuantibus, & incidentibus perfici curationem, quæ incidentia, & attenuantia uſurpantur primo ad præparandam, & euacuandam antecedentem materiam, ad hoc ut poſſit deinde continens materia per diuretica euacuari.

77 *Quibus in urina craſſa furfurea quædam ſimul exeunt: his veſica ſcabie laborat.*

HIC quoq; aphoriſmus cū de cōtētis prętermaturalib. urinarum agat, doceatq. ex ipſis, & affectū, & locū affectū dignoſcere, patet nō modo ipsū
Connexio. antecedēti cōmodiſſimę cōnecti, ut etiā cōnectitur in 2 de nat: hum: uerumetiā ad eādem medicinę partē dignoſcitiuā ſpectari, ac ſentētiā eſſe ſine ratione, atq; indiuiſibilē. *(In urina craſſa:)* Et hic quoq; Gal. atq; alij pleriq. intelligūt pro urina craſſa mediocriter cōſiſtētem, qui ſi ſit nimis tenuis, uenas quoq; malè habere indicet, At ego ſicut & antea ſecus puto, intelligere ſ. urinā uere craſſā, quoniam intelligere ſatis nequeo, qūo ſcabiem patiēte ueſica, poſſit naturalis urina excerni, quales iſti uidētur interpretari, imò uerò Hip. 2. prog. c. 14. huiuſmodi urinas deteriores facere uidetur cęteris, ſ. farinaceis, lamineis, atq; ſimilib. ut ſi ſunt adeò malę, nō poſſint eſſe coctæ perinde atq; naturales, ſic etiā uidere, nō poſſum, quo pacto ubi laborēt uenę ſcabię debeāt urinę eſſe tenues, cū urina ex uenis percoletur eaq. percolata ad renes, & ueſicam mittatur, quare mihi probatur Hip. pro craſſa accepiſſe uere craſſam, quia hęc cū furfurib. nō pōt deſurſum deſcēdere un de talis fit in ueſica, atq; hoc cōfirmatur exēplo Theophorbi filij, quem Hipp. 5. Epid. narrat ſcabie ueſicę haborautē urinā renacē, ac lētam minxiſſe; Cęterum ui dere oportet quę ſint illa furfuracea cōtenta, de quib. hic loquitur Hipp. ſunt aūt corpuſcula quędam arida, quę furfuris figurā æmulātur, ſiūt autem ut ait rectè Gal. uel ex epidermide uenarū, aut ueſicę abrala, uel ex ſanguine pręſertim melā cholico deuſto, atq; in formā furfuris redacto, Vtrum autē à uenis proficiſcatur an à ueſica (inqt Gal.) dignoſcitur urina, ꝙa ſi à uenis malę affectis, urina tenuis eſt, nec mediocris, nec cōcocta: ſin autē à ueſica, craſſa (hoc eſt) cōcocta, Verū de hac Gal. explanatione facere nō poſsū, quin magnopere dubitē, primū ꝙa uenas ſcabie laborare poſſe, & per urinas dignoſci admodū difficile captu eſt, quia hoc ſymptoma deberet maximę apparere in deurētib. febribus, & in icteritia, quādo bile uenę replētur, qđ tamē minimę cōpertum eſt, licet ut ait Galen. poſſit fieri in ard: ex cōbuſto ſucco melanch: unde Auuerr. 4. collect. c. 24. & 58. furfuraceā urinā ſolius ueſicę ſymptoma facit, niſi (ut alias dixi) pro uenis meatus ureticos capiamus, deinde dato, qđ uenę laborēt ſcabię, id fieri nō poteſt abſq. inſigni carū leſione, & cōbuſtione, Videmus aūt ubi in uenis magnū aliqđ incēdiū eſt, quale ſolet in ardētib. febrib. urinas craſſiſſimas, atque turbatas fieri, ut propter hoc in ſcabię uenarū potius craſsę ꝙ tenues reddātur, qđ quoq; in ueſicę ſcabie fieri nō dubitarē. Vnde nō puto hic Hip. appoſuiſſe urinā craſsam, ut diſtingueret ſcabié ueſicę à ſcabie renū, ſed utrunque ſequitur neceſsario ipsā furfuraceā materiā, ꝙ ſi extrinſecus miſceatur aquę tenuiſſimę, uidebimus ſemper eā reddi craſsā *(His veſica ſcabie laborāt.)* De ſcabiei ueſicę generatione admodū pręclare Gal. locutus

eſt,

©BIUM

eſt, ſ. ſicuti à ſucco acri, & mordaci cutis totius corporis exuritur, & ulceratur, ita ut cuticulæ uocatæ combuſtæ, & abroſę partes excindãtur inſtar exuuiarum ſerpentum, ueluti conſpicitur in ſcabie, lepra, atque lichenibus, ita quoque intus præſertim in veſica contingit, vt eius interior tunica ab vrente vrina, vel ſalſo, & mordaci ichore, vel cantharide, alioue pharmaco mordenti epotis, vt narrat Auuic: ſe audiuiſſe ſecunda 1. ſect. 3 ſumma 2. c. 6. deraſa vna cũ vrina eijciatur, atque eam furfuraceam reddat, quo in caſu iterum repeto me neſcire, quomodo poſſit vrina mediocris, & concocta eſſe, vt interpretatur Galenus non autem vere craſſa, & turbata, qualis ſemper eſſe ſolet, quandocumque veſica aliquo affectu graui laborat, & maximè in calculo, quando forſan videri poſſet debere vrina eſſe tenuior, ſcilicet craſſiore materia ipſi calculo adhærente, atque ad glutinata. Cuiuſmodi vrinam habuiſſe in veſica ſcabioſa Theophorbi Laryſſæi filium narrat Hippocr. lib. 5. Epidem. Nec quicquam obſtat, quod in adiectis ad librum de natu: humana habeatur hic aphoriſmus, atque loco vrinæ craſſæ habeatur quaſi ſit eadem craſſa, & pura, quoniam ea pars tota eſt ſpuria præterea ibi loquitur de mingentibus non continuatim, ſed per interualla furfura, & vox καθαρον ad contentum, non ad ſubſtantiã refertur, quaſi dicere voluerit munda ab omni alio contento; Accedit hiſce, quod ſi longius quàm à veſica prodirent huiuſcemodi furfuracea, neceſſario euntia per anguſtos meatus aliquod aliud malum, & dolorẽ pareret, quod tamen ab Hippocrate minimè eſt ſignificatum, imò etiam Auuerroes 4. collect. in fine cap. 58. & 24. furfuraceam vrinam, & lumineam voluit tantum indicare puſtulam, aut vlcerationem in veſica. Eſt itaque hæc ſententia Hippocratis germaniſſima, & vera, qđ vbi cum vrina craſſa exeunt contenta furfurea, indicatur excoriationem eſſe, ac veluti ſcabiem in veſica factam à re erodente, & excoriante ſiue intra corpus, ſiue extra vt in cantharidum ſumptione. Cur vero non meminerit aliorum ſignorum ſcabiei vrinæ, vt doloris, pruritus pudendi, & fœtoris, de quibus Auuic: & Auuerroes, necnon ante ipſos Aetius lib. 11. cap. 22. & Alex. lib. 9. cap. 7. ratio fuit, quia ſignum ſolum ex ſedimento, & vrina eſt artificioſum, non item alia commemorata. *Vtilitas Aphor.* Vtilis eſt aphoriſmus pro comparanda dignoſcendi locos affectos, & affectus ipſos diſciplina; Sed confert etiam pro exercenda medicina, quandoquidem diſcitur cui parti ſit adhibenda medicina, & qualia debent eſſe remedia ſcilicet eadem victus ratio, quæ adhibetur pro curandis cęteris ſcabioſis, eadem medicamenta iocinoris, renum, & veſicæ feruorem mitigantia. *Dub.* Cæterum dubium eſt an melius ſit, per ipſum penem indere medicamenta ipſam veſicam depurantia, & ad cicatricem perducentia, an verò præſtet diureticis vti: nam ex vna parte videntur vſurpanda diuretica, quandoquidem diximus in explicatione antecedentis aphor: in quo fere de ſimili affectu tractatur, diuretica conuenire ex Galeni ſententia: Ex alia parte eſt nuper commemoratum exemplum filij Theophorbi Laryſſęi, qui mortuus eſt tertia die ab accepto medicamento acri; vrinam ciente. *Solut.* Pro reſſolutione dicendum eſt multo tutius eſſe indere medicamenta cathetere per penem ad veſicam; & ſi vtendum eſt diuerticis, illa debere eſſe omnis acredinis, atque mòrdacitatis expertia cuiuſmodi ſemina melonum, Capillus Veneris, nec vlla prius adhibenda, quam corpus commodè ſit euacuatum.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 438 sur 867

©BIUM

78 *Quicunque sponte sanguinem mingunt, his à renibus venulam ruptam significatur.*

HACTENVS multis antecedentibus aphorismis tractauit Hippoc. de signis vrinæ tam diagnosticis, quam prognosticis, idquè pergit facere vsque ad finem libri, vt minimè dubitandum sit, quin non solum sit præsens aphorismus cum superiori coniunctus, verumetiam reliqui interse se non obscuram habeant connexionem, etenim cum in antecedentibus egerit de vrinę puraceis contentis, nunc de cruentis agit, nisi dicere placeat, hũc aphorismum melius fuisse collocatum, si ante antecedentem positus esset, scilicet post 75 si quidem cum Hippoc. docuisset signa cognoscendi vlcera renum, aut vesicæ, in presenti docet dignoscere vlcera rerum, ac vesicę, adeò vt scopus ipsius sit docere; quid ex sanguineis vrinis præsagiendum sit de loco affecto, & quomodo distinguenda vlcera renum, à vesicæ. Est enim sententia dignostica, indiuisibilis, & sine ratione, quales sunt pleræq. Celsus autem lib 2 cap. 7. ita transfert simul hunc, & sequentem aphorismum, vt ambos vnum atque eundem esse existimauerit, & quæcumque ibi dixit, mutuasse videtur ex lib. Hippocr. Coacarum prædictionum, vbi complura etiam habuit, quæ in aphorismis traduntur; Quod itaque dicit Hipp. est: Quicumq; sponte sanguinem mingunt, ijs ab aliqua renum venula ruptionem factam esse argumentum est, Quid sit apud Hippocratem ἀπὸ ταυτομάτου alias copiosę satis disputauimus. Quod autem hac de re dicit Galenus in Comm: est; hanc vocem interdum significare, sine vlla caussa externa, Interdum significare, statim, absque vllo alio præcedente symptomate ex ijs, quæ solent vlceratam vesicam comitari, In vesica enim haudquaquam fieri potest, vt propter sanguinis copiam vlla vena effringatur, quemadmodum contingere solet in renibus, siquidem pars suaptè natura est exanguis, nec ad ipsam per venas alioquin tenuissimas percolatur sanguis, nisi quantum ad ipsam nutriendam sufficere potest, neque venæ ipsi vesicæ insertæ ita sunt nudæ, atque malę collocatę, quemadmodum quæ in cauitate renum implantantur, & in quibus tum osculorum ipsarum reseratio, tum ruptio à copia humorum illac transeuntium efficitur, Iam verò quomodo Hippoc hic intelligat eam vocem, & si Galenus melius esse dicat intelligere vocem ἀυτομάτου pro ἐξαιφνης, idest subito nullo præcedente alio symptomate, puto tamen nec eos malę sentire, qui arbitrantur posse vtroque modo intellexisse, siquidem non solum à caussa aliqua externa, ut pote casu, equitatione, plaga, venenis, aliaquè re simili, potest sanguis mingi; uerumetiam cum aliquo symptomate vrinæ vlcus comitante; est itaque perinde ac si dicat Hippocrat. subito, & sine caussa vlla externa, sine vllouè symptomate vesicæ vlceratæ, (*Sanguinem meiunt,*) mictio cruenta duplex esse solet, vel ex puro sanguine, vel ex sero sanguine infecto, à renibus mingi sanguinem purum etiam subito uix credi potest, quandoquidem cum semper in vesica reperiatur vrina, atq; per illam transire quicquid proficiscitur à renib debeat, haud fieri nequit quin sanguis illi, qui in vesica reperitur semper misceatur, at licet Galenus videatur contrarium asserere, scilicet

Connexio.

Scopus.

©BIUM

ſcilicet quod ſanguis ſincerus prodeat etiam à renibus, id tamen fit raro, imò Conciuis meus, qui hoc vidit, noluit ſimpliciter ſanguinem ſincerum eſſe intelligendum, ſed paucæ vrinę commixtum, quaſi fieri neque at(ut dixi) quin ſi à renibus fluit ſanguis, ſemper in ueſica exiſtenti vrinæ miſceatur, præterquam quod non videtur etiam ita impoſſibile affecta ueſica ſola prodire ſanguinem, licet non ita copioſum, ut è renibus, (*Venulæ ruptionem.*) Cur Hippoc. potius dixerit venulæ, non autem venę Galenus haudquaquam conſiderauit, neq; tamen bene uidebatur præterundum, quandoquidem ſi pro ſanguine intelligit ſincerum, copioſum, atque affatim exeuntem, à venula talem effundi non ita conſentaneum rationi videtur, vt ob hoc forſan aliqui tranſtulerint uenam potius, quã uenulam. Illud obſeruatur in anatome, & ab Anatomicis proditũ habetur in carne renũ diſſeminatas eſſe uenas tenues, quę etiã in lib. de affect: internis Φλεβία vocãtur ab Hippocrate (*Ruptionem ſignif:*) ῥῆξις, græcę ruptionem bene transferunt omnes; Iam uero ῥῆξις nihil aliud eſt quam effractio uenarum, propter quam fiunt in ipſis hiatus patentes, è quibus (ut bene dicit Galenus) ſanguis effunditur & affatim, & copioſus, & ἀκρίβας ſeu purum, ſecuſquam in anaſtomoſi, & diapedeſi, ſiquidem in illa non effunditur ſanguis affatim, maxime quando recluſio eſt exigua, ſed paullatim tenuior percolatur, ita ut cruenta urina reddatur, in hac uero nõ ſanguis, ſed ichor ſanguineus effũditur, cuiuſmodi ſudores ſanguineos eſſe, & Ariſtot. & Theophraſtus prodiderunt, Eſt & alius modus euacuationis ſanguinis, quando uenæ erodũtur, quo in caſu paullatim effluit, prout paullatim eroſione aucta foramen amplius redditur; Sed in huiuſmodi effluxu facto ex ueſica, præcedere ſemper ſolent ſigna vlceratę ueſicę, ueluti dolor, pus, ac ueluti eius ſubſtantię ramenta. Sed dubium eſt quid Hippoc. vel author quicumque ſit libri ſecundi de natu: hum: vbi dicit tex. 19. Quibus cruentæ ſolum urinę, his venę laborarunt: augetur etiam dubium, quia Galen. in com: videtur manifeſte tribuere vim ſanguificam de ipſis venis. Quod ad primum, Gal. qui vidit difficultatem coactus eſſe ſoluere, quaſi vox πεπονηκασιν, ſignificet venas eſſe defatigatas, & ob imbecillitatem generare ſanguinem ſemioctum, uel ſignificet eas eſſe aliquo morbo affectas, utcumque concludit eam ſententiam non eſſe Hippocratis, neq; Polybi; apud quos numquam reperitur uox ῥήματα pro urina uſurpata, ſed ὕδωρ. Itaque hęc eſt ſententia Hippoc. ubi ſanguis exit ſincerus affatim, & ſine alia cauſſa manifeſta, à renib. prodire, quia prę copia ſanguinis ſit effracta in renibus uena, atque hoc non ſolum utile eſt ſcire pro dignotione loci affecti, uerumetiam ad rectę, & feliciter inſtituendam curationem, quæ in his caſibus efficitur miſſione ſanguinis, quiete, atq; remediorum frigidorum, & adſtringentium uſu.

Dub.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

79 *Quibus in vrinis arenoſa ſubſiſtunt, his veſica laborat calculo.*

HIC quoq; aphoriſmus ut appareret, de contentis urinę tractat ut ſuperior. Vnde Celſus lib. 2. cap. 7. ex hoc. & ſuperiori ſimul iunctis quaſi unam ſententiam fecit, atq; in ipſo nullum alium ſcopum habet Hippoc. quam docere, quomodo ex ipſis contentis affectus natura interdum dignoſcatur, & dixi interdum,

Connexio.

Scopus.

©BIUM

terdum dignoſcatur, & dixi interdum, quoniam ſæpe uſu uenit, ut ubi lapis eſt in ueſica, arenæ quæ antea eijciebantur, non amplius compareant, ſcilicet ijs ipſi lapidi, adhæreſcentibus, & conglutinatis, imo etiam ſæpe exeunt arenulæ, neque tamen ullus eſt in ueſica lapis, adeo ut hæc ſententia nullo pacto ſit ſempiternæ ueritatis, ſi eo modo quo ſcripta eſt ab Hippocrate, intelligatur. Scilicet ubi ſubſident in urina arenoſa, eos ueſicæ calculo laborare, & forſan hæc eſt ratio propter quam nuſpiam alibi apud Hippocratem hæc ſententia reperiatur licet in fine lib 2. de nat: hum: nonnihil reperiatur de urina arenoſa ſed in alium ſenſum. Eſt enim ſimplex ſententia diagnoſtica atque indiuiſibilis, In qua explicanda breuis admodum fuit Galenus, nec aliud quicquam dixit, quam vel aphoriſmum falſum eſſe, uel potius à tranſcriptore libri per negligentiam eſſe alteram partem omiſſam, ſcilicet (*vel renes*,) tamquam hæc debeat eſſe Hippocratis ſententia, ubi arenoſæ fiant urinæ, aut in ipſa, aut in renibus calculi ſint, Verum ut dicebam, neque ſic eſt ſemper uerum, quia non rarò contingit, ut arenæ excernantur, priuſquam lapis uſpiam fiat, quemadmodum etiam uſu uenit, ut exiſtente lapide in ueſica, nullæ tamen arenę in ueſica conſpiciantur, Quare niſi aphoriſmo aliquæ condiciones tribuantur, haud poteſt doctrinæ Hippocraticæ, quæ ſolet eſſe firma, accommodari, ſunt autem condiciones quod ubi apparent arenulæ, uel ſtatim ſubſidentes, uel paullopoſt ſignificat lapidem uel affuturum eſſe in renibus, aut in uesica, uel adfuiſſe, qui in arenas ſit diſſolutus, uel adeſſe; niſi melius dicere placeat uocem λιθια ſignificare Hipp. eſſe aptum ad generandum lapidem, ſic enim ueriſſima eſt ſententia omni tempore, quod ubi in urina ſtatim arenæ ſubsident, ijs uesica eſt apta ad generandum lapidem, ſcilicet ex ipsis arenulis, & miror Galenum hoc non uidiſſe. Et quamquam in compluribus noſtri corporis partibus obſeruatum ſit fieri lapides, ut in pectore, inteſtinis, corde, uesica fellis, atque etiam in articulis, in lingua ut conciuis meus teſtatur, & in capite; in partibus tamen unde ſecernitur urina numquam fieri eſt compertum, niſi in ſolis renibus, atque uesica, ut propter hoc iure Hippocrates debuerit harum duorum partium meminiſſe, quamquã ſecus ſentiat conciuis meus, cui hac in re minimè adhærere poſſum. Verum de generatione calculi renum etsi ferme conſtet inter omnes medicos, ſcilicet qđ ex materia craſſiore ibi retenta, atque uel tepore loci coacta, uel nimio feruore aſsata, tamen de calculo uesicæ non ità certum, si quidem Farnelius lib. de mor: & ſymp: partium cap. 13. uoluit ſemper uesicæ lapidem fieri ex calculo renali in uesica retento, atque ibi noua ſemper illi adglutinata materia aucto, qđ ſeſe uiſum in cunctis exploraſse teſtatur, ex corticibus, & nucleo contento, quibus lapides illi conſtant, adhæc putat ſolam materiam uiſcidam non poſse in uesica retineri tandiu ut faciat lapidem, cum nec grumus ſanguinis, nec pus id faciant. Cardanus autem in hoc commentario uoluit numquam lapidem ex renum arenis concreſcere, eo qđ illæ ſint aſperæ, atq; ubi in veſicam deſidunt, eam diſcrucient, atq; ad ſui expulſionem impellant, imò in Apologia aduerſus Scaligerum, atq; etiam alibi exiſtimauit haud quãquam lapides eam duritiem aquirere intra corpus: ſed extra, ut oua, quod tamen experientia falſum comprobatur, ſiquidem ubi chirurgi cathetere explorant an in ueſica ſit calculus, atq; eum in-

ueniunt

ueniunt, impingentes in ipſum ita ſolidum reperiũt, vt percuſſus ſonitum edat, qui audiatur. Ego verò non dubito ambos deceptos eſſe, & primo Farnelium, tum quia videmus non raro fieri veſicę calculos, abſquequo vmquam præceſſerint arenulæ, tum quia in pueris fiunt ex lacte ut teſtatur Hipp. 4. de mor: quos nullus vmquam melius dixerit calculis renum laborare, neque valet apparere illos nucleos, & cortices, quia licet in cunctis id concederetur (vt voluit Farnelius) id tamen & fit in veſica, primum paruo calculo facto indurato, mox noua ſemper materia adhærente, & agglutinata, vt omnium primus nos docuit Hippoc. lib. de aer: aquis & locis, neque valet, argumentum grumi ſanguis, & puris, quoniam ea materia caret viſciditate, & lentore, qui faciunt & retineri humore & ex eo lapidem concreſcere: Cardanus etiam non minus errauit eo qđ ſæpenumero contingat, vt primo calculi renum mingantur, deinde deſinant: atque ſequatur lapidis ueſicæ generatio, qđ certiſſimum argumentum eſt ex ipſis renum arenis conglobatum eſſe ueſicæ calculum, neque valet Cardani ratio, quod calculus renum, ſtimulet ueſicam ad ſui expulſionem, quoniam id licet interdum eueniat, poteſt tamen ob complures cauſſas retineri, primo ob facultatis expultricis imbecillitatem, vnde fit ut in ſenibus huiuſmodi affectus ſit magis familiaris, quam in alia ætate, vt & Hipp. & Gal. docent, deinde ob ipſius corporis veſicæ mollitiem, Nam ob ſoliditatem ipſius ueſicæ fit, vt interdum aliqui toto vitæ tempore calculos è renibus eijciant, neque tamen umquam ueſicæ calculo laborent, ſic contra fit ut ob eiuſdem mollitiem retentus renũ calculus in veſica lapis grandis euadat, poſtremo etiam fit ob ipſius calculi renalis, vel magnitudinem, ob quam mingi nequit, vel ob eiuſdem tenacitatem, ac lęuorem, ob quos non ſtimulatur ueſica, & id certè ipſa autopſia conſtat, nucleos qui inſunt lapidibus ueſicę ſemper fere eſſe admodum læues, atque politos, etſi lapis alioquin ſit aſperiuſculus, propterea q. magnos cruciatus inferat: Id itaque veriſſimum ſemper exiſtimaui, nempe uiſicæ lapidem generari tam ſponte in veſica, quam ex delapſo à renibus calculo, quemadmodum eſt veriſſimum vtriuſque lapidis materiam potiſſimum generari ex prauorum ciborum vſu, ſ. lactieiniorum, paſticiorum, oſtreaceorum, vinorum craſſorum, aquarum lacuſtrium, & paluſtrium, vt ait Hipp. ocio: nam qui exercentur, aut parum ſedent, vix vmquam hoc malo laborant, vt propterea prudentiſſimè dixerit Gal lib. 5. de tu: valetud: in fine cap. 1. eos qui ſunt bono temperamento à natura donati, eſſe maximè damnandos, ſi calculo laborent, quaſi id patiantur tantum ob inobſeruatam honeſtam viuendi rationem, ſic etiam vt ait Hipp. 4. de morb: pueri lacten tes veſicæ calculo prehenduntur, vbi nutrices eiuſmodi prauis edulijs aluntur, Cęterum cum in febribus magnis, & vrentibus ſępenumero conſpiciantur, & in ipſo morbo uigente, & in declinante, atque finito excerni arenæ copiam inſignem, quæri poſſet quomodo poſſit defendi Hippocratis ſententia, ad quod reſpondemus, ſi addamus particulam, (*vel renes,*) aut dicamus Hipp. loqui de ijs, qui ſpõte, & aſſidue arenoſa mingũt, earũ verò febricitãtes habere cauſsã euidentem licet internam, cum nec aſsidue mingunt, ſed febre duntaxat durante, iam claram eſſe: ſi quidem vt plurimum in febribus fiunt huiuſmodi ſedimenta, ob feruorem renum maximè calefactorũ à febre, qđ ſi alibi fiat, ea materia, vt fieri poteſt,

Dubit.

Solut.

©BIUM

poteſt cognoſcitur, quia eſt multo tenuior, leuior & perinde non ità ſtatim ſubſidens, ſed potius matulæ parietibus adhæreſcens, contra è renibus, & calculis detruſæ craſſior eſt, ſtatimq. fundum petit, ſit itaque hæc germana Hippocr. ſententia, quod ubi quis ſine alia occaſione, & præter conſuetudinem eijcit per vrinam arenoſa ſedimenta, frequenter & continuatim, illis aut adeſt lapis in veſica, aut affuit, aut periculum eſt ne fiat, quia licet poſſit etiam hoc fieri uitio renum, attamen vitia renum ſolent quoque in ueſicæ calculum deſinere, ut per hoc, quod dicit Hip. de veſica, poſſit ſimiliter de renibus affirmari, nempe in his ueſicam, & renes (λιθιᾶ) ideſt aptos eſſe ad lapidē inducendum, An autem uerū lapide renum magis tentari ſenes, quam iuuenes, ut dicunt fere omnes, haud ità experientia correſpondet, niſi dicamus lapidem ſponte in ueſica non fieri ſenib. ſed ex renalibus antecedentibus, atque hoc uoluiſſe ſignificare Hipp. in coacis, quando dixit à 12. anno vſque ad 63. non fieri lapides veſicæ, niſi prius inchoarint, propter quod etiam 6. aphoriſm. 6. & alibi dicebat in ſenibus non ſanari nephritidem, quia uel durat, uel conuertitur in calculum ueſicæ. Vtilis eſt ut dicebam initio aphoriſmus ad dignotionem, & affectus, & loci affecti, eſt pariter maximè utilis ad curationem, & præſeruationem, ubi quis ſibi timendum uiderit de calculo ueſicæ, uel renum, aut præſenti, aut imminenti, tunc & recta viuendi ratione occurrere, & medicamentis alijs auxiliari ſtudet, in quo genere vſum clyſterium prudenter à conciue meo eſſe laudatum non dubito.

Vtilitas Aphor.

---

80 *Si ſanguinem mingant, aut grumos, vel ſtillicidium vrinæ habeant, & dolor in imum incidat ventrem, & pectinem, & fœmen, circa veſicam labor eſt.*

ET ſi melius fuiſſet hic aphoriſmus collocatus ante præcedentem, in quo tractauit de ſanguinis mictu, nihilominus poteſt etiam accommodate ſatis cum ſuperiore connecti, cum in utroque agatur de cognoſcendi ueſicæ affectibus, ex urinæ contentorum ſpeculatione, adeò ut ſcopus Hippocr. in ipſo ſit docere modum dignoſcendi locum ueſicæ affectum ex alijs ſignis, quam ex ipſis areneſis ſedimentis, nec quiſquam inſaniret, ſi diceret Hippocratem uidiſſe præcedentem aphoriſmum non eſſe ita firmum ad inſtruendum circa ueſicæ affectus, ob idquè uoluiſſe hunc ſubijcere, à quo docemur multo certius, quando ipſa ueſica laborat, pertinet ergo præſens ſententia ad partem medicinæ ſimioticem, ac ut eſt ſine ratione, ſic etiam nullam diuiſionem patitur. (*Si ſanguinem*,) habetur hic aphor. etiam lib. 7. aph. 39. & apud Celſum lib. 2. cap. 7. licet Celſus non (circa ueſicam,) ſed in ueſicas habeat, ut dicetur infra; dicebam alias ſanguis per ueſicam exiens, aut ſolet eſse purus, aut impurus; atque purus uel exit liquidus, qualis eſse ſolet in uenis, aut conglobatus in grummos, quos uocat Hippocrates θρόμβες, qui liquidus exit, eſt quoniam ſtatim atque exijt è uenis foras mittitur, qui uerò grumeſcit, id patitur; quoniam cum diu maneat extra proprium locum, ubi conſeruatur, à proprio calore deſertus, atque alienum adeptus craſſeſcit, ad quod fibræ, ſiue partes terreſtres ei inexiſtentes magnopere auxiliantur, ut uere dixerit Ariſtoteles 3. de Hiſt. anim. cap. 6. ſanguinem

Connexio. Scopus.

nem nisi fibrosum grumescere, hoc autem intelligens probe Galen. lib. de tum: præcl: naturam diffiniebat grumum esse confectam sanguinis concretionem sensui obiectam, vnde θρόμβωσις dicitur quoque concretio sanguinis subtus cutem, alias à Latinis sugillatio nuncupata: sed ut hæc res paullo diligentius tractetur videndus quis propriè locus conueniat grumefactioni, & quæ sint illius causæ, de loco Hippoc. 6. aphor 20. dum scribit: sanguinem in ventrem effusum suppurari, duo docet, alterum est nomine vētris intelligi quamlibet cauitatem, & nomine suppurationis quamlibet suppurationem, seu corruptionem, quandoquidem vbi sanguis effunditur à venis in magnas cauitates grumescit, vbi in minores inflammatur & putrescit, vbi in musculorum cauitates subtus cutim facit echymosim, idest sugillationem. Porrò de causis Aristot: 3. de hist. animal. 6. & 4. meteor cap. 7. vult esse frigiditatem, & fibrarum commixtionem, propter quam sanguis siccescit. Cęterum non valet: quia licet hoc possit contingere quando grumescit extra corpus, secus tamen est vbi in corpore grumescit, quando calidus est: Vnde satius est dicere, quod etiam videtur dixisse Galen. 6. de loc: aff: c. 4. & primo lib. scilicet sanguinem conseruari à proprio loco, qui est vena; nam verè ob hoc dicebat Arist. nusquam inueniri sanguinem nisi in venis, à quibus effusus sanguis proprio calore, & cōseruatore priuatus, alieno calore crassescit, & condensatur, quemadmodum etiam lac grumescit in mammis, vbi nimia copia coarctatur, atque condensatur, à calore extraneo; est enim etiam lac sanguis dealbatus; Iam verò circà hæc duo occurrunt dubia: Vnum est, quomodo grumi exeant à vesica cum Gal 6 de loc: aff: dicat fere omnes perire, quibus in uesica sanguis grumescit: Aliud est ab ipsomet Galen. loco citato significatum, scilicet cur sanguis extra locum proprium ita totaliter corrumpitur, non ita bilis, vel pituita, cum tamen sit optimus omnium humorum. Ad primum dicendum est grumos magnos, & retentos diu esse exitiosos non autem paruos, & recentes; de quibus loquitur Hipp. in hoc aphorismo: Ad aliud uerò communiter dici solet optimum semper corrumpi in contrarium, quod est, sic enim ex cibis optimis deterrimos succos generari tradidit non semel Hippocr. in lib. de aff: intimis, & secundo de victu: nam quod corpora symmetra, & temperata facilius mutentur, & ægrotent verum est, quia propius sunt extremis, ut etiam dixit Arist. 5. sect probl. 22. & Galen. lib. de opt: corporis constit: Verum alia potest ratio assignari, cur sanguis optimus omnium humorum corruptus euadat deterrimus, nō itē alij humores, quoniā quę optima sunt ex multis exactè commixtis cōstant, vnde facta ipsorum mixtione, & corruptione necesse est multa corrūpi, obidq́ pessima euadere, qđ similiter accidit lacti, atq; semini. *(Et stranguriam patiatur)* Corn: Cels: qui hunc aphorismum fecit totum latinum lib. 2. c. 7. Sic transfert hæc verba (si paullatim vrina destillat,) alias uero vrinæ difficultatem solet transferre. Est enim stranguria ut Gal. docet lib. 5. aph 58. & lib. 7. aph 48. affectus, in quo vrina paullatim, & guttatim excernitur; Vnde Cato lib. de re: rust: c. 156. vocauit hoc vitium Lotium subtillum, & Cicero 2. de finib: vesicę morbum, quo etiā morbo laborasse Epicurum significat, nā stillicidium urinæ familiarissimum esse consueuit illis, qui calculo vesicæ laborant, quo obijsse Epicurum narrat Laertius in eius vita. Causæ huius morbi duæ af-

Grumus, quid.

Dub. 1.

Secunda.

Solut. 1.

Solut. 2.

Stranguria, quid

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 444 sur 867

©BIUM

feruntur à Gal. ſ. impotentia facultatis retentricis; quæ ſcilicet imbecilla eſt, ubi calculus reperitur in veſica, necnon ipſius lotij acrimonia, quæ cum nequeat ferri à facultate expulſiua ocyus quam par eſſet excernitur. (*Et dolor incidat*;) Veſicam eſſe collocatam ſubtus eam partem, quæ facit pubem, & ad perineum ſeu iter fœmineum tẽdit ex ipſa anatome ſatis liquet, Vnde vbi in ipſa adſit doloris cauſſa, circa eas partes ipſum percipi rationi eſt conſentaneum, (*Quæ circa veſicam*) Galenus circa hæc uerba duo notat. Vnum eſt, diuerſas fuiſſe huiuſce partis ſcripturas; alterum πονέει, alterum νοσέει habuiſſe: ſed ut vere dicit, nil refert ſiue hoc, ſiue illo modo ſcribatur, Alterum, vocem τὰ περὶ κύστιν ſi de ſola ueſica intelligatur falſam eſſe, ſi autem de inſtrumentis actioni veſicæ inſeruientibus, ſcilicet renibus, atque porris vreteris, eſſe verum, quam Galeni opinionem fuerunt qui criminati ſunt, quod cuncta quæ hic ab Hippocrate commemorantur, nequeant ſignificare vlcera renum, aut meatuum vrinariorum. Vnde putant. Τὰ περὶ κύστιν, intelligi de ipſius veſicæ partibus, ſcilicet ceruicis principio, productiore ipſius corpore, atque alijs partibus, quarum prout aliquæ patiuntur, aliquę non, ſic dolor modo in pube, modo in Epigaſtrio, modo in perinæo, modo vbiquè ſentitur, Ego verò licet non diffitear poſſe etiam hoc pacto intelligi verba Hippocratis, non uideo tamen, quin etiam Galenus poſſit bene dixiſſe, ſi non copulatim, ſed diſiunctim hæc omnia capiantur, alioquin ſi ſimul cuncta intelligantur, certè ut poſſit dolor pubis, & perinæi denotare affectum renum haudquaquam percipio: Vnde rectè Celſus veſicam ſimpliciter tranſtulit. Et Cardanus hac in re mihi egregie ſatisfecit interpretans (*Circa veſicam*,) ideſt proximas ueſicæ partes, quaſi voluerit ſenex mõſtrare, ubi hæc ſymptomata apparent, adeo magnum affectum eſſe in ueſica, vt etiam partes ipſi proximæ, & annexæ inſigniter coafficiantur. Neque dubitare oportet, quin uoce νοσέει, vel πονέει uoluerit intelligere ulcus, quandoquidem ſymptomata quę recenſet illud ſignificant, nec abſq; illo fieri poſſunt. Vtilis eſt aphoriſmus non ſolum ad affecti loci, & ipſius affectus dignotionem, uerumetiam ad ipſam curationem inſtituendam, quod ab hoc doceamur cui parti ſint auxilia intus, & extra adhibenda, quæq. remediorum genera conueniant.

Vtilitas Aphor.

---

81 *Si ſanguinem, aut pus minxerit, aut ſquammulas; & grauis odor adſit, veſicæ exulcerationem ſignificat.*

CVM urinę cruentę mictio ſit affectus magnopere uerendus, iure Hippocrates pluribus aphoriſmis uoluit eam tractare, ut etiam fecit in Coacis prædict: atque in prognoſticis, ut ob hoc non ſit dubitandum, quin apta connexio reperiatur inter ſuperiorẽ, atq; hunc aphoriſmum, in quo ſcopus eſt Hippocratis expreſſe docere, quomodo ulcerationem ueſicæ cognoſcere liceat ex ipſius urinę contentis, ita ut ſententia ſit ſimiliter diagnoſtica, ſine ratione, atque indiuiſibilis; Et licet, etiam in anteced: de ulceribus ueſicæ locutus ſit, ut fuimus interpretati, attamen quia ſuperiora erant ſigna, etiã partium uicinarũ, nunc ſolius ueſicæ ulceratę ſigna uoluit docere. Eſt autem quod dicit Hipp. hoc nempè ſi

Connexio. Scopus.

©BIUM

pè ſi q̃ſpiá mingat ſanguiné, & pus, necnõ ſquámas, ipſaq̃. vrina grauiter oleat, ueſicę ulcerationé ſignificari: in qua ſentẽtia exponenda, inquit Galen. mingere ſanguiné, & pus non modo ipſius ueſicę, uerumetiam, & renũ, & meatuũ ureticorum communia eſſe ſymptomata, quamquã uere difficiliter fit, ut ab ipſis ureteris, ſicut frequenter à renibus, atque ueſica pus excernantur, nam partes neruoſæ, quales ſunt illi meatus cum ſint partes ſiccæ, & frigidę, haud ita tumorem inflammatorium patiuntur, vt poſſint ad ſuppurationem peruenire, ſecus quam ipſi renes, Iam verò graueolentiam, & ſquammas vrinæ ipſi inexiſtentes propria veſicæ ſymptomata eſſe dicit, Nam vt de ſquammis, quod dicit Galen. veritatem habet, non tamen proprium eſt ipſius veſicæ vlcerationis, vt urina fœtida ſit, quoniam cum fœtor neceſſario ſequatur putredinem, ut docuit Galen. 5. de ſymp: med: cap. 15. æque illam ſequitur, quæ fit in renibus cum pure, atque illam quę fit in veſica, Vtrum autem (qđ etiam animaduertit Galenus) ſit legenda particula copulatiua (&) an vt habent alij contextus aduerſatiua (aut) nil refert, modo adiungantur ſquammæ, quandoquidem ſiue ſolum pus, & ſolus ſanguis, ſiue vtrumque mingatur, ſemper eſt vlceratæ ueſicæ argumentum, quando coniunguntur ſimul ſquammæ, quæ non ab alia parte quam à membranoſa excindi poſſunt cuiuſmodi eſt ueſicæ corpus, Notandum eſt Hippocratem dixiſſe ἕλκωσιν non ἕλκος, vt complecteretur etiam excoriationem, quæ non propriè ἕλκος, ſed ἕλκωσις eſt, hoc eſt ruptio, ſeu abraſio, ſic enim appellare ſolent medici ἕλκωσιν vt in lib: diffin: ruptionem corneæ, vel abiectu, uel ab aliqua inſigni inflammatione facta. Prætereà notandum eſt addidiſſe Hippocratem graueolentiam, quia pus quod ab urina excernitur ſolet maxime fœtere omnium aliorum generum quæ à renibus ducuntur, non ſolum quod ueſica contrectet rectum interitum, ab eoquè fœtorem maiorem aquirat, uerum etiam, quia in ipſa veſica excrementa complura colliguntur, quæ putredinem adepta eam inſignem reddunt, atque hoc eſt quod etiam uoluit ſignificare Ariſtoteles 13. problem ſect. primo quando ſcripſit: Vrinam quo magis retinetur eo deterius olere, ſecus quam ipſum ſtercus, ſiquidem urina retenta putredinem maiorem aquirit, ſtercus uero contra magis exiccatur, Quod ſimiliter dixerit Hippocrates λεπίδας, ideſt ſquammulas non fuit abſque ſale, ſiquidem à ueſica eroſa nequeunt partes niſi exiguæ educi, quod ipſius ſubſtantia ſit membranacea, minimequè carnoſa. Igitur demonſtratio huiuſce ſententiæ hinc habetur, quia ubi ulcerata eſt ueſica, neceſſe prius ſanguis exierit, facta continui ſolutione, poſt ſanguinem dicebat alibi Hippocrates pus, puris & putredinis perpetuus comes fœtor, ut dixi, quæ omnia ubi in ueſica perdurant, depaſcuntur ueſicæ ſubſtantiam, unde ſquammulæ; quæ certè non poſſunt ſolis renibus exulceratis apparere, quamquam & ſanguis, & pus, & fœtor, uel iuncti, uel ſeparati illorum exulcerationem poſſint ſignificare; Sicut ubi grauis odor, non modo ſimplex, ſed ſordidum ulcus denotant, quia ubi maior fœtor, ibi putredo maior; ſquammulas autem debere eſſe albas, & dolorem apparere, circa partes in antecedenti aphoriſmo dictas non eſt dubitandum, & ſi hoc ab Hippocrate tamquam res clariſſima ſit omiſſum. Vtilis uero eſt aphoriſmorum ſicut, & præcedentes.

Not.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 446 sur 867

©BIUM

82. *Quibus in vrinaria fistula tubercula nascuntur, his suppuratione facta, & eruptione solutio.*

LVCVLLENTISSIME totus hic aphorismus nullo pene verbo mutato latinus factus habetur apud Celsum lib. 2. cap. 8. Sicut etiam repetitur 7. aph. 57. In Coacis autem prænotionibus paullo aliter huiusmodi sententia proponitur, vbi hæc habentur. Quicumque tuberculum vrinæ difficultatem præstans circa vesicam habent, quocumque situ, & figura iaceant turbantur, solutio autem mali fit pure rupto; Iam vero continuatio cum superiore hæc est; *Connexio.* quod cum in antecedente locutus esset de pure, quod mingitur, docuissetq. mali quid significet, ne quispiam existimaret semper malum esse puris mictum, nunc voluit docere quandoquè esse bonum, scilicet cum ipsius eruptio sequitur fistulæ vrinariæ tuberculum migendi faciens difficultatem, Vnde patet esse mere prognosticam sententiam, simplicem, & indiuisibilem: quam Galenus exponens, dixit: hanc sententiam siquis superficietenus consideret, ob breuitatem haudquaquam effatu dignam videri, cum vnicuiquè compertum esse queat, tuberculis in meatu vrinario consistentibus, solutionem ipsorum futuram, ac propterea omne impedimentum iri ademptum si rumpantur, atq; pus exeat. Verum si mens adhibeatur (inquit Galenus) in ipsa latere alicuius rei maioris demonstrationem; nam vt ait Hippocrates in Coacis prænot: huiusmodi tubercula vrinæ difficultatem semper inducunt, quam rupto tuberculo protinus aboleturi manifestum est, Sed ad hæc dicta sequitur problema illud, Vtrum *Probl.* velit solum hoc tuberculum rumpi, an sæpenumero quidem hoc accidere cum etiam possit dissipari. An potius ruptionem tamquam exemplum solutionis *Solut.* eius morbi (quod verius esse dicit) proposuerit; Sed hoc in loco videtur illud admiratione dignum quomodo hanc sententiam fere popularem, & nimis claram proponere voluerit Hipp. siquidem nemo est tam bardus, & à musis alienus, quin sciat solui tumorem, & consequenter omne malum, qui fit in fistula vrinaria, exeunte inde pure, Nisi dicamus aliquid plus voluisse nos docere, scilicet nullam esse meliorem liberationem ab huiuscemodi tuberculis, quam quæ fit per suppurationem, non solum quia vt dicebat 6. Epid. sect. 3. tex. 7. id quod suppuratum est non reuertitur, cum in suppuratione sit crisis, coctio, & abscessus, verum etiam, quia discussio, quæ diutius tardat solutionem, periculum adfert, ne interim difficultate vrinæ viram adimat, vnde quia suppuratio fit citius non tantum periculi habet, & propterea felicius soluit omnem à tuberculo enatum laborem, Sed oritur hinc alia dubitatio, quoniam non ita videtur tuta sup- *Dubit.* puratio, propterea quod sequuntur eam vlcera, & post vlcera carnes, quæ so- *Solut.* lent diu durare, & ad mortem vsque comitari, Cui respondendum est, etiam si vlcera subsequantur ea nihilominus curari, & sanari melius, quam uesicæ ulcera, siquidem vbi vlcus est in fistula, continuo abstergitur ab urina excurrente, & consequenter exiccatur, & ad cicatricem perducitur vrina in ea parte non retenta, at secus est in vesica, vbi cum vrina retineatur, auget (vt dictum est) putredi-

©BIUM

tredinem, materiamquè magis erodentem efficit, vt ob id vlcera veſicæ contumaciora, & fere inſanabilia ſint; Demonſtratio itaque præſentis ſententiæ eſt, quod vbi difficultas vrinæ & dolor non fiunt ex veſica, ſed ob tumorem exiſtentem in fiſtula vrinaria, veram liberationem fieri ſi is tumor potius ſuppuretur, quam diſcutiatur, idquè cognoſci pure exeunte, ita vt non ſemper puris mictio damnanda veniat, quemadmodum ex antecedente aphoriſmo potuiſſet quiſpiam ſuſpicari. Ergo vtilis eſt præſens ſententia non ſolum ad prognoſim ſalutarem efficiendam, verum etiam ad ipſam curationem recte inſtituendam, ſiquidem vt natura feliciter ſoluit huiuſmodi morbos ſuppuratione, ſic docet medicos debere ipſi ſuppurationi adiuuandæ potiſſimum ſtudere, nempè quo citius malum ſoluatur, cui exitiale periculum ineſt. *Vtilitas Aphor.*

---

83 *Mictio noctu plurima facta, paruam ſignificat deiectionem.*

CVM multa in antecedentibus aphoriſmis de vrinæ condicionibus, quid ſignificent, docuerit; pauca admodum de ipſius copia dixit, Ea propter in poſtremo huius libri voluit, nonnihil etiam hac de re docere, ne ſcilicet ſimplex vrinæ copia putetur paſſim eſſe damnanda, Adeo vt Hippocratis ſcopus ſit in præſenti ſententia docere, quid ſimplex copia lotij ſignificet, & præſertim, quæ noctu mingitur, Eſt enim aphoriſmus diagnoſticus, atque etiam vt monet Galenus curatorius, ſimplex, & indiuiſibilis. Cæterum pro plena aphoriſmi intelligentia ſunt nonnulla examinanda. Quorũ primum eſt, Cur potius nocturnam vrinam, quam diurnam, vel vtramque Hippocrates commemorauit, Secundum quę vera ſit ratio propter quam vrina pauca multam egeſtionem ſignificet, & è contra. Tertium cur Hippocrates non dixit, etiam multam egeſtionem paucã urinam ſignificare, cum tamen id etiam rationi, & vſu correſpõdeat. Quartum in quem finem Hippocrates uoluerit hanc ſententiam, quæ ſatis uidetur leuis nobis relinquere, Circa primum illud ſtatuendum eſt id quod copioſę (ni fallor) demonſtraui in prælectionibus meis Patauinis de excremẽtis, nempe urinam nil aliud eſſe quam potulentam materiam in Iocinore, atque renibus alteratam, propterea què rectè à Galeno fuiſſe dictum in extremo primi libri de potentijs naturalibus: id totum quod bibitur excerni per urinam, exiguo quodam excepto, quod per ſudorem, atq; inſenſibilem tranſpirationem conſumitur, ſecundo ſupponendum eſt noctu omnes euacuationes imminui, ſed aliquas magis, aliquas minus. Tertio ſupponere oportet, naturam rectè operantem, & à nullis cauſſis uiolentis irritatã, numquam duas euacuationes inſignes moliri, Poſtremo ſupponendum, quod habetur apud Hippocratem lib. 4. de morbis, ſemper in corporibus ſanis tertia die cibum exire, quotidieque humores excerni, qui ſi retineantur morbos uarios efficiunt. Iam uerò his ſuppoſitis non eſt difficile inuenire noctis põtius, quam diei meminiſſe Hippocratem, quia noctu magis integræ ſunt naturæ operationes, perinde & excrementorum ſequeſtrationes, quam interdiu, quando ſcilicet uigilijs, laboribus, ſenſibus, milleq; alijs rebus interturbari poſſunt, ut ſi plaſculum, uel minus mingatur, aut egeratur *Connexio.* *Scopus.*

©BIUM

ratur in die, ab huiuſmodi cauſſis id fieri poſſit, ob idq. nullum certum iudicij haberi queat, ſecuſquā in nocte, ex qua forſan ob hoc priſci illi philoſophi omnia generari dixerunt, vt tradit Ariſt. 12. methaphyſ. cap. 6. quoniam opera naturæ ſemper meliora, & certiora fiunt nocte, quam die, Ad ſecundum autem Galen. dicit: ubi humiditates, quæ ſolēt aluum reddere mollem ad veſicam vertantur, neceſſario fœces ipſas durari, ac propterea retineri, & minores reddi, Verum altera quoque cauſſa eſt, quoniam pars ciborum conuertitur in ipſam vrinam, vnde hac aucta, neceſſariò fœces, ſeu cibi excrementa diminuuntur, nam Ariſtoteles 4. de gen: anim: in fine cap. 4. Narrat fuiſſe Perinthi Vaccam, cui cum annus à natura eſſet occluſa, nec vllis remedijs aperta cōſeruari poſſet, naturam prouidiſſe illi, ut excrementa alui extenuata, & in vrinam conuerſa per veſicam excernerentur. Eadem ratione dicere poſſumus, quandoq. maiorem partem potabilis materiæ cibo mixtam ad inteſtina ferri, vnde multo minor fit vrina, quę eſt ipſamet potabilis ſubſtantia, quam fœces, & Leones quos ſcribit Ariſtot. aluum duram habere, atq; vrinam fœtidiſſimam, id patiuntur quia multos crudos, & immanſos edunt cibos, ex quibus glutinoſi ſucci gignuntur, cumq. proportione ciborum bibant parum, conſequenter vrinam paucam reddunt. Cui autem modo potus ad locum fœcum vertatur, modo ſicca cibi excrementa vertuntur in ſerum, & vrinam multæ ſunt cauſſæ, quas enumerare hoc loco haud quaquā eſt neceſſe, Circa tertium. Reſpondeo tacuiſſe, quoniā id quaſi neceſſario cōſequebatur, nā & de alijs euacuationib. vt ſudore & vomitu verum eſt, vbi vna fit inſigniter; alias ceſſare, aut fieri minores, verū nō ità eſt de naturalib. ſicubi de prętернaturalib. quales ſunt ſudores, & uomitus: nam naturales nil plus ſignificāt exſe quam defectum alterius; Circa poſtremum id eſt dicēdum, quod appoſitè admodum, atq; diſertè ſcribit Galen. Hippocratem in proponenda hac ſententia illud primum ſpectaſſe, vt medicos doceret, quando vel vrina, vel fœces nimium copia excedunt, quid facere debeant, ſcilicet vbi aluus nimis fluit non modo minuendum eſſe potum, vt faciunt corui, quos dicunt Aegyptij dum æſtate alui fluore laborant, ſeſe penitus à potu abſtinere, Verumetiam prouocandam eſſe remedijs accommodatis vrinam, Contra ubi nimium dura eſt aluus, tunc augendum, eſſe potum, atq; prohibendam eſſe ipſius in aliam, quam ad aluum diſtributionem, ex quo patet, non minus ad dignotionem, quam ad curationem vtiliſſimum eſſe hunc aphoriſmum, quamquam puto in alium etiā vſum præſentem ſententiam nobis ab Hippocrate relictam fuiſſe, ſcilicet ne homines alioquin ſani ſolliciti ſemper eſſent vbi aluus non reſpondet; quoniam ubi multum ſimul mingitur cum pauca alui egeſtione, nullum malum ex eo ſequi ſolet, vacuatis excrementis aliqua parte; & exiccatis ijs quæ ſunt in inteſtinis, ita ut, nec vapores tetros in corpus mittant, nec ibi morantia ullum aliud inferant detrimentum, Atq; hoc tantum intelligi debet nonnullis tamen obſeruatis condicionibus potiſſimum ut ſani ſint, nec in uictus ratione errent.

Vtilitas aphor.

FINIS QVARTI LIBRI.

HIERO-

©BIUM

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS,

PRAELECTIONES PATAVINAE,

IN QVINTVM LIBRVM APHORISMORVM. HIPPOCRATIS.

1 *Conuulsio ex Elleboro lætalis est.*



IPPOCRATES aut Aphorismorum concinatores, cur initium quinti libri fecerint à conuulsione, ratio nulla certa potest afferri, nisi placeat dicere conuulsionem esse symptoma grauissimum, adeo vt etiam populus vbi imprecari, & dicere vult aliquod magnum malum, imprecetur, & nominet spasmum, quæ ratio forsan etiam fecit vt complures aphorismos de hac ediderit: Attamen non est cum antecedentibus vlla ipsius connexio diligenter quærenda, sed illud solum asserendum hanc sententiam omnium breuissimam, esse merum placitum prognosticum, sine ratione atque indiuisibile. Neque verò existimare oportet quin sit diuersus ab illo in antecedente libro scripto (*Carnes sanas habentibus,*) quoniam hic promiscuè agit de cunctis, ibi de sanis; Et non multa essent circa ipsius expositionem dicenda, nisi Galenus suo commentario satis longo nos inuitaret, Quod ergo dicit Hippoc. est, conuulsionem factã ex Elleboro esse lethalem, quasi semper, aut plerumque exitium afferat, vt interpretatus videtur Galenus initio sequentis commentarij, licet Celsus lib. 2. cap. 6. transferens hanc sententiã ita dixerit. Is seruari non potest, qui epoto veratro exceptus distensione neruorum est, hæc autem sententia habetur etiam in Coacis prædictionibus. Quod loquatur Hip. de Albo veratro solum, neminẽ dubitare uideo, siquidem hoc per excellẽtiam sic à veteribus omnib. vocari inuenitur, vnde Plinius dicere solebat: illud tyrãno solere adsimilari, qđ similiter sub Ellebori nomine potuerit intelligere, cætera medicamẽta grauiter purgãtia non abnuo, cum experientia cõstet etiã ab his cõuulsiones fieri, vel qa malè administrata sit, vel qa corpus illius q purgatur sit aptũ nimis ad illũ affectũ suscipiẽdũ;

Iam

©BIUM

Spasmus, q. d.

Iam vero videre oportet quot sint modi, quibus conuulsio efficiatur. Spasmus, qui nil aliud est, quàm præternaturalis membrorum motus, quo ipsa versus principium trahuntur, non aliter, quam dum sanitate fruũtur. Secundo quemadmodum Hipp. intellexerit in aphorismo. Tertio quæ sit vera causa, propter quam spasmus est vsque adeo lethalis. Circa primum Galenus videtur quinque modos proposuisse, quib. solent præternaturaliter moueri ab Helleboro poto membra versus principium; Primus est ob vehementes illas agitationes, & contentiones, quæ contingunt in ipso vomendi actu non quidem initio purgationis, quando scilicet suffocationis imminet periculum, verum quando vehementius vomentes veluti dilaniantur, ob ingentem neruorum laborem, qui ob sympathiam quam habent cum ore ventriculi afficiuntur vehemẽter, sicut quoque accidere solet illis, qui ærugionosos humores in stomacho habentes insigniter cõuelluntur, donec illum reijciant, vt se vidisse testatur Galenus, & vt ego semel vidi in Bergomensi studioso Patauij, qui immanissimis conuulsionibus oppressus spacio 24. horarum sublatus est, eiusq. deinde secti totus ventriculi fundus humore æruginoso, & atro plenus est repertus. Secundus modus est ex ipsa purgatione, & præsertim quando nimium purgantur, vt contingere solet, ijs, qui choleram patiuntur, quibus sæpenumero fiunt contractiones maximè crurum. Tertius modus est ui ipsius medicamenti, uel humores è neruis ad sese trahentis uiolenter nimis, propterea q. ipsos neruos uehementer alterantis, uel uiolentia distributi in ipsas neruosas partes, nempe neruos, ligamenta, musculos, tendines, ac ob id nimium exiccantis. Quartus quando nimium replentur, & humectantur, ut enim chordæ ob nimiam siccitatem uel humiditatem contrahuntur ita ut breuiores fiant, interdumq rumpantur, sic ipsis neruis contingit, ob idq. uere dixit Hippocrates fieri conuulsionem tum à repletione, tum ab inanitione. Quintus modus est ab acrimonia, uel inimica, aut medicamenti, aut ueneni, aut alterius cuiuspiam rei qualitate, merito cuius læsi nerui, aut partes neruosæ ad eam euitandam sese uersus proprium principium contrahunt, ac conuulsionem faciunt, cuiusmodi euenire consueuisse tradit Galen illi puero, qui ex teterrima ueluti aura à pede ad caput sublata in Epilepticam conuulsionem incidebat. Quod uerò neruis contractis uariæ partes, & aliquando totum corpus conuellantur non est præter rationem, siquidem ut dicebat Gal. 3. de loc: aff: cap. 6. Videmus ubi ramus solus arboris inflectitur uehementer totum arborem concuti; Etenim maxima illa uis, quam patiuntur nerui ita efficax est: vt vna cum neruis trahat, quicquid ipsis superstat, & alligatur, Iam verò de quo loquatur Hippocr. Gal. sentit de eo spasmo tantum verba fecisse, qui ob siccitatem contingit, eo quod hic solus sit vere irremediabilis, atq; exitialis, præsertim si sit vniuersalis, nec recens: sed confirmatus cum cęteri curentur, licet omnes sint in vniuersum curatu difficiles, siquidem cũ in quauis cõuulsione cerebrum, & neruorum initiũ magnopere patiatur, atq; quilibet cerebri ingens affectus sit grauis, & pernicioſus, vt dicebat Plato in Timeo, vbi vocat cerebrum medullam, plane quamlibet conuulsionem grauissimam existimare est necesse, siue sit febri coniuncta, siue sit ab ea seiuncta. Accidit etiam illud quod in cęteris manet causa conuulsionis, quæ donec non sit è corpore

pulsa,

©BIUM

pulſa, manente illo immani motu, haud poteſt facultas gubernatrix corporis ſupereſſe. Cæterum cur facta à ſiccitate ſit vſque adeo exitialis, vt Galenus dicat in commentario eſſe incurabilem ſunt præter dictam aliæ quoque rationes, qđ partes ſeminales conſumuntur, & quod calor atque humiditas ſubſtantifici, & implantati valde imminuuntur, quæ omnia quoniam recuperare minime licet, hinc fit vt iure huius modi conuulſiones eſſe irremediabiles dixerit Galenus, qui tam in ſequenti commentario voluit vocem θανάσιμον hoc in loco æquipollere voci κινδυνώδης, ideſt periculoſum, & ſæpenumero interimens. Eſt itaq; ſpaſmus ex Elleboro lęthalis vt cauſſa, atque etiam vt ſignum, eſt enim vt ſignum, quoniam ſignificat partes ſparmaticas, & calidum innatum eſſe ex nimia purgatione, atque ſiccitate conſumpta, quæ nequeunt refici, eſt quoq; vt cauſſa, quoniam ab ipſo facultas motrix ita hebetatur, vt non poſſit thoracem mouere, vnde poſtmodum ſequitur ſuffocatio. Vtilis itaque eſt ad prædictionem faciendam, & ad inſtruendum medicum ne circa huiuſmodi corpora multum operetur, ne qđ contingit vi morbi, ipſius imperitię ad ſcribatur, ſimiliter inſtituitur medicus vt valde caueat ab Elleboro, atq; alijs nimium purgantibus, qđ ſi veteres eo frequenter vtebatur erat quia vt ait Galen. optimę præparabant, qua præparatione nos caremus, præterquam quòd etiam erant valde aſſueti vomitui. *Vtilitas Aphor.*

---

2 *Conuulſio ex vulnere lęthalis eſt.*

CVM Hippoc. de conuulſione, quæ eſt magnus morbus ſibi nonnulla magni momenti docere initio huius quinti libri propoſuiſſet, atque ante de illa, quę ſequtur ellebori, vel alterius medicamẽti grauis purgatione verba feciſſet, nunc de illa quæ ſequitur vulnus verba facit, quamq; vt ſuperiorem eſſe dicit exitialem, hoc eſt periculoſam, vt interpretatur Galenus, atque ſæpenumero interficientem, Ita ut ſit etiam hæc ſententia pertinens ad ſimioticam, ſiue prognoſticam medicinæ partem, ſine ratione, & indiuiſibilis, Hanc autem interpretans Celſus lib. 5 cap. 26. dixit: eam febrem eſſe pernicioſam, quæ non finitur, vel à neruorum rigore, vel à diſtentione, quæ ex vulnere orta eſt. Iam verò τραῦμα, ſiue τρῶμα, vt in Coacis, quo nomine vtitur ſæpè Hippocrates, & quod à Leonibus ſic dicitur, licet dicatur de qualibet ingenti læſione facta à cauſſa violenta, vt docuit Galenus quinto in ſextum Epidemiorum, & ſecundo de articulis, attamen etſi τραῦμα, quod nomen hic vſurpat dicitur de continuitatis ſolutione per inciſionem facta in carne, vt habetur ſæpe apud Galenum libro de conſtitutione artis, & qui huiuſmodi inciſionem patitur ex vulnere accepto ſolet ab Hippocrate uocari τραυματίης, ſiue τρωματίης, vt habetur in libro de medico, & de vulneribus capitis, quamquam non abnuo etiam intelligi poſſe de qualibet uiolenta læſione, ut contuſione, caſu, percuſſione, in quibus etiam eſt læthalis conuulſio, nec non ipſo vlcere, vt optimè Conciuis meus. Igitur quod Hippocrates hoc in loco dicit de uulnere, intelligendum eſt de eo quod fit per carnis inciſionem, quæ incifio quoniam interdum ſolam carnem attin- *Connexio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 452 sur 867

©BIUM

git, interdum verò etiam ad neruos penetrat, certè, vt Galenus innuit, propriè hic loquitur de eo vulnere, quo violatus est neruus, & ad quod cum sequatur inflammatio, iure etiam succedit conuulsio, eo quod simul inflammatus neruus, & exiccatus sese contrahit simulquè partes contrahens, quibus est implantatus sequitur conuulsio, nempe partis anterioris si sit ibi vulnus, aut posterioris si ibidem, aut vtriusque si in vtroque (*Mortale*,) hanc vocem dicit Galenus non aliter hic vsurpari ab Hippocrate, quàm vsurpata est in antecedente aphorismo, scilicet pro eo, quod nõ necessario: sed sæpenumero & significat, & caussat mortem. Vnde idem Hippocrates in Coacis prænotionibus vbi eadem sententia habetur, loco θανάσιμον scripsit κακόν. Etenim licet tumor inflammatorius, qui solet sequi hæc vulnera sit sæpissimè exitiosus, attamen haud minus exitiosum esse consueuit, quando prorsus absque tumore est, iuxta Hipp. sententiam aphor. 65. huius lib. vbi scribit, vbi tumor fit in vulnere non fieri conuulsionem, quemadmodum si factus euanescat lethalissimum est, scilicet recurrentibus prauis humoribus ad membra præcipua ut Hippoc. docuit lib. de vulner: cap. cæterum pro plena intelligentia præsentis sententiæ duo sunt examinanda; Vnum

Mor. est, quæ sit vera ratio propter quam spasmus superueniens vulneri sit vsq; adeo exitialis; Alterum est, cur vt ait Hipp. in lib: de vulneribus capitis si dextra pars

Ad 1. capitis vulneretur solet conuelli sinistra, & è conuerso. Circa primum non defuerunt, qui existimarint illud cõtingere propter sanguinis effusionem nimiam, quæ contingit quando fit conuulsio, atq; ex siccitate est, quæ opinio facile refellitur, tamen quia vix vmquam fit conuulsio vbi sanguis copiosus profunditur, quod inflammatio sic prohibeatur, tum quia etiam sine sanguinis effusione, ex sola nerui punctione interdum sequi spasmum experientia docet, tum quia in subsequenti aphorismo loquitur de sanguinis profusione, vt minimè nunc debuerit de eadem verba facere. Itaq; vera ratio est, quod vbi nerui in vulnerib. violantur, si nullus tumor appareat circà ipsum, aut apparens statim deliteſcat humorum cõcursum fieri ad principium neruorum, atq; inde fieri conuulsionẽ par est. Vnde Cassius medicus probl. 9. tradens rationem ob quam si vulnera capitis penetrantia ad membranam circumambientem cerebrum nimis propere obducantur cicatrice conuulsio sequitur, ait esse, quoniam sauciata ipsa membrana palpitatione, atq; allisu ipsius cerebri sordes ducit, quæ cum nequeant dissipari, iam occluso vulnere, & facta duriore cicatrice, in profundas cerebri partes, ac proinde in ipsum neruorum principium abeunt, vbi tandem spasmum

Ad 2. inducunt, Circa Secundum Cassius idem problem: 41. quærens huius euentus caussam, inquit, referendam esse ad situm neruorum originem suam è basi cerebri trahentium, atque se inuicem decussantium, ita vt à dextra basis parte exorti, in læuum capitis sinum feruntur, quod à læua in aduersum, ita vt eorum situs decussatim concurrat, propterea què sauciata dexteræ partis membrana sinistram resolui, aut conuelli contingat, & è contra. Certe huiusmodi ratio satis apparens est, si ex ipsa anatome posset huiusmodi dogma confirmari; Atqui Gabriel Fallopius præceptor, & amicus meus singularis in extremo libri de Vulnerib: capitis diuersam prorsus sentẽtiã habuit, vbi prudẽter satis distinguẽs motus cõuulsiuos à vera cõuulsione, illos fieri docet à prauis vaporib. cerebrũ & ner-

neorum

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 453 sur 867

©BIUM

norum principium insigniter lædentibus, hanc verò aut repletione, aut inanitione, atque vna parte capitis sauciata alteram conuelli, propterea qđ musculi fraterni, qui hinc & inde ad tempora sunt collocati ob actiones obeundas, vbi læduntur, si vnus cessat operari alter ad se contrahit partem affectam, atque ita conuellitur, qđ tamen ait idem falloppius sese experientia didicisse non esse verum, nisi prius pars læsa conuellatur donec amittat actionem, qua amissa demũ pars aduersa conuellitur, Sed huic falloppij sententiæ illud obstare videtur si in omnibus partibus sunt illi musculi fraterni, quorum vnus vbi trahit alter cessat & viceuersa: Vnde deberet eiusmodi symptoma in cunctis spectari, quod tamen experientia non comprobatur, quare cum hæc sententia habeatur ab Hippocr. non modo in libro de vulneribus cap: verumetiam in Prorrhet: & Coacis, scilicet inciſam temporum vnam partem, aduersam conuelli, atque res ipsam difficilem satis quæstionem habeat, sic etiam reputatam ab Hippoc. in prorrhet: dicendum aliud non videtur, quàm cognationem illam musculorum antedictam ab Hipp. lib. de artic: ἀδελφιξίαν vocatam esse causam, qua vno musculo affecto cognatus simul afficiatur, licet non semper affecta pars sensu cognoscatur, quod aũt dicũt aliqui, iccirco partẽ aduersam vulneratę resolutionem pati, qđ ad sauciata totus pene sanguis trahatur, eaq. refrigerata resoluatur nõ videtur verum, quoniam proximior pars à qua primũ sanguis trahitur deberet prius resolui, qđ tamen non cõprobatur experientia, qđ etiam dicendum est, quando dicunt, in vulneribus capitis sanguinem confertim ferri in illud, cuius pars vulnerata fugit conuulsionem ob fluxum sanguinem, quam non fugit alteram ob retentum sanguinem; Vt cumque autem hac de re sit, vera est Hippocratis sententia conuulsionem ex vulnere, & alijs caussis violẽtis, nõ modo vt signum esse lęthalem verumetiam vt caussam, quandoquidem immanes illi motus vires alioqui valde consternatas penitus perdunt, quamquam nonnihil discriminis apparet, siquidem conuulsiones quæ fiunt ex percussionibus, & ex luxatione vertebrarum dorsi, vt minus videntur sequi debere, sic sunt magis exitiosę, vt ait Auuic. 2. 3. in fine cap. 2. & Cælius Aurelianus lib. 3. acut: in fine cap. 6. Quæ verò fiunt ex neruorum siue attritione, siue punctura, siue inciſione sunt certè & ipsæ lęthales, verum minus, quia ex ratione succedunt, cum affecto neruo ob cognationem simul etiam afficiatur cerebrum, qua pariter ratione fit, vt in pueris conuulsiones non sint adeò lęthales quemadmodum in senibus, vt Cælius dixit; Hoc tamen totum intelligi debet, non de particulari alicuius membri conuulsione, sed de vniuersali, quando perseuerant, quandoquidem frequẽter videntur partes ex vulnere conuulsæ, quæ minimè necem afferunt, sicuti nec illæ conuulsiones, quæ non perseuerant. Vtilis est itaque aphorismus in primis ad prognosim, deinde ad curationem, cum doceatur medicus in vulneribus magnam esse adhibendam diligentiam, ne conuulsio sequatur, quod fit medicamentis prohibentibus nimiam sanguinis effusionem, vnctionibus spinæ, dilatatione vulneris, & ipsius cicatrizationis, & consolidationis prorogatione, necnon si opus sit, tempestiua, & accommodata sanguinis detractione.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 454 sur 867

©BIUM

3 *Vbi ſanguis plurimus fluxerit; ſingultus, aut conuulſio ſuperueniens, malum.*

AD inflicta vulnera ſæpe ſequi inſignes ſanguinis profuſiones, & ex his poſtmodum oriri conuulſiones nulli dubium eſt, vt hac ratione videtur Hippocrates conuulſioni ex vulneribus ſtatim ſubiunxiſſe eam, quæ fit ob nimium ſanguinis fluorem, & licet Hippocrates loquatur in tempore præſenti, quaſi velit fieri tunc ſpaſmum, quando ſanguis adhuc fluit, attamen ita locutus eſt, quia celeriter ab ipſo fluxu ſuccedit conuulſio, Eſt aphoriſmus dogma prognoſticum, ſed & ad faciendam medicinam vtile, ſiue ratione, atque indiuiſibile, Gal. enim pauciſſima dixit, nec aliud, quam vocem κακὸν, idem ſignificare, quod θανάσιμον, ſcilicet id quod non modo malum eſt vt ſignum, & vt cauſſa, verumetiam quod ſæpe exitium adfert, ſiq. vlla eſt harum vocum differentia, eſt tantum ſecundum magis, & minus, quia θανάσιμον, ideſt mortale maius ſemper periculum deſignat, quam κακόν, ideſt malum, Habet Hippoc. hac eandem ſententiam in Coacis prænotionibus. Celſus verò lib. 2. cap. 8. vt latinum redderet aphoriſm. 9 lib. 7. huic non ab ſimilem ita dixit. Si ſanguis profluxit, deinde ſecuta eſt demẽtia cum diſtentione neruorum, periculum mortis eſt, vbi dementiam addidit Hippocr. quia etiam ex ſiccitate interdum delirium: ſed leue ſubſequi ſolet, nã ſi optima actio cerebri, ſiue ſit egemonica, ſiue ſenſatrix, ſiue motrix, ab optima ipſius temperatura proficiſcitur, non eſt dubium quin a qualibet intemperie lædatur, quamquam ab alia magis, ab alia minus, neq; vero abſonum eſt, quod habent hoc in loco exemplaria quædam, ſcilicet (fluente κάτω,) ideſt infuſa ſanguine, quoniam etiam ex fluxu immodico ſanguinis ab ano haud inconuenit fieri dementiam, atq; conuulsionem, Iam verò conſiderare paulliſper oportet, quare ab immodica ſanguinis fluxione, tum fiente, tum facta fiat conuulsio, quare ſingultus, & quare potius Hippocr. hoc voluerit dicere eſſe κακὸν, & non θανάσιμον, vt dixit ſupra; fieri conuulsionem ex ſanguinis fluxu, eo quod ſiccantur nerui, & muſculi, ac exiccati contrahuntur verſus principium, ſecumq. trahunt interdum totum corpus, interdum partem, vel partes illius, eſt ab omnibus confirmatum, Sed illud dubium eſſe poteſt quomodo fluente ſanguine, & copioſo poſſit fieri ſiccitas, quæ longo tempore ſolum contrahi ſolet, præterea quomodo poſſint ſanguinis paupertate nerui exiccari, qui illo non aluntur, ſed potius mucilaginoſo ſucco. Circà primum dicendum eſt ſanguine fluente non fieri ſtatim exiccationem ſolidorum, ſed priuationem alimenti, quæ etiam ſiccitas eſt, quo priuatæ repente partes, dum conantur vnde quaque illud trahere fit excatio, & corrugatio, quam ſentientes nerui ad eam fugiendam ſeſe contrahunt, Ad aliud verò conuenit dicamus, quod ſcribit Ariſtot. ſanguinem eſſe commune, & mediatum ſaltem totius corporis nutrimentum, quoniam hic à natura conuertitur in eum ſuccum, à quo poſtmodum immediate partes aluntur, ſic enim mammæ lactè, teſtes ſemine, quodammodo ali poſſunt dici, vt oſſa medullis, nerui muccoſo ſucco, nec incõuenit, quod nerui poſſint ob priuationem ſanguinis ita cito exiccari, vt etiam ipſo fluente conuel-

Connexio.

Dub. 1.

Secunda.

Solut. 1.

Solut. 2.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 455 sur 867

©BIUM

conuellantur, quoniam vt dixi simul priuantur, & alimento & calore, quæ duæ res eo magis neruos exiccant, quod ij suaptè natura sicci, quasiq. excocti, & deinde congelati, vt dicebat Hippocrates lib. de princ: & Plato in Timeo maximè apti sint ad vlteriorem exiccationem suscipiendam. De singultu verò certum est ab eadem causa, qua conuulsio fieri, vt alias Hippoc 6. aph. 39. docuit, verum natura, & modo generationis non parum differt, siquidem conuulsio fit eo pacto, quo motus voluntarij, scilicet opera musculorum, licet violenta, & nõ naturali, singultus verò minimè fieri potest hoc pacto, cum ventriculus careat musculis, sed fit opera virtutis expultricis ad lædentem causam depellendam excitatæ, ipsumq. ventriculum, quasi saltuatim agitantis, nec valet, quod Aristot. 33. probl. 5. & 17. dicat singultum esse opus pulmonum non ventriculi, vt ruetus, quoniam ibi loquitur de alio genere singultus, aut deceptus est; Quod autem ex immoderato sanguinis fluxu lædi possit substantia uentriculi, ita vt facultas eius expultrix uehementer concitetur, non est dubium, quia uentriculus priuatus simul calore quo fouetur, & sanguine quo alitur in sese contrahitur, corrugaturq. Vnde uim corrugationis ferre cum nequeat uentriculi facultas expultrix ab ea molesta corrugatione irritata, motum conuulsioni similem, non conuulsionem facit, ut dicere consuevit Gal. & Auicennas, atq; hoc maximè facit, cum repente sanguis profunditur, nam quæ fit paullatim sanguinis fluxio, etiam si sit insignis haud solet facere conuulsionem, aut singultum, cum ex hæmorrhoidib. interdum paullatim triginta, & plures libræ sanguinis effundantur, nec sequatur conuulsio, nec singultus, nec mors. Demum cur Hippocr. potiùs uoluerit dicere (*malum*,) quam (*mortale*,) licet Galenus id dicat, quod antea ipse quoq; dicebam, nihilominus responderi quoq; potest fluxum sanguinis conuulsionem sequentem, non esse ita periculosum, ut est quæ fit ex uulnere, cum uideamus interdum immensam sanguinis copiam exire ab ægrotantib. & tamen eos seruare, etiã si sit sanguis arterialis, de quo, atq; maximè de uenoso, non est dubium intelligendam esse Hippocratis sententiam, Porrò est utilis aphorismus non modo ad præcognitionem, atq; prædictionem faciendam, uerum etiam in medicina exercenda, quia ubi sanguis nimis fluit, docemur ex hoc aphorismo semper metuendam esse conuulsionem, aut singultum propterea q. esse occurrendum cum ualidis remedijs, tum adstringentibus, tum sanguinem à loco unde fluit retrahentib. Quæ autem sint hæc medicamenta sanguinem supprimentia, notum est apud medicos, atq; etiam ipsum Aristotelem, qui primo probl. 33. dicebat ea esse, quæ siccant & confluxum humorum cohibent quamquam cum uocet δριμέα, aut decipitur, aut abutitur uoce pro acerbis. *Vtilitas Aphor.*

---

4 *Ex superflua purgatione, conuulsio, aut singultus superueniens, malum.*

ET hic quoque aphorismus euidentem cum superiore connexiõnem habet, siquidem uterq. de spasmo ex nimia euacuatione, & de singultu (licet ille de euacuatione sanguinis, hic verò de euacuatione aliorum humorum siue naturali, siue artificiali) tractet: Celsus lib. 2. cap. 8. reddens latinam hanc sen- *Connexio.*

tentiam

©BIUM

tentiam ſtatim poſt antecedentem dixit, periculum mortis eſſe, ſi medicamentis purgatum, & adhuc inanem neruorum diſtentio oppreſſit, quamquam cura deſit ſingultus, videtur potius tranſtuliſſe alias ſimiles ſententias quas habuit pleriſque in locis vt primo huius ſectionis ſect: 7. aphor. 25. In Coacis, in Epiſt: ad Democritum. Eſt ſententia prognoſtica, & ſimplex. (*In ſuperpurg:*) quid ſit ſuperpurgatio, & quomodo fiat abunde Hippocrat. lib. 1. de nat: hum: tex. 29. 30. 31. & Galen. 3. de ſimpl. med. cap. 27. Galenus autem duo dicit conſideratione aliqua digna, Vnum eſt quod Hippocrate olim dixiſſe ſpecialiter de Elleboro, nunc vniuerſaliter de quolibet purgante medicamento enunciare, ac propterea cauſas quas ibi attulit, cur Elleborus conuulſiones faciat, eaſdem hoc in loco conuenire, ſcilicet ob acrimoniam, ob agitationem vehementem, ob proprietatem aduerſariam, atque demum ob ſiccitatem inductam, Alterum quod dicit Galenus eſt ſecundum Hippocratem, ſingultum eſſe ſtomachi conuulſionem, quæ ſententia niſi prudenter interpretetur falſiſſima eſt, ſiquidem ſpaſmus, (vt ſæpius ex ipſomet Galeno dixi,) eſt opus muſculorum, qui mouentur eo pacto quo in ſanitate, ſed non ab eadem cauſſa, atqui ſtomachus caret muſculis, & in ſingultu, non mouetur animali motu, ſed à natura vehementer irritata, vt monſtrat ſonitus atque moleſtia, qui in ipſo edendo ſentiuntur; Nec valet quod Ariſt. 33. partic: probl. 1. 13. dicat: ſingultum eſſe paſſionem pulmonum, & aliarum partium ſpiritualium, quoniam licet eadem ſit vox apud Græcos, & Latinos, ſcilicet λίγξ, & λυγμὸς, quibus vtitur Hippoc. & Ariſt. Attamen duo ſignificat, & paſſionem ventriculi, de qua loquitur Hipp. & Plato in conuiuio, vbi docet finire ſingultu, potu, retentione ſpiritus, & ſternutamento, quod etiam Hipp. 6. aph. 13. & paſſionem pulmonum, & ſpiritualium membrorum quam ſuſtinent mulieres; & pueri plorantes, & quam æque latini eodem nomine ſingultum vocant, vt apud Catullum in Argonautica.

Frigidulos adeo ſingultus ore cientem.

De hoc autem ſingultu intelligendum eſt, quicquid Ariſtot. loco probl. citato ſcripſit, aut ſtatuendum eſt ipſum fefelliſſe, vt potius reor. Porro Galeni ſententia ita eſt interpretanda quaſi non ſimpliciter ſpaſmum dicat eſſe ſingultum, ſed ſpaſmo ſimilem: ſic enim loquitur 6. aphor. 39. Singultus vero concedatur conuulsio ſtomachi vocari, quando aliud fuerit ſermonis propoſitum, Quãdo verò hoc ſolum ſtuduerimus, vt paſſionis ſubſtantiam cognoſcamus, melius fortaſſis fuerit, non conuulsionem nominare, ſed quendam motum eiuſdem cum vomitu generis, ſed fortiorem illo, & vehementiorem. (*Malum*) cur Hipp. interdum voce (*mortale*) interdum voce (*malum*) vtatur iam diximus, vt non sit opus idem hoc loco repetere, illud eſt certè dubium; quo pacto quod hic in vniuerſum dicit eſſe malum lib. 7. aphoriſm. 41. dicat eſſe non bonum, cum enim in comm: eius aph. dixerit Galenus cuncta in ſenibus eſſe grauiora ob virium imbecillitatem, etiam ſingultum factum ex ſuperpurgatione deberet in ipsis eſſe magis periculoſum, eſt verò leuius id quod non bonum appellatur, quam id qd ſimpliciter malum dicitur, Huic dubitationi reſpondendum eſſe puto, vere in ſenibus ſingultum eſſe minus periculoſum ex ſuperpurgatione, quia ſiue fiat ob magnam irritationem, ſiue ob corrugationem ex inanitione, ſemper facilius,

Dubit.

Solut.

& à mi-

©BIUM

& à minori caussa efficitur in sene, quam in alia ætate, ut ob hoc etiam leuius malum uideatur. In pueris quidem fit crebrius singultus, quam in qualibet alia ætate, sed non morbosus, neque ab inanitione, uerum potius à repletione. Atq; huic sententiæ ad stipulatur quoque experientia, cum singultus quilibet morbosi in senibus non ita exitium afferant, sicut in alijs. Est itaque malum singultus ex inanitione non modo ut signum, uerumetiam, ut caussa, quandoquidem uires effractas ab operatione superpurgationis adhuc magis prosternit. Est utilis ut superior tum ad prædicendum, tum ad curandum, cum ex ipso discamus ubi ex superpurgatione singultus, aut connulsio contingit, occurrendum esse statim, cum ijs quæ substantificæ alunt uentriculum, atque humorum acrimoniam obtundunt, & demulcent. *Utilitas Aphor.*

---

5 *Si ebrius quispiam repente obmutuerit, conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut vbi ad horam peruenerit qua soluuntur crapulæ, vocem recuperet.*

HACTENVS Hippocrates egit de iudicijs faciendis earum conuulsionum, quæ fuerãt ab inanitione, nunc uerò de ijs quæ à repletione, cuiusmodi est, quæ sequitur ebrietatem; esse enim ebrietatẽ inter repletiones connumerandã nemo umquam dubitauit, vt hac ratione clarissima sit connexio præsentis aphorismi cum superiore: sed dubium cur potius Hipp pro exemplo repletionis accepit ebrietatem, & non aliud. Resp: quia tempore suo Græci ebrietati operam dabant, quia ea gens erat uini amantissima & inter laudes quas tribuit Plato Socrati est, quod bene potaret, & numquam ebrius fieret. Accedit, quod libenter Hippoc. de ijs uitijs loquebatur, quæ corpus simul, & animum corrumpunt, ut ea curandi rationem edoceret. Est uero sententia prognostica, atq; etiam quodam pacto curatoria, ut suo loco dicetur, & licet sit absque demõstratione, attamen in tres partes diuidi commodè potest. Prima est. *(Si ebrius statim)* secunda uero est, *(Nisi febris super occupet.)* Tertia est: *(Vel ad horam accedens secundum quam.)* Iam uerò unamquamquè partem expendamus: Cornelius Celsus lib. 2. cap. 6. eleganter, ut solet hunc aphorismum transferens ita scripsit, aut qui ebrius ob mutuit, is enim febri adiecta neruorum distentione consumitur, nisi aut febris accessit, aut eo tempore, quo ebrietas solui debet, loqui cœpit, quo in loco notandum unnm est uocem febris, aut esse dellendam, aut loco ipsius legendum (fere) quæ uox frequenter usurpatur à Celso, Cæterum. *(Si ebrius subito)* Hippocr. 2. de morbis circa initium tractans de capitis morbis hæc habet quæ etiam lib. 6. aph. 51. Dolor repente caput prehendit, statimq; uox deficit, & sui impotẽs euadit, hic intra septẽ dies interit nisi febris eum aprehẽderit, ἢν μὴ πὺρ ἐπιλάβῃ, vbi qđ hic dicit πύρετος, ibi dicit πύρ paullo post subiungit, quod si ex ebrietate sic afficiatur (id. n. ex ea contingere solet) sic quoque moritur. Et certè si considerentur, vtrobiquè uerba Hippocratis eadem prorsus sententia uidetur, nisi quod in aphorismis ad ebrietatem significandam utitur duabus uocibus, μεθής, & κραιπάλης secundo uero de morbis utitur uoce θωρήξιων, quam postremam uocem usurpauit 2. aphor. 21. simpliciter si pro uini *Connexio. Dubit. Solutio. Diuisio.*

meri

©BIUM

meri potione dicens λιμον θώρηξις λύει, & de uoce κραιπαλης dicit Gal. ſignificare apud Græcos quamlibet capitis à uino factam læſionem, quaſi faciat κάρηνον παλλεσθαι, ideſt caput concuti, quod etiam memini apud Plutarchum legiſſe me, ſic quoque Plinius lib. 23. cap. 1. & Aetius lib. 4. Tertullianus lib. de corona militis uocauit hiulcum ab hiando, ut Feſtus ſcribit. Itaq; puto hunc Hipp. aphoriſmum intelligendum eſſe non ſolum de uera ebrietate, in qua animus ſopitus eſt una cum corpore ex multo uino, & cibo, & in qua mediocriter animus & corpus afficiuntur, quos appellant Ariſtot. 3. probl. 26. & Plutarchus 3. ſymp. 8. ἀκροθώρακας, uerum etiam quemlibet meracioris uini potum, modo ipſum ſequatur ἀφωνία, ſiue uocis priuatio; Etenim à meraciore uino hauſto non ſolum aphonias, uerumetiam alia pleraquè mala oriri, & uſu, & ſapientum teſtimonijs eſt comprobatum (*Subito*,) aphonias fieri etiam paullatim abſque ebrietate non eſt dubium; Sed quemadmodum ea fit repente, ita quoque uocis priuatio ſequens ebrietatem ſubito fiat neceſſe eſt. Quomodo autem ab ebrietate inducatur uocis priuatio diſerte docet Gal. in comm: ubi dicit aphonias ab Hippocrate hoc in loco uocare quaſlibet ueternoſas affectiones: eſſe autem ueternū, ſiue κάρον propriè repētinam totius corporis ſenſus, & motus priuationem, quæ fit, uel principio neruorum eſſentialiter, aut per conſenſum prius affecto. Cęlius Aurelianus lib. 2. acut. cap. 10. Vult aphoniam hanc apud Hippocratem eſſe κατάληψιν, ſeu comprehenſionem alias uocatam, quaſi ut ait Galenus ſit ex genere lęthargicarum affectionum, & licet de his non loquatur Hipp. Sed tantum de ebrietate, attamen ut ſæpe diximus hæc eſt perpetua conſuetudo Hippocr. ut ſub una re plures intelligat. A uino autem præſertim caſſiuſculo repleri, neruos ait, quibus repletis, & ad proprium principium contractis non modo ſubſequi aphoniam immotis exiſtentib. neruis linguæ motricem facultatem ſuppeditantib. verumetiam conuulſionem, addit autem ſicut uinum ſua caliditate penetrando hæc mala facit ita nōnumquam eadem ſimiliter finire, quod repletos neruos ſua caliditate exinaniat, atq; exſiccet; nam Ariſt. eadem 3. ſect. probl. prob. 14. 18. & 28. dicebat: à uino mero ebrij facti poſtera die minus capite dolere, quam à diluto, quoniam uinum ſuo calore ſeipſum concoquit, & conſumit, propterea q̄ ebrij amant ſub ſole eſſe, ut inde calefacti ebrietatem finiant, ſecunda pars erat. (*Niſi febris, &c.*) Itaq; ubi fit à uino conuulſio, nec poteſt ui caloris uini materia neruis infuſa conſumi, aut ſaltem minui mors ſequitur, ſed ubi febris ſuperueniens eam diſſipat, atque exſiccat, haud ſecus malum tollit, atq; diximus tolli ebrietatem uini calore. Verum illud hoc loco animaduertendum eſt, nō ſemper ſequi mortem etiamſi nulla febris ſuperueniat, ſed ſequitur ſaltem aliqua membrorum reſſolutio, quæ ſimiliter occupare ſolet uinoſos, ut hac ratione inter Scythas quos ait Ariſtot. loco citato 3. prob. 7. eſſe ſuapte natura uini amantiſſimos, complures reperiantur capite, manib. pedibus, alijſq. artubus, & mente oppreſſos, uoluit itaq; dicere Hipp. ſi febris ſuperueniat mortem ſaltem euitari, licet interdū remaneat, aliquis morb. Vt balbuties paralyſis, & ſimilia; Verum illud eſt dubium, qua ratione poſſit febris, & ea magna in ebrijs oriri, ſiquidem & Ariſtot. 3. partic. prob. 1. & in alijs monſtrat à uinolentia fieri morbos frigidos, etiam ſi uinum ſit calidum, & eadem ſect. probl. 25. & 28.

Dubit.

©BIUM

& 28 dicebat propterea ebrios tremere, & ſole gaudere, quoniá refrigerati ſunt, quæ etiá res confirmatur à Gal in lib. de tẽperamentis Reſpõdendum eſt primũ apud Ariſt. mẽdoſum eſſe contextũ primi prob. 3. ſect. & vbi legitur pleuritidis, legendum eſſe paralyſis, cauſſa vero ob quá fit febris, eſt corporis ad eá præparatio, nec nõ qualitas ipſius vini, & obſtructio, ob quá calor in igneũ vertitur. (*Vel in horam veniens ſecundum quam crapulæ ſoluuntur*) Hęc tertia pars eſt, in qua Hipp. dicit. Si ex ebrietate cõuulſus, & voce priuatus loquatur ea hora, qua ebrietas ſolui conſueuit, eũ nequaquá perire; Quod n. ex vehemẽti ebrietate, quiſpiá reddatur vocis impotens, ac moriatur, vel ſeruetur ſuperueniente febre, ſanè cõtingit opera frigoris, aut caloris, idquè etiam Hipp. explicatiſſimè dixit circa initium lib. 1. de morbis, vbi de huiuſmodi ſymptomate, atque de ebrietate ſermonem habens dixit: perfrigerato ſanguine conuulſionem, & mortem oriri, Calefacto autem morbum finiri, quo nomine febris etiam ſuperueniens aliquando ſoluit, vt alias 4. aph. 57. & forſan Hipp. hunc aphoriſmum relinquere voluit, vt moneret non eſſe ſemper verũ, quod morb. morbo ſuperadditus augeat malum; Cæterum ad plenam huiuſce partis declarationem videndum eſt, quę ſit illa hora, qua ſolent ebrietates finiri; Deinde quæ ſit cauſſa propter quam ſalutem promittere licet ſic affectis, vbi loquuntur ea hora, Poſtremo cur non eadem die moriatur, qui perire debet ſicut ſeruatur, qui ſeruandus eſt. nam Hippoc 2. de morbis dicebat: ſi ebrios uoce priuatos febris non corripuerit tertia die extingui, alias, aut dixit ſeptima. Circa primum Celſus vbi Hippocr. ait hora qua ſoluuntur crapulæ, tranſtulit, qua ſolui debet ebrietas, Hipp. verò 3 de morbis non longe ab initio tractans de graui dolore capitis, vt etiam 6. aph. 51. videtur valle diẽ qua ſolui debẽt ebrietates, aut primá, aut ſecundá aut tertiá eſſe, ait. n. ſi ebrij voce priuati intra hos dies vocẽ recuperẽt, ſanos euadere, alioqnin perire, adeo ut ex Hipp. diſcurſu tũ 2. tum 3 de mor: terminus vltimus ſolutionis ebrietatis ſit tertia dies, vltra quam non modo ebrij, verum etiam apopletici, & caretici niſi aliquo peracto recuperent ſenſus, & vocẽ moriuntur; perinde ac ſi dicat Hipp. niſi tertia diẽ, loquantur. Ad ſecũdum de cauſſa cur promittere licet ſalutem ſi intra ſpaciũ tertię diei vocem recuperent, eſt, quia ſignũ eſt iam uapores vini ſuperari à calore natiuo, ac propterea animũ, & inſtrumenta famulantia ipſi ſolui, tũ ob ipſorũ modicá craſſitiẽ, tum ob facultatis fortitudinẽ, & caloris motiui robur, qđ ſi excedãt hunc terminũ neceſſe eſt facultatẽ carentia alimẽti hebetatá, non poſſe amplius contendere aduerſus craſſos uini uapores, ac propterea ſuperatum iri debere, & mortem ſequi. Ad poſtremum uero dicendum eſt, perire interdum ebrios ſeptima die actualiter, verum potentialiter, vt ſic loquar tertia, nam qui perire debent ad ſummum tertia die cognoſcuntur ob adlatas rationes, licet poſtea poſſit ipſis vita prorogari vſque ad ſeptimum, quem terminum dixit alias Hippocrates, & Plinius eſſe inediæ conſumatæ, quandoquidem communiter homo abſq; cibo non poteſt ultra ſeptem dies durare, tametſi Phinius, quaſi corrigens Hipp dixerit, etiá aliquos abſq; cibo peruenisſe, vſq; ad vndecimã diem, quemadmodum alios quoque ultra ſuperuixiſſe à multis relatum eſt, Igitur hæc eſt Hippocratis ſententia, qui ſeruandi ſunt eos debere intra ſpacium tertiæ diei

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 460 sur 867

©BIUM

vocem recuperare, qui verò sunt morituri, posse vsq; ad septimã diem peruenire.

Vtilitas Aphor. Vtilis est aphorismus ad prognosim faciendam, tum ad ebrietatem vitandam, quam frequenter Græci incurrebant, & vt ait Aristot. in prob 3. sect. Scythæ facile incurrunt. Potissimum autem valet, non modo ad homines auertendos à nimia bibẽdi cõsuetudine, verum etiam ad docendam remediorum materiam, quibus vti licet ad profligãda mala, quæ ex ipsa oriuntur, & quæ recensentur ab Aristotele, & à Galen. 1. lib. de temperamen: nam si febris curat conuulsionem, & aphoniam, certum est remedia, & intus, & extra calefacientia prodesse debere.

---

6 *Quicunque à distentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, si verò hac effugerint, sani fiunt.*

Connexio. MANIFESTA est cum superiore continuatio in quo de conuulsione ex Ebrietate locutus est, cum hic similiter doceat prædicere mortis celeritatem ex conuulsionis dirrissima specie quæ est tetanus, de quo etiam in libro de internis affec: & de diebus iudicatorijs Est itaque aphorismus prognostic: totus indiuisibilis, & sine ratione, cum vero in eo interpretando fuerit breuis Galenus, nosquè alias de hoc locuti simus, pauca supersunt addenda, nisi de generatione tetani, quem Aristoteles in lib. metheorol. 2. cap de terræ motu voluit fieri à flatu, quod accepit à Pneumaticis vocatis, quorum princeps fuit libri de flatibus author.

---

7 *Quibuscunque morbi comitiales fiunt; ante pubertatem mutationem accipiunt, quibuscunque autem vigesimoquinto, commoriuntur.*

Connexio. Scopus. VSQVE adeò congeneus est morbus epilepticus tetano, de quo in præcedenti sermonem habuit, vt non liceat dubitare, quin hic sit illi coniunctus, ac propterea scopus Hippocratis sit docere, quid in Epilepsia sit prædicendum ex ipsa ætate, id quod magis vniuersaliter scripsit 2. aphorism. 45. cum dixit (: *quicumque iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione maxime ætatis liberantur*,) adeo vt sententia sit prognostica, atque etiam quodam pacto curatoria, *Diuisio.* diuiditur autem in duas partes, quarum prior est. (*Epileptica, &c.*) Secunda verò est, (*Quibus autem vigesimo.*) Circa primam partem illud primo occurrit inuestigandum cur Hippocrates potius dixit τὰ ἐπιληπτικὰ, non autem dixit Ἐπιλῆψιν, siue ἐπιληπτικοὶ. Dicendum autem est, sicut Epilepsia multas est sortita appellationes, scilicet morbus caducus, morbus sonticus, morbus qui insputatur, morbus magnus, puerilis, herculeus, lunaticus, &c. sic non pauciores habuit species, quarum aliæ sæuiores, aliæ mitiores, aliæ obscuræ, aliæ manifestæ, aliæ pueris propriæ, aliæ etiam, cæteris communes, aliæ per consensum,

ſenſum, aliæ per eſſentiam; Vnde, vt omnes ſpecies complecteretur, maluit dicere (*Epileptica*,) quam epilepſiam, aut ἐπιληπτικὰς, ſic enim quæcumque ſymptomata imaginem aliquam referunt epilepſiæ, ſub hac voce comprehenduntur (*Ante pubertatem.*) Quæ ſit pubertas ſatis notum eſt, præterquam quod Galenus in com: id docet: dum ſcribit, ætatem à decimoquarto anno, vſque ad 25. appellari communiter pubertatem, eo quod tunc temporis, pili in omnibus ſub capite partibus oriantur aliquibus ocyus, aliquibus uero ſerius.) *Tranſmutationem*;) Galenus ſcribit uocem μετάστασιν, πάθες qua vtitur Hipp. propriè ſignificare, quando ex uno affectu in alium fit tranſmutatio, ut quando pleuritis in peripneumoniam, dolor capitis in phrenitidem, &c. tranſmutatur, abuſiue autem ſic quoque uocari ſolutiones ipſorum morborum, ſic enim in aphor. hoc, accipiendam eſſe huiuſmodi uocem. Verum cum nuſpiam quam hoc in loco uideatur Hippocrates abuſus ſimili uoce, fit ut propriè forſan accipiendam exiſtimem, ſi quidem uix fit, ut Epilepſia ex toto ita ſoluatur, quin prius in aliquam aliam ægritudinem commutatur, ita namquè dicebat Hippocrat. 6. Epidem. ſect. 8. & Gal. 3. de loc: aff: 7. melancholicos mutari in Epilepticos, & uiciſſim Epilepticos in melancholicos, nam ita etiam dicitur ſolui morbus, aut finiri, uel curari, quemadmodum loquitur Celſus dum hanc ſententiam trāsfert lib. 2. cap. 8. & lib. 3 cap. 23. Cęterum cur ante pubertatem poſſint curari Epileptici, atq; etiam in ipſa pubertate, hanc rationem affert Galenus, quod cum epilepſia fiat ab humore craſſo, frigido, & pituitoſo, atque ætate procedente corpora ſiccentur, & bilioſiora euadant, ut docet Hipp. 1. de nat: hum: fit ut illi humores beneficio ætatis conſumantur, uel à capite hoc eſt ab ipſius cerebri uentriculis in alias, uel cerebri, uel corporis partes pellatur, Ex quo loco colligi poteſt tam eos erraſſe, qui putarunt epilepſiam poſſe fieri à flaua bile, quam Auerroem, & Farnelium, quorum ille à flatu, hic uero ab archana qualitate fieri epilepſiā crediderunt, Etenim Hippocrates in Coacis prænotionibus dum connumeraret eos morbos, qui nō enaſcuntur ante pubertatem, ſicut inter eos non poſuit Epilepſiam, ut pote quæ fiat ab humore pituitoſo, frigido, & craſſo, ita uidetur eos recenſuiſſe qui fiunt, uel à ſola bile, uel ab illa cęteris humoribus commixta, atque ſuperante, qualis eſt peripneumonia, pleuritis, podagra, nephitis, uarix, cruentum profluuium, Cancer niſi congenitus, uitiligo non innata, catharrus dorſalis, quem nouiter nuptis contingere dicebat ſecundo libro de morbis, hæmorrhois, atque chordapſus niſi congenitus, In his morbis ſemper humor calidus abundat, qui quoniam ante pubertatem conſopitus iacet à frigido, & pituitoſo, ea propter non tentantur pueri huiuſmodi affectibus, ſed alijs, qui à frigido ſucco fiunt, ut ob id Hippocrates ſexto Epidemiorum ſectione prima textu quinto dixerit: in pueris illuſtrationes in pubertate tranſmutari, morbos ἐκλάμψιας uocans ipſius caloris natiui ex humore craſſo, & frigido emerſiones, quæ uere affectus frigidos curant, pueros uerò maximè huiuſmodi Epilepſia tentari non modo uerum eſt, quinimo Hippocrates libro de ſacro morbo, dicebat: etiam in utero fœtus ea corripi, atque hæc de prima parte. Eſt autem ſecunda. (*Quibus autem viginti quinque*) in qua parte docet Hippoc. ſicut epilepſia ante pubertatem curationem admittit, ſic poſt uigintiquinque annos, hoc eſt

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 462 sur 867

©BIUM

poſt ipſam pubertatem non curari, ſed vt plurimum perdurare vſque ad mortem, non quod cito, & faciliter interimat, quandoquidem legitur non paucos ad extremum ſenium cum hac ægritudine peruenisſe, ſed quod quantumcumque viuant, per interualla modo longiora, modo breuiora epilepticis ſymptomatibus tentantur: Monet Galenus, & bene; Aetatis quidem mutationem, vt in mulieribus menſtruorum apparitiones, & in viris Veneris vſum, habere magnam vim ad expugnandum ex toto morbum, verum eſſe neceſſarium, vt etiã alia curatio accommodata adhibeatur, & præſertim victus ratio, quemadmodum quoq; poſt pubertatem, licet mutatio ætatis nil amplius valeat contra morbi impetum, valet tamen, & diligens viuendi ratio, & optimorum remediorum adminiſtratio, Imò qui fiunt morbi comitiales ante 25. annum, vbi nec ob mutationem ætatis, neque victus ratione, aut vſu remediorum tolluntur, non modo amplius extingui non ſolent, verùm etiam in iuuentute fiunt acerbiores, & maxime, qui à bile fiunt, atque fouentur, Sic enim intelligenda eſt ſapientiſſimi ſenis ſententia, Circa quam occurrunt nonnulla examinanda, & primum

Dubit. an poſſit morbus Epilepticus, à bile generari. Si quidem ex vna parte eſt Galenus in hoc commentario, vbi manifeſte videtur putaſſe fieri Epilepſiam à ſolo humore craſſo, frigido, & pituitoſo, Ex altera parte idem Galenus narrat cuidam Iuueni picrocholo conſueuiſſe Epilepſiam contingere quotieſcumque ieiunus nimium maneret, Auuer. 3. collect. cap. 41. tres narrat opiniones circa materialem cauſſam epilepſiæ, Vnam eorum qui putarunt fieri à materia pituitoſa, & melancholica, ſcilicet frigida humida, & frigida ſicca, aliam eorum qui à cholera, vel ab humore cholerico, aliam eorum qui à pura intemperie, ipſe verò aliorum ſententijs refutatis, & max. eorum qui à pura intemperie, ſtatuit non poſſe immediate ab alia cauſſa fieri quam à flatu fumoſo eleuato ab hu-

Solutio. more phlegmatico, Verum ipſe ſum eius ſententiæ, quam video etiam à Galeno eſſe ſignificatam 3. de loc: aff: c. 7. & ab Auuicenna 1. 3. trac: 5. cap. de Epilep: ſ. fieri à materia vt plurimum pituitoſa, ſed mota à flatu ſibi commixto; nam motu illo vt appellat Auicennas vndoſo, cum parietes ventriculi cerebri percutiantur expultrix facultas excitata ſurgit ad pellendam rem lædentem, vnde totius corporis motus excitatur, nimirum facultate etiam ipſa motrice aliquo pacto opitulante, alioquin membra ipſa, quæ ſunt ſolius huius facultatis inſtrumenta, vt perhibet Galenus primo de motu muſculorum, nequaquam moueri poſſent, Cum ergo ætas ante 25. annum ſit ferax humoris pituitoſi, iuuentus verò bilioſi, non eſt mirum ſi plures epilepſia in ea ætate fiunt, quam in iuuentute, in qua etiam non eſt inficiendum, quin poſſit quoque fieri non à ſola

Dubit. bile, ſed ab ea ſaltem pituitæ commixta. Sed dubium quomodo Hipp. lib. de ſacro morbo ſcripſerit poſt 20. annum ab Epilepſia neminem tentari, cum id repugnet præſenti ſententiæ, atq; etiam experientiæ. Niſi dicamus eum librum, haud eſſe vere Hipp. multaq. continere à doctrina Hippocr. aliena: Aut dicen-

Solutio. dum ibi loqui de ea tantum, quæ fit ab interna cauſſa, hic vero de omni, ſcilicet & quæ fit ab interna, & quæ ab externa cauſſa. Vtrum autem ſit ſemper vera hæc Hippoc. ſententia nempe facilius curari epilepſiam ante vigeſimum quintum annum, quam poſt, etſi à nonnullis dubitatum uideam tamen ita res decernenda

©BIUM

nenda videtur, eam quæ fit à cauſſis aliquibus procatharcticis, & extrinſecis, facilius cęteris curari, tàm ante, quàm poſt vigeſimum quintum annum, Cæterũ quæ ab intrinſecis cauſſis tantum prouenit, ſi facta ſit à pura pituita curationem recipit potius ante, quam poſt, eo quod tunc facultas expultrix, & coctrix valentior, vnde etiam exiccatio maior, ſin uerò à bile commixta oriatur, aut melancholia proculdubio multo difficilius ſoluitur poſt 25. eo quod tunc incipiunt magis dominari vtræq́. biles, ſcilicet flaua, atque atra; hoc autem intelligendũ eſt de ea epilepſia, quæ ſua ſponte tunc oritur, nam quæ (vt dixi) fit cauſſa procathartica, & preſertim à mala victus ratione, ut à nimio potu, vel coitu, ea ſane curari poteſt, præſertim ſi ſit recens, alioquin cauſſę externę continuatę, faciunt & ipſæ morbos incurabiles, atq; Hipp. non de ijs, ſed de ſponte factis comitialibus ſermonem habet, In quibus potiſſima cauſſa eſt ipſius cerebri protopathia, propter quam genitus frigidus ſiue ſolus, ſiue cum bile, ac flatu commixtus humor, accedente ipſius cerebri raritate, ac venarum amplitudine, fit morb. vt innuit Hipp. lib. de ſacro morbo. Et Corn: Celſus lib. 2. c. 8. dicebat, nõ modo poſt vigeſimum quintum annum comitialem ægre curari, verum multo ægrius poſt quadrageſimum annum, adeo vt in ea ætate aliquid in natura ſpei vix quicquã in medicina ſit. Vtilis eſt aphoriſmus non modo ad prædicendum peculiariter, quid ſperari poſſit de morbo comitiali, quemadmodum ſæpe vſu venire ſolet, verumetiam ad vſum artis cum diſcamus, & remedia, & victus rationem tunc magis eſſe adhibenda, quando etiam ætatem adiutricem habemus, arq; omnem medicinæ rationem debere eſſe exiccatoriam, & calefactoriam. *Vtilitas Aphor.*

---

8 *Quicunque morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non repurgantur, hi ad ſuppurationem vertuntur.*

PVTANT nonnulli preſentem aphoriſmum continuari ſuperiori, quod in vtroq; agatur de ſtato tempore ſanationis, ſed cum morbi ſint diuerſi admodum, nec vllam aliam commodam connexionem reperiamus, preſtat dicere hanc ſententiam eſſe vere ſeparatam, atque ſcopum Hippocratis eſſe docere quid ſit preſagiendum in pleuritide, quod dogma eo magis ſpectare videtur ad artem, quia frequens eſt id, quod nos docere voluit, eſt indiuiſibilis aphoriſmus, atque ſine ratione. (*Quicumque pleuritici facti.*) Cur hac phraſi vſus ſit Hippoc. ſua lingua, non aliam rationem eſſe puto, quàm quod voluerit oſtendere ſeſe nõ de qualibet loqui pleuritide, ſed de vera, & quę iam ad ſtatum peruenerit, in quo ſcilicet fiunt ſuppurationes, & quando vere dicuntur facti pleuritici. Quę verò ſit pleuritis uera, nõ eſt difficile cognoſcere apud ſcriptores, ſi quidẽ nil aliud eſſe diffinitur, quam inflammatio ſuccingentis coſtas membranæ, quę inflammatio fit, vel ex ſanguine puro collecto inter membranam, & coſtas, ibiq́. putreſcẽte, quam omnium mitiſſimam eſſe dixit Gal. ex Hippocr. 6. Epid: ſect 3. in poſtremo contextu, vel ab eodem, aut bile, aut pituita, aut melancholia commixto, quomodocumque fiat, modo putreſcat, ac propterea ſequatur inflammatio dicitur vera pleuritis: cum enim ſit proxima cordi, ab ea communicati vapores accendunt *Scopus.* *Pleuritis, quid.*

©BIUM

accendunt febrem, ab incendio autem communicatus ardor pulmonibus dat occasionem tussi, difficultati respirationis, & pulsus duritici, quæ sunt pathognomica, & vt appellat Gal. 12. Meth. ἐπισημοτικὰ pleuritidis signa, quæ quinque enumerantur ab ipsomet Gal. 5. de loc: affi: cap. 5. illud interest, quod febris plerumq. accidens, non autem præcipuus morbus est, vnde Gal. 7. aph 42. lib. 4. aph. 73. tertio in 1. Epid. tex. 4. scribit. Veteres medicos consuevisse eas febres, quæ sequuntur inflammationes non vocare febres, sed pleuritidem, hepatitidem, phrenitidem, &c. quæ sunt nomina ipsarum inflammationem, non febrium. (*Non repurgantur*) ἀναχάρσιν, & κάθαρσιν, scribit Galenus solere ab Hippocrate vocari euacuationem humorum quæ faciunt pleuritidem per sputum, seu excreationem, sed difficile videtur comprehensu qua ratione, & qua via possit materia, quæ continetur intra costas, atque membranam per os euacuari, nisi dicamus, vt Gal. 5. de loc: aff: 3. & Conciliator diff: 89. ea transudare in thoracem, atque inde in pulmones ferri, atque ex ipsis in asperam arteriam deductã tussi, & screatu reijci, sed quomodo materia crassa per resudationẽ, reijciatur nõ video, nisi dicamus crassescere in thorace, & pulmonbius, ac propterea dictum ab Auic. facilitandum esse sputum, nã sanguis quod resudat ichorosus, vt Arist. & Theophrastus lib. de sudoribus rumpit interdum vomicam, atque sic pus etiam crassum exit, vt propterea dixerit merito Auicennas: vnicum præsidium in pleuride esse sputum facilitare. (*Quatuordecim diebus.*) Pleuritis cum sit morbus acutus, decimaquarta finiri solet, quemadmodum cæteri morbi acuti, verumtamen nonnumquam etiam vel bene, vel male iudicari solet septima die, præsertim cum fit à sanguine bilioso, sed non inconuenit, quin etiam vigesima, & vltra quandoquè iudicetur, quemadmodum contingit Anaxioni illi ab Hippoc. 3. Epid: tamquam rei admodum raræ commemorato, qui 17. cœpit spuere, & 34. iudicatus est, cum mos sit in morbis huiusmodi vbi incipit sputum, totidem diebus deinde fieri iudicationem: sed est & alia ratio cur dixerit 14. diebus, quia scilicet vt in progn: dixit, vbi incipit expui, totidem diebus ab initio expuitionis repurgantur; exempli gratia, qui quarta die inchoant expuitionẽ septima finiunt, & qui septima incipiũt decimaquarta finiũt, & qui incipiunt 17. 34. desinunt vt contigit Anaxioni. Iam verò cum loquatur Hipp. de vera, & consumata pleuritide in qua die septima expuitio, decimaquarta fieri repurgatio debet, quę si nõ sequitur aliquod est impedimentum, vt mox audietis. (*His in suppurationem transmutatur.*) Vt retro dixi multi sunt morbi, qui inter sese cõmutantur, vt de complurib. narrat Hip. lib. 1. de morb: Inter hos autẽ est pleuritis, & empyema, siquidem pleuritis in illud non ita raro transmutatur, Est verò empyema collectio puris intra pulmones, & thoracem, quæ collectio fit quãdo ob aliquod impedimentum non potest materia putrefacta per tussim reijci, sed solum à rupta vomica eructatur materia in thoracem, vbi collecta manens huiusmodi affectum parit, de quo frequentissima habetur apud ipsum Hipp. alioq. veterum mentio, quasi multo crebrius fieret, quam tẽpestate nostra, quamquam nõ semper significat ἔμπυημα collectionem puris inter pulmones, & Thoracẽ, sed quãlibet suppurationem, siue uiscerum, siue aliarum partium, vt adnotauit Gal. sæpenumero, & maxime 7. aph. 44. & lib. 5. 8. Sicut etiam Cælius Aurel. 2. acut. c. 17.

Empyema quid.

& lib.

©BIUM

& lib. 5 pass. tardarũ vocat huiusmodi suppurationes vomicas, & suppuratos vomicosos, lã vero uidere oportet, an hoc sit verũ, qđ ait Hip. & quę sit uera caussa, propter quã pleuritici nisi quatuordecim diebus repurgentur euadãt empyci, seu suppurati, aut vomicosi. Quod ut facilius intelligere possitis, sciendũ inflammationes, imò verò quoslibet abscessus, tumoresue internos pluribus modis solui posse, quorum prior est per discussionem, etenim hanc vt facilioré, & tutiorem consueuit natura prius tentare, s. materiam in halitus conuertere, qui post modum quasi sua sponte consumuntur, hic autem modus si ipsi non succedat secundum aggreditur, nempè transmissionem ipsius, per poros latiores, quod vbi nec ipsa obtinetur, tertium aggreditur, nimirum suppurationem, quæ & ipsa satis tutus modus est, vt significauit Hippoc. 6. Epid. sect. 3. quando dixit, quod suppuratum est non reuerti, nam vbi pus factum est, facile deinde ab ipsa natura, aut extra corpus, aut in aliquam partem ignobilem pellitur, Quartus modus est, per translationem materiæ ex vna in aliam partem, quo pacto fieri solet ex pleuritide peripneumonia, quando scilicet materia contenta intra membranam, & costas transmittitur in pulmonem, sic in Caluo Laryssco ab Hippocr. 3. Epid. commemorato tumor genu desijt translata inde materia in caput, Quintus, & postremus modus est, quando idem tumor, aut inflammatio, quæ non potuit alia ratione finiri, euacuatis dumtaxat subtilioribus partibus, atque remanentibus crassioribus, hæ temporis diuturnitate fiunt duriores, & consequenter scyrrhi natura contrahitur, Iam verò tot modis existentibus, caussa quamobrem, qui non expuunt ita, vt quatuordecim diebus perfectè repurgentur, in Empyema incidant, est, quia cum facta sit suppuratio assatim materiæ copiosæ, nec ea possit, vel rupta vomica, vel disrupta membrana euacuari tota, necessum est, vt ad locum, & proximiorem, & faciliorem susceptа ea trudatur, scilicet ad thoracem, vbi permanens, atque computrescens, nouum semper ad sese trahit humorem, qui & ipse computrescens & fouet, & auget malum, Illud tamen est animaduertendum, quod dixit etiam Conciuis meus, nempè, non velle Hippoc. quod statim post 14. diem fiat verum enupyema, sed quod occasio præbeatur, vt post aliquod tempus fiat, aut (quod ego addo) fieri possit, neq; enim semper succedit, sed interdum longo tempore materia illa in thorace contenta, partem loci calore consumitur, partim etiam expuitur, ita vt empyema euitetur, ne dicã etiam posse quoq; per aluum euacuari (vt à Galeno notatum est) contenta in thorace aliquando per aluum euacuari. Vtilis est aphorismus, non solum ad prædictionem, verum etiam ad curationem, si quidem hinc discitur in pleuritide à medico satagendum esse, vt quanto ocyus fieri potest, debitis remedijs materia repurgetur, ne retenta faciat empyema dicebat enim Auuic. loquens de curatione pleuritidis: tua sit magnifica intentio in facilitando sputum. *Vtilitas Aphor.*

---

9 *Tabes fiunt maxime ætatibus, à decimooctaue vsque ad trigesimumquintum.*

DE qua phtisi Hippoc. loquatur, incertum uidetur, an scilicet de ea, quæ sequitur pleuritim, & empyema interdum, an de ea quæ ab ulcere pulmonis

©BIUM

monis; Si enim de priore loqueretur clara plane esset præsentis aphorismi cum superiore connexio, id quod videtur innuere Galenus, qui dixit Hippocratem hanc sententiam habuisse 3. aph. vbi scribit Iuuenibus fieri sputum sanguinis, sed hic peculiariter ætates connumerare, atque hunc aphorismum coniunxisse superiori ob communionem inter thoracem, & pulmones existentem, de quorum vitio supra est locutus; Sin autem placeat ipsum loqui de ea phtysi, quæ sequitur sanguinis ex pulmone reiectationem, certè nulla alia erit connexio, nisi quia vt pleuritis, & empyema sunt affectus pectoris sic quoque phtysis, est affectus pulmonis, q̃ in pectore sunt collocati, Est hęc sententia dogma quoddã physicum, quo docemur, qua ætate potissimum phtisis metuenda sit, Est sine ratione, atque indiuisibile, Itaq; vt à prima voce exordiar hæc vox Φθίσις, quæ à Latinis tabes dicitur, tria vt docuit Celsus lib. 3. c. 22. significare solet, ἀτροφίαν, seu nutritionis priuationem, κακεξίαν, i. malum habitũ, & Φθίσιν proprie vocatam quę ab vlcere pulmonis oritur, aut à capitis destillatione caussato, aut ab aliqua alia parte misso pure, & materia salsa, aut ob effractiones, aliamuè externã caussam, Hipp. 2. de morb: & lib. de internis aff: tria fecit phtisis genera à distillatione, à labore, & à spinali medulla, quàm dicit esse recenter nuptis familiarem. Verum de eà tabis specie ipsum loqui non est dubitandum quæ fit ab ulcere pulmonis, quamquam etiam atrophicam raro alijs ętatibus accidere experientia compertũ est; Cæterum dubium est de ea quæ fit à destillatione, quam Hipp. in Coacis distinguit ab ea quæ sequitur vlcus, in secundo de morb: & de internis affec: videtur comprehendere vtramque sub destillatione dicens: à destillatione salsa fieri vlcus à simplici destillatione fieri phtisim sine vlcere, scilicet paullatim flacescente, & putrescente pulmone, vt ait Auic. & de hoc loquebatur Hippocr. 7. aphor. 38. quando dixit quib. destillatio fertur in ventrem superiorem ijs viginti diebus suppuratur. Iam verò ea tabes, nil aliud est, quam totius corporis consumptio cum febre, & puris sputo, seu pulmonis velere, vt Gal. 7. aph. 16. esse cõsumptionẽ notat nomen (cum febre) ad differ: atrophiæ, cum puris sputo, quod cognoscitur, vt audietis, suo loco aqua marina, odore, &c. Ob hoc enim uitiantur spiritus vnde contagiosa, vt Aristot. 7. probl. 4. & Gal. 1 de diff: feb. Sed dubium quomodo sic cõsumpti polluantur noctu seminis exitu, Arist. 31. probl. 5. sect. huius rem caussam tribuit destillationi, & calori, vnde non est vera seminis emisso, hęc fieri solet Tabes uel uitio parentum, atq; naturalis temperamenti, & cõstitutionis, aut vitio vitæ prauæ, aut aliqua alia re externa, vt puta aeris impuri, quod olim à Galeno lib: de temp: morb: & 5. meth. Cælio, atque alijs scriptoribus imputatum est Cælo Romano, Quod enim fiat à natura interdum, Hippocratem locupletissimum testem habemus, quod sępenumero commemoret in Epidemicis interijsse tabe, qui à natura ad eam propensi erant, vt sunt qui collum longum, amplas spatulas, pectusquè angustum habent, atque de his loquens Plutarchus in lib. de sera numinis vindicta, dicebat. Veteres cõsueuisse statim curare eos, qui ex parentibus à phtisi extinctis essent orti (*Ab anno* 18.) hoc idem habetur in Coacis prænotionibus. Celsus autem lib. 3. cap. 22. dixit à 12. anno forsan mendosè pro duo de vigesimo. Sed uidendum est, quæ sit potissima caussa cur in hisce ætatibus fiant, Nam id quod dicit Galenus ipse quoque verissi-

Connexio.

Solutio.

Dubit.

©BIUM

veriſſimum puto, propterea Hippoc. vſum eſſe voce plurali, quoniam à 18. anno ad 35. ſunt duæ ætates; adoleſcentia, atque iuuentus. Plato, & Ariſtot. in hoc conueniſſe videntur, vt mulieres non niſi poſt 18. & viri poſt 30. aut 35. nubant, quaſi verò tunc firmiores ſint mares, atque extra periculum phtiſis, quam recenter nuptis contingere ſolere dicit Hippoc. 2. de morbis. Atqui hęc non eſt immediata, & adæquata cauſſa huiuſce euentus, verum de cauſſa vera, qua hæ duæ ætates phtiſi capiuntur ait Galen. ſe fuiſſe locutum, vbi de iuuenum morbis verba facit, ſcilicet 3. aphor. 29. vbi docens primum, cur Hippocrates ibi videatur prætermiſſa adoleſcentia, iuuentutis ſolius meminiſſe, ſubiungit hanc ætatem obnoxiam eſſe ſanguinis expuitionibus, atque phtiſi, non ratione naturæ ipſarū ætatum, quandoquidem robuſtiores ſunt, ſed ob aliquod accidēs, nempe, ob aliquam externam cauſſam, Cæterum, (vt libere dicam,) non mihi hac in re plenè ſatisfecit Galenus, quoniam non ſolum tabes, verum etiam omnes prope alij morbi ob errores contingunt ipſis adoleſcentibus, & iuuenibus, vnde idem Hippocrates, pronunciauit in vniuerſum, ſenes iuuenibus ægrotare minus; præterea non eſt dubium, quin etiam ætas ante pubertatem, æque ſaltem delinquat in victu, attamen de ipſa nil tale dixit Hippocrates, neque valet, quod licet adoleſcentibus, & iuuenibus contingant alij morbi ob prauam viuendi rationem, attamen ſanguinis ſpuitiones, & tabes cæteris frequentius ijs euenire, quoniam hoc vſui, & experientiæ, repugnat, quandoquidem rari etiam iuuenes fiunt tabidi, & qui fiunt maxima ex parte videntur ad eum morbum natiuam diſpoſitionem, ac aptitudinem habere. Itaque quod pleriquè alij ſentiunt, etiam ipſe probo; iuuenes, & adoleſcentes, non tantum ob externos errores, verum etiam ob temperamentum pronos eſſe ad tabem, quia cum in ea ætate gignatur copia ſanguinis bilioſi, & feruidi, nec in augumento corporis, quod iam deſijt, abſumatur, fit vt & caliditate corrodantur vaſa, aut pituita ſalſa, ex bile orta, nec non copia frangantur, & præſertim in pulmonibus, & thorace, qui ob vehementes ipſorum, & animi, & corporis motus promptiſſimę patiuntur, ad vtraque autem hæc ſanguinis è partibus ſpiritualibus profluuia ſequi phtiſim, ſeu tabem proprie dictam clariſſimę docuit Hippocrates ſeptimo aphoriſmorum, vbi dicebat: à ſanguinis ſputo pus, à pure tabem, & à tabe mortem oriri; Cæterum hic occurrit dubitatio, quia Auicennas decima tertij tract: 4. capite ſecundo ſcribit: ſenibus maximè fieri phtiſim; Verum ad id dici poteſt, phtiſim, quæ fit a deſtillatione acri, & ſalſa facilius contingere ſenibus, quamquam etiam in iuuenibus fiat ob prauam victus rationem, atque de hoc eſſe locutum Auicennā, ſicut Hippocrates loquitur de ea quę fit, ob pulmonis vitium, aut natiuum habitum quod ſæpius in iuuenibus accidit, nam quæ fit à cauſſis externis, vt fracturis, caſibus, clamoribus, lepore marino (de quo Nicander) æque fit in cunctis ætatibus. Quod autem dixit Conciuis meus Galenum in comm: habere, eos qui habent cura retorta eſſe ad phtiſim diſpoſitos, eſt quidem in tranſlatione antiqua, ſicut & alia nonnulla, ſed nec in græcis codicibus, nec in alijs habentur. Vnde ea potiùs puto eſſe gloſſemata ab librarijs poſtmodum contextui interſerta. Quia etſi alia in- *Dubit.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 468 sur 867

©BIUM

dicia futuræ tabis ibi propoſita ſint vera, atque alibi à Galeno monſtrata, illud tamen de cruribus retortis, quam rationem habeat videre neſcio. Vtilis eſt apho-
Vtilitas Aphor. riſmus ad prædictionem: ſed non parum etiam ad curationem, atque etiam pręſeruationem, cum adiſcamus proſpici debere ante 25. annum, poſt vero omnem prouidentiam pene inutilem eſſe.

---

10 *Quicunque ab angina liberantur, his ad pulmonem vertitur, & in ſeptem diebus pereunt, ſi vero has effugerint, ſuppurantur.*

DOCVT Hippocrat. in ſuperiorib. qua ætate fiat tabes, à Græcis vocata Φθίσις, nunc docere vult, quo pacto in ſimiles morbos fiat ab alijs tranſmutatio, adeo vt hæc ſola appareat ſuperioris cum hoc connexio, in quo ſco-
Connexio. Scopus. pus Hippoc. eſt docere, ſæpenumero contingere, vt fiat tranſmutatio morbi in alterum morbum, quemadmodom etiam circa initium primi libri de morbis complurium exemplis docuit, cur vero in præſenti acceperit exemplum ab angina, atq; empyemate, puto nullam aliam fuiſſe rationem, niſi quia omnium facillima, & magis vſu probata eſt, ſiquidem cum inter pulmones, & fauces ſit maxima proximitas, atque communio tum membranarum, tum muſculorum, ſummo iure fit, vt tam intemperies, quam ipſa materia ab vno ex hiſce locis in alias tranſlata morbũ faciat, Eſt hic aphor. prognoſticus, atq; in duas partes diuiſibilis, quarũ prior eſt: (*Anginã fugien*: ſecũda vero eſt (*ſi hoſce dies effugerit*) Modo videndũ eſt paullo diligentius, quæ contẽplationes, & quæ documẽta ex hac ſentẽtia poſſint cõparari, Corn. Celſ. lib. 2. c. 7. hunc apho. non ſolum recte trãſtulit, verũetiam multo reddit clariorẽ vbi ſcripſit. ſi angina ſubito finita eſt, in pulmonẽ id malũ tranſit, idq; ſępe intrà ſeptimũ diẽ occidit. Quod niſi incidat, ſequitur, vt aliqua parte ſuppuret. Cur uerò Galenus vſq; adeo breuis, & ieiunus in hac graui, atque vtiliſſima ſententia explandanda fuerit, haud ſatis intelligo, quamquam ſcio in antiqua tranſlatione, aliquid plus, atq; etiã conducibile haberi, quod nec in Græco contextu, nec apud alios interpretes reperitur, ea propter ad nos ſpectat, loco ipſius in aliquibus ſupplere; nam quod hic Hippoc. agat de tranſmutatione anginæ in pulmonis vitia, & quod huiuſmodi trãſmutatio poſſit occidere ſuffocando, vt ait ipſe, vel materia in pus conuerſa empyema facere, eſt res nimis clara, & popularis, quam vt ſola ab Hippoc. potuerit nobis proponi, Itaq; enucleanda magis eſt ſententia, eo maxime, quia ex his eſt, quæ ſæpius ab Hippocrate fuit ſcripta, vt ſecundo libro de morbis, & in Coacis prænotionibus. (*Qui Anginam.*) Quis affectus ſit angina, quotquè differentias habeat, pleriſquè in locis, & ab Hippocrate, traditum habemus, nempè eſſe tumorem inflammatorium muſculorum gutturis, tam internorum, quam externorum impedientem quandoquè reſpirationem, & deglutionem, quoque vero ſolam deuorationem. De omnibus autem quia Hippocrates hoc pronunciatum voluit intelli-

©BIUM

intelligendum, dixit ſimpliciter, (*anginam*) nulla alia adhibita diſtinctione, (*Effugiunt*) διαφεύγειν vox eſt Hippocrati vſitatiſſima, & quamquam ſimpliciter ſignificare ſoleat, effugere periculum, & liberari, hic tamen nil aliud ſignificat, quam euadere celeriter inſtar fugientium eum morbum, non perfectè tamen, & tuto, ſed vt dixit Celſus ſubito, hoc eſt neque tempore debito, neque cum ſignis coctionis, vbi enim ita angina euaneſcit, ita vt imminens periculum effugiant ægrotantes, haudquaquam fit, quia materia morbifica euacuata, & extra corpus ſit depulſa, ſed quia locum mutauit, quare non eſt neceſſe, vt corrigatur textus, & addatur particula copulatiua (καὶ) vt voluerunt aliqui videntes ſæpe curari anginam ſine tranſmutatione ad pulmonem, quod certè verum eſt, at non de illa quæ ſubito euaneſcit. (*His in pulmonem vertitur.*) Quando materia mutat locum, ſemper ferri conuenit, tum in locum proximiorem, tum in decliuiorem, pulmones autem vtrunque habent, nam & ipſis faucibus, vbi eſt ſedes morbi valde proximi ſunt, communeſquè tunicas habent, adhæc in decliuiori loco poſiti ſunt, adeo vt promptiſſimè humores, & à capite, & à faucibus in ipſos præcipitentur, qui ſi ſint alioquin innoxij tuſſes, anhelandique difficultates plerumque inducunt, ſin vero incenſi, atque ſemiputrefacti quales in angina redduntur, tunc illabentes in pulmones alioquin flacidos, & corripiendis inflammationibus obnoxios, eos ad inflammationem deducunt, quæ vt plurimum non modo interimit, ſed & cito, nempe diebus ſeptem, qui ſolet eſſe terminus morborum acutorum, qualis eſt peripneumonia, ſiue pulmonum inflammatio, & hæc eſt cauſſa propter quam Hippocrates addit, (*Et ſeptem diebus intereunt,*) non quod neceſſario intereant, niſi mulieres vtero gerẽtes, quas ſcribit primo de morbis in initio, neceſſario perire ſi peripneumonia capiantur, neque celerius, neque tardius, ſed quod ab ipſo fuerit obſeruatum plerumque intra hunc terminum perire, quemadmodum pleuriticos intra quatuordecim, neque valet quod ſecundo de morbis proponatur ab Hippocrate peripneumoniam vlterius durare, neque ita ex neceſſitate occidere, quoniam ea haudquaquam legitima eſt pulmonis inflammatio, ſed potius ſpuria, atque de prima aphoriſmi parte, Circa quam dubitari poteſt, quæ ſit cauſſa propter quam peripneumonia ſit lethalior, quam pleuritis, atque etiam celerius occidat, cum tamen hæc ſit in loco cordi proxima, & multo acerbiores dolores inferat, imo pulmones ferè indolentes ſuapte natura ſunt, vt ob hoc dixerit Aretæus, eos qui profundunt ſanguinem ex pectore grauius habere, ſi careant dolore, quod ſignum ſit pulmonem eſſe lauciatum, qui ſenſu fere nullo præditus eſt, & conſequenter doloris expers. Ad quod reſpondendum eſt ob complures cauſſas id fieri, primum quia omnis pars inflammata eget quiete, pulmones vero motu irrequieto cientur, vnde dicebat Galenus quinto methodi: vulnera pulmonis propterea eſſe irremediabilia, quoniam in motu perpetuo ſunt, Altera cauſſa eſt, quia pulmonis actio moderata, eſt motui cordis maximæ neceſſaria, vt Plato in Timæo, atque etiam Ariſtoteles docuerũt; Cum uerò in peripneumonia multo magis recedit ab illa temperatione cum totus ſit incenſus, quam pleuritide, quæ etiam ratio eſt cur citius interimat;

Dub.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 470 sur 867

©BIUM

Tertia cauſſa eſt quoniam pulmonum caro flaccida eſt, quo fit, vt facile ab igneo calore, & à putrescente humore conſumatur, quandoquidem certum eſt ſolam deſtillationem circa pulmones viginti diebus conſiſtentem ſuppurari, & vt rectè dicebat Auicen: ipſum pulmonem exedere, atque ad phtiſim tandem deducere. Sequitur pars ſecunda. (*Si has dies effugerint, ſuppurati fiunt,*) Hippoc. 2. de morbis vbi hanc eandem ſententiam explicatius, & fuſius proponit, ait: huiuſmodi ægros plerumque interire, ſed ſi quintum diem effugerint, ſuppurari; & ſane præferenda eſt aphoriſmi ſententia, vtpote quæ tempore ſenectutis, quo ſcripſit hunc librum, ſibi magis fuiſſet explorata, quamquam non ita expreſſe intelligendū eſt, vt neceſſe ſit mori ſeptima: ſed quia ita frequentius contingit, cum tamen ob vires debiles poſſit mors accelerari, & ob validas prorogari vltra ſeptimam, quod etiam non de cunctis ſimpliciter eſt intelligendum, ſed vt optime conciuis meus de morituris tantum, quaſi dicere voluerit, eos qui ſunt perituri, ſeptima die plerumque extingui. (*Effugerint*) eodem verbo vtitur Hippoc. in hac ſecunda parte, quo vſus eſt in priore, ſed diſpari ſignificatu, ibi enim ſignificat diſparere, vel vt ait ſecundo de morbis ſubſidere, hic verò ſignificat pertranſire. Vtrobiquè tamen idem pene eſt; (*Suppurati fiunt:*) Quid ſit empyema, & qui empyci, ſiue ἔμπυοι, vt hic loquitur, ſatis notum à nobis factum retro eſt, nam proprie dicitur ἐμπύημα collectio puris in thorace, aut circa, atque etiam intra ipſos pulmones, Hippoc. 2. de morbis ſcribit ſuppuratos fieri, (*Niſi confeſtim tuſsis prehenderint,*) & in Coacis prædict: (*Niſi pituitoſa ſurſum educantur;*) quæ ſententia eodem omnino ſpectat, quoniam vbi tuſſis ſuboritur materia, quæ alioquin in pectus, & pulmones præcipitata ſuppurationem faceret, tàm per tuſſim, quàm ſcreatu educitur, atq; ita ſuppuratio euitatur, alioquin ibi retenta cum in faucibus iam putredinem conceperit, neceſſe eſt in pulmonibus putrefactio pergat, atque ita ſuppuratio conſequatur; adeo vt ad verificandam præſentem ſententiam conueniat addere, niſi tuſſis ſuperueniat, & ea; atque ſcreatu materia pituitoſa, quæ peperit anginam, educatur. Sed dubitabit adhuc aliquis, quoniam 3. progn. non longe ab initio, loquens Hipp. de Angina, dicit, ſi ipſa ad pulmonem vertatur delirium inducere, atque aliquos ex ijs ſuppurari, quaſi verò hæc ſententia perpetuam veritatem non habeat, Reſſpondendum eſt vere non eſſe hanc ſententiam ex ijs, quæ perpetuæ ſunt; & licet etiam delirium ſubſequatur, eo quod inflammatio proxima eſt ſepto tranſuerſo, ſiluit tamen Hippoc. hoc in loco tamquam rationi conſentaneam, contentus id docere, quod non adeo frequens, ſcilicet fieri ſuppurationem, & conſequenter phtiſim, vbi angina conuertitur ad pulmones, hoc eſt materia ſemiputrefacta pellitur, per vias ipſi naturæ cognitas ad pulmones, atque ibi caliditate loci, & mora humor ſemiputridus integram putrefactionem adipiſcitur. Vtilis eſt aphoriſmus ad prędictionem faciendam in anginis, quę abſquè ſigno, & ratione ſoluuntur, in alioſq; morbos conuertuntur, ſed etiam vtilis eſt, ad medicinam faciendam, cum ex noſtra explicatione medicus ab Hippoc. doceatur, vbi anginæ, & præſertim graues diſparent, ſine ratione, & tempeſtiuius quam par fit, agendum eſſe cum medicamentis, quę tuſſim, atque ſcreatum inducunt, vt ſcili-

Empyema quid.

Dub.

Solut.

Vtilitas Aphor.

©BIUM

vt ſcilicet priuſquam materiam in pulmones labatur, aut iam delapſa putreſcat ſurſum per os euacuetur.

---

11 *Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum quod ex tuſsiunt graue olet inuectam carbonibus, & capilli à capite defluunt, lætale.*

DIXI ſuppurationem ſequi tabem, quod ſcilicet à materia putrefacta, & mordaci pulmonis caro alioqn flauida exedatur. Ea propter apparet cõtinuatio præſentis aphoriſmi cum ſuperiore cum in eo de ſuppuratione, hic de phtiſi tractet, & licet diſpar videatur ſententia, communis tamen eſt ſcopus nẽpe docere, prædicendi modum, adeo ut vtraq; ſententia ad prognoſticam partem attineat, Eſt enim ſimplex ſententia, ſine ratione, & diuiſione, quamquam longiuſcula ſit. Quod itaque dicit Hippoc. eſt (*Qui tabe moleſtatur, &c.*) Circa primum eſſet diligentius videndum, quid ſit proprie tabes, de qua loquitur Hippoc. in præſenti, cum enim Corn. Celſus Hipp. ſectator tria genera faciat, atrophiam ſcilicet, cachexiam, & quæ ſequitur pulmonis vlcus propriè vocatam tabem, certum de hac poſtrema ipſi Hippocrati ſermonem eſſe, niſi placeat dicere, intellexiſſe etiam alias huic coniunctas, poſtquam voce numeri pluralis ἐποφθισεον vſus eſt, ἐνοχλεμένοισι, i. impeditis, ἐνοχλεῖν, & ἐνοχλέεται, vox eſt ſatis vſitata Hipp. quam etiam vſurpauit lib. 4 aph. 57. & alibi, ac propriè de ijs dicitur, qui non leuiter: ſed grauiter aliqua affectione detinentur perinde, ac Hippoc. voluerit ſignificare eos, non qui initium habent tabis, ſed eam plane confirmatam, & diuturnam, atque hoc ita demonſtrant planè ſymptomata, quæ commemorat, quæquè in ſola confirmata tabe comperiuntur, (*Si ſputum, quod ex tuſsiunt*) expuere, & extuſſire omnes, qui tabe uera laborant, maximè rationi eſt conſentaneum, ſi quidem ubi vlcus ſordidum eſt, vt in tabe, ſemper fœda aliqua recrementa exuberant, quæ natura ſatagit ab affecta parte depellere, vnde cum in tabe vlcus ſit in pulmone, qui eſt mollis, & nobilis pars, tanto magis ab ea conatur, quidquid putris, & morbidi eſt in ipſa amouere, quod alia ratione fieri nequit, quam tuſſi, qui motus non ob aliud uidetur eſſe a natura animalibus tributus, niſi ad ea cuncta excernenda, quæ uitalia uiſcera infeſtant, aut infeſtare poſſunt, vt apparet, ubi quidpiam deglutientibus mittitur per aſperam arteriam, cuius initium, ubi ab aliqua re etiam minima, & leui contrectatur, protinus tuſſis excitatur, ſcilicet natura ſeſe mouente ad expellendum, qđ pulmonibus eſſet nociturum, ſi ingrederetur, appellat autem Hippocr. πτύσμα eque illud, quod tuſſi, atq; ſine tuſſi excernitur, ſcilicet ſimplici ſcreatu, uel etiam uomitu reijcitur, & quamquam hoc poſtremum ſignificatum inſolentius uidetur, attamen certum eſt Hippocratem uomitum etiam uocare, quamlibet ab ore reiectationem, ut in Coacis prænotionibus ubi agit de tabe, ut etiam in primo de morbis. (*Grauiter oleat.*) Nullum ſputum quodcunque ſit bene olere certum eſt, ſine à ſtomaco, ſiue à capite, ſiue à thorace excernatur, Veruntamen alia ſunt, quæ magis, alia quæ minus fœtent, cum autem fœtor ſit ſequax ipſius putredinis, ut teſtatum habemus apud Gal. 5. de ſimpl: med: cap. 15. certè ubi is grauis, & magnus eſt, oportet putredo quoq; ingens ſit, & eo maximè, quando

Connexio.
Scopus.

partes

©BIUM

partes à quibus oritur sunt suapte natura valde putrescibiles, cuiusmodi est pulmonis substantia humida valde, atque calida, illud bene verum est, non semper magnitudinem fœtoris intra corpus geniti extra apparere, & quotidie conspicimus in laborantibus febre pestifera, in quibus licet larga sit putredo, circa viscera, atque in ipsis vasis, nihilominus haud semper halitus, & excrementa veluti, sudor, vrinaquè grauiter fœtent, vnde iure Hippocrates voluit sputa tabidorũ explorari supra carbones, ad hoc vt quis gradus fœtoris sit, & consequenter putredinis prodatur, nam & Celsus lib. 3. cap. 22. dicebat. Quicquid excreatum est si in ignem impositum est, mali odoris est. Itaque qui de morbo dubitant hac

Dubit. nota vtuntur. (*Et capilli capitis.*) Iure dubitari hoc loco possit, quid in tabe habent communis capilli, cum pulmonis affectu; quandoquidem, etsi cerebri cum ipsis pulmonibus sit aliqua secreta saltem communicatio, haud tamen eadem est cum capillis, quos esse particulas extraneas, imò verò pura excrementa constat,

Solut. nisi dicamus non propriè, & immediate capillos fluentes indicare posse statum pulmonum, sed totius corporis, quia cum illi, quotidie nutriantur, aut potius reficiantur ab excremento alimenti, atque retineantur meatuum cutis structura, vbi hæc ambo deficiunt, signum est neque corpus nutriri, neque meatus corporis debitum statum habere, nec valet, quod & in mortuis augeantur pili, vt perhibuit Aristot. 3. de hist: cap. 10. & Plotinus secundo de dubijs animę cap. 29. quoniã ea non est vera auctio, sed quia contabescentib. carnibus, & cute, magis pili sese exerũt, sicq; elongari uidentur, & Hip. 2. de morb: uulg. sect: circa initiũ quãtitate sect dicebat: Hydrope detentos pati defluuiũ capillorũ, s. ob defectũ excrementorũ ex quibus gignuntur (θανασίμον.) Etsi hæc uox quę significat mortale non semper significet, id quod necessario, uel infert, uel præsignificat mortem, attamen hoc in loco non aliud significat, quam certam, & propinquã mortem futuram, cum enim calor emortuus sit, & omne alimentum corpori deficiat, quid aliud, quam mors est expectanda, unde Hippoc. in Coacis hanc eandem sentẽtiam referens dixit: tabidi, quorum sputum igni impositum grauem nidorem edit, & capilli è capite defluunt, ἀπολλυτανι, extinguuntur. Itaque sic possumus instituere demonstrationẽ, Vbi calor, & alimentum corpori deficiũt, proxima & certa mors est expectanda, Sed in tabe cum capilli decidunt, & grauiter olet sputum super carbones iniectum, signum est calorem extingui, & deficere nutrimentum, ergo tunc mors est expectanda, Iam uero circa hanc expli-

Dub. 1. catam sententiam nonnulla occurrunt quęsitu digna, Et primum cur cum Hippocr. in Coacis prænotionibus ad explorandum sputum tabidorum præcipiat, (præter ignem) illud in aquam marinã in aeheneo uase propijci, ac nunquid fun-

Dub. 2. dum petat spectari, nunc huiusmodi nullam facit mentionem. Secundum cur eum Apollonius in mirab: hist: ex Arist. scribit, tabidorum, qui proxime sunt perituri capita à pediculis deseri, & Hipp. in 6. Epid. sect. 5. tex. 18. asserat exerementa aurium, quæ alioquin amara sunt, dulcescere, hic nullius huius meminit. Ter-

Dub. 3. tium est an uerum sit; bruta non tentari phtisi, quod capita gerant reliquo corpore humiliora, Circa primum dicendum Hippoc. hoc in loco noluisse propone-

Solut. 1. re nisi certiora, & sibi magis explorata signa, modo autem experimentum illud ex aqua marina haudquaquam ita certum est, quia sæpè fallat, quandoquidem,

ubi

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 473 sur 867

vbi ſputarunt admodũ craſſa,& cocta,fundum & ipſa petere conſpiciuntur,ſicut dicebant Ariſtot. 23.ſect.probl.& Plutarc.in quęſt.naturalib.grauiora natigia ſuſtinere aquam marinã fluuiali ob illius craſſitiẽ.Quinimo Aretæus lib. primo de cur:diut:paſs:cap.8. quaſi irridet eos, qui huiuſmodi ſignis vtuntur, & igne ſcilicet,& aqua ad explorandam tabem, cum certiora ex ipſo viſu habeãtur indicia, quod tamen Aretæi dictum haud contra Hippocratem probatum eſſe exiſtimo, nempè qui hæc ſigna propoſuit, non pro cognoſcendis ipſis tabidis, vt nonnullos feciſſe conſueuiſſe narrat Celſus lib.2.cap.22. Sed pro morte prænoſcenda, atque prædicenda. Ad ſecundum ſimiliter dicendum in tabidorum capitibus generari quidem pediculos plurimos ex putrefactione carnis ſubcutaneæ, atque etiam ipſius cutis, qui pediculi non tantum deſerunt tabidarum capita ob inopiam nutrimenti, quantum,quod ob ſui copiam locum quærentes puluinaribus adhærent,atque hæc quoniam in frequentia ſunt, & probabilia tãtum ab Hippocrate ſunt omiſſa, non omiſſit uerò capillorum defluuium neque hic,neque in Coacis prænot: neque 2.de morbis, quoniam fere perpetuum eſt huiuſmodi ſignum, & præſertim in diuturna tabe, de qua loquens Celſus lib.2. cap.8. ita ſcribit. Si quis etiam in eo morbo diutius traxit, vbi capilli fluunt, vbi vrina quædam araneis ſimilia ſubſidentia oſtendit, atq; in his odor fœdus eſt, maximequè ubi poſt hęc alui deiectio orta eſt: protinus moriuntur.Hippoc.lib.2. de morbis tractans de ijs, qui ex pulmonis uitio tabeſcunt, ſcribit ipſis capillos defluere,& ſputum ſuper carbones iniectum grauiter olere,tum quia circa pulmones computreſcit,tum quia cerebrum ſimul incaleſcens ſalſuginem quãdam emittat,quæ in aluum delapſa facit ipſius profluuiũ, uelut in capitis partes externas fuſa,capillorumquè radices exedens,eorum defluuium parit,quod autem dicit Hippoc.6 Epid.de ſordibus aurium in perituris dulceſcẽtibus, puto omnium maximè verificari in phtiſicos,quorum calor paul latim perditur, & frigus ſubſequens facit amara dulceſcere, ut dicebat Hipp. tertio acut.39.de aceto,nam qui pereunt morbis acutis toti ſcatent bile,unde excrementa quælibet amariora. Circa tertium Ariſt.10.ſect probl.1.& 53. quærens cur animalium aliqua tuſſiant,& frequenter ſternuant,vt homo,aliqua nõ, inquit duas eſſe cauſſas,tum quia brutis excrementa ſurſum recta ad caput non ferũtur,ſed in armos,& reliquum corpus diſtribuuntur,pilis, & cornibus gignẽdis conſumuntur, vnde pectus relinquunt, Tum quia ſi homini cerebrum humidiſſimum eſt, quo fit, vt humiditas in pectus labatur,tuſſimquè pariat,quod quidem brutis non ita contingit, addit in fine 53.prob. auibus etſi erectum caput habeant, deſtillationibus tamen tentari minus,quoniam fere ſemper ad capiendum cibum caput inclinant in terram. Verum hoc de tuſſi Ariſtotelis aſſumptum falſum eſt,quoniam boues,equi,muli,ac pleraquè bruta tuſſi infeſtantur,pro qua curanda apud hippiatros infinita prope habentur remedia. Quare vt eſt falſum non tuſſire bruta,ita verum eſt nullum phtiſi conſumi, quod pulmonum vaſa ſint duriora,quam vt frangi queant, præterquam quod capita gerantur humiliora corpore reliquo,vnde fit, vt ab eo in pectus non labantur cerebri excrementa,neque ea fiant ſalſa ob frigiditatem, à quorum in pulmones illapſu fieri phtiſim certiſſimum eſt, Cur vero tabes ſit contagioſa Ariſtot.7 ſect. probl.4.

Solut.2.

Solut.3.

©BIUM

probl.4.& Alex 1.probl.33.ac ſecundo 39. ſatis accommodate docuerunt, nempè id fieri, quoniam contagium fit per communicationem ſpirituum morbidorum, quod ab alijs in pectus attracti proculdubio inficiunt, vnde cum tales ſint ſpiritus phtificorum, ſi ij à conuerſantibus hauriantur, haud aliter inficiunt viſcera vitalia, atqui ſpiritus lippientium, oculos ſanos. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendam mortem in tabidis præſertim, nam ſicut quibus in prauis ægritudinibus defluunt capilli, nec tamen pereunt, licet depilati perpetuo viuant, ita defluuium capillorum haud erit ſufficiens futuræ mortis indicium, niſi alia ibi coniungantur.

Vtilitas Aphor.

---

12 *Quibuſcunque tabe laborantibus pilli à capite defluunt, his alui profluuio ſuperueniente moriuntur.*

ITA ſe habent hęc in tabidis ſymptomata, quemadmodum etiam Celſus docuit lib 2.cap 8. vt vbi lethaliter ſe habere incipiunt, primum pus extuſſiat, quod fœtore comprehenditur, mox capilli defluant, ſcilicet aucta alimenti paupertate, & prauitate, poſtremo aluus fluat, iam eliquatis cunctis partibus, adeo vbi ad hoc deuentum ſit, vt poſt capillorum defluuim aluus fluat, nulla ſpes ſuper ſit, ideſt vt ait Aretæus ἀνέλπιστος, quin cito ſit periturus, Itaque continuatio ſuperioris, & præſentis aphoriſmi ſatis clara eſt, ſiquidem in eo de ſignis mortalibus tabis egit, in hoc vero de ijs quæ proximam mortem oſtendunt, vt clariſſime monuit Galenus in Comm: Eſt igitur ſententia progoſt: ſimplex, & ſine ratione, quam etiam habet in Coacis prænotionibus, quemadmodum & Celſus etiam loco citato, verum aliquid eſt diſcriminis, quoniam in Coacis, ita ſcriptum eſt, (*Tabidis ſi capilli defluunt, alui profluuio moriuntur, & tabidis ſi ſuccedant alui profluuia moriuntur*,) niſi dicamus, quibi coniuncti ſunt duo aphoriſmi, eos illic eſſe diſiunctos, nempe hic duodecimus, & decimus quartus. Vt dicebam in tabidis fiunt capillorum defluuia, tum ob idonei alimenti defectum, tum maxime ob prauos, & falſos ſuccos, quib. corroſæ radices capillorum caſum ipſorum faciunt, pari pacto fiunt alui profluuia, ob vtraſq. cauſſas: quod enim fiant ob alimenti defectum etiam Ariſtot. teſtatus eſt 1.probl. 5. vbi quærens cur vitioſo, aut nullo nutrimento vtentibus pedes intumeſunt, reſpondit ideo eſſe, quia tabeſcunt, & conſumũtur, tam qui nullo alimento, quam qui vitioſo veſcuntur, quippe quod poſtremi, licet habeant alimentũ, perinde tamen eſt ac ſi nõ haberent, quia ipſo non perfruuntur, quod verò fiant alui profluuia quoq; tum ob facultatis contentiuę imbecillitatem, quę ſimiliter confert faciendo capillorum defluuio, tum ob prauos ſuccos ad inteſtina delapſos voluit ſignificare Gal. quando dixit: pro diarrhoea intelligendum eſſe fluxum illum, qui contingit ratione ipſius morbi, non aũt propter aliquum alium affectum, aut errorem externum, neq; ſolum, vt ait conciuis meus, pro diarrhoea intelligendum eſt ſimplex ille fluxus humoralis, vel cibalis, qui ſic propriè vocatur, verumetiam quilibet alius, ſiue diareticus, ſiue hiẽtericus, ſiue diſentericus, quamquam vix fieri poſſe videtur, vt tabidis vmquam fiat dyſenteria (ἀποδυσεντερίαν) pereunt, Celſus autem tranſtulit (*protinus moriuntur*) nec male, quoniam vt dixi ex Gal. ſcopus Hipp. in aphor. præſenti fuit,

Connexio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 475 sur 867

©BIUM

fuit docere, quando in tabe sit prædicenda mors propinqua; Iam verò fluxus alui superueniens tabi non modo est signum futuræ cito mortis, verum etiam causa, propterea quod imbecillitati virum, quæ sequax est tabis, accedens profluuium alui multo magis debilitat, vt vere dicit Galenus, quo fit vt æger diu superuiuere nequeat, modus autem quo hæc omnia contingant satis luculenter expressus habetur primo, & secundo libro de morbis, vbi scribitur à pure intra pectus contento incalescere totum corpus, atque eliquari, partemque materiæ à capite in stomachum, atque intestina præcipitatam fluxum alui parere, atque sic cito perimere, Circa hunc aphorismum occurrunt nonnulla problemata, quorum primum est. Cur in phtisicis cadant pili capitis tantum, non autem aliarum partium, & præsertim superciliorum, & palpebrarum, quos scribit Aristoteles tertio de historijs animalium capite vndecimo: nonnullis nimia venere vtentibus decidere. Alterum problema est. Cur phtisicis, non fœteatur halitus, quemadmodum laborantibus febre pestifera, & præsertim hectica, quorum animas fœtere scripsit etiam Galenus tertio de præs: ex pulsibus c. 4. vel quinto. Tertium est: Cur exploretur fœtor sputi ad ignem, & nõ absq; igne sese prodat. Quartum, quæ fuerit causa cur Hippocrates voluerit sputum etiam in aqua explorari, & præcipuè in marina. Quintum & postremum cur Hippocrates non facit mentionem curuitatis vnguium, & rubedinis genarum, quæ in moribundis phtisicis apparere solent. Circa primum sciendum est casum pilorum posse propter multas causas contingere, vt explicatum habetur apud Auicennam septima quarti trac: 1. cap. 2. quarum quæ propriæ sunt phtisi, duæ sunt, nempè corruptio alimenti, & defectus facultatis contentiuæ, Iam verò in phtisicis maximè caput læditur, atq; ipsius cutis relaxatur, vnde fit, ut promptius in ea parte pili decidant, quam in alijs, vt in mento, subaxillis, pectore, pectine, atque etiam in pedibus, in quib. præterquam quod non ita deficit humidum faciliter, nec corrumpitur quemadmodum in capite, accedit meatum strictura maior, & cutis durior. Sed dicet aliquis, cur ego in laborantibus morbo gallico, fiunt defluuia pilorum etiam in barba? Dicendum est in affectu gallico contaminatum esse iecur, atq; vniuersum sanguinem, propterea què etiam aliarum partium pilos decidere, & maximè genarum, atque barbæ: quas oculis infectis plurimum contrectari, & contaminari non est dubitandum, Iam verò in phtisicis potissimum infectæ sunt partes spirituales, & præsertim pulmones, atq; cor, quibus cum cerebro multo maior communicantia intercedit, quam cum mento alijsue partibus. Circa secundum problema dicere oportet propterea non fœtere halitum phtisicorum, vt laborantium pestifera hectica, vel vt ieiunantibus, & stomaco, aut naribus affectis, quoniam ijs solus pulmo afficitur, in quibus licet fiat, attamen continuus materiæ à capite descensus, atque vna cum putrida commixtio eam quodammodo attemperat, uel obscurat, quo minus fœtorem prodat, quamquam hoc non ita uerum est, quia interdum etiam phtisicis animam olere comperiatur, sicut laborantibus aliquibus putrida, & pueris uermibus affectis, etenim quæ putrescunt in stomaco fœtidiorem halitum reddunt, quam quæ in pectore, quoniam uapores crassiores inde mittũtur, quam à pectore, à quo solus penè aer attractus extruditur, qui

Probl. 1. *Secundũ.* *Tertium.* *Quartũ.* *Quintũ.* *Solut. 1.* *Dub.* *Solut.* *Solut. 2.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 476 sur 867

©BIUM

aer ingrediens frigidus, & purus proculdubio fœtorem deminuit; accedit, quod phtiſici cum nulla anhelandi difficultate laborent, fit vt ſpiritus etiam libere exeat, propterea què minus is putreſcens, minus fœteat; Etenim Ariſtot. 13. partic: problem 10. quærens cur gibborum, & incuruorum anima fœteat, reſpondet ideo eſſe, quia pulmonis locus, priuatus propria rectitudine, haud libere ſpiritus dimittit, Sed diutius eum detinens facit vt computreſcat, propterea què fœteat. *Solut. 3.* Circa, Tertium dicere conuenit iccirco explorari ſputum igne, quia vt Ariſtoteles ſecunda ſectione problematum, & Theophraſtus libro de odoribus, ipſo magis proditur fœtor (ſi quiſpiam ineſt) propter duas cauſas; vnā, quia illo conſumitur humiditas cruda, & aquea, quæ olidæ materiæ commixta fœtorem obſcurat, alteram, quia ignis mouet, & agitat ſputum, iam verò, vt ait Ariſtoteles citata ſectione problem: problemat: vltimo, & penultimo, quæ mouentur ſemper deterius olent, quam quieſcentia, eo quòd magis aerem implent. *Solut. 4.* De Quarto autem dicendum eſt, ſputum vel pure purulentum eſſe, vel materiæ crudæ, & flatulentæ commixtum; Si ſit purum, & omni flatu denudatum, vbi in aqua mergitur, fundum petit, ſin verò flatum in ſeſe contineat, ſupernatat; vnde ad cognoſcendum an ſputum phtiſicorum ſit merum pus, atq; mors ob id propinqua, iudicauit Hippocr. eſſe quoque aqua explorandum; Marinam autem in vaſe aheneo potiſſimum elegit, quoniam ob ſui craſſitiem non ita ſinit ſputa petere fundum, niſi ſint bene grauia, & omni flatu denudata, ob quod Ariſtoteles vigeſima tertia ſect. problem. & Plutarchus in quæſtio: natural: dicebant: homines diutius in mari, quam in fluminibus ſuſtineri, & mare grauiora ponderaferre, quam fluuios, eo quod non ita meatus anguſtos penetrat, atque implet, & de vaſe aheneo certè nil aliud poteſt: quam fuiſſe meram Hippocratis obſeruationem. *Solut. 5.* Ad Quintum, & poſtremum dicendum eſt, Hippocratem meminiſſe tantum eorum ſympromatum, atque ſignorum, quæ magis eſſentialia ſunt, atque propria, cuiuſmodi eſt ſputum, atque eius qualitates, nec non cāpillorum defluuium, & alui fluxus; nam rubedo genarum non tantum moribundis phtiſicis contingit, verumetiam initio, quia ſicut vbi à lepore marino ſauciatus eſt pulmo, ſtatim incenſus genis calorem communicat, & rubedinem inducit, vt primus omnium docuit Nicander in Theriacis, ſic vbi pulmo alia ratione vulneratur, ſimiliter ſolet ſtatim rubedinem genis obducere: Sic quoque vngues incuruantur non ob affectum pulmonem, ſed ob carnis, quæ rectos vngues ſuſtinet conſumptionem, cui cum nequeant ij inhærere flectuntur, quaſi quærentes cui adhæreant carnem, & Hippocr. ob hoc phtiſim vocauit morbum θηριώδη, ſiue ferinum, quoniam, (vt ait Galenus) in 6 Epid ſect 2. tex 24. ex aliquorum ſententia, in ea vngues curuantur quemadmodum feris aliquibus, atque auibus rapacibus. *Vtilitas Aphor.* Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum etiam citum interitum, & conſequenter pro commone faciendo medico, ne vbi huiuſmodi ſigna apparent ægros curandos ſuſcipiant, ſed ſoli prognoſtico relinquant.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 477 sur 867

©BIUM

13 *Quicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt, his è pulmone eductio fit.*

CERTVM eſt ſanguinis ſputum, antecedere puris ſputum, & conſequenter tabem, atq; mortem, vt habemus 7 aph 15 16. quocirca videtur debuiſſe præſentem aphoriſmum locari ante præcedentes, quemadmodum eſt in Coacis prænot: verum alius fuit Hippocratis ſcopus, ſcilicet docere, quando metuenda ſit futura phtiſis propria, de qua in antecedentibus locutus fuit, ſcilicet quando ſpumoſus ſanguis expuitur, quaſi verò non contentus Hippocrates docuiſſe, quomodo exitus phtiſis ſit præcognoſcendus, voluerit modo docere, quo pacto ipſa futura phtiſis prænoſcenda ſit, ſcilicet vbi pulmo ſit lauciatus, quod intelligitur ab expuitione ſpumoſi ſanguinis, adeò vt præſens ſententia ſit partim prognoſtica quatenus monſtrat præcognitionem futuræ criſis, partim diagnoſtica prout, ſ docet cognoſcere locũ affectu nempe pulmoné. Eſt ſentẽtia ſimplex, & indiuiſibilis. (*Qui ſanguinem ſpumoſum.*) Corn: Cel. lib. 2 c. 7 ita hunc aphoriſmum tranſtulit. At qui ſpumantem ſanguinem excreant, his in pulmone vitium eſt: In Coacis autem prænotionib. aliquid plus additur, vbi ſcriptum eſt. (*Qui ſpumantem ſanguinem euomunt, partibus infra ſeptum tranſuerſum nequaquam dolorem ſentientibus, ijs ex pulmone vomitio fit,*) vbi potius legerem ἄνω, quàm κάτω, quod pulmo ſit ſupra ſeptum tranſuerſum, atq; is dolorem non patiatur, vt dicebat Aretæus, qui in cap: de ſanguinis ſputo ſcribit: eos deterius habere, qui carent dolore, quoniam ijs vulnus eſt in pulmone, qui expers eſt doloris: ſed ad alia properemus: Galen. teſtatur, & plurimos contextus, & non paucos expoſitores legiſſe loco (πτύουσι,) ἐμέουσι,) quemadmodũ etiam ſcriptum eſt in Coacis, atq; putaſſe uocem ἐμέουσι, ideſt vomunt, voluiſſe Hippocratem ſignificare copiam ſanguinis exeuntis, ut etiam interpretes Coacarum, tanquam ſententia ſit, qui ſpumoſum, & copioſum ſanguinem excreant, ijs à pulmone uenit. Sed improbat huiuſmodi interpretationem, quod ſæpenumero conſpiciatur ſanguinis ſputum ſpumoſum abſq; copia, cuiusmodi ſit, quando non fracto, ſed exeſo paullatim aliquo pulmonis uaſe ſanguis profunditur, præterquam qđ Hippocrates 1 lib. de morbis, & in Coacis prænot: loquens de ſanguinis ſputo, & phtiſis generatione inter alia præclara quæ habet, ſcribit: ubi uena pulmonis craſſior lauciatur, plus, ubi tenuior, minus ſanguinis effundi, quo in loco etiam reiectationem ſanguinis, uomitum uocat, quem ait modo copioſum, modo exiguum eſſe. (*Ex pulmone fit reiectatio.*) Modus loquendi Hipp eſt, ut ubi quodpiã cõpertiſſimũ habet, ſemper dicat illud ſimpliciter eſſe, uel fieri; Cæterũ uidendum eſt quę ſit illa neceſſaria ratio, propter quam ſanguis ſpumoſus ſputo reiectus à pulmone educatur, nã Gal quoq; lib. 4 de loc: aff: cap 5. dicebat, ſi ſanguis ſpumoſus expuatur, hoc eſſe firmiſſimũ indiciũ reiectationis ipſius ex pulmone, Verumtamen alibi, ſ 7 aphoriſm trigeſimo uiſus eſt Galenus putaſſe non ſemper ſanguinẽ ſpumoſum ex pulmone reijci, atq; id apparere quãdoq; in pleuritide. Vnde puto dicendũ duplicẽ eſſe ſanguinẽ ſpumoſum, alium, ſ. quod commixtam tantum ſibi ſpumam habet, alium vero qui totus ſpuma eſt, illum

Scopus. Contrario.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 478 sur 867

©BIUM

non ſemper, hunc vero ſemper à pulmone reijci, de quo loquitur in præſenti Hippocrates niſi dicamus, quem dicit Hippoc. ſpumoſum, reijci à iocinore à pulmone immediate manare, mediate autem à iocinore proſluere, Quod ſcilicet vt ait Galenus 6. aph. 12. quando iecur oppreſſum copia ſanguinis ſeſe in pulmones exoneret, quorum vaſa rupta faciunt ſanguinis fœcatum, & cõ equéter phtiſim. Aut dicendum vt idem Galen. 7. aphor. 30. ſpumoſum ſemper eſſe ſanguinem qui exit à ſubſtantia pulmonis, non item qui ab vaſis per ipſum diſſeminatis, ſed alia oritur dub. an ſanguis ſit ſpumoſus priuſquam rumpatur vena, an poſt ruptam: Et ipſe puto vtroque modo contingere, primo quia factus ex calore, vel motu ſpumoſus ſanguis augetur, auctus non poteſt contineri, vnde effrangit vas ſicut legumina bullientia cum ita augeantur, vt nequeãt contineri in vaſe ex paſſant, vt ait Ariſt. 24. probb. 9. vel potius ſicuti muſtũ bulliens vaſa rumpit. Secundo vero modo fit etiam ſpumoſus, qa cum pulmo ſemper plenus ſit aere ingrediente, & exeunte, is mixtus ſanguini ſpumam auget, hinc fit vt tunc copioſus ſanguis ſpumoſus excręetur, cur autem ita ſit, ratio eſt, quoniam cũ pulmo motu irrequieto cieatur, continuoq. per ipſum aer ingrediens, egredienſq; feratur, fit vt is commixtus ſanguini eumque agitans in ſpumam conuertat, haud ſecus, atque aquam maris euadere ſpumam, vbi à ventis concitatur quotidie animaduertimus, Itaque cum ſolus ſanguis pulmonis id habeat, vt ſpumoſus ſit ob antedictas rationes, merito Hippocrates vbi talis reijcitur, à pulmone proficiſci audacter aſſeuerauit, huiuſmodi enim ſanguis etſi poſſit tam ex vena aliqua, quam ex ipſa pulmonis ſubſtantia prodire, magis tamen ex ſubſtantia profluit, vbi totus eſt ſpumoſus ob rationem antedictam, nec vmquam reijcitur ſine tuſſi, ſi quidem id conſtitutum eſt inter omnes medicos, vt quę ſunt in ſtomacho ſolo proprie vocato, vomitu, ſic quæ in pectore continentur ſola tuſſi euacuari, quam tamen diximus ab Hipp. interdum minus proprie modo vomitum, modo ſputum nuncupari. Itaque veritas eſt, vt ait Galenus in comm: ſanguinem ſpumoſum vlceris, ideſt totam ſpumam exiſtentem, pulmonis certiſſimum eſſe ſignum non autem è conuerſo, ſemper vlcerato pulmone effundi ſanguinem ſpumoſum ob exempla à Galeno propoſita. Nam ſpuma fit ob aerem incluſum humido viſcido, vel à motu, vel à calore, vt Galen. 7. aphoriſm. 30. qui dum vndequaque nititur ſurſum efferri facit figuram illam hemiſpheriſcam, vt ait Ariſtot. 16. ſect problem. 2. atque hoc etiam eſt, quod dicere voluit Ariſtot. 24 ſect. prob 9. vbi ſcripſit freſum omne, atque lenticulã dum bulliant expaſſare, i. extra vas effundi, non item aquam, quoniam in hac flatus, & aer erumpunt, nec iã crescere faciunt, contra in lente, & leguminibus freſis, ob viſciditatem flatus contenti faciunt creſcere, & attolli, vnde nequeuntes in vaſe contineri erumpunt, & ſecũ ducunt humorem, quod opus vocat Ariſt. ἐκπαφλάζειν, & Hipp vt in linguis Galenus ἐκφλύειν, de ijs qui loquendo ſaliuam ſpumoſam emittunt. Sed hoc in loco quærendum eſt, cur iuuenibus potiſſimum contingant huiuſmodi ſanguinis reiectationes, ut dixit Hippoc. 3. aph. 29. & cur magis moriantur, quàm ſeniores, vt habetur lib. 1. de morbis: Deinde quærendum an neceſſario ſemper ueram phtiſim, ſeu tabem antecedat ſanguinis ſputum, nam Hippoc. 1. de morbis, & 7. aph. 57. ſcribit fieri phtiſicos, quibus vigeſima, ut 21. diebus deſtillatio

Dub.
Solut.

à ca-

©BIUM

à capite in pectus delapſa retinetur, quod etiam ab Auicenna confirmatum inuenitur lib. 3. in tract: de phtiſi. Circa primum Galenus in comm: aphoriſ: 29. 3. lib. hac de re nil amplius dixit, quàm iuuenibus contingere ſanguinis ſpuitionem, atque tabem, non ſecundum naturam, ſed ſecundum accidens, quaſi uerò iuuentus ſuapte natura non ſit capax huiuſmodi ægritudinis, ſed ea dumtaxat ipſis contingat, ob aliquos errores, quos frequenter iuuenes committere ſolent, ut ibi Galenus multos recenſet; Verum cum errores noceant cunctis ætatibus, diuerſoſq. alios morbos inducant illud eſt quod quæritur, cur potiſſimum tabem patiuntur ipſi, & non aliæ ætates, nam neceſſe eſt aliquam ratione ætatis adeſſe propenſionem, merito cuius facile capiantur ſimili ægritudine, quemadmodum habent, illi qui ab Hippocrate in Epidem. dicuntur habere aliquid phtiſicum naturale. Itaq; Hip. in primo de morbis multo melius uidetur ſtatuiſſe cauſſam propter quã naturaliter iuuenes ſunt proni ad ſanguinis ſpuitiones, & tabem capiendam, ubi ſcribit: iunioribus ob corporis robur, ſiccitatem, carnemq. oſſibus adhærescentem, denſam, ualidam, cutimq. carni undiq. obtentam, ſi quando pluſculum laborarint, maiores conuulſiones, & uenarũ ruptiones fieri, quam ſeniorib. contra affectis. Addit pulmones iuuenum denſiores eſſe, & uaſa ipſorum anguſtiora, quàm ſeniorum, quò fit ut difficilius repurgentur, propterea q. pus retẽtum facilius tabem inducat, his adijcere poſſumus quod alias diximus, in iuuenib. ob augumenti ceſſationem multiplicari ſanguinẽ, qđ in corpore alioquin calido efferuẽs ipſa uaſa pulmonum effringit, arq; inde occaſio datur phtiſi, quod uerò etiam iuuenes magis moriantur hoc morbo, quam ſeniores ibidem eam affert cauſam Hipp. tum quia cum debiliores ſint leuius afficiuntur, tum quia maiorem curam rerũ ſuarum gerunt, ac demum, quia contrarium iuuenibus corporis habitum habent. Quod porrò quærebatur, an ſemper ueram phtiſim antecedat ſanguinis ſputum, certe ueteres non aliam propriè uocarunt phtiſim, ſeu phtœn, ut teſtatur Celſus, & Galenus, quam quæ ulceratum pulmonem ſequitur, & quamquam à deſtillatione, & præſertim ſalſa contingat ipſos pulmones, atq; eorum uaſa ulcerari, nihilominus primum ex roſo uaſe ſanguis effunditur, quam tabes fiat; Effunditur autem initio exiguus mox copioſior, prout foramen ab roſione factum anguſtius, vel latius fit, atque hæc tabes propriè etiam apud antiquos vocatur, Cęterum fit quoq; alia tabes, ex deſtillatione paullatim ſuppurata, atq; ipſos pulmones conſumente, quam nonnulli vocant ſphacelum pulmonis, ſed non proprie phtœ, ſeu tabes vocatur; nã vti dentes ab aſſi duo pituitæ illapſu conſumuntur, quod vt dicit Plinius haudquaquã igne domari poſſunt, ſic pulmones, q ſunt multo molliores, & obnoxij magis corruptionib. ab eadem deſtillatione pituitę etiam non ſalſę conſumũtur, ita inde poſtmodum corpus vniuerſum cõtabeſcit. Atq; hæc eſt illa tabes quam dicit Auic. 10. 3. trac: 5 cap. 19. fieri à catarrho putrefactuo tantum, ſine mordicatione, & corroſione, Et Galen quoq; primo in primum Epid: contex. 17. duas ſummas tabis differẽtias propoſuit, quarum alteram ex capitis deſtillationibus, alteram ex ipſius pulmonis affectib. induci ſcribit, omnino quidem ex cruentis ſputis ob vaſis ruptionem aliquam, aut alium quempiam affectum. Vtilis eſt aphoriſmus ad cognitionem loci affecti in ſputo cruento cuius cognitionem valde

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 480 sur 867

©BIUM

valde difficilem esse dicebat Galen. 4. de loc: affectis, sed vtilis est etiam pro curatione rectè instituenda, si quidem medicus cognito loco affecto audacius, & securius circa ægrotum operari potest.

---

14 *Tabe habito prof luuium alui superueniens, lethale.*

POSSET sanè præsens aphorismus videri superuacaneus, quod paullo supra eadem sententia habeatur, verumtamen quia etiam in Coacis habetur, & Galen. ipsum acceptat, ipse quoq; haud eum reijciendum arbitror quamquam melius fuisset. Locatus post duodecimum, quemadmodum habetur positus in ipsis Coacis. Ratio continuationis, & cur aphorismus non sit superuacaneus satis accommodate colligitur ex ipso Galeno, qui scribit: Hipp. postquam in 12. aph. docuit, quomodo esset ita mors phtisicorum prænoscēda, nunc tantū docere quo pacto simpliciter mors sit prædicenda, scilicet si solum alui profluuium iam phtisi consumatæ accedat. *Connexio.* Verum magis placet dicamus hic Hipp. voluisse docere, quasi dicat non solum si alui fluxu cum capillorum defluuio superueniat, phtisis est mortalis, & cito, uerum etiam ipse solus fluxus id facit, ut sit mortalis, & tamquam caussa, & tamquam signum. Vnde patet esse purum dogma prognosticum, indiuisibile, & absque demonstratione. Ad nos autem pertinet inuenire demonstrationem, quo modo ex solo alui profluuio liceat prædicere mortem in phtisi, & quare fluxus alui sit mortalis. Primum enim illud notandum est, quod alias docui, hanc phrasim (ὑπὸφθίσιός ἐχομένω,) idest à phtisi habito, consueuisse Hippocratem usurpare, quoties significare vult ægritudinem καθ' ἕξιν, non κατὰσχέσιν, idest secundum habitum, & non secundum habitudinem, perinde ac si dixisset, ille qui iam à φθίσι, ita possidetur ut eam in habitu habeat. Iam uerò qui habet aliquem morbum in habitu, non modo ab eo difficilimè potest curari, verum etiam periculum est, ne collapsæ iam vires ab assiduitate ægritudinis aliquo vel leui superueniente nouo symptomate penitus corruant, atq; tanto magis si symptoma ex ijs sit, quæ solent suapte natura uires opprimere; nam si rigor superueniens, vt dicit Hipp. in aph. ægro iam fracto à primo morbo mortalis est, & uniuersaliter nouus morbus uetusto accedens malum maximè periculosum reddit, multo plus metuendum est vbi morbo per se lethali, & vires destruenti, aliud symptoma superueniat, quod multo magis eas deterat, sicut est, quando alui profluuium sequitur phtisim, Vnde, vox θανατώδης, hic vsurpata ab ipso Hippoc. non solum est significatiua venturæ mortis, verū etiā caussatiua, quia uere ad properandam mortē valde conducit alui quilibet fluxus superueniens phtisi consumatę, nam si ipsi inchoanti superueniret, certè posset non ratione morbi superuenire, sed ob aliquam aliam caussam, vel errorem externum, vnde non ita periculosus esset, & notandum est in antecedenti aphorismo dixisse Hipp. tabidos mori, si cum capillorum defluuio superueniat alui fluxus, nunc verò dicere esse alui fluxum tabidis mortalem, quoniā vbi solus fluxus adest non ita certa & propinqua est mors, quemadmodum, vbi etiam capilli decidunt. Vtilis est hic aphorismus ad prædicendum. *Not.* *Vtilitas aphor.*

15 Quicunque

©BIUM

15 *Quicunque ex morbo laterali ſuppurantur, ſi in quadraginta diebus purgantur, à die à qua fit ruptio, liberantur. Si verò non, ad tabem tranſeunt.*

NON eſt dubium veram connexionem præſentis aphoriſmi cum ſuperioribus in hoc eſſe poſitam, quod cum 8. aphor. dixerit: pleuritidem quatuordecim diebus repurgari, & ſi eos tranſeant fieri empycos, nunc docet, qui ſic fiunt empyci, ſi quadraginta diebus repurgentur liberari, ſin minus in phtiſim tandem conuerti, & certè accommodari ſſimę poſita eſſet hæc ſententia ſtatim poſt illam, niſi Hippoc. nunc ſcopus fuiſſet ob continuationem ad antecedentem docere, quo pacto citra ſanguinis expuitionem fit phtiſis ex alio morbo, quod reliquit in Coacis prænotionibus, in quibus tantum habetur prior huius aphoriſmi pars, Accepit autem potiſſimum à morbo laterali exemplum, quia & is, & peripneumonia frequenter in tabem deſinere conſueuerunt, vt in ipſis Coacis prænotionib. ſcriptum habetur, Eſt ſententia prognoſtica, ſine ratione in duas partes diuiſibilis, quarū prior eſt: (*Quicunq; &c.*) Secunda verò eſt, (*ſi vero*) (*Quicunque &c.*) Cels. lib. 2. c. 7. hanc eandem ſententiam latinam, ita fecit Tabes ſequitur ſi in lateris dolore orta ſuppuratio, intra 40. dies purgari nō potuit, quid ſit pleuritis, & quid empyema ſatis notum alias factum eſt, cum illa ſit inflammatio membranæ coſtam ſuccingentis, quam pleuram græci vocant; hoc verò ſit puris in thorace collectio, Itaque ſicuti facile eſt, vt ſuppurato, atque rupto lateris tumore pus in Thoracis ſpacia effuſum faciat empyema vocatum, ſic non à ratione alienum eſt, vt vbi diu pus ibi retinetur, atq; pulmonem contrectat, tandem putrefactum, atque ipſum pulmonem exedens phtiſim inducat. (*Si in quadraginta*) hanc vocem repurgari notum eſt apud Hipp. ſignificare integram puris à thorace, vel pulmone alioue membro euacuationē per ſputa potiſſimum factā, vt docuit Galenus hoc eodem lib: aphoriſ. 8. quod etiam in lib: de rat: vic: acut: & in prognoſt: habetur: Cæterum quęſitu dignum eſt cur quadrageſima dies ſit terminus perfectæ expurgationis puris, cū in Coacis prænot: & in progn: lib 2. tex 57. ſcriptum ſit, ſuppurationes aliquibus rumpi vigeſima die, ſcilicet ab initio ruptionis. aliquibus 30: aut quadrageſima, aliquibus ſexageſima, vbi etiam accuratę docuit ſigna pro Empycis cognoſcēdis, Galenus hac de re nihil amplius dixit, quàm ad ſummum intra hos dies repurgari ſuppuratos, ſi liberari debent: quaſi verò etiam in paucioribus dieb. id contingere poſſit, Ego autem arbitror hunc terminum Hippocratem ſtatuiſſe, non modo, quia ſic ipſe obſeruarat, verumetiam, quia mala, quæ ſubſequuntur morbos acutos nequeunt diutius protrahi, quippe quos ab humoribus calidis, & tenuibus factos, naturam antiquam quodammodo conſeruare etiam in germinibus ſuis rationi conſentaneum eſt, iam vero poſtremum acutorum terminum, ex decidentia vocatorum apud omnes medicos eſſe quadrageſimum eſt cōpertiſſimum. (*A quo cœpit ruptio.*) Dies quadraginta, nō vult Hipp. eſſe numerandos ab initio morbi, ſed ab initio rupturę vomicę ipſius pleuritidis: nā vbi tumor inflammatorius pleuritidis ad ſuppurationem venit, niſi prius occidat ſolet tribus modis finiri, vel materia ipſa per halitum diſſipata tum loci, tum ipſius morbi feruore,

Connexio. *Scopus.* *Diuiſio.* *Pleuritis, quid.* *Empyema quid.* *Probl.* *Reſp.*

©BIUM

feruore, vel ſolet per tranſudationem, & ſputum tuſſi factum euacuari, vel diſrupta ipſa membrana, in qua continetur ſuppuratus, & auctus humor, atq; eo in thoracis ſpacium, aut ipſos pulmones effuſo; Si enim in pulmones effundatur inibi putreſcens, vel exedit ipſos, & phtiſim facit, vel inflàmans eos febrem ardentem facit, in quam conuerti pleuritidem dicit Hippoc. 1. de morbis, Sin autem in ſpacium effundatur, facit empyema, quod cum ſit poſt pleuritidem, iure Hippocrates iudicauit à principio fractionis dies eſſe menſurandos (πάυονται, ideſt deſinunt) deſinere ſignificat hoc in loco penitus ceſſare; Et certè vbi repurgata eſt ſponte materia purulenta in thoracis ſpacio contenta, finitum eſſe morbum iure ſperatur, nullo relicto mali veſtigio, quod quidem non fit vbi Empyci, vel perforantur, vel vruntur, quia etſi materia euacuetur, non id eſt naturę, ſed potius violentiæ opus, vnde plerumque protrahitur quidem aliquantiſper vita, at numquam integra ſanitas reſtituitur. (*Sin autem non.*) Hæc eſt ſecunda aphoriſmi pars, in qua dicit Hippocrates: ſi empyema quadraginta dieb. ab initio fracturæ connumeratis non repurgetur, malum in phtiſim deſinere, non ꝙd ſtatim ſequatur tabes, ſed quod neceſſario ſequatur aliquibus tardius, aliquib. citius ſecundum temperamenti, ac naturæ diuerſitatem. Cur autem hoc quaſi neceſſario cõtingat, cauſſa eſt, quoniam caro pulmonum mollis, atque flaccida eſt, ita vt diu contrectata à purulenta, atque acri materia, ſiue humoroſa, ſiue vaporoſa fieri non poſſit, quin exedatur, & conſumatur, quæ affectio eſt ipſamet phtiſis, Atq; hoc eſt quod Auic: dixit 10. 3. tract: 5. c. 19. inter alias cauſas phtiſis eſſe anteceſionem peripneumoniæ, quæ computruit, aut ſanioſitatem pleureſis ruptę; Et optime dixit conciuis: Hippocratem accepiſſe exemplum empyematis facti ex pleuritide, non autem ex peripneumonia, quoniam vbi in hac fit vomicę ruptura, numquã poteſt euitari phtiſis, eo quod ipſa ruptio ſit vlcus pulmonis, quod neceſſario ſequitur phtiſis, atq; hoc forſan intelligere voluit Hippocr. quando initio 1. de morbis dixit: ex peripneumonia non fieri cauſum. ideſt febrem ardentem, quoniam, vel interimit ſtatim, vel rupta vomica ſtatim fit phtiſis. Itaque vera eſt hæc Hippocratis ſententia, ſcilicet fieri phtiſim ſi non repurgentur quadraginta diebus, ita vt remaneant adhuc Empyci; nam ſi materia nõ repurgata in aliam partem verteretur, ſcilicet ad inteſtina, aut veſicam, vt relatum eſt quandoquè accidiſſe, neque liberaretur prorſus æger, neque dicã poſſet repurgatus, neque etiam phtiſis ſuccederet. Vtilis eſt aphoriſmus non ſolum ad prædictiones faciendas, verumetiam aliquo modo ad curationem, quia docetur medicus, vbi pleuritis conuerſa eſt in empyema, omni auxilio enitendum eſſe, vt vomica ante quadrageſimum diem aut tuſſi, & ſputo repurgetur, aut materia ad veſicam, vel aluum traducatur, ſi quidem pleuritidas eſſe per vrinam finitas, & nos quandoque vidimus, ſcilicet materia ex thorace in venam aiugon, & ab hac in emulgentes, atque in ipſos renes, & in veſicam longo licet ſpacio, & labore abducta.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 483 sur 867

©BIUM

16 *Calidum, vbi quis ſæpius eo vtatur, hæc mala affert, carnium eſœminationem; neruorum incontinentiam, mentis torporem, profluuia ſanguinis, animi defectionem, hæc, ad quæ mors.*

NVLLVS penè; Excepto Cardano in Expoſ: ſequentis aphor: aliquid de huius aphoriſmi cum ſuperiore connexione proponere auſus eſt, quare nec ipſe quicquam dicam, cum vnicuiq. manifeſtum ſit, nõ magis cęlum à terra, quam hunc aphoriſmum à ſuperiori ſeiunctum eſſe, in quo ſcopus Hipp. eſt, *Scopus.* docere, quę mala faciat nimis calidę vſus: Et puto Hip. hanc ſentẽtiam poſteris voluiſſe relinquere, quod eius tempore nimium homines operam darẽt balneis, etſi ipſemet Hipp. 4. de acutis, & Gal. 3 de offic: med: tex. 30. dixerit: eo tempore, non fuiſſe copiam nec balneorũ, nec miniſtrorum, & Gal. 2. de ſymp: cauſis c. 5. ſcripſerit, apud veteres non fuiſſe in frequẽti uſu balnea, vt de ſuis etiam temporib. magnopere quæſti ſunt Seneca, Plinius, & Galenus, atq; nos etiã docuimus in primo de gymnaſtica lib. Et Corn: Celſ: qui hac de re locutus eſt, lib. 1. c. 9 lib. 2. c. 1. & lib. 1. cap. 3. de balneis quoq; hanc ſententiam intellexit. Eſt autem hoc dogma phyſicum, & partim curatoriũ præceptum, quandoquidẽ præcipit quodammodo Hippoc. ipſis medicis, vt calido ſemper vtantur moderate, idq; attinet ad partem diæteticam medicinæ. Caret autem demonſtratione, atque etiam diuiſione, niſi ſingulum verbum ſingulam quoq; partẽ facere liberet, (*Calidum*) frequentiſſima eſt apud Hippocratem hæc uox, quippe qui primus omniũ una cum alijs qualitatibus id nominauit: ſed quoniam qualitas, aut ſecundum nonnullos forma ſubſtantialis, aut ſaltem ſubſtantiam ipſam denotans eſt, neceſſe videtur, vt ſemper ea in aliquo ſubiecto exiſtens intelligatur, & propterea libenter ſequor ſententiam illorum, qui putarunt hic ab Hippocr. pro calido accipi aquam ipſam calidam, qua frequentiſſimę vtebatur extrinſecus, atque etiam interdum intrinſecus. Imò Romani quoque, & alij latini aquam calentem, ſimpliciter calidam nuncupabant, atque etiam in conuiuijs interdum utebantur, quemadmodum in uarijs lect: indicaui, Etſi ijs nullo modo aſſentiar, qui non ſolum Veteres pro potu aqua calida promiſcue uſos eſſe, uerumetiam ſimilem potum non minus iucundum, quam ſalubrem eſſe perſuadere conati fuerunt, cum ut dicebat Plinius, nec etiam à belluis potus calidus diligatur, & ſitis ad quã extinguendam, datus eſt animalibus potus, nil aliud ſit ex Ariſtotelis ipſius ſen- *Sitis, q. d.* tentia, quàm frigidi, ac humidi appetitus. (*Has læſiones,*) quod dicit Hippocr. eſt aquam calidam frequentius quam par ſit uſurpatam, mox dicẽdas læſiones inducere; Et notandum eſt, ut dicebam Hippocr. appoſuiſſe uocem πλεονάκις, quod etiam ſuo tempore balneis calidis plus quam conueniret, uterentur, vtrum autem etiam in potu eandem ſumerent, non habetur certò indicatum; ſed cum ea ad uomitum concitandum in ægris ipſis uterẽtur paſſim, induci nequeo ut credam, eam ſumpſiſſe pro quotidiano potu, niſi ea ratione, quam monſtraui in uarijs lect: Certè conſtat, gelidiſſimam quandoquè non minus ægris, quam ſanis conceſſiſſe, & præſertim aſſuetis. At aerius intelligitur de balneo, ut dixi, ſ.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 484 sur 867

©BIUM

de vſu immoderato tam ſecundum continuitatem, quàm ſecundum moram in ipſo, necnon ſecundum caliditatis intenſionem, verum de qua intenſa, & valde calida dubiũ eſt, ſiquidem Gal. 3. de tuend: valet: loquens de perfuſionib. calidis videtur velle aquã nimium calidã nõ humectare, ſecuſquã dixit, primo de ſimpl: med: vbi ſcripſit: aquam poſſe deponere frigiditatem, ſed non humiditatem. Niſi dicamus hoc intelligendum eſſe non ſimpliciter, ſed ſecũdum magis, & minus, eo quod aqua nimium calida, non ita humectat, vt tepida, ac propterea coqui, ſi quidpiam elixare uolunt, potius in tepidam, quam feruentem primum conijciunt. (*Carnium effeminationem*,) prima læſio, quam facit immoderatus calidæ vſus eſt carnium effeminatio, eſt autem ἐκθηλυνσις, ſiue effeminatio carnis laxitas, & mollities, ac propterea imbecillitas vt ait Gal in comm: atq; etiam 6 Epid. ſect. 1. tex. 11. deducta metaphora ab ipſis fœminis, quarum habitus laxus, mollis, atq; infirmus eſt, vocauit hoc alias Hip. in lib: de aer: aq & lo: euitatio, & not: ſicuti de viris dicitur effeminari, ſic & de mulierib dicuntur ἀνδρωθῆναι, quando virilem habitum ſumunt, vt habetur ab Hipp in fine 6 Epid. de Phętuſa, & Nemiſia, quas Hipp. dixit viros euaſiſſe, non quod mutarint ſexum, ſed habitũ corporis. Eſt verò frequens vſus Hipp. vocis effeminationis, quamquam Erotianus hanc ſæpe interpretetur colliquationem, & extenuationem, nam & Corn: Celſ: lib. 1 c. 9 hunc aphoriſmum proferens dixit: Calor ſi nimius eſt, corpus effeminat, neruos emollit, ſtomachum ſoluit, etſi de ſtomaco Hipp. nil dicat hoc in loco, ſed in lib. de vſu hum: quem etiam Gal. citat, quomodo autem à calidę aquæ nimium vſu carnes laxẽtur nõ eſt difficile mente conijcere, ſi ſupponatur robur corporis conſiſtere in quadam partium ſolidarum duritie commoderata, quæ procul dubio aufertur, ſi aqua tepida meatus omnes illabente humectentur, atq; emolliantur, ſic enim fit, vt carnes, atq; ipſi nerui emolliti, haud poſſint articulos ſuis ſedibus, ita continere, quemadmodum conuenirẽt, Et hoc eſt quod Hippocrates dicebat loco citato ſexti Epid: crurium fieri effeminationes, dum colliquati à morbo ſucci ad articulos feruntur, quippe quod ſic emolliti debiliores multo euadunt. (*Mentis torporem*;) Quod ex immoderato calidi balnei vſu homines ingenio tardi, hebeteſquè fiant, ſatis quotidiana experimenta docent, At qua ratione id contingat non ita apertum videtur, Galenus quidem voluit hoc euenire, quia cerebri ſubſtantia diſſoluitur, ſed cum nulli homines caput ſub aqua detineant, dum balneis vtuntur, haud facile comprehenditur, quomodo ipſius cerebri ſubſtantia poſſit diſſolui; niſi dicamus validas mentis operationes fieri opera ſiccorum ſpirituum, iuxta id quod habetur apud Galen. lib. qu. animi mores ſeq. temp. corp. ex ſentẽtia Heraclíti, qui dicebat: ſpiritum ſiccũ facere animum ſapientem. Iam verò humectato nimium toto corpore, ſpiritus animales quoq; ab halitib. humidis ſurſum elatis humectãtur, ſicq. animi functionib. inſeruire nequeunt, & Plato ſolebat dicere: eos qui habent cerebrum ſimile butyro eſſe tardos, & ſtupidos, cuiuſmodi Hippocrates quoque hoc in loco dixerit, ἀχράμονα ἐρεῖν, i. mẽtis ſtuporẽ, nec valet qđ homo inter cũcta animalia habeat cerebrũ humidiſſimum, vt dicebat Ariſt. 10. ſect. prob. 1. atq; alibi, & tamẽ ingenio, atq; intellectu valde excellat, quoniã hoc nõ tantũ ab humiditate, quantum à copia proficiſcitur cerebri, quod tamen licet ſit humidius cęteris animalibus

eſt ta-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 485 sur 867

©BIUM

eſt tamen ſimpliciter potius temperamentum, vt Galenus pleriſquè in locis vere docuit. Et Hippoc. lib. de ſacro morbo dicebat: Cerebri humiditatẽ patere inſaniam, quia ipſum mouere facit. (*Sanguinis effuſiones.*) balnea non in omnibus faciunt hæmorrhagias, ſed, (vt bene exponit Galenus,) in ijs corporis diſpoſitionibus, quæ aptæ, & obnoxiæ ſimilibus euacuationibus ſunt, cuiuſmodi ſunt, qui per interualla, vel à naribus, vel ab ore, vel ab aluo, vel à veſica ſolent ſanguinem profundere, in his enim ora vaſculorum calida aqua relaxata, & reſerata facile fluxuro ſanguini exitum concedunt, cuius contrarium pſychroluſia, ſiue frigidum lauacrum facit, (*Animi defectus.*) Animi defectus cum fiat ob defectum, aut ſolidarum partium, aut humorum, aut ſpirituum, in quibus omnibus poſitę ſunt noſtri corporis vires, vbi ſanguis copioſus profluit, quem nomine hæmorrhagiæ ſemper intelligit Hippoc. & humor, & ſpiritus ſimul affatim euacuantur, vnde affatim quoque vires labuntur, (*Mors*) Galenus clare certè dixit Hippocratem iure poſt hæmorrhagias, & animi deliquia ſtatim ſubiunxiſſe mortem, quoniam licet etiam ad effeminationem carnis, neruorum impotentiam, atque animi torporem ſequatur, non tamen ita immediate, atq; cito, ſicut ad ſanguinis immenſos fluores, atque animi defectus, quos illico ſequi exitium quotidie obſeruamus, quod autem monuit Galenus in calce commentarij; diuerſimode hanc poſtremam dictionem reperiri ſcriptam in codicibus, parũ intereſt, cum ſententia fere ſingularum ſcripturarum eadem ſit, atque hæc de aphoriſmi legitima ſententia, Circa quam nonnullæ oriuntur dubitationes vna eſt, quod Hippoc. lib 2. de diæta vbi loquitur de balnei vſu, ſcribit: calida balnea ieiunum, quidem extenuare, & refrigerare, quod accepit Celſus lib. 1. cap. 3. & afferens Hippoc. huius rationem, ait, caliditate humidum è corpore tolli, eoque è carne euacuato, corpus frigidiũ reddi. Auic. etiam ſecũda 1. c. de balneis dicebat: illud corrugare, & exiccare. Adhęc in libro de carnibus ſcribit: calidũ diffudere, atq; etiam in multo tempore exiccare, ex quo non videtur verum, quod effeminet, & laxet, ſi frequentius vſurpetur. Poſtremo dubitatur an Cardanus, & Braſauolus rectè improbarint Galenum. Q-ui dixit ex effuſionibus ſanguinis ſequi mortem quaſi hoc falſum ſit, nec vmquam ex balnei vſu, etiam immoderato tanta ſequatur ſanguinis profuſio, vt immediate ſuccedat mors, quinimo ſcribit Plinius, etiam aliquos interdum ex balneis nimium calidis mortuos eſſe elatos. Circa primum dicendum eſt non inconuenire, vt ab vna, atq; eadem re in diuerſa mẽſura, & diuerſis modo, ac tempore adhibita, varij etiam, ac contrarij effectus proficiſcantur, ac propterea nõ abſurde feciſſe Hippocratem, ſi modo balneum aquæ caldæ exiccare, & refrigerare dixit, modo calefacere, & humectare: nam initio humectat, & calefacit; ſi pluſculum autem duretur in ipſius vſu exiccat, atque etiam refrigerat, ſ. aperto nimium corpore, & propterea calore expirante: Nam Ariſt. 24 ſect: probl: 10. quærens, cur qui in aquã calidam ſeſe mergunt, initio carnes tumidas, & eleuatas habeant, ſi verò diutius in ea perſeuerent eędẽ carnes ſubſidant, & corrugentur? reſpondet iccirco illud fieri, quod initio calor aquæ fundit concretos humores atque ex ijs ſpiritus, & vapores concitans carnes humefacit, ac in tumorem attollit. Vbi vero diutius in ea tardatur porris corporis multum relaxatis, ſpiritus, ac vapores illi efferuntur, vnde fit vt car-

Dubit. 1.

2.

3.

Solut. 1.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 486 sur 867

©BIUM

nes ijs priuatæ ſubſidant, & conſequenter corrugentur, qua etiam ratione, dicebat 7. problem. Eiuſdem ſect: ignem non rugare, quoniam ſemper ſpiritus
Ad 2. facit in carnibus, qui eas in tumorem attollunt. Ad Secundum etiam ſimiliter eſt reſpondendum, quod etſi calidum balneum longo tempore corrugans exiccare videatur, cum corpus antea tumidum concidat, attamen remanent partes ex antecedente humiditate laxatæ, & calore natiuo imminuto refrigeratæ, vnde poſtmodum inſignis debilitas ſequitur, atque hoc eſt, quod vulgus omne credit, & experitur balnea vires eneruare, imò verò omnẽ cuiuſuis caloris externi exceſſum, ſiquidem nemo eſt, qui non ſentiat æſtate robur corporis multo minus eſſe, quam hyeme, & vere; præterquam quòd balnea calida ſi humectant, id non faciunt, quia humidum ſubſtantificum augeant, quod potius imminuunt,
Ad 3. ſed quia irrigant, & ſuperficietenus tantum humectant. Ad Tertium, & Poſtremum dicendum eſt, ſi prædicti authores diligenter examinaſſent Galeni dicta, haud ita facile ad ipſum coarguendum inclinaſſent. Nam Galenus duo dicit, alterum eſt in obnoxijs fluxioni ſanguinis corporibus balnei calidi, vel etiam cuiuſuis rei calentis nimiam applicationem hæmorrhagiam, hoc eſt immenſum ſanguinis profluuium facere, aliud autem quod dixit eſt huiuſmodi ſanguinis immenſas fluxiones ſubitaneum interitum ſequi, atq; hoc noluit Galenus dicere ſemper contingere, ſed aptum eſſe, vt contingat, atq; id ſatis declararunt Seneca, atque vxor eius, qui vt cito morerentur, inciſis venis ſeſe in aquã calentem coniecerũt, quamquam mulier perſuaſa à viro vt viueret, ſtatim exijt ab aqua, vnde ſemper decoloratam vixiſſe ſcripſit Plinius, vel quiſpiam alius.
Vtilitas Aphor. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem quidem faciendã, ſed maximè ad tuendam animi, & corporis ſanitatem, ac mortem cauendam. Nam balnea, & laconica calida tot mala facere, ſi nimium adhibeantur præceteris oſtendunt Germani, alijquè ſeptentrionales populi, qui in ſuis illis valde calentibus laconicis tota hyeme victitantes, non modo effeminati, & imbecillis corporis redduntur, verumetiam intellectus quodam veterno capiuntur, ac citius multo pleriquè pereunt, vt ob hoc voluerit ſapientiſs. Hippocr. hanc ſententiam inſtar æterni cuiuſdam præcepti hominibus relinquere, ne ſcilicet imprudenter calido vtantur, etſi alioquin tam vitæ iucunditati, quam ſecuritati videatur conducere.

---

17 *Frigidum autem conuulſiones, diſtentiones, luores, rigores febriles.*

Connexio. PRÆSENS aphoriſmus etiam eodem ordine habetur de humidorũ vſu, non modo ſuperiori continuus eſt, verumetiam dicere poſſumus eſſe ipſius partem, ob particulam aduerſatiuam (δέ) quę ſemper in continuata oratione ponitur, Quare eſt & hæc ſententia partim prognoſtica, partim curatiua, indiuiſibilis, & ſine ratione. Quod itaque dicit eſt frigidum facere conuulſiones, tetanos, ſeu diſtintiones, & rigores febriles. Cęterum illud primum venit
Dubit. quærendum. Cur Hipp. in enumerandis detrimentis frigoris, non nominauit contraria ijs quę faciunt calidum, vt pote robur, mentis præſtantiam, &c. Sed nominauit, alios affectus, quos etiam poteſt parere calidum nimium, Ad quod
Solut. puto reſponderi poſſe, vel Hippoc. id dimiſiſſe facere tamquam notum, quòd

quiſque

©BIUM

quisque sciat à contrarijs caussis contrarios effectus prodire, vel id fecisse, quia voluit grauiora aliqua mala, quæ fiũt ab immodico vsu frigidi vel potus, vel lauacri significare, & quamquam non ita homines excedant in vsu frigidi lauacri, aut aeris, quemadmodum in calidi, nempè quod sit delectabilius, attamen erant etiam suo tempore, qui gelidæ potu, atque etiam sub æstibus magnis frigidum valde aerem captarent, vt propter hoc putauerit, etiã mala ipsius esse monstranda. Itaque licet vox (*frigidum*) propriè hoc in loco sit capienda pro aquæ frigido lauacro, est tamen quoque referenda ad alia modo immoderata sint, ut intelligit Hippoc. (*Conuulsiones*) Corn. Celsus lib. 2. cap. 1 & cap. 9 complura etiam recenset mala, quæ à frigido immoderato oriuntur σπασμος, seu conuulsio, vt ait Galen. 2. de caussis symp: & in lib: de motu musc: nil aliud est, quam motus corporis quo membra præternaturam versus suum principium mouentur, quemadmodum secundum naturam; præternaturam intelligitur absquè ullius facultatis liberæ concursu, hoc est (ut loquitur Galenus) opera solius morbi: interdum autem hoc nomine apud Hippoc. complectitur omne genus spasmi, interdum uero sola contractio diuersa à tetano, idest distentione, siue rigore, quemadmodum appellat Celsus, & sicut hoc in loco accipit Hippocr. Vtrum uerò conuulsio sit solius naturæ opus, an concurrat facultas motrix coacta tantũ, est in controuersum, at ipse sentio omnino concurrere, quoniam cum motus sit à musculis factus, & hi solum inseruiant motrici facultati ab imaginatione directę, ut ait Gal. lib: de mot: mus: Certè non uidetur posse fieri absq́. opera huiusce facultatis. (*Tetanos*) Quod de conuulsione dicitur, idem quoq; & de tetano, qui & ipse motus est pręternaturã, licet sensui non appareat, quod hinc, & inde moueantur æqualiter musculi, alioquin in tetano haud fieret acerbissimus ille cruciatus, De caussa porro, Cur frigus immoderatum conuulsiones inducat dicit Galenus quẽadmodũ non oportet neruorũ nimium relaxari substantiã à calore, sic haud plus quam par sit conuenire eandem refrigerari, contendi, atq; compingi, quasi vero ob hoc fiant conuulsiones a frigido, quia nerui ab ipso condensati, & compacti secundum longitudinem abbreuientur, sicq́. contractis ipsis, simul & musculi contrahantur, Alij sunt qui putant frigidum facere conuulsiones per accidẽs constringendo, & compingẽdo, aut per se aliter prohibendo transpirationẽ, ac proinde replendo. Verũ mihi placet magis dicamus, utroq; modo fieri conuulsiones à frigidæ infusionæ, quia hæc etiã frigiditas, sicut & aer summe frigidus, uehementer exisiccat, cuiusmodi uidemus æque magnos squallores induci sub rigidissima hyeme, & regione, atque in feruidissimis. Ita namquè ferunt à gelu Cydni fluuij, in quem sese ob podagræ dolores immerserit extinctum fuisse Fridericum Imperatorem, præterquamquod etiam mordet immodicum frigus, ut post commorsi nerui sese contrahant uersus principium, & sequantur conuulsiones. (*Nigrefactiones*.) Ab aere ualde frigido corpora nostra denigrari, atque etiam ita corrumpi, ut extinguantur, aut saltem partes ipsorum abscindere sit necesse, nemo reuocat in dubium, quod etiam idem fiat a gelidæ perfusione est compertum, Sed Hippocrates loquitur de ijs perfusionibus, quę usitatæ erant sua tẽpestate, & quas credibile est, non tanta frigiditate fuisse adhibitas, ut possent nigredinem facere; nam calidæ infusiones, quantumuis sint ca-

Dub.

Solut.

lidæ

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 488 sur 867

©BIUM

lidæ (modo nũ vrant) etiam cum voluptate tolerantur, non autem ita vehementer frigidæ possunt à quoque diu ferre. Quare quod Hippocr. dicit de nigrefactione, verum est potius de aere, quamquam etiam infusionibus conueniat. Sed
Probl. 1. hoc in loco duæ occurrunt, speculationes. Vna est, qua ratione fiant nigredines à frigore, nã in alpib. & regionib. frigidissimis videmus nasci, lepores, & vulpes, imo & coruos (quos nõ vidit Arist.) cãdidissimos, q non fiũt in regionib. tepidioribus. & tẽperatiorib. quinimo glacies, grãdo, & nix frigidissimę sunt, & albissimę ut propter hoc, & alias causas disputauerit Plutarch. in lib. de primo frigido, an
Secũdum. Claritas, vel obscuritas fiat à frigido. Altera contẽplatio est, cur potus frigidi non faciant corpora nigra, Etenim uidemus quotidie principes, atq; alterius cõditionis homines summopere delectari gelidissimo potu, à quib. vt ait Iuuenalis frigidior Gericis petitur decocta pruinis, nec tamen nigrefieri etiã si cõtractiones articulorum inducant huiusmodi potus, propter hoc damnati à Gal. & alijs medi-
Solut. 2. cis. Ad 1. Arist. Postrema sect. probl. 1. & 7. & vltimo, quærens causam propter quam Sol oleum, & ceram candefacit; corpora vero nostra denigrat, & similiter cur ignis corpora nostra nõ denigrat, sicut fictilia: respondet: à sole oleũ, & ceram candefieri, quia consumitur quicquid terreni, & nimij humidi inest ipsis, à quibus obscuritas inducitur, contra verò corpora nigrefieri, quoniam calor Solis nõ sese intro, vt ignis insinuat, sed circa cutim firmatus, humores quos nequit consumere deurit, sicquè nigredinem inducit, quemadmodum etiam fictilia denigrat ignis replens ea fuliginibus, quas excitat. Hæc quidem ab Aristot. Thephrasto in lib. de igne, alijsquè veteribus tradita sunt de Aethiopum nigredine: quam tamen à semine oriri pleriquè grauissimi authores prodiderũt, cum etiam in regionibus temperatis, & æque ab Aequatore distantibus, necnon sub ijsdem climatibus, atque in ijsdem vrbibus constet tàm albos, quàm nigros homines nasci, vt iure dixerit Herodotus, semen Aethiopum esse nigrum potentia, s. quia vim habet faciendi corpora nigra, sicut & alias conditiones tradendi, id quod etiam probari potest ex eo, quia statim ex vtero egressi sunt nigri, quod tamen ita citò fieri non posset, si nigredo à Solis calore compararetur. Iam verò si albedo fit ex terrenæ partis, & nimij humoris consumptione, cum à nimio frigore pars terrena magis compingatur, obscuritatem, & nigredinem augeri par est, præterquam quod à frigore calor natiuus, & consequenter spiritus, qui sua luciditate albedinem præstant, extinguntur, & subinde obscuritas, & nigredo inducitur, nam idem Aristoteles eadem probl. sect: prob. 9. quærens cur homines in senectute nigrefiant, quemadmodum, & arbores, causas duas reddit, Vnam quia senectus est putrefactio quædam, & res vbi putrescunt nigræ euadunt cõsumptione, s. caloris, & lucidorum spirituum, Alteram, quia sanguis à quo floriditas caloris manat in senectute ficcescit, videmus autem sanguinem extra corpus exiccatum protinus euadere nigrum, quod autem dicebatur de vulpibus, coruis, & leporibus candidis, pleriquè tribuunt continuæ niuium inspectioni, at puto etiam fieri, quia hæc animalia latent intra terram, vbi tantus calor est, vt etiam apud Plutarchum ibi liquefieri dixerint Arist. & Theophrastus; à calore autem fit illa luciditas, quæ in niue, & glacie, ac pruina efficitur, ob aeris inclusionem, à quo præstatur luciditas, quamquam hac de re etiam sit disputatio

apud

©BIUM

apud eundem Plutarchum. Itaque hæ ſunt cauſſæ propter quas frigus nigredinem facit, nempè caloris, & ſpirituum lucidorum extinctio, vel per purtefactionem, vel per κατασβεσιν facta, nec non ſanguinis exiccatio, aut congelatio, vt ait Ariſtoteles qui 8. ſectio. problematum primo, quærens rationem propter quam rigentes liuidi fiant, dixit eſſe, quia ſanguis gelaſcit, Ad Alterum pro- *Solut. 1.*
blema dicere oportet, frigidus potus, aut ſtatim à calore interno caſtigari, ita vt nequeat ipſum, & ſpiritus deſtruere; aut ſi non caſtigetur mortem inducere eodem calore extincto; quem poſtmodum nigredinem ſequi quotidie obſeruamus, & hæc etiam poteſt eſſe ratio, ob quam in frigidiſſimis aquis victitent piſces, ſcilicet calore ipſorum frigus moderante. Neque enim verum eſt, quod Empedocles apud Plutarchum credidiſſe inuenitur, ſcilicet calorem ſemper comitari luciditatem, frigus verò obſcuritatem, quoniam & à calore, & a frigore diuerſis tamen rationibus, tàm albedinem, quàm nigredinem produci certum eſt. (*Rigores febriles,*) Galenus pro rigoribus febrilibus exponit eos, qui prouocant febres, additquè melius facturum fuiſſe Hippocratem ſi dixiſſet rigores, qui faciunt conuulſiones, denigrationes, & febres; Sed certè videre nequeo rationem ob quam velit permutãdam ſcripturam, quoniam etſi rigores inducant etiam conuulſiones, & nigrefactiones, attamen ſcopus eſt Hippocratis non de rigoribus, ſed de frigidi in vniuerſum effectibus verba facere, Ve- *Dubit.*
rum illud queſitu dignum eſt, cur Hippocrates dixerit rigores febriles, cum aſſentiente etiam Galeno compluribus in locis Hippocrates non cognouerit, alios rigores, quam eos quos ſemper ſequitur febris, vt ipſemet Hipp. lib. 1. de morb: demonſtrauit, imò verò Gal. ſecundo de ſympt: cauſſis, & alibi ſæpiſſimè ſcripſit: temporibus Hippocratis, numquam conſueuiſſe fieri rigorem abſque fe- *Solut.*
bre, ſed tempore ſuo ob hominum ingluuiem ſecus contigiſſe. Nonnulli videntes hoc dubium dixerunt falſum eſſe Galenum vbi dixit: Veteres non cognouiſſe rigorem ſine febre, quandoquidem præter hunc locum vbi Hippocr. meminit rigoris febrilis ad differentiam illius, qui non facit febrem, ſunt etiam loci in Epid: lib. in quibus meminit ægrotantium, qui poſt rigorem non incaluerunt, vt 1. Epid. Aegr. 5. & alibi. Ad hos autem dicendum eſt duplicem eſſe rigorẽ apud Hippocratem alium ſpontaneum, & abſq; vlla cauſſa externa, Alium verò non ſpontaneum, ſed ab aliqua externa cauſſa; priorem Galenus in com: Hiſt: Epicratis uxoris uocat αὐτοματον, & νοσερὸν, ſicut Hipp. 4. de morbis νοσωδες, quando igitur Hipp. nominat rigores febriles hoc in loco, loquitur de ijs, q̃ fiunt *Solut. ad*
à cauſſa interna, quaſi docere uoluerit rigores etiàm a frigido externo inductos *obiect.*
interdũ fieri ſpõtaneos, & interdũ morboſos, quos uocat febriles, quando, ſi inuenit corpora parata, hoc eſt prauis, & biliofis ſuccis repleta, qui moti per ſenſibiles partes inferunt rigorem, & poſt eum febrem, Vtilis eſt aph: ad faciendam *Vtilitas*
medicinam, cum doceat frigidi cuiuslibet applicationem, magnopere illi eſſe fu- *Apho.*
giendam, qui obnoxij ſunt rigoribus febrilibus, conuulſionibus, quales ſunt pueri lactentes, & denigrationibus corporis, hoc eſt apigracius, atque hoc eſt, quod Celſum addendum putauit denigrationibus in iuuenibus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 490 sur 867

©BIUM

18 *Frigidum inimicum ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medulæ. Calidum verò, vtile.*

Connexio. ET huius aphorismi cum superiore connexio, satis manifesta est, cum pergat Hippoc. effectus calidi, & frigidi male administrati edocere, ita vt hæc quoque sententia superiori similis naturæ sit, atque pro frigido capiatur nõ solum aqua: sed quodlibet aliud; Diuiditur autem in duas partes in quarum pri-

Dubit. made frigido, in secũda, de calido loquitur. Sed dubitari posset, an pro frigido intelligat immoderatum: nã ex vna parte videtur accipiendũ, quemadmodum in antecedente acceptum est, etiam ex Gal. sententia, Contra autem videtur accipiendum eo pacto, quo accipit calidum in fine aphor: vbi dicit partibus prædictis esse amicum; neque enim calidum immoderatum potest vllas partes iuuare, præterquam quod ipsemet Hippocr. in antecedente aphorismo dixit, calidum, s.

Solut. immoderatum facere neruorum ἀκρασιαν, Dicendum vtrobiquè intelligendum esse de immoderatis, nempè frigido, atque calido, verum dispari ratione, quia frigidum valde immoderatum (de quo in superiori) deteriores effectus parit, illud verò quod non est ità immoderatum, & de quo hic loquitur, non ità prauos effectus producit, vt apparet ex dictis, Cęterum calidum si sit valde immoderatum officit, mediocriter autem immoderatum iuuat, vbi s. illæ partes frigidis morbis occupantur Et Gal. 6. meth: med: cap. 2. adhibet valde calida, vt Therebintinã, sulphur, Euphorbium, quando, s. partes frigidæ laborant frigidiori morbo. (*Ossibus, & dentibus,*) Galenus, qui in hoc difficili, & graui aphorismo exponendo breuis. fuit, & plus quã par esset, inquit: partes omnes, quæ sunt exangues eas esse cęteris frigidiores, ac propterea citius, atque magis ab immoderato frigido lædi, & vere cum frigida corpora sint proximiora excessui frigido, quã calido; magis, atque promptius in illum labuntur, qua ratione Arist. quoque 5. sect: probl. 22. dicebat: corpora commensurata facilius incommensuratis incidere in morbos, quia vtrisquè extremis sunt proximiora, quamquam Galen lib. de optima corporis constitutione secus sentire videatur, Iam verò circa hanc partem duo oriuntur dubia. Vnum est quomodo Hippocrates hic separet dentes

Dubit 1. *Dubit. 2.* ab ossibus, cum & generatione, & natura sint ipsissima ossa. Alterum est an verum sit dentibus frigidum esse inimicum, siquidem etsi ab aere frigidissimo tangantur, tamen nullum detrimentum patiuntur, imo verò dicebat Serenus Medicus.

Sæpe etiam gelida gingiuis colluit lympha,
Dentibus, vt possis firmum seruare tenorem.

Et Auic: septima 3. cap. de conseruantibus dentes vtitur refrigerantibus, vt cam-

Solut. 1. phora, rosa, sandalo, cornu cerui, & similibus, Circa primum quicquid dicant alij, qui hanc difficultatem viderunt, puto Hippocratẽ non absquè recto consilio disiunxisse ab ossibus dentes, quia licet hi, & natura, & generatione sint ossa, habent tamen nonnullas condiciones, quibus carent alia ossa, propter quas videntur quodam pacto ab ijs posse segregari, Vna condicio est, quod alia ossa ca-

rent

rent ſemen, quem tamen habere dentes, & acerbiſſimus ipſorum dolor, & ſtupor quo afficiuntur docent, quem à neruulo, & arteriola ipſis implantatis ſubminiſtrari nil refert. Altera condicio eſt, quod oſſa alia medullam, aut quandam pinguedinem habent merito cuius à canibus, & lupis roduntur, dentes, vero ijs carent, ac propterea ab animalibus nõ attrectãtur, nam quod ait Plinius lib 7 c. 18. aliquos habuiſſe concreta, & ſine medulla, idq. cognitum eſſe carentia ſitis, & ſudoris, aut ridiculum, aut monſtruoſum eſt, Tertia eſt, quia augentur omni tempore, & generãtur, vt ſunt σοφρονιστῆρες à Ruffo Epheſio vocati, quod tamen alijs oſſibus denegatum eſt, Quarta condicio eſt ea de qua loquitur Plinius lib. 7. cap. 16. quod dicebat mirum eſſe ſolos dentes inter oſſa ab igne non domari, obidquè corpora ante dentium exortum cremari in vſu non fuiſſe, & tamen à pituita conſumi, vt quotidie videmus dentes à deſtillationibus ſalſis, & acribus corrodi, atque conſumi, Ob has igitur peculiares dentium condiciones putandum eſt ſapientiſſimum ſenem, oſſa, & dentes ſeparatim in hoc aphoriſmo nominaſſe. Ad aliam dubitationem, quæ à compluribus diſputata inuertitur dicendum puto, vt etiam alij dixerunt, duplex eſſe frigidum, vel potentia, vel actu tantum, vel ſimul actu, & potentia, Frigidum potentia inimicum eſt non modo dentibus, & oſſibus, verumetiam cunctis partibus exanguibus, & eo magis ſi etiam frigidum actu adminiſtretur, vt opium, altercum, ſemperuiuum, Vnde Galenus, qui dentes non admodum firmos habebat, lactuca cocta ſeſe ob dentes vſum eſſe narrat, atq; ſic loquitur Hipp. nam cũ partes exangues parum caloris natiui habeant, certè illud facile amittunt ex vſu rerum nimis potentia refrigerantium. Cęterum frigida tantum actu huiuſmodi partibus applicata iuuant, eo quod calorem illum puſillum cogentes non modo conſeruent, verumetiam augeant, præterquam quod repellentia à dentibus fluxiones quaſlibet, eos ab ipſarum iniurijs tuentur, ſi tamen poſt ciborum, & potuum calidorũ vſum adhibeantur, quę cum ſuaptę naturæ dentibus aduerſentur, tunc maximè lædunt, cum poſt ipſa, nimium frigida adhibentur. (*Neruis.*) Qua ratione dentibus diximus frigidum inimirum nocere, ita quoq; dicendum eſt de neruis, quod & ipſi exangues ſunt, & puſillo calore donati, ſub neruis autem comprehendũtur etiam ligamenta, tendines, membranæ, & quicquid neruearn naturam refert: (*Cerebro*) eſſe cerebrũ inter corporis noſtri partes frigidiſſimum præcæteris Ariſtot. 5 de partibus, animalium cap. 7. credidit, qui contra medicorũ placita id à natura in eum vſum eſſe animalibus datum vt ſuo frigore feruorem cordis temperaret, quinimò Hipp. in lib de glandulis dicebat: cerebrum eſſe ſedem, & arcem frigidi uiſcidi; tamen non caret, & ipſum calore proprio ex venulis, & arterijs per ipſum diſſeminatis, ut etiam Ariſtot ibidem faſſus eſt; adeo ut Galenus lib. 8. & cap. 2. de uſu partium, & cum eo alij medici dixerint: ſemper cerebrum quolibet uel æſtuoſiſſimo aere eſſe calidus, ac propterea illud ubi eſt affectum, aut ſauciatum, ſolemus ſemper maxima diligentia tueri, & ab aere, & ab omni alia re frigida, utentes calidis tum actu, tum potentia: ſed hoc in loco occurrit dubium, quomodo Ariſtot. dixerit, & loco citato, & primo de hiſt: animal: cap. 16. eſſe cerebrum ad tactum frigidum, nec ullã intra ſe uenam habere niſi dicamus pro frigido intelligi parum calidum, & pro uenis intelligi magnis,

Solut. 2.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 492 sur 867

©BIUM

quib. carere, & ſolũ tenues habere dicit ſecundo de partib. animaliũ c. 7 (*Medulla ſpinali.*) Dimiſit medullam in libro de liquidorum vſu. Hanc quoq; exanguem eſſe, & propterea frigidam certum eſt, quo etiam fit, vt naturaliter affecta corpora ſemper poſtica anticis habeant frigidiora, etſi alioquin eadem vaſa pene habeant, ſintq. cordi, & Iocinori æque proxima, Hipp. de huius natura, & generatione loquens in libro de principijs, quem male de carnibus inſcribunt, dicebat: medullam ſpinalem à cerebro deriuari, & iccircò ipſius naturam ſapere, nec ſimilem alijs medullis eſſe, cum nihil in ſe pinguis, & glutinoſi contineat, ſed potius membranas, quo fit vt æque aſſari non poſſit, quemadmodum neque neruoſa, & glutinoſa aſſari videmus, eo quod careant illa pinguedine, & dulcedine, quæ faciunt, vt res celerrime aſſentur, ſicut 4 meteorol. (*Calidum autem amicum*) hæc eſt ſecunda pars aphoriſmi in qua Hippocrates docet, quod ſicuti frigidum immoderatum frigidis partibus, ita calidum iuuat, ſeu vt græcè dicit Hippocrat. φίλιον, ideſt amicum eſt; Verum (quod etiam retro dubitaui) videndum eſt, quomodo calidum hic ſit intelligendum, an ſcilicet actu, an potentia, an vtroq;

Dubit.

Dub. 2. Adhęc quæritur, quomodo ſi calidum eſt amicum partibus illis ab Hipp. commemoratis, dixit in antecedente aphoriſmo facere neruorum ἀκράτειαν, etenim neruorum natura eſt, vt ſolidi, atque firmi ſint, quò muſculos quibus implantantur poſſint trahere, ſicq. motui faciendo famulari, vnde ſi calidum neruis hanc firmitatem, & vim trahendi imminuit, quomodo poſſit ipſis amicum dici ne-

Solut. 1. quaquam intelligo; Circa primum puto procul omni dubio pro calido hic accipiendum eſſe, non moderatum, quod Hipp. vbiq. in omni intemperie maximopere iuuare dixit tàm extrinſecus, quàm intrinſecus adminiſtratum, Sed potius immoderatum, quemadmodum etiam diximus ex Galeno eundem loqui de immoderato frigido, vel ſecundum vſum, vel ſecundum ſui vehementiam, nam propterea hoc puto Hippocratem docere voluiſſe, quòd videri poſſet numquam calidum immenſum poſſe iuuare; neque enim quicquam ſe dignum protuliſſet, ſi calidum moderatum eſſe vmquam amicum dixiſſet, cum id cunctis exploratum, & ab ipſo non ſemel ſcriptum habeatur; quemadmodum contra non vulgare videtur, calidum immoderatum profiteri eſſe amicum aliquib. partibus ſiue ægris, ſiue ſanis. Iam verò de quo calido ſit intelligendum magis dubitari poſſet, verum de calidi potentia potius intelligendum eſſe vt credam, complura faciunt, primũ quia quæ ſunt calida actu valde, & potentia frigida, licet videan-

Solut. 2. tur ſtatim prodeſſe, quia tamẽ ſunt calori natiuo inimica paullo poſt obſunt, amplius, calida valde exiccant, at neruoſis partib. ſemper exiccantia conferunt, vnde iure dolentib. dentib. pyrethrum, & piper applicare ſolemus, quẽadmodũ, & vinũ, poſtremo quę calida ſunt potẽtia poſſunt etiã frigida actu, adminiſtrari, vnde, & ratione frigidi, & ratione calidi iuuamentũ afferũt, & quæ calida ſunt potẽtia, numquã ita aduerſantur calori natiuo, quemadmodum quæ ſunt nimis frigida. Itaque patet non exiguam eſſe præſentis aphoriſmi vtilitatem, quando ab ipſo docemur qualia præſidia, & languentibus neruoſis partibus, & ſanis pro ipſarum tutela adhibere conuenit.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 493 sur 867

©BIUM

19 *Quæcunque refrigerata ſunt excalefacere oportet, exceptis his quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt.*

HÆC eſt vera præſentis aphoriſmi cum ſuperiore connexio, quod ex Hippocratis verbis habitis elicebatur dogma illud ſempiternum, in lib. de flatibus nobis relictum, ſcilicet contraria contrariorum eſſe remedia, cum dixiſſet: frigidum frigidis partibus inimicum eſſe, ſicut calidum amicum, Sed quia neque id perpetuo obſeruandum eſt, ideo exemplo ſanguinis fluentis immodice monet, non ſemper adhibenda eſſe contraria, ſed quandoquè recedendum eſſe ab hac lege, & conuertendum ſtudium ad id quod magis vrget qualecumque ſit, Quemadmodum ſi quiſpiam frigida ægritudine laboret, & ſimul ſanguis aliqua ex parte copioſus profundatur, haudquaquam calidis vtendum eſt, ſed frigidis, & adſtringentibus, cuiuſmodi ſeſe feciſſe interdum in quadam muliere refert Hippoc cui cum alia ratione ſiſti ſanguis non poſſet ea repente magnam frigidæ aquæ copiam infundi mandauit, Eſt enim ſanguis vitę theſaurus, vnde quia vitalis ſcopus dignitate cunctis alijs antecedit primum debet medicus hunc ſpectare. Patet igitur, quis ſit Hippocr. Scopus in præſenti ſententia, quam eſſe præceptum curatorium certum eſt, & licet non habeat rationem coniunctam, quod ſit cuiliber per ſe manifeſta, diuidi tamen poteſt in duas partes, ſcilicet in ipſam ſententiam, & in exceptionem, quam patitur. (*Quæcumque.*) Vult dicere Hippoc. bene verum eſt, quæ ſunt refrigerata oportere calefieri, vt retro ſignificatum eſt. Verum aduertere, etiã oportet ne contemnãtur, quæ maximi momenti, cuiuſmodi eſt fluxio ſanguis immoderata, atque corporum ad illam promptitudo, cũ enim calida aperiãr, proculdubio ſi fluxus ſanguinis adſit, vel metuatur, ea non ſunt adhibenda ne fluor prouocetur, aut adhibere conuenit magna cum prudentia, quoniam (vt ait Galenus) & ſi habeamus præceptum cõtrarij contraria adhibendi, habemus tamẽ & aliud, vt primo occurramus illis, quæ magis vrgent, poſt modum, vt partes intemperatas contrarijs remedijs ad propriam temperiem reducamus. Sed dubium. Cur potius Hippoc. dixit (*quæ refrigerata ſunt, &c.*) non autem dixit, quę calefacta ſunt refrigerari oportere, Ad hęc quæritur cur Hipp. non dixit ijs, quibus fluxus ſanguinis adeſt: ſed ἐχόσα ἀιμόῤῥαγίαν μέλλει, i. quibus fluere debet. Ad primum reſpondent aliqui: id feciſſe Hipp. quia calida numquam officiunt, niſi valde exuperent; Quod verò dicunt intelligendum eſſe tantum de frigidis, & calidis poteſtate, non actu, quoniam alioquin Hipp. vulgaria docuiſſet, cum etiam bruta ſemper contraria, quæ actu talia ſunt perſequantur, haudquaquam admitto, quoniam Hippoc. animus non fuit eiuſmodi ſententiam cunctis naturaliter exploratam, & ab ipſo olim lib. de nat: hum: promulgatam repetere, ſed potius admonere, ne illa ſententia male intellecta, exitialium errorum cauſſa ſit, cuiuſmodi certè eſſet, ſi ubi fluxus ſanguinis, vel imminet vel adeſt, illi præcepto obſeruando ſtuderetur, nec ad ſanguinẽ compeſcendum frigidis remedijs incumberetur, Ad aliud dici poteſt dupliciter, vno modo cõtextum Galeni græcum, & antiquum eſſe deprauatos, & melius feciſſe alios, qui ubi dicitur ἐμόῤῥαγίαν, μέλλει, ſcripſerunt, ἀιμόῤῥαγίαι ἢ μέλλει, i. ſanguis fluit, uel fluere debet, Alio modo reſpõderi poteſt, ſeruando ſcripturam

Connexio.

Scopus.

Diuiſio.

Dubit.

Dub. 2.

Solut. 1.

Solut. 2.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 494 sur 867

©BIUM

antiquam, Hippocr. iccirco dixiſſe tantum, quibus debet fluere ſanguis quoniã ſi ratio ipſius ſanguinis habenda eſt, vbi timetur ne fluat immodice, multo magis habere debere, quãdo iam fluit. Etenim non ſolet Hipp. vbi res per ſe clare ſunt, verba conſumere, vt ſæpe monuimus. Haud ſecus quoque vbi partes ſunt nimium calefactæ, minimè ſemper frigida adhibemus, ſed interdum ad cauſtica deuenimus, vt Auic. docet quarta primi, ſic enim faciebat Galenus 5. Meth: in illa Romana catarrho ſalſo laborante, cuius capiti applicauit Thapſiã,

Vtilitas Aphor. Vtilis hæc ſententia ad medicinam faciendam, quinimo videtur eſſe commune quoddam præceptum, ſine quo medicina exerceri prudenter non poteſt, ita vt Galen. hinc accepiſſe videatur id quod ſcriptum reliquit circa finem octaui lib: meth: ſ. vbi complicantur ſimul duæ contrariæ indicationes, medicum ſemper debere eam quæ magis vrget ſequi, altera tamen non negleta, & vt dixi, accepit Hippoc. exemplum de ſanguinis fluore, quoniam huiuſmodi ſymptoma ex ijs potiſſimum eſt, à quibus medicus cogitur ab alijs ſcopis diſcedere.

---

20 *Vlceribus frigidum quidem mordax, cutem obdurat, dolorem inſuppurabilem facit, humorem obducit, rigores febriles, conuulſiones, diſtentiones.*

QVOD ſæpe dixi vſque adeo Hippocrates delectatus eſt vbiquè de calidi, & frigidi vſu, ac nomine à ſeipſo inuentis, & libro de nat: hum: promulgatis, vt vbicumque de eo ſibi ſermo incidit, vix ſciat manum, (vt aiunt) de tabula tollere; atque hoc facile intelligi poteſt in præſenti tractatione, in qua fere viginti aphoriſmos inſumpſit, Eapropter non eſt quærenda aliter cum ſuperiori connexio præſentis ſententiæ, in qua Hippoc. redit ad alios

Scopus. frigidi immodici, & importuni effectus monſtrandos, inter quos cur numerauerit nonnullos, de quibus nuper ſibi fuerat ſermo, dicam poſtea; nequè enim ſolet Hipp. repetere vllas res abſquè aliqua ratione, Eſt autem ſententia longiuſcula quidem, ad praxim attinens, verum abſquè diuiſione, atque demonſtratione. (*Vlceribus.*) Nomine vlceris vtitur Hipp. hoc loco communiter, non quidem ad omnes morbos, cuiuſmodi interdum Hippoc. eſſe vſum hanc vocẽ alias diximus, ſed prout complectitur tam vlcus propriè appellatum, quam etiam ipſum vulnus, quod eſt carnis diuiſio, & in quo cum caro ſit cute detecta facile iniurijs exponitur. (*Mordax,*) vt bene monet Galenus duplex eſt mordax, aliud, quod ſic propriè vocatur, aliud vero, quod per ſimilitudinem quandam. Proprie vocatur id, quod cuti applicatum ſtatim ipſam lædit, atque hoc ſemper calidum, & tenue eſt, aut ſaltem Calidum valde, quod verò mordet per ſimilitudinem eſt illud, quod vel adſtinguendo, vel nimis exiccando carnem ipſam afficit, atque etiam ſunt res frigidæ, ſiue ſit aer, ſiue quodpiam aliud, propter quod vlceratas partes à frigore ſemper tueri ſtudemus, ſic etiam ſolemus dicere frigus urere per ſimilitudinem, Virgilius, Boreę penetrabile frigus adurit, Sic Oculos ab aere frigido interdum ita morderi uidemus, vt lachrymas excutiant, perinde ac dicebat Ariſtoteles in probl: facere Cæpas, quæ calidiſſimæ cum ſint mordendo oculos ex ipſis lachrymas eliciunt. Nam Ariſtot. 20 ſect: probl. 22. quærens cur aliqua mordacia non excutiant lachrymas niſi commeſta, vt Naſtartium aliqua commeſta, & admota, ut cæpę aliqua nullo modo, ut Origanus, Reſpondet quæ uere mor-

mordacia debere esse calida, humida, & lenta, ac proinde uaporabilia, vt cæpa, eue ob id mania mittit uapores in oculos, & admota adhæret, ob idq. lachrimas ciet, contra Origanus, nec uapores mittit, nec adhæret. Nasturtium autē uapores mittit, sed non adhæret, ut ob id commestum tantum lachrymas cieat; oleū verò admotum mouet, quoniam adhæret, & mordet. *(Cutim circumindurat.)* De indurantibus loquens Galen. 5. de simpl: med: fac: cap. 5. dicebat: ea quæ durantur, aut à siccitate id pati, aut concretione, aut nimia repletione, aut ex omnium, vel plurium coniugatione. Iam uero frigus indurat, & quia exprimit humiditatem, & quia congelat, ut in hyeme, & quia etiam diffl ationem impediens saltem per accidens replet; Cutem sese rectè habentem, ut ait Galen. non potest aqua frigida, uel etiam aliud frigidum penetrare ita ut mordeat, sed sistens sese in ipsa cute eius substantiam compingit, congelatuè, ut ob id dura euadat, & iure dixit Hip. circū durat; quoniā in superficie tantum, non intimius sese frigus extendit, cum sibi ipsi uiam penetrandi adimat, Et certè cum Galen. tribuat hos effectus ipsi aquæ frigidæ, numquam crediderim, quod ei soli hoc competere uoluerit: sed alijs etiā, nempe aeri, medicamentis, atque cæteris similibus, quamquam in lib. de humid: usu ubi hæc eadem sententia habetur, de frigido Hippocr. simpliciter loqui uideatur, ut etiam hic. Sed dubitatio oritur; an frigidum induret etiam quæ intus, nam Hippocrates asseuerat tantum de cute hic, cęterum 6. Epid. sec. 5. tex. 26. ait: refrigerationem etiam quæ sunt in uentre durare, & hoc etiam experientia comprobatur, siquidem fœces hyeme durantur. Dic immediate nil durare in uentre à frigore, quoniam tantus esse non potest ut id faciat, quemadmodum extra: sed mediate facit, quemadmodum Galenus declarat eo loco, scilicet, quod adstricta ano à frigore, fœces intus retinentur, quibus retentis dum tenuiores partes consumunt terrestres remanentes haud secus durantur atque lapides in uesica, ut falsum non sit aliquos eiecisse ab intestinis tophos lapideos, quod fecit Frāciscus Frigimelica medicus Patauinus suo tempore insignis. *(Dolorem insupurabilem facit.)* Vere dolor non dicitur pati suppurationem, sed est ipsa materia, quæ suppurationi subijcitur; quoniam autem sic quoque citatur hic aphor. à Galen. 1. Com: in lib. de artic. atque etiam sic Philotheus legit, dicendum id quod vult dicere Hippocrates est, frigidum constringendo, & dissoluendo, ac mordendo facere dolorem, uerum non eum, quod solet consequi suppurationem, & de quo loquebatur Hippoc. 2. aph. 47. quando scripsit: dolores fieri maiores dum pus conficitur, quam confecto iam pure. Sed eum qui ex mordicatione sola oritur, & quod potius impedit, quam augeat suppurationem; nam cum in omnibus ulceribus aliqua pars contusa sit, eam ad suppurationem deuenire est necesse; suppurantia uerò, ut ait Gal. 5. de simpl: med: debent esse calida, & humida, ac obstruentia, Vnde frigidum, quia depellit humidum, & calorem natiuum diminuit, certum est, illud suppurationem impedire, & dolorem quē facit minimè supuratorium esse, sed cutim, & labia ulcerum circumdurare. *(Denigrationes.)* Nisi hæc omnia tribuantur ipsis ulceribus, uix fieri potest, quin Hippocrates superfluus uideatur, quod in aphor. 17. loquens pariter de frigoris effectibus dixerit id μελασμοὺς, ideſt denigrationes facere, atque ibi idin uniuersum docuit, nunc autem solum de ulce-

Dubit.

Solut.

ribus

©BIUM

tibus loquitur, quorum labia à frigore denigrari, atque etiam ipsam, & certum est, eò quòd & sanguinem congelat, vnde sequitur nigredo, & spiritus, qui luce, & splendore partes afficiunt extinguit, aut saltem a parte depellit, quod dixi de denigratione, idem quoque statuendum est, de febrili rigore, conuulsione, & tetano, de quibus cum etiam aphorismo citato verba fecerit, nisi cuncta de vlceribus tantum pronunciata asseramus, vix fieri poterit, quin Hippocrates, aut nimis immemor, aut superfluus, & verbosior videatur, Sed cur Hippocr. voluit hoc reperere de vlceribus? Quia maximè versatus cum esset Hippocr. in Chirurgicis operarionibus, obseruauit frigus ipsis vlceribus maximè inimicum esse, propter quod voluit de ipsis peculiariter medicum admonere, vt intelligeret in curandis cunctis vlceribus, ac vulneribus, magnopere cauendum esse ab applicatione remediorum potentia, & potissimum actu frigidorum, quod documentum etiam pro illis facit, qui imprudenter nimis vrentes medicamentis refrigerantibus, & repellentibus tàm intus, quàm extra in inflammationibus, atq; Erisipelatibus, cũ ij occasionem præbeant schyrris inducendis, aut maculis indelebilibus relinquendis, Et quamquam videamus interdum frigidum dissoluere, vt fructus congelati ab aqua frigida, & manus refrigeratæ, quemadmodum testatur Auic. 3 1. doc. 5 cap. 5. id tamen est per accidens & raro vsuuenit. Quare patet hinc quãta sit præsentis aphorismi vtilitas in vlceribus potissimum curandis, atque etiam in alijs noxis à frigido euitandis, quam quam hoc quoque pro partibus sanis defendendis non parum conducit; nam Galenus ipse quarto de simpl: medicina confessus est sese passum fuisse insignem in oculis, & manibus, ac tota facie mordicationem tempore sereno, niuoso, & vento flante, Neq; valet, quod Aristot. 31. sect. probl. 23. dixerit: oculos non rigere, & 8. prob 7. dixerit nos æquæ rigere à calida nimium, vel frigida superfusa, quoniam nõ vti dixit Plato in Timeo ratione ignis: ex quo constant oculi, sed sicuti non inconuenit ab vna eadem re diuersimode affecta diuersos prodire effectus, sic non est absurdum oculos licet frigidos, & humidos ob copiosam pinguedinem, qua obducti sunt ab externo frigore nil affici; ab frigida verò affusa calorem extingui, & à calida frigus introfugere, atque horrorem utroque modo fieri.

Dubit. *Solut.* *Not.* *Vtilitas Aphor.*

---

21 *Est autem vbi in distentione sine vlceratione, iuuene bene carnoso, æstate media, frigidæ aquæ multa perfusio calorem reuocat. Calor autem hæc soluit.*

Connexio. DIXERAT Hipp. non solum in antecedente aphorismo, verum etiam in altero: à frigore conuulliones, atq; tetanos fieri, tàm cum vlcere, quàm sine, Sed quia interdum etiam contingit, ut tetanum finiat, iccircò in præsenti aph. vult docere modum, quo modo hoc contingere possit, ita vt hæc sententia sit curatoria, & veluti præceptum quoddam: cum ratione, imò cum demonstratione, quæ hunc in modum construi potest. Quæ reuocant calorem curant etiam affectus frigidos, & tetanos sine vlcere. At frigida multa affusa cum debitis conditionibus reuocat calorem, ergo, &c. Maior item probatur ab Hipp. eo quod calor reuocatus dissoluit, & notandum est, quod alias quoque dixi ad-

dere

dere Hipp. huiuſmodi demonſtrationes, quotieſcunque res ardua captu videtur, vt hoc, quod à valde frigida affuſa curentur graues morbi. Poteſt ergo in duas partes diuidi ſcilicet in ſententiã & rationem. Quarũ prior eſt, (*Eſt autem*) hic loquendi modus raro ab Hipp. vſurpatus, oſtendit etiam rarum eſſe caſum, quod ab Hipp. narratur, ſcilicet tetanum, quod efficitur à frigore, etiam à frigidæ ſuperfuſione curari, quo in loco dicit Galenus; nomine tetani quemlibet cõuulſionem intelligi; ego autem puto etiam voluiſſe hoc vno exemplo Hippoc. docere, alios quoq; affectus (modo ſint abſque vlcre) ſimiliter frigidos à frigido curari, ita ut omnis hic diſcurſus Hippoc. eò ſpectet, vt doceat ſententiam illam celebratiſſimam (contraria contrariorum eſſe remedia) prudenter eſſe intelligendam. Itaq; ſententiæ huius vis in eo poſita eſt, vt diſcamus contrarium quidem per ſe eſſe remedium, per accidens autem etiam ſimile poſſe eſſe remedium: Etenim vt antea diximus cum Hipp. frigus vlcera contrectans præter alia mala conuulſiones inducat, quia nec doloré, nec neruoſarum partium inflammationem tollit, ſed potius auget, ſi cõtrariũ debet facere, hoc eſt iuuare, & curare, opus eſt adſint nonnullæ condiciones, In primis, vt non adſit vlcus, vt æger ſit iuuenis, ſit boni, & carnoſi habitus, vt ſit tempus æſtiuum, & vt multa aqua frigida affundatur, Sic namq; fieri caloris natiui ad interna reuocationẽ, atq; ab ipſa poſtmodum reuocatione affectum tolli. (*Sine vlcere.*) Vlceri ſemper mordax eſt frigidum, ſemperq; lædit. Vnde non poteſt facere calos vtilem contractionem, ſed potius dolorem, & doloris ſequacem imbecillitatem, eo quia vbi conuulſio cum vlcere eſt, ſemper partes neruoſæ denudatæ, & ob id ſuſtinendæ frigoris læſioni magis ineptę. Itaq; iure ante cetera voluit Hipp. monere ſeſe non loqui de conuulſione cum ulcere, quoniam numquã ea inuamentũ capit à frigore. (*Iuueni.*) Iuuenis bene carnoſus duo bona habet, caloris natiui robur, & partes neruoſas ob tectas, frigus autẽ duo corpori adhibetur, aut ſuperat ipſum calorẽ, aut ipſum cogit, igitur in iuuene bene carnoſo, & tẽperato cum frigus nõ poſſit lędere partes neruoſas ob tectas, neque vincere robuſtum calorẽ, ſequitur ut minimè dolorem inferat, ſed ipſum calorem cogat, robuſtumq. reddat, eo pacto, quo dixit Hipp. 1. aphoriſmorum ventres eſſe hyeme calidiores, non quidem per ſe, ſed per accidens. (*Medio ętatis,*) hanc condicionẽ non eſſe neceſſariam, imò verò eſſe contrariã merito dubitari poteſt, non enim eſſe neceſſariam adducta modo Hippoc. authoritas docet, quia ſi conuulſio abſq; vlcere ſanatur à frigido, ob contractionẽ, & augumentum caloris concocturi materiam morbificam frigidã, certè in hyeme maior fit contractio caloris, & conſequenter magis ſuperabitur materia, quæ facit tetanum, eſſe uerò contrariam illi, quod optat Hipp. monſtrat quoq; Ariſt. qui 1. probl. nos hyeme minus ægrotare, & minus æſtate uiros ad Venerem exercendam ualere ſcripſit 4 probl. 26 eo quod tunc temporis à calore externo aer natiuus magis hebetetur: Sed res ita ſeſe habet; frigida affuſa hyeme corporibus alioquin ſponte refrigeratis præterquam quod dolorem, & moleſtiã ingentem affert, nimis uiolenter cogit ipſum calorem, ita ut potius uincatur, quam uincat, contra autem in æſtate, prętерquam quod frigidæ affuſio delectat, aut ſaltem moleſtiam non affert, cogit blandius ipſum calorem, quam ut eum uincere ualeat, & dixit æſtate media, ut tempus omnium æſtuoſiſſimum, deno-

Diuiſio.

©BIUM

denotaret, in quo ſquallentia corpora ab affuſione frigidæ, ueluti recreantur, id quod etiam cognoſcunt animalia, quæ tunc temporis aquas frigidas perſequuntur. (*Frigide multæ*,) iuuenis, & carnoſus, qui robuſtum per ſe ſatis calorem habet, facile frigus leue contemnit, quod ipſius calor illud depellat, & ſuperet, At ſi frigus multum ſit, maxime calor ipſi obnititur, atq; in ea contentione auctior efficitur, vt videmus maiores poſt magnos rigores, quam poſt paruos oriri, ſic noſtri coqui dum volunt carnes melius, & citius coquere, eas feruentes conijciunt in aquã in gelidiſſimam, vt ſcilicet ab ea coactus, & auctus magis calor celerius, & potentius coquat: memini etiam me legiſſe ipſum Hippocratem 5 Epid: quandoquè mulieri dolore laboranti, & prefocatione vteri affudiſſe amphoras triginta frigidæ aquæ, adhoc vt calor refugiens minus expulſioni ſanguinis vacaret, Itaque veriſſimum eſt, quod Hippocrates in præſenti docet, frigidæ affuſionem caloris facere reuocationem, atque hæc de prima parte, ſequitur ſecunda quæ eſt. (*Calor autem, &c.*) Dicit Hippoc. calorem reuocatum ſoluere diſtentionem, ſeu tetanum, at quomodo hoc fiat, non dixit Hippocrates, nec Galenus demonſtrationem vllam eius, attulit. Auicennas ſecunda 3 cap. 7 trac: primi hanc attulit, quod auctus, & collectus calor natiuus materiam morbificam diſſoluit, atque conſumit, vnde ſequitur vt nerui liberati ad ſtatum naturalem redeant: Sed dubium eſt an hoc ſit verum, & ſalutare conſilium, quod nobis reliquit Hippocr. non ſolum hoc in loco, verum etiam tertio de morbis vbi docens curare teranos, & opiſthotonos: iubet multam frigidam ſuperfundi, ac poſtea corpus tegi veſtimentis puris, tenuibus, atque calidis, nec ignem adhiberi, quod etiam ab Auicenna comprobatum eſt. Verum ex altera parte Paullus Aegineta lib. 3. cap. 20. damnare auſus eſt huiuſmodi conſilium, tum quod ſit temerarium, tum quòd ſit à poſterioribus damnatum. Ante Paullum Cælius quoq; Aurelianus lib 3. de acutis c. 8. maximè huiuſmodi curationẽ exagitauit & Hipp. dãnauit. Altera dubitatio, & grauiſſima eſt, qũo calor reuocetur, & reuocatus diſſoluat cauſsas morbificas. Nam plerique dicunt ob antiperiſtaſim augeri, & auctum diſſoluere humores frigidos: ſed hoc eſt contra naturam, quod contrarium, à contrario augeatur, neque aqua putealis propterea ſit calida hyeme, quia illius calor quem non habet augeatur, nec ventres etiam fiunt ob antiperiſtaſim calidiores. Sed ad omnes reſpondetur Hippocr. hoc tamquam rarum caſum proponere, nec monere vt id fiat: ſed ſolum referre, quod ipſe obſeruauit, quandoque contigiſſe, nam ut ante dixi in quinto Epid: non longę a medio narratur hiſtoria cuiuſdam mulieris, quæ accepto catapotio ad concipiendum incidit in horrendiſsimam præfocationem à bile, à qua fuit liberata frigidę affuſis circiter triginta amphoris. Ad ſecundam dubitationem dicendum: eſt Hipp. non dicere, quod augeatur calor à frigido, ſed quod reuocatur, & reuocatus cũ integer maneat, agens in humores frigidos, & concretos, eos diſſoluit. Nam aqua putealis ſua natura frigida eſt, & quando caliditatẽ cõcipit eſt ob peregrinam materiam, ſ. exhalationes calidas ſibi immixtas, vt patet exemplo fundi lebitis aqua pleni feruentis. Itaque æſtate cum huiuſmodi exhalationes non retineantur aqua in ſua natura relicta frigida apparet, contra in hyeme, cum frigus retineat eaſdem exhalationes calidas, fit, vt aqua ſit calida quemadmodum

Dubit.

Dubit.

Solut. 1.

Solut. 2.

modum eadem ratione ventres, & mirari satis non possum Galenum, qui tertio de simplici medicina cap. 7. dixit, aquam putealem videri calidam, quia manus sunt frigidæ; & æstate frigidam, quia manus sunt calidæ, vt vrina in balneo; Nam etiam calefactæ manus ad ignem sentiunt calidam aquam putealem in hyeme. Vtilis est aphorismus ad multa; primũ ad hoc vt medicus intelligat quãdoquè frigidos morbos à frigidis auxilijs curari, deinde vt cognoscamus beneficio caloris omnia concoqui, & propterea semper illius curam esse gerendam, demum vt sciamus semper respiciẽdas esse ætatem, & naturam ægrotantiũ, atq; aeris conditiones, tamquam maximè referentes ad curationem auxilijs debitis instituendam. *Vtilitas Aphor.*

---

32 Calidum suppuratorium non in omni vlcere, magnum ad securitatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, conuulsiones, & distentiones mitigat, & ex his quæ ad caput attinent, eius soluit grauitatem, plurimum autem confert ossium fracturis, sednudis præcipuè, eorumquè maximè qui in capite vlcera habent, & quæcumque à frigore moriuntur, vel vlcerantur, & repentibus comesis, sed, pudendis, vtero, vesicæ, his calidum amicum, & iudicans, frigidum inimicum, & perimens.

MVLTA dixerat Hipp. in antecedentibus aphorismis de frigidi, & calidi effectibus, atq; in postremis verbis superioris aphorismi dixerat, calorem à frigido reuocatum ea soluere; ideo cum (vt dicebam) calidum sit instrumentum, quo natura vtitur in cunctis operibus, & cuius in medicina facienda vsus omnium maximus est, nunc præcipuos illius effectus, atq; communẽ vtilitatem proponere voluit, s. vt doceret, in quibus potissimum debeat medicus curam gerere ipsius. Aphorismus satis longus est, ita vt videatur complures aphorismos complecti, ac propterea posse in plures partes diuidi; Verũ tamen erit ipsum in duas partes secare, ita vt prior sit in qua de calore copiosius agit, secunda verò in qua breuissimè quid frigus faciat proponit; Est autem sententia tota curatoria, sine ratione. (*Calidum.*) Cur Hipp. enumerare cœperit calidi opera, ob ijs, quę non facit, si quod in aliquibus vlceribus non sit suppuratorium iure aliquis scisciari posset; Sed cum propterea hic locus valde sit salebrosus, atq; ab omnibus fere diuersis modis interpretatus, puto Hipp. in primis hic non solum de aqua calida, vt nonnulli existimarunt, sed de quolibet alio medicamento calido tã actu, quàm potestate, nam ad faciendum pus non modo curamus, vt quæ sunt calida potestate applicemus, verumetiam, vt sint actu calida. Itaq; cum Hippoc. in hoc aphorismo de operationibus, atq; rebus ad chirurgiam potissimum attinentib. verba faciat, vt apparet diligentius singula expendenti atq; in his omnium maximè attendatur, & procuretur ipsa suppuratio, de hac primum loquitur, dicens à calido ipsam subministrari, atq; eandem maximum esse ad securitatem signũ, licet non in omni vlcere, ita vt duo, his verbis, documenta latenter tradat; alterum est, vt in vlceribus semper attendatur suppuratio, siquidẽ, vt dicebat 6. Epid: sect 3. tex. 11. Et Auic 2. quarti tr. 1. cap. 17. in fine, quod suppuratum est, non fouetur, quia in ipso est crisis, coctio, & abscessus. Alterũ est, vt non in omnib. *Connexio. Scopus. Diuisio. Docum. 1 2.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 500 sur 867

©BIUM

vlceribus id temere fiat, ſed in quibus tantum opus eſt. Quæ verò ſint illa vlcera, in quibus abſtinendum eſt à calido ſuppuratorio, enumerat Galenus in commentario, quod etiam habet lib. de tum. præter naturã, ſecũdo de præſag ex pulſ. & ſecũdo ad Glauc: ſ. vlcera putredinoſa dyſepulota, maligna, & ſimilia; ſententia ergo Hippocratis eſt vbi calidum ſuppuratorium requiritur tàm in vlceribus, quàm alijs, maximum ſecuritatis ſignum eſſe vbi fit ſuppuratio, quippe quæ effectus eſt caloris partim naturalis, partim præternaturalis, vt ſæpę Galen. docuit, Auuenzoar, & Auuerroes. (*Cutem,*) qđ hoc in loco dicit Hipp. idem fere eſt, atq; illud quod dixit aph. 16. nempè carnem effeminare: Sed differt quia ibi de qualibet cute, hic de indurata vel cõgelatione, vel exiccatione, vel repletione flatus, vel humoris, & eadem etiam habentur in fine lib. de liquid: vſu, ſed Galenus, ita intelligit tamquam Hipp. dicat: cutem duram emollire, & craſſefactam extenuare, nam emollit, quia meatus ſubintrans, quicquid congelatum eſt, intra cutem diſſoluit, cum dictum ſit 4 metheor: ea quę indurantur à frigido ſicco, diſſolui à calido humido, Extenuat verò, quia craſſas partes in halitus conuertens eas diſſipat; ſic enim videmus id quod dicit Ariſtot. in probl. veriſſimum eſſe, eos qui lauacra ingrediuntur primum carnes tumidas habere ob vapores, (quod etiam dicit Hipp. lib. de carnibus,) qui ſtatim ſubtus cutem excitantur, paullo poſt autem eas ſubſidere, quoniam halitibus illis conſumptis ceſſat tumiditas, Et certum eſt hos effectus potiùs calidæ temperatæ quàm nimis calidæ eſſe tribuẽdos, quod non ſolum dicat Galen: lib. de aſſuetud: & Ariſt. in poſtremo prob. à nimio quolibet calido corpora exiccari, verumetiam, quia experientia quotidiana id ſatis teſtatum facit, & Hippoc. dicebat lib. de off: medici, magnam copiam calidæ aquæ optimam eſſe ad laxandum, & attenuãdum, mediocrem verò ad mollendum, atque incarnandum. Et Gal. lib. 5. de ſimpl: med: c. 7. 8. 9. vbi de mollientibus, & ſuppurantibus diſertiſſimè tractat, ponit id diſcrimen inter vtraq; quod ſuppurantia ſint calida humida temperata, necnon emphaſtica, ſummam temperaturæ humanæ ſimilia, At emollientia ſint paullo calidiora, & ſicciora, vnde 6. Epid: ſect. 3. tex. 29. omnis extenuatio cutem laxat. (*Dolores*) frequentiſſimum hoc eſt apud Hipp. ſ. calidum moderatum dolores ſoluere, nõ quòd ſemper, & integrę cauſſam auferat, ſed quia acrimoniam humorum placat, diſtenſionẽ mitigat, tandemq; moderantiam quandã carnib. affert, merito cuius quaſi reducta natura ad ſtatũ propriũ moleſtiam nullam ſentit. (*Rigores, &c.*) eadem ratione calidũ moderatũ, & præſertim aqua; rigores, cõuulſiones, & diſtentiones mitigat, q̃a ſiue rigor fiat ab acrimonia, ſiue à frigido, à calido moderato vtraq; cauſſa placatur, & ſimiliter cõuulſiones, & tetani, ſiue à repletione, ſiue ab inanitione fiant, calidę aquæ applicatione, aut etiam olei, mitigantur, propter qđ ſolemus eos, qui cõuelluntur in oleũ calidum mergere, & notandum eſt, non ſine ratione Hip. vſum eſſe verbo παρηγορικόν, i. mitigatoriũ, quoniã nõ vere curat cũ potius ipſum affectũ, quã causã adimat, cuiuſmodi dicebat Gal. 5. de ſimp: med: ea eſſe q̃ propriè anodina dicũtur, ac tẽperata ſunt. (*Grauitatem capitis.*) Calidam aquã capiti dolenti affuſam eius grauitatẽ tollere alias dixit Hipp. idq̃. facile probatur hiſtoria Metonis, quẽ dicit poſt capitis fuſiones quieuiſſe, & mente conſtitiſſe, imò ipſemet Hippocr. tum 2. Epid: ſect: 6. tum 7. aphor. 42. dicebat etiam

in

in febribus, non à bile, nec pituita, sed à lassitudinib. vel alia occasione natis, calidam, eamque multam capiti superfusam tollere ipsam febrem. In hunc scopum etiam Veteres, vt habemus apud Plutarchum sympos: lib. 3. 12 & Athenæum 15. instituerunt coronarum, ex rosis, & hedera, & violis, atq; vnguentorũ vsum, vt crapulis iniectas capiti grauitates extinguerent, imò verò etiam pedum aqua calida lotiones, à capite grauitates, & dolores tollere, atq; etiam ipsis oculis prodesse, & Hipp. 5 ac 7. Epid. & experientia docuerunt; (*Fracturis ossium:*) Quod calida grauitatem capitis soluat, ratefaciendo, dissipando, dissoluendo, satis aperta ratio est: At non ita manifestum est, quomodo calidum huiusmodi vsu fracturis conferat, nisi dicamus hoc Hipp. etiam laudasse in lib: de fracturis, atque de articulis non simpliciter, sed vbi ossa fracta, aut luxata dirigenda, atq; remittenda sunt, in quo opere feliciter obeundo, vti magnopere nocet frigus, sic singulare iuuamentum adfert calidæ aquæ vsus, præsertim quando ipsa ossa denudata sunt, necnon vlceribus coniuncta, quibus omnibus iam dixerat frigidum esse inimicum, nempè quod præceteris conuulsiones faciat, (*Eorumque maxime qui in capite vlcera.*) Vlceribus capitis, quæ omnia periculosa dixit Hipp. lib. proprio amicum imò verò, & necessarium esse calidum apud omnes compertum est, propter quam causam, & sub aere feruentissimo solemus in curandis capitis vulneribus, curari diligenter, vt caleant, nec vmquam ab aere contrectentur, quàm quantumuis calidum, semper tamen esse cerebro frigidiorem dixit non semel Galenus. Sed dubitare licet, quomodo hoc verum sit in vlceribus, de quibus in vniuersum loquens Hipp. lib. proprio, initio dicebat, vlcera nullo alio liquore præterquam vino esse contrectanda, Sed est sciendũ, quod scribit Gal. 3. & 4. meth: s. alia ratione conuenire vinum, alia ratione hic commendari aquam calidam, nam vinum conuenit vlceri, qua vlcus est, nempè quod eget exiccatione, & adstrictione ad vniendum, quas res præstat vinum, calidũ tamen actu; confert verò etiam aqua calida præsertim in capite, pro dissoluenda sordicie, & pro emundandis excrementis, & nimia siccitate compescenda, in quo casu quomodo sit administranda tepida lucullenter docuit Gal. 4. meth. initio cap. 2. nisi dicamus, quòd alijs quoq; magis placuit, non omnia quę hic docuit Hipp. esse de calida aqua intelligenda, sed etiam de vino atq; alijs rebus actu calidis cõuenientib. cum iã statuerimus nomine calidi non aquã solam, sed quodlibet remediũ calidum actu, & potentia. Vinũ autem ulcerib. aplicandum debere esse nigrũ adstinguens, ac substantia crassum monuit Gal. 5 de fract: & 4. de artic: vbi etiam Hipp. iubet in luxationib. cum vlcere plagulas vino, necnõ lanas sordidas uino, & oleo imbutas administrari, quomodo peregrinus ille vulnerato adhibuit uinum, & oleum iuxta Euangeliũ, Sed adhuc dubium oritur, an hoc uerũ sit in uniuersum, quandoquidẽ Hipp. in lib: de vulneribus capitis scribit: vulnera capitis nullo liquore, neq; nam vino esse tangenda, Pro cuius dissolutione dicendũ est, quod tradit Gal. initio 4. Meth: s. primum scopũ vulneris esse vnitionem, ad quam obtinendam necessarium est prospicere, ne quodpiã inter partes vniẽdas sit, vnde & uinum, & aqua, & omne aliud est remouendum, ad hoc vt unio commodè fieri queat, qđ verò dicũt aliqui Hip. excipere uinũ ab ulcerib. articulorũ, à capite, & ab osse denudato, non habet probabilẽ rationẽ, cũ etiã capiti vulnerato

Dubit.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 502 sur 867

©BIUM

vtiliter uinũ addatur (*Et quæcumque à frig.*) frigidum mordere, atq; mortificare satis retro est comprobatum, quo fit vt vbi huiusmodi pericula imminent, prospiciendum sit vsu aquæ calidæ, vel etiam aliquo alio corpore calido; ita tamen vt à frigore vlceratis, vel mortuis pene partibus, calidum non statim magnum, sed moderatius adhibeatur, deinde ἐκπροσαγώγης, addatur, sicuti plerisq. in locis monuit Hippocrates, & præsertim 6. Epidem. sect. 2. t. 25. Nam Aristot. 8. sect. probl. 15. quærens cur qui vehementer sunt refrigerati dolent, si statim copioso igne concalefiant, si vero paullatim tepefiant, sine magno dolore recreantur, inquit esse, quoniam omnis commutatio repentina à contrario in contrariũ est uiolenta, & dolorosa, vt contingit in ramis arborum, qui si subito in aduersam partem flectantur, franguntur, sin autem paullatim, nequaquam rumpuntur. Nam calor, qui frigore intro collectus est, si tepore paullatim extra ducatur, nulla molestia sequitur, sin autem nimio calore, id fieri tentetur, suo illo vehementiori attractu, magis lædit, quia humor in cute existens violenter cogitur, ignem refugiens, vt in humidis lignis apparet, sicq. dolorem maiorem parit, (*Et erpetibus exedentibus*,) inter alia beneficia, quæ à calore conferri scribit Hipp. est iuuamentum, quod vsu ipsius capiunt vlcera serpentia, & exedentia; hæc enim cum fiant a bile acri, & mordaci, fotu aquæ calidæ ipsum placari

Dubit. non est dubitandum, Sed hac de re dubium non contemnendum oritur, quoniam Gal. 2. ad Glau: cap. 2. tradens curationem herpetis exedentis, frigida, atque exiccantia commendat, ab humectantib. autem, qualis est aqua calida, magnopere cauet, imò verò idem Galenus alibi, ad compescendũ serpentium malorum perniciem, summe exiccantia laudat, quales sunt pastilli Andronis, & Polidæ Et Arist. 1. sect: probl. 50. quærens rationem, cur vlcera sordida, & praua curẽtur medicamẽtis siccis, & erodentib. pura verò tantũ siccis (sic enim legi debere, & non humidis ratio, & verba docent) respondet: impuris esse aliquid detrahendum, puris verò cicatricem inducendam, quod fit siccis: Pro cuius solu-

Solut. tione dicere oportet, vel vt aliqui calidum non potentia: sed actu tantũ ab Hippocrate intelligi, vel eum loqui de initio Herpetis doloroſi, in quo comprimendo primum incumbendum est in dolorem tollendum, à quo fit attractio humorum ad partem dolentem; tollitur autem dolor moderate consumptis ichoribus à calore. Nam aliud est scopum dirigere ad intemperiem corrigendam, aliud ad materiæ morbificæ consumptionem, in eo enim calida adhibeantur, vt Galenus fecit 5. Meth. in casu illius Romanæ, in hoc autem contraria, quòd verò ait Aristot. 32. partic: problem. 7. aures siniſtras perforatas citius consolidari dexteris, & similiter vlcera iuuenum citius consolidari, quam senum ob caliditatem, & humiditatem, id est intelligendum de coalitu partium, quæ uerò non possunt simul coalescere, vbi siccæ sunt, atq; humido continuatiuo carent. (*Sedi*) partium affectarum naturas habere proprias indicationes compertissimum est apud Hippocratem, & Galenum. Itaque non sine ratione in præsenti docturus commoda ipsius calidi, à quib. partibus illud indicetur, voluit etiam significare; atque has potissimum scribit esse quatuor anum, pudendum, vterum, & vesicam: hos autem maximè uoluit nominare, tùm quia sunt in tota vita magni momenti, tùm, quia cuidentissimę ipsis calidum prodesse conspicitur,

non

non tantum, quia neruosæ partes sint, quantum quoniã habent vsum toti corpori communem, merito cuius, vt dicebat Auuer: de stomaco lib. 7 collect: cap. 26. semper calor ipsorum nativus custodiendus est, Nã de sede satis apertè Galenus ait: calidum ipsi proprium, atque vtile esse, ob neruosam ipsius constitutionem cui frigus inimicum est, & à qua sicuti ventri communicatur frigiditas haud secus quoque & caliditas 6. etiam Epid: sect. 5. tex. 26 dicebat; Galenus calidam aquam laxare sedem, sicuti frigus ipsam condensat, & cohibet; neque solũ ipsi sedi à calore vtilitas accedit, verũ etiam toti ventri, quemadmodũ à frigore nocumentum. (*Pudendo*) de uirili Hipp. loqui non est dubitandum, cũ statim subiungat vterum, Iam verò pudendum virile dicebat Arist. esse ueluti quodã animal separatum, quod sicuti suapte natura calidum, atque humidum est, sic non est dubitandum, quin à calido magnum iuuamentum percipiat, atque inde etiam commoditas insignis in pectus redundet, cum quo magnam eum habere conuenientiam docuit nos Hipp. 2. Epid: (*Vterum.*) Verum est quandoque nimium vteri calorem mulieribus non modo corpori, uerum etiã animo ingentia detrimenta afferre, at multo plura à frigore, semper autem à moderato calore beneficium acquirit, tum quia est pars maximę neruosa, tum generationi, & fœtus conseruationi est destinata, quibus operationibus perficiendis semper est opus calore (*Vesicæ*) Vesica pariter tota pene est neruosa, necnon expulsioni vrinæ destinata, propter quæ duo fit ut semper calido cõseruetur, quę similiter est ratio cur hyeme minus animalia mingant, quàm æstate, sicuti timentibus soluitur vesica, quoniam ut ait Arist. 4. prob. sect. 8 coactus calor, ad inferiora secum trahit humorem. (*His autem.*) An hæc pars referatur ad partes tantum cõmemoratas, an uerò ad cuncta superius enarrata dubitari certè posset, uerum ipse non dubito, quin sit referenda ad omnia, neque obijciendũ est, uideri hæc uerba superuacanea, quoniam cum res magni momenti est, solet Hipp. ut sæpe dixi eam repetere, quo magis legentium animis imprimatur; præterquam quod Hipp. non solum repetit, quod supra dixerat, uerum etiam addit aliquid, nempe calidum esse amicum, & κρίνον, ideſt iudicans; nam cum de morbis, atque partib. esset locutus, ac morbi feliciter per iudicationes soluantur, partes uerò calore tãquam amico quodam recreentur, non ab re dixit Hipp. esse amicum respiciens ad partes: esse uerò iudicatorium respiciens morbos, quasi dicere uoluerit, non solum à moderato calido fieri quæcumque dicta sunt, verumetiam partes prædictas ueluti deliciari, atq; morbos ipsos finiri. (*Frigidum autem,*) ut dicebã, possunt hæc uerba haberi pro secũda aph. parte, quæ & ipsa uideri posset superuacanea, cũ contraria contrarijs noscantur, Atqui voluit Hippocrates ea subiungere, quoniam interdum etiam à frigido fiunt effectus calidi, neque enim frigidum per se opera naturæ ingreditur, quemadmodum calor, sed tantum vt calorem temperans generationi, atq; rerum conseruationi famuletur. Et notanda hic sunt duo, unum est Hippocratem suo more dichotomiam illam calidi, & frigidi seruasse, aliud est, contrapositisse voci (φίλον, ideſt amicum) uocem (πολέμιον, ideſt inimicum,) quia vere hæ duæ uoces rem contrariam significant, cęterum uoci (κρίνον, ideſt iudicans) contrapositisse uocem (κτείνον, ideſt occidens,) quoniam calor in morbis non per se, & immediate salutem operatur, sed plerumq; Not.

medio

medio iudicationis alicuius, siue perfectæ, siue imperfectæ, At frigus propria ratione mortem inducit, imò etiam calor immodicus, vt febrium ardentium si quando interimit, illud facit extinguendo calorem natiuum, & frigus inducendo, ut ostendunt sudores frigidi, liuores, aliaq. frigiditatis indicia, & symptomata. Cæterum in partibus corporis secus est, quandoquidem illæ, ut custodiuntur à solo calore, sic eius opera ad operationes proprias obeundas utuntur, ac propter ea solet calor à medicis dici; modo uirtus ipsa totius corporis gubernatrix, modo primum illius organū, Vtilis est aphorismus magnopere ad medicinam faciendam, quoniam docet indicationes à partium natura esse semper sumendas, non modo in eligendis remedijs, verumetiam ipsorum mensuris determinandis, atque hoc tàm in primis, quàm in alijs qualitatibus, quarum etsi mentionem Hippocrat. non fecerit ob breuitatis studium, uoluit tamen docere, quod quemadmodum in administrationibus calidorum, & frigidorum remediorum semper habendus est respectus ad partium, atque morborum naturas, ita quoque incedendum est, in quibusuis qualitatibus præsidiorum usurpandis.

Vtilitas Aphor.

---

23 *In his frigido vtendum vnde fluit sanguis, aut fluxurus est, non ad ipsa, sed circa ipsa vnde influit, & quæcumque in flammationes, vel in flammina ad rubrum, & suboruentum sanguine recenti tendunt; nam veteribus nigredinem affert. Erisypelas etiam non vlceratum iuuat, nam exulceratum lædit.*

Connexio.

PERGIT Hipp. tractare de frigido & calido, cumque in posterioribus antecedentis aphorismi verbis dixisset frigidum esse inimicum, atque interimens, ne importuno illius usu aliqua exitiosa detrimenta sequantur, uoluit in præsenti docere, & in quibus morbis, & quomodo sit illud caute adhibendum, & certè uix alibi reperietur Hipp. tanta diligentia usus, quanta in hac tractatione, quod sciret frigidum malę administratum posse eximia damna producere: Est autem hæc sententia practica tota, est .n. præceptum curatorū in qua

Scopus. Diuisio.

scopus Hipp est docere frigidi rectā administrationem, & quamquā ratione careat potest tamen in tres partes secari, quarum prior est. (*In his autem.*) Secunda pars est. (*Et quacumque phlegmonæ*) Tertia est. (*Erysipelas autem, &c.*) In prima igitur parte, quod uult docere est, frigidę, uel frigidum usum maximè ualere ad sanguinis fluxum compescendum: sed non illi parti esse adhibendū, unde profluit, uerum partibus circum circa positis. Exempli gratia, ut de sanguinis è naribus fluxu loquamur, quo solo dicebat Arist. 10. probl. sect. 2. solum hominem inter cuncta animalia tentari, quoniam cerebrum magum, & humidissimum habet, ita vt sanguis capitis tenuior, & copiosior euadat, propterea q. facile elabatur) certè vbi is profluit, non ipsis naribus, sed mento collo, fronti debet adhiberi, nam Cassius medicus in probl. 34. quærens rationem ob quam quanto magis nares aqua frigida tractantur, cò copiosior exit sanguis, rationem esse respon-

det,

det, quod violenter repulsus sanguis in proximas partes eas magis distendit, ita vt maiorem vim, atque impetum acquirens, postmodum fortius sese per eaidem vias vnde pellitur exerat, Accedit, & illud quod ait Galenus, frigidum mordere vlcera, iam verò pars à quà fluit sanguis cum patiatur continui solutionem, & iccircò communiter saltem possit dici vlcerata, procul dubio a frigore mordetur, & consequenter magis irritatur ad sanguinis profusionem, sed si partib. ipsis, à quibus sanguis manat ad nares, vt fronti, temporibus, mento frigidum applicetur, duo sequuntur, Vnum vt vasa illa adstringantur, alterum, ut sanguis nõ ad locum apertum, Sed ad posteriora pellatur, atq, ita sanguis cohibeatur, hoc autem quod dixi de sanguine è naribus fluente, idem quoq; dici potest de fluxu sanguinis aliarum partium veré vlceratarum, quib. retro præcipit iterum Hipp. ne frigida adhibeantur, & dixit Hipp. (*quibus sanguis fluere debet*,) quoniam si adhibenda est omnis diligentia, vt prospiciatur sanguini fluxuro, multo magis prospicere oportet, vt fluens compescatur, Vnde cognoscens Hipp hoc ab omnibus intelligi, voluit breuitatis gratia tantum de sanguine, quod fluere periclitatur, monere; quamquam & hic quoq; variant codices, cum aliqui habeant, tantum (ἀιμόῤῥαγέειν μέλλει) aliqui verò (ἀιμόῤῥαγέει ἢ μέλλει) quod etiam similiter retro habetur; (*Ad inflammat.*) Hęc est secunda pars. Quoniam dixerat Hipp. in sanguinis fluxu frigidum esse adhibendum, circà partes vnde fluit; Ne quispiam id intelligeret, tam quam in cunctis sic esset intelligendum, iccirco statim excipere voluit ea, quæ præcipue supra sese frigidum medicamentum postulãt, vt sunt verę inflammationes, incendia, atq; Erysipelata, & vbicumque ardores rubri apparet, In his enim medicamenta sunt super ipsas partes frigida adhibenda, verum non omni tempore, sed dum adhuc recens est sanguis ad partes illas colorandas fluens, hoc est in initio, in quo præceptum commune medicorum est, repercutientib puris uti, quemadmodum in augumẽto utimur mixtis repercutientibus, cum resoluentibus, & in statu magis resoluentibus, aut suppurantibus, quod tamen de inflammationibus ruboribus, atque Erysipelatibus sine ulcere accipiendum est. Nam ubi rubor adest in parte, aut flauities in Erysipelate, cum sanguis sit adhuc in motu, vel bilis, facile est eos humores à parte depellere, cum sua sponte calidi succi fugiant à frigido, Vbi verò diutius manserint alicubi, quod cognoscitur liuore, & nigritie, quam inducit sanguis extra proprium locum, idest uenas ipsas manens, si frigida adhibeantur, cum ea nequeat effugere succus calidus, fit ut magis compingatur, neque suppurari, aut dissipari queat, quę duæ operationes solius calidi auxilio perficiuntur, imò verò ubi partes sunt iam denigratæ, ita ut uel suggillatio, vel etiam gangrenæ timeri possint, non modo calida, uerumetiam calidissima adhibere solemus: Itaque sic statuendum est, frigidum ipsis quidem partibus laborantibus adhibendum esse, siue aquam, siue succum, ut semper uiui, lactucæ, & similium, in inflammationibus ruboribus, & Erysipelatibus, modo sint recentia, atque sine ulcere, In alijs uerò fluoribus sanguinis frigida partib. circumsitis applicãda sunt, tum ob causas antedictas, tum qa licet plus spacij cõprehẽdere & ideo magis repellere, tũ quia minus doloris, & grauitatis ipsi affectæ parti infertur; Vtilitas pẽtis aphoris. insignis est in faciẽda medicina, & præsertim in recta administratione *Vtilitas Aphor.*

me-

©BIUM

medicamentorum frigidorum, & repellentium sunt enim plura documenta, quæ nobis hac una sententia reliquit Hipp. ac primum est, vt vbi cohibendus est sanguinis fluxus, frigida remedia non supra ipsam partem ex qua fluit ponantur, sed supra ipsi vicinas, & coniunctas. Etsi enim diuersionibus, euacuationib. alijsq. ingenijs comprimere soleant medici fluentem sanguinem, vsus frigidorum tamen est præcipuus, Verum enim verò, neque hoc semper vsu venit, vt frigido remedio liceat fluentem sanguinem cohibere, præsertim hæmorrhoidalē, & menstruū, vnde prudenter Hipp. dixit. (*In his oportet*,) idest in quibus oportet frigido vti, sic est utendum, perinde ac si dicat vbi est indicans, nec adsit validum prohibens, Secundum documentum est, ut frigida applicentur loco ipsi affecto in inflammationibus, Erysipelatibus, & partibus affectis colore rubeo, & sanguineo recentibus, non vetustis; nam in his recentibus succus morbificus tenuis est, atq; in motu, quo fit ut possit eius feruor extingui, aut saltem ab affecta parte amandari; vnde patet præceptum illud de usu repercutientium in principio tantum morborum, esse etiam ex hoc Hippocratis loco captum, quemadmodum etiam & illud, ne in inueteratis hisce affectibus frigida adhibeantur propter rationem iam retro propositam, scilicet quia materia iam fixa est, nec potest inde repercutientium vsu pelli: nam etsi ratione qualitatis ipsius materiæ peccantis conuenire possent refrigerantia, tamen plura quoque possunt esse impedimēta, s. si morbum patiens sit emunctorium alicuius præcipui membri, ut subaxillis, iguina, subtus aures, nam si in his imprudenter repercutientia adhiberentur in principio, periculum esset, ne materia propelleretur ad membra proxima nobilia, quod detrimentum multo maius esset, quam iuuamentum. Id quod etiam dicimus vbi materia morbifica est uenenosa, uel per uiam crisis eo pulsa, uel iam in parte admodum firmata, & ueluti agglutinata, in his enim cunctis casib. haud licet umquam frigidis remedijs uti, Tertium documentum est, ne frigida prędictis affectibus etiam incipientibus adhibeantur, ubi sunt cum ulcere aliquo, quoniam ut dictum est frigidum ipsis ulceribus semper inimicum est. Neque ualet à frigido calorem natiuum corroborari illo repercusso, atque ita meliores coctiones fieri; atque medicos sæpę ipsis uulneribus, albumen oui cum pulueribus refrigerantibus immittere, quoniam id per accidens est, & plus ualet contraria indicatio: siquè frigida adhibent, non adhibentur actu, & solum propter uim exiccandi, ac commixta cum alijs.

2.

3.

---

24 *Frigida qualis nix, & glacies pectori inimica, tusses mouent, & sanguinem, & destillationes.*

PLACET Galeno Hippocratem hactenus de aquę frigidæ natura, & effectibus uerba fecisse, nunc uerò ut frigidi tractationem absolutius tradat, pergere in tractando de frigiditate, niuis, & glaciei, Ipse autem quia puto, quæcumque dixit hactenus de frigido posse cuiuis materiæ medicæ conuenire, placet potius Hippocratem uoluisse hac sententia deterrere homines, & sui, & posteri tēporis ab usu niuis, & glaciei, quarum etiam tunc frequentem usum in potib.

Connexio.

& cibis

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 507 sur 867

& cibis fuiſſe non eſt dubitandum, ita vt in præſenti ſcopus ſit ſenis monere homines, ne imprudenter vtantur glacie, & niue, quod exitioſa detrimenta inducant, Eſt autem dogma theoreticum; Sed poteſt quoq; eſſe præceptum præſeruatorium, licet ſit abſquè ratione, & indiuiſibile, niſi velimus vnamq. condicionem huiuſmodi frigidi propoſitam facere particulam, Sed vt cumque ſit, Hippoc. in hoc aphoriſmo quattuor memorat effectus, quos glaciei, & niuis vſus producit, primus eſt, quod lædit pectus, ſecundus quod tuſſim mouet, tertius, quod ſanguinis fluores prouocat, quartus quod eſt καταῤῥῖνον, ideſt deſtillationibus occaſionem præbet, Quoniam autem Hippocrates nullius demonſtrationem affert, nos ſingula paullìſper contemplabimur: *(Frigidum.)* Pro frigido cum poſſit intelligi de ſola qualitate, necnon de ipſo corpore frigido, puto hic accipiendum eſſe de vtroque, vt enim temporibus noſtris, non deſunt, qui non contenti potibus vti niue, vel glacie refrigeratis, de quibus loquebatur Martialis dum ſcripſit.

Scopus.

Niuis & glaciei effectus, qui.

Non potare niuem, ſed aquam potare rigente,
De niue commenta eſt ingenioſa ſitis.

Verumetiam ipſam glaciem, & niuem rodunt, ac deuorant, ſic etiam temporib. Hippoc. atque in eius regione ſatis calida, credendum eſt non defeciſſe, qui idem facerent, ſicut Arabes quoque ſiccis in regionibus fieri ſolitum teſtantur, Cęterum de frigiditate niuis, & glaciei multa præter Ariſtotelem, philoſophatus eſt Plutarchus in lib: de primo frigido, & in ſympoſiacis, & vere dignum eſt conſideratione, cum glacies, & nix nil aliud ſint quam ipſa aqua, vt oſtenditur ipſarum eliquatione, per quam in puram aquam conuertuntur, attamen ſunt ipſa aqua adeo frigidiores, vt eam ipſis magis refrigerari videamus, Et quod contendunt aerem eſſe frigidiorem aqua, dicunt propterea niuem, & glaciem eſſe frigidiorem, quoniam etiam aer aquę additus in generatione niuis, & glaciei augere poteſt frigus, eiuſquè penetrationem, ac propterea flumina non concreſcere in fundo, ſed in ſuperficie, quoniam ab aere nõ contrectantur, quemadmodum etiam experimento conſtat, aquam ex puteo extractã, & iterum in puteum demiſſam, ita vt non tangat aquam magis refrigerari, propterea què ab aere, qui Solis radijs non eſt calefactus tangitur, magiſquè refrigeratur, Niſi etiam dicere placeat, niuem, & glaciem ob denſitatem fieri frigidiores, ſicuti etiam videmus calorem in materia denſiore ſemper eſſe maiorem, quàm in rariore. *(Pectori inimica.)* Quæ ab Hippocrate hic dicuntur de glacie, & niue Auic: videtur accepiſſe tantummodo de malo ipſarum vſu, Is enim ſecunda 1. doct: 2. cap. 16. dicebat, niuem, & aquam glacialem, quam munda fuerit, nec commixta alicui rei perniciosæ, ſiue ſoluatur, & fiat ex ea aqua, ſiue cum ea deforis infrigidetur aqua, ſiue ipſa mittatur in aqua erit bona; Sed hoc fortaſſe dixit, quoniam cum ipſe viueret in regionibus feruidiſſimis, corpora hominum cum fructu, aut ſaltem abſquè detrimento frigus glaciei, atq; niuis tolerabant, qđ non contingit ſub plagis tẽperatiorib. Iá uerò immoderatũ niuis, & glaciei vſum obeſſe pectori, tã extrinſecus, q̃ intrinſecus, nõ eſt dubitãdũ, extrinſecus quidẽ quoniá coarctat thoracẽ,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 508 sur 867

©BIUM

ità vt difficilior reddatur ſpiratio, & ſi in ſanguinis reiectatione adminiſtrentur, repelēs eū magis intra, facit vt fortius erūpat; & qui ambulāt diu p niuē manifeſte ſentiūt lædi pectus, tū quia aerē nimis frigidum attrahūt, qui cordi & pectori eſt inimicus, tū quia extrinſecus organa pectoris plus quā par ſit cōſtringuntur, Hipp. 6. Epid: ſect. 3 tex. 10. hanc eandem ſententiam proponens, primam læſionem, & vltimam reliquit, licet quaſdam alias propoſuerit, quæ in hac ſententia deſiderantur: neq; tamen ſequitur omnes afferre voluiſſe, quandoquidem etiam frigus rale ventriculo Obeſſe certum eſt, cum ambulantes per niuem ob ventriculi læſiones famem illam incurrant, quæ βούλιμος à Græcis dicitur, & de qua re Ariſtot. diſputauit 8. ſect probl. 4 & Plutarchus 6. ſympoſ: 8. (*Tuſſes mouentia,*) non ſat fuit Hipp. dixiſſe glaciem, & niuem eſſe pectori in vniuerſum inimicas, verum, quæ præcipua in pectore faciant mala indicare voluit; ſcilicet quod tuſſim moueant, & ſanguinis eruptionem prouocent, quantum enim ad tuſſim pertinet, eam prouocant ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus adhibeantur, quoniam frigidus aer attractus, aut à potu frigiditas pectori cōmunicata mordet, ex quo irritata ipſius expultrix facultas, motum illum ciet, quod tuſſis dicitur, ſimiliter extrinſecus, ſiue applicata pectori, ſiue frigore communicato, dum nimium cōſtringunt moleſtiam pectori inferentes, ac expultricem excitantes faciendę tuſſi occaſionem præſtant. Nam hac ratione hyeme ſolent tuſſes frequentare: (*Sanguinem.*) Inter ea quę ſanguinis à pectore reiectationi materiam ſuppeditant eſſe tuſſim ſignificantur ex eo, quod ab illa ſi ſint venæ in pectore, aut pulmonib. adapertæ, magis, atque magis reſerantur, vt 5. Meth Galen. docet, tum. n. venæ frigidę, duræ, & rigidæ effectæ, à motu illo franguntur, ijſquè effractis profunditur ſanguis. Galenus enim quarto de locis affectis hunc eundem Hippocratis locum citans, non alia ratione à frigore venas frangi docet, quam quod eo rigidę, & diſtenſioni ineptæ reddantur, vnde poſt modum copiam ſanguineam non valentibus venis diſtenſione excipere, atq; retinere, neceſſario diuelluntur. Alex. etiam 1. probl. 117. diſputans quo modo Vitris ſi aqua calida hyeme priuſquam tepefiant imittat, illico franguntur, & quomodo ſit, ab Hippocrate dictum frigidum venas frangere, inquit eſſe quoniam calor penetrans vitra, & frigus obſiſtens in ea pugna diuidunt vitrum, aut quia à frigore exiccantur magis, ac propterea fragilia redduntur, ſicq; magis rumpuntur, ſicut etiam contingit venis, quod vitra habeāt poros licet inſenſibiles, per quos ingrediatur frigus, & calor, probat, quia æſtate frigida aqua vitris infuſa penetrat extrinſecus, ſicut etiam malum extrinſecus vitro affricatum aquam intus contentam, vel vinum odore inficit. Igitur venę ex eo potiſſimum franguntur, quoniam illę inſtar ligni à frigore exiccatæ, atque induratę fragiles reddantur, quod quidem non ita contingit in ſenectute alia ratione, in qua licet corpora ſint frigidiora, tamen venæ ipſorum difficilius franguntur, quoniam paullatim inducta frigiditas non affert vim, tum quia ſunt ſanguine, & ſpiritu extinctę, ita ut ſubſideant neque tendantur. (*Deſtillationes promouent.*) Quo modo frigus niuis, & glaciei deſtillationes pariat, Galenus docere breuibus voluit, quia ſcilicet thoracem, ac pulmones lædant, necnon cerebrum refrigerent, quaſi vero cerebrum ad mittendum paretur, pectus vero, ac pulmones, ad recipiendum; attamen nonnullis

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 509 sur 867

©BIUM

hæc Gal. explanatio haud placuit. Verum siue bibantur, siue extrinsecus adhibeantur manifestum est refrigerari cerebrum, ad quod sequitur, vt læso ipsius calore natiuo, coctiones frustrentur, atque inde pituita, ac succus crudus cumulentur, qui deinde eodem cerebro à frigore compresso ad partes pectoris, atque alias expressi destillationes pariunt, quo fit, vt quemadmodum alibi dixit Hippocrates: in constitutionibus boralibus, atque tempore hyemali, maxime omnium fiant destillationes ad oculos, ad nares, ad os, atque ad pectus, quod etiam ab Aristotele significatum inuenitur 1. sect problem. 11. Nonnulli Arabes ob linguæ græcę ignorantiam putarunt, quod vocat Hippocrates κρύσταλλον pro eo vero chrystallo esse accipiendum, quod etiam dicunt valere ad faciē dealbandam, & lac amissum recuperandum, sed multos alios similes errores ea gens commisit; Vtilis est aphorismus non solum ad speculationem caussarum, sed multo magis ad medicinam faciendam, tum ob præsentationem, tum ob curationem, Etenim ex hoc disci potest, quam male faciant illi, qui omni tempore indiscriminatim potibus, & cibis niue, aut glacie refrigeratis frequenter vtuntur, quos præ alijs damnis morbos articulares irremediabiles incurrere dixit vere Galenus, atque quotidiana experimenta satis docēt, quamquam, vt retro docuimus, si oportunę, & moderate etiam nix, & glacies adhibeantur, bonas esse dixit Auicennas. *Vtilitas Aphor.*

---

25 *Tumores articulorum, atque dolores absquè vlcere, & podagricos quoque, atque conuulsa, horum plurima frigida aqua large effusa leuat, & extenuat, soluitque dolorem, nam modicus torpor dolorem soluit.*

POSTQVAM in superiori de malis, quæ facit ualidum frigus egit, modo quæ commoda interdum ex ipsius oportuno vsu sequantur edocet, Est itaque ipsius sententia; frigidum multum affusum frequenter leuare, ac dolorem soluere, tumores, & dolores sine vlcere, necnon podagricos, atque conuulsorios affectus, adhæc moderatam stupefactionem doloris esse solutiuam, ita vt aphorismus sit veluti præceptum quoddam curatorium, vna cum ratione, ac ob id in duas partes diuisibile, Quarum prior est, (*Articulorum.*) Secunda est. (*Stupefactionem.*) Celsus libro primo capite nono, frigida prodest articulis, doloribusquè, qui sunt sine vlceribus. habetur autem hæc eadem sententia lib: de humid: vsu: sed paullo diuersa, Galenus autem satis breuis est in exponenda præsenti sententia, quod que vtile dicit dupliciter est, vnum, Hippocratem pro (τούτων τὰ πλεῖστα,) idest, (*horum plurima,*) intelligere tumores inflammatorios, aliasquè accensiones cum rubedine recenti, de quibus antea est locutus, & quas incipientes frigidis, & repercutientibus remedijs compesci certum est, tum quia alio mittantur influentes humores, tum quia sic corpora euacuantur, ac propterea dolorē soluunt, eiusq. caussam tollunt, Alterum quod dicit Gal. est moderatā stupefactionē propterea dolorē soluere, qa sensū hebetat; Cur aūt potissimū Hip. hic articulorū dolores cōmemorauerit, puto duas fuisse causas, *Connexio. Scopus. Diuisio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 510 sur 867

©BIUM

ſas, tũ quia hi dolores frequentiſſimè etiã ipſius tempeſtate contingebat, plurimumq. medicos fatigabant, tum quia (vt dicebam antea) ab vſu nimis, & glacici immoderato, de quibus in antecedenti erat locutus, maximè omnium fiant acerbiſſimi, & graues morbi, & dolores articulares, necnon podagrici, & conuulſorij, Sed dubitari poſſet, cur Hippocrates addiderit plurima horum, & vtrũ dolores, & tumores qui fiunt à frigido, ſimiliter à frigido curentur. Ad quæ reſponderi poteſt primum addidiſſe eam particulam, non quod excipiat vllum ex quatuor affectibus: Sed voluit dicere non omnes tumores, neque omnes podagras, &c. Sed aliquas ex his omnibus, vt tumores dolores podagras, & conuulſiones calidas; Deinde pluribus modis hoc fieri poſſe, vno quia materia dum eſt in motu quæcumque ſit, opera frigidi medicamenti, atque etiam ipſius aquę à loco dolente pellitur, Altero quia roboratus calor natiuus materiam morbificam facilius conſumit, tertio quia etſi cauſſam, & ipſum effectum non tollat, facit tamen, vt ipſius doloris perceptio impediatur, cum enim dolor ſit, vel moleſtia ipſa percepta, vel eiuſdem perceptio, certum eſt ſublata hac perceptione, ſimul tolli ipſum dolorem. (*Stupefactio*) hæc eſt ſecunda pars, in qua videtur Hippocr. reddere quodammodo rationem, ob quam frigus dolorem ſoluat, ſ. quia ſtupefacit, quaſi hæc ſit ipſius ratiocinatio. Modica ſtupefactio ſoluit dolores, at frigida multa affuſa moderate ſtupefacit, ergo affuſa copioſa aqua dolorem leuat, & tollit. At duo quæſitu digna ſunt, quomodo frigus ſenſum ſtupefaciat, & cur Hippocrates addiderit particulam μετρία, ideſt moderata, cum tamen loquatur de frigido magno, vt ipſa verba antecedentia teſtantur; Circa primum ſciendum inſtrumentum naturæ ad cunctas operationes rectè obeundas vnicum, aut ſaltem præcipuum eſſe calorem natiuum, qui ſi deminuatur eas quoque deminui, & interdum aboleri, ſin valde nimis augeatur, eaſdem deprauari contingit, quod enim de acutis operationibus ſomniauit contra Galenum Argenterius, vanum plane, & ocioſi ingenij opus eſt, Vbi igitur à frigidis remedijs calor natiuus deminutionem ſuſcipit, ea πάρκωσις, & παρκὴ ab Hippocrate, atque alijs nuncupatur, ſic etiam obliuionem, quæ eſt memoriæ deminutio, vbi ſola fit, à frigido fieri dicunt omnes natiuum calorem hebetante, propterea què à compluribus veluti quędam πάρκωσις memoriæ vocatur, quemadmodum etiam vbi motus ita ſtupore, & diminutione afficitur, Iam verò quod Hippoc. addiderit particulam (μετρία) vna cauſſa fuit, quia immoderata ſtupefactio, à ſummo frigore, ſeu caloris natiui deminutio magna, eſt potius quædam mortificatio, quam doloris albatio, & quamquam medicus quandoquè cogatur ad ſtupefacienda deuenire, ne magnitudo doloris nimium vires proſternat, id tamen eſt ſemper agendum ingenti cum prudentia, ac tantum in ſumma neceſſitate, ne potius occidere, quàm mederi videamur, Vocarunt quidem huiuſmodi medicationem, & Hipp. & Galen. doloris ſolutionem: Sed haud vera ſolutio, imò potiùs quædam ipſius occultatio eſt. Vtilis eſt aphoriſmus, primum quia docemur in quibus morbis, & ſymptomatibus liceat non ſolum frigidæ aquæ multa affuſione, ſed etiam alijs medicamentis refrigerantibus vti: neque enim ijs aſſentior, qui putant hic tantum Hippocr. loqui de frigidæ aquæ vſu. Deinde quia docet Hippocr. cauſſam propter quam potiſſimum iuuat, ſ. quod dolores

Dubit.

Solut.

Dub. 1. 2.

Solut. 1.

Solut. 2.

Vtilitas Aphor.

ſoluat,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 511 sur 867

soluat stupefaciendo moderare, postremo vtilis est aphorismus, quia docet Hippoc. modum, & quantitatem, vtendi ea, s. vt extrinsecus affundatur, quod fit ex alto paullulum instar stillicidij, vt multa, sed ita tamen ut non ingens, sed moderata fiat stupefactiò, nam intus sumere stupefacientia, atque ea magna tàm intus, quàm extra adhibere, valde periculosum, quod sic spiritus, & natiuus calor facile extinguuntur.

---

26 Aqua quæ cito calet, & cito refrigeratur leuissima est.

QVOD Hippoc. in antecedentibus locutus etiam interdum sit de vsu per os aquæ frigidæ, facile conijci potest ex præsenti aphorismo, in quo nullum alium habuisse uidetur scopum, quàm docere quomodo bonitas aquæ frigidæ vsurpandæ explorari debeat, s. si cito calefiat, & refrigeretur, Vnde etiam patet connexio præsentis sententiæ, quæ tota physica, breuis, sine demonstratione, atque indiuisibilis est, Habetur autem etiam 2. Epid. sect. 2. sed paullo diuersa, ibi enim ita scribitur ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον, καὶ ταχέως ψυχόμενον, ἀεί κουφότατον, hic autem dicitur simpliciter κουφότατον de qua re suo loco, Nunc autem videndum est, cur Hippocrates cum sint aliæ multæ notæ optimæ aquæ, tantummodo nunc leuitatis, quam cognoscendam ducit ex veloci calefactione, vel refrigeratione, nec enim dubitare oportet, quin de ijs loquatur, quæ ante ipsi aquæ inducuntur; id quod frequenter factitasse veteres ob varios usus etiam nos monstrauimus in uarijs lectionibus, hanc autem sententiam mutuasse etiam Atheneum lib. 2. Plinium lib. 31 cap. 2. Oribasium, Aretæum, alioquè omnes non est dubitandum. Iam uerò pluribus de caussis puto Hippocratem hic ubi maxime omnium breuitati studuit solius leuitatis meminisse, Vna fuit, quia hæc qualitas omnium maxime requiritur in aqua potabili, ne in hypochondrijs moretur diutius, quia cum, vt dicit Aristot. 1 probl. 13. 14. eius sit maximus vsus in cunctis cibis parandis, debet absquè omni grauitate esse, & propterea non sine ratione Corn: Celsus lib. 2. cap. 18 transferens hanc sententiam dixit: melior quæq. aqua est, quò celerius, & calefit, & frigescit, Alia caussa est, quia ceteræ condiciones optimæ aquæ hanc vnam consequuntur. Tertia & postrema fuit, quia hæc qualitas omnium minime conspicua cum sit, habet opus diligenti inuestigatione si quidem ponderib. non exploratur hæc leuitas, cum sint omnes aquę eiusdem, (ut plurimum) ponderis, ut etiam Plinius aduertit lib. 31. c. 3. sed alia ratione, & Veteres prius, quam alicubi urbes conderent, aquæ locorum explorabant uiscerum hostiarum contemplatione, ut scribit Vitruuius, cap 4. lib. 1. quasi uerò certum sit, vbi aquę ob grauitatem in uisceribus retinentur, ea mirum in modum vitiari, Aliq uerò condiciones aquę bonę adnumerantu, Tũ ab Hipp. lib. de aer: aq: & loc: tum à Gal. 6. Epid sect. 4. tex. 10. & 1. de simplicibus; tum ab Oribasio 5. collect: cap. 18. inter quas illę sunt, ut sint omnis odoris, saporisquè expertes, ut à fonte sint ad Orientem vergente, quemadmodum monet Hip. lib. de aer: aq: & loc: vel pluuia æstiua, atq; cum tonitru facta, quas etiam alendis

Connexio.

©BIUM

alendis plantis accommodatas esse dicebat Plutarchus 3. quæst. naturalium quæquæ sunt, qui non vsui quotidianæ: sed medicinę faciendæ hanc probent adhęc vt in eis legumina coquantur faciliter, & cito, quod quidem tenuitatis, arq; leuitatis signũ est, nã in quibus non coquuntur, prauæ sunt, & à veterib. propterea, uocãtur ἄτεραμνα, vt Plato 9 de leg: Plutarc 7. sym. 2. Gal. 6. Epid: sect 4 tex 10. (*Leuissima*) semper leuior dixit 2. Epi: sed nulla est differẽtia, quia quod leuissimũ est suapte natura, semper leuius etiam dici potest; Et quamquam dubitatum sit à plerisquè, vtrum hoc sit intelligendum de pondere, tamen rationabilius videtur quod ait Galenus, vt potius intelligatur de sensu, atque effectibus grauitatis, aut leuitatis, quæ solent percipi, in potu, alioq. aquarum vsu, quæ prout meliores, deterioresuè sunt, sic solent plus minusuè coqui, & viscera grauare, ac penetrare, & exire, nam vt ait Galenus, qui explorant aquam bibentium dispositione, & affectu, securissimo quidem vtuntur indicio, sed non solum hoc sumẽdum est, verum & alia ab ipso commemorata, præsertim verò, vt cito frigefiat, & calefiat, hoc est vt cito alteretur, quemadmodum enim extra faciliter alterãtur, sic etiam intra corpus, Vnde aquæ refrigeratæ niue, & vina, cum citius calefiant, quam quæ vel in cellis vinarijs, vel alio modo refrigerantur; non ita videntur damnanda, quemadmodum vulgus putat, modo tamen cętera sint paria. Et quod ait Plinius lib. 31. cap. 2. hanc Hippocratis sententiam esse intelligendam facta parium comparatione semper mihi placuit. Nec valet quod dicere videtur Aristot. 23. probl. 7. scilicet aquam maris, magis calefieri, quam potabilem, & similiter non valet, aquas lacustręs, & quiescentes citius calefieri, & refrigerari ob moram sub Sole, & Aere, neque tamen esse leuiores, quoniam sententia Hippocratis intelligenda, vt etiam dicebat Plinius cęteris paribus, quod quidem non est de aquis commemoratis, quæ ob admistionem terrestris materiæ sunt grauiores, etiamsi ob moram fontanis, atq; fluuialibus calefiant, magis, idest tenacius retineant; Vtilis est aphorismus ad medicinam faciendam, quoniam cum plurimum referat tam pro potu quotidiano, quam pro concoquendis, & parandis cibis, atque medicamentis bonam aquam eligere, hinc docemur, quo pacto huiusmodi electio sit facienda, vt tam ad conseruandam, quam ad recuperandam sanitatem magnopere conferat.

Vtilitas Aphor.

---

27 *Qui noctu bibere appetunt, his admodum sitientibus si super dormierint, bonum.*

CERTE non est facile præsentem sententiam connectere superiori, nisi dicamus eum superius de bonitate potabilis aquæ locutum esse; nunc subiungere non semper in siti eius potum esse necessarium, sed quandoquè ipsam sitim solo somno extingui, enim dubitandum est, quin potus sit necessarius vitæ animalibus ob distributionem cibi, & ne potum desererent animalia tradidit naturam sitim, ob quam ad bibendum coguntur, Aquam autem esse naturalem potum cunctis certum est, quandoquidem, vt apte dixit Plinius ex vini usu id plus habemus, vt etiam non sitientes bibamus, quæ cum siti tollendæ aquæ potabilis vsus seruare, non tamen id semper faciendum in omni siti monet Hipp.

sed

©BIUM

sed quandoquè etiam super dormiendum, quasi somno humectata viscera sitim auferant. Non minor quoque dubitatio est, ad quod genus sit hæc sententia referenda, an scilicet præceptum sit curatorium, an vero dogma prognosticum, & mihi placet, vt vtrumque sit, quemadmodum sæpenumero solent esse Hippocratis sententiæ, quę seruiunt tum ad prædicendum, tum ad curandum, est autem sine ratione, atque indiuisibilis. *(Quibus)* Hanc sententiam alibi apud Hipp inuenire non licet, quamquam, & grauis, & fructuosa sit; Cur autem Hippocrates de siti nocturna, quam de diurna sibi loquendum putarit, causam credo fuisse, quoniam tempestate sua communiter omnes plus vespere edebant, quam mane, aut meridie; vnde ratione tum copiæ, tum qualitatis ciborum sæpe contingebat, vt homines noctu valde sitirent, quod etiam hoc tempore fieri in cunctis pene conspicitur, qui aut plus consueto cenant, aut cibis calidioribus, atque siccioribus, necnon potibus meracioribus vescuntur, nam non solum ratione copię, & qualitatis ciborum incalescunt, & sitiunt, verumetiam aperto ore esse coguntur, id quod facere sitim, sicut & loqui multum non modo Hippoc. scripsit 6. Epid: sect: 8. verumetiam Plutarchus in fine lib. de garrulitate, Quòd etiam cibi calidiores faciant sitim, siue sint potentia, siue actu, non oportet dubitare, quando etiam panem calidum acceptum sitim generare dixit Hippoc. 4 de acut: & lib: de salub: dięta. Bene verum est, quòd horum, qui ab externa causa sitiunt noctu, aliqui magis, aliqui minus id patiuntur. Et Hippoc. hoc in loco de valde sitientibus loquitur. Vtrum autem de ægris, an verò de sanis loquatur non ita determinatum inuenio ab alijs. Ego vero puto de utrisquè intelligendum esse, quia sitis ægrotantium ubi à superueniente somno sedatur, bonum est, tribus rationibus, vna, quia signum est, nō adeo magnum esse morbum, magnamquè sitis causam, quin à leui remedio mitigetur. Altera est, quoniam somnus nocturnus in morbis semper bonus, vt causa, & vt signum, multoquè magis vbi symptomata sedat, sicuti malus est, qui laborem, & sitim facit, Tertia est quoniam vbi sitis à somno in morbis sedatur, id fit quia causę morbificę, & sitim efficientes, vel iam superatę sunt, uel saltem superari incipiunt. Itaque iure Hippocr. si audiatur de corporibus ægris, dixit. *(Bonum.)* Verum multo magis id quoque verum est de sanis, Sed cur Hippoc. potius dixit bonum esse, non autem sitim finiri? propter duas causas puto Hipp. sic maluisse loqui, vnam, quia non solum bonum est, vt causa super dormire, quod scilicet sitim tollit, atq; ipsius causam tollit, & coquit, verum etiam vt signum, quoniam vbi somnus sit, signum est, non adeo ingens esse malum, quin facile superetur, qui enim magna, & insuperabili siti torquentur, haudquaquam dormire possunt, siquè dormiunt, ore aperto dormientes vbi expergiscuntur multo magis sitiunt, Alteram, vt doceret non tantum curandum esse medico ut sitis nocturna hominum extinguatur, quantū ut alia quoq; bona comparentur. Vtilis ergo est aphorismus, non minus ad sanitatem tuendam, quam etiam ad morbos profligandos, & pręsertim eorum mores corrigendos, qui ubi sitiūt, statim ad potandum conuertuntur magno ualetudinis detrimento, Etenim noctu bibere, & indecorum, & inutile est, ueruntamen ęque noctu, atque etiam interdiu nisi sitis à somno compescatur id faciendum est, quod Galenus con-

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

sulebas

©BIUM

sulebat lib. 7. meth: vbi in siccitate ventriculi curanda indulgebat, nonnihil ad placandam sitis molestiam potare, & ipse vbi valde torquetur, aliquid aquæ gelidæ poto, à qua & sitim mitigari, & coctionem adiuuari sentio, imò & abluere manus aqua, & ipsas, atq; vniuersum corpus in eadē aqua mergere, & detinere, inter sitis auxilia connumerari soleo, quemadmodum Hipp. numerauit tacere, os claudere, & aerem frigidum haurire.

---

28 *Suffitus aromatum muliebria ducit, sæpius verò, & ad alia vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem.*

NON minus distat, hæc sententia à superioribus, quàm cœlum à terra, vt prouerbio dicitur, ex quo siquis continuationem inter ipsos inuenire laboraret ocio nimis abuteretur, Certum autem est hinc Hippocratem conuertere orationem ad rerum muliebrium tractationem, (quam initio libri quarti aphor: vix inchoatam statim dimisserat) atque eam portendere vsque ad 63. aphor: & in præsenti scopus ipsius est, docere modum prouocandi menstrua, quod naturæ tributum ita necessarium est, tā pro mulierum valetudine, quā pro generatione, vt Hippocrates voluerit medicum eas curaturum semper ante alia de ipsis menstruis diligenter percunctari debere. Est autem veluti præceptum quoddam curatorium, quod in duas partes (sine ratione tamen) secari potest, quarum vna est. (*Mulier*:) Altera verò est. (*Sepe verò*.) Vt autem primam partem exponere aggrediar, sciendum est hanc uocem (γυναικεία) apud Hippoc. & alios medicos interdum significare omnes affectus muliebres, de quib. cum scriberet Hippoc. libro fecit titulum περὶ γυναικῶν, interdum verò significare purgamēta partus, alias λοχεῖα, à nostris puerperia dicta, vt habetur in Coacis prænont: & à Gal. in hoc loco, frequentissime autem omnium significare τὰ καταμήνια, idest ea mulierum purgamenta, quæ singulis mensibus, aut altero copiose, altero minus, (ut voluisse videtur Arist.) ex utero mulierum exeunt, hic autem vult Galenus Significare purgamenta post partum, atq; menstrua, nam cū mulier esset nutritura fœtum intra vterum, atque extra, opus erat, vt copioso sanguine abundaret, non quod esset calidior mare, quemadmodum male censerunt aliqui veteres, cæterum quia quo tempore neque gerit, nec ubera præbet, copiosior ille sanguis valde ipsi nocuisset, ea propter voluit ut singulo mense portio illa superuacanea blande euacuaretur, quod ni fiat, varij, & graues morbi solent ipsis mulieribus contingere, ut ob hoc medicus debeat semper satagere, quo debito tēpore fluant menstrua. (*Eductorium.*) Inter ea quæ menstrua ducunt, primum locum obtinere uidentur aromata, quæ cum calida, ac tenuia sint, penetrandi, atque aperiendi insignem potestatem habent, Quæ enim urinam, & menstrua prouocant eiusdem esse naturæ dicebat Gal. 5. lib: de simpl: med: Iam menstruorum detentiones solent interdum sequi alios morbos, ueluti tumores, uteri inflammatorios, aut sine inflammatione, uel ipsius uteri peruersiones, alioquè ipsius, aut etiam corporis morbos. Interdum uerò fiunt absquè huiusmodi affectibus, priores retentiones, quia sunt pura symptomata morborum, curantur ipsis affectibus curatis;

Scopus.

Diuisio.

ratis; Cęterum quæ non ſequuntur eiuſmodi morbos, ſed obſtructiones, vel à copia, vel à craſſitie, & viſciditate ſanguinis factas, curantur propriis remedijs, inter quæ ſunt aromata, Sed cum etiam conferant aromata ore accepta, aut extrinſecus applicata, cur Hippoc. ſolius ſuffitus mẽtionem facit? Galenus ſatis appoſitę hanc dubitationem ſuſtuliſſe videtur dum dixit, menſtruorum detentionem, quæ non ſequitur alios morbos, oriri aut ob ſanguinis craſſitiem, aut ob vaſorum ipſius vteri obſtructionem, vel propter eorundem conniuentiam, vel totius ſubſtantię ipſius condenſationem, contra quæ omnia mala valde poſſunt ſuffitus aromatum, quippe quæ referare occluſa vaſorum oſcula, attenuare craſſitiem humorum, obſtructa incidendo de obſtruere, condenſataq. rarefacere poſſunt; Cęterum arbitror etiam ob id Hippocratem potius meminiſſe ſuffitus, quoniam licet emplaſmata, & potulenta, vel eſculenta aromatibus facta vim habeant mouendi menſtrua, attamen vbi cauſſa morbi eſt in ipſo vtero, multo efficacius id quod optatur præſtant, quoniam vapores aromatum ita intimius, ocyus, atq; etiam integrius penetrant, efficaciuſq; operantur, præterquam quod mulieres multo libentius hiſce, quam alijs vtuntur, Veruntamen illud eſt animaduertendũ ab Hip inter aromata cõnumerari, lib de mor: muliebrib pleraſq. herbas, & radices, quæ licet ſint boni odoris, haud tamen ſunt comparanda noſtris aromatibus, vt ſunt gingiber, Cinnamomum, garpophyli, moſcus, ambra, Gibetus, Lignum aloes, cyperus Tẽpore n Hipp. inter aromata primum locum obtinebat myrrha, quę apud ipſos, Aegyptios nomẽ dedit omnibus unguẽtis, vt narrat Athęneus lib. 15. Cinnamomi pauca erat cognitio etiam tẽpore Ariſt. qui paullo poſt Hip floruit, & lib 9. đ hiſt: anim: c 13. ſcribi ab Auer: cinamo: vocata in Arabia putatũ ipſum Cinnamomũ ferri, qđ ob raritatẽ putandũ eſt chari veniſſe, ita vt nõ liceret ipſo frequẽter vti, Atq; hæc de prima parte. Sequitur modo ſecũda in qua qđ Hipp. docet eſt ſuffitus aromatum non modo ad ciendos menſes, & purgationes partuũ eſſe vtiles, veruũ ad alios affectus muliebres profligandos, niſi grauitatem capitis inducerent; Circa hanc partem occurrunt nonnulla conſideranda, primum eſt, quomodo aromata faciant capitis grauitatem maxime in mulieribus, Alterum eſt, an æque inducant, grauitatem capitis, vbi muliebria ſunt prouocanda, ac in alijs affectibus. Tertium eſt, ſi faciunt, etiam in ijs, cur tamen non ita videtur monuiſſe in illo opere efficiundo, atque in cęteris. Quartum; Quę ſint alia bona, quæ præſtant aromata: Circa primum, vt dicebã aromata ſunt calida & ſiccã, necnon tenuium, ac ſubtilium partium, quo fit vt dum ad actum rediguntur, ſiue intus aſſumpta, ſiue foris adminiſtrata exhalationes, & vapores non tantum de ſeſe mittant, verumetiã ex humorib. eliciant, cũque ſurſum ſuaptę natura ferantur, ſecum ducant etiam humores, & caput repleant, ſicq. capitis grauitatẽ inducant, atq; hoc eſt quod Ariſt. 12. ſect: probl: & Plutarchus dixerunt: ſuauius olere aromata longius poſita, & cinere ſuffita, quã prope, & igne, quod, ſ. ab igne cõſumatur plus ipſorũ vis, quã à cinere; Sic n calor natiuus minus conſumens ipſorũ aromatũ ſubſtantiã longius eã perducit integriorẽ in caput, & hoc eſt, qđ Plutar: diſputat in fine lib: qđ animalia bruta non careãt ratione, ſ. ea carere multis malis, qđ odoramẽta, & ſuffitus nõ ad voluptatẽ perſequãtur, ſed tãtũ ob neceſſitatẽ; Circa ſecundũ, nõ eſt dubitãdũ, quin etiam

Dubit. 1.
2.
3.
4.
Solut. 1.
Solut. 2.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 516 sur 867

©BIUM

vbi aromata prouocant menſes, nonnihil caput lædunt, verum multo maius eſt beneficium, quam detrimentum, quinimo, cũ ſæpenumero capitis labores mulieribus occurrant ob aliquod menſtruorum vitium, & præſertim, quando vel nullo modo, vel deminute fluunt, vbi ſuffitu aromatum illud vitium auferrur, par eſt ſimul tolli capitis grauitatem. *Ad 3.* Ad Tertium dicendum eſt nos monuiſſe Hippocratem, quia vbi medicus aliquem ſibi proponit ſcopum, debet in eũ præcipuè omnem ingenij aciem dirigere, vt conſequatur, niſi tamen à grauiori aliquo impedimento cohibeatur, vnde quia in menſtruorum defectu vnicum medici conſilium eſt ea promouere, ad quod opus magnopere auxiliantur ſuffitus aromatum, iccirco Hippocrates non putauit multi eſſe faciendum, quòd ſimul ab ijſdem aliqua læſio capiti inferatur; quod tamen haud ita in alijs eſt ferendum, in quibus non eſt comparandum beneficium cum detrimentis capitis, quæ producuntur ab Aromatibus. *Ad 4.* Ad Quartum, & poſtremum dicendum eſt complura eſſe alia vitia aduerſus quæ valere ſuffitus aromatum creduntur; quales ſunt frigidi affectus, & humidi, ſiue ſimplices, ſiue humoribus commixti, & maximę capitis. Vnde dicebat Plutarchus in lib. de Iſide, & Osyride, apud Aegyptios myrrham eſſe Bal uocatam, quæ vox ſignificat delirij ablationem, & eam admirabilem ſexdecim rerum mixturam, quæ Kypli nuncupatur, & cuius ſæpe celeberrimam fecit mentionem Galenus, maxima bona non modo corporib. hominũ præſtare, verum multo magis ipſis animis cõponendis conferre, Sed hac in re aduertẽdum eſt, ſæpenumero, & medicos, & ægrotantes peccare, qui æquę in frigidis, & ſiccis, atq; in humidis morbis aromata adhibent, quoniã etſi ratione caliditatis videantur poſſe conferre, attamen multo plus obſunt ratione ſiccitatis quam augent, & qua aucta humidũ natiuum, & ſimul calor naturalis paullatim perdũtur, Itaq; patet quantopere vtilis ſit præſens aphoriſmus in medicina facienda preſertim mulieribus, quibus ſi deſint, aut minuuntur mẽſtruavt dicebat, fiunt morbi ab vtero. *Vtilitas Aphor.* Diſcitur etiam ab hac ſentẽtia in adhibendis cunctis remedijs, non negligendam eſſe cognitionem malorum, quæ poſſunt ab ipſis prouenire, & præſertim capitis, à quo alias dixit Hippocrates cuncta pænè mala homini contingere.

---

29 *Grauidas purgare turgente materia à quarto menſe, vſque ad ſeptimum minus verò bas. Recentiores autem, & ſeniores vereri oportet.*

VERE hic aphoriſmus uidetur ſuperuacaneus, quum etiam in quarto libro ſcriptus habeatur in principio, Vt ob id non immerito in aliquibus codicibus expunctus inueniatur. Verum tamen ſi placeat hanc Hippocratis repetitionem tueri, dicere poſſumus cum Galeno, ibi propoſuiſſe hanc ſententiã habito reſpectu non ad prægnationem, ſed ad purgationes, de quibus erat locuturus, hic uerò cũ inſtituiſſet ſermonem facere de affectibus mulierbribus, eãdem eſſe repetendam duxiſſe, quod maximi ſit momenti, & quod ratione quadam poſſit antecedentem ſubſequi, in qua locutus eſt, de menſtruis, quæ conceptionem antecedunt, & quæ in nullum alium finem ſunt excogitata, quàm pro-

Connexio.

pter

©BIUM

pter generationem, atque nutritionem conceptus tàm extra vterum, quam intra, nos autem breuiter iterum eam explanabimus, quoniam qui nunc me audiunt, non alias forsan affuerunt, quando eandem interpretabar. Est itaque sententia, seu potius præceptum mere curatorium, sine ratione, licet in duas partes diuisibile quarum prior est, *(Vtero gerentes. Si materia turgeat purgare oportere quadrimæstres, vsque ad septem menses: sed minus has.)* Non est dubium, quin de grauidis morbo acuto laborantibus sermonem habeat, si quidem in hoc solo materia turgere potest, idest ita concitari, & celeriter per corpus moueri, vt nisi statim occurratur periculum sit, ne in partes nobiles pulsa, & prægnantem, & fœtum perdat, quamquam aliud etiam in grauidis periculum immineat, ne scilicet humores feruidi, & furentes ad fœtum lati, eum alioquin tenellum interimant, vt propter hoc quemadmodum habebitur in sequenti aphor. lethale sit mulierem grauidam aliquo ex acutis morbis tentari; *(A quarto mense)* Vbicumque habetur hæc sententia, siue apud Hipp. siue apud Galenum sic legitur, vt sensus sit, purgari posse grauidas materia turgente quarto, quinto, & sexto mense, eo quod tunc fœtus sint robustiores, magisque iniurijs resistant, verum Gal. 1. Epid: sect. 3. Aegro vltimo exponens memorandum casum illius mulieris tertia mense vterum gestantis quæ morbo acutissimo defuncta est: dixit, trimestrem, & quadrimestrem fœtum maximè iniurijs resistere, vnde vel dicendum est particulam *(trimestrem)* abundare, vel pro trimestri intelligendum est eum fœtum, qui iam tertium mensem expleuit, quiq; aliquo pacto quadrimestris naturam sapit; Quod autem pro (Φαρμαχεύειν) intelligendum sit medicamẽto egregie purgante euacuare, alias docuimus, nam Hipp. & alij Veteres haud cognouerunt blanda medicamenta, quib. poste ri abundarunt. (ἧσσον δὲ τούτους) aliqui contextus habent solum particulam ἧσσον, i. minus, quasi dicat septimestres minus esse alijs purgandas vbi eas purgare oportet, sed nil refert, siue hoc, siue illo modo legatur, cum vtrobiq; sensus sit; eas, quæ proximę sunt septimo mensi, vel in eius initio esse minus ceteris hoc est, quadrimestribus, quinquemestribus, & sexmestribus purgandas, cum tempora partus naturalis magnopere caueri debeant, & vnum ex ijs sit initium septimi mensis, vt ab Hipp. in lib de septimestri partu monstratũ est. *(Iuniores autem, & seniores)* hęc est secũda pars in qua Hippoc præcipit, vt in purgandis grauidis, maxima cautio adhibeatur, circa eas, quę nondum quartum mensem attigerunt, quæue sextum mensem præterierunt; nam immaturiores propter debilitatem, & ligamentorum teneritudinem instar fructuum nondum maturorum facile quolibet concussu arteruntur, septimestres, aut nonimestres sunt in ipsis partus temporibus, quibus facile natura concitatur ad intempestiuę expellẽdum; Octimestres verò suaptè natura etiam citra purgationem sunt morbidi, & imbecilles, ob rationes ab Hipp lib proprio, & ab alijs allatas, vt verissimę præceperit Hippocrates, vt vel non hisce mensibus purgentur, vel si necessitas cogat, vt id prudenter, & magna cum cautione agatur, quæ cautio in multis consistit; scilicet, vt non nisi turgente, aut urgente materia id agatur, vt blandioribus medicamentis res agatur, vt medicamenta sint paruæ molis, iucunda, & longis interuallis data.

Diuisio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 518 sur 867

©BIUM

30 *Mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto, lętale eſt.*

Connexio. PERGIT Hippoc. de grauidis tractare, nec vlla alia euidens apparet connexio præſentis cum ſuperiore ſententia. Niſi dicamus, vt eſt verum in antecedente Hippocratem loquentem de grauidis acuto morbo laborantib. partem curatoriam egiſſe, hic nunc agere prognoſticam, quaſi dicat eſſe maximæ diligentia vtendum, in grauidis vbi tentantur acuto morbo, quoniam hic in ipſis eſt lęthalis. *Scopus.* Eſt autem ſcopus docere, quid ſit præſagiendum, vbi prægnantes aliquo morbo acuto capiuntur, ita vt ſententia ſit pure prognoſtica, ſine ratione, atque indiuiſibilis, quàm transferens Celſ: lib: 2. cap. 6. dicebat: grauidam mulierem acuto morbo facile conſumi; Et Hippoc. 1. de morbis non longe à principio dicebat: ex morbis, qui neceſſario ægrotantes interimant eſſe ſi grauida mulier tentetur peripneumonia, aut febre ardente, aut pleuritide, aut phrenitide, (*Mulierem*) Mulierē purgari poſſe à quarto vſq; ad ſeptimū menſem dixit Hippocr. ſi materia turgeat, non tamen propter hoc tutum eſſe eum morbum, in quo materia turget affirmauit, imò verò in quocumque conceptus tempore inueniatur mulier; non modo periculoſus eſt caſus, verumetiam exitialis & notandum eſt Hippocratem non ſine conſilio dixiſſe, (*Ab aliquo ex acutis,*) quoniam quicumque ſit morbus acutus, ſiue mitior, ſiue ſæuior, vt in cęteris forſan non eſt ita lęthalis, ſic in vtero gerentibus ſemper eſt mortalis, Cur autem ita ſit, Galenus conatus eſt demonſtrationem afferre, quoniam morbi acuti vel ſunt febriles, vel ſine febre. Vocat autem febriles, Galenus morbos, qui vel habent febrem eſſentialem coniunctam, vt ardentem, vel habent accidentalem, vt ſunt inflammationes viſcerum, quas omnes complexus eſt Hippocrates loco citato primi de morbis. Si ſint cum febre, cum hæc ſit continua, (Alioquin non eſſet acutus morbus) non ſolum ſuaptę natura eſt potens conceptum perdere. Sed adeſt & aliud periculum, quia ſi velis longis interuallis ægram nutrire fœtui noceas, ſin autem vberius alas (vt dicebat Hippoc 7. Aph. 62.) adduntur quidem vires ex cibo ſanis, at ægris augetur morbus, & grauidæ ſic necantur: Verum ſi morbus acutus ſit abſquè febre, ut conuulſio, & Epilepſia, & apoplexia, magnitudine, ac contentione morbi eſt impoſſibile ægram grauidam ſupereſſe: *Dubit.* 1. hæc Galenus. circa quæ tres oriuntur dubitationes. Vna eſt, an morbi acuti poſſint interimere ſint febre, Secunda, an febriles ſint ſemper cum febre continua: 2. 3. Tertia eſt, quomodo Galenus dicat, comitialem morbum neceſſario interimere grauidas, cum quotidiana experientia ſecus teſtetur, ſcilicet nullam fere ex hoc *Solut* 1. morbo interire. Circa Primum dicendum, non poſſe abſque aliqua febre acutum morbum interimere, imò nec eſſe, licet interdum ſit adeo exigua, vt nulla *Solut.* 2. videatur. Circà ſecundum videtur controuerſia, quia à Galeno octauo de plac. & lib. de tr: rig: & palp: inter ardentes, quæ ſunt acutæ, ſicut etiam ſecundo de criſi, cap. 3. 4. & Auicen: alibi: tertiana ſimplex ob vehementiam motus in-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 519 sur 867

ter acutos morbos recenſetur, Hippocrates etiam in Epid: narrat in peſtilenti illo ſtatu, multos occubuiſſe tertianarios, & quartanarios, Vnde ſi erant peſtiferæ, & periculoſæ illæ febres, non videtur dubitandum, quin etiam fuerint acutæ: Dicendum eſt febrium alias eſſe vere acutas; alias non vere acutas, nam vere acutus morbus duos characteres habet, vt ſit cum periculo, atque etiam cum vehementibus motibus, non vere autem acutus, ſat eſt vt habeat alterum characterem, vnde quando Gal. dicit febriles morbos acutos habere ſemper febrem continuam, locutus eſt de vere acutis, Iam verò tertiana ſimplex, & peſtilens, non eſt uerè acuta, quoniam illa habet tantum motus vehementes, & caret periculo, hæc autem eſt periculoſa, ſed ſine motibus vehementibus, cum Hippoc. huiuſmodi febres vocet placidas, ut uere ſunt, imò quoque non facit eas febres ob placiditatem. *Solut. 3.* Ad Tertiam dubitationem dicendum, vel Galenum Epilepſiam tantum propoſuiſſe, vt exemplum morbi acuti, licet Auic. 1. 3. tr. 5. cap. 8. in fine dixerit Epilepsiam mulierum eſſe periculoſam, nec verba illa, quod neceſſario pereant grauidæ, eſſe referenda ad Epilepsiam, ſed ad conuulsionem, tantum, & apoplexiam; vel dicendum eſt, verba illa. (*Non poſſe agram ſufficere morbos,*) non eſſe intelligenda de impoſſibilitate, uerum de difficultate, niſi potius dicere placeat, Epilepsiæ frequentes acceſſiones eſſe lethales in prægnantibus, atque hæc locutum eſſe Galenum dicentem; ob magnitudinem, & contenſionem non poſſe euitari mortem, de qua etiam loquebatur Auic: quando prima 3. trac: 5. cap. 8. dixit Epilepsiam, ut plurimum conuerti in paralisim, contra quæ dixit Gal. Sed dubium eſt adhuc, an Epilepsia ſit morbus acutus, tum quia à Cælio Aureliano, & ab Auic: & ab alijs recenſetur inter diuturnos, tum quia ipſa experientia docet Epilepticos plurimis annis perdurare, cum acuti morbi celeriter terminentur, nisi dicamus; Epilepsiam conſideratam ſecundum totam morbi amplitudinem, uere eſſe diuturnum morbum, ſed ſi capiatur pro ipſo inſultu ſingulo, certe eſt acutus, quia habet uehementiſſimos motus; Eſt itaque ratio à Galeno allata pro ſententia Hipp. aſtruenda ſatis probata, uerumtamen poſſunt aliæ afferri, una eſt quia acuti morbi curantur, uel purgatione, uel ſanguinis miſſione, quarum remediorum neutrum poteſt adminiſtrari grauidis, ut dixit, & dicet Hippoc. in ſequenti, alia eſt, quoniam, ut ait Hipp in lib. de nat: pueri atque primo de morbis ſemper prægnantes ſunt languidiores, ac uirium imbecillium, unde Veteres, ut ſcribit Vitruuius, numquam uolebant præſtari poſſe mulieres ſanas, dum grauidæ uenderentur; Accedit etiam quod in morbis acutis maximæ prægnantes de abortu periclitantur, qui ſuapte natura eſt prauus, & exitialis, multoque magis in laborantibus acuto morbo, in quibus reſpiratio, quæ alioquin magna, nec facilis eſt, in grauidis adhuc fit difficilior. Vtilis itaque eſt hæc ſententia ad prædicendum, & conſequenter ad cautiorem medicum reddendum, tum in ſuſcipiendis prægnantibus ægris curandis, quarum abortus, & mortes ſolent ſibi imputari, tum etiam in iplorum ſuſcepta curatione prudenter facienda. *Vtilitas Aph. 1.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 520 sur 867

©BIUM

31 *Mulier vtero gerens sanguine missо ex vena, abortit magis; si fœtus sit maior.*

Connexio. POTEST hoc pacto connecti aphorismus, quòd Hipp. in superiore, atq; in antecedente superiorem loquutus sit de magnitudine morborum acutorum in grauidis, cui cum debeantur magna remedia, atque ea duo sint purgatio, & sectio venæ, postquam de cautione adhibenda in purgandis prægnantibus tractauit, modo de sectione venæ loquitur, adeo vt ipsius scopus sit, monere medicum ne præceps sit, in tundenda prægnantium vena, etiam si morbus postulet, ne scilicet & conscientiæ, & famæ suæ obsit, quamquam etiam potest continuari, quod hic afferat rationē cur in morbis acutis periclitentur ægrotátes, qđ sectio venæ vnicū acutorū prędiuū, sit periculosa. Est ergo hic aphoris præceptum curatorium, sine ratione, & diuidi potest in duas partes. Quarum prior est, (*Mulier prægnans phlebotomata abortit*,) alia uerò est, (*maxime si fœtus sit grandior.*) Circa primum illud notandum est Hippocratem dixisse (Φλεβοτομηθεῖσα,) duabus rationibus, tum quia constat inter modos mittendi sanguinis nullum habuisse magis familiarē, & Hippocratem, & alios veteres ipsa uenę sectione, raro enim ipsos cucurbitulis, atq; sacrificationibus vsos ad sanguinis euacuationem faciendam, rarissime, aut potius numquam (vt alias demonstraui) per hirudines, Tum quia ex omnibus, sanguinis euacuationibus nulla est, quę æquę viribus officiat, ac maius robur exigat, & præsertim si spectemus veterum consuetudinem in euacuando per venæ sectionem sanguine, cuius minima mēsura erat, vt ex Gal colligitur hemina ideſt unciæ decē, quæ mēsura ætate nostra est fere maior cūctis, quæ vsurpātur; q̄ ipsa phlebotomia (*Abortit.*)

Diuisio.

Dubit. 1. Duo hic examinãda vnum est; Cur non dicit, vt solet malū, vel lethalē, sed tantū

Solut. 1. ortit, Alterū; Cur sanguinis missio sit abortus caussa. Circa primum. Cum larga sanguinis per venam sectam missio complura damna inferat, quod tamen & frequentius, & grauius, ac immediatius facit, est abortus; mors enim aut non sequitur, nisi in modo magnopere excedatur, aut post abortum, & abortus ratione sequitur, imò Corn: Celsus lib. 2. cap. 10 loquens diserti ſlime de more veterum in sanguinis missione facienda, dixit: eos non consueuisse grauidis sanguinem mittere, timentes ne abortirentur, quod tamen periculum haud esse perpetuum fassus est. Circa secundum Galenus, qui fuit breuissimus in hoc aphoris-

Solut. 2. mo explanando nihil aliud dixit, quam fœtum perdi, eò quod sibi debitum alimentum subtrahatur, quod etiam euenire sibi tradit in longioribus inedijs, nam missio sanguine à cubito, auertitur fluxus ab vtero, ad quem cum minus accedat, & in præsenti, & in futuro penuria sanguinis nititur fętus, vt ait Hipp. lib. de nat: pueri, ante tempus erumpere ex utero, vnde sequitur abortus, & mors mulieri. Verum potest etiam alijs de caussis sequi abortus largas sanguinis missiones, scilicet quod euacuato multo sanguine, multi etiam exhauriuntur spiritus, quibus priuati fœtus haud sufficere possunt vitæ traducendę, quemadmodum etiam mulieres, quæ ob hoc solent in animi deliquia incidere, & consequenter exanimari, Adhęc ex larga sanguinis missione solent corpora non parum re-

frigerari,

frigerari, fœtui autẽ nil pernicioſius eſt, quam vt calor natiuus ſibi ſubtrahatur, ſit etiam ex magna ſanguinis euacuatione magna agitatio, quæ nocet. Quæ quidem omnia licet ſint veriſſima ſemper, ſunt tamen multo veriora, vbi fœtus iam ſunt grandiuſculi, vt ob hoc, & ob alias cauſſas periculoſiſſimum ſit præ cęteris in octauo menſe ſanguinem mittere, quod non ita eſt in prioribus menſibus, uſq; ad ſeptimum excluſiue in quibus interdum contingit tãtum ſanguinis abundare, vt fœtus alioquin paruus, & pauco nutrimento egens, nequeat ipſum cõſumere, quo fit vt eo veluti obruatur, niſi ſtatim ſuccurratur ampla ſanguinis euacuatione quẽadmodum, docet Auuerroes 7 coll. c. 4 de euacuatione ſanguinis, & memini me hoc vnico remedio plurimas ab abortibus, quos frequenter faciebant, conſeruaſſe, modo minore, modo maiore copia extracta, licet, (vt dicebam) temporibus noſtris maxima menſura ſit prope minima reſpectu conſuetudinis antiquorum, Atque hoc tam in ſanis prægnantibus, quam etiam in ægris facere interdum ſalutare eſt: non quod omiſſo remedio perdatur ſolus fœtus, ſed vterq;. & certè raro contingit vt vbi præ morbo acuto fœtus interimitur non ſequatur etiam interitus matri: Sed contra hæc ſunt authoritates Ariſt. & Auuerrois, is enim lib. 4. de gen: anim: cap. 8. loquens de lactis generatione, ait: in poſtremis menſib. plus ſanguinis abundare, & minus egere, quàm dum erat adhuc imperfectus; Auuerroes autem lib. 7 coll. cap. 4. comparans phlebotoniam, & pharmaciam quo ad prægnantes attinet, dicit: hãc numquam prægnantibus conuenire ob agitationem, & quia medicamenta prouocant vrinam, & menſtrua, atque venenata ſunt, miſſionem vero ſanguinis conuenire, vbi adeſt repletio, etiam ſi Hipp. id negauerit, De Ariſtotele reſpondetur eum velle in fœtu grandiore plus ſanguinis excrementitij abundare; quia diu ſuperſluunt menſtrua, non autem dulcis, & vtilis quo alitur, & de quo intelligunt Hippocr. & Galenus quando inquiunt, in extremis menſibus priuari fœtum proprio nutrimento ex ſanguine miſſo, eo quod improbus ſanguis mittitur ab vtero in mammillas, bonus autem euacuatur, atque ſic dicẽdum ad locum Ariſtot. eiuſdem lib. cap 17 vbi dicit: in recenti conceptu maiorem copiam eſſe ſanguinis, ſcilicet vtilis, & dulcis, non autem excrementitij, cum pauco tempore ſint retenta menſtrua. Cęterum de Auuerroe dicendum eſt, neque Hipp. prorſus negare miſſionem ſanguinis vbi neceſſaria eſt, ſed monere vt luiſſe medicos ne inconſiderate ad illud remedium properent. Vtilis eſt aphoriſmus, & neceſſarius ſi quis alius, quoniam nil eſt, quod æque exigat iudicium, & ſolertiam medici, atque vbi prægnantem aliquam curandam ſuſcipit acuto morbo laborantem. *Vtilitas Aphor.*

---

32 *Mulieri ſanguinem euomenti, menſtruis erumpentibus, ſolutio.*

ET ſi non ita perſpicua ſit præſentis cum antecedente aphoriſmo connexio, in eo tamen ſunt vtriq; coniuncti, quod tractant de muliebribus affectibus, niſi dicere placeat, optime potuiſſe poni poſt primum huius tractionis, quaſi in eo de modo prouocandi menſes agat: hic verò de fructu menſtruorum exeuntium; ſcopus Hippocratis in hoc eſt docere vtria, quomodo natura cures *Connexio.* *Scopus.*

eua-

©BIUM

euacuationem euacuatione diuertendo, scilicet per aduersas partes; Quod suppressæ naturales euacuationes sint semper æstimandæ, & quòd medicus debeat imitari naturam rectę operantem. Est verò sententia tota practica, vt quæ nitatur potissimum experientiæ, licet rationem quoque habeat, est indiuisibilis, & *Scopus.* quod vult dicere Hippoc. satis clarum est, nempè mulierem sanguinem vomentem liberari si menses prorumpant: *(Mulieri.)* Habetur etiam primo de morb non longe à principio. Dixi alias pro vomitu, & vomere intelligi apud Hipp. sæpenumero tam pro eo quod è ventriculo per os educitur, quam quod à capite, & thorace, vt habemus in coacis prænot: in lib. de morb: mulierib: 5. aph. 13. & 7 aph. 37. ac alibi sæpe apud Gal. Hic autem etsi possit similiter accipi, attamen accommodatius est si pro reiectatione à thorace capiamus, quandoquidem vt scribit Gal. lib. de sec: ven: aduersus Erasistrateos Romanos, sæpę id vsu probatur, vt deficientibus mulieri mensibus, sanguis à pectore reijciatur, eò quòd vasa communia sint ampla, & euidentia ipsi utero cum mammis, atque pectore. *(Mensibus erumpunt,)* numquam melius, & magis ad verbum transtulit Celsus aphor: vllum, quam hunc lib. 2. cap. 8. Mulier sanguinem vomens profusis mensibus liberatur: Certum autem est in proposito casu supponi ab Hippocrate mulierem vomentem sanguinem, non habere menstruas purgationes, atque eas ad pectus, aut stomacum verti, alioquin non curaretur vomitus ipsarum eruptione; nam imnunera sunt mala pœnę, quæ defectum menstruorum sequuntur, vt diserte docuit Hipp. 1. lib de morb: mulieb: At dignum est scitu, an etiam *Dubit. 1.* possit deficientib. mensibus aliunde sanguis fundi, vt e naribus, ab hæmorrhoi- *2.* dibus. Præterea, an si aliunde feratur, possit similiter illius impetus coerceri flu- *Solut. 1.* xu menstruorum: Ad primum respondendum est sanguinem menstruum, nil aliud esse, quam quod superest postremæ totius corporis nutritioni quique, propterea est à natura excogitatus, ut fœtui intra uterum, atque extra sit pro alimẽto, vnde cum non opus est eo, ne corpori incommodet, non singulis diebus: sed singulo mense extrudit à corpore, vt simul & commoditati, & decori consulatur: Itaque cum à toto corpore in vterum huiusmodi sanguis mittatur, non inconuenit, quin vbi aliqua ratione natura impeditur ab eo in uterum mittẽdo, possit non modo ad pectus, & stomacum, atq; inde ad os mittere, uerum etiam ad nares, ad hæmorrhoidas, atque alias partes prout faciliores sibi uias inuenit, imò relatum inuenitur nonnullis sanguinem menstruum per mammas, & per vmbilicum exijsse. Cur autem Hippocrates potius meminerit vomitus; fuit quia hoc frequentius contingit, scilicet propter eam quam dixi maiorem vasorum communionem. Modus quò istud fieri solet duplex, vnus vt sanguis missus in vterum, per venas in pectus, aut stomacum mittatur; alter vt priusquam à toto corpore in ipsum vterum mittatur, ad nares, stomacum, pectus, aliasque partes *Solut. 2.* mittatur; Ad aliud quoque respondendum est, fluxum menstruorum posse similiter curare, sanguinis ab alijs partibus effusione, verum non ita faciliter, quemadmodum si abore manet, tum quia longior est via, tum quia minor est communicantia. *(Liberatio.)* Hanc vocem λύσις, & λύειν dixi alias colere ab Hippocrate vsurpari non modo pro vera liberatione, verum etiam pro transmutatione in morbum aut grauiorem, aut leniorem, Hoc autem in loco pro vera libe-

liberatione ab ipso vsurpari non videtur dubitandum, quia licet fluxus menstruorum videatur quidam morbus, cum tunc mulieres deterius habeant, quā vbi purgatæ sunt, hic tamen affectus est naturalis, siue vt dicunt Plinius, & Seneca: Naturæ tributum, quòd potius institutum ad perficiendas quam lædendas corporis actiones, vnde vbi retinentur, vt dicebat Hippoc. fiunt morbi. Neque dubitare oportet, quin possit etiam sanguis euomi, alia ratione quam uitio menstruorum, qui tamen vomitus, si deficiant simul menses, ipsorum reditu vel penitus tolletur, vel saltem imminuetur, Vt sit hoc firmiter adstruendum, quemcumque sanguinis fluxum superuenientibus menstruis, aut penitus inhiberi, aut saltem mitigari, Vnde patet quæ sit præsentis sententię vtilitas, scilicet ad discendum præcipuam cuiuslibet fluxionis sanguinis curationem, positā esse in diuersione, quæ fit per contraria, & κατ' ἔξιν, vt dicebat Hippoc. Discitur etiam vbicumq; fit aliquis morbus cum menstruorum suppressione, semper in id esse incumbendum, vt menses reuocentur, quod fit frictionibus, ligaturis, scarificationibus cucurbitulis, præsertim verò sectione venæ poplitis, taliue. *Vtilitas Aphor.*

---

33 *Menstruis deficientibus, sanguis ex naribus fluens, bonum.*

ET hunc quoq; Celsus lib. 2. c. 8 eleganter, & vere sic transtulit. Quæ menstruis non purgatur, si sanguinē ex narib fūdit omni periculo vacat. Hęc enim sententia non solum coniuncta est superiori, verum etiam videtur quasi illius quædam pars, perinde ac Hipp. dicere voluerit, sicuti sanguinem vomenti mulieri menstrua fluere salutare est, sic quoq; bonum esse si deficientib. menstruis per superiora, veluti per nares sanguis erumpat, eo quod eadem sit vasorū communicantia, & propterea eadem diuertendi ratio, Est sententia partim prognostica, partim curatoria, sed indiuisiblis, atq; sine ratione, (*Menstruis defic:*) cum menstrua soleant deficere, & naturaliter, scilicet post 50. vel 46. annum, & præternaturaliter, dubitari posset, an quod ait Hippocrates in vtroque verificetur; Certe in præternaturali ideſt ante debitum tempus retentione verissimum est, modo tamen fluxus non excedat, In naturali vero non ita perpetuū est; Sed tunc solum, quando corpus valde sanguineum est: in hoc enim etsi tempore debito cessent menses, nihilominus præ abundantia solet contingere, vt multa incommoda accidant mulieribus, quæ euitantur, vel cauentur, si immoderantia sanguinis fluxu eius è naribus compescatur, (*Sanguis è naribus.*) Multæ quidem aliæ sunt sanguinis euacuationes, quæ possunt prodesse in menstruorum defectu, verum singulæ aliquam noxam, vel maiorem, uel minorem coniunctam habent, sola autem è naribus fluxio, ἄλυπος ἔστιν, vt ait Galen ideſt sine ullo damno, aut molestia, unde Hippocrates eam præceteris commendauit, imò uerò, etiam si aliquæ aliæ reperiantur euacuationes utiles, ac sine ulla molestia, haud propterea dicendum est aphorismum esse falsum, quoniam laudat quidem Hipp. fluxionem è narib. sed alias non improbat, *Connexio. Scopus. Dubit. Solut.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 524 sur 867

©BIUM

nam & euacuatio ex hæmorrhoidibus, ſolet etiam abſq; vllo damno ſæpe conferre in ſimili caſu, & Hippocratis mos eſt, vnius exempli propoſitione ſimilia alia intelligere, tamquam dicere uoluerit, bonũ eſſe ubi deficientib. menſtruis, ex alia parte ſanguis profluit. Excipere tamen cũ q̃uomitu, aut reiectatione educitur, qđ ſemper fere malus eſt, & de quo intellexit Hipp. quando ſcripſit 4. aph. 25. (*ſanguis ſi ſupra exierit vndecumque malũ.*) (*Bonum.*) Eſt bonus huiuſmodi ſanguinis fluxus, & ut ſignum, quia ſignificat facultatem expulſiuam bene ualere, nec poſſe ferre onus exuberantis ſanguinis, Et ut cauſſa, quoniam euacuat materiã præternaturaliter retentã, quę alioquin magnũ naturæ incommodum afferret, neq; ualet, qđ malũ ſit materiam à partib. inferius ad ſuperiores, & maxime ad caput conuerti, atq; tãto magis materias crudas, graues, & prauas; cuiuſmodi ſunt mẽſtrua, quoniã Hipp. loq̃tur de menſtruis naturalib non autem craſſis, & crudis: quãquam etiam quæcũq; ſint menſtrua, eſt tamen bonũ partẽ eorũ euacuari per nares, quæ ſunt partes ſuapte natura ignobiles, quo, ſ. natura leuata oneris parte facilius queat ſeſe à reſiduo tueri, atq; illud coquere, & ſuperare, Et placet quoq; mihi, ut de hoc potiſſimũ Hipp. ſit locutus, quoniã frequẽtior ſolet cęteris euacuationib. contingere, ob ætatis uigorem, quẽ certe habent, quib præter naturam retinẽtur menſes, cũ ſeniorib. ſemper naturaliter deſinãt, At hoc in loco nõ eſt ſilentio prętereũda ſpeculatio an dicatur bonũ, quia ſit res abſq. periculo, ut Celſus eſt interpretatus, an quia faciat redire menſuras purgationes. Si primo modo intelligatur, haud grauis uidetur Hipp. ſententia, quoniã periculo uocare, nõ poteſt uere dici bonũ, nec ut ſignũ, nec ut cauſſa, ſin autem ſecũdo modo intelligatur, haud uidetur in cũctis uerũ, quandoquidẽ Hipp. in primo de morbis mulieb: enumerãs mala quę ſequũtur menſtruorũ retentionẽ ſingulis menſib. dicit: tãdem menſtrua quę ſex menſib. deficere durarũt, nõ amplius redire, cũ tamẽ experientia quotidiana cõprobetur etiã poſt annum, & annos aliquib mẽſtruas purgationes reuerti: Pro primo dicendũ eſt, poſſe etiã intelligi, ut Celſ: quoniã dicũtur periculo uacare ea, quæ à periculis imminentib. tuentur, qđ quidem facit ſanguinis a narib. fluxus in mẽſtruorũ defectu, quoniam ſi copioſus ſit, à periculis ab Hippocrate commemoratis, liberat: ſin uerò minus copioſus ſit, licet ex toto non liberet, tamen: mala futura, aut retardat, aut minuit, aut ambo facit. De altero uerò poteſt etiam reſponderi; duplicem eſſe modũ quomodo deficientibus mẽſtruis, ſanguis è naribus fluat, unus antequam fluat ad uterum, alter poſtquam fluxit, prior bonus, de quo Hippocrates, poſterior malus, atque ſic intelligendus caſus illius puellæ relatæ in extremo octaui Epidem: quæ mortua eſt, cum natura conuertiſſet menſtrua ad nares, fluxu ſanguinis facto; dicendum eſt etiam eam Hippoc. ſententiam non eſſe perpetuo veram: ſed vt plurimum, quia vbi nec vltro, nec arte redeunt ſuppreſſi penitus menſes ante ſextum menſem, haud amplius recuperari conſueuerunt, eo quod tanto temporis interuallo natura dediſcat vias ſibi familiares, ac ipſa vaſorum oſcula ita tenaciter coaleſcant, vt amplius nequeant reſerari. Et Hippocrates in fine ſexti Epid: narrat Phætuſæ Abderitanæ. Et Namyſiæ Gorgypi vxori, quibus diu menſtrua defecerunt, ac propterea barbam emiſſerant, non potuiſſe vlla medicorum induſtria menſes reuocari: ſed paullo

poſt

poſt vtraſque interijſſe, Quod ſi in quarto Epidem: narrat cuidam famulæ poſt multorum annorũ ſuppreſſionem mẽſtruorum ea redijſſe: id tamquam rariſſimum ab ipſo poſteris traditum eſt exemplum. Vtilis eſt aphoriſmus ſicut, & ſuperior pro prædictione facienda in menſtruorum defectu, ſed videndum eſt an ſicut vomitu ſanguinis; optimum eſt menſtruas purgationes prouocare, aut ſectione venarum inferiorum, aut ſcarificationibus, ſic etiam bonum ſit ijs deficientibus mittere ſanguinem à partibus ſuperioribus, hoc eſt à brachijs, vt naturam imitetur medicus. Dicendum eſt ab Hippocrate non laudari ſanguinis fluxum è naribus, eo quod faciat redire menſtrua, ſed quia vel liberat à periculis imminentibus, vel ea minora reddit, at vbi curandum eſt vt reuertantur menſes amiſſi, quemadmodum ſemper eſt curandum, non tantum incumbendum eſt in id vt pericula vitentur, ſed vt doceatur natura cõſuetum curſum inire, quod quidem fieri non poteſt miſſione ſanguinis à partibus ſuperioribus, ſed ab inferioribus, illud tamen obſeruandum eſt, quod & apud Aetium, & alios pleroſq. legitur, ſcilicet vbi adſit inſignis ſanguinis in toto exuberantia, optimũ eſſe prius eam plenitudinem imminuere venæ cubiti ſectione, tum ad venarum inferiorum inciſionem eſſe deueniendum, ſic enim ſublata prius plenitudine totius, demum naturam ad antiquum inſtitutum reuocari, quod quidem non ita obtineri poteſt exuberante in toto ſanguine. *Vtilitas Aphor.*

---

34 *Mulieri in vtero gerenti ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat.*

APPOSITISSIME ſane locatus fuiſſet præſens aphoriſmus poſt trigeſimum primum, in quo tractauit de euacuatione grauidarum per ſanguinis miſſionem; nam & Galenus, qui ſi vnquam in hoc interpretando eſt breuiſſimus, dicit: Hippocratem hic loqui de periculo abortus exalui euacuatione, ſicut ſupra verba fecerat de periculo abortus ex ſanguinis euacuatione, Eſt autem ſcopus Hippocratis monere medicos hac ſententia, ne temere ulla arte alui fluxum in prægnantibus prouocent, Eſt quidem ſententia prognoſtica ſimplex, & indiuiſibilis, ſed poteſt, quoque eſſe ueluti præceptum, aut potius conſilium pro bene agenda vterum gerentium curatione. *(Mulieri vtero)* Vbi mulieres vtero geſtant, ſolet natura ob fœtus beneficium omnes vacuationes etiam naturales ſiſtere, vt menſtruas purgationes, imò etiam & fęcum quotidianas excretiones, quas cohiberi, aut certe minui vſus quotidianus oſtẽdit. Iccirco vbi nimiæ fiunt euacuationes, procul dubio periclitantur grauidæ, Et aduertendum eſt, licet Hippocrates nomine fluxus ventris intelligat quamlibet immenſam aliam euacuationem, nihilominus hanc potiſſimum in exemplum trahere ſibi placuit, vt pote quæ minus fœtui incommodare videatur, quaſi voluerit ſignificare, ſi fœtus ſub hac euacuatione periclitatur, etiam ſub alijs multo magis eſſe periclitaturum. *(Si aluus Fluxerit ſæpenumero.)* Vt Hippocratis ſermo ſit perpetuo verus, non ſolum requiritur, vt fluat aluus, ſed vt ſæpenumero, vel vt tranſtulit Celſus libro ſecundo capite ſeptimo, vt ſine modo

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 526 sur 867

©BIUM

etenim natura semper omni conatu nititur fœtum tueri, ob idquè ipsum complurimis vinculis alligat, adeo vt primo concussu non elidatur, sed opus est multis, quod sicut est æternum in brutis cunctis, quæ multo rarius abortiuntur, ita quoq; in genere humano sæpe reperitur, exceptis quibusdam suapte natura infirmis, quæ nisi sibi ipsis caueant, facillime abortiri solent, (*Periculum est ne abortiatur.*) Quò Hippoc dicit periculum esse, Celsus & bene, dixit: elidere partum posse, eo quod non semper alui fluxum sequatur aborsus, sed sequi possit, nam exemplum habetur 5. & 7. Epid: vxoris Epicharmi, quæ prægnans capta à dysenteria, non solum nõ est aborsa, verumetiam peperit, & liberata est. Abortiri proprie est fœtum immaturum intempestiue ejicere, quod quidem cum pluribus de caussis obtingere soleat, maximè contingit ob excedentes euacuationes, & rationem affert vnicam Galenus, scilicet, quod ipsi fœtui nutrimentum debitum subtrahatur. *Dubit.* Veruntamen hic dubitare licet, quo pacto per alui fluxum possit fœtui surripi alimentum, quandoquidem fœtus in vtero, vt Hippocrat. & Galen. sæpe tradiderunt, nulla alia re alitur, quam puriore parte illius sanguinis, quod quotidie supersit totius corporis nutritioni, & qui in vterum amandatus menstrua facit, Atque per alui fluxum, nisi sit dysententia haud euacuatur similis sanguis, ideò non videtur posse periclitari hac ratione ex euacuatione, quia alimento priuetur. *Solut.* Dicendum: plures quidem alias esse caussas propter quas ab alui fluxu fœtus in vtero perduntur, Sed hanc potissimum proposuisse Galenum, quod hæc à vulgaribus fere vna, & maxima caussa existimetur, quomodo autem ab alui fluxu alimentum subtrahatur fœtui, non est difficile inuestigare, si intelligamus Galen. vt loquitur Hipp. de eo fluxu, qui fit sæpenumero, vel (vt ait Celsus,) sine modo: ab hoc enim vitiato calore natiuo, & consequenter vitiatis cunctis coctionibus, haud potest is copiosus sanguis gigni, qui suppetat nutriendo fœtui, maxime si grandiusculus sit, Verum ex alijs caussis propter quas fiunt abortus ex frequenti fluxu alui, est, quia in quocumque fluxu prauus, & præternaturalis humor siue sit pituita acris à capite destillans, vt ait Hipp. 1. lib. de morb: mulieb: siue sit bilis atra, aut flaua, siue ichores corrupti pertranseunt necessario per intestina, inter quę & vesicam cum sit collocatus vterus, necessario ab ipsis contrectatur, vnde quando pessimi sunt praua excrementa non est dubitandum, quin ipsi fœtui aliqua noxa cõmunicetur, & tanto magis, quando frequens est excursus illorum excrementorum per intestina, Accedit etiam, solere frequentes fluxus alui inducere tenesmos, & lienterias, quæ exitiales sunt in prægnantibus, vt Hippoc 7. aphor 27. præterquam quod assiduæ illæ exurrectiones ad egerendum mirum in modum labefactant vires tam fœtus, quam ipsius prægnantis. *Vtilitas aphor.* Itaq; vtilis est præsens aphorismus non modo ad abortum prædicendum, verum etiam ad instruendum medicum non modo vt caueat ne fiat vlla insignis alui euacuatio, verum etiam vt vbi sit eam statim compescat, sed percunctabitur aliquis, cum plerumquè laborent prægnantes alui adstrictione quid faciendum sit: Certè maxima prudentia vtendum est, ne medicamenta purgantia, imò nec lenientia adhibeantur, quæ frequenti vsu solent nimium profluentem reddere ventrem, Sed loco iplorum chysteres blandissimi ex oleo, butyro, iure, interdum erunt adhibendi.

bendi, ſicut & glandes benigniores, aut pruna dulcia iure, & mana imbibita; Cauendo tamen ne etiam hæc fiant frequenter, quoniam adſtrictio alui potius confert grauidis, quam obſit, niſi tamen nimia ſit.

---

35 *Mulieri quæ vterinis moleſtatur, aut difficulter parit, ſuperueniens ſternutatio bonũ.*

PERGIT Hippoc. de mulierum affectibus docere, quæ una eſt generalis connexio, niſi dicere placeat Hippocratem docere, quod etiam in antecedenti, ſcilicet diuerſionem per ſuperiora ueluti per nares iuuare in affectibus uteri, qui fiunt potiſſimum ex ſuppreſſis menſibus, ut ſunt hyſtericæ paſſiones. Quaſi ita dicat Hippocrates, non modo menſibus deficientibus bonum eſt ſanguinem è naribus fluere, imò uerò etiam ſternutamentum iuuat in ijs paſſionibus, quæ fiunt ob menſtruorum ſuppreſſionem, ut ſunt hyſtericæ paſſiones. Vnde notum eſt quis ſit Hipp. ſcopus, nempe monere medicum quid facere debeat ubi ſibi occurrunt mulieres hyſtericæ, & difficiliter parientes, undelicet ſententia ſit prognoſtica, eſt tamen & curatoria, & quamquam ſit longuſcula caret tamen & ratione, & diuiſione (*Mulieri hyſter:*) poſſet quiſpiam exiſtimare hic Hippocratem loqui de muliere grauida hyſterico affectu, ſiue uteri præfocatione laborante. At certum eſt utero gerentes huiuſmodi affectui haud eſſe obnoxias, eò quod ubi plenus eſt uterus paullatim ſua ſponte attollitur, non autem ui: & ſubito, neq; etiã ab eo uapores frigidiat tolluntur, cum latis caleat, qui ſurſum in cor elati illum affectum inducant, præterquam quod ut ait Gal. 6. de loc: aff: cap. 5. huiuſmodi affectus peculiaris eſt uiduis, ſterilibus, atq; illis, quæ cum ante ſolerent congreſſu uiri gaudere priuatæ eo uiuunt. Itaq; ubi Hippocr. meminit mulieris hyſtericæ, de non prægnante loqui rationi eſt conſentaneum. Quid autem Hipp. intellexerit pro hyſtericis mulierib. variæ fuerunt ſententiæ à Galeno in comentario commemoratæ, atq; confutatæ, illa autem ueriſſima eſt, nullas alias intellexiſſe, quam quæ uteri præfocationes, ſiue magis propriè non præfocationes, ſed ἀπνόιαι, ſeu reſpirationis priuationes nũcupantur, hyſtericæ ſimiliter à Latinis, & præſertim à Martiale nuncupatis, nam in his nõ utique ex toto aboletur reſpiratio, alioquin mortuę eſſent, ſed ita exigua fit, ut ſenſui non appareat, quomodo uero id fiat diſertiſſime diſceptauit Galenus loco prędicto lib. 6. de locis aff: & nos in uarijs lection: ſ. quia à prauis uaporibus ex corrupto ſemine, aut retentis mẽſtruis in cor elatis, eiuſq; calorem ita uiolantibus, atq; hebetantibus, ut exigua indigeat externi aeris attractione, & refrigeratione, Celſus lib. 2. cap. 8 pro hyſtericis tranſtulit, locis laborantes, dicens: Quæ locis laborat, aut difficulter partum edit, ſternutamento leuatur, Sed non ſatis appoſite, cum labor locorum, comprehendat quoſlibet uteri affectus, atque huiuſmodi expoſitio apud Galenum ſatis confutata reperiatur, licet alioquin Hippoc. & lib. de loc: & in homine, & in Epiſt: de hominis natura dixerit, uterum eſſe mulieribus ſexcentorũ morborum cauſſam. (*Vel difficulter.*) Difficultas partus à multis cauſſis proficiſci poteſt, ſcilicet vel quia fœtus ſit mortuus, vel quia imbecillus, vel quia ſecundinæ non exeant, de quibus omnibus

Connexio.

Scopus.

Dubit.

Solut.

©BIUM

nibus non eſt dubitandum quin Hippocrates ſit intelligendus, quandoquidem aduerſus cunctas illas cauſſas, imò verò, & omnes alias difficultatem partus efficientes magnopere ſternutamentum valet, vt probabitur, (*Sternutamentum ſuperueniens*,) ſuperuenire proprie dicitur, quando in ipſo actu difficiliter pariẽdi, vel ipſi præfocationi contingit, neq; enim ſternutamẽta ante partum facta aliã vtilitatẽ præſtant, quã vt fœtus ligamẽta frangãtur, ac propterea ſiue intẽpeſtiuus ſiue tẽpeſtiuus partus ſequatur, (*Bonum*) dicit Celſus, leuatur: ſatis eſt ad Hippocratis mentem, nam vox ἀγαθὸν, ſiue bonum, ſignificat ſternutamentum, & in præfocatis, & in difficulter parientibus eſſe bonum tàm vt ſignum, quàm vt cauſſam, Eſt quidem bonum vt ſignum, tum quia ſuapte natura ſternutamentũ, (vt ait Ariſtoteles,) eſt ſignum augurale, & ſacrum, cum ſignificet cerebrum, quę eſt animi ſedes, bene valere, tum quia ſignificat vim, quæ alioquin in præfocatis, & difficiliter parientibus erat ſopita, reuiuiſcere, ac melius valere, Eſt quoq; bona cauſſa, primum in præfocatis, quoniam ſi affectus oriatur à vaporibus frigidis, concuſſus ille calorem excitat, ſicq. vapores frigidos diſcutit, ſin autem fiat ob ſemen, vel menſtrua retenta, ad ea ſimiliter eijcienda non parum auxiliatur, quemadmodum quoq; eadem ratione curat ſingultum, dum humores impactos ventriculi tunicis, vel vapores ſpiritualia inſtrumenta lædentes, ac ſingultum plorantium inducentis diſſipat, nam vtrumq; ſingultũ aut ſternutamentum curari, etiam Ariſtot. in probl. & ante eum Cryſimachus medicus in Platonis conuiuio dixit. Non minus quoq; in difficultate partus ſternutamentum eſt bonum vt cauſſa quoniam ſiue mortuus ſit fętus, ſiue imbecillis, eo motu facultas expultrix ad eijciendum magis concitatur, pariter ſi ſecundinæ ſint retentæ, nil pænę efficacius, quam ſternutamenta mouere, vt etiam 2. Epid: apertiſſimę teſtatus eſt Hipp. ſiquidem motu illo vehementi, & facultas expultrix robuſtior fit, & ſecundina ipſa de loco mota, promptius à facultate pellitur. Patet ergo quanta ſit pręſentis aphoriſmi vtilitas, à quo medicus docetur, in huiuſmodi caſibus ſternutamenta excitare arte, quemadmodum obſtetrices ſua ſponte facere ſolent. Hipp. lib. de locis in homine, & primo de morb: mul: & odorata locis, fętida narib. adhibet, non quod ſit animal (vt dixit Plato male) ſed quia inſtar animalis ſurſum tollitur, vnde ſequitur præfocatio. Verum illud dubitatur vtrum mulieri vtero gerenti, atq; ab hyſterica paſſione occupate, nam quandoquè etiam grauidas præfocari videtur cenſuiſſe Hipp. 1. de morb: mulieb: etſi id rariſſimę contingat: Sternutamentum ſit excitandum, cum enim ſternutamentum vim habeat ligamenta frangendi, & ſecundinas, atq; partum elidendi, ac alia ſuppetant auxilia, quibus præfocatę ſine fœtus detrimento excitari poſſint, vt odoramenta, uellicationes, aliaq. ſimilia multa; ſatius & ſecurius eſt hoſce non uti, atq; alia adhibere, Imo uero ſi quando mulieres prægnantes vltro frequenter ſternuant, optimum conſilium eſt omni induſtria proſpicere, vt ſternutamentum compeſcatur, maxime verò cum proximæ ſunt partui, quo tempore periculum eſſet ne intempeſtiue parerent, & abortum facerent, cõpeſcitur autem ſternutamentum, vt ait Ariſtot. 33. partic: problem. 2. & 8. ſi oculus, & nares perficientur.

Vtilitas Aphor.

Dubit.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 529 sur 867

36 *Mulieri menſes decolores, nec per idem ſemper tempus venientes: purgationem indicant eſſe neceſſariam.*

ET hic quoque aphoriſmus multo aptius fuit poſitus, vel ante, vel poſt vigeſimum octauum vbi de menſtruorum, per ſuffitus prouocatione tractauit, nam & in hoc Hippocratis ſcopus eſt docere, quid medicus facere debeat vbi menſtrua vitioſa ſunt, aut quo ad ſubſtantiam, aut quo ad motum, Vnde patet aphoriſmum eſſe purum præceptum curatorium, ſine ratione, atq; indiuiſibile; cuius longiorem, & explicatiorem tractationem habuit Hpp. lib. 1. de morbis mulieb: (*Mulieri menſtrua.*) Optima, & naturalia menſtrua, vt docuit Hipp. lib. de nat: & morbis mulieb: debent ſecundum colorem eſſe rubra, qualis optimus ſanguis, vel vt ait Hip. 1. de morb: mul: qualis victimę, cito concreſcens vbi ſuper terram ſit effuſus, ſiue vt ait Auuic. lib. 9 animaliũ ſicut ſanguis arietis recenter decollati, nam ſi ſit, vt alibi dicitur, vel uti aqua in qua ſit caro abluta, vitioſa ſunt, ſecũdum quantitatẽ duarum heminarũ, ideſt 20. vnciarum menſura plus minuſuè, ſecundum autem tempus, ſeu motum ſingulo mẽſe fluere debent, propter quod menſtrua tàm, à Græcis, quam Latinis dicuntur, dierum autẽ numerus quibus ſolet huiuſmodi fluxus per durare haud certus natura obſeruatur, quando alię vno, alię duobus, tribuſuè, alię quattuor, aliæ vſque ad octo naturaliter purgantur, ſed hoc non admodum refert, modo prædicta menſura ſeruetur, atq; ſtatus ordo, & firmus fluxionis ſit, tempus verò vniuerſale, quo incipere debent menſtrua fluere eſt duodecimus, & 14. annus ſecundum Hipp. & Ariſtot. durant vſque ad quinquageſimum circiter. A naturali ſubſtantia recedunt menſtrua, quando aquoſa ſunt, aut bilioſa, aut pituitoſa, aut melancholica, atq; hæc docet libris de mulier: morb: cognoſcere, ſi ſanguis ſupra harenam proiectus exiectur, deindeq; inſpiciatur. Sed certior, & honeſtior modus ab eodem traditus primo de morb: mulieb: ſi panni quibus excipiuntur menſes abluantur, ſiccatiq; in vmbra diligẽter inſpiciantur, vbi enim aquoſi, & pituitoſi ſunt, nullæ planę maſculæ apparent, aut illæ ſunt potius albeſcentes, quemadmodum ſi maculæ ſint flauæ, bilem flauam, ſi nigreſcentem melancholicos eſſe probatur, quæ omnia menſtrua Hippocratem complexum eſſe, ſub voce (ἄχροα) non dubito, licet enim vox illa uideatur ſignificare coloris priuationem, haud tamen hoc poteſt eſſe in præſenti caſu, quando neceſſe eſt aliquem colorem quælibet purgationes menſtruæ habeant, ſed ſignificat priuationem coloris debiti, ſcilicet veri ſanguinis. Vnde prudenter antiquus interpres aphoriſmorũ tranſtulit eam vocem (ſine colore proprio) Vtrum aut poſſit quoq; legi (χρόνια,) vt in aliquibus contextibus ſcriptum repertum eſſe teſtatur Galenus haud multum eſt diſceptandum; nam id quod ſignificat vox (χρόνια,) videtur expreſſum per verba ſubſequentia (μὴ κατὰ τὰ αὐτὰ,) vt hac vna ratione videatur multo melior lectio (ἄχροα.) Vitium porro menſtruorum ſecundum quantitatem eſt, quando vel plus, vel minus quam deberet ſanguinis excernitur, quod contingere poteſt, vel quia ſanguis alio conuertatur, vt

Scopus.

in

©BIUM

in obesis mulieribus, quas propterea etiam Aristot. dixit, minus menstruorum emittere quam graciles, uel quia sanguis sit, aut uiscidior, & crassior; aut quia sit nimis tenuis, nimis calidus, & acris, hæ enim sunt potissimæ causæ, quæ efficiunt, ut mulieres modo plus, modo minus menstruorum emittant. Demum fit in menstruis uitium secundũ tempus, uel motũ, quando aut copia maior adest sanguinis, aut is est fluxibilis, & acris, ob quas qualitates nimis tempestiue sollicitatur natura ad excernendum, unde & anteuertit debitum tempus; Vel quando paucior est sanguis, frigidioruè, crassior & uiscidior ob quas condiciones natura minus irritatur, & irritat ægrius, atque tardius expellit, atque hoc est illud totum, quod uoluit Hippocrates nos docere hisce uerbis. (*Menses decolores, & non secundum eadem semper facti*,) nam ad hoc ut uere naturales sint, oportet, ut semper secundum eundem dierum numerum, & secundum alias condiciones incipiant, & finiantur. (*Purgatione*;) Cum decoloratio mensium aliunde non oriatur, quam ab humorum prauitate, atq; prauis humoribus debeatur purgatio per pharmaca, iure Hippocrates dixit huiusmodi mulieres indigere purgatione, seu ijs esse purgationem necessariam, unde Hippocrates primo de morbis muliebribus est sollicitus in purgandis, & per aluum, & per urinam mulierib quæ similia menstrua habent. neq; dubitandũ est, quin etiam uia urinarũ sit accommodata similib. affectionib. quandoquidẽ membra sunt admodum proxima uterus, scilicet & uesica, atq; ut docet Gal. 5. de simpl: medicina, eadem sunt medicamenta urinã, & menses prouocantia, atq; per urinam æque uniuersum corpus expurgatur, atque etiam per menses. Verum dubitabile est, utrum in his etiam quandoq. expediat sanguinem mittere; ad quod respondendum: si simul cum decoloratione mensium adsit simul & ipsorum deminutio, uel quantitate; uel postpositione, uel utrisq. necessarium etiam sanguinem mittere, quemadmodum Gal. 6. Epid. sect. 3. tex 29. se fecisse in Romana muliere narrat, quæ licet esset melancholica, & sanguine prauo abũdaret, quia tamen sibi suppressi erant menses, magnam sanguinis copiam detraxit, magna cum utilitate, Sed si solum uitium sit in sanguinis qualitate, Vnã purgationem per pharmaca conuenire certum est, tum soluentia, tum attenuantia desiccantia atq. lotium prouocantia, qualia commemorantur, à Galeno in commentario, ut diacalamentum, quod uasa uteri obstructa aperire, ac attenuare valet. Vtilitas præsentis aphorismi perspicua satis est, quandoquidem non solum confert pro sterilitate curanda, quæ uitio menstruorum fiat, uerum etiam pro omnibus alijs effectibus curandis, qui solent sequi praua, & deficientia menstrua, cuiusmodi plurimos recitat Hippoc. lib 1. de morb: mulieb: Vbi etiam longissimam curationem instituit mulierum hac ratione sterilium.

Dubit.

Solut.

Vtilitas aphor.

---

37 *Mulieri utero gerenti si mammæ graciles repente fiant, abortit.*

HIC quoque aphorismus haud satis commode uidetur antecedenti subiunctus, sed multo melius locatus fuisset post 34. in quo de periculo abortus loquebatur, cum in hoc Hippocr. nil aliud intendat docere quàm signũ,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 531 sur 867

quo liceat cognoscere abortum futurũ, atque ad hoc ut possit medicus medicinam adhibere, & omni industria ab abortu tueri, Est ergo sententia hæc prognostica, pertinens ad simioticem medicinæ partem, sed sine ratione, & indiuisibilis. (*Si mammæ statim,*) quod vult dicere Hippocrates est, in muliere grauida metuendum esse abortum, si mammæ statim graciles euadant, Sic etiam Celsus lib. 2. cap 8. dixit: Mulieri grauidę si subito mammæ emacruerunt abortus periculum est; quam sententiam habuit Hippocrates etiam infra hoc codẽ lib aphor. 53. & 2. Epid sect. 1. Iam verò quòd mammæ tumefiant virginibus, atque mulieribus, quæ vel vtero gerunt, vel menstruis carent, est quia in cunctis sanguis copiosior ad loca deferatur mammarum, quo nutritæ vberius in maiorem molem attolluntur, sicq́ grandiores, & solidiores efficiuntur, quod genus auctionis in Virginibus sororiare dicebant veteres latini, vt est apud festum, quam vocem mutuati sunt à Græcis, & præsertim ab Hippocrate apud quem frequens est vox (ἀδελφισμένων,) idest germanorum, & fratriarum, & similium, vt sororum, vel fratrum; Vbi itaque mammæ solidæ & tumidiores sunt in coniugatis, vel alijs viro vtentibus, atque simul menstruã deficiant, solet id haberi pro signo prægnationis atque etiam in brutis obseruari solet, Verum enimuero interdum quoque contingit, quod in grauidis, vel non fiant tumidiores, vel si fiant vt extenuentur, atque hoc contingit dupliciter, aut tempore, aut statim. Si paullatim id fiat, poterit esse, vel quia fœtus plus attrahat sanguinis, quam vt ad mammas copiosus ferri queat, vel quia corpus totum vitiatum non sufficiat tantum generare sanguinis, qui & alendo fœtui, & ipsis mãmis nutriendis, atque augendis abunde suppetat, sin autem statim mammæ tumentes extenuentur, dicit Hippocrates: metuendum esse ne abortus cõsequatur, Sed illud quæsitu dignum est; cur si (ἐξαίφνης,) .i. subito mammæ gracilescant expectandus sit abortus, non ità si paullatim id contingat; nam si hoc postremũ fieret, frustra addidisset Hippocrates vocem (repente.) Galenus videtur totum hoc tribuere defectui nutrimenti ipsius fœtus, quod eo priuatus, attrahit etiam à mammis; & cum neque sufficiens habeat inde, calcitrat, calcitrando que ligamenta frangit, vnde post modum sequitur abortus. Cæterum non mihi videtur hæc integra causa, quoniam fœtus paullatim attrahit, ob idque deberent etiam mammæ paullatim emaciari, non subito, Igitur alia causa proximior est quærenda, pro qua sciendum est inter mammas, & vterum esse quidem consensum quendam vasorum, sed non ita perspicuum, vt ex Anatomæ apparet, Sed etiam & consensus quidam alius formæ, & naturæ, quam etiam cognouit Hippoc. 2. Epid: sect 1. vbi docens tumores testium curare tussim, & è contra, dicit: illud fieri ob consensum inter genitalia, & pectus, quod vti in viris est verum, ita non minus in mulieribus, Iam verò cum res ita sese habeat, vbi quispiam grauis affectus occupat vterum, statim mammæ compatiuntur, ac subinde extenuantur, vnde quod voluit Hippocrates significare est, vbi statim mammæ graciles sunt, id fieri ob affectum grauem aliquem, vel fœtus, vel vteri, ac propterea expectandum esse abortum, & miror Galenum non ponderasse particulam (ἐξαίφνης) nisi dicamus eius contextum ipsam non habuisse, quemadmodum, nec in aphor. 53. huius libri, nec secundo Epid: licet etiam

Dubit.

Sol. Gal.

Sol. Auctoris.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 532 sur 867

©BIUM

habeatur, & in primo de morb:mulier:vbi multa alia hac de re dicit, & à Cornelso loco citato, Conciuis autem meus, qui eam particulam expendendã duxit, voluit iccirco ab Hippocr. appositam fuisse, quoniam si paullatim gracilescant 7. vel 8. mense, cum sit proximus fœtus partui, potest etiam cum defectu nutrimenti sufficere, quod tamẽ minimè accipio, quia quò grandior, eo minus sustinet inediam, præterquam quòd Hippoc. 1. lib. de morb:mulieb: hoc quod dicit etiam hic, potissimum fieri septimo, & octauo mense tradit; non nego tamen posse etiam subito gracilescere mammas ob insignem aliquam ab vtero euacuationem, Sed hoc est ita euidens, vt de hac caussa Hippocratem esse locutũ minimè existimare debeamus, duę tamen sunt conditiones necessariæ ad penitus verificandum aphorismum, vna est, vt perseueret gracilitas, alia est, vtid non sit consuetum, nam sunt quædam mulieres, quibus etiam leui de caussa consueuerunt mammæ fieri graciles, neque tamen abortiunt sicuti interdum etiam abortiuntur, quibus non subito, sed paullatim gracilescunt, eo quod paullatim subtracto nutrimento tandem fœtus deficit, Vtilis ergo est aphorismus, non modo ad præsagiendum, & prædicendum abortum, verum etiam ad mulieres, & medicos docendos, quod vbi hoc signum appareat sit remedijs sollicitandum, tàm ex parte obstetricum, quàm ægræ, & medicorum, ne sequatur abortus.

---

§ 8 *Mulieri vtero gerenti, si altera mamma gracilis fiat, geminos habenti, alterum abortit, & siquidem mamma dextra gracilis fiat, marem: si verò sinistra, fœminam.*

Connexio. PATET certè continuatio prẽsentis aphorismi cum superiore, Verũ posset videri forsan superuacaneus, cum superior sat sit, At secus est, quandoquidem alia quoque docet hic Hippocr. & inter cętera fieri superfœtationes, in quibus potest vnus gemellus seruari, & alter interire, Vnde sententia est tota prognostica, parum conferens amplius, quam superior, Et potest in duas partes

Diuisio. secari licet demonstratione careat. (*Mulieri in utero gerenti,*) Quod dicit Galenus breuiter pro explicatione huius aphorismi est ob antedictam communionem vasorum vteri fieri, vt pars ipsius dextera cum dextera mamma, & pars sinistra, cum sinistra communicent, Vnde deficiente nutrimento, aut affectu aliquo graui existente in vna parte, illa quæ ipsi cum rectitudine communicat, similiter afficiatur, atque extenuetur, Cumq; secundum Hippocratis opinionem mas in dextera vteri parte, & fœmina in sinistra fiat, rationi consequens, vt vbi patitur mas dextera mamma coafficiatur, vbi vero femella, similiter & sinistra emacietur, qđ totum iure dixit Gal. esse secundum Hippoc. dogma, quodq. inferius explicatius habetur aph. s. 48. Nam vt est apud Galen. seu Plutarchum in lib. de plac: phil: fuerunt inter Veteres, qui hoc negarũt, sed promiscuè, & fœminã, & marẽ in quibuslibet vteri locis generari existimarũt: Arist. in lib. 7. de hist: anim: c. 3 dicebat mares in dextera parte magis moueri, & fœminas in sinistra, sed hoc nõ esse perpetuũ, quinimò lib. 4. de gen: anim: c. 1. disputãs aduersus

Demo-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 533 sur 867

Democritum dicebat gemellos sæpe reperiri genitos, & contentos in eadem vteri parte, atq; id à se compertum in dissectionibus animalium viuipararum, tum pedestrium, tum etiam piscium, ex quo loco conuincitur Aristoteles pro cognitione animalium etiam ipsum dissectionibus studuisse, quemadmodum Hippoc. in Epist: narrat sese Democritum facientem reperisse. Hipp. autem secundo Epid: sec: 6. dicebat: plurimum dignitatis habere oculū, & mammā dexteram, atq; marem in dextera parte innasci solere. Vtilitas præsentis aphorismi tantum est ad prædicendum an mas, vel fœmina sit futurus abortus, atque etiam an mas, vel femina in vtero contineatur, siquidem hac ratione, si vera sit Hipp. sententia, debent mammę dexterę semper esse tumidiores, & solidiores vbi mas conceptus est, sicut sinistræ tenuiores, & flaccidiores. At vbi fœmina est concepta, similiter sinistræ; Sed etiam hoc est fallax signum. *Vtilitas Aphor.*

---

39 *Si mulier, quæ neque grauida est, neque peperit, lac habet, huic menstrua defecerunt.*

DE conceptus, & de mammis locutus cum sit in superiori Hipp. non abre sequitur in præsenti de iisdē rebus agere, quamquam fortan aptius hęc sententia posita fuisset supra, vbi egit de menstruis, cū hic etiam quid menstrua deficientia interdum faciant docere intendat. Ita vt sit hæc quoq; pars simiotica ratione carens, & indiuisibilis, etsi alioquin longiuscula. (*Mulier*) dicit Hippoc. 1. quæ concepit, deinde quæ peperit, quoniam prius natura fit conceptus quam partus, Vnde non satis commode Celsus trāsferens hanc sententiā lib. 2. cap. 8. Hipp. ordinem peruertit, dicens. Quæ neq; peperit, neque grauida est, si lac habet à menstruis defectus est. Quod autem in muliere interdum fiat lac in mammillis absq; eo quod conceperit, vel peperterit, vsu probatissimum est, imò vetò etiam in maribus interdum fieri obseruatum est, & Arist. 3. lib. de hist: animal. cap. 20. id testatur interdum contingere tam in viris post pubertatem, quā in brutis, cum referat in Lemno cuidā capro tantum lactis emulsum esse, vt inde fierent colostra. In vtriusq; autem tam scilicet fœminis neque fœtis, neque pręgnantibus fieri eadem ratione non est dubitandū, nempe ob ingentem sanguinis vbertatem in ipsis mammis collectā; Sicut enim vbi sanguis superabundat nutritioni in ipsis seminarijs vasis ipsorum spermatica facultate conuertitur in semen etiam in pueris, vt testatur Hipp. lib. de genitura, haud secus & in mammis, vbi superfluit sanguis ipsarum integræ nutritioni, is vi mammarum lactifica conuertitur in lac, Atq; hoc vtriusq; commune est, verum peculiariter id habent mulieres, vt in ipsis sanguis exuberet, & ad mammas copiosus postmodum feratur, quando scilicet, is qui singulo mense euacuari consueuit, retinetur aliqua ratione, tunc enim propter consuetudinem facile ad mammas fertur, faciliusquè in his conuertitur in lac, propter maiorem vim lactificandi (vt sic dicam) facultatem, vnde frequentius contingit mulieribus fieri lac sine imprægnatione, & fœtatione, quam viris, vt ob hoc Aristoteles iure merito dixerit, non modo rarissimè contingere, vt in maribus fiat lac, verum etiam *Connexio. Scopus.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 534 sur 867

©BIUM

pro monſtro haberi ſi quando id conſpiciatur, Et animaduertere oportet, Hippocratem dixiſſe mulieri quæ nec vterum geſtat, nec peperit, & tamen lac in mammillis habet, menſtrua defeciſſe, non tamen è contra, quoniam ſæpenumero varijs de cauſſis ſolent menſtrua deficere, nec tamen in mammis fieri lac, eò quod vel ſanguis retentus aliò feratur, quàm ad mammas, vel qui fertur nitio ſus eſt, nec aptus vt ex eo fiat lac. Galenus autem pluribus hanc totam lactis fabricam percurrit in commentario, Sed nihil plus dixit quam hoc: quod dixi, & quod raro fit, vt in mulieribus fiat lac, niſi conceperint, aut peperint, vel niſi menſtrua defecerint, de quo caſu non eſt dubium in præſenti eſſe locutum Hippocratem, qui ſtudioſiſſimus cum eſſet docendi omnia artis myſteria, etiam ea quæ raro contingunt haudquaquam eſſe ſilentio prætercuda putauit, Et forſan Veteres, & præſertim Empedocles (in hoc tamen ab Ariſtotele damnatus,) appellarunt lac pus, eò quod eo fere pacto generationem accipiat quò pus ex ſanguine genitum, quamquam in eo diuerſum, quod pus fiat tàm à præternaturali, quàm à naturali calore, lac vero à naturali tantum, (& vt oſtendi in varijs lect: eo modo Antiqui vocarunt pus lac, quò etiam vocarunt coctionem πύωσιν,) Sed diminuto, vt Galenus in ſequenti: ſed non eſt conſumata coctio, quoniam ratione frigiditatis mammarum efficitur, vt Galenus in ſequenti, vbi etiam dicit: lac eſſe ſanguine frigidus, neq; enim fieret ex lacte ſanguis iterum, ſi per conſumatam coctionem factum eſſet, eo quod vt ait Ariſt. 4. metheorol. quę cocta ſunt perfecte non poſſunt recrudeſcere, & iterum coqui. Itaq; veriſſimum eſt, quæ nec puerperæ, nec grauidæ ſunt, eas carere menſtruis purgationibus, ſed & illud veriſſimum eſt, lac quod in his fit, non modo raro, (vt nuper dicebam,) fieri, verum etiam exiguum eſſe præ illo, quod fit in puerperis, vt ad deprehendendas mulieres, quæ occidunt fœtus, & latere volunt, nullum poſſint iudices habere certius iudicium, quam copiam lactis in mammillis, Sed dicet aliquis, hoc haud perpetuo verum eſſe, cum reperte ſint puellæ, quæ multo ante menſtruorum eruptionem in mammis lac habuerunt, cui reſpõdendum id factum eſſe ea ratione, qua diximus quandoq; etiam fieri in maribus, aut Viraginibus, ſcilicet ob copiam eius ſanguinis, qui ſupereſt nutritioni partium corporis, imò verò poteſt etiam fieri ratione eiuſdem copiæ, vt non modo fieret lac, verum etiam & menſtrua fluerent, ſed tunc multo minus eſſet lac, quam ſi menſtrua non fluerent & rationabiliter; Sed cum Hippoc. hoc in loco loquatur de menſtruorum defectu præternaturali, & morboſo, quæritu dignum eſt, an etiam in defectu naturali menſtruorum, licet poſt quinquageſimum ætatis annum poſſit verificari, ita ut ſi lac habeat in mammillis, poſſit id fieri, quia menſtrua naturaliter defecerint, cui reſpondendum eſt, reperiri interdum mulieres vſque adeò ſanguine abundantes, vt etiam vltra quinquageſimum annum, & purgentur & concipiant, ac pariant, quemadmodum hiſce diebus proximis contigit Duciſſæ Venetiarum, in hiſce ſi menſtrua tempeſtiuius paullo deficiãt, plane poteſt lac in mãmillis fieri; quemadmodum in conſuetis concipere, & multum lactis facere, etiam ſexageſimo ætatis anno poteſt lac fieri, ſi multo ſanguine abundent. Vtilis eſt aphoriſmus non ſolum ad deprehendenda mulierum peccata, vt dicebam, (licet etiam ſint quæ pariunt, & lac non

Dubit. *Solut.* *Dubit.* *Solut.* *Vtilitas Aphor.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 535 sur 867

©BIUM

lac nõ faciunt) verumetiam ad cognoscendum cõceptum, vbi de eo dubitatur, & ad cognoscendum menstrum defectum, sed vt hæc vtilitates sint paruæ, est tamen multum ornamenti medicis, atque philosophis hæc scire, quando etiam ab ipso Aristot. haud fuerunt neglecta.

---

40 *Quibuscumque mulieribus ad mammas sanguis colligitur, furorem significat.*

CELSVS lib. 2. cap. 7. ita præsentem aphorismum latinum fecit. Suffusæ quoq; sanguine mulieris mammæ, furorem venturum esse testantur, *Connexio.* potest autem connecti cum superiore, eo quod in eo sit locutus de lacte in mammis collecto, hic vero de sanguine ex quo fit lac, perinde ac integra constitui possit ex ambobus sententia in hunc modum, si lac fiat in mammis, fit, quia sanguis menstruus ad eas conuertitur, atqui si ad illas feratur sanguis, neque in *Scopus.* lac mutetur, furorem adfuturum esse significatur. Vnde patet quę sit Hippocratis intentio in hac breui sententia, quæ prognostica uere est, sine ratione atque indiuisibilis. (*Mulieri.*) Hippoc. 2. Epid. in fine sect. 6. habet quidem hanc eandem sententiam, verum quod hic dicitur tantum de mulieribus, ibi videtur quoque dici de viris. Sunt.n hæc ipsius verba. Venturum furorem prænũciat, cui in mammis sanguis colligitur. Est autem non absimile, id quod Hippocr. scripsit libro supracitato, sect. 5. scilicet quibus venæ cubiti valdę pulsant, eos, & furi bundos, & valde iracundos esse; Galenus scribit sese huiusmodi rẽ haudquaquam vidisse, & forsan Hippocratem eam uidisse, propterea què voluisse posteris relinquere, ut multa alia nobis tradidit cæteris penitus in comperta. Quod si uerum est, proculdubio aliquam etiam illius caussam reperiri, quandoquidem omnis effectus propriam caussam habet. Itaque inquit Galenus hanc posse afferri rationem, quod adenes ueluti mammę sunt partes sanguinis expertes & frigidæ, merito cuius lac generant, quod quidem frigidius sanguine est, quemadmodum, & pars ubi fit, frigidior est Iocinoris parenchymate ubi sanguis fabricatur, cũ ergo sanguis feruidior in mammis colligitur, ita ut nequeat in lac conuerti, propter communionem quam habent mammæ cum cerebro, inde feruentes uapores in illud missi maniæ occasionem facile præstant, haud secus quam illis idem sanguis in cubiti uenis ualde feruidus collectus, propterea què pulsus arteriarum manifestos reddens, ubi in cerebrum, & cor feruentes transmittit halitus tum iræ, tum furori concitandis famulatur. Et notandum *Not.* est hic Hippocratem proculdubio de sanguine uitioso loqui, quoniam uox συστρέφεται, qua hic utitur id proprie significat, ut scribit Galen. 4. de uictus acut: contex: 22. Verum aduersus rationem à Galeno propositam dubitari potest, *Dubit.* quoniã si mammarũ substantia frigida est deberet sanguinem quantumuis feruidum attemperare, ac propterea lac quidem nihilominus gignere: sed pro natura ipsius sanguinis ex quo fit, sic lac dicimus modo esse biliosum, modo melancholicum prout scilicet talis est sanguis ex quo fit, præterea initio imprægnationis fiunt collectiones sanguinis in mammis, unde cræscunt, & durãtur,

neque

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 536 sur 867

©BIUM

Solut. neque tamen faciunt maniã, niſi placeat dicere facultatem mammarum permutatricem interdum robuſtam eſſe, ita vt ſanguinem quantumuis vitiolum permutet in lac, interdum verò debilem: vbi robuſta eſt, facit quidem lac ex ſanguine vitioſo; ſed & ipſum vitioſum, vbi debilis eſt, cum nequeat ſanguinẽ melancholicum, aut bilioſam permutare, is permanens immutatus vapores melancholicos, aut bilioſos in caput mittit, vnde poſt modum furor, & mania ſubſequuntur. Quod autem obijcitur de prægnantibus, in illis non colligitur ſanguis in vnam partem ita ut fiat συσροφή, ſiue duritia, & tumor. Sed funditur

Dubit. per totas ipſas mammas. Sed an hoc faciat putreſcens, an tantum feruens du-

Solut. bitari poſſet, ego verò vtroque modo fieri poſſe non dubito, quamquam putreſcens multo ſæuiora, & lęthaliora damna infert, tum ob viciniam cordis, tum ob cerebri communicantiam: Si enim feruens, aut putreſcens humor, & ſanguis in vtero cõtineatur deliria, ſyncopas, aliaq. grauiſſima mala inducit, etiam ſi longe diſſitus ſit, & à corde, & à cerebro: multo magis hoc poteſt facere in mammis, quæ vtriſque uiſceribus adeo ſunt proximæ, poſſumus tamen dicere

Dubit. de non putreſcente eſſe intelligendum, alioquin eſſet cum febre, nec ſignifica-

Mania, quid. ret maniam, quæ eſt vehemens delirium ſine febre, qua diſtinguitur à phrenitide, vt docet Gal. 1. prorr. 1. & 3. in 3 Epid: tex 44 Sed cum etiam in alijs ſuperioribus partibus ſanguis collectus faciat ſimilia ſymptomata, atque etiam alia, cur ſolum Hippoc. loquitur de mammis, atque de Mania? Iacobus conciuis meus dicit id feciſſe Hippo. quia frequentius hoc contingit in mammis, quã in alijs partibus ob confluxum ſanguinis menſtrualis: Sed hoc eſt contra Galen. qui ſcribit hunc caſum rarum eſſe, nec vnquam à ſe viſum: adhæc Hippoc. vt dictũ eſt, 2. Epid: videtur velle hoc eſſe verum tãm in viris, quãm in mulie-

Solut. ribus. Itaque melius eſt reſpondere ſub nomine manię, melancholiam, aliudq. omne delyrium intellexiſſe, nam id interdum ſignificare eam vocem docet Galenus aphor. 25. & 52. lib. 6. & potius mammarum meminiſſe, quia hoc cum rãrius eueniat, vt ait Galenus, docet multo facilius etiam in alijs partibus contingere. Poſſumus etiam aliter reſpondere, nempe Hippocratẽ hic vſurpaſſe vocem συσρέφεται, quæ vt ſcribit Gal. 4. acut. 22. ſignificat collectiones, & durities partium ex prauis ſuccis, à quibus facile mittũtur vapores in cerebrum, qui licet neceſſario non faciant maniam, tamen apti ſunt facere, & faciunt interdum. Verũtamen ad hoc vt æternę veritatis aphoriſmus ſit, requiruntur nonnullæ conditiones. Vna eſt, vt ſanguis ſit multus, propter quod utitur Hippocrates uoce συσρέφεται, hoc eſt colligitur, quæ copiam materiæ collectę ſignificat, Alia condicio eſt, ut non ſolum ſit copioſus, ſed etiam ualde uitioſus, ſcilicet feruidus melancholicus, aut bilioſus, nam quod parum uitij habet permutatur, & uincitur faciliter à facultate mammarum alteratrice: nam ſanguis pituitoſus etiamſi multus colligatur in mammis, haudquaquam poteſt maniam facere, imò ſi ob copiam immutatus permaneat, ſtuporem potius, quam furorem, & maniam inducet, quales fieri pituitoſos uiros, & fœminas quotidie obſeruamus. Tertia condicio eſt, ut cerebrum ſit debile, & cor, alioquin exiſtentibus his ui-

Vtilitas aphor. ſceribus robuſtis, repelluntur uapores priuſquam ullum afferant detrimentum. Eſt Vtilis aphoriſmus ad prædicendum in mulieribus furorem, qui ſolet illis

frequen-

frequentius, quam viris contingere, Vtilis est ad curationem, præseruationemque, quoniá vbi suspicatur hac de re medicus, protinus & sanguinis euacuatione, & purgatione succurrere potest, Sed percunctabitur aliquis, & iure, quomodo cognosci possit colligi sangu inem, & periculum imminere, etenim hæc res non ita sensui obuia est, quia habeat opus aliqua industria: Ideo puto cognosci hoc posse tumore mammarũ, rubore, calore, carentia lactis, carentia menstruorum sine conceptione, faciei rubore, capitisq. repletione, Hæc nomina, vel saltẽ plurima si adsint, proculdubio metuendum est, ne furor, & insania succedant.

---

41 *Si velis noscere an conceperit mulier, cum dormitura est ei aquam mulsam potandam da, & si alui tormina patietur concepit, si minus, non concepit.*

SÆPIVS Hippocrates in superioribus locutus fuerat de grauidis, & de ijs quibus menstrua deficiunt. Vnde ad eorum intellectionem, maximè referebat cognoscere posse, quando mulier in vtero habet & quãdo non. Id quod facit in præsenti aphorismo, in quo scopus Hippocr. præcipuus est docere signa quibus cognoscitur cõceptio, de quibus etiam locutus est lib. de fœtat: & superfœt: necnon primo de morb: mulieb: de sterilib: & alibi: Est autem sententia pertinens ad partem medicinæ diagnosticam, Etenim dicebat alias Hipp. conceptum, partum, abortum, & morbum ijsdem modis iudicari: Etsi uerò posset in plures partes diuidi, vna tamen est sententia, qua dicit Hipp. si placeat cognoscere an mulier conceperit, dum it dormitum esse præbendum ei melicratum, quo epoto si postea torminibus tentetur eam concepisse, sin minus, nihil in vtero habere: Certè mirari soleo, quomodo Hippoc. ex hoc uno signo uoluerit cognosci rem adeo difficilem, & eo magis miror, quia alibi non proposuit nisi in lib. de steril: vbi etiam melli addidit anisum, & forsan ex ijs rebus est, quas raro vsu ueras probauit, (*Vbi dormitura est,*) in nonnullis codicib. legitur (ἀδείπνω,) idest nõ cœnatę, at Gal. videtur potius legisse οὐκ ἀδείπνω, idest cœnatę, unde aliqui nõ solum putant in hoc periculo faciendo debere mulierem cenasse, uerum opipare edisse, quod consilium certè, nec utile, neq; securum puto, quandoquidem non modo utero gerentes, uerum etiam steriles, atq; ipsosmet viros si lauta cena alamus, ac deinde dormituris melicratũ propinemus raro contiget, quin torminibus capiantur, (*Melicratum.*) Vt dicebam in lib. de sterilib. habetur hoc experimentum cum melle, & aniso, uel secundum alios codices cum minio, & aniso; rursus sunt qui putant Hipp. intellexisse de melicrato crudo, ut Galenus alij uero de cocto, eo quod crudũ in quibusuis tormina faciat sæpenumero, Ego uero puto non posse dari certam legem, eo quòd sunt corpora adeo tenera, quæ etiam à melle cocto cruciantur, alia rursum, quæ nec à crudo quicquam patiuntur, qua causa forsan motus Hipp. nil determinauit, sicuti nec Auicennas, sed simpliciter melicratum dixit. est melicratus compositũ ex aqua, & melle, quę uario modo fieri solet, modo plus, modo minus mellis apponẽdo, etiam puto, sub nomine melicrati intellexisse Hipp. cũctas similes potiones quãquã, accepit pro exẽplo melicratũ tãquã usitatius, & tutius cęteris similib. potionib. (*Si alui tormina.*) Alui tormina fieri solẽt à uarijs caussis, ab humorib. acrib. à frigidis, nec nõ à flatu,

Connexio.

Scopus.

Melicratum quid.

©BIUM

flatu, similiter fieri solēt in uarijs intestinorū locis, scilicet summis imis & mē-dijs, frequentius autem in ileo, seu colo, quamquam apud Veteres usq; ad Tiberij tempora, ut narrat Plinius haud inuenitur nominatus dolor colicus, sed tantum iliacus, cuiusmodi sæpenumero inuenitur appellatus ab Hippocrate, & de quo hoc in loco fuisse locutum non dubito, Cur autem in grauidis ex potu melicrati fiat colicus, seu iliacus dolor, puto illam posse afferri rationem, quod prę-gnantium intestina à tumore uteri coarctantur, quo fit vt qui libere antea flatus exibat, tunc angustia loci impeditus ipsa intestina longe, lateq. extendat, sicq tormina inducat. Verum sicuti retro dicebam, hoc signum est admodum fallax, quin uix umquam uerificabitur nisi aliquæ condiciones adsint, quarum prima est, ut mulier consueta sit huiusmodi potiones sumere, nec ullos cruciatus pati, sic conijci poterit, quando torminibus pręter consuetudinem molestetur esse ob retentionem flatuum ex angustia intestinorum ab utero pleno, & ea comprimente inducta, atque hoc potissimum contingit in somno, quando excrementa, atque flatus multo magis, quàm alias retinentur, tunc enim iccirco iuuat iacere cruribus contractis, quia plus spacij relinquitur ipsis flatibus, ne extendant, & tormina faciant, imò etiam à natura docentur homines, & bruta dum torquentur secundum intestina contrahere crura, ut docuit Aristot. disertissime 6. sect prob. 3. vbi quærens cur sit melius inflexo, quàm extenso corpore cubare, prædictas rationes attulit. Secunda condicio, vt melicratum sit optime paratum, vel melle crudo, vel cocto, prout mulier solet ipsum vsurpare, aut magis minusue pati, Et Auicennas 2 1. 3. tract 1. cap. 10. volebat, vt melicratum sumendum fiat ex duabus uncijs mellis, & totidem aquæ pluuialis, vbi etiam dicebat hoc esse expertum certum, sed nisi in consuetis potare illud, scilicet absque noxa. Tertia condicio, vt mulier alioquin sit sana, nec alijs ęgritudinibus, & præsertim intestinorum obnoxia, nam valetudinariæ mulieres, & maxime quæ oppilationibus expositæ sunt, facile absque impręgnatione ex potu rerum similium incidunt in similes affectus, cuiusmodi quoq; sunt hysterice vocatæ, Sed cum certum haudquaquam sit huiusmodi signum impręgnationis, quemadmodum nec alia mox subiungenda, optabitis forsan, vt doceam vos certiora, quod vt præstem ante cętera illud est is monendi, nullum in primis saltem mensibus impręgnationis signum ita certum esse, quin fallat interdum, Veteres vt Hippoc. Aristot. Galen. Auic. Aetius, alijque scriptores conati sunt complura monstrare, quæ crediderunt minus fallere, quæq. cum plurima sint, conabor selectiora sumere, atq; facilioris doctrinæ gratia, sub capita quædam redigere, Ergo quia vbi fœtus iam incipit moueri, & venter augeri, atq; mammę, non fluentibus mensibus, iam certissimum est mulierem esse grauidam, de hoc tempore non loquemur: Sed de prioribus mensibus, scilicet quando magis dubitatur, nec dum signa certa adsunt. Hæc autem signa uel capiuntur ex ipso coitu, vel post coitum, atq; hæc sumuntur, aut ab actionibus mutatis, aut ab excrementis, aut ab affectibus, De coitu dicit Auic: vbi mulier concipit percipere in ipso actu magnam delectationem, & exuctionem, atq; caput virgæ exiccari, simulq. & marem, & fęminam ad spermatis emissionem conuenire, velutiq. fœminam horrere, & conuelli, tum claudi os vteri ita ut nec sty-

Dubit. *Soiut.*

lus

©BIUM

lus penetrare possit, post coitum si spacio septem dierum semen intra vterum retineatur, ita vt non effluat, quemadmodum solet, dicit Hippocrates libro de genit: de nat: pueri; & primo de morbis mulieb: nec non Aristot. 7. de Hist. animal: 3. Signum esse conceptus. At post septimam diem, sunt multa alia signa commemorata à prædictis scriptoribus; Nam quod spectat ad actiones animales mutatas, adest quædam in motu pigrities, interdum vertigo, oculorum hebetudo, & veluti profundatio, Appetitus diminutio, & deprauatio. Ex actionibus vitalibus, anhelitus fit maior. pulsus celeriores. Naturalis coctio ciborum deterior fit. Ex excrementis, menstrua retinentur, aluus durior fit, vrina acrior, ructus, & vomitus acidi, amari, Postremo quod pertinet ad affectus; color natiuus permutatur ad varios, fiunt dolores circa stomachum, & vmbilicum; tument, & indurantur mammæ. Hæc atque alia plura solent in grauidis statim apparere indicia, quæ faciunt, vt à plerisq. putetur eas ægrotare, sed sunt etiam nonnullæ adeo validæ, & optime constitutæ, vt vix quicquam differant à seipsis dum vtero gerunt. Vtilis est itaque hic aphorismus ad prædicendum conceptum, quo cognito fiunt mulieres, & medici ipsi accuratiores in ijs gubernandis secundum regulas nobis à Veteribus relictas. *Vtilitas Aphor.*

---

42. *Mulier si marem concepit, bene colorata est, si vero fœminam, mala colorata.*

DOCVIT Hippocrates in superiori signum cognoscendi conceptum in vniuersum, nunc autem intendit docere modum cognoscendi vtrum conceptus mas sit an fœmina, quod etiam facit vnico signo à colore accepto, forsan quia hoc putauerit esse cæteris efficacius, vel quia hoc ab ipso sit magis obseruatum, quamquam & hoc fallax sit, Pertinet ergo præsens sententia ad partem medicinæ diagnosticam, atque sine ratione est, attamen in duas partes diuidi potest, quarum prior hæc habetur (*Mulier, si marem concepit boni coloris est,*) ἐυχρὸυς, boni coloris; Quis autem sit bonus mulieris color diffinitum est à plerisquè, scilicet albus rubeo mixtus; Vnde Ennius pœta Erubuit mulier ceu lacti purpura mixta, Aetius etiam lib. 16. cap. 9. Et Auicen. 21. 3. trac. 1. cap. 13. inter signa masculi fœtus, quod grauida sit melioris caloris, pluris leuitatis, agilitatis, & mundioris facici. Sunt etiam & alia signa, verum omnia fallacia, licet hęc commemorata sint cæteris certiora, veluti etiam, quod in dextera totius corporis parte diuersa symptomata appareant; cum enim (vt antea dictum est,) mares vt plurimum in dextera parte contineantur, iure quando cæteræ dexteræ partes illi compatiuntur argumentum esse potest marem esse conceptum. Cæterum hic quæsitu dignum est, ad quid sit referenda particula (*boni coloris*) an scilicet ad alias mulieres, an ad eas quę conceperit fœmellam, an verò ad seipsam, ut scilicet sit melioris coloris, quam dum non est grauida, præterea, videre oportet quę sit vera ratio, propter quam mulier quę concepit marem sit boni coloris; Circa primum Galen. in comm: manifeste dixit Hippocratem facere comparationem pregnantis, non ad alias, siue pregnantes, siue non, sed ad seipsas, *Connexio.* *Diuisio.* *Dubit.* *Solut.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 540 sur 867

©BIUM

quando uel in utero habent, vel fœminam habent, quod tamen intelligendum eſt, niſi acceſſerint externæ cauſſæ, quæ potuerint i pſam bene colorare, vt exercitatio, ignis, Sol: potio uini, nam Attila cum vidit Epiſcopũ Narnienſem alioquin ſanctum virũ adeo facie rubicundũ dixit: illum vino delectari, cum tamẽ talem faciem haberet ob aſſiduas lachrymas, ad hæc non debent mulieres quæ ſunt iudicandæ eſſe purpuriſſo fucatæ, vt ſolent eſſe pleræquè. Ad ſecundum verò dicit Galenus ſimiliter, & cum eo omnes alij, cauſſam boni coloris in ea, quæ concepit marem, non aliam eſſe, quam quod mares à calido ſemine, vel vtriuſque, vel alterius ſaltem generantur, tam in humano genere, quam in brutorum, vnde par eſt etiam eos eſſe calidiores. & propterea magis ſanguineos, quo fit vt deinde ſint coloratiores, quandoquidem vt primo de humoribus dicebat Hippocrates talis color efflorescit in cute, quales humores intus dominantur, Accedit hiſce quod cum mares plerumq. in dextero latere ſiti ſint, ſuo calore iccur magis calefaciunt, ex quo fit, vt ſanguis calidior fiat; & cõſequenter corpus magis coloretur, quæ etiam eſt ratio, propter quam quanto magis fœtus grandior euadit, eo magis ſigna ipſa maſculinitatis iſte produnt, quia ſcilicet tũc plus ſanguinis calidioris factum eſt, & ob id venæ pleniores faciunt meliorem colorem, hæc de prima parte. Sequitur ſecunda quæ eſt, (*Sin fœminam conceperit &c.*) vox δυσχρους, proculdubio contrariam præcedentis, ſcilicet (εὐχρους ſignificat, hoc eſt mali coloris, facta nempè comparatione tum ad ſeipſam priuſquam concipiat, tum quando marem concepit, & proculdubio contrariorum effectuum contrariæ ſunt cauſſæ, ſicut enim maſculorum cauſſa eſt calor, & robur, ſic fœminarum frigus, & imbecillitas ſeminis, vnde cum minus caleat fœtus, ſitq. in ſiniſtra parte, iure iccur quoq; minus incaleſcit, propterea què non generat ſanguinem calidiorem, & conſequenter non poteſt melius colorare, Sed aliquis dubitabit, quomodo fieri hoc poſſit, quandoquidem mulieres grauidæ, ſiue marem, ſiue fœmineam gerant ſemper ſunt calidiores, quã dum non ſunt grauidæ, vnde hac ratione deberet ſemper aliquo modo eſſe coloratiores, quam dum nihil habent in vtero, Ad quod reſpondendum eſt, ad faciendum bonum colorem præter ſanguinis caliditatem, & bonitatem, requiri etiam ut corpora ſint ab excrementis vacua, & boni humores in cutim fundantur, vt dicebat Ariſtot. in poſtrema proble: ſect. 4. Nam propterea nimium dormientes fiunt decolorationes, quoniam in ipſis excrementa plus retinentur, atq; minus diſſipantur, Modo fœtus maſculini magis excrementa conſumunt calore, fœminini autem minus, vnde hi minus colorant, vel magis decolorant, quàm mares, quæ etiam eſt ratio, vt dum generantur famellæ, ac pariuntur, ſemper puerperia ſint plura, & deteriora, pluribuſquè diebus fluere pergant, ſecus quam cum mares eduntur. Verum vt retro dicebam hoc ſignum non eſt, ita perpetuum, quin interdum fallat, quòd ſcilicet vſueniat quandoquè, vt fœmina aliqua concepta, ſit aliquo mare robuſtior, & propterea coloratiorem reddant prægnantem; Vnde neceſſum eſt ad hoc vt præſens ſignum ab Hippocrate propoſitum æternam veritatem habeat, multa quoq; alia coniungantur, quę ſparſim ab Hipp. ſunt propoſita libro de fœt: & ſuperfœt: de ſterilit: de genitur: & ab Auicen: ſimul propoſita inueniuntur 2 1. 3. trac: primo cap. 13. &

apud

apud Aetium lib: 16. cap. 9. Sunt hęc, quod marem geſtans non modo ſit boni, ſeu melioris coloris, verumetiam vtipſa prægnans ſit leuior, agilior, bene appetat, dextram mammam duriorem, & maiorem habeat, ſemperq. grauitatē aliquam maiorem, & affectum in dextera parte ſentiat, addit Auicennas pulſum quoque dexterę partis eſſe maiorem, atq; velociorem, Sed quod ait quoq; fuiſſe expertum, eſt ubi prægnans ſeſe mouere incipit, aut quieſcere, ſemper id facit, tum pede, tum manu dexteris; Verum quod dicit Hippoc. lib. de ſterilib: atque etiam confirmatur ab alijs, ſ. eam quæ marem geſtat, habere maculam in facie, veluti à Sole iniuſtam ἐφήλιν uocatam, vt eſt in contextu græco non ſatis intelligo, niſi potius legendum ſit, (fœminam,) ut interpres correxit, forſan quod uideret dici ibi, fœminam geſtantē eſſe bene coloratam, ſecus quam in hoc aphoriſmo habetur, Sed vt cumque ſit, non probatur experientia huiuſmodi maculam habere prægnantes, ſiue marem, ſiue fœminam geſtent, Quemadmodum vbi fœmina eſt in utero, ut ait Auic: præter contraria ſigna marem geſtanti, fiunt & vlcera, & apoſtemata in pedibus, atque coxis, forſan ob excremeta, quæ diximus in ijs magis exuberare, Vtilis eſt aphoriſmus, vt patet ad dignoſcendum conceptus ſexus, quæ cognitio tametſi in facienda medicina ſit exigui vſus. Ad alia tamen plurima valet, præſertim ad conciliandam ipſi medico exiſtimationem, & beneuolentiam, necnon ad lucrum faciendum pro ijs, qui ſolent pecunia, vel alio, contendere de futuro ſexu. *Vtilitas Aphor.*

---

43 *Si mulieris grauidæ, in vtero ſit eryſipelas; lęthale.*

CVR Hippocrates interpoluerit præſentem aphoriſmum nulla commodior afferri poteſt ratio, quam quia ſibi propoſuerat de varijs fœminarum affectibus, tàm naturalibus, quàm præternaturalibus tractare, vnde cum Eryſipelas vteri in grauida, ſit affectus rarus, mixtus ex naturali, quæ eſt prægnatio, & præternaturali, qui eſt eryſipelas, de eo prognoſticam ſententiam afferre voluit, adeo vt in præſenti ſcopus ipſi propoſitus non alius fuerit, quàm monſtrare, quid in vteri grauidæ eryſipelatæ ſit pręſagiendum, Eſt itaque ſententia tota prognoſtica, ſine ratione, & ſine diuiſione, (*Eryſipelas:*) quis affectus ſit Eryſipelas docuit pluribus in locis Galenus, præſertim ſecundo ad Glauconem, & libro de tumor: præternaturam, Eſt enim tumor factus ab ichore bilioſo feruente, nam vbi putreſcit phagedęnam potius, & herpetem, quàm verum Eryſipelas facit; an habeat febrem coniunctā haud videtur dubitandum; quādoquidē humor ſuapte natura feruidus, vbi adhuc magis incēditur, in quacumq; ſit corporis parte, neceſſario ſpiritus ſaltem accendit, febremq. diariā inducit; Cū Eryſipelas in parte aliqua generatur, haud eſt difficile ipſo intuitu cognoſcere ob ruborē pallori cōmixtū, quo affecta pars coloratur, ſimulq. valde caleſcit. At ſi in aliqua parte interna gignatur, haud ita facile eſt dignoſcere, ꝓpter *Connexio.* *Scopus:*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 542 sur 867

©BIUM

quod Hippoc. quando in lib. de nat: mulieb: ac ſecundo de morb: mulieb: tractauit de Eryſipelate vteri, laborauit vt multis ſignis illud cognoſci poſſe oſtenderet. *(In vtero.)* Dum mulier vterum gerit, difficile eſt imaginari poſſe ipſum fœtum eryſipelate tentari; attamẽ haud quaquam impoſſibile duco, quin etiam id contingat, quod poſſit ſanguis materнus, quo alitur adeo calidus, & biliosus eſſe, vt huiuſmodi affectum pariat, Verum frequentius multo accidere poteſt, vt uterus id patiatur, tum quia dum plenus eſt, valde ſemper calet, tum ſubſtantia ipſius ſolidiuſcula eſt, ita vt biliosus ichor nequeat faciliter inde elabi, ſed retentus tumorem faciat, & hæc eſt ratio ob quam explicite dixit *(in vtero,)* quamquam etiam potuit illud dixiſſe, vt diſtingueret ab aliarũ partium internarum, atq; externarum eryſipelate, quod nihilominus poteſt mulier prægnans incurrere, *(Mortale,)* Hippoc. 1. lib. de morb: diuidens morbos in ſalutares, dubios, atque eos quí neceſſario interimunt, inter hos poſtremos adnumerauit eryſipelas vteri in grauidis, quaſi neceſſariò hic affectus exitium afferat patiẽtibus, imò verò etiam aliarum partium inflammationes, vt pulmonum, lateris, membranarum cerebri, neceſſariam mortem afferre dixit, Verum hoc in loco tria occurrunt examinanda, Vtrũ mortale intelligatur de fœtu, an de muliere, an de vtriſque; Præterea non videtur ita lethale eſſe Eryſipelas vteri, primo reſpectu ipſius partis, quæ ignobiliſſima eſt, & ſine qua etiam bruta, & mulieres viuere poſſunt, deinde reſpectu fœtus, qui res naturalis eſt, & multo calido natiuo abundans, merito cuius iniurijs maximè reſiſtit. Poſtremo videndum quæ ſit ratio cur Eryſipelas, qui eſt affectus quaſi cutaneus, atque ſua natura potius ſalutaris vſque adeo lęthalis ſit, nam quod in pulmone eryſipelas ſit perniciosiſſimum, ſicut & in iocinore non eſt adeò mirum, tum quia ea uiſcera ſunt nobiliſſima, ac principalia, tum quia vt ſæpę dixit Hippocr. & Galenus febres malignæ ſemper iunguntur viſceribus, aut eryſipelata, aut inflammationes patientibus. Circa primum puto potiſſimum mortale referendum eſſe ad ipſum fœtum; Secundario autem etiam ad mulierem; nam fœtus qui res tenerrima eſt, vt facile à quibuſuis cauſſis læditur, atque interimitur, ſic multo magis vbi illæ cauſſæ ſunt ſatis violentæ; Cęterum mulieres minus periclitantur, quia vt dixi quantum ex parte vteri illæ viuunt etiam cum grauioribus ipſius affectibus, vt cancro: quinimo cum Hippoc. locis citatis de nat: mulieb: atque de morbis mulieb: tradat curationem eryſipelatis, ſignum eſt illum putaſſe mulierem ipſam à morte poſſe vindicari, Itaq; ſi mulieres pereunt ob hanc ægritudinem eſt potius ratione abortus, in quibus ſolent mulieres præſertim alia ægritudine detentæ, periclitari. Circà ſecundum iam dixi Eryſipelas non ratione ipſius vteri eſſe adeo exitiale, Sed propter fœtum, qui ſuaptę natura cauſſarius eſt; Cur autem (quod erat tertio loco examinandum,) Eryſipelas ſit adeò exitioſum, complures efficiunt cauſſæ; quarum prior eſt, quia Eryſipelas in vtero grauidæ fieri nequit, niſi ſanguis, quo alitur infans ſit admodum feruidus, biliosus, & acris, vnde cum fœtus, & peſſimo nutrimento veſcatur, & continuo contrectetur ab vtero flagrante à quo etiam pungitur, & peturitur, neceſſe eſt omnino vt perdatur, Altera cauſſa eſt, quia ſimili Eryſipelati vix fieri poteſt quin febris acuta copuletur. Iam verò prægnantem mulierem aliquo acuto morbo tentari mor-

Dubit.
1.
2.
3.
Sol. 1.
Sol. 2.
Sol. 3.

tale

tale esse dixit antea Hippocrates. Accedit his postremo difficile esse medicinam adhibere non modo, quia morb. internus est, nec refrigerantia applicari queũt, verumetiam quia si alantur morbus augetur, sin in tenui victu, vt morbus exigit, detineantur; haud quaquam potest fœtus, qui suaptę natura debilis est, & inopiæ alimenti, & violentiæ morbi resistere, quo fit vt necessario pereat, tam si Erysipelas sit in parte vteri interna, quam si sit in externa, Sed percunctabitur aliquis, cum Hippocrates inflammationes mortales faciat in grauidis, vtra sit læthalior, an inflãmatio vera, an Erysipelas. Nam multi putant magis exitiale esse Erysipelas, ut pote de quo explicatissimę sit locutus Hippoc. sed ex alia parte, vt inflãmatio in externis est grauior morbus, quàm Erysipelas, multo magis deberet in internis partibus, in quibus semper calor multo maior est, Dicendum est pro resolutione posse morbum metiri, vel materia, vel forma, si primo certum est sanguinem à quo fit inflammatio esse benigniorem humorem, quam bilis sit, ac propterea ab eo fieri mitiores morbos, ut ex Hippoc. docuit Gal. 6. Epid: com: 3. tex. vltimo, nam neque ita expungit, mordicat, & stimulat fœtum, ac mulierem prægnãtem, quemadmodum facit biliosus succus, neque etiam ita ardet, nam vt dicebat Hippoc 4. de morbis, & 6. Epid: initio, & 6. necnon Gal. 2. de diff: feb: & alibi ex pingui quod est in sanguine fit bilis, vnde quod biliosum est etiam pingue est, & propterea ignis præcipuũ alimentum est, Sin uerò metiatur secundum formam, proculdubio inflammatio deterior est Erysipelate, cum sit vitium in uitæ sede, quæ est sanguis. Vtilis est aphorismus ad prædictionem.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

44 Quæcunque præter naturam tenues existentes vtero gerunt, aborium priusquam crassescant.

HIC quoque aphorismus nihil habet commune cum superiori, nisi quòd & ipse est de affectu muliebri, in quo intentio Hippocratis est docere, quid sit præsagiendum, vbi fœminæ nimium graciles concipiunt, vt sententia sit, seu dogma partim naturale, partim prognosticum, qualẽ dixit esse Galenus illum aphorismum, qui habetur 6. Epid: sect. 5. 33. in illo aphor. (*Mulier, & Capra depasta,*) caret autem ratione, nec diuidi commodè potest. (*Quæcumque præter naturam tenues.*) Triplex est in vniuersum corporis mulieris habitus vel gracilis, vel crassus, vel mediocris, de quibus omnibus tractat Hippocr. tribus aphorismis sequentibus. Et primo de gracilibus in præsenti, cuius multæ fuerunt expositiones, vt narrat Galenus, apud quem licet eas videre, Sed quod præceteris consideratione dignum sese offert est, quomodo dictio (*præter naturam*) sit intelligenda. An simpliciter scilicet pro ijs, quæ præter omnem naturæ modum sunt extenuatæ, an verò pro ijs, quæ sunt graciliores factæ, quam prius erant naturaliter, Galenus putat vtroque modo posse intelligi. Ego autem arbitror satius esse Hippocratem intelligere de ijs, quæ & multum, & præter sui consuetudinem sunt extenuatę, nam quæ parum extenuantur, quomodocumque fœtum retinent, quinimò complures sunt, quæ vbi conceperint graciles-

Connexio. Scopus.

cunt,

©BIUM

ſcunt, & tamen fœtum, vſque ad tempus debitum geſtant, de quibus non loquitur, ſed de illis, quæ priuſquam concipiant extenuantur, vt hac forſan ratione antepoſuerit extenuationem, conceptioni. Haud tamen intelligendum de ea extenuatione, quæ fit vi morbi, vt eſt vterquè marasmus, quoniam nimis ſtupidi ingenij eſſet, rem adeò manifeſtam dicere, imò fieri nequit; vt quæ tali marasmo habentur, vmquam concipiant. (*Abortiuntur ſecundo menſe,*) non quod hoc tantum menſe, & non alijs abortiantur, ſed quod hoc potiſſimum; Iam verò quærenda eſt cauſſa cur abortiantur, & cur potiſſimum ſecundo menſe. De quibus dicunt fere omnes propterea abortiri, quoniam ex vna parte membra mulieris trahunt alimentum, vt reficiantur, ex altera parte etiam fœtus trahit, vt alatur, vnde cum ſufficiens non inueniat alimentum deficit, & moritur, Sed vt libere dicam non mihi plene ſatisfacit hæc ratio, quoniam quæ extenuatæ ſunt poſſunt ſanguine abundare, vt erat illa mulier Romana commemorata 6. Epid ſect. 3. t. 29. cui gracillimæ tantum ſanguinis detraxit Galenus; tum quia graciles propterea ſunt, quia membra non fruuntur debito alimento, ita vt ſuperſit multum pro fœtu, tum quia fœtus ante ſecundum menſem pauco indiget nutrimento, quare multo accommodatius mihi videtur ſi dicamus Hippocratem loqui de ijs, quę graciles ſunt ob vitioſum alimentum, in quibus cum ſanguis non ſit probus alendo, atque ob ceſſantia menſtrua magis cumuletur, fit vt fœtus alioquin imbecillus minime poſſit ſufficere ferendis aſſiduis ab impuro alimento detrimentis allatis, vnde perditur ſpacio duorum menſium, non quod præciſe ſecundo menſe hoc accidat, Sed quod hunc non tranſeat, quin fiat abortus.) (*Priuſquam craßeſcat:*) Et ſi ſenſus huius dictionis varius concipiatur; Ego tamen hunc vnum eſſe verum puto, vt Hippoc. dicat, ſemper abortiri, quæ ſunt nimium, & pręter conſuetudinem tenues, donec craſſeſcant, & ad naturalem habitum redigantur, nam quæ ex tenuibus fiunt carnoſiores, & obeſiores illud iccirco conſequuntur, quoniam vberem ſanguinis boni copiam habent, quæ ſufficit non modo fœtui alendo, verum etiam augendæ corporis prægnantis moli occupari, & adnotandum eſt, particulam (*priuſquam craſſeſcant*) non intelligendam eſſe tantum ante aborſum, ſed ante conceptionem, quaſi voluerit dicere Hippoc. mulieres admodum graciles, & ſecundo menſe abortientes, debere ante conceptionem craſſiorem habitum recuperare, ſi debent ab abortu vindicari, & præſeruari, quamquam ſum etiam in opinione conciuis mei, non eſſe neceſſum, vt integra priſtina craſſities recuperetur, ſed ſat eſſe, vt incipiat rehaberi; Vnde mihi videtur Auic. 2. 3. trac: 1. cap. de aborſu, male intellexiſſe Hipp. dum ſcripſit: fieri aborſum in extenuatis antequam craſſeſcat. De qua re videnda quæſtio Iacobi ſuper hunc aphoriſmum. Vtilitas aphoriſmi duplex eſt, vna ad prædicendum aborſum, ne vel medicus, vel alij gratis damnentur: Altera eſt ad præſeruandum ab abortu, ſiquidem hinc diſcitur, eas quę nimium extenuatæ ſunt, oportere priuſquam concipiant, recorporari, (vt loquitur Cælius) ne abortiantur.

Dubit. Solut.

Solut. auctoris.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 545 sur 867

45 *Quæcunque mediocriter corpora habentes, abortiunt ſecundo, aut tertio menſe ſine occaſione manifeſta: his acetabula vteri plena muccoris ſunt, & non poſſunt expondere fœtum continere, ſed diſrumpuntur.*

MANIFESTISSIMA eſt connexio præſentis cum antecedente, & ſubſequente aphoriſmo, quoniam cum ſibi propoſuiſſet, & de abortientibus vitio corporis habitus prædictiones docere, in antecedente de gracilibus, modo de mediocribus, in ſequenti de craſſis, & obeſis tractat, & quamquam aliqua ex parte prognoſtica ſententia videatur, eſt tamen quoq; & phyſica, ſed maximè practica, cum monſtret rationem medendi ijs, quæ primis menſibus abortiũtur abſq; cauſſa manifeſta, habet autem demonſtrationem adiunctam hic aphoriſmus, quia redditur in eo cauſſa, propter quam abortientes primis menſibus id patiantur, vnde iure poteſt in duas partes ſecari, nempe in ſententiam, & ſententiæ rationem, (*Quæ mediocriter*) mediocriter ſe habet corpus, quando neque craſſum nimis, vt Nichomachus ſmymacus apud Galenum, neque gracile eſt, vt Philites apud Athenæum: Sed ut dicunt græci ἐυσαρκον, In his abundat ſanguis quantum debet, ita ut & fœtus, & mulieri prægnanti alendæ, & conſeruandę ſufficere poſſit, tanto magis in prioribus menſibus, quando non eſt opus copioſo ſanguine, Iccirco eſt neceſſe, quando tunc fiunt aborſus, vt id contingat, vel ob aliquam violentiam externam, ut caſu, percuſſu, qualis fuit Neronis, qui Poppeam grauidam pedis graui percuſſione, & abortire, & perire fecit; vel animi mœrore, vel nimio labore, uel aliquo graui odore vt extinctę lucernę, quo prægnantes abortiri ſcripſit Ariſt. vel vt ait Gal. ob aliquũ morbum vteri, aliamue ex cauſſis ab ipſo copioſe enumeratis. (*His cotyledines muccoſi*) ſi nulla externa cauſſa faciat mediocriter ſecundũ corpus habentes abortiri, tũc ait Hipp. immediatam abortus cauſſam eſſe eximiam acetabulorum vteri humiditatem. Etenim ſunt acetabula uaſa, & ligamenta illa, quibus vtero fœtus alligatur, quę licet ſemper ſint initio molliuſcula & creſcente fœtu ſolidiora, & firmiora reddantur, quò poſſint ſuſtinendo põderi ſufficere; attamen eſt quidam modus mollitiei in initio, qui etiam ſoliditati coniunctus eſt, ne fœtus labatur, & decidat, vnde ſi huiuſmodi mollities, & teneritudo modum excedat, cũ ponderi etiã ſatis leui nequeat ſatis eſſe ſuſtinendo, fit abortus decidente fœtu, perinde ac fructus pediculo humidiori, & laxiori alligatus faciliter cadit, ducitur autẽ nimia mollities à muco illo, qui μυξα, ab Hippoc. dicitur, & qui licet propriè de expurgamento cerebri per nares, & palatum dicatur, nihilominus à Gal. lib. 6. aphor. 59. & alibi impropriè dicitur quoque de quolibet excremento pituitoſo aliouè ſucco ſimili, & idem Hippocrates libro de locis in homine uocat μυξαν humorem illum, quod reperitur in acetabulis articulorum, ſicut ſæpe in Coacis, & alibi ſic uocat humorem ſtercori commixtum. Et Ariſtoteles ſeptimo de hiſt. anim. in fine c. 4. dicit ſi prægnans 8. Menſe vtatur uenere infantẽ mucoppletum exire: qua voce vſus eſt quoque in penultimo problem. ſectio. 23. Itaque uis huiuſce demonſtrationis tota in eo eſt ſita, quod humidioribus exiſten-

Connexio.

Diuiſio.

©BIUM

stentibus acetabulis, pondus (fœtus licet exiguum) ab ijs non potest sustineri. Sed
Dubit. 1. dubitatio oritur primum, quomodo in corpore bene constituto possit tantum
humiditatis exuberare, quę adeo incommodet, vsui, & functioni acetabulo-
Dubit. 2. rum. Deinde dubitatur, quę sit necessitas, ob quam in medio cuter se habentib.
pręgnantibus, nec ulla existente causa externa sit causa abortus in primis men
sibus tribuenda soli humiditati acetabulorum, & non alteri, siquidem possunt
etiam in utero esse alię affectiones, quę aborsui faciendo auxlientur, & inter
cętera ipsius vteri nimia siccitas ob quam fit, ut cum nequeat extendi prout
exigit fœtus incrementum, certè fœtus perditur, haud secus, atque dicebat Hip-
poc. de sterilibus, & de nat: mulieb: eundem interimi ob angustiam vteri;
nam angustia uteri sicut causa est partus, quando scilicet fœtus grandior fa-
ctus non potest in angusto loco contineri: sed calcitrat, sic etiam vbi tempesti-
uior, & maior fit, quam decet, calcitrans fœtus nimis properanter exit priusquā
Solut. amb. dub. sit maturus, & consequenter interit: Ad utrunq; dubium dicendum est, fie-
ri quidem posse, ut abortus fiat etiam aliquo morbo instrumentario ipsius ute-
ri, at illud ratissimè contingere. Hippocratem uerò hoc loco docere uoluisse id
quod creberrimę accidit. Et quod dicitur de siccitate nimia uix fieri potest, ut
in primis mensibus tanta sit, quę in primis mensibus extensionem uteri possit
impedire, neque inconuenit: etiam in bene carnosa muliere fieri humidiora
acetabula, quoniam ut prędare dixit Gal. lib. de cib. bon. & ma suc. etiam opti-
mę naturę à mala uiuendi ratione corrumpuntur, & hoc mulieribus pręgnan-
tibus accidit maximę, si uictitent humidioribus cibis, aut largiori potu quam
par sit utatur; Quemadmodum enim bibaces mulieres non concipiunt, quòd
humidior factus uterus semē retineri nequeat, sic rationi consentaneum est ob
humidiorem uictum ita reddi acetabula humida, ut factum conceptum diu sus-
tinere non possint. Et miror quomodo aliqui sint ausi dicere, fœtus in extremis
mēsibus ob acetabulorum siccitatem periclitari, quandoquidem multę humi-
ditates quæ exeunt tempore partus ostendunt ibi non posse tantam siccitatem
adesse, & inque abortiuntur eo tempore, potius id eueniat ob acetabulorum aliā
imbecillitatem, quippe quę, ut dixi indies magis minuuntur, & attenuantur; aut
ob fœtus magnitudinem, & loci angustiam, quàm secus; quomodo autem pos-
sit cognosci hoc acetabulorum uitium, Hippocrates & in lib. de nat: mulieb:
& in primo de morb. mulieb. docuit, ubi scribit: cognosci quod loci humidi fiāt,
quodq; exit mucosum est, & tenax, nec mordens; quale à uētre fertur, ad hęc etiā
dum nō sunt pręgnantes post sanguinis mēstrui purgationem, solet post duos,
uel tres dies huiusmodi muccosus humor manare, & interdum horrere, ac cale-
re. Sententia itaque hęc sit Hippocratis Germana: In mulieribus mediocrem
corporis habitum habentibus si fiant secundo, uel tertio mense abortus id acci-
dere, nisi sit alia causa uiolenta manifesta uel intra, uel extra corpus, ob ligamē-
torum nimiam mollitiē, quę facit, ut pondus fœtus crescentis sustinere nequeāt,
prætereā quod in causa sunt, ut ait Auicen. quod flatus in utero, alimen-
Vtilitas Aphor. tūq; contaminetur, & uteri corpus lubricum nimis reddatur. Vtilis est aphoris-
mus ad pręcognitionem aborsus, sed maxime etiam ad preseruationem, cum
doceatur medicus sibi aduersus largam humiditatem esse contendendum pro-

pte-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 547 sur 867

ptereaquè non modo victum exiccantem esse instituendum, verum etiam medicamentis tàm externis, quàm internis esse occurrendum, qualia multa proposuit Hippocrates locis supra citatis, & quales sunt aquæ thermales varię, quas aduersus hæc vitia, tàm intus, quàm extra adhibere solemus, ob vim exiccatoriã, quã omnes aquas thermales possidere quotidiana experimenta satis docent.

---

46 *Quæcumque præter naturam crassæ; non concipiunt vterò, his omentum os vteri comprimit, & priusquam extenuentur, non concipiunt.*

LIBRO de nat: mulieb: de sterilib & de superfœtatione habetur hic idem aphorismus. Reliqui antecedentes aphoristmi de habitu corporis potius abortum, quam sterilitatem faciente tractarunt; Qui verò in præsenti aphorismo crassus habitus memoratur ab Hippocrate, sterilitatem potius, quam abortũ facit, ideo Hippocratis scopus est docere; qua ratione in crassis fiat sterilitas, Et licet multæ aliæ sint causæ sterilitatis, quas omnes recenset Hippocr. lib. de sterilibus, tamen cum Hippoc. hic sibi proposuisset tractare de effectibus, quos faciunt habitus corporis mulierum præternaturales, & crassi habitus hic sit præcipuus, vt faciat sterilitatem, de hoc potissimum est locutus, Est itaq; sententia physica, scilicet ætiologica habens secum rationem, & propterea diuisibilis in sententiam, atque rationem. (*Quæcumque prætern:*) Quomodo sit intelligenda uox præternaturam docet Galenus in commen: dicens hanc particulam (*præter naturam*) dupliciter accipi, scilicet pro valde, & pro præter ipsius prægnantis naturam, & consuetudinem, & primo modo, non secundo modo esse accipiendam; ego verò puto vtroquè modo accipi debere, quandoquidem, vt ait Hippocrates libro de superfœtatione, quæ præternaturam sunt crassæ, & pituita repletæ, non concipiunt: sed quæ ex natura nisi aliud impediat, certè tales sunt; inueniuntur innumeræ, quæ licet à natura sint satis obesæ, attamen & concipiunt, & pariunt, quod ita sint à natura constitutę, ac propterea instrumẽta ita accommodata, vt proprio fine haud frustrentur, contra verò quæ à natura tenues, deinde immodice pinguescunt, non concipiunt, vt nepti meæ contigit, quæ donec nubilis fuit semper gracilis erat, paullo post crassefacta, & nupta concipere numquam potuit; (*His omentum.*) Hic Hippocrates causſam reddere incipit cur crassiores non concipiant. Omentum, quod superextenditur ventriculo, & intestinis ob multas venas, & arterias, quibus conflatum est, faciliter pinguescit, vt Galenus lib. 6 de Anat: adminiſt: & pinguescens in longum latumq; extenditur, ita ut interdum vsq; ad pubem pertingat, totumq; aqualiculum amplum, & magnum reddat, de quo dicebat ille poeta Pinguis aqualiculus, Itaq; mulieribus, quæ ob crassitiem non concipiunt, ideo illud accidit, quoniam, Omentum ita extenditur, ut sese porrigat, vsque ad pectinem, (*Os vteri comprimit,*) cur autem pertingens omentum ad pubem impediat conceptionem, est quia os vteri coarctat adeo, vt quemadmodum ait libro de nat: mulieb: de sterilibus, & desuperfœtatione; semen non recipiat, Nam vt dicebat Hippocrates primo de morbis mulieb: conceptio aufertur quando, vel

Scopus.

Diuisio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 548 sur 867

©BIUM

ſemen non recipitur, vel receptum non retinetur, vel ſi retinetur, corrumpitur, & ante ſeptimam diem corruptum excernitur. Quod autem vocet Hippocrates (*os vteri*) exponit Galenus dicés, dupliciter eſſe os, aliud colli vteri, aliud ipſius vteri, hoc verò in loco intelligi ipſius vteri, quandoquidem cum in collum ingrediatur hominis pudendum, fieri nequit, quin in ipſo ſemen recipiatur, non autem os vteri, quippe quod niſi ſit apertum haud poteſt ſemen ingredi, etiam ſi ab vtero attrahatur. (*Priuſquam extenuentur,*) vnica eſt ratio prouidendi, vt mulieres craſſiores factæ concipiant, ſi extenuentur, vt ait Hipp. etiam in libro de nat: mulieb: ſic enim extenuatum quoq; omẽtum redit ad priſtinum ſitum, ita ut os vteri liberum effectum ad recipiendum ſemen aptius reddatur, Eſt itaque veriſſima hunc in modum explicata Hipp. ſententia, nempè mulierem prẽter naturam ſuam valde craſſefactam, non poſſe concipere, quia omenti pingue dine compreſſum os vteri, non admittit ſemen; non autem quod admiſſum exprimat, vt videtur voluiſſe Auicennas 2 1. 3 trac. 1. cap. de ſterilit: niſi dicamus ipſum voluiſſe dicere, quod exprimendo ipſum ſemen impediat ne ingrediatur vterum; Sed optabit aliquis ſcire, cum dictũ ſit eſſe alias cauſsas, quæ impediũt craſſas natura concipere, quæ ſint aliæ cauſſæ, quæ facere poſſunt, vt craſſa à natura mulier non concipiat, Cui dicendum eſt id quod ſcribit Hippoc. 2. prædictionum, vbi docens, quæ mulieres ſint aptiores ad concipiendum, & quæ ineptiores, inter alia dixit, impedire quaſlibet mulieres à conceptione, quando aut nulla, aut pauca, aut vitioſa menſtrua habent, vel vterum ipſum nimis humidũ, aut ſecundum os malẽ collocatum: Et Ariſt. 7. de hiſt: animal: in fine cap. 2. & ſecundo de partibus anim: 5. dicebat: pinguia, & craſſa omnia ſterilia, ac mares minus ſeminis, fœminas minus menſtrui habere; quippe cuius magna pars ad craſſitiem faciendam vertatur; Sed vt dicebat Lucretius quarto de nat: etiam craſſæ concipiunt ſi gracilibus iungantur, Et Hipp. lib. de aer. aq. & lo: ſicut, & Ariſ. 7. de hiſt: c. 3. dicũt: craſſas nimis etiã alia ratione nõ cõcipere, quia os vteri propria pinguedine ita coarctatur, vt nequeat, nec attrahere, nec admittere in corpus vteri ſemen, illud certè ueriſſimum ibi dicitur ab Hippoc. ac frequenter vſu comprobatum, tenues comparatas nimium craſſis etiã à natura eſſe, ad cõcipiendum aptiores, quod hæ quoq; magis conſpicuas, atque amplas venas habeant, & conſequenter copioſa materia, & ad ſemen producendum, & ad alendum fœtum ipſis ſuppetat. (*Niſi prius:*) Hæc eſt 3. pars in qua ait, non concipere niſi prius extenuentur: Nam ſic os vteri non comprimitur, plus excrementi menſtrui ſuppetit. Vtilis eſt aphoriſmus ad ſpeculationem, & prædictionem ſterilitatis, uerum reducit quoque ad praxim, cum hinc doceamur, quæ ob accidentariam craſſitiem factę ſunt ſteriles, ad eas fœcundas reddendas opus eſſe, ut prius extenuentur, quod ut faciendum ſit docuit Hippocrates libro de natu: mulieb: atque libro de ſteril. Sed maxime primo de morb: mulieb:

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 549 sur 867

©BIUM

47 *Si vterus in coxam vrgens ſuppuratur, neceſſe eſt ἔμμοτον fieri.*

ET hic quoque aphoriſmus malè locatus eſt, cum agat ſecundum Galenũ de curatione vlcerati vteri, vt potius debuerit inter eos poni, qui de vteri affectibus tractant, verum vt alias dixi, ſæpę peccatum eſt in aphoriſmis ordinandis, Scopus autem Hipp. eſt vt placuit Gal. & alijs (de qua re poſtea videbimus) docere quò inſtrumento ſint curandi vteri q̃ ſuppurantur, ita vt ſit purum præceptum curatorium, abſque ratione, atque ſine diuiſione. (*Si vterus*) Vterus etſi non moueatur ſecundum locum, vt Platonem male ſenſiſſe dixit ſępius Galenus, id tamen habet, vt vbi repletur, vel concutitur, vel aliquid ſimile patitur, inclinet modo deorſum, modo ſurſum, modo in latus dexterum, modo in ſiniſtrum, quos duos poſtremos modos vocat nunc Hippocr. (*Impont in coxam*) & de hiſce omnibus locupletiſſimè locutus eſt Hippoc. in omnibus libris, in quibus de mulierum affectibus eſt locutus, Quod igitur dicit Hippo. nunc eſt; vbi vterus repletus, & tumefactus ita eſt, vt incumbat in alteram coxam, atque ibi ſuppuret, neceſſe eſſe curationem ἔμμοτον facere, (*Suppurata*) bene dixit Galenus hanc ſuppurationem (de qua loquitur Hippocr.) non eſſe in interna, ſed in externa parte, ſiquidem vbi ſuppuratur intus, haud quaquam licet adhibere medicina per linamenta (*Neceſſe*) neceſſitas vtendi eo curationis modo in eo poſita eſt, quoniam poſt ſuppurationem relinquitur vlcus, Vlcerationis autem curatio fit per exiccantia, exiccari autem non poſſunt niſi aperto ore pus, & ſanies pro vt gignuntur ſic aſſidue exeant; ad quæ omnia præſtanda maximè confert ea curandi ratio. Cęterum dubitatum grauiter inuenio à viris doctis, vt ab Alexandro Petronio in Dialogis, quid Hippocrates intellexerit illis uerbis (ἀνάγκη ἔμμοτον γενέσθαι,) nam Galenus videtur voluiſſe non aliud Hippocratem voluiſſe ſignificare, niſi linamenta eſſe indenda, atque ſic curationem faciendam, vt fieri ſolet in vlceribus cauis externis, cui interpretationi complura alia Hippoc. loca fauere videntur, in quibus cum ſimili dictione vtatur, id ſemper, & non aliud ſignificare voluiſſe videtur, vt lib. de arti: de affectibus internis, de natu: mulieb: de morb: mulieb: imò Corn: Celſus lib. 7. cap. 13. quaſi hanc Hippocratis dictionem imitatus dixit: ſub linamentis ſaneſcere, Alij dixerunt ſignificare vnguentis per fila concerpta impoſitis curationem factam ſignificari: Sed vt libere dicam, vix poſſum credere Hippocratem voluiſſe docere, rem adeo popularem, ſi quidem nullus erat viq̃ue adeo imperitus chirurgus, qui non ſciret, & ratione, & vſu, ulcera quæquè caua externa curari, per impoſitionem variarum rerum filamentis lineis decerptis exceptarum, præterquam ſi ipſius Hippocratis phraſis rite, & diligenter attendatur, non dixit quod neceſſe ſit facere curationem διὰ ἐμμοτων, ſed quod neceſſe ſit vterum ἔμμοτον fieri, quaſi rem deſignat, quę conſequatur neceſſario in generatione, vteri ſuppurationem. Itaq; placuit Alex prędicto emmotũ fieri ſignificare, vlcus qđ fit ſuppuratione decũbẽte vtero ad coxã, ſ. cauum, & profundũ, ita vt opus ſit lõgis ſpellicis, & linamẽtis, quemadmodum ait in lib. de ſuperfocatione: ſed vere ſi res æſtimetur idem

Scopus.

Dubit.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 550 sur 867

©BIUM

eſt, aut parum differens ab eo, quod & Galenus, & alij ſunt interpretati: Pudet me conciuis mei Iacobi, qui intellexit commotionem fieri, ſed hæc condonanda ſunt illis, ſęculis in quibus lingua græca ignorabatur, imò etiam latina bona. Itaque dico cũ Petronio Hippo. hoc in loco non ſolũ curationem: ſed præcognitionem docuiſſe, eiuſquè ſententiam eſſe, quod ſi verum labatur in coxam, neceſſe eſſe ſuppurationem, & cõſequenter vlcus cauum fieri; neque dicendum eſt ſemper vlcera ſequi ſuppurationem, quoniam id falſum, cum videamus fieri pus in thorace, atque alibi ſine vlcere, imò dicit neceſſe eſſe in hoc fieri vlcus, vt denotaret non ſemper id ſequi; Cur autem neceſſario ſequatur vlcus cauum ſuppurationem veteri in coxa, eſt quia locus eſt cauus, & calidus nec commode remedia recipit, vt deberet, atque hæc voluiſſem explicari à Petronio ſiquidem cum vlcus fiat fiſtuloſum, & profundum, nequaquam per filamenta poteſt curari, vt conueniret, imò nec per ignem, quaſi voluerit dicere Hippoc. fieri vlcus ei mucoſum, profundum, & incurabile. Vtilis eſt aphoriſmus non modo ad prædicendam ſuppurationem, verum etiam & ad curationis rationem, atque modum.

Vtilitas Apher.

---

48 *Fœtus, mares quidem in dextris, fœminæ verò in ſiniſtris magis.*

ACCOMMODATISSIME locatus fuiſſet præſens aphoriſmus poſt trigeſimum octauum, ſi quidem eſt veluti ratio quædam, cur ſi mamma dextera extenuetur maris, ſi ſiniſtra fœminæ fiat abortus, ſcilicet quia mares in dextera vteri parte, & fœminæ in ſiniſtra gignuntur; Aliam autem quærere connexionem inter hunc, atq; antecedentem proculdubio ſuperuacaneum eſt; niſi ponamus hanc communiſſimam, quod vterquè ſit de re muliebri: Eſt verò dogma potius phiſicum, tractatum etiam ab Ariſtot abſquè ratione; Diuidi certè poteſt in duas partes, quarum Prior eſt: (*Fœtus mares in dexteris,*) Secunda autem eſt. (*Fęminæ verò in ſiniſtris magis,*) De ipſa re illud ante cętera obſeruandum, ab Hippocrate hanc opinionem fuiſſe etiam recenſitam 2. Epid. ſec. 6. & 6. Epid. ſect. 2. quam & habuerunt Parmenides, & Empedocles, vt iure veruſtam fuiſſe opinionem, quod mares in dextera, & fœminę in ſiniſtra gignantur dixerit Gal. 14. de vſu partium, aphor. 38. huius libri lib. 2. de ſemine & lib. ſexto de locis affectis, nec dubium eſt id totum Hippocratẽ tribuiſſe loci ipſius caliditati, & dignitati, quandoquidem id expreſſe dixit locis citatis 2 & 6. Epid. quod multo magis à Galeno confirmatur in præſentis aphoriſmi commentario, vbi illud addit ob viciniam iocinoris, partem vteri dexterã eſſe calidiorem, & teſtem ſimiliter dexterum compatius, & calidius ſemen habere, ſicut è contra ſemen ſiniſtri eſſe frigidius, atque ſeroſius, nec non vteri ſiniſtram partem eſſe frigidiorem, quod etiam ſe demonſtraſſe magis in quinto anatomicarum demonſtrationum teſtatur, Cæterum Ariſtoteles lib. 7. de hiſt. animal. cap. 3. hanc opinionẽ nullam habere certitudinem dixit, quòd promiſcuè mares æquę in ſiniſtro atque in dextro ſinu vteri comperiantur geniti, & moti, ſiquè vlla

Connexio.

Diuiſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 551 sur 867

differentia eſt, eam dumtaxat eſſe ſecundum magis, atque minus; In quarto verò de generat: animalium diſputans aduerſus veteres, qui ſimiliter maſculini, & fœminini ſexuum cauſſam adſcribebant caliditati, vel frigiditati uteri, & partium eius, vtitur eo magis argumento, quod in diſſectionibus animalium ſæpè viſum ſit eadem in parte genitos fuiſſe gemellos, quorum alter mas, alter fœmina fuerit, & quod ſi adſcribenda eſſet ratio ſexuum frigiditati, vel caliditati fieret, vt ſemper vel mares, vel fœminæ generarentur, Sed hæc Ariſtot. & Auerrois argumenta uix probabilia ſunt, ſiquidem Ariſtot. non ita fuit in diſſectionibus exercitatus, vt ex eo quod ſemel, aut bis viderit, certam obſeruationem facere potuerit cum è contra medici quoque ſe ſecus ex ipſis deſſectionibus obſeruaſſe teſtẽtur; neque ualet altera ratio, quoniam temperamenta uteri pro uarijs internis, atque externis cauſſis poſſunt mutari adeo, vt modo calidiores, modo frigidiores illi redditi, ſic modo mares, modo fœminas proferant, Sed in hac re illud ſtatuendum, quod Hipp. in præſenti docere voluit ſcilicet non æternum eſſe dogma ut mares in dextera, & fœminæ in ſiniſtra gignantur: ſed hoc tantum euenire, μάλλον, ideſt magis, nam hæc dictio (μάλλον, in extremo aphoriſmi poſita, æquę ad primam, ac ad ſecundam partem referri debet, ſic enim in libro de nat: pueri, & de ſuperfœtatione firmius docuit Hipp. vbi etiam ad generandos mares illud documentum attulit, quod deinde à poſterioribus receptum eſt, ut ubi optatur mas, ſiniſter teſticulus, vbi fœmina, dexter alligetur, tamquam eadem ſit ratio partium caliditatis, vel frigiditatis tàm in maribus, quàm in fœminis, nam & Auic. 21. 3. 1. cap. de cauſſis maſculinitatis dicebat, propterea ſemen decidens à dextero teſte eſſe calidius, atque compactius, quoniam à rene dextero proficiſcitur, qui cum ſit proximior iocinori calidior eſt. Vtilis eſt aphoriſmus ad cognoſcendum an mas, an fœmina ſit in utero prægãtis, quoniam vbi in parte dextera, & motus, & calor ſentiuntur maiores, ibi eſt mas, contra ſi in ſiniſtris, &c. *Vtilitas Aphor.*

---

49 *Vt ſecunda procidat, ſternutatorio appoſito, & nares appræhendito, & os.*

IN partu nulla res ferè periculoſior contingit, quàm ſi ſecundina uocata aliquantiſper retineatur, quæ cum ſit carnea quædam ſubſtantia, quæ ſtraguli cuiuſdam inſtar ſeruit, ne fœtus ulla ratione violetur, ubi extra uterum fętus uenit, illa calore fœtus deſerta, niſi ſtatim & ipſa exeat, corrumpitur, & putreſcit, unde complura grauia ſymptomata, & breui etiam exitium conſequuntur, ob quod & Hippocrates, & Galenus maximè ſolliciti fuerunt in docendo, quomodo huius expulſioni ſtudere debeant, ut Hippocrates in præſenti aphoriſmo facit, qui licet melius alibi collocari potuiſſet, non tamen ex toto male haberet, ſi antecedens vt parum neceſſarius, & alias propoſitus demeretur: Eſt autem Hippocratis ſcopus docere, quo pacto ſecundinæ ſint extrahendæ, ex quo liquet eſſe purum præceptum curatorium, & indiuiſibile, (*Secundinæ:*) Galenus in hoc breuiſſimo commentario purum grammaticum egit, forſan quòd ſuſpicaretur malè intellectam, & ſcriptam uocem (ὑστέρων) poſſe aliquibus errandi occaſionem *Scopus.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 552 sur 867

©BIUM

nem præbere, quia illa vno modo ſcripta vterum, alio modo ſecundinam ſignificat ut hic, quod ſcilicet poſterius à fœtu exeat, aut veluti poſtremus quidam fœtus, uerum fœtum immediate ſequitur, ſed de huiuſmodi re dubitandi occaſionem abſtulit ipſemet Hippocr. in fine ſectio. 5. ſecundi Epidem: ubi non ὑστερων uoce: ſed χορίων uſus eſt. (*Sternutamentum.*) Varia ſunt, quibus parantur ſternutatoria, omnia facultate aeri, & mordaci prædita, ut melanthium, ſynapi, piper, eleborus; pennis etiam ſolent irritari, & nares, calefieri, ad hoc ut humor ibi contentus calore in flatum conuertatur, atq; ita ſternutamentum fiat: quod uniuerſi flatus è naribus eruptionem eſſe dicebat Ariſtoteles, Sed quæ ſit ratio propter quam à ſternutamento ſecundinæ eijciantur, & prætereà cur cum ſint multa alia remedia, quę ad ſecundinas educendas traduntur, ſolius tamen ſternutamenti meminit, non autem tuſſis, quæ ſimiliter uidetur conferre poſſe, opus eſt aliqua diligentia ſpeculari, Ariſtoteles enim 33. particula probl. 1. quærens, cur ſingultus ſternutamento finiatur, ad duas cauſſas id referre uidetur ad calefactionem, ob quam ſpiritus crudus, quod facit ſingultum diſſoluitur, & ad impetum, quo ex partibus ſpiritualibus materia ſingultus ejicitur, His etiam duabus de cauſſis fieri exiſtimandum eſt, ut ſecundinæ retentę ſternutamento extrudantur, primum, quia cerebrum cõcalefactum, & ſpiritum læſum magna ui illum expellere nititur, deinde quia illo uehementi nixu, & impetu uniuerſum corpus concutitur, quo concuſſu facultas uteri expultrix mirum in modum excitata, quicquid ſibi incommodũ, & noxium eſt extra à ſeſe depellit. Etſi enim, ut dicebat Gal. 2. de ſympt: cauſis cap. 3. ſternutamentum uideatur à natura excogitatum ad depellendas narium noxas, attamen maximè, & principaliter uidetur inſeruire pro tollẽdis cerebri moleſtijs, ſiue illæ ſint in uentriculis, ſiue in reliquo cerebri corpore, quæ fuit cauſſa, ut Ariſtot. dixerit loco citato problem: propterea ſternutamentum eſſe à ueteribus uocatum rem ſacram, quoniam & ſignificat, & facit ualere cerebrum, quod eſt rei ſacrę, nimirum mentis uerum domicilium, & à cuius utilitate, conſequẽter etiam pendet aliorum ſenſuum utilitas, ut manifeſtè experimur, etiam oculos, & nares ui ſternutamenti expurgari, perinde atque etiam à tuſſi, quæ uere æmulatur ſternutamentum, eo modo pulmones, & corpus uniuerſum concutiens, quo ſternutamentum, & certè etiam ad ſecundinas educendas tuſſis confert, tametſi non adeo id faciat; & deteriora mala inducat, ob continuationem motus, quam continuationem ſi haberet ſternutamentum, proculdubio ſæpe interirent homines, ut olim contingit in quadam peſte, propter quam intereuntibus hominibus, mos fuit inductus ante Tiberium Imperatorem, ut ſternutaturis, & ſternuentibus bonum nomen præcaretur. Ad aliud dicendum eſt ſolius ſternutamenti meminiſſe, quoniã facilius, & paratius magiſq. naturalę cunctis alijs remedium eſt, & de quo forſan curatum nil fuiſſet ab obſtetricibus, niſi id monuiſſet Hippocr. Tuſſim enim facere ope remediorum non eſt ita facile, & tutum facere. Itaque ad eijciendas ſecundinas non alia ratione ualet ſternutamentum, niſi quia ob conſenſum exiſtentem inter cerebrum, & uterum illo uehementer concuſſo, hic ſimiliter concutitur, unde ligamentis fœtus, & ſecũdinæ diſruptio protinus uterquè, & pondere proprio, & ui expultrice operante

eijcium-

eijciuntur: Et si enim ligamenta fœtus, & secundinæ in dies, usque ad partum magis extenuentur, non ita tamen id patiuntur, quin opus habeant effractione. (*Nares appræhendito, & os*) Hipp 2. Epid. in fine sect: quinctæ, hanc eandem sententiam habens, utitur uerbis aliquantisper diuersis, uerum hæc postrema nihilo ab ijs diuersa sunt, quæ & ibi in fine sententiæ leguntur, ut hinc conijciam uoluisse Hippocratem hoc tamquam necessarium esse faciendum, ut scilicet primum sternutamentum in nares indatur, deinde nares, & appræhendantur statim, atque claudantur, Sed uidendum est, quæ sit ratio propter quam hæc omnia præcepit magister, non solum ad secundinas elidendas, uerum etiam ad partum, atq; abortum. Hipp. 2. lib. de morbis mulieribus uidetur hoc præcipisse, ut ita compræhensis naribus, atq; ore sternutatorium magis operetur, nam si partes illæ manerent apertę, posset spiritus per palatum euacuari, aut citius quam par esset naribus exire, unde ut inter illas diutius detineatur, introq́. repulsus maiorem cerebri ad sese concutiendum, & steruutationem faciendam uim inferat, iussit appręhendi, simulq́. tantisper claudi nares, & ora, donec sustinere id possit. Celsus autem lib. 2. dixit: eas quæ locis laborant, & difficulter partum edunt, sternutamẽto leuari; Quę omnia etiam explicatę habentur apud Paullum Aeginetam lib. 6. cap. 75. Vtilis est aphorismus non modo, ut addiscatur ratio educendi quicquid pręter naturam in ipso utero retinetur, uerumętiam, ut hoc pręcepto discamus, etiam sic, quę sunt in uentre, atque uesica interdum beneficio sternutationis eijci; Scimus enim uehementibus sternutationibus, sicut & continuata, atq; ingenti tussi interdum peritonæum, & scrotum ita male affici, ut ramices deinde consequantur irremediabiles, quemadmodum, & cursu, & alijs magnis motibus, ut est quoq; apud Plautum. *Vtilitas Aphor.*

---

50. *Mulieri si velis menstrua cohibere, cucurbitulam quam maximam ad mammas appone.*

HIC quoque affectus inter eos potest recenseri, qui maximę pertinent ad mulierum salutem, ut propterea ab Hipp. sit inter aphorismos eadem de re tractantes positus, qui certè maximi momenti est, quoniam ut dicit Hipp. in in hoc lib. aph. 57. & Arist. eum secutus 2. de gen: anim. cap. 4. aut non apparentibus menstruis, aut immodicè factis morbi exoriuntur. Scopus autem Hippoc. est docere, quo remedio menstrua superabundantia sint cohibenda, & vere si melior ordo seruandus esset post 28. aut post 36. locari potuisset, Est autem purum præceptum curatorium, atque indiuisibile, Menses sæpenumero nimium effluere, uel secundum tempus, uel secundum quantitatem quotidiana experimenta docet. Atq; hoc contingit, uel uitio facultatis expultricis cõcitatæ à qualitate, uel quantitate sanguinis, aut uitio facultatis retentitricis, uel læsę ab intẽperie aliqua pręsertim humida, uel impedite à morbo aliquo instrumentali, aut continui solutione, quęcumque caussa sit excessus fluoris sanguinis, primus & pręcipuus scopus est illum retinere, cum sit excretum toto genere pręter naturam, deinde caussam amoliri. Itaque Hippocrates, pro pręcipuo, & primario scopo implendo, proponit in præsenti aphorismo remedium, quod & si *Connexio.* *Scopus.*

ualere

©BIUM

valere posset ad multa alia, atque ad omnes è matrice sanguinis eruptiones, maxime tamen ad sistenda menstrua nimium fluētia magnam habet potestatem, Cæterum circà huiusmodi remedium tria sunt paullisper examinanda. Vnum est cur potius cucurbitulam, quam vllum aliud instrumentum probauerit, Alterum est cur voluerit cucurbitulam esse maximam, Tertium & vltimum cur ad mammas præsertim esse apponendam præceperit, Circà primum scire oportet Veteres vsq; ad Hippocratis tempora in vsu habuisse cucurbitulas, atq; alias ex ære, vt docet ænygma illud apud Athenæum Ἄνδρα εἶδον πυριχάλκον ἐπ' ἀνερικολλήσαντα ἔτο συγκόλλως ὥστε σύναιμα ποιεῖν, alias ex vitrò, alias ex cornu fabricare consueuisse; atque omnes, uel paruas, vel mediocres, vel magnas, & uel figuræ latæ, uel angustæ, vel partim latæ, & angustæ, quas omnes inuentas esse propter vehementem à profundis partibus attractum non modo Hippocrates docuit libro de prisca medicina, & de medico, verumetiam Galen. 13. Methodi, cap. 10. huiusmodi verò attractionem fieri vi cauitatis, & vacui docuit Heron in libro de spiritalibus, vbi etiam testatus est huiusmodi instrumenta esse uocata oua medica, a figura, (vt puto) sic appellata, quæ ouorum formam quodammodo æmulari constat, pręsertim cum sunt oblongę, Hippocrates cum intelligeret, ad sistendum sanguinem fluentem, opus esse tractione illius in aduersam partem, iure præcepit adhibere cucurbitulas, nempe quas vehementer attrahere docuerat, imò videtur Hippocrates tantum tribuisse figuræ ipsarum curbitularum in attrahēdo, vt etiam partes aliquas corporis ratione similis figuræ dixerit trahere, sicuti quando dixit quarto de morbis: caput instar cucurbitulæ pituitam è uentriculo ad sese trahere, sicut & uesicam vrinam, atque alia similia. Circa secundum Galenus dixit, propterea voluisse Hippocratem, vt cucurbitula sit maxima, ad hoc vt vehementior sit ab ipso utero ad quem præcipitatur sanguis in partes, superiores retractio; nemini enim dubium est, quin in maiori quanto sit maior uis: Et Auicennas 21. 3. trac. 3 cap. 4 dicebat: uentosam magnam retinere sanguinem in una hora. Circa tertium Hippoc. 2. Epidemiorū sect: 6. ubi hanc eandem sententiam habet, loco dictionis (πρὸς,) idest ad (habet dictionem) παρὰ, idest iuxta, At Galenus iudicauit melius esse ut legatur ὑπό, idest subtus, quasi uoluerit Hippocrates cucurbitulas non ipsis mammis, sed sub ipsis esse applicandas, eò quod ibi sint vasa per quæ fertur sanguis in vterum, & quamuis ex ipsa anatome non appareat conspicua colligantia inter vasa mammarum, & ea quæ tendunt in vterum, attamen non est dubitandum, quin archanus saltem sit mammis, cum vtero per vasa communia consensus, ac propterea appositio cucurbitularum hisce partibus sanguinem ab vtero in partes superiores trahat, Atque hoc est, quod explicatius etiam dixit Auicennas loco citato, vbi tractans de curatione fluxus nimij menstruorum dicebat: apponendas esse ventosas in inferiori parte mammarum, & vbi incidunt venę ascendentes ex matrice in mammas, Vtrum autem scarificata, an verò non scarificata debeat apponi, haudquaquam apposuit Hippocrates; attamen intelligēdum est eam sine scarificatione, quamquam postulante quandoquè vsu, vt fiat aliqua sanguinis missio nil prohibet, quinetiam cum scarificatione queat administrari, Vtilis est aphorismus, vt patet, ad curandam menstruorum nimiam profusio-

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 555 sur 867

©BIUM

profuſionem, immo verò etiam ad quemlibet alium ſanguinis ab vtero efflu- *Dubit.*
xum, ſed dubitari poſſet, an etiam liceat menſtrua alba vocata, ſic retinere? cui *Solut.*
reſpondendum eſt: materiam menſtruorum alborum eſſe excrementitiam, &
prauam, quo fit ut neq; ſit in utero retinenda, neque ad mammas attrahenda,
alioquin poſſet in ijs partibus collecta tumores, & ſuppurationes facere, Recta
autem adminiſtratio huius remedij eſt, quod omni tempore poteſt adhiberi ne-
ceſſitate exigente, ſed melius, & tutius eſt vacuo ſtomaco, & quo frequentius
applicantur, eo potentius attrahunt, Adhæc, & magna, & multo igne calefa-
cta melior eſt, nec quia Hippocrates dixit magnam cucurbiturlam, propterea
prohibuit plures adhiberi, ſiquidem ſat fuit ſibi genus auxilij propoſuiſſe; neque
quod præcipit Gal. 13. meth. ſ. priuſquam adhibeantur cucurbitulæ, totum per
ſectionem venæ eſſe euacuandum, quoniam in hoc caſu iam plus ſatis corpus
eſt exinanitum, nequè metuenda eſt repletio, imò optatur, ut ad partem ipſam
vbi affiguntur cucurbitulæ, atque ad proximas ſanguis attrahatur.

---

51 *Quæ vtero gerunt, his vteri os comprimitur.*

REVERTITVR Hippoc. ad ſermonem de grauidis: ſed qua ratione
hic ſermo coniungatur antecedenti, non facile apparet, Et certe melius
multo locatus fuiſſet inter eos aphoriſmos, quibus Hippocr. docere voluit ratio-
nem dignoſcendi vtero geſtantes, ſiquidem nil aliud videtur hiſce uerbis inten- *Scopus.*
dere Hipp. niſi vt doceat, quo pacto ſtatim poſſit obſtetrix ipſo contactu gra-
uidam mulierem per noſcere; Vnde ad partim medicinæ diagnoſticam perti-
net, & ſine ratione, atquè ſine diuiſione eſt Galenus duo tantum in commenta-
rio docet. Vnum eſt obſtetricem cognoſcere, quando mulieres utero gerunt,
quoniam ubi digitum in vuluam emittunt, protinus ſentiunt os ipſius uteri clau
ſum eſſe, nam ut alias dixit Galenus ex Herophilo 3. de fac: naturalib cap. 3. &
Auic. 21. 3. in fine cap. 1. ubi ſemen retentum ad embrionem faciendum intus
eſt, ſumma naturę prouidentia ne quicquam lædatur, ita os concluditur, & con-
niuet, ut nequè acumen acus ingredi queat, donec partus inſtet. Et Ariſt. 7. de
hiſt: animal: cap. 3. dicebat: mulieres, quæ nolebant concipere ante congreſſum
conſueuiſſe in ungere oleo cedrino labra uuluæ, ut hæc humectata minimè cõ-
cluderentur, ſed aperta manerent, quò ſemen effluere poſſet, id quod Lucretius
in quarto libro dixit etiam facere corporis, & præſertim lumborum concuſſu.
Aliud quod ait Galenus eſt, ſæpe etiam idem os claudi uel ob ſcyrrhum, uel ob
inflammationem aliquam, at dignoſci duritie, quia ubi ob conceptum os con-
niuet, minimè durities percipitur, quēadmodū ubi occupatur à tumore phleg-
monoſo, aut ſcyrrhoſo, & certè ſi obſtetrix perita habeatur, nullum certius
ſignum conceptionis habetur, quam hoc, præſertim ſi quemadmodum monuit
Galen. 3. de facult: naturalibus cap. 3. mulieres ſentiant uterum in ſeipſum re-
currere; Vnde autem ſit ut clauſo ita ore uteri nihilominus interdum fiant ſu-
perfœtationes, præclare explicuit Hippocrates in libro de ſuperfœtatione, ubi *Dubit.*
ſcribit: uterum uoluptate coitus, & auiditate ſeminis attrahendi, interdum paul- *Solut.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 556 sur 867

©BIUM

lulum os illud reſerare, ita vt ſemen ingredi denuo poſſit, ſicq. conceptus nouus fieri. Vtilis eſt aphoriſmus ad dignoſcendum an mulier vterum geſtet, id quod magnopere refert, cum ſæpenumero contingat eas, quę conceperunt ægrotare, tuncquè medicus anceps ſit, an debeat medicinam adhibere, quo tempore in conceptu eſt valde periculoſa.

Vtilitas Aphor.

---

52 *Mulieri vtero gerenti, ſi lac multum e mammis effluat, fœtum imbecillem ſignificat, ſi verò mammæ ſolidæ fuerint, fœtum ſignificant ſaniorem.*

IN muliebri negocio pertinet ad medicum cognoſcere non modo an mulier habeat in vtero, verumetiam an id quod habet bene, vel male habeat, & an ad maturitatem, & legitimum partum ſit peruenturum, an verò intermoriturum, itaq; cum Hipp. in antecedente docuiſſet cognoſcere an mulier conceperit, nunc docere intendit quomodo ſit cognoſcendum an bene, vel male habeat, quod etiam facit 2. Epidem. ſect: 6. vbi habet hanc eandem ſententiam, vt hinc pateat ſcopus Hippocratis, & quamquam alia ſint ſigna illius cognoſcendi multis in locis ab eo tradita, voluit tamen præcipuè afferre illud, quod ſumitur ex lacte, & mammillis, tamquam cęteris probabile magis, Eſt ſententia diagnoſtica, atque prognoſtica, ſine ratione, quæ q in duas partes ſecatur, quarum prior eſt. (*Mulieri in vtero.*) Secunda verò eſt. (*Sin durate ſint mammæ:*) Celſus lib. 2. cap. 11. Mulieri grauidæ ſi lac ex mammis profluit, imbecillum eſt, quod intus gerit, duræ mammæ ſanum illud eſſe teſtantur; Circà primum Galenus conatur in comm: diligenter demonſtrationem afferre, vbi ſcribit: lac copioſum effluens è mammis ſignum eſſe, quod multo in mammis congregato per venas ex vtero, paucus ſanguis in vtero relinquatur, relinqui autem parum, quod pauco fœtus indigeat, indigere autem pauco, quòd imbecillus ſit, Vnde patet iure dixiſſe Hippocratem, quibus grauidis multum lac è mammis fluit, earum fœtus imbecillos eſſe; alioquin ſi multum traherent, paucus relinqueretur in mammas mittendus, & conſequenter paucum lac gigneretur, nec dubitandum eſt, quin loquatur de vtero gerentibus ſeptimo, octauo, & nono menſibus, in quibus ſolis, non ante niſi raro lac efficitur; Hanc tamen ſatis firmam demonſtrationem haud defuerunt, qui calumniarentur, quaſi non ex veris philoſophiæ principijs, Sed abutebantur ocio dum nimis contra Galenum debachabantur, Etenim ubi fœtus imbecillus eſt ita, ut paucum ſanguinem attrahat, hic ſuperfluus exiſtens in mammas mittitur, vbi facultate mammarum latifica conuertitur in lac, quod cum ob copiam, & tenuitatem in ijs contineri nequeat, ſponte effluit, & copioſum, pro ut copioſus eſt ſanguis quod ſuperfluit, vnde fit imbecillis fœtus, & quia ſanguis quo nutritur paucus eſt, & quia nimiũ tenuis, cum etiam lac tenue reddat. Atq; hęc de prima aphoriſmi parte. Sequitur modo ſecunda, in qua dicit Hipp. ſi mãmæ durę ſint, ſignificare fętũ eſſe ſaniorẽ, Circa quã partem uidendũ eſt, qua de cauſſa mãmę pręgnatib. fiant duræ, tũ cur durę indicẽt fętũ eſſe ſanioré, Gal. videtur ſtatuere differẽtiã inter στερεότητα, quã nos ſoliditatẽ uocamus, & σκληρότητα, ſeu ἀντίτυπίαν, i. duritiem, Hanc n. eſſe,

Connexio. Scopus.

Diuiſio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 557 sur 867

esse, & fieri ob immensam copiam sanguinis, si quidem Gal. 5. de simpl. med: seq: 5. sic dicebat quoddam genus duritei ex repletione fieri, illam veram fieri ex moderata copia lactis seu sanguinis, ac esse veluti mediam quandam constitutionem inter nimium duras, atque laxas, seu tenues, quales mulierum non virginum, de his .n. non loquitur Hipp. sed quæ cum alias conceperint, non tamen tunc habent in vtero, Etenim eo tempore mammæ sunt flaccidæ, propterea quod ante cum fuerint repletæ deinde exinanitæ, remanet quidem illa amplitudo, sed cum non sint repletæ, nec lactæ, nec sanguine, quippe qui singulo mense per vias naturales, & consuetas euacuetur, fit vt laxæ, & graciles euadãt, sicuti quando iterum ob menstrua diffinientia replentur, solidescunt quidem: sed haud nimium durantur, Cur autem huiusmodi soliditas indicet fœtum esse saniorem Galenus tribuit causam vbertati nutrimenti, quàm fœtui suppeditari indicat mammarum soliditas, sed adhuc incertum est, quo pacto à soliditate mammarum conijci possit fœtum non egere nutrimento, & propterea saniorem esse, quam rem haud certè videtur Galenus diffiniuisse: Ego verò dici posse puto: soliditatem; quæ est media inter nimiam laxitatem, siue maciem, & nimiam duriciem fieri tum à bono lactæ, & bono sanguine, tum à moderatæ copioso, ita vt vel parum, vel nihil effluat: Sed à commoderato calore coquatur, & in substantiam saltem aliqua ex parte conuertatur. Itaque si simile est, mammillarum sanguini quo alitur fœtus in vtero, vbi id bonum est, signum est bonum quoque esse fœtus alimentum, similiter cum sit moderatè copiosum signum tantum quoq; supereſſe sanguinis in vtero, vt ipsi fœtui alendo sufficere possit, cum fiat in mammis bona coctio, signum est fieri quoque in vtero, & ob id fœtum bene valere; Verumtamen obseruare oportet, nonnullas esse mulieres sanguineas; atque ita à natura constitutas, vt etiam si bene valeat fœtus quem in vtero habent, multum tamen lactis producant, & effundant præ copia, quas ab aphorismo excipi non est dubitandum, vt iure dixerit significari non autem esse necesse, vt solet loqui ubi necessariò res eueniunt. Est igitur vtilis hæc sententia ad cognoscendum quando fœtus, qui in vtero est bene, vel male valet, quod etiam conducere potest ad abortum præcauendum, quando noscentes fœtum imbecillum esse, possunt & ratione viuendi, & blandis aliquibus auxilijs succurrere, ne aliquid contingat deterius.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

53 *Quæ corrupturæ sunt fœtus, his mammæ extenuantur. Si verò rursus durę fiant, dolor, aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infestabit, & non corrumpent.*

VT dicebam in explicatione antecedentis aphorismi in eo, & ipsum antecedente docuit Hippocrates, quomodo sit cognoscendus conceptus, atque illius valetudo, nunc verò docere vult, vt debeant cognosci ex mammis abortus futuri, vel aliorum membrorum dolores, & quamquam sit longa satis sententia, commodę tamen in duas tantum partes secari potest, quę omnes pertinent ad partem prognosticam, & nonnihil etiam ad curatoriam, quandoquidem ex hoc discitur, quando sint expectãdi dolores articulorum in grauidis

Connexio.

Diuisio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 558 sur 867

©BIUM

ad hoc vt possint præcaueri. (*Quæ abortum;*) Similem, sed magis explicatam sententiam habet Hippoc. lib. 1. de morbis mulieb: vbi scribit: Quibus in vtero habentibus circà septimum, & octauum mensem repente tumor mammarum, & ventris concidit, necnon mammæ gracilescunt, lacq. non apparet, asserendum est puerum, vel mortuum esse, vel viuere sed debilem. Posset autem aliquis Hippocrati imponere, quasi hæc prior pars, eadem sit cum sententia trigesima septima huiusmet libri, vbi dicebat. Mulieri in vtero habenti si mammæ subito graciles fiant, abortitur, nam vtrum eadem verba prius, vel posterius disponantur, haudquaquam referre videtur: Sed non ita est, si quidem prior sententia non indicat necessitatem, sed frequentiam euentus, siquidem interdum etiam mammæ subito extenuantur, neque tamen abortus sequitur, Contra verò, hæc indicat necessitatem, quia, vt omnes mulieres experiuntur, vbi futurus est abortus necessariò prius mammæ gracilescunt; Quæ autem sit caussa huiusce necessitatis, Galenus in longo satis hocce commentario exponere conatus est pluribus, verum totius sermonis summa esse videtur, in cunctis abortibus, siue ab interna, siue ab externa caussa factis experimento sese comperisse semper præcedere mammarum extenuationem, quæ ideo fit, quoniam vbi futurus est abortus prius ligamenta soluuntur, quibus fœtus sustentatur, fiuntq dolores ingentes in vtero, cui ut auxilietur natura haud secus ad eum mittit vndequaque spiritus, & sanguinem, & præsertim à partibus quibuscum est communicantia, cuiusmodi sunt mammæ, atque facit in generatione inflammationum, erysipelatum, aliorumquè similium tumorum, Vnde fit vt mammæ priuatæ spiritibus multis, & sanguine gracilescant, & extenuentur necessario, ex eo patet sententiam Hippocratis intelligendam esse, vel quod paullo ante ipsum aborsum, vel in ipso aborsu hoc fiat, vel paullo saltem post: vt aliquibus placuit etiam intelligi posse; & quamquam sint aliquæ grauidæ, quæ habeant, mammas suapte natura ante abortum graciles, attamen oportet ante aborsum vel in ipso actu abortiendi, vel immediate post adhuc fiant graciliores, etiam si ab aliqua caussa externa, & repentina abortus efficiatur, Hæc itaq; est demonstratio sententiæ Hippocraticæ, à Galeno, nec infeliciter proposita. Sequitur modo secunda pars, in qua Hippocrates dicit, si postquam mammæ extenuatæ sunt iterum duræ, & tumidæ fiant; non abortus, sed dolores in mammis, oculis, coxis, genubus infestabunt; Galenus quoque in hac parte exponenda satis profusus fuit, & certè res est non absq. diligenti examine prætereunda, Et primo videndum est quomodo mammæ quæ prius graciles erat, iterum possint fieri plenæ, & durę (de his enim non est dubitandum loqui Hippocratem,) deinde quomodo fieri possit, vt non perdatur fœtus, à concursu sanguinis, & spirituum repentino, Demum quare sequantur dolores, & potissimū in partibus commemoratis; Quod spectat ad primum, est sententia Hippoc & Gal: vbi in utero conceptus est, naturā maximè sollicitā esse in ipso ab iniurijs cunctis tuendo opera caloris natiui, qui tunc summus est in ipso fœtu ob semen ex quo recenter factus est, ea propter fit interdū, vt etiā si adsint dolores in vtero non quidē ob ligamenta fracta, sed aliā ob caussam, nihilominus natura eos à se

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 559 sur 867

tu repellat, atq; ad locũ vnde diſceſſerant, redire faciat ſicq. mãmę extenuatę, iterũ, magnæ atq; durę euadant, perinde ac uidemus ſæpe in alijs partibus euenire, quæ ob recurſum humorũ cum prius eſſent emaciatę, iterum craſſeſcunt, Atq; hęc eſt uera ratio vtriſq; prioris propoſiti, nẽpè cur iterum mãmę prius extenuatę fiãt durę, ut ait Hippoc. nec tamen fętus perdatur. De poſtremo autem dicẽdũ eſt, ſicut ab inteſtinis ad articulos fit humorũ tranſmutatio, & è contra, ita ut ex doloribus colicis fiant articulares, & viceuerſa: quẽadmodũ teſtati ſunt Paullus, & Auicennas, ſic rationi conſentaneũ eſt fieri eandẽ tranſmutationem ab utero ad alias partes, natura ſcilicet omni ui contendente, vt à fœtu graues quaſlibet iniurias amoueat, eaſq. in ignobiliores partes depellat, Cur autem hoc potiſſimũ faciat in mãmas, oculos, genua, & coxas, ſunt quoque non euidentes rationes, & ut primũ de mãmis loquamur, quas etiam non ſine aliquo conſilio cæteris antepoſuit Hippocrates, ſumma ratione fit, vt ob cõmunionem vaſorũ, & quia humores ſanguinei ab ipſis ad uterũ miſſi ſunt, inde quoque ad eaſdem mãmas cũ impetu remittantur, ſicquè dolor fiat, nec ualet quod ſicuti prius nõ faciebant dolores, ſic quoq; nõ debeant facere, quia ante quieti manebant paullatim ibi collecti, poſt uero impetu quodã recurrentes alterationẽ maioré, atque doloré faciunt, atque hoc expertus ſum in filia mea maiore, quę cũ per interualla tentaretur, quibuſdã doloribus hyſtericis, & ſtomachicis, ſemper ante eorũ inſultũ mãmę, & duriores, & dolorоſę efficiebantur in 6. Epid. ſect. 5. tex. 17. habetur: ſignificare vterum eſſe morbo ſum, ſi mammarũ papillę rubor fuerit pallidus, poſt mãmas nominat Hipp. coxas, nẽpè quę ob vicinitã cũ utero facile ab ipſo humores recipiant, vt ſæpè vſuuenire cõprobatur, quod ægritudines uteri in coxendicos dolores conuertãtur, prętęrquã quod in coxas labi vteros, & dolores ſequi nõ rarò apud Hippocratẽ inuenitur: A coxis ſunt oculi, qui quã facile patiãtur, & humores, ac vapores ab vtero ſuſcipiãt præceteris oſtendũt mulieres dũ mẽſtruantur, quib. ſubtus palpebras infernas maculæ liuẽtes conſpiciuntur, & quod plus eſt, vſq; adeo ipſi oculi inficiuntur, vt medio ſpirituũ uiſilium coinquinatorũ inficiant ſpecula, quę intuẽtur, & pueros etiã effaſcinent. Et Hippoc. in lib. de ſuperfœtatione ad cognoſcendũ conceptus ſtatũ monſtrat multa ſigna ab oculis cõparari, quemadmodũ etiã lib. de nat: muliebri. Poſtrema ſunt genua, quę nõ modo ob coxas, quibus ſubiacent, verum etiã propria ratione ſolent ab vtero noxas & dolorũ cauſſas recipere, atque hoc eſt, quod dicit Hippoc. 2. libro de morb: mulieb. Si ignis facer uteros corripuerit, poplites tremunt, in ijſquè maculæ liuidæ fiunt. Imo primo, & ſecundo de morb: mulieb: ſæpe meminit affectuũ diuerſorum, qui ab utero in fœmora, crura, & pedes tranſeunt: cauſſa autem horum omnium eſt, quod vterus per muſculos peritonæo alligẽtur, atque ob id materia ab utero in illud tranſlata facile in neruos, & articulos mittatur, aliaquè proxima loca, vt ſunt coxæ, & genua, Atque hæc eſt demonſtratio vera ſentẽtię Hippocratis; quę ita eſt intelligenda, tamquam hęc ſigna haud neceſſariò ſignificent abortũ, quia poteſt eſſe ut tanta ſit materia, quę repulſa faciat prędictos dolores, & tamen in vtero adhuc tantum illius relinquatur, ut poſſit fœtum interimere; Eſt utilis aphoriſmus, ut dicebam ad prędi- *Vtilitas Aphor.*

©BIUM

Prædictio ad quæ cõducat. prædicendum, & consequenter ad præseruandum, si quidem ad duo prædictio solet conducere, ad existimationem medici retinendam, necnon ad commonefaciendum medicum, vt quæ metuuntur mala præuertere, & præcauere debeat.

---

54 *Quibus os vteri durum est, his vteri os comprimi est necessarium.*

Connexio. CERTE, vt ait Galenus melius fuisset, hic aphorismus locatus, post quinquagesimum primum, sed quomodo illi continuetur possent plures afferri rationes, ego vero puto hanc cæteris esse anteferendam, quod in illo docuerit ex conclusione oris vteri cognoscere præsentiam conceptus, hic verò monuerit, non esse semper viceuersa colligendum, vbi os vteri conniuet esse arguendum conceptum, quoniam etiam in duritie oris vteri concluditur illud, *Scopus.* nec tamen necessariò est conceptus. Itaque patet scopus, & genus sententiæ, quę simplex, & indiuisibilis. (*Quibus*;) Conclusio uteri ex conceptu, ab alia distinguitur duritie, & mollitie, quia quę fit à conceptu est mollis, cum fiat carnosę illæ partes bene constitutę, quę vero ab alijs causis durę sunt, fiunt autem durę, ut ait Galenus, uel ob inflammationem, vel ob scyrrhum, aut aliud apo- *Dubit. 2.* stema durum. Cęterum hoc in loco duę oriuntur dubitationes, Vna est quia *1.* vt retro dixit Hippocrates; etiam illis quę habent omentum pingue os vteri claditur, & mollis est, unde non uidetur certa differentia mollities, quia illę non *2.* habent in utero, neque concipere possunt, Alia dubitatio, quia Galenus non videtur omnes occasiones duritiei oris uteri enumerasse, cum reliquerit callum, de *Solut. 1.* quo Hippocrates in libro de sterilibus, Ad priorem dicendum est: in pinguibus comprimi quidem ita, ut non possit integrę recipi intro semen, at non ita per- *Solut. 2.* fectè concludi, quemadmodum ubi adest conceptus; Ad aliud uerò dicendum est non commemorasse callum, quia loquebatur de aptis ad concipiendũ: iam uerò callosa durities facit prorsus steriles mulieres, cum sit affectus necessariò uetustus, atque hęc pro presenti aphorismo satis difficili, licet breuis, & clarus uideatur: Est autem utilis pro munere obstetricum rectę perfungendo.

---

55 *Quęcunque utero gerentes à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt sine occasione manifesta, difficulter pariunt, & cum periculo; aut abortum facientes periclitantur.*

Connexio. DE morbis prægnantium, loqui pergit Hippoc. quemadmodum antea non semel fecit, licet uere cum superiori nullam connexionem, aut ad- *Scopus.* modum exiguam habeat, Et quia sæpę grauidę febribus tentantur, de his agit in præsenti: docens quid febres, & quid nimia grauidarum extenuatio portendat, Vnde patet sententiam esse prognosticã, & ex parte quoque curatoriam; Est *Diuisio.* autem sine ratione, Sed in duas partes diuidi potest in quarum prima dicit Hippocr.

pocr. Mulieres prægnantes, ſi à febribus tententur, fortiterq. extenuentur abſq; manifeſta cauſſa, difficiliter, & cum periculo parere. Eſt autem in primis illud notandum in pleriſquè codicibus loco (*extenuantur*) haberi (*calefiunt.*) At prior lectio magis mihi placet, non ſolum, quòd Galenus eam ſolam ſit ſecutus, verum etiam, quia non videtur phraſis digna Hippocrate dicere: febricitantes cum calore forti, præterquam quod multo magis verum eſt febricitantes grauidas periclitari, & difficiliter parere ſi extenuentur, cum alias ab Hippocrate dictum ſit malum eſſe in febribus, vel plus conſumi quam conueniat, vel nihil, Sed nõ inconuenit etiam legere (*calefiunt*) quaſi Hippoc. velit de febribus ardentibus intelligere; quas non eſt dubium fieri tum ſine cauſſa manifeſta, tum cum hac, quemadmodum initio quarti de ratione victus acut: manifeſtiſſimę docetur; (*A febribus capiuntur:*) Ariſtot. & Vitruuius prodiderunt bruta dum vtero gerunt bene valere, ſecus quam mulieres, quas innumeris malis tunc obnoxias eſſe dixit Ariſt. 7. de hiſt: animal. cap. 4 quamquam quod cap. 5. dixit de vino; ſ. ſi prægnantes biberint, maximę lędi, haudquaquam in plurimis vſui reſpondet, Iam verò, quòd prægnantes febribus tẽtentur, aut fieri poteſt à cauſſa externa, aut ab interna; Si à cauſſa externa fiunt diariæ, quæ & placiditate, & fugacitate parum incòmmodi adferunt, vt propterea iure exceperit Hippocrates: factas à cauſſa manifeſta, Sin autem fiant à cauſſa interna, aut vetuſta eſt, aut recens; A vetuſta fiunt ait Galenus in comment: quando ante conceptionem magna aliqua prauorum humorum colluuies eſt in corpore coaceruata, quæ aliqua occaſione putredinem concipiens febres, atque eas magnas inducit, ſi autem cauſſa ſit recens, fiunt & ipſe febres ob putredinem humorum in ipſa conceptione coaceruatorum, ſed mitiores, quæ tamen recurrunt, & durare ſolent, eo quod non purgantur, vt opus eſſet, quoniam medici verentur, ex lege præſcripta adhibere medicamenta grauia, tàm alterantia, quàm purgantia, (*Et fortiter extenuentur.*) Vt dixi hæc lectio magis mihi placet, quam alia; Si quidem vbi corpora febricitantium magnopere extenuantur, ob magnum ardorem, aut humorum ingentem malitiam id patiuntur, Et cum, vt dicebam, nimium extenuari corpora ſit ſemper exitioſum, maximę verò id eſt in prægnantibus, vnde ſubiungit Hippocrates. (*Pariunt difficiliter, & cum periculo,*) quòd pariant difficiliter, in cauſſa eſt virium imbecillitas, quæ conſequitur eximiam extenuationem, cum enim ad partum faciliter, atque feliciter edendum exigantur uires tàm fœtus, quàm parientis robuſtæ, proculdubio, ubi illæ ſunt imbecillæ, neuter poteſt robur nixibus illis faciendis adhibere, unde difficultas pariendi inſurgit; Periculum uerò oritur a febre magna, & acuta, quandoquidem acuti morbi proprius character eſt periculum, & alias dixit Hippocrates mulierem pręgnantem acuto morbo capi eſſe lęthale, prętercquam quod omnis pariendi difficultas ſuaptè natura, & fœtui, atque etiam ipſi mulieri periculum affert, ut iure Medea apud Euripidem dixerit ſe malle ter ſub clypeo dimicare, quam ſemel parere, (*Vel abortientes,*) hæc eſt ſecunda pars aphoriſmi, in qua dicit Hippocrates mulieres, ita affectas ſi non pariant, facere abortum, & ſubinde periclitari; Nam cum omnis abortus ſit res prętcr naturalis, ac violenta, ſemper affert periculum, & tanto magis, quando fœtus eſt grã-

dior,

©BIUM

dior, moriturq. vel in ipso enixu, vel ante in vtero: Ergo huic malo accedens febris valida, ac multa, periculum quoque auget, Et notandum est, Hippocr. non dixisse hoc esse periculosius, quoniam verè æquæ est difficiliter parere, atq; abortiri. Nam cum sint complures causſæ difficultatis partus, vt Auicennas diligentiss: proposuit 21. 3 trac: 4. cap. de partus difficultate, hoc in casu potissimum difficultas pendet à debilitate tum fœtus, tum mulieris, tàm in enitendo partu, quàm in secundina ejicienda, admodum debilis, atque tardæ, Est vtilis aphorismus in primis pro euentu prædicendo grauidarum, ad praxim verò etiã conducit, quoniam monetur medicus, quando in grauidis sit vigilandum, ne cum periculo vitæ abortiantur, & certè miror aliquos interdum reperiri medicos, qui vbi cernunt periculum ægrotantis grauiter prægnantis, putant se rationabiliter operari, si abortum procurant, quasi verò etiam in abortiendo, non sit æquę periculum de matris discrimine, vbi abortitur, pręterquam quod, vt dicere solebat Tertullianus: homicidij properatio est prohibere non nasci, vt hac ratione putem, numquam decere christianum medicũ, vt abortum ex electione procuret, licet vbi is gratia salutis ægrotantis medicamenta dubia administret, etiamsi accidat abortum sequi haudquaquam ipsum peccare crediderim, modo illum non intenderit; alioquin intendere abortum est homicidium certum procurare; cum permittere ægram sine remedijs, non sit peccati commissio, & incertum sit, an vterq. seruandus sit, vel alter periturus.

Vtilitas Aphor.

Numquã licet abortum procurare.

---

56 *In fluxu muliebri si conuulsio, & animi defectus aduenerit, malum.*

MIROR certè nonnumquam tantam inter hos aphorismos esse confusionem, culpa potius ordinatoris, quàm authoris, atq. eo magis miror, quoniam potuisset ab aliquo melior ordo, & facilior adhiberi, sed cum Gal. ipse hoc neglexerit, non est ut nos multum curemus, Sat est præsentem aphorismũ cum superiori nullam aliam habere coniunctionem, quam quod est de muliebribus affectibus, inter quos est affectus ille, qui vocatur muliebris fluxus, quod quoniam sæpe vacat periculo, interdum verò periculosus est, ideo Hippoc. præsenti aphorismo docere voluit, quando sit periculosus; scilicet cum conuulsio, & lypothimia ipsum sequuntur. Est enim sententia simplex absquè diuisione, & non solum prognostica, verum etiam ad prophylacticem medicinæ partem attinens, imò verò quia medici in curando huiusmodi fluxu, non solent admodum esse solliciti, voluit Hippocrates eos monere, quando potissimum haud illum contemnere debeant. (*In fluxu muliebri.*) Mihi omnino videntur cæcutisse, qui putarunt hic Hippocratem locutum esse de immoderato menstruorum fluxu, nam satis de illo dixit, aphor. 4. huiusce libri, quando de omni sanguinis fluxu immoderato loquens dixit, si conuulsio, aut singultus illi superueniat, malum esse, imò verò etiam in sequenti eadem de re loquitur, ut omnino alius sit ῥοὺν γλωσσώδης, ideſt fluxus muliebris, cuius nunc mentionem facit, & quo laborasse Boethi vxor: dixit Gal. lib. de præcogn: ad postumum. Nam hic simpliciter sæpenumero inuenitur vocatus ῥοὺς, siue ῥόος, ideſt fluxus, ut libro de non

Connexio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 563 sur 867

nat: mulieb: & de morb: mulieb. interdum cum additione γλωκείας, vt apud posteriores pene omnes, inuenitur etiam vocatus λευκος, i. albus, vt apud Arist. secundo de gen: anim. cap. 4. quoniam etsi aliquando ruber, & niger sit, vt constat experientia, atq; ex Hipp. attamen plerumq; albus est, differt autem hic fluxus etiam quando rubeus est, à menstruis purgationibus, vt ait Gal. 1. de facult: alim: cap. de lente, Aetius autem lib. 16. cap. 35. dicebat ex Archigenis sententia: fluxum muliebrem esse destillationem vteri diuturnam, atq; differre à menstruis, quòd hæc sint ex sincero sanguine, ille verò ex corrupto, & sanioso, interdum rubro, interdum albo, aut alterius coloris, prout hic, vel ille humor in corpore mulieris abundat, & pro ut ætas est ægrotantis, cum in vigente rubeus in puerili & delinante albus potius sit. Huiusmodi materia, secundum Aristotelem loco citato est sanguis in coctus, ob id quę puellis familiaris affectus; nec malę, at sæpę à toto corpore, vel capite, interdum etiam à lecinore profluit; Vnde fit vt quæ patiuntur hunc affectum, sicut ait Archigenes, sint plerumq. debiles decoloratæ, absq; appetitu, tristes, & cum pedum tumore, Maxime autem periculosus est ille fluor, qui ætati est dissentaneus, quiq; valde inueteratus est, nempè quem vlcera, & cancri vteri solent sequi, necnon ipsius procidentia, quòd semper sub hoc affectu vterus relaxetur. (*Si spasmus, & animi deliquium,*) Quod animi deliquia sequantur muliebres fluores interdum, & experientia, & ratio docent, si quidem vterus malę affectus non modo tetros vapores in cor mittit, verum etiam in consensum os ventriculi trahit, quo grauiter laborante vires affatim concidunt, sicq. animi defectus sequitur, Cęterum de conuulsione haud ita compertum est, quandoquidem nec tanta exinanitio, aut repletio est, vt similem affectum inducere queat, nisi tamen dicere placeat, materiâ fluoris interdum ita acrem, atq; fœdam euadere, vt corroso vtero, impurisq. & prauis vaporibus in cerebrum missis, principium neruorum violetur, quo violato, cum nerui in ipsum ad læsionem propulandâ à natura trahantur, spasmus cõsequatur, sed hoc symptoma rarò contingit, neque nisi in vetusto, & admodum graui affectu atque hoc id est, quod ait Galenus in comm: non fieri hæc quæ dicit Hippocrates in recenti, & quolibet: Sed in magno, atque diuturno affectu; Etlicet Galenus videatur adscribere tum lypothymiam, tum conuulsionem nimiæ euacuationi, à qua sæpenumero ait fieri spasmos, præsertim quando pars affecta sit neruosa; nihilominus in fluxu muliebri numquam ita exiccatur vterus, vt contractus, simul totius corporis contractioni occasionem præbeat, quippe cum potius humiditate nimia laboret. (*Malum.*) Conuulsio, atque animi defectus semper sunt mali, maximę autem si supperueniant, euacuationib. magnis, aut vetustis, à quibus vires iamdudum labefactatæ facile penitus atteruntur, Vnde non solum mali sunt vt signa, quod significent iam validos esse affectus, verumetiam vt caussæ, cum perdant vires omnes, Est vtilis aphorismus tum ad prædicendum esse venturos spasmum, & lypotomiam in longis fluoribus, tum ad prædicendum euentum, tum etiam ad occurrendum ipsis antequam adueniant, maxime cum soleant à pleriśq. contemni. *Vtilitas Aphor.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 564 sur 867

©BIUM

57 *Si menſtrua plura fiant, accidunt morbi, & ſi non fiant, ex vtero morbi contingunt.*

Connexio. POST fluxum muliebrem, qui eſt res præternaturalis, de fluxu quoque menſtruorum præternaturali iure voluit loqui; ac docere res eſſe diuerſas, vt antea probatum eſt. Fiunt autem præternaturales menſtruæ purgationes quatuor modis: vel defectu, vel exceſſu, vel tempore, vel qualitate. De duobus *Scopus.* autem prioribus tantum in præſenti ſcopus Hippocratis fuit tractare, ſimulquè monere, vbi menſtrua vel excedunt, vel deficiunt, ſemper aliquos morbos eſſe expectãdos, non docet autem quos expectare oporteat, quoniam innumeri pęnę ſunt, vt vere dixerit Democritus in Epiſtola ad Hippocr. vterum mulierib. eſſe ſexcentorum morborum authorem, id quod etiam ab ipſomet vberrime fuit monſtratum in libris muliebrium morb: & Corn: Celſ: lib. 2. c. 11. dicebat. Quibus fęminis menſtrua non proueniunt, neceſſe eſt capitis acerbiſſimi dolores ſint, Vel quælibet alia pars morbo infeſtetur, Eſt hæc ſententia partim prognoſtica, partim practica, præcipue præſeruatoria, Eſt ſine demonſtratio- *Diuiſio.* ne, Et in duas partes diuiſibilis: quarum prior eſt, (*fluentibus menſtruis plurimis morbi contingunt,*) Secunda verò eſt. (*Et ſi non fiunt, ab vtero contingunt morbi.*) Circa primam partem, tria videnda ſunt, quæ ſint cauſſæ, propter quas menſtrua immoderatę fluunt, Cur faciant morbos. Et quos potiſſimum morbos pariant. Circa primum Galenus multas cauſſas propoſuit, ſed breuiter dici poteſt: Menſtrua fluere immodice, aut vitio facultatis expultricis, aut retentricis, ſi vitio expultricis, aut ea lædítur qualitate, ſanguinis ſcilicet calidioris, & acrioris, aut à copia. Sin autem fiat vitio facultatis retentricis, aut eſt quia lædítur aliquo morbo ſimilari, vt intemperie humidiore, frigidiore, calidiore, atque etiam ſicciore, nam his omnib. ora venarum hiantia profundunt ſanguinis plus, quã par ſit, aut morbo aliquo inſtrumentario impeditur, vt vlceribus, vulneribus, alijſuè continui ſolutionibus factis, vel ab interna, vel ab externa cauſſa: lædítur quoq; interdum facultas retentrix vitio ipſius ſanguinis, quando ſcilicet is ſeroſior, & tenuior eſt, quam vt à clauſis venarum oſculis contineri queat, atque hæc ſunt genera cauſſarum ob quas immodicè fluere ſolent. Quod vero fluentia immoderatę menſtrua faciant morbos, nemo vmquam dubitauit, vt ait Galenus, cum enim calor natiuus ſit uel ipſa facultas uniuerſum corpus gubernãs, vel principale ipſius inſtrumentum, proculdubio calore hoc offenſo ſtatus corporis turbatur, atque inde fiunt morbi; numquam autem magis offenditur, atque imminuitur calor, quã in immoderatis omnibus, & maximę ſanguinis euacuationib. in quib. ingens ſpirituum copia exinanitur, qui ſunt domicilia, aut potius vehicola ipſius caloris; Qui verò ſint illi morbi qui ſequuntur immoderatas ſanguinis menſtrui profuſiones Hipp. docuit lib. de mulieribus, neq; eſt difficile intelligere, quandoquidẽ cũ fiãt à caloris paupertate, quę eſt frigida intemperies atq; ea vel ſola, vel materię cõiuncta, proculdubio omnes morbi, qui ab ipſa oriũtur frigidi ſunt, etiam ſi à cauſſa calida occaſionẽ habuerint, Vnde experimenta quoti-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 565 sur 867

quotidiana docent ab his fieri cachexias, hydropas, decolorationes, aliasquè similes affectiones, quas etiam occasionibus calidis fieri, secundo progn. testatus est Hippoc. & Aristot. 13. probl. atque Galenus, qui dixerunt, ex potu nimio vini meracioris fieri hydropas imminuto. s. non aliter calore natiuo, atq; ignis paruus à magno extinguitur, atque hæc de prima parte. Sequitur secunda. Galenus scribit fuisse aliquos, qui existimarint à plenitudine, quidem morbos fieri, ab indigentia autem nullos: Sed qui fuerint, non docet, sicuti nec eorum sententiam probat, quod Hippoc. in lib. de nat: hum: dicat: æque mulieres, atque viros non minus ab indigentia, quam à plenitudine ægrotare, eò quòd etiam ab illa intemperies fit aut sicca, aut calida, aut mixta ex vtrisque: Iam verò cur non fiant menses, complures quoque sunt caussæ, quæ omnes vel sunt naturales, vel sunt aduentitiæ, Caussæ naturales sunt ætas, vt ante 14. mensem, & post quinquagesimum, aut habitus corporis, vt densitas membrorum, astrictio, siue angustia vasorum, pinguedo, & crassities, vt ait quoque Aristoteles; caussæ verò aduentitiæ sunt, vel externę, vel internæ, externæ sunt aer, immodicæ frigidus, & siccus: nimij labores, vt narrat Aristot. de quibusdam populis, quarum mulieres nimiũ laborantes carent menstruis, mœrores etiã, & nimiæ curę adimũt has purgationes, sicuti immodicus ciborum, & potuum adstinguentium vsus, Iam verò internæ caussæ aduentitię, & morbosæ, sunt autem intemperies vteri frigida, scilicet & sicca, & mixta, atque hæ vel nudæ, vel cum materia, vt pituita crassa, & viscida, necnon sanguis similis, Similiter etiam morbi instrumentarij veluti tumores vteri; Galenus ponit etiam robur vasorum, sanguinem influentem non suscipientium. Atque hæc sunt genera caussarum omnium, a quibus menstrua ex toto impediuntur; *(Si non fiant ex vtero morbi oriuntur.)* Dubitat Galenus & merito, vtrum particula (*ex vtero*) sit etiam applicanda primæ aphorismum parti, an verò secundę tantum, verum illa sententia sibi probabilior visa est, vt dumtaxat intelligenda sit de deficientibus menstruis, quasi verò tumores præternaturales in vtero fiant ex defectu menstruorum, vt inflãmationes, erysipelata, cancri, quibus vniuersum compatitur corpus, non autem ex superabundantia fiant, Verum etsi quod ait Galenus, vt plurimum verum sit, attamen etiam ex immoderantia fluoris, vlcerantur vteri, vt sequantur cancri, aliaquè mala, quibus post modum corpus vniuersum valde compatitur. Et Arist. 2. de gener: anim: cap. 4. hanc fere Hippocratis sententiam referens dixit: dumtaxat fieri morbos, vbi menstrua vel excedũt, vel deficiunt. *(Morbi fiunt.)* Qui sint morbi qui fiũt ex defectu mẽstruorũ locupletissimè docuit Hip. lib. 1. de morbis; nam pręter eos quos enumerat Gal. Actius lib. 16. cap. 36. complures alios enumerat, quos hic referre non est necesse Corn: Celsus lib. 2. cap. 11. ait: si non profluant menses fieri acerbissimos capitis dolores, & alia mala. Sed percunctabitur aliquis cum menstrua excedant, & deficiãt, quę est mensura citra, & ultra quam fluere menses nocet? quibus dicendum est, quod Hippocrates scriptum reliquit, nempe duarum heminarum, hoc est vnciarum uiginti mensuram esse; quam tamen haud in cunctis seruari rationi consentaneum est; quandoquinem, quæ sunt sanguineæ, plus, quę uerò exangues, minus sanguinis reddunt. Magnum plane usum habet præsens aphorismus, non modo *Vtilitas Aphor.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 566 sur 867

©BIUM

ad certas prædictiones faciendas in mulieb ribus, verum etiam ad eas in plurimis ægritudinibus curandas, si quidem vix contingit, vt mulier ab vllo morbo capiatur, nisi sit aliquod vitium in ipsis menstruis, vt propterea debeant semper medici, vt præcipiebat Hippoc. diligentes esse in percunctandis mulieribus circà statum ipsorum menstruorum, atque semper ad ea moderanda aciem intellectus dirigere.

---

58 *Recto intestino, aut vtero inflammationem patiente, vrinæ stillicidium accidit, & renibus purulentis vrinæ aduenit stillicidium. epati autem inflammationem patienti singultus aduenit.*

POSSET certè continuari hunc aphorismum cum præcedente, quasi Hippocratis scopus fuerit, Vteri inflammationem, quæ sequitur menstruorum defectum proponere, eiusquè indicium, scilicet stillicidium vrinæ proponere, cęteraq; in huiuscè gratiam dixisse, Verum pluribus existentibus alijs de quibus loquitur, magis rationabile videtur ipsius scopum fuisse inflam-
Scopus. mationum aliquarum signa tradere, ac ob id nullam esse veram continuationem: Sed intrusum esse malè inter affectus muliebres, Quod autem dicit Hippocrates est inflammato recto intestino, vtero, ac renibus succedere vrinæ stillicidium, inflammato autem epate singultum superuenire, Est enim sententia prognostica, atque diagnostica sine ratione, ac diuisibilis in tres partes, qua-
Diuisio. rum. Prima est. (*Inflammato recto intestino.*) Secunda est, (*in suppuratis renibus.*) Tertia verò; (*Inflammato autem Iocinore*:) Circà primam sciendum, Inflammationis nomine duo intelligi posse, vel communiter quamlibet incensionem Φλόγωσιν vocatam, vel propriè Φλέγμονήν dictam, quę nil aliud est, quam tumor præter naturam sanguineus, durus, dolens, & cum febre; apostema calidum, vt Auic. & alij Arabes nuncupare solent, vtroque modo sententia Hippoc. vera. Hic affectus potest quidem tentare cuncta viscera, sed minimè omnium tentantur cerebrũ, & cor quippe quod vt Gal. ait de locis affectis c. 2. vbi inflãmatur statim concidat animal. priusquã morbus augeri incipiat; frequentius autem inflammatione tentantur rectum intestinum, vterus, renes: atque etiam lecur, illa, quoniam veluti cloace quædam sunt, per quas iugiter transeunt excrementa, à quibus irritantur, & irritata fluxiones sanguinis recipiunt. Hoc verò, quoniam officina sanguinis est, à cuius copia, & crassitie oppletum, & obstructum inflammationes promptę concipit, atq; hæc fuit ratio, propter quam de his tantum sermonem habere voluit. (*Vtero*) posuit Hippocrates uterum, post rectum intestinum, quia inter hoc & vesicam locatur, facileq. altero inflammato simul, & alius inflammatur, atque eo magis ubi menstrua desunt. (*Renibus suppuratis*:) Hæc est secunda pars in qua indagatione dignum est, cur cum de vtero, recto intestino, & locinore loquitur, inflammationis vocabulo vtitur, vbi verò de renibus non inflammationem: Sed suppurationem nomi-
Dubit. nat, nam non est dubium, quin & renes ipsi inflammatione tentẽtur, imò sup-
Solut. purari vix possunt, nisi antecedat inflammatio, Respondeti potest dupliciter

vno

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 567 sur 867

uno modo nomine ſuppurationis intelligi inflammationem, quæ ipſam quaſi neceſſariò præcedit; Vel dicendum eſt ſtranguriam fieri tantum, vbi ſuppuratio facta eſt, eo quòd pus cum vrina exiens ſua craſſitia non permittit libere vrinam ferri: Sed guttatim (quam eſſe ſtranguriam dicit Galenus,) quod non facit inflammatio ſola, quæ ut acriorem reddit vrinam, ita hæc haud aliter impedita libere excurrit, Cęterum vterus, & rectum inteſtinum inflammata cum veſicam contrectent, merito inflammationis vrinam acrem, & mordentem reddunt, quæ ſtimulat ad ſui expulſionem, at cum tumor vterquè comprimat veſicam prohibet, quo minus libere lotium exeat, vnde parum, & ſæpe mingunt, qui urinæ ſtillicidio laborant, & hoc eſt quod dixit Hippocrates ſecundo libro de morbis mulieb: ſi vterus inflammatus cadat ſuper veſicam, fieri vtinę ſtillicidium; Itaque ueriſſimum eſt, quod Hippocrates ait ſuperuenire ſtranguriam recto inteſtino, & vtero inflammatis, necnon renibus ſuppuratis, & notandum eſt Hippocratem, non abſquè iudicio uſum eſſe uoce, ἐπιγίνεται, ideſt poſt fit, quoniam verè ſtillicidiũ urinæ eſt purum ſignum ſuperueniens inflammationibus prædictis, non autem pathognomicum, neque proprium. Cur autem exiſtente fœtu in vtero, & inteſtino recto fœcibus repleto, non fiat ſtranguria, & ſi comprimatur ueſica, cauſſa eſt, quoniam fœces non ita comprimũt, ut inflammatio, nec urinam acrem reddunt, fœtus autem ita locatur, ut non incommodet ueſicæ, quamquam etiam interdum male locato fœtu fiat ſtranguria in prægnantibus. Sequitur modo: Tertia pars quæ eſt (*Iocinori autem inflammato ſuccedit ſingultus:*) Inflammatio iocinoris uocatur à Græcis ἡ πλατυτης de qua ſæpę Hippocrates, & Galenus octauo de med: localibus, quod cum habeat multa ſigna, ſingultus tamen haud inter propria recenſetur, ſed interdum ipſi ſuperuenit, quando uetuſtus eſt morbus, & Hippocrates ſeptimo aphor. 17 dicebat: malum eſſe vbi iocinori inflammato ſuccedit ſingultus, cur autem fiat, & cur malum ſit ipſum ſuperuenire uidendum eſt, ſingultum eſſe ueluti ſtomachi conuulſionem dixit uere Galenus in aphoriſ. Et ſicuti conuulſio fit cum ab inanitione, tum à repletione, ita & ipſum ſingultum fieri non eſt dubitandum, Vbi ergo inflammatum eſt iecur cum uentriculum contrectet, illum exiccat, atque inde fit motus ad expellendum, quod nocet, poteſt etiam fieri, ut ab inflammata parte uapores acres, parti oris ventriculi extimæ communicetur, tumoreq. contrectet, quibus perculſa uis expultrix non modo motum illum edat: & nauſeam, quem ſingultum Hippoc. 7. aphor. 17. propterea dixit eſſe malum, quoniam ſuaptę natura Iocinoris inflammatio ſit exitialis, multo magis ſit addito huiuſmodi ſymptomate ſatis prauo, eſt enim Hippocratis dogma, quodlibet uitium graue, alteri ſimili ſuperueniens rem ipſam difficiliorem reddere, Verum tamen illud ſcire oportet, etiam poſſe ſingultum fieri inflammato iocinore ab alia cauſſa, quàm ab inflammatione, vt à uapore acri, & re aliqua deglutita, quem ſingultum haud eſſe continuum, ſicut is, qui fit cauſſa inflammationis deprehenditur, ut hac ratione uterq. ſit dignoſcendus, Vtilis autem eſt aphoriſmus in primis ad prædicendum ſtranguriam, & ſingultum, necnon ad cognoſcendas inflammationes partium, quæ deinde cognitio, & præcognitio, magnopere iuuat ad curationem rectè inſtituendam. *Vtilitas Aphor.*

59 Si mu-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 568 sur 867

©BIUM

59 Si mulier non concipit, scire autem velis si conceptura sit, pannis circumtectam desubter suffias, & si odor videatur per corpus ire ad nares, & os, scito quod ipsa non ex seipsa sterilis est.

REDIT Hippocrates ad loquendum de mulierum affectionibus, inter quas unica prope, aut saltem omnium maxima est sterilitas, si quidem mulieres in id factæ sunt à natura, ut concipiendo, & generando conseruationi generis humani famulentur, Ex hoc ergo apparet, quod dixi de antecedente aphorismo, scilicet illum fuisse intrusum, ac propterea hunc præcedentibus non illi connecti debere, imò uerò si post quadragesimum primum locaret, in quo docet signa cognoscendi an mulier conceperit, apprime conueniret. Est autem scopus Hippocratis docere, modum quendam cognoscendi ubi mas, & mulier coniunguntur, neq; mulier concipit, an uitio mulieris id fiat, uel potius uiri, dixi autem quendam modum, quoniam alij sunt, nec forsan incertiores. Est sententia diagnostica, sine ratione, & quamquam longiuscula sit, attamen commodè non potest diuidi, (*Si mulier.*) Hoc signum explorate forsan conduceret in Virginibus, priusquam nuptui tradantur, ad hoc ut cognosceretur an nuptæ essent prolem susceptur ę, Verum de his non loquitur Hippocrates, sed de mulieribus iam uirum expertis, Ita enim græcę (γλωπ) significat, ut Democritus defloratam uocauit, Caussa autem esse potuit, quoniam, hoc experimentum haud in uirginibus ualet, quarum loculi adhuc sunt occlusi, sed tantum in ijs quę habent uenas, & loculos usu ueneris apertos, nam aperiri prima etiam uenere uasa superiorum partium creddidit antiquitas, quando primũ concumbentibus fęminis filo colla circumdabant, manequè eodem mensurãtes, si defl orata erat, crassius collum, & mensurę non respondens inueniebãt, Seruit itaque huiusmodi experimentum non pro uirginibus: sed pro ijs, quę sępius uenerem sint absquè conceptione expertę, (*Velis autem scire.*) Posset quispiam sperare huiusmodi signum certitudinem habere, postquam Hippocratis utitur uoce (ἐιδὰναι,) ideſt scire, sed non ita est, quandoquidem, & ipsum quoque ut pleraquè alia fallax ualde est, unde accipienda est uox potius pro coniecturali quadam cognitione, quàm certa scientia, ut sępę Hippocrates usurpari consueuit; Cur Hippocrates dixerit mulier quę non conceperit: Iacobus uoluit caussam fuisse, quia in utero gerentibus non ualet experimentum, quia clausum uteri os, non permittit suffitus penetrationem. Atq; puto ego significasse per ea uerba mulieres, quę uenere sępius experte nunquam conceperunt de his explorandum an uitio ipsarum carentia conceptionis contingat. (*An conceptura sit.*) Vsque adeo interest hoc scire hominibus, qui uxorem ducere, & liberis operam dare cupiunt, ut iure merito Hippocrates docendum, eo modo quo sciri potest duxerit, Quod autem docet est, ut uestibus tota obuoluatur mulier, mox suffitus subtus uterum apponatur, ac deinde obseruetur an odor ad nares perueniat, simile quoddam scriptum reliquit in lib. de sterilib. Vbi mandauit, ut caput alij integrum, purgatum, atq; derasum ad uterum apponatur, ac

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 569 sur 867

poſtridie videatur, an os allium redoleat, Circà quod experimentum, primo tenendum eſt, voluiſſe obuolui mulierem indumentis, ne ſuffitus diffuſius extra ad nares perueniat, quoniam hoc ſi fiat, nil valet ad id, quod Hippocrates optat conſequendum. Hic enim modus eſt medicis vſitatiſſimus in cunctis ſuffitib. rectè adminiſtrandis pro mulierum in varijs affectionibus, & præſertim vterinis, curatione; Cęterum, quia Hippocrates nil dixit de genere ſuffituum, qui ſunt adminiſtrandi, poſſet aliquis id perquirere, ideo Galenus huic tacite occurrens, dixit: pro ſuffitu intelligendum eſſe quicquid ſuffiri conſueuit, thus myrrha, ſtyrax, & ſimilia, quæ & ſuffiuntur, & ſunt grati odoris, tempore. n. veterum vſq; ad Plinij ætatem myrrha erat præcipua inter ſuffitus, & odoramenta, cum adhuc cinnamomum rarum eſſet, poſt & cinnamomum, & garrophyli, & moſcus, & zibetum ſunt iumento, quæ longe, lateq. excellunt myrrham. Habent enim ſuffitus eam facultatem, vt ſua tenuitate, atque caliditate longe, lateque proferantur, ac penetrent. (*Si odor ad nares*;) Cur quibus peruenit odor ad nares, & os ſint fœcundæ, quibus verò non peruenit, ſint ſteriles Galenus tribuit cauſſam denſitati, atque laxitati, ſeu raritati vteri, nam dicet Hippocr. infra: habentes vteros denſos, & duros eſſe ad concipiendum ineptas, iam vero tales haud admittunt tranſitum ſuffituum ad partes ſuperiores, ſicut admittunt vteri rari, & laxi, quod propterea ad recipiendum ſemen, & ad concipiendum ſunt aptiſſimi; Cęterum videre oportet, an denſi vteri uere faciãt ſterilitatem, & quare, præterea cur potius Hippoc. duxit de denſitate, & raritate periculum eſſe faciendum, quàm de vlla alia ex multis, quæ faciunt ſterilitatem condicionibus; Poſtremo conuenit diſquirere, cur Hippocrates addidit eam particulam δι' ἑαυτὴν, ideſt non per ſeipſam, quaſi verò, ubi ſuffitus penetrant nunquam poſſit ſterilitas pendere ab ipſa muliere, contra omnem experientiã atque etiam rationem, quæ monſtrant alia impedimenta eſſe poſſe in utero, quæ faciant ſterilitatem, etiam ſi is rarę conſtitutionis ſit. Ad primum reſpondendum eſt, quod denſitas, & durities uteri obſtet conceptioni, eſſe & uſui, & rationi conſentaneum. Etenim præter denſitatem & duritiem, eſſe certè, & alia complura conceptionis impedimenta commemorata ab Hippocrate in libro de ſterilitate, & de morb: mulieb: Verum de nullis ita probabile experimentum habere eſt facile, quemadmodum de duritie, atque denſitate, quippe quibus, ut prohibetur ſuffimentorum per corpus penetratio, ſic uetatur quo minus haereat ſemen, & ſuſcipiatur; Sed eſt & ratio, quia denſitas, & durities cum ſint ſecundæ qualitates, & primas ſequantur, ubi eiuſmodi eſt uterus, neceſſe eſt quoque ſit frigidus, & ſiccus, quæ duæ qualitates conceptioni admodum ſunt aduerſæ; Quod autem ait Gal. in comm: ſolis habentibus uterum denſum, & ſolidum non penetrare ſuffitus, intelligendum eſt de mulierib. alioquin ſanis, quoniam, ut ipſemet ait infra comm: 62. etiam habentes uterum frigidum, & humidũ, uel nimis calidum, aut extinguunt, aut conſumunt uim ſuffituum, priuſquam perferatur in vniuerſum corpus, huic non abſimile eſt, & aliud experimentum, quod Ariſtot. proponit de gen: anim: lib. 2. & 4 probl. 2. qui dicit mulieres ad explorandam fœcunditatem inungere oculos, quorum linimentorum color, & odor ſi penetret in os eſſe ſignum fœcunditatis, vt pote indicans vias oculorũ,

vnde

©BIUM

vnde magna pars ſeminis decidit eſſe apertas, & ipſi materię ſeminali peruias: Voluit autem Hippoc. potius de denſitate, & raritate eſſe explorandum, quoniam hæc maximè facit ad ſterilitatem, & per ſe, & propter primas qualitates quas ſequuntur, & quia eas cognoſcere ex ſuffitibus non eſt admodum difficile, at dum denſitatem, & raritatem dicimus, eſt & idem de obſtructione, occluſione, atque apertione tàm minorum, quàm maiorum oſculorum ſtatuendum, ſi quidem, & hæ valde faciunt ad impediendum, vel permittendum ipſius ſuffitus tranſitum. Accedit etiam & illud, quod quæcumque habent denſum, aut obſtructum vterum, cuicumque copulentur, numquam concipiunt: Sed ſiue ſint nimium frigidæ, ſiue nimium calidæ, humidæ, ſiue craſſæ, aut tenues, vbicumque contrarijs conſtitutionibus coniunguntur, fœcundæ euadũt, vt ex ſententia Galeni, monſtraui in varijs lectionibus, id quod etiam Lucretius in 4 lib. appoſitiſſimę monſtrauit. Quod poſtremo addiderit Hippocrates particulam, ἐὸν ἑαυτὴν, ideſt non per ſeipſam Galen. inquit, demonſtratiuũ eſſe vſum ipſius aphoriſmi, quippe cuius vtilitas eſt ad cognoſcendam rem maximi momenti, nempè vt cognoſcatur cuiuſnam vitio non fiat conceptio, an mulieris, an uiri, atque eo cognito, deinceps proſpiciatur remedijs oportunis illi, à quo pendet infœcunditas, nam ut Plato docuit in Theæteto, atq; etiam in Timæo ciuitates bene inſtitutæ morem habebant deſignandi homines, & mulieres, qui peritiam haberent dignoſcendi ſteriles à fœcundis, & coniungendi ſimiles ſimilib. ad hoc ut conſeruaretur genus humanum, ſtirpes peculiares, & parentum auorum q. ſimilitudines: Etenim, ut dixi hic fuit ſcopus Hippocratis docere modum cognoſcendi cauſſas ſterilitatis ex parte mulierum, Sed dicet aliquis cur non etiam docuit modum ex parte uiri, Hoc non fecit Hippocratis, primum quia tractabat ſolummodo de mulierum affectibus, deinde quia cognitio ſtatus mulieris ex ſeſe non exiſtentis ſterilis, ſtatim cognoſcere facit, eſſe uitium in uiro, aut quia intemperatę contrarijs, uel temperatis non copulantur, ut neceſſum eſt, ſi proles optatur, nam ubi calidi calidis, frigidi frigidis, ſicci ſiccis, & humidi humidis copulantur, haudquaquam concipere mulier poteſt.

Vtilitas Aphor.

Dubit. Solut.

---

60 *Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impoſſibile eſt fœtum eſſe ſanum.*

Connexio. DOCVIT in ſuperiori cognoſcere an conceptus futurus, nunc docet cognoſcere, quando factus eſt, ſed malę ſanus, ſcilicet quando menſtruę purgationes fluunt, id quod etiam docuit retro cognoſcere ex mammarũ diſpoſitione. Vnde patet quis ſit Hippocratis ſcopus, & quomodo præſens ſententia coniungatur antecedenti, quæ ſententia pertinet ad partem diagnoſticam, atq; etiam quodammodo ad prognoſticam, eſt uerò ſimplex, atq; indiuiſibilis (*Si mulieri &c.*) Cum menſtruę purgationes inſeruiant non minus nutrimẽto fœtus quotidiano, quàm ipſi generationi, prudenter natura fecit, ut ſtatim atq. conceptus eſt in utero ceſſent, occluſo, ſcilicet eius ore, attamen interdũ contingit, ut grauidis menſes profluant, ſcilicet recluſis oſculis earum uenarũ,

Scopus.

quæ

quæ diſperſę per oris vteri labia hęmorrhoides nuncupantur, vt ait Gal. id quod etiam teſtatus eſt Ariſtoteles lib. 5. de gen: anim. 19. & 7. de hiſt: anim. 3. Cum autem interdum bene, interdum male valeant mulieres, & fętus menſtruis ipſis fluentibus, modum hoc dignoſcendi innuit Hippoc. ſecundum Galenum duobus verbis (καθάρσιεν πορεύονται ,) i. purgationes procedant, nam voce plurali ſignificauit copiam ſanguinis mẽſtrui, alia autem voce innuere voluit modum conſuetum purgationum, quaſi dicere voluerit, ſi menſtrua copioſa, & ſecundũ ordinarium tempus, non ſemel, aut bis, ſed ſingulo menſe vſque ad partũ fluãt. Sic enim intelligendum eſſe hunc aphoriſmum ipſemet Hippocrates ſignificauit 1. lib: de morbis mulieb: vbi ſcripſit: ſin autem hient vteri pluſquam par ſit, profundunt ſanguinem ſingulo menſe, quemadmodum conſueuerunt menſtrua procedere, & in lib: quoq; de nat: pueri ſcriptum eſt: nil incommodare ſi vno, vel altero menſe exiguum ſanguinis profundatur: Sed ſi pergant vſq; ad partum. Idem etiam lib: de nat: pueri *(Impoſſibile eſt, &c.)* Magnam confidentiam in arte ſolet nonnumquam Hippocrates demonſtrare, quando in re quam tractat experientiæ cõiunctam rationem uidet, ſicuti modo facit, cum adeo aſſeueranter dicat, fieri non poſſe, vt ſanus ſit fœtus; Verum huic obſtare uidetur primum experientia, deinde ipſemet Hippoc. qui nuſpiam alias uſus eſt ea uoce, niſi dicamus, quod etiam Ariſt. 7 de hiſt. 3. & primo de gen: anim. 19 ſignificauit, ſ. vbi ſingulo menſe, & copia conſueta fluunt, tunc fieri non poſſe ut ſanus ſit fœtus, quemadmodum ſi parum ſanguinis exeat, nec ſtatis diebus, poteſt tunc fœtus & ſanus eſſe, & ſuperuiuere; Cur autẽ hoc ſit non eſt difficile rationẽ afferre. Si quidem ubi ualde ſit ſanguinea mulier, etiam ſi uno, uel altero menſe purgationes fiant conſueræ, uel pauciores, haudquaquã fętus debito nutrimẽto priuatur, ita ut debeat debilis remanere. Contra uero ſi ſingulo menſe uſque ad partum fluant, atq; copia uel cõſueta, uel paullo minore, neceſſe eſt omnino fętus debito nutrimento priuetur, qđ prę imbecillitate illud nõ attrahat, ac propterea male nutritus debilior euadat, præterquam quod menſtruę purgationes ſem per turbãt corpora mulierum etiam non grauidarum, unde multo magis debẽt turbari fętus, qui ſemper neceſſariò matri cõpatiuntur. Cęterũ dubitatũ uideo, *Dubit.* utrũ ſanguis exiẽs ab utero in grauidis, prodeat ex uenis hęmorrhoidalib. vteri, ut uoluit Gal. an uerò etiã ex uenis corporis ipſius uteri, ut placuiſſe uideo pleriſquè, qui uidẽtes ingẽtem copiã, qui ſingulo menſe fluit, & cõſiderãtes paruitatẽ hęmorrhoidarũ, crediderũt haudquaquã aliũde tãtum ſanguinis effundi poſſe, quã ex cõcauo ipſius uteri, Ego autem, uix poſſum credere Gal. ita cœcutiſſe, nã *Solut.* nõ eſt nouum, neq; naturę inuſitatum, ut ex uenis auguſtis, atq; etiam ex auguſtiſſimo ore ſanguis profundatur, & copioſus, & qui extra ſtatim congeletur, & conglobetur, nam ut alia exempla dimittam, frequentiſſimè uidemus applicatis ſedi hirudinibus, ex anguſtiſſimo illo foramine, quod faciunt inſignem ſanguinis copiã manare, qui ſtatim atq; ab externo aere cõtrectatur gelaſcit, & cõcreſcit; nõ difficeor tamen aliquãdo poſſe os uteri hiare, atq; ita ſanguinẽ ex ipſo utero prodire, ſed hoc rarius eſt, atque tunc cum fit, impoſſibile eſt fœtum ualere, & ſeruari, quod cęteris malis accedit & illud, ſcilicet, quod aperto, ere uteri refrigeretur neceſſario fœtus, neque ab iniurijs externi aeris de-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 572 sur 867

©BIUM

Vtilitas Aphor. fendatur, quemadmodum par esset. Vtilis ergo est aphorismus adpræ-dictionem de fœtus salute, est quoque vtilis ad eiusdem tutellam, quoniam vbi in grauidis menstrua fluere pergunt, monetur medicus, vt ad ea blande, atque prudenter sistenda omne studium conuertat.

---

61 *Si mulieri cessent purgationes, neque febris, neque rigor superueniat, & fastidia incidant, iudica ipsam in vtero habere.*

NEMO est, vel mediocris ingenij qui statim non intelligat debuisse hunc aphorismum poni post quinquagesimum nonum, in quo docuit modum cognoscendi an mulier sit apta conceptioni, sicut hic modum proponit, quo cognoscere liceat, quando iam concepit, sed potest etiam aliquo modo connecti, cum antecedente, quasi in illo tractarit, de cognitione sanitatis fœtus ex menstruis, hic autem ex ijsdem de ipsius præsentia, nisi placeat magis dicere, hanc sententiam esse veluti illationem quandam, aut probationem, perinde ac si diceret non esse sanum fœtum fluentibus mensibus, quoniam statim atque factus est conceptus menstrua desinunt, imò verò ijs desinentibus, præter consuetudinem absquè alia caussa accidentali conijcitur conceptum, iam esse factum. Est sententia diagnostica, atque simplex. (*Si mulieri.*) Vbi mulier sana est, nec sibi quicquam externi mali contingit, semper aut quolibet mense, aut altero saltem, vt dixit Aristoteles copiosa pro ratione menstrua habet, præterquam dum in vtero habet; tunc enim (vt dixi) retinentur tum quia pars ipsorum in generatione consumpta est, tum quia alendo embrioni est necessarius, tum quia occluditur statim os ipsius arctissimè ob tutellam fœtus ab aere ambiente, ita ut nequeat spicillum acutissimum ingredi. Et hoc quoque in loco Hippocrates eadem est phrase vsus, scilicet (καθάρσιον μὴ πορίσωνται.) Vt indicaret si menstrua non fluant copiosè, nec pluribus diebus id esse verum, secus enim fieri potest ut semel, aut bis retineantur, quod in pluribus obseruatur, neque tamen conceperint, (*Neque horrore;*) Solent vbi sine conceptione retinentur mẽses, varios effectus parere, vt alias diximus ex Hipp. lib. 1. de morb: & inter alios est horror, & febris, & addidit Hipp. febris, quia vbi fit conceptus, frequens est ut fiat horror, non item febris, quæ dumtaxat solet simul fieri vbi mẽstrua cessant prẽter naturam, quod scilicet sanguis à toto corpore in uterum missus uaporesprauos mittat in corpus, qui uellicantes partes sensibiles primum horrorem, deinde febrem inducunt, atque etiam interdum vna cum febre fastidia, atque inappetentiae; Hoc in loco dubitatur de horrore, quia Hippoc. lib. de carnibus non longe à fine scribit: statim facto conceptu sequi horrorem, qđ etiam affirmauit Auic. lib 3. fen. 21. trac. 1. cap. 11. Verum dici potest, ibi Hippocratem loqui de horripilatione simplici, quę percipitur ipso actu conceptionis dum recipitur, & retinetur semen, hic verò de horrore, qui fit post ipsum conceptum, & antecedit febrem; qđ enim ita sit intelligendum docere potest libro 16. cap 8. vbi scribit inter alia signa conceptionis esse, ubi mulier in ipso coitus opere, horrorem quendam percipit. Cæterum si solum fastidia habeant, atque vel non appetant, vel res prauas, & horribiles, (quod genus mali picam vocãt)

Scopus.

Connexio.

Dubit.

Solut.

appetant,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 573 sur 867

appetant, tunc dicit Hipp. conijcias mulierem cõcepiſſe, Etenim licet non pauce reperiantur, quę etiam ſi conceperint attamen appetunt, ac bene ſeſe habent, pleraquè tamen ſolent faſtidio tentari, dum vtero gerunt, vt præter Hippocrat. dixit quoque Ariſtot. 7. de hiſt. animalium, Cæterum videndum eſt, quæ ſint cauſſæ propter quas mulieres ita læduntur, ſecundum appetitum dum vtero gerunt, præſertim prioribus menſibus, prætereà an prauus appetitus grauidarum poſſit ſtare cum horrore, & febre, quod videtur Hippocrates negare, Poſtremo non erit inutile conſiderare, quamobrem Hippocrates ſit vſus ea loquendi forma (λογίζε τᾶυτην ἐν γαςρὶ ἔχειν,) Circa primum eſt dicendum: plures cõuenire cauſſas, ob quas mulieres prægnãtes, vt plurimũ habent vitia circa appetentiam, Vna eſt, & ferę præcipua menſtruorum ceſſatio, ob quam fit, vt in toto corpore exuberet ſanguis, & cõſequenter ſuppetat alimentum partibus, nec ob id fiat multa diſſipatio, nec oris ventriculi exſuctio, quæ eſt ipſa appetentia, aut ſaltem immediata cauſſa naturalis appetentiæ, alia cauſſa eſt, quoniam vbi fętus in vtero eſt, vt alatur ſeparat partem puriorem dulciorem ſanguinis menſtrui ab impura, & amariore; cuius dulcioris, pars abſumitur in eius nutrimentum, pars mittitur in mammas, reliquus verò excremẽtitius in ipſum vteri cauum ſeponitur, vbi ſemicorruptus in ventriculum, & cor vapores tetros mittit, qui non modo imminuunt appetitum, verumetiam ſæpenumero deprauant, ita ut calcem, carbones, aliaſquè res abſurdas, appetant, prout varij horribileſquè vapores, necnon alij humores in ipſo ſtomacho, vel geniti, vel aliunde aducti reperiuntur, Tertia cauſſa eſt, quoniam plerumquè grauidæ ociari, atq; ſedere cogũtur, vnde cũ nequeãt conſumi quotidiana illa excrementa, quæ alioquin motu abſumuntur, id ipſis contingit, quod etiam viris ocioſis, & ſellularijs accidere ſolet, vt minimè appetant, nam ſcitum eſt illud Spartani coqui dictum, quando Alexandro conquerenti de innapetentia, quaſiquè ipſum coquum accuſſanti reſpondit; ſuis dapibus defuiſſe exercitationem illam corporis, quã curſu in Eurota facere ſolebat, Tot itaque exiſtentibus cauſſis appetitus lædendi in ipſis prægnantibus, iure merito Galenus hoc ſymptoma generale grauidarum feciſſe videtur. Ad ſecundum porro dicendum eſt, pręgnantes quantum ſit ex parte ipſius conceptionis minimè horrore, vel febre tentari, imo uero ſi quandoquè tententur, potius illis conducunt ad conſumenda illa excrementa, quæ ipſi appetitui incommodant, Verumtamen non inconuenit, vt quandoquè alia ratione, & febricitent, & horreant, neque appetant, quo in caſu haudquaquam licebit ex ipſis faſtidijs arguere conceptionem, cum poſſint ratione febris, & retentionis menſtruorum euenire, quæ omnia facere ciborum abhominationes, nauſeas, & cardialgias non eſt dubitandum, & forſan Hippocrates hoc in loco, vbi vſurpat vocem (ἄσαι) ſibi familiariſſimam, voluit ea omnia intelligere, ut ſæpe facit, & vt experientia quotidiana docet in ipſis grauidis compluribus accidere, præſertim primis menſibus, vel vt ait Ariſtoteles ſeptimo de hiſtoria animalium capite quarto, quando fœtui capillus exoriri incipit, & aduertendum eſt Hippocratem ſub uoce ἄσαι comprehendiſſe cuncta alia ſymptomata, quæ prægnantibus ſolent enenire ſicut etiam ſub febre, & horrore complectitur, quaſlibet alias ægritudines, Not.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 574 sur 867

©BIUM

quæ possint vitiare appetitum, Ad tertium dicendum est Hippocratem vsum esse ea loquendi forma, quoniam pura quædam ratiocinatio, aut coniectura est, non autem certa scientia, quam in hoc aphorismo docet, cum vt bene notauit Iacobus, non sit perpetuę veritatis, sed vt in pluribus, sic enim solet Hippocrates λογισμοὺς, vocare incertas, ac vix probabiles ratiocinationes. Vtilis est aphorismus ad dignotionem conceptus, & consequenter ad ipsius custodiam, quandoquidem cognito eo, medicus prudentior, & cautior fit, in adhibendis remedijs, quę alioquin audacter in non prægnantibus administrantur.

Vtilitas Aphor.

---

62 *Quæcunque frigidos, & spissos vteros habent non concipiunt. Et quæcunque præhumidos vteros habent non concipiunt. extinguitur enim in eis genitura. Et quæcunque siccos, magis & adurentes, nam ex defectu alimenti corrumpitur semen. Quæcunque verò ex vtrisque mediocrem habent temperaturam, hæ fœcundæ sunt.*

Scopus. SI rectę animaduertatur præsens aphorismus propterea longus est, quoniã sunt veluti plures aphorismi simul iuncti, sed vtcumque sit, Hippo. scopus est, in hisce cunctis docere; quæ mulieres sint ineptæ, & quæ aptæ ad concipiendum, & melius sanè fuisset locatus supra post quadragesimum sextum, vbi loquebatur de ineptitudine ad cõcipiendum, aut post quinquagesimum nonum, vt videtur probasse Galenus, quamquam potest etiam aliquo modo superiori *Connexio.* coniungi, si dicamus in eo tractasse de modo cognoscendi, conceptum ex re præternaturali, hic autem docere modum cognosceudi ex re naturali, siue potius ex causis, nempè ex constitutione ipsius matricis ineptitudinem, & aptitudinem ad concipiendum. Est sententia diagnostica, atque etiam practica, di- *Diuisio.* uiditurq; in quatuor aphorismos, quorum prior, & postremus, sunt absque ratione, duo verò medij habent secum rationem coniunctam, nisi etiam dicere velimus, alterutram rationem referri ad omnes sententias. Itaque incipiemus à priore, in quo dicit Hippocrates. (*Quicunque habent &c.*) est enim sensus satis perspicuus, cum Hippocrates nil aliud doceat, quam mulieres habentes frigidum, atque densum vterum minimè aptas esse ad concipiendum, Cur autem Hippocrates non attulerit rationem huiusce sententiæ dicere possumus, rem satis per se patere, quando quidem frigidum naturæ ad nil aliud inseruit, quam ad calorem attemperãdum, alioquin suaptè natura omni generationi inimicũ, nec valet animalia etiam in niue gigni, vt Arist. 5. de hist. anim. c. 5. & strabo 12. lib. ex Apollonide, & Antigonus in Paradoxis, quoniã ex luto potius gignũtur, in quo aliquis est calor celestis saltem, & viuificus, nisi placeat dicere causam allatam pro secunda sententia referendam etiam esse ad hanc, quasi dicere voluerit Hippocrates, vterum quoque frigidum, & densum propterea esse ineptum conceptioni, quoniam in ipso vis prolifica seminis extinguitur, quippe quæ tota est posita in calore, tamquam in proprio domicilio, aut instrumento; Verum potest quoque alia ratio afferri, nempè quòd ab vtero frigido, & denso, non fiat seminis virilis attractio, neque retentio: non attractio, quoniam

niam tractionis verum instrumentum est calor, non etiam retentio, quoniam densis uteris nequit adærere, sed potius diffluit; Accidit etiam, quod cum generatio fiat per coctionem, frigus aduersum est, atque inimicum omni coctioni, adhęc uteri frigidi infirmant pudendum uirile, ut non possit fieri eraculatio, qualis deberet, Vnde dicebant Arabes coitum cum uetula infirmare penem, sicuti à calido utero, fit maior attractio, & maior eiaculatio. Aduertendum est tamen illud quod dicit Gal. & ante ipsum Lucretius, in 4 lib: posse etiam intemperatos uteros reddi aptos ad concipiendum, si contrariæ temperaturæ uiris, ut frigidæ calidis iungantur, & sic de cæteris, uel si non sint multum intemperati, Galenus alias quoque causas pro posuit, cur uteri frigidi, & consequenter densi, sint steriles, scilicet angustiam uasorum uteri, defectum, ac prauitatem menstruorum, necnon sanguinis, & seminis pituitosam naturam, Atq; hæc de prima parte aphorismi seu de primo aphorismo. Sequitur modo secunda pars in qua dicit Hippocrates, præ humidos uteros, siue ut legitur primo de natu: hum: ὑγραι ἀμέτρως, idest immoderate humidos esse infœcundos, caussamquè eam adfert, quod ab humiditate extinguatur uis seminis fœcunda. Quod Hippo. meminerit intemperierum simplicium non autem mixtarum, ea caussa fuit, quia cognitis simplicibus simul etiam cognoscuntur compositæ: Sed circà hãc partem considerare conuenit, cur Hippocrates caussam hanc potius posuit post intemperiem humidam, cum etiam conueniat frigidæ, Deindæ quæ sit ratio propter quam ab intemperie humida extinguatur facultas seminis genitalis, De primo puto eo consilio illud feciſſe Hippocratẽ tum quia (vt antea dicebã,) notius est frigidum esse inimicum omni generationi, perinde ac hyems, quam vt egeat probatione, tũ quia de humido nõ ita constat, propterea qđ tam semẽ uirile, quam muliebre res humida est, atq; generatio potissimum fit ab humido vt significarunt illi, qui Oceanũ patrem omnium rerum dixerunt, sicut Moses quoque innuere visus est, quando dixit spiritus autem Domini ferebatur super aquas. Nam ut narrat Seneca 3. nat: quæst: cap. 13. fuit sententia Thaletis, & stoicorũ esse principium rerum, quod etiam videtur Arist. 1. metaphys: tribuisse Theologis Antiquis, & Homerus Tætim, & Oceanum dixit esse rerum parentes. De caussa uerò propter quam humiditas sit inimica conceptioni, nil aliud videtur Galen. dixisse, quam id contingere utero immoderatè humido, qđ accidit terræ paludosæ, in qua iacta semina corrumpũntur, nec quicquam producunt, Sed uerior, & accommodatior est ratio, quoniam intemperies humida simpliciter non datur, aut nihil durat, nisi coniuncta materiæ, iam verò materia, quæcumque sit duo facit, tum ut semen fluuidum, & minimè tenax euadat, tum ut uterus lubricus redditus minimè susceptum semen retineat, id quod clarius docuit Hippoc. 1 lib. de morb: mulieb: vbi dicebat, si semen recipiatur in utero, sed paullo post effluat, signum esse nimiæ ipsius humiditatis, imo vetò etiam si uteri humidiores concipiant, haud possunt ferre conceptum, quippe quod acetabula sint mucco oppleta, quemadmodum alibi dixit Hippocrates. (*Et quæcumque siccæ.*) Hęc est tertia pars, in qua dicit Hippocrates siccos, & feruidos uteros similiter esse infœcundos, caussamquè affert, quod semen nutrimenti penuria perdatur; Cur autem simul iungat has duas qualitates caussa

Dubit. 1. 2.

Solut. 1.

Solut. 2.

est

©BIUM

est, quia rarò inueniuntur in summo separatæ, nec dubitandum, quin etiam in mulieribus, cum & Parmenides, & Hippocrates primo de mulieribus videantur feciſſe mulieres viris calidiores, licet Ariſtot. 2. de part: anim. 2. improbarit Parmenidem, & Gal. 6. Epid: ſect. 2. 43. aliam ipſi tribuerit opinionem; Cur ſimiliter cauſſam, & huic tertiæ ſententiæ addiderit poſſumus exiſtimare factũ eſſe, quoniam cum nuper dixiſſet humidum nimium facere ſterilitatem, potuiſſet quiſpiam ſuſpicari ſiccum, quod eſt humido contrarium facere fœcunditatem, vnde ad tollendum hanc ſuſpicionem, voluit docere ſiccum non per ſe facere ſterilitatem, niſi quia ſemini iam in fœtum confirmato nutrimentum erit, quo ille priuatus non poteſt adoleſcere, Sed illud eſt magis dubium, quomodo ſiccum priuet nutrimento ſemen, ſcilicet in conceptum iam mutatum, nam hoc eſt quod nutritur, ſemen nempe animatum, non autem ſimpliciter, ſemen, quippe quod anima orbatum minimè dici poteſt nutriri, Galenus etiam hac de re nil aliud dicit, quàm euenire vtero ſicciori, quod contingit terræ aridæ, ac in ſummo æſtatis, cui ſi mandentur ſemina, torrentur, ac ad nihilum redigũtur, quod tamen non eſt ſimpliciter verum, ſi quidem, vt diſputat Plutarchus in lib. de Lunæ facie etiam in Arabia arbores fructiferæ naſcũtur, & apud eos fiunt herbæ, quæ terram maximę ſiccam amant veluti idem Plutarchus ait de centaurio, quod in uligiuoſo, & pinguiſolo non adoleſcit: ſed in arido, licet contrarium ſcripſerint Dioſcorides, & Plinius; Verum alia inueſtiganda eſt cauſſa, quamobrem ſicci vteri non concipiunt, quia alimenti inopia ſemen depereat, & cur Hippocrates nõ contentus dixiſſe vteros ſiccos, addidit etiam περιχαεῖς, (*perurentes*) Ad primum dicere oportet, cum Hippocrates dixit vteros ſiccos, ipſum eſſe intelligendum ſimiliter de vniuerſo corporis habitu, nam uix fieri poteſt, vt ſit immoderatè ſiccus vterus, quin etiam tale ſit à natura, aut euadat tempore vniuerſum corpus. In huiuſmodi autem corpore, eſt penuria ſanguinis dulcioris, quo alitur fœtus, atque eadem ratione fit etiam ſemen ipſius mulieris exiguum, ita vt vel non fieri conceptum ſit neceſſe, vel ſi fiat non ali, nec ad bonã frugem perduci, ſic vt ait Ariſtot. ſect. probl. 20. probl. 2. vetitum fuiſſe tempore belli mentã ferere, quoniam vi ſua calorifica, & ſiccatoria abſumit genituram, quod ſimiliter confirmatum habetur apud Hipp. lib. 2. de diæta, necnon apud Plinium lib. 20. cap. 14. vt hinc quoq; pateat in corpore, & vtero ſiccis, conſumi genituram, ob idquè infœcundas huiuſmodi mulieres eſſe. Cur uerò addiderit (*perurentes*) putarunt aliqui, & bene non additum eſſe tamquam id totum debeat intelligi de vteris ſimul calidis & ſiccis, quandoquidem vterq. ſeparatim, ſcilicet ſiccus, & calidus, ſterilitatem inducit, ſed potius, vt demonſtraret haud quamlibet caliditatem conceptioni officere, ſed immenſam tantum, adeo vt Hippocr. qnatuor intemperies ſimplices recenſuerit, à quibus fit ſterilitas; & quamquam non quælibet id faciant, ſed immoderatæ tantum, nihilominus peculiariter voluit id monere de caliditate, quoniam hæc potiſſima eſt in fœcunditate facienda, & de qua potuiſſet aliquis ualde ſuſpicari, ne omnis faceret ad cõceptionem, ſed hac de re dubitari poteſt, quoniã Ariſt. 2. de gen: anim: 3. dicit nil generari in igne, uel ignitis, qđ quoq; confirmauit 4 metheo. & 2. de gen: & co: 21. Contra 5. de hiſt: animal: c. 19. & Strabo 12. ſcripſerunt in fornacibus Cyp. i

fieri

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 577 sur 867

fieri animalia volitantia ephemera Dic: nō fieri in igne, quia deeſt materia gen: alim: ſed facta in terra ibi apparere(*Quecunq; verò ex viriſq;*) Hęc eſt quarta pars, ſeu potius 4. apho. in quo Hipp. docet, quæ ſint temperamenta ad conceptionem apta, ea ſcilicet quę ex duabus qualitatib. commenſuratæ commixtis temperationem habuerunt, Cæterum videndum eſt, quæ ſint ambæ illæ qualitates quæ *κράσιν συμμέτρως*, habentes fœcunditatem faciunt, Galenus qui uidit hanc difficultatem ipſe quoq; de ea quę fuit, dixitq. non intelligendas eſſe duas qualitates, quandoquidem quatuor ſunt, non duæ, ſed ambas coniugationes contrariarum, puta calidi frigidi, atque humidi & ſicci, ſunt enim duæ hæ bonæ temperationes, vt ſcriptum habetur ab Hippocrate lib. de nat: hum: & ab ipſomet Gal. lib. de temperam: quando ſcilicet ita frigidum cum calido, & humidum cum ſicco ſunt commixta, ut neutrum excedat, poteſt autem aliquis vterus in una ex his eſſe temperatus, in altera verò intemperatus, Sed qui in vtraq; eſt coniugatione temperatus vterus, is eſt, quem ait Hippocrates eſſe aptum ad concipiendum, ratio verò huius eſt, quoniam huiuſmodi temperie prædituſ vterus, cuicumque uiro, ſiue calidiori, ſiue humidiori, ſiue frigidiori, ſiue ſicciori coniungatur, immoderantiam omnino corrigit, vt aqua tepida tàm feruentem, quàm gelidam remittit; Itaque totius Hippocraticæ ſententia ſumma eſto hæc, quod quæcumque ſunt valde quomodolibet intemperatæ, cuicumque viro coniunguntur in fœcundæ ſunt, quoniam magna intemperies à nulla re emendatur, & generatio non fit, niſi præcedat *κράσις*, ſeu temperatio, quæ intemperatæ mediocriter ſunt, non concipiunt, niſi coniungantur contrarijs temperamentis, aut ſaltem temperatis, & hoc eſt, quod dicebat Plato: officium eſſe obſtetricum, vt aromatum ſuffitu in primis explorent an ſterilitas à fœmina, an mare proficiſcatur, uel alijs externis ſignis, ut pilis, colore, tactu id experiatur, Deinde ut craſſa corpora tenuibus, humida ſiccis, frigida calidis, copulent, aut etiam temperata temperatis, vel modice intemperatis, quę uerò nimium ſunt intemperata, tamquam ſterilia, ac inemendabilia dimittant. Verum quia Gal. in comm: multa repetit de ſuffitu faciendo, ac per eum exploranda ſterilitate, opportunum erit, ut nos quoque eadem de re nonnulla tradamus ex Ariſtot: quæ ad huiuſmodi experimentum faciendum non erunt inutilia. Is enim ſect. 12. problematum multa tractans de ſuffitibus, duo dixit, quæ ad eiuſmodi experientiam faciendam prodeſſe poſſunt, unum eſt ſuffimenta ſi cinere fiant, acrius olere, & diutius conſeruare odorem, quam ſi fiant igne, eo quod cinis minus concoquat, & diſſipet quàm faciat ignis, alterū eſt, quod omnia odorata cient urinam, atque longius, quam propius ſita fundunt odorem ſuum, Vnde qui uolet huiuſmodi experimentum facere, certius erit, ſi & diſſitum ab utero, & cum cinere potius, quam cum carbonibus experimentum faciet, Sed dicet aliquis huiuſmodi experimentum iuuabit quidē pro exploranda ſterilitate ex frigido, atque denſo utero ortam, non autem ex calore, unde uidetur Hippocrates nimium parcus fuiſſe in docendis modis cauſſas ſterilitatis dignoſcendi. Cui reſpondendum eſt, Sterilitatem raro fieri, ab alia cauſſa, quàm à frigiditate, & denſitate, Siquè interdum fit etiam à nimio calore, ipſi uel ſiccum eſſe coniunctum, uel obſtructiones pertinaces, ad quæ

Dubit.

Solut.

omnia

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 578 sur 867

©BIUM

Vtilitas Aphor. omnia dignoſcenda, ualet etiam ſuffitus, illud quoque hic adijcere placet, quod ſcriptum eſt ab Auic. 21. 3. trac. 1. in fine cap. 8. nempè mulieres ſteriles frequẽtius ægrotare, ſed magis ad ſenectutem perduci, diutiuſquè iuuentutis florem cõſeruare, cuius rei cauſſa eſt; quoniam vt Hippocrates ait initio primi de morbis mulieb: quæ nunquam peperierunt difficilius, & citius ægrotant ex menſtruis. Quare vtilis eſt aphoriſmus ad dignoſcendas ſterilitatis cauſſas, vt ſcilicet ijs cognitis poſſit deinde medicus remedia accommodata adhibere eiuſmodi ſæpenumero contingit, vt ſterilitas cognitis ipſius veris cauſſis curetur.

---

63 *Similiter autem & in maribus, aut enim propter corporis raritatem ſpiritus extra fertur, vt ſemen non tranſmittatur ad os, vel propter ſpiſſitudinem humor non exit foras, vel propter frigiditatem non concaleſcit, ita vt ad hunc colligatur locum, vel propter caliditatem hoc idem accidit.*

GALENVS in comm. antecedentis aphoriſmi dixit: hunc in pleriſque exemplaribus deſiderari, tamquam non Hippocratis germanum fœtum. Verum voluit proponere, atque demonſtrare illius falſitatem, ne quiſpiam decipiatur. Ex quo neque à nobis inueſtiganda eſt illius continuatio, & natura. Et mihi ſane videntur luſiſſe operam, qui ipſum interpretandum ſumpſerunt, ac obiectionibus Galeni reſpondendum. Vnde dimiſſis quæ dicit Galenus ſatius puto futurum; ſi breuiter cauſſas ſterilitatis in viris quoque percurramus, Dicuntur ſteriles eſſe viri quotieſcumque in ætate conuenienti conſtituti, ſcilicet à 14 anno, vſq; ad ſeptuageſimũ (ſecũdum Ariſt.) nulla cum fœmina genuerunt, dico nulla cum fœmina, quoniã plurimi reperiũtur viri, qui vni mulieri copulati diù numquã genuerunt, quã tamẽ alteri coniuncti ſtatim generarint, vt etiam adnotauit Lucretius lib. 4. de nat: ubi feliciter, & elegãter totam hanc fœcunditatis, & ſterilitatis partem tranſegit. Itaque huiuſmodi vitium, aut eſſe poteſt natiuum, aut accidentarium, Si natiuum ſit, aut eſt ob aliquam inſignẽ totius, aut ſaltem partium genitalium intemperiem frigidam, ſiccam, humidã, calidam, ſicuti de mulieribus dictum eſt; aut ob prauam partium ad generationem attinentium conſtitutionem, quæ ſunt vaſa ſpermatica, teſtes, nec non virga, aut ob aliquod ipſius ſeminis vitium. Iam uero cum de intemperiebus iam ſatis dictum ſit in antecedentis aphoriſmi explicatione, atque eadem ſint, & ob eaſdem cauſſas æquę in viris, atque mulieribus non oportet de illis plura dicere, Sed tantum de vitio inſtrumentorum, atque de ipſo ſemine. Sunt autem inſtrumenta generationis vaſa ſpermatica, teſtes, & penis. Vaſa enim ſpermatica ſi ſint anguſtiora, & parua, nec multum ſeminis continere queunt, nec contentum eiacualare, aut emittere in teſtes. Similiter teſtes minores, & arctiores ſterilitatem inducunt, ſicut & nimium propendentes, quales fiunt ſenibus, & varicoſis, quos Ariſt. 4 probl. 21. dixit eſſe ineptos ad generationem, pro varicoſis eos intelligens, qui in ſcroto uarices geſtant. Iam uero penis ſiue ſit breuior, quàm par ſit, ſiue longior, ſic enim dicebat Ariſt. 4. probl. 24. & 1. de gen: animalium in fine cap. 6. habentem penem longiorem eſſe infœcundum,

cum

tum quia non poteſt efferri, eo quòd remotius ſit pondus à fulcimento, quod eſt teſtis, tum quia ſemen per longiorem viam latum frigidius atque in efficacius reddatur. Vitio ſeminis oritur infœcunditas, quando aquoſius eſt quam conueniat; Vnde dicebat Auicennas ſemen virile fœcúdum eſſe debere album, tenax, ſplendidũ, & ad quod accedant muſeæ, & comedant, ſuauemq́. odorem habeat, pariter quoque debet eſſe ſemen ſpirituoſum, imò ferę totum ſpumam, vnde ἀφροδίτη apud Græcos; Etenim ſi vel paucos, vel nullos flatus habeat, aut non ſit tentigo, & erectio, aut facta parum durat; Atque hoc eſt, quod dicebat ſect. probl. citata Ariſtoteles: Varicoſos eſſe infœcundos, quoniam flatus, qui deberet ſemini commixtus facere tenſionem in varicem protruditur. Atq; hac de virorum ſterilitate, nam de mulorum fœcunditate alia quæſtio eſt apud Ariſtotelem 2. de gen: anim. cap. 5 & 6. aduerſus Empedoclem, & Democritum, licet non vbiq́. ſint ſteriles, cum Ariſt. idem primo de hiſt: anim. 6. & 6 lib. cap. 24. ſcribit: mulos in Syria ſupra Phœnicem ſeſe coniungere, & generare, quod ſimiliter in Capadocia euenire ſcripſit lib. de mirab: auſcult. De qua re apud Galenum ſiue Plutarchum lib. de Plac. Philoſophorum.

---

64 *Lac dare caput dolentibus malum; malum vero, & febricitantibus, & quibus ilia ſuſpenſa murmurant, & ſiticuloſis, malum autem, & quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt. Conuenit autem; & tabidis dare, qui non valde multum febricitant, & in febribus longis, & paruis ſi nullum ex ſupra dictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis.*

HACTENVS Hippocrat. de rebus muliebribus tractat, modo alias res tractare aggreditur, quo fit, vt continuatio pręſentis aphoriſmi cum ſuperiore haud ſit diligenter perquirenda, niſi dicamus lac quoq; eſſe veluti quid muliebre, at de hoc ſolo non fuit animus Hipp. docere, ſed de recto vſu cuiuſlibet lactis. Et longior fuit, quàm cõueniat doctrinę aphoriſticę, quoniam cum ſit remedium, & alimẽtum maximi momẽti, frequenterq́. in vſum veniat, opus iudicauit nõ minus neceſſariũ, quàm vtile mõſtrare, qui errores in ipſius adminiſtratione cõmittantur, vt ijs cognitis poſſint medici, atq; homines tàm ęgri, quá ſani illos vitare, ex quo patet pręſentem ſententiã mere practicã eſſe, ideoq́. ſine vlla demonſtratione, necnõ in tot partes diuiſibilem, quot ſunt documẽta, quę ex ipſo colligũtur, niſi magis placeat totum in duas tãtum partes ſecare, vt vna ſit in qua docet quib. potiſſimũ non conuenit lactis vſus, Altera verò in qua mõſtrat quib. potiſſimũ conueniat. (*Lac dare,*) Primum itaq; documentũ eſt, vt lac nũquam detur capite dolẽtibus; neq; febricitantib. Galenus verò 3. lib. de alim: facult: cap. de lacte addidit, lac non eſſe adminiſtrandum niſi ijs, qui caput firmum, atque robuſtum habent. Lac eſſe temperatę naturę, quantum ſpectat ad actiuas qualitates, humidam verò, ex paſſiuis habere, & Hipp. & Ariſtot. & Gale-

Connexio.

Scopus.

Diuiſio.

Lacti natura qualis.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 580 sur 867

©BIUM

Galenus crediderunt, ratione autem ferì vim deterſoriam, & purgatoriam etiam habere manifeſtè conſenſerunt Veteres, qui frequentiſſimè pro blando purgatorio lacte vtebantur, Atq; hinc eſt quod vti medicamenta temperata, atq; media vtriſquè extremis cõuenire reperiuntur, ſic etiam lac pluribus, ac diuerſis, & contrarijs affectib. conueniat, ea propter magna prudẽtia videtur vſus ſapientiſſimus Senex, qui voluit diligenter cõmonere, quibus potiſſimũ conueniat, & quib. non; Et primum indicauit, quib. non cõueniat, eò quòd magis interſit diſcere, vt ſint vitanda detrimenta, quàm quomodo procurãda vtilitas, Dicit igitur primũ Hippoc. Malum eſſe dare lac ijs, qui capite dolẽt & febricitant, Virũ autẽ intelligat de ijs, qui ſimul, & capitis, dolore & febre laborãt, an ſeperatim, & de quomodolibet dolentib, ſecundum caput, ac febricitantibus, an verò ſeparatim de vtriſq. non ita diffinitum à Galeno, imò nec ex Hippocrate apparet, eò quod infra dicit conuenire febrientibus aliquibus, vt hic de febricitantibus in vniuerſum minimè intelligendum videatur. Verum quia complures contextus habent, (*malum, & febricitantibus,*) ſatis ex huiuſmodi lectione clarum efficitur, Separatim intelligendum eſſe, & nocere caput dolentibus, & nocere febricitantibus, vtcumq; autem ſit, illud conſtat Hippocratis mentem eſſe, vt voluit Galenus non de vſu lactis incorporibus alioquin ſanis, ſed in ægris potiſſimum tractare, quamquam non dubito, quin quoque eadem documenta aliquo pacto in ſanis ſaltem conſeruandis cõueniant, Verum videre expedit. Qui ſint capite dolentes, & qui febricitantes, de quibus loquitur Hippocr. Deinde quæ ſit cauſſa propter quam iſti læduntur: Quod Hippocrates græcę dixit (κεφαλαλγέουσι,) Latini omnes ſunt interpretati (*Capite dolẽtibus.*) Iam verò dolor capitis interdum fit per eſſentiam in capite, ſ. quando cauſſa efficiens eſt in eo, interdum vero per conſensũ quando efficiens cauſſa eſt in partibus infernis, vbi eſt in inferiorib. partibus, poteſt lactis aliquod genus conferre, vt aſininũ in intemperie feruida iocinoris, & ſicca cum materia acri, & mordaci; quo caſu ſiue detur lac vt purgatorium, ſiue vt attemperans, cauſſam doloris mitigat. Cæterum vbi cauſſa eſt in ipſo capite cuiuſlibet lactis vſus nocet, quod vapores ab ipſo lacte in caput mittantur, qui intẽperiem quálibet augent, & caput neceſſario imbecillum magnopere feriunt. Vnde Lucretius dicebat in primo de lacte mero mentes nouellas hædorum percelli, hoc autem facit lac ratione butyri & caſei, quem Hippoc lib. de diæta damnat. Itaque ſententia Hippoc. videtur potiſſimum intelligenda de ijs, qui dolorem in capite eſſentialem habent, & hoc eſt etiam quod dicere voluit Galen. 3. lib. de alim: fac: cap. de lacte, quando ſcripſit oportere eos, qui ſumpturi ſunt lac, vt habeant caput robuſtum: Etenim rectè ait Galenus: ſi interdum ſua ſpontè lac inculpatam ſanitatem habentibus dolorem capitis facit, ob vapores quos in illud mittit, multo magis lædet, vbi iam caput ægrotat, & dolet. Pro febrientibus verò intellexiſſe Hippocratem, eos qui febre putrida, atque ea eſſentiali, non conſequente aliam ægritudinem ex eo certum eſt, quia in vlcere pulmonis, cui ſemper eſt coniuncta febris, conuenit lac, quamquam etiam aliquando in febribus accidentalibus minimè conueniat, vt ſunt illæ, quæ conſequuntur viſcerum aliquorum inflãmationes; Cur autem non conueniat febrientibus huiuſmodi manifeſta eſt ratio, quoniã

vt in

vt in calidis ſtomachi corrumpitur ad nidorem, & in frigidis ad acorem, ſic nō eſt dubitandum, quin in ſtomachis præ febre æſtuantibus corrumpatur, & febrilem putredinem augeat. (*Et quibus hypocondria.*) Cor: Celſus lib. 3. cap. 23. dixit tantum, quibus præcordia tument, de murmurantibus nihil. Quod verò ait Hippocrates eſt, lac quoque nocere illis, qui habent Hyppocondria μετέωρα, i. ſuſpenſa, ſiue eleuata, & murmurantia. Quæ ſint autem hypocondria ſuſpenſa, ſeu eleuata locupletiſſimè docuit Galenus in comm: vbi ſcribit: non modo intelligi, quæ in magnitudinem maiorem attolluntur ob flatus, ſeu humores ſibi incluſos, verum etiam ob tumores præternaturales, veluti inflammationē, eryſipelas, ſcyrrhum, Sicut enim ſuapte natura ſolet lac vbi male coquitur ingētes flatus producere, ſic in ijs, qui illis ſunt iam oppleti, multo maius detrimentum accedet, qđ etiam de inflammatione hypocondriorum, vel eryſipelate, aut ſcyrrho eſt intelligendum, in quibus omnibus lac debita coctione priuatum in teterrimos humores conuertitur, qui cęteris iam intus exiſtentib. adiecti, malū valde augent, atque hinc eſt quod Hipp. ſæpenumero in lib: de affectib. & morbis, quando lac dandum præcipit, ſemper henoſos excipere conſueuit. Iam verò διαβορβορύζοντα hypocōdria ſunt, in quib. fit ſtrepitus, & murmur talis, vt non modo ab ipſis ægrotantibus, uerum etiam ab alijs etiam longe diſſitis exaudiatur, fit autem tum à flatibus, tum ab aqua, tum ab utriſque, modo in inteſtinorum ſpacijs cōtentis, atque motis, modo in omento, quod præſertim in melācholicis obſeruuari ſolet, & quod in Cælio Aureliano hydatiſmus nuncupatur. Nam hac ratione differunt hypocōdria tenſa, atque murmurātia, quoniam illa fiunt à puro, & copioſo flatu, qui diſtēdit in omnes dimēſiones, hęc verò fiunt, à flatu, uel aqua, uel utriſq. mixtis, nō tamen replentib neque extendentibus in loco vbi ſunt motis, & quamquam magis à lacte lædātur tenſa, & eleuata hypocōdria, nihilominus læduntur quoque & murmurantia, quia in flatus cōuertitur. Verumtamē dicit Gal. ſe aliquando lactis ſero cum ſale dato ſeſe habentes murmurātia inteſtina iuuiſſe, eo quod aluus funderetur, At dicet aliquis ſi ſerum mouēdo aluum poteſt iuuare huiuſmodi affectos, cur nō etiam lac ita datum vt moueat aluum (quēadmodum faciebāt veteres) poterit iuuare: Cui reſpōdēdum eſt, aliam eſſe rationem ſeri, aliam lactis, nam ſerum dum aluum ducit, ipſum quoq; exit totum, lac verò cum habeat præter ſerum caſeoſas, & craſſas partes, etiam ſi aluum moueat, eius tamen aliquæ partes craſſæ reliquūtur in corpore, quę corruptę, & flatus, & humores pręter naturales augent, ob qđ malę faciūt, qui ſerū præbētes haud curant, vt optimę ab omni lactis parte depuretur. (*Et ſiticuloſis*:) Celſus autē loco citato pro ſiticuloſis vertit eos, qui ob febres acutas nimia ſiti exercentur. Qui ſint ſiticuloſi, ſiue διψάδες, quos ait Hippocrates lędi ab vſu lactis, videtur Galenus explicuiſſe non ſatis clarę, cum dixerit tantum ſignificaſſe eos, qui vel natura, vel poſt aliquod tēpus ſint facti ſiticuloſi, quaſi propriè ſic vocentur, qui nō ſemel, aut per interualla aliqua, ſed ſemper, & continuo, vel ab ortu ipſo, vel poſt aliquod tempus ſiti infeſtantur. Cæterum qui ſunt à natura. vel longo tempore ſiticuloſi, nō alia ratione tales ſunt, niſi quia calidi, & ſicci ſunt, cuiuſmodi biliosi, His autē dicit Hipp. lib. de victus ratione dulcia eſſe inimica, & ſitim facere, vt melicratum, & vinum, Vnde eadē ratione,

Dubit.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 582 sur 867

lac quod eſt dulce ijs nocebit, & quia ſitim auget, & quia in bilem conuertitur: Celſus loco citato, non deiectiones: Sed vrinam bilioſam tranſtulit, verum non ſatis bene. (*Et quibus excretiones bilioſæ.*) Qua ratione verò lac nocet ſticuloſis, quia ſcilicet bilioſi ſunt, eadem ratione & quibus ſunt bilioſæ excretiones, non tantum quia his corrumpatur in nidorem, verum etiam quia ſponte auget, & facit huiuſmodi deiectiones, ſicut in lactentibus pueris obſeruatur, ſiue ſint cum febre, ſiue ſine febre. (*In febre acutis:*) Adhæreo Galeno, qui legit: (*febricitantibus*) non autem (*in febricitantibus,*) eo quod febres acutę omnes fiunt à bilioſo humore, vt Hippoc. 2. de nat: humana, & Ariſtot. 4 de part. anim: cap. 2. qui certè vſu lactis augetur, & ſi Hippocrates 4. acut. circa initium laudauit in ardente febre, ac non id quidem fecit in omni, ſed in eo cauſone, quem facit ſalſa pituita, & vſus eſt Aſinino cocto ad purgandum, ſicut etiam 2. & 3. de morbis, (*Et quibus ſanguinis multi, &c.*) Galenus hanc particulam

Dubit. dimiſſit in comm: forſan, quod non haberet in contextu; Dubitatur autem, quia certè in cruentis dyſenterijs feliciter vſurpatur lac, tam per clyſteres infuſum, quam potu acceptum, vt non videatur vera ſententia Hippoc. vt quidam imponunt ei; aliqui intelligendum Hipp. reſpondent de fluxu ſanguinis facto, non de eo, qui fit: Sed errant, quia in facto maximè conuenit, ad reficiendas vires, propter quas etiam damus languidis, & conſumptis. Vnde melius eſt re-

Solut. ſpondere intelligendum eſſe Hippoc. de lactis puri, nec vllo modo alterati vſu, alioquin lac chalybe, aut ſilice candentibus coctum, præparatumquè, etiam in his fluxibus tam non dyſentericis, quam dyſentericis conuenire certum eſt, ſicut lac purum in valde refrigeratis ob copioſum ſanguinis fluxum, vt ob hoc in maraſmo frigido maximè commendetur à Galeno in lib. de marcore, & in methodo medendi, & lib. de internis affect: in hydrope aſinino ſimplici, & cocto, poſſumus etiam dicere; non eum loqui de quolibet lactis genere, ſed de eo, quod eſt minus ſeroſum, & quod propterea ſeri acrimonia magis irritat ſanguinis fluorem, nam ſic etiam loquebatur primo de morbis mul: vbi tractat de vlcerato vtero, & vbi lac caſeoſum intelligens dixit id humores acres, & mordentes lenire. (*Conuenit autem non valde multum:*) Hæc eſt ſecunda pars generalis aphoriſmi, in qua docet, Hippocr. quibus conueniat lactis vſus, & quamquam multi etiam alij habeantur affectus, in quibus Hippoc. adminiſtrauit lac, vt eſt videre in lib: de affectibus, & morbis, ac ſæpè in Epidem: nihilominus trium dumtaxat mentionem fecit, ſcilicet phtiſicorum, febres longas, & debiles habentium, necnon præter rationem conſumptorum, quoniam in ipſis potiſſimum vtile eſt; & quoniam cum à febribus in vniuerſum illud ablegaſſet, monere voluit non eſſe eam ſententiam temere, & vniuerſaliter recipiendam: ſed cum aliquibus exceptionibus. Itaque primum expendendum eſt, phraſis (ἁρμόζει διδόναι;) qua vult ſignificare ſeſe non de quolibet lactis vſu verba facere: Sed de potu; nec ipſum hiſce firmiter conferre, ſed licere abſque infamia, & errore in his caſibus dare, quicquid inde eueniat; Cur autem antepoſuerit cæteris phtiſicos; propoſuit quidem Galenus: ſed nil aliud dixit, quam Hippocratem intellexiſſe pro phtiſicis eos, qui laborant phtœ, ſcilicet pulmonis vlcere, verum eam puto ipſe cauſſam fuiſſe, quia eſt vnicum præſidium horum, ita vt ſi à lacte

huiuſmodi

huiuſmodi phtiſici nullum iuuamentum capiant, à nullo alio ſperandum ſit, quoniam ad vlcus ſanandum, reficiendaſq. carnes lac omnium ſit optimũ: nam Aretæus 1. curat: diuturnarum paſs: c. 6. mirum in modum pro phtiſicis celebrat lac, ex ſeſe, ſed cõuenit maximè ſi animalia, quorum lac ſumitur nutriantur herbis accõmodatis, vt de Tabijs narrat Galenus, & Plinius de Damocrate medico, qui paſcebat capras lentiſco, vbi eorum lac præbere volebat hæmoptoicis, verum dubitatur, quomodo conueniat, quia vlcera indigent exiccatione, quod non facit lac, prætereà ſæpè inflammatio cui inimicum eſt iungitur lac: Reſp: dari lac ab Hipp. vt alimentum, & etiam purgatorium, ſed diuerſi generis, quia humanum conuenit ad nutriendum, aſininum ad purgandum. (*Non valde multum,*) Phtiſicorum alij ſunt, qui parum febricitant, alij qui multum, alij qui valde multum, phtiſicos nõ omninò febre tentari impoſſibile eſt; phtiſicis modice, atque etiam multum febricitantibus ſignificat Hippocrates conuenire lactis potum, non conuenire autem illis, qui valde multum febricitant; Valde febricitant multum, qui non modo hectica, verumetiam putrida, atq; ea inſigni exercentur, multum autem, ſed non valde febricitare dicuntur ab Hippocrate, qui & hectica, & putri exigua tenentur: Cæterum exiguam febrem habent, qui ſolum hectica tenentur, His autem duobus poſtremis inquit Hippocrates, non primę, conuenire, quoniam plus indicat tabes, & vlcus pulmonis lac, quàm prohibeant febres: Contra in priore, quoniam magis prohibet febris putrida magna, quàm indicent cęteræ, ſi quidem ſi in ea lac exhibeatur, proculdubio putreſcit, ac putrefactum, ità febrem auget, vt cito ad mortem perducat. (*Et in febribus longis debilibus,*) quæ ſint febres longæ debiles, in quibus laudat Hippocrates lac, non ita certum eſt, Nam aliqui putarunt intelligere febres pure hecticas, ſcilicet ſine vlcere pulmonis, atque etiam ſine putrida, eò quòd huiuſmodi febres ſint longæ nempè quæ pluribus menſibus durent, ac ab ipſis ægrotantibus minimè percipiantur; Sed hac de re dubito, quoniam ſi ita eſſet, ſequeretur, non eſſe dandum lac, niſi quando iam in tertio hæcticæ gradu ſunt, quoniam tunc vere dici poteſt longa febris, atque etiam in ſecundo gradu conuenit, & datur, modo febris putrida non ſit coniuncta: Quare mihi potius videntur intelligendæ febres quæcumque longæ ſunt, & puſillæ etiam putridæ, nam cum in his putredo ſit exigua minus videtur prohibere lac, quàm indicetur ab ipſa febre conſumente ob longitudinem corpus. (*Nullo ex prædictis.*) Galenus miratur, quomodo Hippoc. in quib. iubet dari lac fecerit hanc exceptionem, quoniam ex antedictis ſatis notum eſſe poterat, non dandum eſſe, vbi ſunt quæ prohibeant, atq; ad aphoriſticam doctrinam ſpectare, nè quæ ſunt clara inutiliter repetantur: Verum probo, quod alijs quoque uideo placuiſſe, non ſine fructu aliquo ea nerba fuiſſe addita, quoniam oportebat docere, vbi prædicta ſymptomata adſunt etiam in ijs febribus, in quibus conuenit lac, tantum poſſe in eo prohibendo, vt etiam non conueniat in qua re peccant complures, cum indiſcriminatim tabidis, atque conſumptis lac prębeant. (*Præter rationem autem conſumptis.*) Plerique interpretes, hanc partem applicant prædictis immediate, quaſi dicat Hippocrates, lac conuenire ijs, qui præter rationem ſunt conſumpti in febribus longis, & paruis; ac particu-

Dubit. *Solut.*

lam

©BIUM

lam (παρὰ λόγον) exponunt, valde; mihi verò magis placet, vt sit particula separata, quasi Hippocrates velit non modo conuenire febribus longis, & paruis verumetiam quibuscumque præter rationem apparentem; scilicet absque febre & euacuatione consumuntur, nam secundo de morbis in tabe dorsali dicit: ægros esse sine febre, bibere, atque edere, & tamen consumi, vnde ijs dat lactis potum multis diebus: nam qui laborant atrophia, & similiter qui marasmo frigido, & senio Philippi tenentur, hi certè non habent febrem consumentem, nec aliam consumptionis apparentem caussam: & his certè conuenit lac. Quare Hippocratis sententiæ in hac secunda aphorismi parte summa erit, vt lac conueniat, Primo phtisicis, Secundo ijs, qui lõgis & paruis febribus capiuntur: Tertio ijs, qui consumuntur sine ratione, hoc est, sine febre, vt qui atrophia, & marasmo frigido laborant, & qui tabe dorsali occupantur, quos Hippoc. secundo de morbis dicit: esse sine febre, bene comedere, & potare, ac tamen consumi; ex profluuio feminis itẽ cum ratione quidem consumuntur: Sed sine febre, ac propterea eorum curatio fere tota est posita in vsu lactis, eiusq. bubuli, nisi enim sic interpretemur, proculdubio Hippocrates dimissit has postremas affectiones, in quibus, & præsertim marasmo frigido vsum lactis apprime competere omnes sciunt, & Galenus in libro de marasmo, atque septimo methodi clarissimę docuit. Vtilitas quanta sit huius aphorismi in medicina facienda vnicuiq. satis manifestum esse potest, imò verò si quæ est Hippocratica sententia cuius sit maximus vsus curandis ægris, atque præseruandis sanis, plane hæc vna est, quam medici perpetuo in ore habent, Sed dubitari potest, an postremę parti sit applicanda ea particula, (*Nullo prædictorum signorum apparente*,) quasi etiam in consumptis præter rationem sit obseruandum, an sit aliquod signum ex dictis, atque eo existente non sit lac præbendum, Et certè in his videtur etiam si adsit aliquod signum cõuenire, propterea qđ plus indicat affectus, quàm prohibeat prohibẽs, si quidem in affectu est necessarium nutrire, ac spiritus, & carnes reficere, ne æger ad certum interitum properet, ad nutriendum, & reficiendum nil præstantius lactæ, quippe quod facile cogitur, imò elaboratione ventriculi non egeat, vt docet Galenus sexto de plac. Hippoc. & Plat: cap 6. adhæc multum, atque id optimum alimentum affert, etiam si vaporosum sit, Iam vero illa symptomata, non producunt, neque festinant interitum, vnde non adeo prohibent quemadmodũ indicat affectus, & constitutũ est apud omnes semper in illud quod magis vrget esse magis incumbendum.

Vtilitas Aphor.

Dubit.

Solut.

---

65 *Quibus tumores in vlceribus apparent non conuelluntur maximè, neque insaniunt. Verum his euanescentibus de repente, quibusdam à tergo conuulsiones, & distentiones fiunt. Quibusdam ante insania, vel dolor lateris acutus, vel suppuratio, vel difficultas intestinorum, si tumores sunt rubicundi.*

TRANSITVS sanè prẹter ordinem omnem est, quem nunc facit Hippocrates à lacte, ad tumores vlcerum, vnde ineptum esset quęrere vllam continuationem. Habetur hæc eadem sententia 2. Epidem. sect. 3. sed in non-

nullis

nullis diuersa, vt suo loco ostendetur. Est autem Hippocratis scopus docere ex tumoribus vlcerum quid sit prædicendum, ita vt sententia tota sit prognostica longa satis, quæ tamen in tres principales partes cõmode potest diuidi, in quarum priore docet, bonum esse tumere vlcera. In secunda docet, quid subito disparentibus tumoribus sit expectandum in parte corporis postica. In tertia autem monstrat, qui affectus sint metuendi, vbi vlcerum partis anticę tumores repente euanescunt, Aggrediamur ergo primam partem, quæ est: (*Quibus œdemata,*) & in qua dicit Hippocrates, vbi vlcera tumores habent ægros non admodum conuelli, neque insanire, scilicet quocumque in loco sint. Nam vox (οἴδημα, seu œdema) veteribus, vt ait Galenus & hic, & alibi sæpe, significat omnes tumores præter naturam, sub quibus etiam cõprehendebant phlegmonem, seu inflammationem, phlegmonis autem nomen tribuebant etiam illi affectioni, quam posteriores vocarunt Φλέγωσιν, idest accensionem, quæ est ingens absquè tumore excalefactio alicuius partis corporis. Itaque sententia Hippocratis est, tumores si vlceribus superueniant, scilicet inflammatio, aut quispiam alius, non admodum conuelli, & insanire; quasi voluerit dicere interdum illud quidem fieri, vt etiam cum tumoribus conuellantur, atq; insaniant: sed raro, quãdo si ipsi aut insignem magnitudinem, aut prauitatẽ acquirant, aut aliquis alius affectus coniugatur, qui insaniã, aut conuulsionem facere queat. Verum videndaest ratio, cur non conuellantur, neque valde insaniant, vbi vlceribus tumores superueniunt, contra autem vbi tumores sint magni, aut maligni. Quod enim spectat ad primum, conuulsio, quæ fit ex repletione est passio neruorum, fit quotiescumque nerui repleti abbreuiantur, ac ob id versus propriam originem trahuntur, Mania autem fit vbi humores feruidi, aut vapores in cerebrum feruntur, ibiquè cerebri, & spirituum temperiẽ corrumpunt, quotiescunque igitur huiusmodi ferũtur ad vlcera, atque ibi in tumores sublati permanẽt, partes præcipuas relinquentes eas non lædunt, vnde nec conuulsiones, nec manias inducunt, nisi tamen ita copiosi, & turgentes essent humores, atque vapores, vt simul tumores facerent, aliasquè partes læderent, quod tamen raro contingit, vt ob id prudenter dixerit Hippocr. non multum conuelli, aut insanire, hoc est, nec frequenter, nec valde; Quod autem tumores magni vlcerum, & maligni faciant hæc mala, caussa est, quia vbi sunt magni, haud possunt à natura regulari, quemadmodum etiam quando sunt maligni: Vnde remeantes in nobiliores partes, & præsertim in caput diuersa faciunt mala. (*His autem disparentibus.*) Hæc est 2. pars dicebat. n. Hipp 2 Epid: omnia quæ absquè signo disparent esse infida, Ergo etiam tumoribus vlcerum, si disperant subito (hoc est) sine signis coctionis, nullo pacto fidere oportet. Caluo Laryssæo ab Hippocr. 3 Epid: commemorato genu intumuerat quo intempestiue sublato factus est delirus, & tertia die interijt, Hic autem disparentibus subito tumoribus vlcerum si hęc sint in postica corporis parte facere cõuulsiones, & tetanos, eo quod spinalis medulla, vnde propagantur nerui in corpus, ab humoribus ex vulneris tumore recurrentibus primum læditur, deinde principio neruorum communicata, læsio facit conuulsionem, vel tetanum, sic etiam uaricibus curatis fit mania, seu insania, vt contigit Mario, qui exractis unius cruris uaricibus immanior

Scopus.

Diuisio.

©BIUM

nior multo euasit. (*In anticis autem partibus.*) Hæc tertia pars. Si autem, inquit Hippocrates vlcera quorum tumores statim euanescunt, sint in antica corporis parte, fiunt alij diuersi morbi, (*Maniæ,*) Cur Hippocrates enumerauerit maniã primum, esse caussa potuit, quoniam humores, qui recurrunt in anticas partes ab ulceribus, cum feruidi sint frequentius solent in caput attolli per uenas, atq; arterias, quas in hisce partibus plurimas esse uerè dicit Galenus, iam uerò cum in caput ferantur iure quoq; in anteriorem cerebri partem ob rectitudinem deflectunt, ibiquè discursum uehementer lædentes maniam pariunt, sub quo nomine Hippocratem comprehendere quaslibet magnas animi alienationes dixit Galen & in progn: prorret: atque aphorismis. Celsus transtulit insaniã, quod nomen etiam latinis quamlibet mentis grauem alienationem significare consueuit. (*Acuti dolores lateris*) fieri hos dolores inquit Galenus humore, qui recurrit ab ulcere ad thoracem conuerso, comprehendit etiam pleuritidem sub hoc nomine, quia ut dolor acutus, sic hæc. Cur autem in aliquibus ad caput in alijs ad thoracem feratur, potest in caussa esse, uel uicinia ulceris ad hanc, aut illam partem, uel ipsarum partium recipientium dispositio, uel humoris impetus maior, aut minor, caussatus aut à calore, aut subtilitate, uel crassitie, Etenim cum humores, qui faciunt in ulceribus tumores sint plerumquè bilioſi, & feruidi, aç ob id sanguini commixti cum feruntur in prædictas partes faciunt prædictos affectus insaniam, scilicet & pleuritidem, quę ad suppurationem deueniens interdum etiam in Empyema desinit. Dicit Hippocrates fieri dolores acutos, quoniam membranarum dolores præsertim facti ab humoribus bilioſis solent esse pũgitiui, quos hic Hip. uocauit acutos; in 2. Epid: deest particula, (*vel suppuratio,*) sed nil refert, quoniam satis compertum est interdum pleuritidas conuerti in empyemata, scilicet non euacuato, nec dissipato humore morbum faciente. (*Vel dysenteria*) in secundo Epidemiorum scriptum est simpliciter, uel dysenteria rubra, hic uerò inquit Hippocrates, uel dysenteria, si rubri sint tumores. (Iam uerò dysenteria rubra, ea est, quando sanguis conuertitur ad anum, & sine ulcere profunditur, quę dysenteria impropriè dicitur, cum sit potius effluxio sanguinis, sic tamen appellata etiam ab Hippocrate, & Gal lib. de natu: hum: & 3 Epid. & libro quarto de articulis, Vnde siue hoc, siue illo modo scribatur, certum est Hippocratem loqui de dysenteria sine uulnere intestinorum, quæ fit, quando tumores ulcerum sunt sanguinei, & consequenter rubri à quibus aliqua ratione discedentes humores labuntur in intestina, ibiquè dysenteriam hanc faciunt, de qua locutus est sæpissimè Hippocrates, & quam dicebat 6. aphor 46. & 2 prorrhet: superuenientem lienosis, & podagricis eos liberare, quippe quę fit cum multo sanguine, absquè symptomatibus, & semper alleuiat, Et notandum non modo hæc, quæ dixit Hippocrates fieri post subito euanescẽtes ulcerum tumores, uerumetiam plura alia, ut surditates, ophtalmias, uomitus sanguineos, & huiusmodi, quæ non nominauit Hippocrates, contentus aliquorum tantum exempla attulisse, Est etiam notandum, quod ait Galenus conuulsiones, & manias sequi indiscriminatim ulcera tam in anticis, quam in posticis partibus existentia, uerum frequentius in posticis, quod ait Hippocrates contingere, atque ita ab ipso esse obseruatum, Vtilitas aphorismi est satis manifesta ad

Vtilitas Aphor.

prædi-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 587 sur 867

prædicendum, ſed etiam ad curandum, quia vbi tumor diſparet in vlceribus, conandum eſt humores eo retrahere cucurbitulis, quæ partibus proximis applicantur, nec non medicamentis, ſimiliter quoque eſt ſtatim proſpiciendum illis partibus, ad quas videntur recurrentes humores inclinare, aut repercutiendo ab ijs ſi ſint nobiles partes, aut relaxando, ſi ſint ignobiles.

---

66 *Si in vulneribus fortibus, & prauis tumor non appareat, ingens malum.*

ADEO manifeſta eſt præſentis aphoriſmi cum ſuperiore coniunctio, vt in ea inuenienda nihil ſit prorſus laborandum, eo maximè quod 2. Epidem: in fine ſect: tertiæ hi duo aphoriſmi ſint coniuncti. Etenim ut in præcedente tractauit de tumoribus ulcerum propriè vocatarum, ſic in præſenti loquitur de tumoribus vulnerum, quæ & ipſa à veteribus comprehendi ſub vlceribus ſolent, ita ut ſcopus ipſius Hippoc. ſit docere, quid prædicendum ſit in validis, & prauis vlneribus ubi nullus apparet tumor, quemadmodum in ſuperiori docuit vbi ſunt, ſed diſparent ſubito. Eſt namquè ſententia pura prognoſtica, ſine ratione, atque ſine ulla diuiſione. quod autem in ipſa dicit Hippocr. eſt; malum eſſe, quando in magnis, & prauis vulneribus nullus ſit tumor, (*Si vulnerum.*) Τρῶμα, & τραύμα apud latinos conſueuiſſe accipi pro qualibet inſigni læſione facta ab externa cauſſa teſtatus eſt Galenus in explic: uocum Hippocr. necnon 6. Epid. ſect. 5. & alibi ſæpę, idem autem in libro de artis conſtitutione diffiniens, quod ſit τραῦμα dixit: eſſe continui ſolutionem in carne factam à re inciſiua, Verum utrum ſic hoc in loco capiatur, an pro ulcere ut in ſuperiori, quod, ſ. fit à cauſſa interna vtrumq; uerũ eſt, quoniã ſicuti in ulcere ſimpliciter malum eſt tumores factos repente delitescere, haud ſecus malum eſt, ubi ulcus, ſiue uulnus magnum, & prauum ſit, nullum fieri circa ipſum tumorem. (*Validum,*) uox ἰσχυρῶ hic uſurpata ab Hippocrate ſignificat idem quod μέγα, magnum autem uulnus dicitur ut ait Galenus quarto, & ſexto meth: tripliciter, uel propter partis nobilitatem, ut uulnera capitis ſemper dicuntur magna, & periculoſa uocantur ab Hippoc lib de uulnerib capitis, uel propter magnitudinem affectus, ut ſi ſit longum, latum, & profundum, uel propter κακοηθειαν, Hic autem accipitur uulnus 1. & 2. modo, nam tertium modum intelligit ſub uoce, quam ſubiungit, ſcilicet πονηρῶν, ſeu prauorum, (*Tumor*) hic quoque ut in ſuperiori uox οἴδημα ſignificat quemlibet tumorem, ſed præſertim ſanguineum, & inflammatorium, nam cum uulneribus, & præſertim neruoſarũ partium ſemper dolor aliquis copuletur, & proprium ſit doloris ad partem dolentem attrahere humores, & maximè ſanguinem, ſi non trahatur, ſignum eſt aut impulſiuam facultatem eſſe debiliorem, quàm par ſit, aut ipſos humores in alios locos nobiliores adduci, non n. ad ignobiliores, & debiliores, quia potius ad partem læsã, quę eſt omnib. debilior, mitterentur, (*Malũ magnum*) notat Gal. tripliciter legi, magiſq; probat, ut legatur ita; ſi uulnerib. prauis exiſtẽtib. nõ appareat tumor, magnum malum eſt. Corn: Celſ: c. 26. lib: quinti ità ſcribit; Nimis intumeſce-

Connexio.

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 588 sur 867

©BIUM

re vulnus periculosum, nihil intumescere periculosissimum, illud indicium est magnæ inflammationis, hoc emortui corporis. Iam verò emortuum esse corpus nemo est, qui non inter magna mala reputet, vt dixit Hippocrates. Sed & ratio Galeni etiam maxime conuenit. scilicet esse magnum, qđ suspicio sit, ne humores, qui deberent facere tumorem, ad præcipuas partes vertantur, vel esse versos, vel esse vertendos, vt appositæ dixit conciuis meus; Causla verò suspicionis est, quoniam licet alia sint loca ignobilia, in quæ humores possunt decumbere, non alia est, nisi quia materia, quæ decurrit ad vulnera mittitur à partibus nobilioribus, quas præ cęteris solet natura tueri, atque à superuacaneis humorib depurare, cum cogitur aliquas in partes declinare humores, itaq; si non subministrantur, est, vel quia vis expultrix nobilium partium est imbecilla, vnde eum magnus sit morbus, & facultas corpus gubernans sit imbecilla, ingens periculum interitus imminet, Vel quia transitus materiæ ad vulnus est impeditus, vnde necessariò materia recurrit ad locum vnde fluebat, illud namquè compertissimum est, cuncta quæ impelluntur, vt saxa, pilæ, & alia huiusmodi, si impediantur remeare in eum locum vnde sunt impulsa. Vtilitas aphorismi est, non modo ad prædictionem, verumetiam ad vulnerum magnorum curationem rectam instituendam, si quidem vbi vulnera sunt magna, vt neruorum, capite tendinum, prope articulos, & aliorum similium, haud initio vtendum est repercutientibus, quæ prohibeant inflammationem, vt male medicos aliquos facere dixit Galenus; Sed vtendum est exiccantibus, & calefacientibus, quale est therebintina, sulphur, euphorbium, nam multi alij sunt casus in quib. initio abstinendum est à repercutientibus, vbi morbus sit in emunctorio, vbi materia fluens est venenosa, vbi maximę repletum est corpus, vbi materia est crassa, frigida, aut suffocatiua.

Vtilitas Aphor.

---

67 *Molles boni, crudi verò mali.*

ET hic quoq; aphorismus ponitur 2. Epid: in fine tertiæ sectionis post antecedentem. Sed diuersis verbis hic scribitur, molles tumores esse bonos, crudos verò malos, ibi autem scribitur, laxa vulnera vtilia, sursum autem repentia deteriora, Sed vtcumquè legatur, adeò còniuncti sunt simul antecedens, atque præsens, vt iure Galenus dixerit hunc illius esse partem, Est enim & hæc sententia tota prognostica, sine ratione, breuis: sed quæ tamen in duas partes diuidi potest, quarum prior hęc est, *(Tumores molles vtiles)* χαῦνα, quæ uox hic vsurpatur ab Hippoc. Galen. 1. in 1 Epid. interpretatur pro ijs quę mollia sunt, quæq; pręmentib. digitis vsq; ad profundas partes cedunt, cuiusmodi sunt corpora laxa, & fungosa, quibus crudi, renitentes atq; duri opponuntur: Ceterum cur tumores laxi, & molles vulnerum (de his enim loquitur Hippocrates) sint boni, Galenus videtur tribuisse coctioni, quasi huiusmodi mollities, atque laxitas sit signum coctionis saltem inchoatæ, ac propterea bonum, atque etiã causla bona, s. diminutionis doloris, & tolerãtię ægri, nã vti quę tenduntur, & dura sunt, doloré faciũt, sic quę laxa, & mollia sunt, doloré nõ faciunt, cũ nec

Connexio.

Diuisio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 589 sur 867

diſtenſionem, nec ſolutionem continui aliam habeãt, imò verò cum influant humores, nec diſtendant locum nimis ſignum eſt impetum currentis humoris eſſe blãdum, atq; ipſum humorem haud eſſe malignum, nec mirum, ſi quidem maligni humores, & copioſi, & diſtendentes, & lædentes partem faciunt dolores, & mortes; contra benigni, & moderati in motu, & copia, cum nõ tendant partem ſed mollem relinquant, & à conuulſione, & ab alijs malis uindicant. Iacobus conciuis meus putauit, pro laxis, intelligenda eſſe ipſa vulnera, non tumores, atque ea vulnera ex quibus fluit ſanies laudabilis, ſed ignorantia linguæ græcę, & interpres Latinus ipſum fefellit, quandoquidem cum genere neutro ſcriptum ſit (*Mollia bona*,) putauit applicanda eſſe vulneribus, neſciens tumores, græcę ab Hippoc. etiam genere neutro dici οἰδήματα, ſed hæc errata ſunt illi ſeculo condonanda, in quo lingua græca erat cunctis pæne incognita, Sequitur ſecunda pars, quæ eſt hæc. (*Crudi verò mali.*) In ſecundo Epid: vt dicebam ſcriptum eſt græcę, τὰ ἄνω νεμόμενα κάκιον, ideſt ſurſum ſerpentia peius. Si mihi liceret, mallem contextum illum corrigere, quam expoſitionem à longe petere, quandoquidem non eſt abſurdum tranſcriptores ex (τὰ ἕνωμα, feciſſe τα ἄνω νεμόμενα,) Sed quia pleriquè malunt exponere, ipſe quoque ſequar eos, qui uolunt hæc verba Hippocrati ſignificare duos, ac renitentes tumores, qui vt plurimum crudi ſunt, quiq; quodammodo videntur ſurſum eleuari, ſunt verò hi mali, tum quia ſignificant caloris coquentis imbecillitatem, & præſertim quando ſunt diuturni, tum quia perſeuerantia doloris ægros magis atque magis deterit, tum quia hi tumores ad ſuppurationem uix vmquam deueniunt, dicebat Hippocrates retro aphoriſ. 20. dolores à frigido impedire ſuppurationem, vnde fit, vt vel æger pereat, vel vlcus in callum peſſimum deſinat. Vtilis, eſt aphoriſmus ad prædictionem, ſed iuuat quoque ad curationem, quoniam diſcitur duros tumores vulcerum eſſe tractandos medicamentis mollientibus, concoquentibus, & ſuppurantibus. *Vtilitas Aphor.*

---

68 *Dolenti partem capitis poſteriorem, in fronte recta vena inciſa prodeſt.*

QVID commune habeat doloris capitis curatio de, qua Hippocratis ſcopus eſt in hoc aphoriſmo tractare, cum prædictione tumorum vlcerum, non eſt facile inuenire; iccirco neq; conueniens eſt ullam huius cum ſuperiori ſententia connexionem indagare. Illud præſtat ſcire præſentem aphoriſmum eſſe purum præceptum curatorium, ſine ratione, atque ſine diuiſione; habetur & 6. Epid: ſect: 2. tex. 26. Sed ibi tamquam hiſtoria proponitur, cum dicat, (*Iuuit*) hic verò tamquam præceptum, nam vt alias docui, Ex hiſtorijs Epidemicis, & ex obſeruationibus aſſiduis conflauit ſapientiſſimus Senex hoſce aphoriſmos eo pacto, quo dixit Ariſt. 1. metaphyſ. ex plurib. experientijs fieri artem, & regulas. (*Poſteriora.*) Plinius lib. 25. cap. 3. inter acerbiſſimos dolores numerauit eos, qui fiunt in capite, qui quandoquè occupant totum caput, quandoq. partẽ, vel anticam, vel poſticam, vel dexteram, vel ſiniſtrã, qui dolor hemicrania à Græcis nuncupari ſolet, Hipp. autem maluit exemplum proponere poſteris capitis partes poſteriores, quoniã minus hæ ſolent dolere, & quoniã euidenter in hoc caſu beneficium auerſionis cognoſcitur, quaſi ueriſſimum ſit, *Scopus.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 590 sur 867

©BIUM

ſi in hoc genere doloris, qui non eſt adeo frequens, euidenter auerſionis beneficium cognoſcitur, etiam in alijs idem vtile eſſe non ſit dubitandum. (*Venam fronte.*) Auerſionem fieri per contrarias partes certum eſt. Iam verò contrarietas in tribus dimenſionibus conſiſtit, vt ait Galenus ſecundum longitudinem ſupra, & infra; ſecundum latitudinem dexterum, & ſiniſtrum; ſecundum profunditatem ante, & retro; meminit autem huiuſce poſterioris, quia vſu probatur eius vtilitas, & Galenus teſtatur ſeſe curaſſe multas vetuſtas oculorum fluxiones ſanguine miſſo ex poſtica parte capitis, atq; etiã vſu cucurbitularum. (*Vena recta inciſa,*) aliqui interpretes teſte Galeno exiſtimarunt Hippocratem voce (*recta*) intellexiſſe modum inciſionis venarum, Sed falſo, ſi quidem nil aliud ſignificat, quam id quod in ſecanda vena commendat, vt ſcilicet fiat κατὰ ἴθυν. ideſt ſecundum rectitudinem, ſeu ſi affectus ſit dexter oculus ſecetur vena, ſiue cucurbitula applicetur in dextera occipitij parte, atq; ſic de ſingulis (*Iuuat*) ratio propter quam huiuſmodi venæ inciſio iuuet, nec ab Hippocrate, nec à Galeno propoſita fuit, poteſt autem dici iccirco iuuare, quoniam fit ſanguinis euacuatio ob rectitudinem ex ea parte vbi eſt doloris ſedes, tum etiam diuerſio, & auerſio materiæ fluentis ad locum dolentem, ſic enim ſi ſit dolor in media capitis parte vena frontis media ſecta iuuabit, ſ. quæ eſt inter duo ſupercilia, & quam dixit Auic 4 primi cap. 20. tollere grauitatem capitis. & præſertim poſterioris partis, non qđ adſit fibrarum rectitudo, vt aliquibus placuit, ſed quia reſpondent ſibi mutuo partes ſecundum venas in eadem rectitudine poſitæ. Verum dicet aliquis; cur Hippocrates non meminit contrarietatis dexteræ, & ſiniſtræ partis, quæ nihilominus, quam in cęteris in capite reperitur, cui reſponderi poteſt, non meminiſſe, quia tametſi dolor ſæpenumero ſæuiſſimus in ijs quoque partibus fiat, attamen propter temporales illos muſculos, quorum percuſſio quælibet eſt periculoſa minimè audemus ijs, aut applicare cucurbitulas aut venas ipſarum pertundere. Circa hanc ſententiam oritur dubitatio ab alijs quoque mota, ſed non ſoluta, quoniam Galenus quarto meth: cap. 6. ſcribit reuulſionem deberi humoribus fluentibus, nõ autem firmatis, hic verò reuulſionem Hippocrates præcepit faciendam dolente capitis poſteriore parte quocũque modo. Reſpondendum eſt, aut materiam eſſe toto firmatam, aut partem fluxam, partim fluentem; in priore ſemper euacuandum, & deriuandum à parte dolente, in ſecunda vero primum reuellendum, deinde euacuandum. Iam verò Hippocrates loquitur de ſecundo, quia dolor fit à ſolutione continui, qui fit à materia fluente, & hæc eſt ratio propter quam dixit Hippocrates (*iuuat*) non autem dixit curat, vel ſanat, quoniam huiuſmodi operatio tollit ſolumodo fluentem materiam, non fluxam. Itaq; Vt æternam veritatẽ habeat aphoriſmus operæ precium eſt tres adſint conditiones, prima eſt, vt materia faciens doloré, vel ſit ſanguis, vel ſit ipſi ſanguini magna ex parte commixta, altera condicio eſt, vt vbi facienda ſit huiuſmodi ſanguinis miſſio, ſemper antecedat euacuatio totius corporis, præſertim vbi id ſit valde plethoricum, alioquin plus ad partem affectam traheretur, quam extraheretur, atq; hoc eſt, quod dicebat Galen. 13. methodi: in doloribus capitis, & oculorum non eſſe affigiendas cucurbitulas occipiti, niſi prius per venam cubiti facta ſit totius euacuatio, Tertiam

Dubit.

Solut.

condi-

conditionem addit conciuis meus, vt materia non sit venenosa, quia tunc expedit potius ab ipsamet parte dolente sanguinem detrahere, quàm à contraria, Vtilissimus est hic aphorismus ad medicinam exercendam, imò verò uidetur ex hoc aphorismo sumpta tota diuertendi in doloribus, atque alijs affectibus disciplina, vt propter hoc semper ab omnibus medicis in ore habeatur, quasi verò hoc sit præceptum curatorium, quo medicus iubetur abducere à quibuslibet partibus affectis humores fluentes, quod potius Hippocrates voluit docere accepto exemplo à capite, quam ab alijs partibus, quoniam in hoc conspicuum est magis tàm experimentum, quàm iuuamentum. *Vtilitas aphor.*

---

69 *Rigores incipiunt mulieribus quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput, sed & viris parte corporis posteriore magis, quam anteriore, veluti fœmorum, cubiti. Sed & cutis rara, indicio autem est pilus.*

ET hic quoq; aphorismus multo accommodatius fuisset positus inter eos, qui pertinent ad muliebres affectus, neq; enim videre possum quam habeat cum superiore coniunctionem, Est verò Hippocratis intentio docere medicos tria dogmata physica, secundum quæ aphorismus in tres partes diuiditur, prior est, quà docet mulieribus incipere rigores à lumbis, & per dorsum repere vsque ad caput, Altera est in qua docet viris à posterioribus partibus rigores inchoare, tertia est cutim eorum esse raram, atque id manifestari à pilo, sed quoniam Hippocrates nullius demonstrationem attulit, nisi postremæ à signo, obid conabimur aliquam afferre: (*Rigores.*) De rigoribus, qui præcedũt febres Hippocratem habere sermonem non est dubitandum, postquam millies dixit Galenus Hippoc ignotum fuisse rigorem absque febre, eò quod illa ætate sobrij magis essent homines, quàm posteriore, habetur autem hæc eadẽ sententia secundo Epid: sect. 3. & 6 Epid. sect. 3. Sed vtrobiquè paullisper diuersa, vt cum sæpius à Sene repetita inueniatur, eò magis æstimanda sit, (*Incipiunt mulieribus.*) Habet rigor suas tres partes, seu tria tempora, quemadmodum pleraq. aliæ passiones, scilicet principium, medium, atq; finem; in medio occupat plures corporis partes, in fine totum si sit magnus, & perseuerans, in initio autem solam partem aliquam, vt in mulierib. lumbos, in viris posteriores partes magis, quam anteriores; cur autem non simul occupet rigor plures partes, aut totum, caussa est, quoniam hæc passio est effusio humorum à venis per partes sensibiles, quæ effusio cum sit materialis, non potest tota simul, & semel ferri, quemadmodum fertur lux, atq; aliæ res spiritales. (*A lumbis magis,*) apposuit prudenter Hipp. vocem μᾶλλον, quoniam non semper hoc accidit, sed plerumq. nam & mulieribus quandoquè incipiunt rigores ab extremis partibus; Cur verò potius à lumbis inchoent Galenus non explicuit, sed tantum cur à posterioribus partibus, scilicet, quia cum rigor fiat cum refrigerationis sensu, partes posteriores vt magis frigidæ prius rigorem sentiunt, qui deinceps per dorsum ipsi capiti communicatur, & præsertim partibus frigidioribus, atque magis exanguibus, cuiusmodi sunt aures, atque nares, Vnde quia mulieres sunt frigidiores, propterea ijs in *Scopus.*

partibus

©BIUM

partibus citius rigorem sentiunt, Sed hæc Galeni explanatio duo peccata habet, vnum quod tradit causam quasi propriam in mulieribus effectus, qui tamen in viris etiam ponitur ab Hippocrate dicente: etiam in viris à posterioribus partibus incipere magis rigores, aliud peccatum Galeni est, quod non explicuit cur Hippoc. dixerit in mulieribus à lumbis magis oriri, quod apud ipsum Hippocratem constans est, cum repetierit 2. & 6. Epidem. Itaque dicendum est Hippocratis sententiæ hanc esse veram intelligentiam, scilicet quod mulierib. non modo à partibus posterioribus simpliciter, Sed peculiariter à lumbis inchoent, propter vterum, qui cum lumbis sit subiectus, ac suapte natura frigidus, vt in rigore statim patitur, sic statim eiusmodi passionem communicat partibus, sub quibus est collocatus, & eo magis si mulieres sint, hoc est defloratæ, non virgines, à lumbis deinde, qui sunt in parte dorsi, & spinę extrema, rigor sursum per communicantiam effertur, vt dixi vsque in caput, non quod ipsum totum rigore, & frigore tentetur. Sed complures illius partes, vt pote labia, nares, aq; aures, quippe quę sunt frigidiores cęteris, ac magis à calidis visceribus seiũctę, oculi enim & si imbecilles sint, vt Arist. 21. prob. 22. non tentantur à rigore, quoniã vt scribit Arist. 31. prob. 23 oculus adiposus est, adeps in non congelatur, neque enim audiendum ait Platonem, qui in Timeo dixit non rigere, quoniam multis ignis in ipso est, Verum, nec Aristot. ratio satisfacit, quoniam pingue secundum medicos frigidum, & à frigido concrescit, vnde motus qui calefacit liquatur & consumitur, vt idẽ Arist. 5. sect. prob. 4 prętereà oculus multis humoribus est cõformatus, qui deberẽt disponere ad rigorẽ. Ideo melius est dicere oculum non rigere ob multitudinem spirituum, qui ipsi insunt, & calidi valde sunt, qui etiam faciunt ne humor aqueus, qui plurimus ineſt ipsis oculis congelatur. Attamen Petrus Aponensis in comm: prædicti prob testatur sese interdum audiuisse, qui certo asserérent ipsis oculos rigere, quod si verũ est, id nõ ipsi oculo, sed potius palpebris, quæ sunt partes nerueę ac frigidæ tribui debet. *(Vtrũ)* Hęc est 2. pars in qua discrimẽ ponit, quod est inter mulieres, ac viros in rigore sentiẽdo, scilicet quia etiã in viris, vt in mulierib. potius à posticis partibus, quàm ab anticis incipiant, verũ in his peculiariter à lumbis, in illis autẽ à toto dorso, ac brachijs, & cruribus, & ratio iam exposita est ex Galeno, quoniam partes omnes posteriores sunt frigidiores, quàm anteriores. Sed circà hanc partem tres oriuntur dubitationes quarum prior est, quoniam Aristoteles octaua sectione problematum secunda, quærens rationem cur extrema rigent maxime, vt pedes, & manus, ait esse, quia vasa ipsorum angusta sunt, & propterea sanguinis parum continent, vnde videtur rationi consentaneum, vt semper debeat rigor ab hisce partibus tamquam frigidioribus inchoare. Altera est dubitatio, quoniam non uidetur vsui correspondere, quod in viris exordiantur rigores à brachijs, & cruribus, sed potius à pedibus manibus, atque naribus, nam si vera est ratio Aristot. brachiorum vasa sunt satis ampla, vnde medici pertundunt venas brachiorum, & in fine ipsorum contrectant pulsus ob uasorum ibi existentium amplitudinem, Adhæc idem Aristot. 2. probl. 26. scribit medicos solere iubere, vt ante febrium accessiones calefiant pedes, propterea quod inde incipiunt rigores. Tertia est, quia Hipp. 6. Epid: sect. 5. tex. 30. ait rigores magis in-

Dubit. 1.

2.

3.

cipere

cipere à superioribus ventris partibus, febres autem (hoc est) calorem à partibus inferioribus, Circa primum, dubium, atq; etiam secundum responderi potest, rigorem dupliciter accipi posse, vel pro simplicis refrigerationis perceptione, vel pro refrigeratione simul & concussu, si primo modo capiatur, certè inchoat à pedibus, naribus, atque extremis, quoniam hæ partes cum sint debiliores primum quoque sentiunt caloris defectum, quod est refrigeratio, atque sic locutus est Aristot. cui experientia quoque attestatur: Etenim cum natura intelligeret pedes debere res durissimas contrectare, eos conflauit tendinib. neruisq. crassis, & multis, necnon cute dura, ob quod fit, vt licet saxa calcent numquam tamen deterantur, cum ferrum in pedibus animalium minuatur, & consumatur, quæ omnes res faciunt, vt pedes sint frigidiores. Sin autem secundo modo intelligamus, certè verum est tàm uiris, quàm mulieribus incipere illam concussionem à partibus posterioribus, scilicet à dorso, etenim experimenta quotidiana docent, illos tremores, atque concussiones quas initia febrium producunt primum circa dorsum & fieri, atque sentiri, eo quod per dorsum perreptat uena caua, in qua fit maxima ebullitio, & lucta naturæ cum morbo, ut ostendunt dolores, quibus maximę febricitantes complures molestari solent, ut etiam Hippocrates significauit in Coacis prænotionibus: Sed percunctabitur aliquis, qua ratione Hippocrates in hac secunda parte inter posteriores enumeret brachia, & crura: nam non uidentur magis posterius, quàm anterius esse posita, cui dupliciter responderi potest; uno modo pro brachijs, & cruribus intellexisse postremas illarum partes, scilicet manus, & pedes, alio modo respondere licet pro partibus posterioribus intellexisse exteriores, quemadmodum clare dixit 6. Epid: Ad tertiam, & postremam dubitationem quoque dicere oportet: Hippocratem, (ut etiam Galenus putauit) ibi comparare partes uentris superiores cum inferioribus, atq; loqui non de rigore antecedente febrem, sed de eo qui fit ex ciborum corruptione os uentriculi lædente. (*Cutis rara*) hæc est postrema aphorismi pars, in qua Hippocrates quasi rationem reddit: cur uiris magis, quàm mulieribus incipiant rigores potius à posterioribus, quam anterioribus partibus, nimirum, quia illæ sunt frigidiores, & debiliores, hę uerò calidiores, ut ostendunt raritas cutis, & pili, qui cum sint soboles caloris, potius in anticis, quam in posticis partibus oriuntur: Circa hanc partem duę dubitationes oriuntur satis utiles. Vna est, quia non uidetur uerum, quod elicitur ex Hippocrate, scilicet partes anteriores esse calidiores, quia rariores, & hoc indicari à pilo, qui potius in anteriorib. partib. quàm posteriorib. gignitur: Nam primum huic experientia aduersatur, cum pleriſq. uel nulla in parte, uel in posteriora maior copia pilorum fiat: Adhęc Galen. 1. Epid: sect: 2. tex. 78. ait: pilorum nigredinem esse temperamenti frigidi indicium. Alia dubitatio est, quoniam Hippoc. 2. Epid. sect. 3. in fine ait hoc demonstrari in animalib. quasi uerò animalia sint pilosiora in anticis partib. & in posteriorib. minus ratione frigiditatis, Contra quod est Arist. 2. de partib. animal. cap. 4. & 10. partic: prob. 52. vbi scribit, homini partes anteriores esse pilosiores, quia nobiliores, contra brutis esse tergora pilosiora, quia frigidiora, & imbecilliora cum sint, maiori tegumento indiguerunt. Ad primam dicendum est, uerum esse quod ait Hippocrates pi-

Solut. 1. & 2.

Dubit.

Solut.

Solut. 3.

Dubit. 1.

Dubit. 2.

Solut. 1.

los

©BIUM

los indicare caliditatem, vt etiam in arte parua docuit Galenus, & vt patet, ex generatione pilorum tradita ab Aristot. 5. de gener: anim. cap. 3. & à Gal 2. de temp: cap. 5. quamquam interdum etiam contrarium contingat. Vnde locus Galeni mendosus, quia vel abundat dictio μελανότριχες, vel vt aliquibus placuit, legendum est, μεγαλότριχες, Ad secundum dicendum vocem (ζωοῖς) abundare in 2. Epidem: cum neque sexto Epidemiorum neque hic vbi eadem sententia habetur, reperiatur. Ad loca autem Aristotelis dicendum est, id quoque verum esse vt in pluribus, ac propterea in probl. à Gaza omissam vocem (ποτε, idest aliquando) esse ibi restituendam, vel dicendum esse, pilos, qui fiunt copiosiores in tergoribus aliquorum brutorum, esse alterius generis, nimirum setaceos, ex materia frigidiore, & terrestriore genitos, vt sues, & vrsi sunt, quos ità voluit natura tueri, cum partes supinas propter inflexum habeant magis protectas: Sic etiam vulpes, & lupi habent tergora pilosiora: Sed alterius generis, vt propterea pelles ex partibus infernis, sint delicatiores, leuiores, & magis calefacientes supernis. Est. n hęc pars tum in 2. Epid: tum in 6. sect 3. aliquantisper diuersa, imò si rectè expendantur quod hic dicit paullo obscurius, aut saltem pressius, ibi & clarius & fusius exprimit, eadem tamen est vbiquè sententia, circa quam non minus occurrit dubitare primum; quia non videtur verum pilos arguere caliditatem; primum, quia Aristot. 10 problem. 52. & 2. de partib. animal. 14. in brutis posteriora esse pilosiora, quia frigidiora, & imbecilliora, Gal. similiter 1. Epid: sect. 2. 78. ait: pilorum magnitudinem indicare frigiditatem, præterea dubitatur, an verum sit brutis animalibus pilos magis oriri anterius, quam posterius, vt manifestè dixit Hippocr. 2. Epid: sect. 3 circa finem, nam experientia videtur contrarium testari, siquidem excepto homine, & simijs nõnullis; reliqua animalia sunt dorso, quam pectore pilosiora, vt à pluuijs, niuibus, alijsquè externis, & violentis iniurijs defendantur. Adhæc Arist. 2. sect. probl. 14. quærens cur tergo magis, quam pectore sudemus, ait: iccircò cõtingere, quoniam partes posteriores sunt humidiores ob spinalem medullam, & quia sunt magis carnosæ, secus quam hic dicunt & Hippocrates, & Aristoteles alibi. Ad primum dubium respondetur; in contextu latino Gazæ desiderari vocem ποτε, idest aliquando, siquidem non id semper verum est: Vel dicendum pilos tergoris esse alterius generis, scilicet setaceos, quam abundant in tergore magis, & à materia magis terrestri, & frigida. De Galeno autem similiter dicendum; locum illum esse suspectum, & aliquibus placuisse, vt legatur μεγαλότριχες. Ad secundum dubium respondetur, in 2. Epidem: vocem ζώων, idest animalium abundare, nempè quæ nec in hoc aphorismo, nec 6. Epid: habeatur, nam verissimum est pleraquè bruta habere tergora, & pluribus, & crassioribus pilis obtecta, quinimò Aristoteles 10. probl 52. quærens causam ob quam id factum sit, vt brutis posteriores, homini anteriores partes fuerint pilosiores, ait: ideo naturam illud prudenter fecisse, quoniam cùm partes posteriores brutorum sint imbecilliores, & frigidiores, opus fuit eas pilis obtegere, atque munire magis, ne ob externo frigore læderentur, contra uerò cum sint homini partes anteriores debiliores, & frigidiores, eas pilis magis texisse, de qua tamen Arist. sententia valde licet dubitare, cum Galenus contrarium senserit, neq; enim obstat,

Solut. 2.

Dubit. 1.

Dubit. 2.

Solut. 1.

Solut 2.

quòd

quod pondera maiora gestãtur dorso, quoniam etiam id bruta habent, tum ob spinam, quæ est veluti carina quędam corporis, tum ob ossium firmitatem, quibus tergum conflatũ est. Vtilitas præsentis aphorismi magna est in facienda medicina, & præsertim febricitantium cum rigore. Nam ex hoc intelligunt medici, quibus partibus sint remedia adhibenda pro molestijs, quas inferunt rigores; declinandis; nam veteres medici cum cognoscerent rigores incipere sę penumero à pedibus, iubebant, vt testatur Aristoteles eos cale fieri priusquam febris accederet, sic etiam solemus linimentis calefacientibus lumbos, atque dorsum maxime in mulieribus vngere, vt molestias rigoris in ijs partibus incipientis auertamus, & Aetius ex Herodoti sententia dicebat: aduersus rigores optimum esse dorsum, atque spinalem medullam, vnde inchoat rigor obtegere lanis ol. sycionio, gleucinio, rutaceouè imbutis, quod etiam interdum facimus lintea manibus, aut laneis pannis ad ignem calefactis. *Vtilitas Aphor.*

---

70 *A quartanis capti non admodum à conuulsionibus capiuntur. Si verò prius capiantur, & quartana superuenerit, liberantur.*

DE rigore cum egisset Hippo. subiunxit sermonem de quartana, quippe quæ præ cęteris solet à rigoribus inchoare, ita vt veteres aliqui vocarint ipsam querquerã, siue querceram ab hoc ipso symptomate sicut alij appellarũt Saturni filiam, vt est apud Theodorũ Priscianum. Est itaq; hęc vna cõtinuandi ratio antecedentẽ aphor. cum prędente in quo scopus Hipp. est docere, quid boni quandoq; præsterit febris cum rigore, exemplo sumpto à quartana, quæ est febris frequens longissima, atq; securissima, est autem sententia prognostica sine ratione, sed in duas partes diuisibilis, quarũ prior hæc est (*A quartanis &c.*) In qua nil aliud Hippocra. dicit, quàm eos qui a quartanis correpti sunt conuulsione non tentari. Et iure vsus est Hipp. voce plurali, quoniam adeo longa semper est quartana, vt plures simul febres esse videantur, nec aphor. ita verus esset, nisi de longa quartana loqueretur, atq; de ea, quę actu exercet hominem, non autem de ijs, qui ad quartanas suscipiendas sunt dispositi, quemadmodum nõnullis placuit interpretari. Cęterum quid pro spasmo, seu conuulsione intelligere voluerit Hipp. Gal. exposuit, qui scribit in comm. Hippocr. non locutum esse de conuulsione, quę fit ab inanitione, quoniam ea & acutissima est, & exitiosissima, sed de ea, quæ fit à repletione, vt est conuulsio epileptica. Alij putarũt intellexisse ipsam epilepsiam, & adducunt in hanc sententiã Gal. quod licet pro exemplo adduxerit conuulsionẽ epilepticã, haud tamen puto ipsam intellexisse, cum dicat; spasmum de quo loquitur Hipp. fieri ab humoribus viscidis & crassis, qui ipsis neruosis partib. impacti sunt. Adducũt etiam isti pro sua opinione confirmanda Hipp. 6. Epid. sect. 6. tex 9. vbi hunc eundẽ aphorismum proponens loco conuulsionis habet, magnum morbum, qui frequẽter ab Hippocr. intelligitur pro epilepsia, quasi dixerit, à quartanis febribus correptos minimè morbo magno, qui est ipsa epilepsia tentari, sed nec sibi huiusmodi authoritas admodum suffragatur, quoniam omnia fere exemplaria illius loci tam excussa, quam manu scripta non habent simpliciter ὑπὸ μεγάλης νόσου, sed ὑπὸ τινος μεγάλης νόσου, idest nõ à magno morbo, sed ab aliquo magno morbo quasi dixerit *Connexio. Scopus. Diuisio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 596 sur 867

©BIUM

dixerit ſenex: tétatos à quartanis nullo magno morbo capi, quéadmodũ & Cor. Cell: dixit: quartanam quantũ ſit ex ſe neminem iugulare, quinimo ab alijs magnis morbis liberare, vt 1. Epid: com: 3. tex. 4 & quos refert Hip. 3. in 3. Epi: 70. obijſſe quartanarios, non ob quartanam perierunt: ſed ob vim peſtiferæ cõſtitutionis. Vnde puto ego Hipp. quando in Epid. eam ſententiam adnotauit, obſeruaſſe id in compluribus magnis morbis, verum eſſe vt quartanarijs ſint ipſorum expertes, ob quod etiam alibi vocauit eam omnium ſecuriſſimam. Verum cum iam factus ſenex, ac Epidemica in aphor digereret, eam vniuerſalem ſententiam in hac particulari concluſit, quod comperijſſet in conuulſione tãtum, quæ & ipſa magnus morbus eſt, æternam veritatem habere. Cõ autem in alijs, cum experimenta quotidiana doceant, etiam interdum à magnis febribus, & peſtiferis tentari, vt ipſe recitat 3. Epid: com. 3. 70. complures quartanarios in ea conſtitutione peſtilenti interijſſe. Cęterũ videre oportet, quæ ſit ratio, propter quam à conuulſione non tentantur quartanarij, & eſt ea ipſa quę affertur à Gal. leno, ſ. quia humor, qui facere ſolet conuulſionẽ partim excernitur opera vehementi illius rigoris, & concuſſionis, à quibus inchoant quartanæ, partim verò lõgitudine morbi concoquitur, & cõſumiturquo fit ẽt ut licet dixerit alibi Hip. melancholicos (cuiuſmodi ſunt quartanarij fieri) epilept. haud id intelligẽdum de quartana actu tentante, ſed de ijs, qui ſunt abſq. febre, nec obſtat, quod quartanarij ſæpe corripiantur ea cõuulſione, quæ populari vocabulo gramphus appellatur, quia is fit à flatu neruis incluſo, non ab humoribus, de quo loquitur Hipp. quod autem dicit Gal in commentatio. coctionem fieri à calore febrili; id eſt intelligendum non de vera coctione, quæ generationem & nutritionem antecedit, quæq. à ſolo naturali calore perficitur, at de impropria & expulſioni inſeruiente, quem modo à febrili ſolo, modo, ab eo & naturali fieri ſcripſit, non ſolum Gal. ſed etiam Auuerroes, & alij. Atq; hæc de priore parte. Sequitur modo ſecũda, in qua Hipp. ait, Si prius ſit cõuulſione captus & quartana ſuperueniat eam ſolui; Ex quo loco ſatis manifeſtum eſſe poteſt, haudquaquam ſub nomine conuulſionis intelligendam eſſe epilepſiam, cuius tanta eſt pertinacia, vt nec à quartanis ſuperuenientibus, nec ab vllo alio morbo ſolui queat. Ratio verò cur ſuperueniens quartana liberet à conuulſione eſt eadem, qua præſeruat, nẽpè, qđ diuturnitate caloris febrilis attenuetur, ac calefiat humor ille frigidus, craſſus, & viſcidus neruoſis partib. impactus, qui deinde ſic diſpoſitus cõcuſſu poſtmodũ, & rigore febris quartanę expellitur, & cõſumitur, præterquã qđ vt ait Auuic 1. 4. cap. de quartana, copioſiſſimus ſolet quartanã comitari ſudor, qui maxime valet ad cõſumendos illos humores, qui faciunt, vel facere apti ſunt cõuulſiones. Accedit, & his illud, qđ ſcribit ibidẽ Auic: nimirũ humorẽ; quartanę authorem frigidũ & ſiceũ eſſe, propterea q̃ ineptũ ad hoc vt tenaciter impingatur, atq, hęreat ipſis neruis pro conulſione inducenda. Itaq; patet quartanã quantum ſit ex ſe id commodum habere, vt conuulſionem factam curet, & à futura præſeruet; dico enim quantum ſit ex ſe, quoniam non inconuenit aliqua alia ratione fieri conuulſiones, & alia mala vt hydrops, lienis tumores, ac ſimiles, qui ſolent quartanas ſequi vitiatis coctionibus, vel ob errores ægrotantium, vel nimia morbi duratione, & conſequenter copioſis, atque crudis ſuccis genitis.

Vtilis

Vtilis est aphorismus ad prædictiones, sed quoque ad curationem, quoniam discitur aduersus conuulsiones à copia humorum ortas esse contendendum remedijs calorificis, exiccantib. attenuãtibus, sudorum prouocatione, atq; motu. *Vtilitas Aphor.*

---

71 *Quibus cutes circuntenduntur aridæ & siccæ, sine sudore moriuntur, quibus vero laxæ, & raræ cum sudore moriuntur.*

VT libere dicam non solum præsens aphorismus toto cœlo est à præcedente separatus, verum etiam parum vtilis ad aliud, quàm ad prœcognoscendum, an ægri sint perituri cum sudore, vel sine, & si Hippocrates fecit hunc aphorismum, iurarem non alia ratione feciſſe, nisi vt posset medicus maiorem gloriam sibi comparare eò maximè, quod frequentissimè contingit, vt ægri pereant sudantes, & nihilominus adstantes bene sperent, quem errorem voluit detegere, ne scilicet ex sudore solo, vel spem nimiam, vel desperationem capiant. *Scopus.* Est itaque sententia pure prognostica, sine ratione, atque in duas partes diuisibilis prior est. (*Quibus cutes circumtensæ*,) Galenus quoque admodum ieiunus fuit in hoc aphorismo explanando, forsan quòd & ipse illum parum æstimaret habetur autem etiam 6 Epid: sect. 6 tex. 15 sed breuior: ita namquè scripta est, (quibus cutis arida, & dura obtenditur, ij sine sudore, quibus vero etiam laxa, ij cum sudore moriuntur.) Iam vero quid Hippocrates intelligere voluerit per cutes circumtensas non est admodum obscurum, siquidem nil aliud voluit significare quam ipsam cutim vniuersis corporis partibus circumdatam, atque à Platone in Timæo nastis retium piscatoriarum adsimilatam, quasi à natura factam vt ossa, atque tota corporis compagẽ firmã, & vnitam contineat, hæc itaque cutis interdum plus iusto circumtenditur, quando scilicet ob siccitatem, vel repletionem abbreuiatur (*Aridæ, & duræ*) plus sanæ est duras esse cutes quàm solum siccas, sed Hippocrati placuit ambabus vocibus vti, quò ostenderet, hãc veram esse sententiam, ut scilicet sine sudore pereant, non solum quando sunt aridæ cutes, verumetiam quando sunt duræ, vt est etiam in sexto Epid: nam huiusmodi siccitas, atque duities haud mortis est causſa, neque hoc dicit Hippocrates: sed est causſa vt morientes absque sudore vitam finiant, Etenim cutis ariditas prouenit, vel quia tota corporis humiditas sit consumpta, vt illis cõtingit, qui torrido marasmo necantur, vel quia etsi aliquæ humiditates in intimis corporis abditæ sint, attamen ad cutim non perducuntur, uel quia nimis profundæ sint, & viscidæ, uel quia facultas debilior sit, quàm vt possit eas ad extima corporis propellere vnde cutis remanet exhausta, neq; vlla mortis uiolentia sudare queunt perentes. Vnde 4. Epid: de Iccho apud Sitodochum scribit, quod cum arquato morbo laboraret, præcordiaquè magna, & dura, & spiritum densum haberet, morientem ne frontem quidem sudore humectauisse. Secunda pars est. (*Quibus autem laxa, & rara.*) Opponit Hippocrates tensioni cutis laxitatem, & durities raritatem, vultquè perituros, ubi habent cutem laxam, & mollem, ac taram cum sudore perire, non quod hoc fiat necessariò, & semper sed quod fieri possit, vel potius quòd fiat frequenter, ratio est, quoniam in motientibus magna fit inter morbum, & naturam vincere conantem lucta, in qua

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 598 sur 867

©BIUM

ſicuti uidemus eam ſæpe ſputa ex ore, lachrymas ex oculis extrudere ob uim qua utitur, haud aliter fit, vt humores qui in cute, & prope ipſam reperiuntur, ſi ſint pure ſeroſi per ſudorem emittat, ſi autem praui ſint, ac viſcidi uel craſſi ita, ut in ſudorem conuerti nequeant, ipſi cuti affixi, & adhærentes ipſam maculant uarijs uibicibus, prout ſcilicet uarij ſunt humores in cute reperti, id quod ignorantes pleriquè dum uident cadauera hiſce maſculis infecta veneno eſſe extincta opinantur, Vtilis eſt aphoriſmus quemadmodum initio dicebam ſolum modo ad prædicendum mortis genus in morituris, quod proculdubio medici exiſtimationem auget, Vtrum autem in moribundis ubi ſudor diffluit, ſit cohibēdus, vt nonnulli dubitāt, merum inſomnium, cum enim Hippocrates loquatur de ijs, qui ſeruari nequeunt, Sed ſolis prognoſticis ſunt relinquendi; quicquid dicat Philoteus, qui uocem τελευτᾶν, accipiendam neſcio quo ſpiritu putauit pro iudicari ad morte, vel ſalutem, proculdubio in huiuſcemodi caſibus de ſudore cohibendo & vana, & indecora eſt omnis cogitatio, ſicut non abſonum eſſet, ubi aliquo modo ſperaretur & copiam ſudoris mortem accelerare, certum eſſet illi cohibendo operam dare.

Vtilitas Aphor.

---

72. *Qui regio morbo laborant, non multum ventoſi ſunt.*

HIC poſtremus aphoriſmus libri quinti communem pene fortunam ſubijt, vt ſcilicet nullam cum alijs coniunctionem haberet, niſi tamen imaginari placeat, ictericos ob bilem, qui eſt humor ſiccus habere cutim aridam, & duram, cumque durities interdum fiat à repletione ex flatu. voluiſſe Hippocr. hoc in loco docere eam, quæ ſit in ictericis cutis tenſionem, & duritiem, haud quaquam à flatibus oriri poſſe, quādoquidem ipſi icterici haud fiunt multum uentoſi. Accedit his caſus Lechi relatus 4 Epidem. qui laborabat ictericia cum præcordijs magnis & duris, & obijt ſine ſudore, quaſi verò illi, qui obeunt ſine ſudore ſint inter alios icterici, ita ut ob hoc duritiem in cute habeant, ex quo patet eſſe ſententiam ſimplicem, breuem, ſine ratione, & diuiſione, atq; purum dogma phyſicum (*Icterici,*) vox ἰκτεριάδεις, quam hic vſurpauit Hipp. etiamſi ſignificare poſſit quoque eos, qui facile in morbum Regium labuntur, propterèaquè à Galeno infelices dicuntur, in præſenti tamen accipienda eſt pro ijs, qui actu morbo ſunt occupati, quos ait non eſſe admodum ventoſos, non quod nullo modo ſint flatulenti, ſed quod non valde, vel non multi ex ijs. Verum quia hoc experientiæ repugnare videtur, cum certum ſit ictericos pleroſquè flatibus abundare, eoſquè tam ſupra, quàm infra emittere, ideo Galenus conatus eſt, nec infeliciter huiuſmodi nodum explicare, dicens: duplici de cauſſa fieri flatus, vel obuiſcerum imbecillitatem, uel ob pituitæ, & frigidi ſuccí abundantiam; Fieri quidem in ictericis ob uiſcerum imbecillitatem flatus, non autem fieri ob pituitæ copiam, eo quod in ictericis non eſt pituita, ſed bilis; eſt autem viſcerum caloris imbecillitas. Verum hæc Galeni explicatio complures patitur difficultates, prima eſt, quia ſemper flatus fit a caloris imbecillitate ex materia cruda, & pituitoſa, vnde quando in ictericis generatur, non alia ratione

Connexio. Scopus.

fit.

sit, quàm quia calor ipsorum debilis est ita, vt non possit succos pituitosos, & crudos coquere, & dissipare. Adhæc icteritia nigra est flatulenta, quoniam semper humori melancholico associatur succus frigidus, & crudus, vna cum debili calore, vnde flatus copiosus, sic etiam non inconuenit in morbo regio bili associari pituitam, & succos crudos ob caloris natiui debilitatem, ex quibus fiant flatus, neque sola imbecillitas viscerum facere posset flatus. nisi materia quoque apta accederet; Præterea videmus ex morbo regio sæpe fieri tympanitidem, quod non contingeret, nisi suppeteret abundans materia pituitosa, & cruda ex qua iugiter fierent, vt his rationibus non uideatur sustentari posse interpretatio Galeni, qui voluit, fieri uentosos ictericos ex sola uiscerum imbecillitate, non ex pituitæ copia. Alij putarunt pro ictericis intelligendos non uerò morbo regio laborantes, sed bilioſos, hoc est eos, in quibus sola bilis exuberat, ita ut deficiente materia apta ad flatus, iure non fiant flatulenti; Verum nec hi satisfaciunt, quoniam loquitur Hippocrates de morbo, non de temperamento bilioso, Nec similiter satisfaciunt, qui pro flatuosis intelligunt eos, qui flatum per os eijciunt, quosquè alias Hippoc 2. de morbis uocare solet ructuosos, quoniam ictericis etiam per os, & aluum eijcere flatus experimento constat, Itaque dicendum est icteritiam aut esse puram, & legitimam, aut esse mixtam, scilicet factam non ex pura bile, sed etiam pituita commixta, si fiat à pura bile, ita ut nulli alteri humori, aut morbo sit coniuncta, proculdubio, aut paucos, aut nullos flatus habet, eò quod materia careat apta in uentos conuerti, atque sic etiam intelligendum de illo signo, quod à plerisquè traditum est in ictericis reperiri, ut scilicet quæcumque tuentur sibi flaua uideantur, quod quidem in commixta icteritia haudquaquam experimento correspondet, & sic Hippocrates intelligendus est hoc in loco. Sin autem capiatur icteritia pro illegitima, in qua scilicet cum bile etiam pituita, atque humor crudus coniungitur, certè huiusmodi ictericos abundare flatibus ita, ut quandoq. tympanitici euadant non est dubitandum, quòd in ipsis & calor debilis, qui est caussa agens, & materia apta reperiatur, Vtilitas præsentis aphorismi exigua est, quoniam est pura sententia physica. Si quid tamen commodi in actu practico ex ipso comparare conceditur, illud est; ut discatur ad flatuum generationem euitandam oportere remedia, atque uiuendi rationem adhiberi, quæ potiùs bilem, quam pituitam gignant, quæ similiter caussa fuit, ob quam Galenus in senibus commendauit mellis usum, quod alias scripserat bilem copiosam generare.

Vtilitas Aphor.

FINIS QVINTI LIBRI.

HIERO-

©BIUM

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS,

PRAELECTIONES PATAVINAE,

IN SEXTVM LIBRVM APHORISMORVM. HIPPOCRATIS.

2 *In longis lenitatib. inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignũ bonũ.*

SI ſæpenumero inter ipſos eiuſdẽ libri aphoriſmos vera connexio deſideratur, multo minus ea eſt inter libros quærenda, vt iure abſtinere me deliberauerim in inchoanda huiuſce ſexti libri interpretatione, ab ipſius cum quinto connexione, Eſt autem dogma prognoſticum, in quo non modo Hippoc. docet quid ſit expectandum vbi longæ lienterię ſuperuenit ructus acidus, verum etiã morbos ab alijs ſuperuenientibus morbis hoc exemplo ſolui; Nullam rationem habet aphoriſmus, neque in vllas partes diuidi poteſt, Quare præſtabit ſigillatim vnumquodq. verbum expendere, ſicut fecit Galenus, qui in hoc aphoriſ: interpretãdo fuit profuſiſſimus. (*In lienterijs diuturnis*:) Inuenitur hic aphoriſmus etiam 2. lib Epid: ſect: 2. vbi non ſolum ponit hanc eandem ſententiam, verumetiam multo plura, quæ ad explicationem, & ad ipſius amplificationem multum facere videntur; Quæ cur in hoc loco dimiſſerit, haud eſt mirandum, quòd hic breuitatem profiteatur, quam proculdubio ſequi non potuiſſet, ſi cuncta prout erant in libris Epidemicis notata voluiſſet huc transferre. De nomine lienteriæ damnauit Gal. veteres, qui ſic vocarint, quaſi læuitate inteſtinorum oriatur, cum ſecus ſit, vt ibi copioſè, vbi etiam quid ſit liẽteria copioſè ſatis expoſuit ſcribens: nil allud eſſe quam excretionem celerem ciborum immutatorum ſecundum ſubſtantiam, colorem, atq; odorem, ſecuſquam Eraſiſtratus exiſtimauit, & quàm opinatos eſſe veteres malę cenſuit. Hippocrates libro de affectionibus dixit, in liẽteria ſecedere cibos non putrefactos, liquidos, dolorem autem non adeſſe, & corpus attenuari, quod quoque in libro de victu ſalubri quodammodo confirmauit, vbi notandum eſt, Hippocratem morè antiquo dixiſſe non putrefactos, ideſt non concoctos, quoniam vocabant coctionem putrefactionem, vt alibi docuimus, maximeq. initio lib: 1. variarum lectionum.

Scopus.

Not.

©BIUM

lectionum. Quod autem cibi excernantur incocti potest esse, aut vitio retentricis facultatis quæ non retinet donec mutentur, vel vitio expultricis, quę prius expellit quam mutentur, vel facultatis coctricis vitio, quæ cum vtatur pro instrumento calore, vt disputat Galenus in lib: de facul: natu: eius vitiũ a calore dependere solet imminuto, Vel ob errorem externum, ſ. ob ipsius cibi & potus qualitatem, & quantitatem siue continuam, siue discretam, Iam verò lienteriæ, de quibus loquitur Hipp. sunt illæ, quæ fiũt viuo facultatis coctricis ob inopiam caloris, nam in longis huiusmodi, atque etiam alijs alui fluxionibus necesse est calorem natiuum frangi, & imminui, quæ ratio facit, vt fere semper lienteria sequatur alios aliui fluxus, quibus durantibus primum incipiunt parũ cibi mutari, deinde minus, post minimè, postremò nihil, adeo vt varios habeat huiusce modi morbus gradus, quos omnes complexus est Hipp. licet principaliter illius sermo sit accipiendus de postremo gradu. vt etiam videtur opinatus, Sed dubium videtur, quomodo fieri potest hic morbus diuturnus, quando-

Dubit. quidem tandiù viuimus (dicebat Aristoteles) quamdiu nutrimur, in consumata autem lienteria nihil corpus nutritur, si quidem cibi, & potus sumpti excernuntur secundum qualitatem, & quantitatem prout capiuntur, Ad quod

Solut. est dicendum: etiam si cibi uideantur excerni penitus immutati, nihilominus natura salutis indiuiduorum studiosa, aliquid succi roridi, aut vaporis alimentalis trahit, quibus vtitur ad nutriẽdum aliquantisper corpus, ita vt diu durare possit, sed quotidie attenuetur, & deficiat donec moriatur; nam dicebat Galen. 6. de plac: Hipp. & Plat. cap 6. aliquos reperiri cibos, qui nulla ventriculi mutatione: sed sola iocinoris egent ad nutriendum, quale est lac, & qualis est uapor, & succus roridus alimentorum. (*Ructus acidus*) quem latini duab. uocib exprimunt, affectus, à Græcis una uoce appellatur ὀξυρεγμία, quam cum Caluus Hipp. maiorum nostrorum ætate interpres putaret componi ex ὀξύ pro ut significat acutũ, & ὀρέγεσθαι, qđ appeterè significat, ineptè trãstulit, uehemẽtem appetentiam, cũ tamen apud Hipp. atque alios medicos nihil penę sit notiùs, quam ὀξυρεγμίαν esse acidum ructum, nam ubi cibus mutatur quidem, sed parum, & male mutatur, illud uel a frigido patitur, uel à calido incommoderato; Si à frigido patiatur fit ὀξυρεγμία, i, acidus ructus, perinde ac cõtingit fructib. quorũ complures priusquá à calore tractentur, & maturẽtur acidi sunt. Sin uerò ob caloré incõmoderatũ malè cibi cõmutentur fit πνίσσα, i ructus nidorosus. Et quamquam dixerim acidũ ructũ sequi frigidũ, nihilominus illud quoq; uerissimum est, quod Galen. testatur tum in hoc cõmentario, tum 2. de rat: uict: acut: tex. 22. nẽpe fieri etiam à pituita acida; atque à cibis acidis, uerũ de his non potest loqui Hip. quoniam, quod fit à pituita acida non superuenit, sed solet continuari ipsam lienteriã, nec ullus est, qui in lienteria cibis acidis utatur, uel si utatur causa est manifesta, neque durat, & si durat non potest esse bonum signum. (*Non prius factus.*) Ad hoc, ut ructus acidus sit bonum signum requiruntur tres conditiones; una est ut lienteria sit diuturna, Secunda vt ei superueniat, non comitetur, Tertia ut non prius affuerit, nam si prius extirerit, & defecerit sine fructu, etiam si iterum superueniat haud potest quicquam boni certum significare, quum alias fefellerit (*Signum bonum*) 2. Epid. sect. 2. dicit σημεῖον ἀγαθὸν, i. signũ utile, quale contigit

Dama-

Damancto: sed perinde est, illud autem maioris momenti, quod ibidem paullo post adiecit, scilicet fortasse etiam lienterias solui ab acido ructu, quasi verò non solum sit bonum signum, verum etiam bona causa, vt ait Auicen: 1 3. 3. tract. 1. cap. de signis disp: stomachi ex eructatione, vbi scribit, quandoquè acciditatem incidere, & præparare stomachum, & facere aquirere retentionem, eo quod ructu acido vapores consumantur, qui alioquin incommodi sunt coctioni ciborum perficiendæ, nam sæpe stomachi alioquin languidi in coquendo crebris eructationibus solent mirum in modum leuari, sicquè melius concoquere, Et Hippoc. lib. Epid: 6. sect. 2. contextu 32. monens, vt medicus animaduertat, quomodo eructatio conferat, Galenus ibi longa satis oratione monstrat plerosquè interpretes voluisse Hippocratem persuadere, vt quandoquè eructatio prouocetur præsertim in ijs, qui habent stomachum flatib. replerum, nec per aluum emittuntur, quasi sit veluti quidam motus, & exercitatio ipsius euacuans simul flatus, & corroborans, imò verò subiungit Galenus: Sabinum consuluisse vt calice oris angusti potantes ructum prouocarent, etiam si in stomaco exiguus flatus perciperetur, ad hoc scilicet, vt motu illo ventriculus exerceretur, cur autem bonum signum sit explicat lucullentissimè Galenus; quoniam vbi nullus fit ructus, signum est calorem esse penitus prostratum, vbi verò fit ructus, signum est calorem esse debilem solummodo, non autem penitus prostratum. Vtilis est aphorismus in primis ad prædicendum, quando lienteria sit sananda, scilicet quum incipiunt ructus acidi fieri, aut etiam sine vllo sapore, nam licet Hippocrates nominauerit dumtaxat ructus acidos, vt qui cęteris frequentius lientericis contingant, nihilominus alios etiam intellexit, eò qđ similiter significetur calorem fere antea emortuũ reuiuiscere; prætereà est quoque vtilis pro medicina exercenda, quod Hippoc. loco citato lib. de affectionibus uoluit intelligere, quando dixit fortasse licere ipsum ructum arte parare; nam vt arte liceat ipsum, atq; etiam cum fructu parare lucullenter satis docuit Galenus loco citato libri sexti Epidem. *Vtilitas Aphor.*

---

2 *Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur. Quibus verò contraria, salubrius degunt.*

LIENTERIA proculdubio inter morbos humidos potest recensęri, vt hac ratione possit præsens aphorismus præcedenti connecti, Verum quid commune est humiditati intestinorum, cum humiditate narium, atque genituræ? Itaque satius est non agnoscere vllam connexionem, atque dicere: hanc esse sententiam separatã diagnosticam; aut patheticam, in qua, 1. scopum habet docend, quomodo sit cognoscenda sanitas ex dispositione partium, nisi etiam velimus ipsum uocare dogma physicum, absq; ratione, & in duas partes diuisibile, quarum prior est, (*Quibus nares*) posterior verò (*Quibus contraria.*) In prima itaque dicit Hipp. eos qui nares, & semen humidum habent, Sanitate morbosa vti, quam sententiam habet etiam 6. Epid: sect. 6. tex. 20. licet ibi sit aliquantisper diuersa, tàm in prima, quàm in secunda parte, vt suis locis dicemus, & certè *Scopus. Diuisio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 604 sur 867

©BIUM

hæc mihi quoq; magis probatur, cum ſit quaſi correctio quędam illius, Iam uerò quæ ſint nares humidę, ſiue ὑγρότεραι, i. humidiores, ut in codice Galeni ſcriptum eſt, aut ὑγρόταται, vt in 6. Epid. non eſt difficile intelligere, quādoquidem ſunt illæ ex quibus magna pituitæ, & mucci copia manat, vt ob id à Celſo pituita naſi uocetur, Athenæus in quarto dipnoſoph, vel potius Diphibus apud Athe neum ſcribit. Bizātios conſueuiſſe uti multo ſale, arq; abſinthio, eo quod ob frequētem piſcium uſum eſſent βλιγχώδεις, ſeu, vt ego lego βλεννώδεις, i. multa nariū pituita, atq; mucco abundantes, ob quam etiam, & ipſi & Thraces omnes habiti ſunt pro ſtupidis & bardis, ſiquidem vt recte ait Galenus in commen: huiuſmodi humiditas non aliundè proficiſcitur, quam à nimia cerebri humiditate, ob quam ingenia, atq; memoriam hebetari non eſt dubitandum. (*Eſt ſemen humidius.*) Ad hoc vt ſemen ſit prolificum oportet mediocris ſit cōſiſtentię, alioquin ſi vel craſſius, vel ſit liquidius haudquaquam generationi eſt aptum, fit autem craſſius ob caliditatem, & ſiccitatem, nempè aquoſioribus, ac tenuioribus partibus conſumptis, fit autem humidius potiſſimum ob exuberātem cerebri humiditatem, à quo magnam ſeminis partem proficiſci vbiq. profeſſus eſt Hipp. proficiſcitur verò tum per ſpinalem medullam, tum per venas, & arterias, quas vias inter eas quibus cerebrum exoneratur collocauit in lib: de glandulis. In 6. Epid: loco citato adeſt uox πλεῖον, ut ſit ſententia tota, (*Quibus nares humidiores, & ſemen humidius, atque copioſius.*) Quæ vox vtrum conueniat, nec ne, diſputari poſſet, nam certum eſt vbi pluſculum humiditatis à capite fluentis ipſi ſemini miſcetur augeri copiam, & minui bonitatem, cumq. ſit ſemen quid robuſtiſſimum, vt ſæpę vocat Hipp. magnamq. vim ad ſtatum corporis perturbandum habeat, ideò verum eſſe quod ait Hipp. fieri hiſce culpatam ſanitatem, imò dicebat Plato in Timęo, eos qui ſimpliciter plurimo ſemine abūdant, eſſe ſimiles arboribus nimium feracibus, quę cito conſumuntur, (*Sanitate morboſa vtuntur,*) ὑγιαίνεσι νοσηλότερον eſt tam hoc in loco, quam in 6. Epid. phraſis non admodum vſurpata Hippocrati, verum ſatis elegans, & accommodata menti Hippocr. qui nil aliud ea voluit docere, quam habentes huiuſmodi conſtitutionem eſſe quidem poſſe ſanos, verum facile alterari, & à morbis tentari, qui autem ſint morbi à quibus facile capiuntur ita conſtituti, copioſe ſatis recenſentur à Gal. in cō. men: veluti ſunt deſtillationes, quæ cum per eas ſeptem vias, quas commemorat in libro de glandulis, in infernas partes ferantur à cerebro, ſ. oculos, aures, palatum, ſtomachum, aſperam arteriam, ſpinalem medullam, venas, pro vt diuerſa eſt humiditas defluēs, varięq. partes ſuſcipientes, ſic diuerſa, & pene innumera morborum genera ſuboriuntur, vt propter hoc dixerit quandoq. Auuic. deſtillationes eſſe cunctarum ęgritudinum matres, Ergo cauſſa propter quam hac corporis conſtitutione prędicti ſint ita cauſſarij, & morbis expoſiti non alia eſt, quàm quod cerebrum nimis humidum, & conſequenter vel totum, vel ſaltem corporis maiorē partem humidiorem, à cerebri verò humida intemperie redūi morboſum corpus, & inualidū, ſicq cerebrū eſſe cauſſam malæ valetudinis nō ſemel dixit Hipp quod & in lib: de loc: ae. & aq & in lib. de morbis, & affectibus dixit: habitatores plagarū humidiorū eſſe malę ſanos, Imo vero ſicut in 3. apho. ſcripſit, cōſtitutiones ſiccas eſſe ſemper humidionib. ſalubriores, ſic dicere tēpe

raturas

©BIUM

raturas ſiccas eſſe ſemper humidioribus meliores, vt locupletiſſimè monſtrat Galenus initio comm: Sed quæſitu dignum eſt, cur Hippoc. ad docendam malam ſanitatem, quæ conſequitur humidas conſtitutiones, accepit nares, atque ſemen, non potius ſudorem, aliauè excrementa, & partes; ſiquidem & cor, & iecur non videntur minus concurrere ad componendum totius corporis ſtatum, quam cerebrum, & teſtes: Reſpondendum eſt humiditatem narium, atque ſeminis potiſſimum accipere voluiſſe, quoniam cum duplex excrementum ſit, aliud vtile, vt ſemen, quod vtile excrementum vocat etiam Ariſtot. aliud inutile, & ſuperuacaneum, qualis eſt naſi pituita, quæ plane ad nullum vſum confert, uoluit duob. his ſummis excrementorum generibus complecti cuncta alia, perinde ac ſi dixiſſet, quibuſcumque exuberant quæuis excrementa, ſiue vtilia, ſiue inutilia, eorum ſanitatem ſuſpectam eſſe debere. Accedit etiam quod pituita naſi eſt index cerebri, & ſemen iocinoris, atq; totius ſanguineæ maſſæ, in quibus cunctis ſanitatem eſſe poſitam à nemine dubitatur, nam teſtes, qui pateſiũt ſemine dicebat Ariſtot. eſſe veluti quoddam ſeparatum animal, cuius & conſequenter ſeminis priuatio eximiam in uniuerſo corpore mutationem parit Hippoc. autem in Epiſt: ad Demetrium ait, ex cerebro fieri plurimos, atque violẽtiſſimos morbos; atque hæc de prima parte. Sequitur ſecunda quæ eſt. (*Quibus autem contraria ſalubrius.*) Eſt autem ſententia Hipp. eos, qui habent nares ficciores, & ſemen ſiccius ſanitate meliore frui, in 6 Epid. loco citato multum uariat hęc pars, vbi ſcribitur τοῖσι πλείοσι δὲ οἷσιν ὑπό νόσου ἐναντία, ideſt plurimis autem quibus à morbo, contraria; quaſi dicat, plurimos habentes à morbo humiditatem cõtraria accidere, ideſt ſanitate meliore frui, quæ ſententia vana eſſet, Vnde adamus particulam negatiuam μή, & in fine particulam ὑγιαινότερον, erit & verus, & clarus ſenſus, ſcilicet, eos qui ſiccum naſum, & ſemen non ex morbo habent, ſaniores uiuere, eò quod ſiccius etiam ſit vniuerſum corpus, & conſequenter minus excrementis cum abundet, paucioribus morbis ſit obnoxiũ, qui maxima ex parte ab excrementis fiunt, nam & Catullus,) vt hoc obiter dicam) ludens cum Furio eiuſq́ coniuge, inter alia bona, quę eos habuiſſe dixit: illud fuit. (*Ate ſudor abeſt; Abeſt ſaliua muccuſque, & mala pituita naſi*) Et narrat Xenophon in quarto pædię, apud Perſas magnũ opprobriũ habitum fuiſſe nares emũgere, quaſi id eſſet indicium ocij, atq; intemperantię: Sed mittamus hęc; melior & magis perſpicua eſt lectio prę ſentis partis aph: vbi legitur. Quibus contrarium accidit ut, ſi habeãt nares aridas, qualis prædictus Furius, & ſemẽ craſſius, ac minus humidũ, ſaniores viuere ob cõtrarias, (vt dixi,) cauſſas. Sed illud eſt adijciendũ; niſi ea ſiccitas ſit morboſa: vt 6. Epid: quia in nimium à morbo exiccatis corporibus ſit quidem naſus ſine excremẽtis, & ſemen craſſius: at iſti male ualent, propterea q́ in aphoriſmo non cõprehendũtur. Adijciendũ quoque iudico id quod aliquib. placuit, ſi poſſe ſentẽtiã 6 Epid: defendi ſi dicatur, plurimos eorũ, qui poſt morbũ, & nares humidiores, & ſemen humidius habẽt, bene ualere, quod ſit ueluti quædam critica morboſorum excrementorum euacuatio, ob idquè vtilis: quinimo ſunt aliqui, qui natura habentes nares humidas, vbi illę exicc̃atur nõ cõualeſcãt, priuſquã nares iterum humidę reddãtur, quo in caſu ſolẽt medici uarijs medicamentis, atque ſternutationibus eas humiditates prouocare.

Dubit.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 606 sur 867

©BIUM

Verum maior, huius confirmatio habetur ab Hipp. lib. de iudicatorijs diebus circa finem, vbi ſcribit: qui patiuntur humidas affectiones vehementius affligi, ſaniores autem degere, quibus fiunt ſiccæ. Verum hoc in loco duæ ſeſe offerunt
Dubit. 1. dubitationes, vna eſt; quod nam ſit illud excrementum, quod à naribus exiens
Dubit. 2. muccus vocatur. altera dubitatio eſt, an vbi cerebrum temperatum, & ſanum
Solut. 1. eſt, debeat illud excrementum eſſe in naribus. Circa primam variæ fuere ſententiæ, alij crediderunt eſſe excrementum, quod generatur in coctione cerebri, quod quidem eſſe non poteſt, quia interdum maxima copia huius excernitur, Alij ex vaporibus elatis, & frigore cerebri incraſſatis, Angenterius in Comen: in artem medicinalē contendit, eſſe quod attractum in caput cum ſanguine refugit elaborationem. Ego verò puto eſſe partim materiā factam ex vapore partim materiam attractam à ſtomaco vi cerebri, & ibi accumulatam, nam dicit Hippo. 4. de morbis cerebrū inſtar cucurbitulæ attrahere à ſtomaco pituitam, propter quod dixit quoque in lib. de gland. id eſſe metropolim, & domicilium
Solut 2. humidi frigidi, & viſcidi; Circa ſecundam dubitationem varij quoque ſunt loci Hippoc. & Gal. Nam Hippoc. hic videtur innuere, vbi ſanum eſt cerebrum, & corpus, nares ſiccas eſſe, Galenus quoque lib. 8. de vſu partium cap. 6. ſcribit ſolam expurgationem, quæ fit per os ſanis corporibus ſufficere. Et ratio etiam id demonſtrat melius eſſe præternaturalibus excrementis carere, Contra Galenus in arte medicinali loquens de cerebro temperato, inquit: illius excrementa quoque debere eſſe temperata. Dicendum eſt, Cerebrum ſanum non attrahere, neque mittere pituitam ad nares: ſed ſi faciat, aliquando eſſe debere moderatam tàm in quantitate, quàm in alijs qualitatibus. Eſt itaque vtilis aphoriſmus ad prædicendam ægritudinem, vel ſanitatem ex ipſis excrementis tàm vtilibus, quàm inutilibus, conducit quoque non parum ad præſeruationem, atque curationem, ad præſeruationem quidem, quoniam qui habent nares humidiores, quàm conſueuit, ſuſpectam habēt ſanitatem, ac ob id quam habet tueri, & meliorem efficere conatur, Ad curationem confert, quoniam docemur vbi humiditates huiuſmodi exuberant eas exiccare viuendi in primis ratione imò exercitationibus, atque alijs exiccantibus remedijs.
Vtilitas Aphor.

---

3 *In longis difficultatibus inteſtinorum, inediæ ex faſtidio malum, & cum febre peius.*

Connexio. CVM priori quidem aphoriſmo habet præſens ſatis perſpicuam coniunctionem, cum in eo de lienteria, in hoc de dyſenteria, quę ipſi eſt ſatis cōgenea, tractat: At ſuperiori non eſt ita coniunctus, eſt autem ſententia prognoſtica, ſine ratione; in qua mens Hippocr. eſt docere, quid expectandum ſit vbi
Scopus. in longis torminibus ciborum auerſiones perſeuerant. Diuiditur aphoriſmus
Diuiſio. in duas partes, quarum prima eſt: *(In longis, &c.)* Poſterior verò eſt, *(Et cum febre deterius eſt.)* Quæ tota ſententia habetur etiam 6. Epid. ſect. 8. aph. 1. Iam verò longę dyſenteriæ dicuntur, quæ diù durant, & cum vox dyſenteria dicatur de quouis cruento alui fluxu, vt alias docuimus ex Galeno 3. in 3 Epid. 69. & 4. de

& 4. de artic: 38. certę hoc in loco non poteſt intelligi de ijs inteſtinorum vlceribus, quæ ipſorum ſubſtantiam depaſcuntur, quoniam adeo eſt morbus grauis, & pernicioſus, vt vel cito finiat, vel cito finiatur, quod de quouis magno dolore ſolebat dicere Seneca, niſi dicere velimus, pro cronicis dyſenterijs Hippocratem intellexiſſe eas, quæ tranſeunt, vigeſimam tantum, ac propterea vſum eſſe voce plurali, vt indicaret ſeſe non de vno, ſed de pluribus dyſenteriæ generibus loqui. (*Innappetentiæ malum,*) ἀποσίαι dicuntur propriè, vt Gal. 1. in primum Epid: tex. 28. non ſolum quando non appetitur, verumetiam abhorretur, quamquam hoc loco velit ἀποσίτους, eſſe ἀνορέκτους, cum verò iam hæc ſit paſſio oris ventriculi in quo ſita eſt tota vis appetendi, poteſt ledi vel ab humoribus biliosis, vel ab intemperie frigida & humida relaxante, ab humoribus biliosis fit inappetentia etiam initio dyſenteriæ, ſicut & à peſtiferis ſuccis, quemadmodum contigit in ea peſte, in qua Galenus 3. in 3. Epidem. narrat: nonnullos adeò cibum eſſe auerſatos, vt potius eligerent mori, quàm illum capere, fit quoque inappetentia in progreſſu dyſenteriæ, ſcilicet quando iam calore innato pene conſumpto totius corporis gubernatrix facultas corruit, quod fit ob mali communicantiam ab ipſis inteſtinis factam, (*Malum*) κακόν, ideſt malum non ſolum dicitur de ſigno, verumetiam de cauſſa, eſt enim malum ſignum innappetentia in longis inteſtinorum difficultatibus, quoniam ſignificat facultatem, i. ipſummet calorem natiuum ualde eſſe attritum, atque ipſum ventriculum maximè ſecundum os eſſe vitiatum, quæ omnia ſunt admodum exitioſa, Eſt quoque mala cauſſa, quoniam in huiuſcemodi morbis omnis ſpes ſalutis poſita eſt in virium conſeruatione, quæ conſeruari nequeunt niſi corpus nutriatur, nutriri verò quomodo poteſt ſi uel cibus non capiatur, uel capiatur ſine appetitu, ac proinde malę coquatur? In ſecunda parte dicit Hippocrates: peius adhuc eſſe ſi in longis dyſenterijs inappetentiæ adijciatur febris, Circa quam partem videndum eſt, qua ratione febris ſubſequatur in longis inteſtinorũ difficultatibus deinde quomodo fieri poſſit, ut diu duret grauis dyſenteria abſquè febre, quemadmodum uidetur Hippocrates aſſeuerare, poſtremo eſt diſquirendũ, quo fine Hippocrates adiecerit hanc poſtremam partem, etenim non videtur hæc ſententia admodum grauis, & digna Hippocratis intellectu, ſi quidem nemo eſt, tam alienus à muſis medicis, qui neſciat duobus malis nempè longis, dyſenterię & inappetentiæ ſi adiungatur febris, deterius eſſe, quàm ſi ſoli duo permaneant. Circa primum non eſt dubitandum, quin vbi inteſtina incipiunt exulcerari, aut effundere ſanguinem ſine vlcere, magna perturbatio fiat in corpore, merito cuius vapores in cor aſcendentes febrem accendunt exilem initio, quæ durante, & creſcente morbo augetur, vbi autem diuturnitate affectus res deterius habent, tunc febris euidentiſſima, atque magna ſuboritur, de qua febre magna loqui Hippocratem non dubito, quippe quæ putreſcentibus inteſtinis à uaporibus in cor inde elatis excitatur. Vtrum autem (quod ſecundo loco propoſui,) poſſit dyſenteria diuturna eſſe abſque febre, ſane dubitabile eſt ob rationes allatas, Certè primis aliquot diebus perdurare poterit, abſquè vlla febre, & præſertim ſi ſit cruenta abſquè vlcere; Verum in ulcere inteſtinorum, atque in progreſſa affectione non poteſt eſſe ſine aliqua febre; quæ ubi magna cuadit

Probl. *Solut.*

dubio

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 608 sur 867

©BIUM

dubio procul lęthalior eſt, atque de hac loquens Hipp. 3. de ratione uictus dicebat: tunc uocari dyſenteriã, quãdo corpore concalefacto acria purgantur, atque inteſtina corroduntur, quo pacto etiã intelligẽdum arbitror locum lib. de affectionibus vbi uerba faciens de uera, & graui dyſenteria mandat, ſi abſq. febre ſit, quoddã genus curationis, quod non ita conuenit vbi febris adeſt, Ad tertiũ, & poſtremũ reſpondendũ eſt Hip. propterea addere uoluiſſe particulam (*Si febris adſit eſſe deterius,*) quoniam ſunt quędam mala ab humoribus facta, quæ à febribus ſuperuenientibus leniuntur, arq; tolluntur, quemadmodum in quarto de acutorũ uictu ſcribit: Dyſenteriã ceſſante conuerti in aliquẽ abſceſum, tumoremuè, niſi febris ſuperuenerit: Itaque ſicuti febris ſuperueniens incipientes alui fluxus non raro ſedat, ſic valde lædit, vbi fluxus & maximè dyſenterici diu perdurarunt, Sunt autem huiuſmodi febres peiores tum vt ſigna, tum etiam vt cauſſæ, Vt ſignum eſt deterior, quia ſignum eſt morbum vnde pendet eſſe auctum, & ſi ſit cruenta dyſenteria factam fuiſſe aliquam in iocinore inflammationem, quę alioqui ſuaptę natura exitialis eſſe ſolet. Si verò non ſit cruenta, ſed cum puris vlceribus, ſignum eſt, iam vlcera facta fuiſſe profundiora, ob idq. inſanabilia, Eſt quoque deterius vt cauſſa, quoniam febris ingens adiecta prioribus malis non modo ea grauiora reddit, verumetiam vires à longo morbo valde attritas, multo magis atterit, ac præcipites agit, Vtilis itaque eſt aphoriſmus ad prædictiones faciendas in quibuſuis alui longis dieiectionibus quæ ſub dyſenteriæ nomine fuiſſe more ſuo complexum non eſt dubitemus: poteſt quoq; conferre ad curationem, cum ſit veluti quoddam documentum, quo monẽtur medici, vt ſemper in alui longis profluuijs curam gerant ne appetitus perdatur, quod fit cuſtodiendo diligenter os ventriculi ijs remedijs, quę ipſum calefacere, & roborare queunt, Dicit Hippocr. lib. de affect: quod vbi inteſtinum raditur, atque exulceratur longum reddit morbum, laboriosum, & lethalem, & ſi valido adhuc corpore curatio adhibeatur ſpem aliquã ſuperesſe, ſin uerò iam colliquefacto, ventreq; prorſus exulcerato, vitæ nullam ſpem ſuperesſe.

Vtilitas Apher.

---

4 *Vulnera circumglabra, praua ſint.*

SI nil aliud oſtenderet hunc eſſe germanũ Hipp. aphor: plane indicaret character dictionis, & mira breuitas, quib. frequenter ſolet vti. Neque ſimiliter negare conuenit eſſe cõiunctum in quo licet de vlceribus inteſtinorũ tractarit, attamen hæc vniuerſalis vlcerũ circumglaborum enunciatio, etiam illa inteſtinorũ comprehendere poteſt. Sed vtcumque ſit Scopus Hipp. eſt docere, quid ſit iudicandum de vlceribꝰ vbi illa ſunt glabritie circũ circa obducta. Eſt.n ſententia prognoſtica, atq. indiuiſibilis, (*Circumglabra.*) Habetur quoq. hęc ſentẽtia 6. Epid. ſect 8 aph 2. & habetur ſtatim poſt antecedentẽ, qđ eſſe poteſt argumẽtũ cõtinuationis, legitur verò triplicit r: aliqui.n habẽt περιμάδεα, alij περιμάδερα alij περιμάδαρα, atque hęc poſtrema videtur alijs anteponenda. qđ ita legat Erotianus hoſce duos locos ſubindicans, nam vox μάδαρος lapidẽ, atque glabrũ ſignificat. quod dicitur Hiſychio ἀραιώθριξ, & ψεδνός. Exponit autẽ Herotianus vlcera ἄτυφα, ἀότυφα, ἀνωμαλα, ſed procul dubio legendum ἄτροφα, quaſi dicat ulcera exſucca.

Connexio.

Scopus.

erſucca, & inæqualia, Cęterum Galen. in commentario deſcribens hanc rem, ait. Vbi vel pilos excidentes à circumpoſitis vlceri locis, vel cutim ſquammulas ſuperficietenus emittétem, ſcito his ita habentibus prauos humores influere vlceri, ipſum exedens valde; neq; enim poteſt radices pilorum corrumpere, ac ſimul permittere, ut pars vlcerata ad cicatricem perueniat, ex quibus uerbis colligitur, eſſe vlcera περιμάδαρα, quibus partes circumſitę piloſæ, ab ipſis pilis denudantur ob prauos humores eo influentes. (*Maligña*) vox κακοήθεια, in ipſis ulceribus vſurpata varios malignitatis modos complectitur, nam interdum ſignificat id ulcus, quod difficiliter ad cicatricem perducitur; interdum quod fit cum alijs morbis malignis, & peſtiferis, frequentiſſimę verò ſignificat vlcus id, quod fit a prauis humoribus, & malignis, quemadmodum Hippocrates ſolet quoq; uocare eryſipelata maligna, i. κακοήθεια, adeo ut uerè dixerit Gal. 4. methodi c. 2. ulcera dupliciter κακόηθεια dici, uel ob illius intemperiem, uel ob ſucci influentis prauitatem. Verum circa hanc ſententiam ſeſe offerunt nonnulla cõſideranda, quorum primum eſt, an pilorum caſus abſq; ulcere dici poſſit malignus, nam frequentiſſimę abſq; ulceribus depilari capita poſt graues morbos, atque in lue gallica. & Ariſt quoq; in lib. de hiſt: anim: 3. cap. 11. & 4 probl. 19. dicebat: ijs, qui nimia uenere utuntur, ſupercilia decidere, Alterum eſt an poſſit fieri depilatio à ſola mala intemperie ſicca, quę raritatem in cute faciens pilorum caſui occaſionem præſtet. Tertium, atq; poſtremum eſt, in quem finem hunc aphoriſmum poſteris reliquerit, Etenim quę Hipp. deſumebat ex lib: Epid: longis experimentis à ſe confectis, & in aphoriſmos redigebat, haudquaquam erant aſpernanda: Circa primum dicendum eſt: defluuium pilorum, aut eſſe naturale ut Caluitium, aut morboſum; primum numquam eſt malignum, etiamſi aliquib. accidat nounumquam tempeſtiuius, quam alijs, At morboſum adhuc duplex, uel conſequens ulcera, uel alios morbos; conſequens ulcera ſemper eſt malignũ, eo quod fit ab humoribus prauis, & corrodentibus, quod uero conſequitur alios morbos, ut Gallicum febres prauas & peſtiferas, eſt & ipſum partim malignũ, partim non, Eſt malignum prout fit ab humorib. prauis, & quandoq. non reſtituuntur pili; nõ eſt malignum, quia ſine periculo, quo pacto pilorum caſus, qui curatur obortis uaricibus, ut dicunt Hipp. 6. aph. 14. & Ariſt. in prob. debet uocari malignus, cum fiat à prauis humorib licet non erodẽtibus, nempè à ſuceo melancholico, quem uocat Hipp. ferinum, cũ tamẽ alioquin curetur ſolis obortis uaricib. Circa ſecundum puto dicendum eſſe, à ſola ſicca intẽperie fieri quidem poſſe interdum defluuium pilorum, ut in maraſmatis, atque moribundis, uerum illud defluuium haudquaquam uere malignum dici poterit, cum non à maligna cauſſa, nec ab humore proficiſcatur: ſed a ſolo humidi defectu; ob qđ etiam dicitur ab Hipp. 4 aph: propinquam mortem prædicere: à ſiccitate quoque dicere poſſumus oriri illud defluuium, quod ſequitur immoderatam uenerem, à qua dicit Ariſt. 4 prob. 18. & 2 corpus refrigerari & exiccari, propterea q. ijs, qui nimis coeunt oculos, atque clunes ſubſidere, Porro quem finem habuerit Hipp. in propoſito aph: uix apparet in cortice ipſius, atq; ſi paullo intimius res expendatur haud credi poteſt, incaſſum, hanc breuiſſimã ſententiam reliquiſſe, Ipſe enim exiſtimo finem ipſius extitiſſe, vt medicos moneret, qua uia in cu-

ratione

©BIUM

ratione ſimilium ulcerum ſit incedendum, videlicet non ſanguinis miſſione agendum eſſe, ſed ijs remedijs, quibus aduerſus cacoetiam contenditur, ſunt autem ea potiſſimum duo, recta viuendi ratio, qua optimi ſucci geniti atq; impuris commixti eos aliquo pacto corrigunt, nec non purgatio per pharmaca', quæ ipſi cacochymíæ deberi vbiq. docuerunt, & Hippocrates, & Galenus, Ex his itaque patet vtilitas aphoriſmi non modo in curandis vlceribus circumglabris, verum etiam in ipſorum pilorum eo defluuio curando, quod efficitur ab humorum prauitate, quam licet dixerimus ſolis medicamentis purgantib. curari, attamen aliquando etiam ſanguinis ſectio iuuat, nempè cum ipſa cacochimia ſanguini commixta eſt, quæ propterea cum ipſo ſanguine exit.

Vtilitas Aphor.

---

5 *Dolores, qui ſunt in lateribus; & pectoribus, atque alijs partibus, ſi multum differant per diſcendum.*

EGO ſanè nullam inuenire ſcio connectendi præſentem aphoriſmum cũ antecedente ratione, eò quod ſit purum præceptum, quo Hip. iubet conſiderare in laborantibus pleuritidis, ac pectoris doloribus, alijsquè an magnum ſit diſcrimen dolorum; Eſt autem inter ea, quæ faciunt ad dignotionem, & præcognitionem, necnon cutationem comparandam reponendum, ſimplex, ſine ratione, ac diuiſionis expers, verum quia dixi hunc aphoriſmum eſſe purũ præceptum, & Seneca Epiſt: 95. dixit medicos habere ſua præcepta, & decreta, ſecundum quæ uariatæ ſunt illorum ſectæ, poteſt dubitari, cur inter aphoriſmos plurima ſint decreta, pauca uerò præcepta. Cur reſpondere licet, id quod idem Seneca ſcripſit initio capitis primi ſeptimi libri de beneficijs ex ſententia Demetrij Cyrenaici, nempè; plus prodeſſe pauca præcepta, modò ad manum, vel in vſum habeantur. licet etiam reſpõdere id quod alias idem Seneca ſcripſit; præceptorum eſſe iter longum, exemplorũ breuius; Hipp. verò ſemper breuitatẽ amaſſe (*In doloribus.*) Totus aphoriſmus penè in antiqua tranſlatione diuerſus eſt ualde, ita ut fecerit Iacobum conciuem meum lõge à ueritate deuiare, quod præ cæteris ex eò patet non contemnendum, quia habetur quoque in 6. Epid: ſect 7. vltimo, atque clarius, ſed aliquantiſper differens, nam quod hic in vniuerſum dicit, medico conſiderandas eſſe dolorum differentias ſecundum genus, ibi dixit ſecũdum tempus, ſimiliter cum hic nullam eiuſcemodi præcepti explicationem attulerit, ibi affert dicens; eſſe conſiderandas dolorum ſecundum tempora differentias, quando ſcilicet peius, vel melius habent nil delinquentes, quaſi innuat errare medicos nonnumquam; decipiuntur, dum uno tempore mitiores eos eſſe factos, & paullo poſt magis increſcere uident. At circa totam hanc ſententiam quatuor breuiter ſunt examinanda, Vnum eſt, cur Hippocr. cum de cunctis doloribus loquatur, ut ipſius uerba teſtantur meminit explicatè duorum, lateris ſcilicet, & pectoris, Alterum conſiderandum eſt, an ut Hipp. dicit 6. Epidem: de differentia temporum, ſic poſſumus hanc ſententiam de cunctis

alijs

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 611 sur 867

alijs dolorum differentijs commemoratis à Gal. in 1. & 2. lib. de locis affectis accipere. Tertium est vnde fuerit, quod Hippoc. sententiam 6. Epid: non retulerit hoc in loco integram, vt sæpè fecit, in excipiendis aphorismis ex ijs libris, sed potius quodam modo mutilatam, aut saltem obscuriorem. Quartum & postremum, est ad quid voluerit hoc in schedis Epidemicis adnotare, deinde inter aphorismos ponere, Circa primum dicendum puto inter dolores corporis nullos esse acutiores, nec fallaciores hisce duobus, adeo vt Hippocr. in lib de victu acutorũ tractaturus de acutis pro exemplis proposuerit duos, pleuritidem, scilicet, atque peripneumoniam, Cum ergo Hippocrates vellet monere medicos, ne à differentijs dolorum paterentur sese falli, sed eas diligenter considerarent, voluit peculiariter commemorari lateris, atque pectoris dolores, quasi si in hisce se regant prudenter, possint deinceps in alijs tutiores esse, accedit his, quod pectus, & latus habent singularem quandam constitutionem merito cuius ipsorum dolores periclitantur ne vel interimãt, vel in exitiales alios morbos conuertantur, pleuritidem, empyema, peripneumoniam, &c. Circa secundum arbitror non solum posse idem intelligi de cunctis alijs dolorum differentijs, quinimò dato, quòd hic Hipp. loqueretur dumtaxat de differentijs secundum tempora, vt fecit 6 Epid: est tamen rationi cõsonum, quod vt est suus mos sub vno differentiæ genere complectatur similiter alia. & eò maximè probabile est hanc fuisse Hippoc. mentem, quoniam vere ad cognoscendas dolorum naturas, atq; eas tollendas oportet omnes ipsorum differentias non oscitanter considerare, secũdum quarum varietatem, varias curandi indicationes oriri perspectum est, quod totum lucullenter satis, & copiosę docuit Gal. in comm: quod si de differentijs tantum vel secũdum tempora ipsorum dolorum, vel secũdum anni tempora, & constitutiones loqueretur, certum est, sic etiam consona suis dogmatibus protulisse, quæ habet in lib: de nat: hum: atque in alijs vbi dixit, semper consideranda esse anni tempora, constitutiones, atque morbos vagantes; quòd scilicet sic interdum dolores, & morbi facti vno tempore, soluantur spõtè subsequente, vel in alios conuertantur, vt anno pestilenti omnes fere alij morbi in ipsam pestem conuertuntur, Vel quod ex vagantium natura cognita, scire liceat, qua curandi arte sit incedendum; Itaque quocumque modo intelligamus hic medicum debere contemplari differentias dolorum, atque eis ab ipsismet ægrotantibus perdiscere, est Hippocrate dignum præceptum, sine quo medicinam sancte, & tuto exercere nequaquam licet, atque hoc est quod Hippocrates scriptum reliquit primo de morbis, scilicet: medicum debere primum ab ipsis ægris percunctari an doleat, & in qua parte, & quomodo. Circà Tertium ad memoriam reuocandum est, quod sæpę vlu venit dicere, nempè Hippocratem in iuuentute collegisse, atque confudisse, in libris Epidemias, quæ animaduerterat in longis peregrinationibus, alijsquè artis operibus, seniorem vero, ac in arte consumatiorem effectum ea elimasse, & quæ sibi erant probatiora selegisse, inquè aphorismorum libris posuisse, vnde cum in Epidemicis hanc sententiam de differentijs tantum secundum tempora adnotasset, post probata re in alijs quoque placuit sibi post ipsam indefinitam tradere, quo posset solers medicus eam similiter cęteris differentijs applicare, præterquam

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 612 sur 867

©BIUM

quod in Epidemicis potiſſimum conſiderantur tempora, & ſecundum ipſa vagantes morbi. Quartum erat de fine Hippocratis, quem ſcilicet habuerit in hac condenda ſententia, circa quod eſt ſciendum; omnia ſcripta Hippocratis etiam ſi uideantur interdum alio reſpicere, ipſa tamen aut immediate, aut mediate ad ipſius artis exercitationem dirigi, vnde etiam hoc in loco finis, & inſtitutum Hippocratis fuit, vt doceret medicum reſpicere ſemper differentias, & varietates ſecundum tempora, ſecundum qualitates; quantitates, ſitus, atque alia tam dolorum, quam aliorum morborum, & ſecundum eas deinde varias curationes, variaquè remedia adhibere; quæ omnia compluribus aphoriſmis docuit ſect: 8. lib. 6 Epidemiorum. Triplex autem ponitur præſentis aphoriſmi à Galeno vtilitas, ſcilicet in dignoſcendo, prænoſcendo, atque curando; Ad dignotionem confert, quia ut exemplum pleuritidis ſequamur ab Hippocrate propoſitum, & à Galeno continuatum, In pleuritide ex differentijs dolorum intelligitur & pars affecta, & natura ipſius, quibus cognitis prędicere licet, an periculoſa ſit ægritudo futura; an non; adhęc ex cognitis etiam locis patientibus inſtituitur curatio, quia ſi dolor ad clauiculam uergat ſectione uenæ agendum eſt, ut alibi docuit, ſin ad hypocondria purgationibus, & quod in dolore dictum eſt, idem quoque exiſtimandum eſt de alijs, adeo vt ſit vtiliſſimum ſemper differentias rerum cognoſcere, quod ut dicebat initio libri de officina medici: tota fere ars pendeat ex diſſimilium, atque ſimilium integra dignotione.

Vtilitas Aphor.

---

6 *Renum, & veſicæ vitia in ſenioribus, difficulter ſanantur.*

Connexio. QVOD Hippocrates, (vt dicebam) in præcedente ſententia de omnibus differentijs dolorum ſit accipiendus, poteſt indicare prędens ſententia, quæ eſt uelut i exemplum illius, quaſi dicere uoluerit, maximè referre differentias ſecundum ætatem dolorum perdiſcere, quoniam dolores renum, & ueſicæ in ſenioribus difficiliter ſanantur, adeo ut manifeſta ſit connexio, atque ipſius Hippocratis mens in propoſita ſententia, quæ tota eſt pure prognoſtica, ſine ratione, ac diuiſionis incapax. (*Renum dolores*) ſimilem quodam modo ſententiam habemus ſexto Epidemiorum ſect: octaua aphoriſmo quarto, vbi narrat ſeſe nephriticum quinquagenarium numquam ſanatum uidiſſe, de qua re paullo poſt loquar copioſius, *τὰ νεφριτικὰ*, vt docet author lib: diffinitionum, & Galenus hoc loco, atque alibi ſignificat Hippocrati quemcunque affectum tam ſimilarem, quam organicum ipſorum renum, licet propriè ſignificare ſoleat calculum, aut inflammationem renalem, ſicut enim propriè pleuritis, phrenitis, hypatitis, ſignificant inflammationem, ſic quoque nephritis; Et hoc in loco cunctos ſimiliter affectus renum, præſertim cum dolore factos, quæ Celſus lib. 2. cap. 1. tranſtulit vitia renum (cum Gal. intelligo,) idem quoq; dicendum, eſt de veſicę affectibus.

Scopus.

(*Veſicæ*

©BIUM

Veſicæ dolores.) Coniungit Hipp. ſimul veſicam, & renes, vt etiam Ariſt 3. de partibus anim: 7. quia hæ duę partes, ſunt gratia eiuſdem vſus. (*Difficiliter ſanantur*) dixit: (*ſanantur*) intelligēs perfectam ſanationem, quam certè magno labore conſequuntur ſenes. (*Senioribus*) quos dicat ſeniores colligi poteſt ex 6. Epid: loco citato, vbi ſcribit ſe nūquam vidiſſe quinquagenarios ὑγιάζεται τοῖσι perfecte ſanatos, qua voce vtitur etiam hoc in loco. Cæterum vt integra totius ſententiæ anatome efficiatur: videndum eſt primum; cur Hipp. loquens de renib. dixit τὰ νεφριτικά loquēs, verò de veſica dicere maluit τὰ κατὰ τὴν κύστιν ἀλγήματα, ideſt doloris veſicę, deinde cur difficiliter ſanentur omnes hi affectus tàm renū, quàm veſicæ, poſtremo cur hæc difficultas curandi potiſſimum in ſenioribus comperiatur, quo etiam in loco contradictio, quæ videtur inter Galen. & Hipp. imò inter ipſum Hipp. erit ſoluenda. Circa primum placet mihi nonnullorum ſententia, qui dixerunt propterea nominaſſe dolores veſicæ non renū; quia quilibet ipſius affectus comprehenduntur dolore, atq; eo inſigni, non ſic autem affectus renū, qui ob ſoliditatem ipſorum conſtitutionis, aut nullo, aut obtuſiore ſaltem dolore tentantur, nec valet interdum dolorē renum in homine eſſe acerbiſſimum, quoniam is non tātum fit ratione ipſorum, quantū ratione partium proximarum compatientium, & quantumcumque ſit aſper, nihilominus doloribus veſicæ comparatus ſemper eſt minor, ita vt iure Plinius lib. 25. cap. 3. dixerit: tres eſſe omnium reputatos dolores vehementiſſimos, calculorum à ſtillicidio veſicæ, capitis, necnon ſtomachi. Circa ſecundum Ariſtot. 3. de partibus anim: cap. 9. ſcribit: hominum renes bubulis ſimiles eſſe, quippe qui tamquam compoſiti ex multis renibus exiguis conſtent, neq; æquabiles ſint quomodo renes ouium, cęterorumquè quadrupedum: quò fit vt morbus eorum curari hominibus difficilius poſſit: accidere enim vt quaſi multis renibus laborent difficilius curentur, quàm ſi vno tantum laborarent. Alex. autem 1. probl. 109. quærens: cur vlcera tàm renum, quàm veſicæ difficiliter ſanentur reſpondet id euenire, quia vrina per ſui acrimoniam recentem cicatricem relacerat, vnde fit, vt difficilius curentur, quæ in veſica conſtiterint, quam quæ in renibus, quoniā vrina per renes tantum tranſit, in veſica verò firmatur. Cæterum Galenus in comm: duas alias difficultates curationis tàm renum, quàm veſicæ cauſſas attulit; vnam, quod harum partium operatio ſit perennis, quæ autem curanda ſunt opus habere quiete; Alteram, quia per ipſas partes continua recrementa potus excernantur, quæ cum acria plerumq. & mordacia ſint, exaſperant magis, & augent affectum, ſiue ſit inflammatio, ſiue vulcus, ſiue quippiam aliud, Poſſumus his adijcere locum renum eſſe admodum abditum, vt longum ſit iter ad ipſa ore aſſumptorum medicamentorum, quę in ipſo itinere, aut certè perdunt, aut ſaltem imminuunt vim operandi, quod ſi extrinſecus remedia applicentur, lumbi ſuperpoſiti, atq; ſpina penetrationem ipſorum ad renes nō parum impediunt, Cur porrò potiſſimum in ſenioribus ſit difficilima renum, atque veſicæ curatio, ratio eſt, quoniam ſiue difficultatem capiamus pro multo labore, & ſollicitudine, ſiue pro temporis diuturnitate, ſiue pro integra curationis priuatione, cuncta hęc contingunt ſenibus, ea de cauſſa, propter quam dicebat alibi Hippoc. cunctos morbos maximè diuturnos in ſenibus difficiliter curari, nimirum

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 614 sur 867

©BIUM

ob virtum imbecillitatem, seu ob facultatis totius gubernatricis, nempè caloris nativi paupertatem, cum enim vere dixerit Hippoc 6 Epid: naturam ipsam esse morborum curatricem, sive sit calor nativus ipsemet, sive eo vtatur vt organo, certissimum est hoc imminuto & deficiente, non posse seniles affectus sinari, nec faciliter, nec cito, nec perfectè. Sed hoc in loco oritur non inutilis quæ-
Dubia. stio, quomodo dixerit morbos renum esse adeo difficiles curatu, cum 6 Epid: sect: 5 tex: 6. dixerit: morbos connutritos in senectute fieri, quo loco exponens Galenus, qui sint illi morbi, qui accedente senectu e sanantur, inquit esse affectus calidos, veluti est nephritis, adeò vt manifestissimè velit Galenus nephritidem curari sponte ipsa senectute, quæ frigida est ætas, adhæc dicebat Hipp 2. aphor. 34. in morbis minus periclitati, quorum ætati convenit morbus, & ad 3. autem aphor. 31. dicebat senibus morbos familiares esse vesicæ morbos, &
Solus. renum, adeò vt hac etiam ratione non debeant difficulter in senibus sanari. Pro cuius contradictionis solutione dici posset, Hippoc quando scripsit nephriticos affectus non sanari in senectute, locutum esse ex propria experientia, cum dicat se neminem uidisse senem curatum, vel dicere possumus: nõ dixisse simpliciter, quod non curentur sed quod ἐργῶδως, idest laboriosè & difficiliter, Galenum autem dixisse; non quod omnes nephritici in senectute curentur, sed quod ipsa ætas frigida possit sua sponte curare. Possumus aliter respondere & melius, aliud esse pfectè sanari, aliud imminui Hip. quãdo negat sanari, intelligit de perfecta sanatione, vt indicat verbum ὑγιάζεται, quando verò & ipsè, & Galenus dicunt curari senectute, intelligit de imperfecta sanatione, & ideo vtitur verbo λείπουσι, idest deficiunt. Ad alium autem locum tertij aphorismorum dicendum est, familiares senibus vesicæ, & renum affectus periclitari minus quo ad vitium, nõ
Vtilitas Aphor. tamen faciliter, neque cito curari. Vtilis est aphorismus ad prædicendum, sed etiam ad animandos medicos, ne penitus deserant nephriticos, & vesica laborantes; quoniam non sunt incurabiles affectus, licet difficiliter sanentur, ob quod etiam medici monentur, ne facile senib. non solum in his uerum etiam in cunctis alijs morbis senioribus, sanitatem promittant.

---

7 Dolores ventris sublimes, leuiores, qui verò non sublimes fortiores.

Connexio. PROSEQVITVR Hippocrates de doloribus tractare, & cum in antecedenti docuerit, quid sit sperandum in doloribus renum, atq; vesicæ seniorum, in præsenti docet, quid sit præsagiendum in doloribus secundum ventrem, adeò vt pateat connectendi ratio, simulq; Hippocratis scopus in hac sen-
Scopus. tentia prognostica, quæ sine ratione est, &
Diuisio. in duas particulas diuidi potest. Quarum prior est. (*Dolores circa ventrem, &c.*) Secunda verò est. (*Non suspensi autem.*) Quod itaque dicit Hippocr. in prima parte est, dolores secundum ventrem suspensos esse leuissimos. Contextus hic variant, aliqui enim habent præter, dolores, tumores; alij verò habent tantum, dolores. Et Gal. cuius contextus habent tantum ἀλγήματα ita interpretatur, hanc sententiam, vt possit accommodari vtriq; lectioni, etiam si nullam doloris, & tumoris mentionem faciat,

Sed

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 615 sur 867

©BIUM

Sed vere vtro modo legatur, vera eſt ſententia, (*Circa ventrem*) vox κοιλία varia ſignificat, modo enim quicquid concauum eſt, modo ipſum ventriculum modo hypogaſtrium, & aqualiculum vocatum, hic verò vt exponit Gal. denotat, quicquid peritonæo definitur, ſcilicet ſub quo ventriculus inteſtina, aliæq. partes continentur (τὰ μετέωρα, i. ſuſpenſa, ſeu ſuſpenſis, hęc vox quoq; Hippocrati ſatis eſt familiaris, atq; varia ſignificare ſolét, vt quæcumque flatus replentur, & quæ in altum tumeſiunt, verum hoc loco ſignificat tàm dolores, quàm tumores, qui ſunt in extimis partibus ventris, hoc eſt ſupra ipſum peritonæum, vt Galenus interpretatur, quos dicit eſſe λειοτάτους, ideſt leuiſſimos. Cæterum non defuerunt, qui hanc Galeni interpretationem damnarint, quaſi nõ ſint ſupra peritonæum partes ſenſibiles, quæ dolorem pati queant, ipſi verò putant μετέωρα nil aliud eſſe, quàm ſuperiora, & μὴ μετέωρα inferiora: Sed longe fallũtur, quoniam licet partes ſupra peritonæum non ſint ita ſenſibiles, attamen non ſunt penitus doloris expertes, ut indicãt quotidiana experimẽta, quinimò ob id ait Hippoc. eſſe leuiſſimos dolores exterioribus, quoniam fiunt in partibus minus ſenſibilibus. Adhæc non eſt verum partes ſuperiores ventris minus dolere, cum ſtomachi dolores à Plinio recenſeantur inter maximos ob quos fugiendos aliqui ſibi, uim intulerunt, ut Proculeius epoto gypſo. Cur autem hi ſint leuiſſimi complures ſunt cauſſæ, una eſt, quia quilibet affectus exteriores, ſunt ſemper interioribus ſecuriores, nam ut dicit Hipp. aphoriſ. 25. huius libri, ſicut ſemper bonum eſt Eryſipelas ab interioribus uerti ad exteriora; ſic ueriſsimum eſt quoslibet ſemper ijſdem interioribus eſſe minus malos, ut ibi explicat Galenus, qui ſub exemplo eryſipelatis quoslibet alios morbos comprehendiſſe teſtatur, Adhæc ſunt morbi omnes exteriores tutiores, & tamquam ſigna, & tamquam cauſſæ, vt ſigna ſunt, quia ſignificant malum eſſe manifeſtum, & propterea magis curabilem, vt cauſſæ quoniam partes interiores depurãt, minuſq. naturam fatigant, Poſtremò habẽt morbi exteriores id quoque, quod ſicut faciles ſunt cognitu, ita etiam non eſt difficile remedia adhibere: nã in lib. de arte dixit: medicos non mereri excuſationem, ſi fallãtur in morbis exterioribus, mereri autẽ ubi in internis decipiũtur, atque de prima parte hæc ſatis, Sequitur modo ſecunda, in qua dicit Hippoc. dolores & tumores, qui non ſunt exteriores eſſe fortiores; quæ ſint (μὴ μετέωρα) cuiuſmodi loquitur ſenex Galenus clare exponit, ſcilicet ea eſſe & viſcera, & alia quæcumque intra peritonæum concluduntur, & quæ non male latine interanea, vel interiora vocant, nempè quæ non in ſuperficie, aut extimis partibus, ſed in profundo corporis lateant, horum itaque dolores, & tumores, dicit Galenus, rectè eſſe ab Hippocrate dictos fortiores, quomodo autem rectè hoc ſit dictum haud oſtendit, verum duo ſignificare eã nocem exiſtimo, ſcilicet & magnitudinem affectus, & periculum, certè omnes affectus interni quicumque ſint ſemper ualidius exercent egros, & maiore cum periculo, propter cauſſas complures, vna eſt, quia partes intimæ aut ſunt principales, aut principalibus vicinæ, & famulantes; ſic. n. Aueroes vocauit ſtomacum ſeruitorem, & Serenus regem; quo fit ut ratione dignitatis partium affectarum interni morbi ſemper magni uocari queant, & conſequenter ſint periculoſi: altera cauſſa eſt, quoniam loca interiora calidiora ſunt, vnde vbi non eſt inflam-

matio

©BIUM

matio periculum imminet ne fiat, & si adest, augetur, valdeq. inualescit. Tertia causa est, quoniam partes internę sunt maiori sensu prædite, ob quod dolores acrius sentiuntur, & acerbius affligunt, Quarta est quòd medicamenta localia adhiberi nequeunt, & si quæ adhibentur ad ea non penetrant, nisi fracta, & imminuta, quod similiter dici potest de remedijs internis, quæ uel non perueniunt ad partes profundas nisi admodum debilia, vel si perueniunt integriora, partes illas sensibiliores magis exasperant. Vtilis est præsens aphorismus ad prędictiones faciendas affectuum tam internorum, quàm externorum, prętereà curationi instituendæ, quippe quæ internis passionibus, quam externis accuratior, atque maior debetur.

Vtilitas Aphor.

---

8 *Aqua inter cutem laborantibus, vlcera in corpore facta, difficulter sanantur.*

CORNELIVS Celsus lib: 2. cap. 2. hunc aphorismum transferrens dixit: non facile in ægris hydropicis vlcera saneſcere; nullam autem continuationem euidentem habet cum superiore, nisi dicamus hanc esse veluti illationem quandam illius, perinde ac si diceret, interiores affectus esse ualidiores, atque iccirco ulcera in hydropicis difficilius sanari, quoniam ab interno affectu viscerum, nimirum hæpatis fouetur, siquidem vt dicebat Galenus de loc: aff: nó fit hydrops, nisi refrigerato iocinore, melius autem fuisset locatus post quartú, in quo scripsit ulcera circumglabra maligna. At quicquid sit, sententia est pura prognostica, nullamq. diuisionem patiens, in qua Hipp. docet ulcerum iudicium facere ab ipsa parte affecta. (*Hydropicis*) cum plura sint hydropis genera ascitis, tympanitis, & anasarca; de omnibus locutum esse Hippoc. non dubito, quoniam, etsi tympania dicatur fieri à flatu, numquam tamen & ipsa fit, absq; humore, ut prę cęteris docuit Cęlius Aurelianus: (*Vlcera facta.*) Et hic quoque uocem ἕλκεα, idest ulcera accipiendam esse pro quacumque continui solutione non est dubitandum, si quidem cuiuslibet ulceris, qua ulcus est, prima iudicatio est uniendi, quod fieri nequit, nisi ut ait Gal. pars unienda, & ad cicatricem perducenda, sit sicca: Cur autem addiderit (*facta*) puto uoluisse dicere, quasi sponte nata, scilicet à caussa interna non ab externa: Etenim inter alia remedia Archigenis illius magni ad hydropicos, erant vulnera facta circa talos ut est apud Galen. 9. de local: in fi. cap. 3. & apud Aetium ubi tractat de chirurgia hydropicorum, ἐράδιως ὑγιάζεται, idest non faciliter ad sanitatem perducuntur, quoniam cum labore, & tempore ad eam perducuntur; Sed Aristot. contra hanc sententiam stare uidetur, quod sect: probl: 37. probl. 7. quęrens cur aures sinistrę perforatę dextris citius consolidentur, respondet iccirco id cõtingere, quoniam sunt humidiores, & quę uniri debent postulare humiditatem, ut ob id etiam ulcera iuniorum quam seniorum facilius persanentur, pro qua contradictione tollenda respondendum est: duplicem esse humiditatem aliam natiuam, quam partes omnes simul continuantur, alteram uerò excrementitiam, & superuacaneam: illa necessaria est unioni, & quo maior est, eo felicius ulcera persanantur, atque de ipsa loquitur Arist. loco citato, Verum humiditas excrementitia impedit

Connexio.

Scopus.

petit vnionem, atque hanc, non natiuam, esse exiccandam dicunt medici, si vlcera ad sanitatem perduci debent, atque hoc est etiam, quod dicebat idem Aristot. 1. prob. 50. nempè vlcera tetra, & impura egere medicamentis acribus, & exiccantibus, quę scilicet humiditatem superuacaneam, & vnionem impedientem detrahant, pura verò vlcera egere tantum humiditate, quę vniat, & continuet dissitas partes, quamquam puto locum in prima prob esse uitiatum, & loco (humido) legendum (siccum,) quasi dicat impura vlcera egere siccis, & acribus, pura verò solis siccis. Itaque cur vlcera hydropicorum difficiliter sanentur complures conueniunt caussæ, vna est, quia humiditas superuacanea ipsis vlceribus continuo à corpore aqua repleto suppeditatur, vnde fit, vt nequeat pars soluta vniri; Altera est, quia sicuti exuberat humiditas excrementitia acris, & salsa, quæ magis exulcerat, ita deficit humiditas alimentalis, & continuatiua, quæ necessaria est pro vniendo, deficit autem, quia ægre, ac vix nutritur, vt ostendit insignis hydropicorum macies, quæ non aliunde fit, nisi quia iecur refrigeratum non potest probum sanguinem, & carnem generare, dico enim refrigeratum, quia & si à morbis calidis & siccis induci hydropem dicat Hipp. 2. progn: id tamen facit non immediate, sed mediante caloris iocinoris natiui diminutione, quæ est ipsamet frigida intemperies, Verum vtcumque sit, hoc est verissimum, vlcera in quauis hydropis specie, maximè autem in hyposarca difficiliter, hoc est longo tempore, & cum labore sanari, quia sanguis in cunctis est aquosus, difficilimè autem omnium sanantur in anasarca, in qua carnes aqua totæ sunt imbibitæ, vnde semper est, quod exiccationem impediat, cumque caro non gignatur, vnio fieri nequaquam potest, atque hoc est, quod Hippocr. dicebat libro de vlcerib. siccum esse proximum sano, humidum nō sano, siquidē vlcus humidum est. Sano verò siccum, ac ob id vlcera nullo humido esse contrectanda in articulis, præterquam solo vino, quæ caussa facit, vt in mari & in piscatorum corporibus vlcera facilius sanescant, ob aeris salsuginem, atque siccandi vim. Vtilis est aphorismus in primis ad prædictionem faciendam vlcerum in hydropicis, necnon ad curationem ipsorum faciendam, quia docet partes ipsas exulceratas hydropicorum multo magis esse siccandas, tum ratione ipsius vlceris, tum partium exulceratarum. *Vtilitas Aphor.*

---

9 *Latæ pustulæ non admodum pruriunt.*

Ἐξανθήματα, quæ à Latinis papulæ dicuntur, non ita ab vlceribus distant, quin aliqua possit conuenientia inter ipsa apparere, non ea tamen. Quæ iustam connexionem faciat, vnde melius est dicere esse sententiam separatam diagnosticam medicinæ partem attinentem, puram, atque indiuisibilem. (*Latæ exanthemata.*) Habetur hic idem aphorismus 2. sect. 6. Epid: aphoris: 21. quo in loco adiecta est, quædam historia Simonis satis accommodata ad curationem: Sed percunctabitur aliquis quæ fuerit vera ratio, propter quam Hippocrates accipiens hanc sententiam ex eo loco, dimisserit historiam Simonis, cui respondendum est, iure eam dimisisse, quia historiæ, quę sunt casus singulares,

©BIUM

gulares, haud conueniunt doctrinæ aphoristicæ, quæ breuis est, atque vniuersalium rerum, Iam vero, ut ait Galenus tàm φύματων, idest farunculorum, siue exiturarum, vt dicunt barbari, quàm ἐξανθημάτων, ideſt papularum, duplex natura est, alia enim in acutam figuram desinunt, & arctiorem; alia in humiliorem, atque latiorem; quęcumq; fiunt acutiora, semper à materia calida, id enim habet peculiare ignis, vt semper in altum feratur, atque pyramidalem figuram edat, contra esse frigidum pigrum est, nec sese sursum effert, sed potius in latum expanditur, vt faciunt omnia grauia, & præsertim aqua; cum igitur latæ papulæ fiant à materia frigidiore, ac pruritus oriatur ab acri, & calido humore, plane haud quaquam eiusmodi erunt pruriginosæ, addidit autem, *(non admodum)* quoniam possunt ob pituitam salsam, aut serosum humorem fieri, vel ipsi pituitæ bilem misceri, ex quo fiet quidem aliquis pruritus: sed exiguus, vtrum verò hæ sint meliores an deteriores haud dixit Hippoc vt solet, possumus tamen conijcere uoluisse Hippocratem docere, propterea quod non sunt admodum pruriginosę, esse quidem minus molestas, & minus periculosas, at difficilius curari; Nam difficilius curantur ob materiæ visciditatem, & crassitiem, at minus molestant, quia quicquid acris, & feruidi ipsis inest, facilius dissipatur, & in habitum transit, Vnde fit, vt morbili sint molesti, sed citius curentur. Variolæ verò serius, & inter uariolas, quæ sunt latiores. Vtilitas præsentis aphorismi videtur pene nulla, attamen non est credendum Hippocratem eam nobis relinquere uoluisse absq; aliquo fructu qui totus in postremis verbis (οὐ παύτι κνησμώδεα potius, nam cum, (vt exposuit) hæc vox inferat materiam papularum latarum effectricem, scilicet pituitosam, atque sub salsam, significat esse curandá remedijs euacuantibus sensibiliter, & insensibiliter pituitam salsam, siue humores serosos, & biliosos pituitosis commixtos; Verum hoc in loco, & circà historiam Simonis huic sententiæ adiectam, sunt nonnulla examinanda ad curationem spectantia, & primum de remedijs videndum, an recte fecerint medici, qui ipsi vomitum præscripserunt, & an purgantia per aluum conuenissent. Secundum; an cucurbitulę applicatę fuissent conuenientes, Tertium est, quę nam fuerit illa inunctio, qua ubi ad ignem ungebatur, ita iuuabatur; Quartum, & vltimum, an profuissent calida fomenta si essent applicata, quemadmodum existimauit Hippocrates; Circa primum de uomitu, ex una parte uidetur non sine ratione commendatus, quandoquidem ueteres frequenter eo utebantur, & Auic: quoq; ad curandam quartanam, quę fit à bile atra probauit uomitum, ob succos crudos, à quibus factę papulę latę, hac ratione uidentur posse curari uomitu, At ex altera parte testatur Hipp. non contulisse, curatio autem, vt ait Hipp maxime omnium facit ad testandas morborum naturas, & confirmandam remediorum adhibitionem an rectè fuerit instituta; & iure non uidetur uomitus profuisse, tum quia hyems erat, quo tempore abstinẽdum esse alias non semel in aphor: & lib. de nat: hum: prȩcepit Hippocr. tum quia est motus contrarius motui exanthematum, quę sunt proprię passiones ipsius cutis: Quare pro resolutione dicendum est: uomitum non conueniisse, & malę eos medicos egisse, qui potius consuetudini quã rationi adhęrentes illum commendarũt. nisi forte adfuisset promptitudo ob quàm in accessionib. febrium cum papulis

Vtilitas aphor.

vomitum

vomitum laudabat Herodotus apud Aetium lib. 5. cap. 129. De purgantibus autem medicamentis per aluum videtur secus differendum, quoniam & si Galenus dicat in comm: illius loci, quæ semel in cute reposita sunt, haud amplius in aluum medicamentorum vi posse attrahi, attamen purgatio confert alia ratione, si quod materiam antecedentem vocatam, i. eam quæ morbum augeret, educit, Vnde forsan non male faciunt, qui in febre periculari medicamentis purgantibus vtuntur, & præsertim quando materia turget, vt sæpe solet in huiusmodi febribus, alioquin clysteres sunt vsurpandi quales Herodotus ibidem commendauit ex ptissana, oleo, ouis. Circà secundum est dubium an in hisce papulis curandis cucurbitulæ dorso, & partibus infernis applicatæ sint probandæ, in qua re magnopere dimicatum, atque etiam num dimicatur, inter practicantes alijs pertinacissimæ contendentibus, vbi apparent periculæ sanguinem ex venis esse mittendum, quemadmodum Herodotus apud Aetium clarissimę probat, quo natura exonerata valentius sanguinem expurget, alijs verò dicentib. magis conuenire cucurbitulas scarificatas, eò quod sit quo natura vergit per loca conuenientia cuiusmodi est cutis euacuandum. Sed breuiter ita diffinire soleo, vt animaduertatur an corpus ægri exuberet sanguine, an non; si exuberat proculdubio prima indicatio est à plenitudine, quæ non solum est causa sine qua non, verum fouet, atque auget morbum, si verò nulla adsit plenitudo, certè præstat cucurbitulis agere, atque sanguinis missionem per sectam venam dimittere, tum quia periculum est ne ad exinanitas venas replendas natura reuocet à cute morbidum illum sanguinem, atque ita magis ipsum contaminet, tum quia periculum imminet ne ita uires magis imminuantur, quod valde fugiendum in cunctis malignis febribus, quales sunt hę, in quib. papulę contingunt, & quæ suaptæ natura alioquin solent ipsis viribus non parum detrahere, atq; hanc fuisse regulam, & Hippoc. & Gal. ex multis locis, præsertim ex 13. Meth. facile, potest intelligi. De Tertio quæ, si fuerit illa inunctio qua Simon magno cum fructu ad ignem vtebatur, non est facile diuinare, vim tamen ipsius fuisse molliendi, detergendi, attenuandi, atq; dissipandi ex eo debemus existimare, quia natura morbi simile remedium indicabat, & forsan ab Hipp. hoc in loco incitatus Herodotus apud Aetium loco citato, huiusmodi papulas mandabat ungi. Oleo, nitri, modico & aqua: sic etiam nos simili intentione solemus varia linimenta pro papulis extirpandis, cuteq. relaxanda componere. Circà quartum dubium, videtur Hipp. innuere fuisse disputatum an conuenirent fomenta calida, atq; contra ipsius opinionem minimè adhibita fuisse, sicut etiam verosimile est contra Hippocratis mentem fuisse adhibitum vomitum, & forsan Simonem perijsse; Verum ut cumq; sit, qua ratione commendatæ sunt inunctiones detergentes, mollientes, & calefacientes, dissipantesq; eadem quoq; conueniunt fomentationes calidæ, vt scilicet cute relaxata, & aperta promptius à natura ad ea loca prauos humores missi reciperentur, atque ob hoc mos est omnium medicorum vbi apparent papulæ, siue sint morbili, aut variolæ, siue periculæ vt semper corpora obtecta, & calida conseruentur.

Dubit.

Solut. Auctoris.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 620 sur 867

©BIUM

20 *Caput dolenti, & circum dolenti, pus vel aqua, vel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum soluit.*

DOLORI capitis, cum papulis nulla est cohærentia, nisi quod vtraque sunt symptomata, quæ solent in febribus acutis, & malignis simul accidere; ea propter non est opus de continuatione aliud quicquam, quàm cogitare scilicet quod vtraque hæc symptomata, ut simul accidunt, sic quoque ab Hippocrate simul continuata proponantur. Est enim sententia in qua Hippocratis scopus est docere, quid sit in doloribus capitis præsagiendum, vbi simul è capite excrementa exeunt, potest etiam documentum esse commune procuratione cuiuslibet affectus capitis, nullã rationem coniunctam habet, & in plures partes non commode secatur, licet longiusculus videatur. (*Caput dolenti.*) Negari non potest quin hæc sententia sit Hippocratis germana, siquidem plerisquè alijs in locis reperitur, vt secundo & tertio de morbis, libro de iudicationibus, in Coacis prænotionibus, & partim etiam 3. in primum prorrhet. tex. 60. in Epist: etiam ad Demetrium aliqua nec contemnenda ipsius vestigia leguntur; Quid fuerit, vt dixerit. (*Dolenti, & circumdolenti secundum caput,*) puto fuisse, quoniam voluit comprehendere omnes dolores ipsius tàm scilicet hemicranicos, quàm totius, quasi quod ait sit verum in quibusuis capitis affectionibus, quemadmodum monuit Galenus reprehendens quodammodo hanc sententiam, vt nimis vniuersalem. Sunt enim omnes capitis dolores, ut dicebant Plinius, & Galenus grauissimi, & maximè, qui fiunt ab inflammatione aliqua, à copia sang: à bile, uel eius uaporibus, & à flatibus, nam qui à copia pituitæ, & crudi succi oboriuntur diuturni quidem, & contumaces sunt, verum non ita acerbi, & molesti, quemadamodum alij. Similiter qui fiunt à nuda intemperie parum durant, aut fiunt & ipsi cum affluxu materię, siquidem nulla intemperies durat, quę uitiet coctiones, & excrementa cumulari faciat. (*Pus, vel aqua.*) Hippocrates in libro de glandulis septem esse vias, quibus natura expurgat cerebrum alioquin sua natura morbosissimum docuit, nempe; Aures; Oculos; Nares; Spinam, per guttur, & gulam, palatum, venas; Ad hoc igitur, vt dolores alijquè affectus capitis tuto curentur à natura, oportet non solum peccantes humores ipsa euacuet, verumetiam per loca à se in id parata, atque hoc est quod Hippocrates hoc in loco nos docere voluit, nam puris exitus inflammationis suppuratæ effectus est, quod siue per aures, siue per nares, siue per os euacuetur, bonum est, similiter, & aqua, & sanguis ijsdem partibus à natura euacuatus; (*Soluit morbum*) appellat Hippocrat. communi nomine νόσημα. siue morbum, quemlibet præternaturalem affectum, siue sit actio læsa, siue affectus, siue excrementum mutatum, est enim illud verissimum, quod Galenus docuit libro de differentijs, & causis morborum, nempè quodlibet symptoma sequi morbum perinde ac vmbra semper sequitur corpus, & quamquam uox λύω integram significet

Connexio. Scopus.

gnificet ſolutionem, oportet tamen vt hæc fluxio non ſit exigua, ſed magna, perdurans, atque in die critica, alioquin ſtillæ ſanguinis exitiales ſemper putatę ſunt ab Hippoc. præſertim in acutis, & prauis febribus. Sed quæret aliquis, cur cum ab alijs rebus fiant dolores capitis, vt à vermibus, flatibus, humore melancholico, & bilioſo, atque alię ſint partes, quibus expurgatur cerebrum voluit dumtaxat commemorare pus, aquam, & ſanguinem, necnon nares, aures, & os, non autem alia. Cui breuiter eſt reſpondendum, quod ad excreta mutata, frequentiſſimę omnium facere ingentes capitis dolores pus, ſanguinem, & aquam, nam de pure certiſſimum eſt, & de ſanguine, qui ſi ſolitus exire per nares aliquo accidente ſiſtatur, eximios dolores parit, ſimiliter & aqua, ſiue ſit melancholia, vt uocat Hipp. 4. de morb. & libro de natu: pueri, ſiue pituita diquata, ſæpe, & ipſa dolorem inducit, quemadmodum iugiter obſeruatur in grauedinibus, alijſque deſtillationibus, poſſumus & dicere ad hoc, Hippocratem complexum eſſe ſub hiſce tribus omnes alias cauſſas materiales, nempe frigidas aut calidas, quemadmodum ipſe ſolitus eſt cuncta in frigidum, & calidum diuidere atque ſecundum hanc differentiam omnia docere. Quantum verò ſpectat ad vias contentus fuit viitatiores, & tutiores ipſi naturæ commemorare, quæ ſunt os, nares, atq; etiam ipſæ aures, vt demonſtrant excrementa quotidiana amara, & craſſa, quæ ab illis partibus producuntur, Nam oculorum via in grauedinibus præſertim, & deſtillationibus ſolet ſimiliter à natura tentari, ſed non pari ſecuritate, nec ita, vt ipſa ſola morbum ſoluat, vnde iure minimè hanc partem nominauit, quemadmodum neque venas, neque ſpinam; Accedit etiam has tres vias nominaſſe, vt correſponderet tribus illis excrementis, quę ſolent ſingula per ſingulas vias exire, vt pus per aures, ſanguis per nares, aqua per os. Eſt igitur hæc Hippoc. ſententia, vbi in doloribus, & affectibus alijs capitis, exeunt pus, ſanguis, aqua vel aut è naribus, aut ore, aut auribus morbum ſolui, eo quòd materia peccans per loca conuenientia euacuetur; Vtilis eſt aphoriſmus certè ad prædictiones faciendas in affectibus capitis, verum & ad curationem inſtituendam aliquo pariter modo conducit, ſi quidem docemur ab hoc naturã, ipſam imitari, ſcilicet vbi dolor capitis vehementer arget, atque ex ſuis ſignis cognoſcatur materia peccans, ſatagatur materiam trahere per maſticatoria, & per errhina medicamenta, quod facere ſolent medici diligentes, quin in his affectibus fere ægrotantes ſua ſponte conſueuerunt aures ſæpe ſcalpere, nares vehementer emungere, atque crebro expuere, quaſi ſint edocti per has vias morbi cauſſam expurgari, neque tamen credendum eſt Hippocratem in hiſce caſibus medicamenta per os accepta, ſectionem venæ, aliaue è capite purgia damnare; propterea quod ea non nominet, quoniam non ſtatuit; curationem integram tradere affectuum capitis: ſed tantummodo mõſtrare, quomodo eas interdum natura curet, poſſitq. medicus illam imitari.

Dubit.

Solut.

Vtilitas aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 622 sur 867

©BIUM

11 *Atra bile vexatis, & renum passionibus, hemorrhoides superuenientes, bonum.*

Connexio. HVIVS certè cum superiori aliqua, nec penitus obscura offertur continuationis ratio, quandoquidem in eo egit de affectu capitis in communi prout euacuatione sanguinis tollitur, in hoc verò agit de affectu eiusdem capitis peculiari, necnon renum, prout à fluxu sanguinis per hæmorrhoidas curatur, Est enim sententia prognostica, & quodammodo practica sine ratione, atque diuisione. *(Melancholicis;)* Melancholici proprie sunt, qui semper mærent sine ratione, atque timent non timenda: hi verò sunt vel potentia, vel actu; & vtrosque intelligit Hippocrates, nam ait Gal. & bene 4. aph. 25. hæmorrhoidas fluentes curare melancholiam factam, & prohibere futuram. Aliqui fuerunt, qui non nephriticis: sed phreniticis legendum putarunt, adducti forsan authoritate lib: de iudicationibus, vbi hæc eadem sententia habetur, & pro (νεφριτικοίς) habetur (μετὰ Φρενίτιδος.) Verum quia Galenus in breui hoc commentario sequitur lectionem recentiorem nempè nephriticis, ipse quoque eam sequar, & eo maximè, quia melancholici sunt & ipsi deliri, vt phrenitici, vnde Hipp. 21. huius libri dixit communiter: insanientibus prodesse sanguinis fluxum ab hæmorroidibus, quas etiam à Græcis ita vocari, à profluuio sanguinis Galenus docet tum lib. de atra bile, tum 4. aph 25. licet Aristot. 1. de gener: animalium cap. 19. videatur hanc vocem vsurpasse pro quolibet sanguinis fluxu: Sed videndum, quæ sit ratio propter quam hi duo affectus, nempè melancholici, atque nephritici, tantũ beneficij consequantur ex profluuio venarum earum ani, quæ hæmorrhoides appellantur, & quod spectat ad primum non alium interpretem sequar nisi ipsummet Hippoc. 6. Epid: sect: 5. tex. 24. necnon Galenum tum hoc in loco, tum lib: 4. aphor. 25. qui omnes apertissime dicunt: vbi venæ hæmorrhoidales profundunt sanguinem, illũ esse atrum, atq; foculentum, propterèàq. melancholicos magnopere iuuare, quam ob rationẽ non esse dubium singulare iuuamentum percipere melancholicos, vbi ipsi superueniunt varices, per quas sanguis melancholicus, & crassus à superioribus partibus ad infernas truditur, vt habemus apud Hipp. 6. aph. 21. verum quomodo sanguis ater euacuetur cognoscitur ex anatome, ex qua apparet venas ani duci à liene, qui receptaculum melancholiæ, vt etiam Plato in Timæo, ac ob id per eas venas lienem exonerari, imò & vniuersum corpus sic ab eodem atro sanguine depurari, qui sanguis ater cum in pueritia non fiat, neque in liene, neque in venis, ob id Hipp. in Coacis prænotionibus scripsit ab hæmorrhoidibus pueros non tentari. De nephritide verò Galenus dicit: non esse mirum si hæmorrhoides sanguinem fundentes atrum, & veluti fœcem iuuet, de modo verò quo iuuent nihil dixit, Alij non probe intelligentes modum maluerunt sequi aliam scripturam, qua habetur loco (νεφριτικὸις) Φρενιτικίς, tamquam Hippocrates, vt sæpe solet hic capiat phrenitidem pro insania, aut delirio melãcholico. Itaq; satius est dicamus sæpe ex humore melancholico calculos renũ generari, qui sane prohibẽtur, vbi is à loco proximo deriuatur, accedit etiam quod purgatur etiam interdum

terdum cum ſanguine craſſo, & melancholico humor pituitoſus, & crudus, quid ipſi fere ſemp coniũgitur, & ex quo ſcimus frequẽtius omnib. fieri lapillos renales, ſed quod magis eſt euacuatis hæmorrhoidibus minus renes præmũtur, quinimò ijs dilatatis, & à proximo illo ſanguine liberatis, calor ipſorum retundirur, quid eſt omnium pene renum morborum origo, & quo vna cum ſanguine atro fiunt illæ rupturæ, & eroſiones venarum renum, de quibus loquebatur Hippoc. lib: de affect: internis, quod autem potius dixerit Hippocr. ἀγαθὸν, i. bonum, & non dixerit λύει, ideſt ſoluit, fuit; quia non ſolum non liberat plene, imò verò ſi pluſculum fluat, ſolet eſſe cauſſa alterius morbi, aut alio modo, & forſan melius dicere poſſumus, hęmorrhoidas ſuperuenire dici bonum, quia non ſolum melancholicos, verum ab alijs quoque morbis liberãt, vt 6 Epid. 3. 28. & lib. de humoribus. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictiones quidem, verum multo magis ad curationem, ſi quidem eſt veluti quoddam tacitum præceptũ, quo Hipp. monet medicos, vt ubi ipſis melancholia, & renalis morbus curandi proponuntur, naturam imitantes ſanguinem ex hæmorrhoidibus euacuare nitantur, & maxime ſi antea ſoleant illæ venę ſanguinem profundere, vel ſaltem tumere, vt compluribus accidere ſolet, & cum ſint aliqua medicamenta, quę ipſis attrita vim habent aperiendi, nempe lac, & folia ficus, fel taurinum, cyclamini, radix & alia, tutius tamen ſemper mihi viſum eſt hirudines apponere, ac deinde ſuperponere calenti aquæ anum patientis, vt vaporibus illis humidis foramen alioquin anguſtum dilatetur, ſicq. craſſo ſanguini exeunti maior aditus patefiat; ſunt etiam qui poſt ablatas hirudines ventoſis ſanguinem euacuant ex ijs partibus, ſed illa uehemens attractio ſolet ſimul etiam tota uaſa ſecum extra trahere, vnde fit, vt poſtmodum non ſine moleſtia diu extra promineant, quod ualde cauendum eſt in ijs præſertim, quibus ſolent faciliter illæ venę extuberare, aut qui eas iam habent extuberantes.

Vtilitas Aphor.

---

12 *A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus, ſi vna non ſeruatur, periculum eſt aquam inter cutem, vel tabem aduenire.*

NON eſt dubitandum de connexione preſentis aphoriſmi cum ſuperiore, quandoquidem ipſamet uerba docent Hippocratem perſequi ſermonem de hęmorrhoidibus, quę interdum ita pergunt fundere ſanguinem, ut ęgri periclitentur ne in cachexiam, hydropem, aliaq. grauia uitia decidant, ita ut medici cogantur ipſis medicinam adhibere, quę etiam quoniam periculoſa eſt, & magni momenti, ea propter hoc aphoriſmo uoluit docere, quid mali metuendum ſit in ſimili curatione, & qua prudẽtia ſit utendum, ut hic ſint eius ſcopus tradere non ſolum ſigna cognoſcendi futuri mali: ſed preceptum tradere agendorum ad ea mala euitanda, ut ſit preceptum uel ſententia prognoſtica, & curatoria, ſine ratione, & ſine diuiſione. (*Hæmorrhoidas.*) Hęc ſententia, quam diſerte ſatis explicuit Galenus, quotidie in ore medicorum eſt, nihilominus non caruit omni tempore difficultatibus, quas reſſoluere conandum eſt. Quę enim ſint diuturnę hęmorrhoides, ſcilicet, quę longo tempore durant fluere ſangui-

Connexio.

Scopus.

ne mi-

©BIUM

ne minimè cœce, ſiue vt uocat Auic 17.3.cap 2 ſurdæ, non eſt obſcurum, ſed illud eſt declaratione dignum, qua ratione fiunt diuturnæ, Etenim tria ſunt ſumma cauſſarum genera, quib. hoc fieri poteſt naturalis diſpoſitio, quas Hippoc. vocat conatas in Coacis; copia, ſ. & craſſities ſanguinis melancholici, nec non virturis contentricis illarum venarū imbecillitas; Craſſities ſanguinis melancholici, & copia poſſunt quidem gigni ob intemperiem iocinoris, verū multo magis ob prauam viuendi rationem, cum (vt dicebat Hipp 2.de morbis) inſit cibis ipſi bilis vtraque, pituita, atque alij humores, Iam verò debilitas retentricis venarum illarum facultatis oritur ab intemperie, & potiſſimum humida, vel ab aliquo alio morbo in conſtitutione mala poſito, ſcilicet à ſolutione vnitatis, quæ ab ulcere illarum partium, & præſertim fiſtuloſo originem ducat, (*Curato*) Et ſi uox (*ἰᾶσθαι*,) ideſt medicato, vel curato poſſit intelligi de tribus inſtrumentis medicis, nempe diæta, pharmacia, & chirurgia, attamen in præſenti de ſola curatione, quæ fit manuū miniſterio mens Hippocratis eſt, quemadmodum etiam 38.aph. huiuſmet libri, non ſecus intelligendus eſt, cum dixit cancros occultos non eſſe curandos, ſcilicet manu, quia ſic curati citius intereunt. Curari autem chirurgis remedijs dicuntur hæmorrhoides antiquæ, quando vel ferro, vel igne potentiali, aut actuali, vel etiam remedijs externis ſ ccanubus, atque adſtringentibus tractantur, ita vt non amplius ſanguinem fundant, de quibus omnibus abunde loquitur Hipp. in lib. proprio de hæmorrhoidibus. (*Niſi vna ſeruatur.*) His uerbis non eſt dubium quin Hippoc. præcipiat, ut ille qui vult hęmorrhoidas iam diu ſanguinem fundentes curare, non omnes ſimul claudat, ac prorſus ſiſti ſanguinem faciat, ſed ut ſaltem vna aperta relinquatur, Cęterum Aetius, lib.14.cap 5. pluribus verbis perſuadere conatus eſt Hipp. noluiſſe intelligere, quod vna debeat ſeruari alioquin non dixiſſet, (ait ille) curato, ideſt perfecte ſanato, ſed quod velit poſt ſanationem integram eſſe vnam viuendi rectam rationem ſeruandam, ne denuo melancholicus, & craſſus ſanguis accumuletur, opitulatur etiam Aetio ipſemet Hippoc. qui lib de hęmorrhoidibus copioſam proponens curationē, vult omnes penitus exirpandas, atque delendas eſſe, ſed præterquam quòd huiuſmodi expoſitio contrariatur Galeno, & Corn: Celſo, qui transferens hunc aphoriſmum lib.2.cap 7. ita dixit. Si ora venarum ſanguinem ſolita fundere ſubito ſuppreſſa ſunt, aut aqua intercutem, aut tabes ſequitur, Eſt quoque clariſſima Hippoc. authoritas in fine lib. de uictu acutorum, ubi diligentem curandi Hęmorrhoidas antiquas ſanguinem fundentes rationem tradens, manifeſtis uerbis docet ut non omnes ſanentur, ſed una omnino relinquatur. In cap. etiam de hęmorrhoidibus Paulus Aegineta hanc eandem Hippocratis fuiſſe mentem teſtatur, Imo 4 lib. lib. Epid: in hiſtoria Aſcippi habetur eum euaſiſſe maniacum, quod omnes ſibi hęmorrhoides importunę fuiſſent curatę, quod quoque complutibus alijs euenire teſtatur Gal. lib. de atra bile, neque ualet quod Hipp. lib. de hæmorrhoidibus tradens curationem hęmorrhoidum accurate præceperit, nullam eſſe relinquendam, cum ibi multas curationes afferat, ſemel tantum omnes abſcindēdas præcipit, ſcilicet quando non ita uetuſtę, ſed recentiores, atque tunc etiam nullo ut prius corpus purgetur. Itaque melior eſt Hippocratis ſententia hic allata, ut

ſcilicet

ſcilicet ſemper vna relinquatur: imò verò. Placet mihi Auicen: qui 1 7.3 cap. 3. citans hoc Hipp. præceptum, vult, vt vbi multæ ſunt venæ non omnes ſimul ſanentur, ſed vna poſt aliam donec nulla relinquatur non ſanata. Neq; tamen negligendum eſt, id quod ait Aetius, ſcilicet etiam ſi vna adſeruetur, vt diligẽs viuendi ratio obſeruetur, ſæpequè corpus euacuetur, tum ſanguinis miſſione, tum purgatione per pharmaca atram bilem purgantia, imò neque etiam hac diligentia adhibita ſemper vitatur periculum, quin ex longa effuſione ſanguinis hydrops ſuccedat, Sicuti plerumque contingit ipſis moderatæ fluentibus hæmorrhoidibus, vt patientes à grauioribus vitijs vindicentur, quæ omnia enumerantur ab Hipp. 6. lib. Epid ſect. 3. aphor. 28. necnon in fine lib: de humor: in quibus locis habetur non ſolum in hæmorrhoidibus, verum etiam in fiſtulis, alijſquè vetuſtis vlceribus id quàm diligenter eſſe curandum, ne dum vetuſta ſunt intempeſtiue perſanentur, quoniam quæ mala anteuertũt ſi adſint, eadem & peiora inducunt, vbi intempeſtiuè tolluntur, & penitus curantur, ex quibus locis etiam præclarum præceptum habetur, vt ſi morbi aliqui ſint; qui alios tollant, ij ſi antefiant, eorum generationem prohibere, ac propterea vbi vlcera antiqua, hæmorrhoides, & fiſtulæ curatę renouant morbos, quos abſtulerant, vt illę renouentur, Atque hinc etiam colligi poteſt, ſi vlcera, & cauteria facta, vel naturæ ſponte, vel arte ſanant aliquos morbos iam factos, eoldem prohiberi ne fiant, ſi eadem cauteria, & vlcera prius inurantur ac fiant, quam morbi illi eueniant. (*Periculum hydropem fieri, vel phtiſim,*) dixit Hippocrates periculum imminere, quoniam etſi frequenter id contingat, non tamen neceſſarium eſt, ut eueniat ſemper, Verum duo videnda ſunt, vnum eſt, cur cum ex ſanatis hęmorrhoidibus intempeſtiuè dixerit Hippoc. 6. Epid: ſect. 3. 28. & in fine lib. de humor: multos alios morbos fieri non meminit ibi hydropis, & phtiſis, & cur cum fiãt multi alij preſertim inſaninę, & cancri, hoc in loco ſolum hydropem, & tabem proponit, Alterum erit, quæ ſint cauſſæ ob quas ſanatis hæmorrhoidibus fiant hi affectus, qui etiam fieri ſolent non ſanatis, & præſertim hydrops: Ad primum dicere oportet, Hippoc. 6. Epid: non meminiſſe Hydropis & phtiſis, quoniam loquens ibi de morbis ab humore melancholico genitis, à quibus liberãt hęmorrhoides ſanguinem melancholicum effundẽtes, tacuit illos duos, quia uere illi non ſunt ex ijs, qui efficiuntur à ſanguine melãcholico, Hic autem cum ſibi propoſuiſſet monſtrare, qui fiant morbi ex intempeſtiuè compreſſo ſanguine hæmorroidali, hydropem, ac phtiſim potiſſimum nominauit, non quod hi tantum duo fiant, quandoquidem Alcippus 4 Epid: euaſit inſanus, & maniacus ex malę curatis hæmorrhoidibus, ſicut Marius ex varicibus exciſis euaſit immaniſſimus, & Eudemo Laryſſæ factus eſt cancer, ut habetur 5 Epid: Sed quia illi duo morbi frequentiſsimę omnium ſolent conſequi; niſi etiam dicere placeat, voluiſſe Hippoc. ſignificare, quod ſi hi affectus recedentes à natura ſanguinis fiunt poſt perſanatas hęmorrhoidas, multo facilius poſſunt ſubſequi alij, vt inſania, ſcabies, vitiligo, lepra, atque ſimiles alij. Iam uerò hydropicum factum ex ſanguine hęmorrhoidali imprudenter ſuppreſſo Traianum Imperatorem narrat Dion Caſsius in eius vita, quod ſimiliter ſcribit accidiſſe Hadriano eius ſucceſſori, quem etiam ſimili de cauſſa hydropicum, & phtiſicum

factum,

©BIUM

factum, mox aqua per incantamenta, ſemel euacuata iterum fuiſſe repletum, ac extinctum. Ad ſecundum verò de cauſſa ſcilicet ob quam ſimiles affectus ſubſequantur perſanatas hæmorrhoidas lucullenter ſatis Galenus locutus eſt in commentario, ubi ſcribit, ſanguinem melancholicum à loco hæmorrhoidum curatione cohibitum facile reſtagnare modo in iecur, modo in pulmones; Si enim reſtanget in iecur unde pellebatur, ibi cõglobatum ſchyrrum facere, à quo deinde calor ipſius iocinoris valde hebetatus non amplius ſanguinem, ſed aquã gignit, ſicq. ea per vniuerſum corpus, aut in ipſum abdomen diffuſa aquam intercutem producit, atque iocinori tunc ſimile contingere ait, atque ipſi igni, quod extinguitur, ſi quando nimia viridium lignorum ſtrue obruatur; Quod ſi reſtagnantem ſanguinem robuſtum iecur à ſeie depellet ad pectus, & pulmones, illorum vaſa nimium oppleta effrangi, ſicquè phtiſim ſuccedere, quod duobus imperatoribus contigiſſe dixi. Vtilitas præſentis aphoriſmi eſt pro prædictione facienda in curatis hæmorrhoidibus, Sed multo maior vtilitas inde ſequitur, quod ex hoc ueluti quodam præcepto docentur medici, ne properent nimis in ſanandis hæmorrhoidib. hoc eſt ne hoc facere tentent, niſi prius (vt monebat Auic:) præ nimia ſanguinis profuſione genua ſint debilia reddita, aut ſi tentandum eſt, id fiat vna relicta aperta, non ut ea continuo ſic ſeruetur, ſed tantiſper, donec ratione victus recta diu obſeruata ceſſet iecur amplius ſanguinem melancholicum, atque fœculentum proferre.

Vtilitas Aphor.

---

13 *A ſingultu habito ſternutatio ſuperueniens liberat.*

HÆC vere ſeparata ſententia dici poteſt, quandoquidem, nec antecedenti, nec ſubſequenti poteſt connecti, eſt tamẽ partim dogma phyſicum, partim præceptum curatorium, in quo Hippoc. uoluit medicos docere, quo pacto ſingultus ex repletione poſsit faciliter curari, etſi alioquin ſit abſque ratione, & abſque diuiſione (*A ſingultu habito*) dixi ſæpenumero eſſe phraſim Græcorum, atque etiam latinorum imò uerò ipſiuſmet Hippocr. ut quotiens cum uolunt ſignificare quempiam ab aliquo ſymptomatę, ſeu morbo frequenter exerceri, quaſi tenaciter occupari, dicere, illum ab eo habere, Sic quoque dicebat ille, Terentianus ſe habere Thaidem, non haberi, igitur cum Hippocr. ait (*à ſingultu habito*) ſignificat illum non quod ſemel, aut bis, teruè ſingultiat, ſed quod frequenter, & quaſi Irremediabiliter ab eo exerceatur; Et ueriſsimum eſt illud quod Gal. in comm: docuit, fere ſemper Hippoc. ubi ſingultum memorat de eo quod fit à repletione, non autem ab inanitione loqui, quippe cum frequenter ſic fiat, rarius autem alio modo, ut demonſtrant pueri, quos crebro ſingultire uidemus ob voracitatem, qua ſtomachum frequenter replent, nam de eo ſingultu nunc loquitur, qui eſt paſsio ventriculi, nõ autem de illo, qui fit in pueris, & mulierib. plorantibus, & eſt uitium partium ſpiritualium, vt bene dixit Ariſtot. 33. particula problem. nec valet, quod dicunt aliqui hanc Gal. diſtinctionem, haud eſſe neceſſariam, quoniam numquam ſuperuenit ſternutamentum ſingultum ex ſiccitate, quod ſternutamentum ſit motus uchemens, qui nequit fieri uiribus

Scopus.

debilibus

debilibus existentibus, quales sunt in singultientibus ob siccitatem non valet inquam hęc ratio, quoniam in marasmatis etiam fit sternutamẽtum, quod quidem non requirit totius corporis robur, sed solius capitis *(Sternutamenta Superuenientia soluunt.)* Iure dixit Hippocrates sternutamenta voce plurali, quoniam sicuti loquebatur de singultu frequenti, & in habitu existente, sic par erat, vt remedium traderet, quod non esset momentaneum, Sed sæpius repetitum, cuiusmodi sunt complura, & frequentia sternutamenta: Plato in conuiuio introducit Erysimachum medicum Agathoni singultienti cõsulentem, vt vel sternueret, vel potaret, vel spiritum retineret, Et Aristot. 33. partic. prob 1. & 5 quęrens rationem propter quam sternutamento retentione spiritus, atque aceto tollantur singultus, dixit esse, quia flatus ex retentione spiritus, nec non sternutamento, & aceto circumfuso cohibetur, sicq. cohibitus concalefacit stomachum, & partes spirituales, quæ post modum flatum à quo fit singultus dissipat, & coquit, Sed hæc responsio est eorum similis, qui putarunt omnia fieri à flatu, & ob id pneumatici sunt appellati, quorum princeps, & author fuit antiquus illæ scriptor, qui librum de flatibus nobis reliquit, siue fuerit Hippoc. eous, siue alter. Siue quispiam alius antiquus author. Cęterum multo accommodatius videtur hanc rem de sternutamento explicuisse Galenus in comm: vbi docens singultum fieri ab humore tenaciter parietibus stomachi inhærente, ac propterea valido expulsore indigenti, qui vectis cuiusdam instar ab ipsis ventriculi tunicis eum humorem debellat, tale sternutamentum dicit, cuius violento motu, & pulmones, & stomachus valde concussi non modo calefiunt, & propterea extenuant succos, verum etiam vehementer eos ex locis, vbi inhærent detrudũt, quo fit vt etiam sternutamento tussis excitetur, ac finiatur, simulq humores à pectore excludantur, imò verò etiam illo vehementi concussu vterus quoque conquatitur, ita vt si quid in ipso molestum reperiatur eijciat, ob quod dicebat Hippoc. 2. Epid: & 5 aph. 35. mulieri vtero laboranti, aut difficiliter parienti sternutamentum maximè conferre: Quomodo verò ut est apud Platonem & Aristotelem potu, atque etiam retentione spiritus curetur non est difficile causam reperire, si diuersitatem causarum, à quibus fieri possunt singultus spectemus, Si enim efficiatur ob intemperiem frigidam, vt interdum fieri, & Aristot. loco citato, & Galen. in præsenti commentario tradiderunt, proculdubio retentio spiritus, qua valde calefiunt interiora, iuuat; Sin autem fiat bile, vel ab humore alio tunicam oris ventriculi mordente, tunc iuuat colluere fauces, necnõ paullisper potare, vt faciunt pueri singultiẽtes, & præsertim acetũ quo amara in pituitam desciscere, mordentemq vim amittere dicit Hipp. lib. 3. de uict: acut: tex. 37. Quod uerò dicunt aliqui contra Galenum sternutamentum singultui superueniens non esse causam solutionis eius, sed potius signum, cum indicet uaporem facientem singultum reliquisse stomacum, & petijsse cerebrum, apud me insomnium merum est, quia singultus plerumq. fit ab humore acri inhærente, atque id indicatur ex continuatione ipsius, quæ à puris uaporibus fieri nequit, accedit & illud, licet uapor ex uentriculo à cerebro trahatur, ut dixit etiam Hippoc. 4. de morbis trahi pituitam; attamen non est ille, qui uellicans cerebrum excitet ad expellendum, sed alius in cerebro contentus, & una

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 628 sur 867

©BIUM

cum aere per narium angustos meatus uehementer pulsus; unde fit sonitus; Nam ut dixit Hipp. 7. aphoris: vera generatio sternutamenti est, quod illud fit, ex capite cerebro excalefacto, vel humectato illo vacuo, quod in capite est, aer enim intus contentus foras erumpit, editur autem sternutamentum, quia per angustum ipsi est exitus, & Arist. 10 sect. prob 53. quærens cur animalia bruta minus sternutent, quàm homines, longo satis discursu, atq; etiã graui, monstrat id esse, quia homini ob figuram erectam vapores, & humores vertuntur in caput, vbi caloris beneficio in flatum conuersi, atque à cerebro per nares depulsi ducunt secum humores quos ibi reperiunt, atque per angustos locos magna vi per transeuntes, sternutum illum edũt, quem alias dixit apud Veteres habitum esse sanctum, & sacrum. Contra uerò brutis ob figuram in terram pronam uapores & humores uertuntur in armos, atque in reliquum corpus, sicque caput liberum magis relinqui, quò fit ut minus illa grauedinibus, atque destillationibus tententur, & illud admiratione, uel saltem notatu dignum est, quod in calce illius problematis scribit: aues, quia caput continuò in terram inclinatum gerunt minus, quam homines grauedinibus, ac destiliationibus tentari, sed magis quàm bruta, quod formam corporis homini similiorem, quàm illa gerant, ex quo loco, sicut & ex alijs elici potest ad euitandas destillationes maximè conducere somnum humili & decliui capite factum. Vtilis est aphorismus, quia cum singultus frequens maximam molestiam & ipsimet singultienti, atq; adstantibus afferat, nõ modò ex hac sententia intelligitur, quando sit ipsius speranda solutio, verum etiam qua ratione sit procuranda, scilicet sternutamenti prouocatione, necnon stomachi calefactione, atque etiam pulmonum, ut tussi, atq; narium pennis facta titillatione, uel in solem obturũ.

Sternutamentum, quomodo fiat.

Vtilitas Aphor.

---

14 *Ab aqua inter cute habito, si aqua per venas in ventrem defluxerit, soluitur morbus.*

VT dicebam exponens antecedentem aphorismum nullam huic cum eo connexionem accommodare scio, nisi dicere placeret, vtrobiq; Hippocratem locutum esse de curationibus, seu morborum solutionibus, quæ fiunt sponte, idest sine ullo artis, adminiculo, nam Galen. uoluit scopum hic ab Hippoc. propositum fuisse docere exemplum earum euacuationum, quæ sponte, seu nobis nihil cooperantibus cum utilitate efficiuntur, scilicet quod hydrops etiam antiqua soluatur, si aqua è uenis per aluum exeat. Sic n. dicebat Horatius.

Crescit, indulgens
Sibi dirus hydrops:
Nec sitim pellit,
Nisi causa morbi
Fugerit venis.

Connexio

Scopus.

Est itaque sententia prognostica, & curatoria cum sit ueluti documentum eius, quod fieri debet pro hydrope curanda, nullam autem rationem coniunctam habet, nequein plures partes diuidere licet. (*Ab hydrope.*) Habetur hæc eadem sententia sæpius in Coacis, primo de morbis, libro de iudicat: 7. aphor. 29.

Effusio

Effusio è venis aquæ per aluum, quà dicit curari hydropem, monstrat sermonem sibi potius de ea hydropis specie, in qua humor aquosus in venis continetur, & anasarca, hyposarca, & leucophlegmatia, aut magis propriè aqua inter cutem nuncupatur, quam vel de ascite, aut tympanitide, in quib. cum aqua cõtineatur in spacio interiacente, inter intestina, atque peritonæum, nulla appareat via, qua eiusmodi aqua possit per aluũ, aut sponte, aut etiam per medicamenta educi, atq; ita esse satis docemur ab eodem Hip. qui lib. 7. aph. 29 dixit: si à leucophlegmatia habito superueniat fluxus alui, liberatur. Cũ verò vsus sit verbo (ἐχωρέησε,) intelligendũ est, quemadmodum dicebam in superioris aphorismi explanatione, de hydrope vetusta, atque confirmata, huius enim solutionem cognoscere refert, quæ licet fieri possit, etiam per insensibilem euacuationem, vt per nisolationem, per harenam, per dolium illud Chysippi Cnidij cõmemoratum à Gal. lib. de vtil. resp. cap. 3. per frumenti aceruos, & per furnos, attàmen melior, atque securior est, quæ efficitur sensibilis è venis per aluum aquosi humoris euacuatione. Et aduertendum Hippocratem potissimum voluisse monere de vetusta, non quod etiam recens non soluatur, cum id expresse dixerit in Coacis, etiam de recente. Sed quia hoc difficilius est fieri in vetusta. (*Aqua in venis.*) Vtrum in ascite quoque, & in tympanitide contineantur succi aquosi in venis, sicut in anasarca, vt aliqui putant, ipse valde dubito, si quidem asciti, ac typanitide laborantes, plerumq; vniuersum corporis habitum adeò extenuatũ gerunt, vt vix venas habere videantur, secus aut in hyposarca, in qua totum corpus tumidum, & veluti aqua repletum conspicitur. (*Fluente*) ῥύεντος, vel vt in Coacis prænotionibus, vbi habetur hæc eadem sententia ῥᾳχέντος. Sensus est, si aqua è venis cum impetu, & affatim effluat in ventre soluitur hydrops, idest perfectè curatur: nam quod per ventrem non intelligat abdomen, sed intestina manifestum, nam hoc non esset solui, sed fieri ascitem hydropem; & notandum dixisse (*fluente*,) vt significaret debere esse motum illum subitum, & copiosum sicut 7 aphorism. 29. manifestè dicit. Sed tria hic occurrunt, paulisper aliqua examinanda, vnum est, quia videtur indigna res Hippocrate dicere morbum aquosum curari, si exeat è corpore aqua: nam quis est adeò imperitus, qui hoc non intelligat? Alterum est, quomodo è venis possit aqua in aluum trudi, atque inde effluere. Tertium est, cur hic non fiat mentio de vrina, cum tamen sic scriptum habeatur in lib. de iudicationibus prope finem. In aqua intercute detentis, si aquosus humor per uenas in aluum, aut vesicam effluat, solutio contingit, nam perinde est dicere κατὰ φλεβας, atque dicere ἀναῤῥηξα. Quòd spectat ad primum sunt tria uerba, quæ expensa omnem admirationem tollent, primum enim dicit Hippocrates ῥύεντος, idest fluente, quoniam nõ debet aqua leniter, & parũ exire, sed multa ac celeritèr exire, dicit (*è venis*), quoniam in anasarca, si aliunde exeat aqua, & non è uenis parum iuuat, dicit etiam (*in Ventrem*,) quoniam per urinam, & per sudorem quoque exire potest è uenis: sed non ita soluit morbum, quẽadmodum si in uentrẽ præcipitata exeat. Itaq; ut uera sit Hippocratis sententia, & legitimẽ soluatur hydrops oportet, ut aqua exeat è uenis copiosa cum impetu, & in uentrem trusa corpore exeat, quæ res non gustantur nisi ab ijs, qui ingenio, & iudicio ualent; Ad alterum dici uere

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 630 sur 867

©BIUM

poſſet, qđ ab Hipp. ſcriptum habetur 6. Epid. ſect. 5. tex. 2. nẽpè naturam ignotas nobis vias, & impetus, ſiue motiones ſibi parare, verũ ipſi rei naturæ propius eſt dicere, qđ ab alijs quoq; ſcriptum inuenio; Scilicet vbi venę repletę ſunt crudo, & ſeroſo humore, quaſiq. nauſeabũdę, illũ modo in carnes, & ſpacia carniũ euomũt, ſicq; leucophlegmatiam faciunt, modo per partem & poſt partẽ eundem præ repletione in ventrẽ deponunt, vnde poſtea mittitur extra atque ſic nõ modo præſens malũ tollitur, quoniã habitus corporis atq; ſimul iecur, à frigido ſucco liberati priſtinum calorem recuperant, ſicquè meliore ſanguine genito, proindequè partibus ipſis melius nutritis, fit perfecta, & abſoluta mali liberatio, id quod idem Hippocrates voluit ſignificare quando in ijſdem Coacis prænotionibus, In hydrope incipiente; Si aquoſa fiat diarrhoea abſquè cruditate ſoluit morbum; quod tam de præſente, quàm de imminente eſt intelligẽdum; hæc enim vera eſt ſolutionis, morbi cauſſa, quoniam & materia frigida, & conſequenter intemperies abolentur exeunte è corpore materia aquoſa; Circa Tertium dicendum eſt: proculdubio etiam vrinæ euacuationem copioſæ conducere ad finiendam omnem hydropem, & maximè anaſarcam, vt etiam tumores lienis à quibus oriri ſolet hydrops, vrinæ larga profuſione aboleri hiſtoria Bíantis relata 2. Epid: ſect: 2. docet, At multo frequentius, multo citius, atque ſecurius fit liberatio ex larga, & repentina per aluum effuſione, cum illa via ſit prõptior, atq; latior tum ratione ſitus, tum ratione conſuetudinis, & venarum meſaraicarum miniſterij, quę à iocinore aquoſum humorem ſuſcipientes facile ipſis inteſtinis refundunt. Hoc autem cum ſpectaſſet Hippocrates in hoc libro, in quo non niſi & ſecuriora, & exploratiora, voluit tacere vrinam, & ſolius alui fluxus meminiſſe, vt fecit etiam in Coacis, atque in ſeptimo aphoriſmorum.

Vtilitas Aphor. Eſt vtilis aphoriſmus ad prædictiones faciẽdas in hydrope, Sed ad curationem, cum ſit documentum, vt medicus debeat in hydrope curanda præſertim leucoplegmatia aluum mouere, quo natura inuitata poſſit ad illas partes humorẽ aquoſum ſuperuacaneum dirigere, atque ita & morbum præſentem finire, atq; illius renouationem anteuertere, ſic enim clarius, inde, crudo, aliiſquè hydrogogis medicamentis vti ſolemus, quamquam res plerumquè arti non reſpondere, ſicuti naturæ quotidie obſeruamus.

---

15 *Longo alui profluuio habito, ſpontaneus vomitus ſuperueniens, morbum ſoluit.*

SI antecedentia ſpectantur, videtur Hippocrates, ſcopum in multis habuiſſe nobis exempla proponendi, quib. natura ſponte ſolet malum, malo alio mitiore pellere, quod cum antea fecerit de hydrope, quę ſoluitur diarrhęa, nunc de diarrhœa ſimiliter proponit, quæ à ſpontaneo vomitu ſoluitur, Eſt aphoriſ: prognoſticus & ſimplex. (*A diarrhœa:*) Celſus lib. 2. cap. 8. Longas deiectiones ſupprimit vomitus; Quæ & qualis ſit diarrhœa, non eſt obſcurum etenim, & apud Authorem deffinitionum, ſub nomine Galeni, & apud Aretæum, propriè eſt effuſio per aluum excrementorum liquidorum, quam Celſus alui reſolutionem vertit, & Celius Aurelianus 3. acut: cap. 22. vertit alui profluuium,

Connexio.

quo

quo liquida effunduntur. Verum huiuſmodi defluxio, aut recēs, aut antiqua. In recente liquidum, & crudum alimentum excernitur ſine torminibus, in vetuſta verò promiſcua excrementa exeunt cum torminib. modo mitioribus ſi ſint pituitoſa, modo ſæuioribus ſi ſit etiam bilis commixta. Iam uerò hic Hippoc. loquitur de vetuſto, & propterea vſus eſt duabus vocibus, ſcilicet (ἐχμένω,) & (μακρᾶς,) ideſt habito, & longa, vt ſignificaret ſe loqui non tantū de ea quę longo tempore, durat, ſed etiam quodammodo inhabitum quendam eſt conuerſa, quo Auguſtum, atq; alios tàm veteres, quàm recentiores viros magnos fuiſſe extinctos, fama eſt apud Scriptores, (*Sponte vomitus*,) Quis vomitus ſponteneus ſit, neque incertum eſt, nam ſic vocatur, qui nulla arte, nulloq; medicamēto cōcitatur, ſed ſponte ipſius naturæ efficitur, (*Superuenens*:) Quia ſi ſimul fiat, vt cholera non ſolum non iuuat: ſed perniciem adfert. (*Solut fluxum*) primo de morbis vbi habetur hæc eadem ſententia ait: forti diarrhęa habito vomitus factus bonum. Qua ratione autem vomitus ſponte fiat, non eſt difficile intelligere, quandoquidem cum vomitus ſit animalibus plurimis datus, & vt dicebat Plin lib. 28. c. 4. à Canib. monſtratus primum ad explodendos è ſtomaco crudos, & prauos humores, certè tūc ſponte fiūt vomitus, quādo ſtomachus, ab aliqua re inimica laceſſitus eam a ſeſe depellere tentat, qđ potiſſimum in illis animalibus contingit, quę nimium voracia ſunt, oſſibuſquè ſpinis, alijſq. cibis durioribus veſcuntur, vnde falſum eſt, quod dixit Plinius lib 11. cap 37 ſ. ſolum hominem & canē vomere, quod ijs ſtomachus inferiore parte anguſtior, ſit. Cæterum in longis fluxibus alui fit vomitus ſpontaneus, quando humor ille ad inteſtina deſcendere aſſuetus vertitur ad ſuperiorem partē, aut expulſiuę facultatis ſtomachi debilitate, cuius facilior eſt euacuatio per partes proximiores, aut propter inteſtinorum robur, quo non facile recipit; vtor re voce recipere, quoniam inter medicos videtur conſtitutum ipſa inteſtina facultate attractrice carere, atq; ſolum recipere cum careant longis villis, vt ex anatome intelligitur: Itaque cum vomitus ſit motus contrarius diarrhęæ, nec poſſit diu natura ſuplere vtriſq. contrarijs motib. vt cholera monſtrat, in qua cum citetur ſimul & ſtomachus ad uomitum, & aluus ad ægeſtionem, aut cito finit hominem, aut cito ipſa finitur, ideo uomitu ſuperuenięte alui fluxus ſiſtitur, atq; id eſt, quod Hippocrates dicebat 2. de dięta, uomitum ſiſtere aluum, quia exiccat, ſcilicet eas humiditates euacuando per os, quæ ipſam antea humectabant, quod propriè eſt ſoluere diarrheam, ut hoc in loco dicit Hipp. Vtrum autem uomitus uomitu curetur, & fluxus fluxu, ut dicit Hipp lib. de locis in homine, & ſcriptum eſt à Gal 6 Epid: ſect: 2. com: 9. à pleriſq. dubitatū eſt, quo contraria contrarijs non ſimilib curentur, uerum ſi rectę res expendatur, fit quidem, & hoc per contraria ſi quidem fluxus, & uomitus qui fiunt repletione, curantur inanitione facta per eoſdem uomitus, & fluxus. Vt diſerti ſſimè Gal. citato loco de monſtrauit. Vtilis eſt aphoriſmus ad prognoſim, qua ſperatur ex uomitu antiquę diarrhocę curatio, & ad curationem inſtituendam, cum ad longos alui fluxus perſanandos conducere uomitiones arte factas, circa quas tamen eſt aliquid dubitandum, nam ex una parte uidetur uomitus concitandus, tum quia naturam rectę operātem debet medicus imitari, tum quia Hippocrates in Coacis præno-

Vtilitas Aphor.

Dubit.

©BIUM

cis prænotionibus dicebat: in lumborum dolore eximio, & in longa deiectione conferre elleboriſmo vomitum ciere, Sed ex altera parte in longis deiectionib. non modo inteſtina redduntur leuia, verum etiam ipſe ventriculus imbecillus, ventriculum autem imbecillum vomitu, qui eſt motus violentus magis turbare, videtur à ratione alienum. Dicendum eſt, aut ventriculum ita eſſe debilem, vt nec cibum ferre queat, aut parum debilem eſſe, ſi primo modo, ſemper ab his eſt vomitus ablegandus, vt docuit Oribaſius ex Galeno lib. 8 collect: cap. 20. ſin autem non ſit adeò debilis, tunc facilioribus erit ad vomitum ſollicitandus, atque ab Elleboriſmo cauendum. Et præſertim hoc tempore, quando nemo ita vomitui, & elleboriſmo eſt aſſuetus, quemadmodum veteres, & præſertim Hippocratis tempore, atq; Herodoti, qui ſcribit, Aegyptios ſingulo mense conſueuiſſe vti vomitu, & clyſtere. Vtilior autem cæteris in hoc caſu erit vomitus à cibo, tum quia facilior eſt, tum quia ſic pituita, atque ſuccus frigidus, qui fouent alui profluuium tutius euacuantur, quinimò non ſolum alui longi fluxus vomitu curantur, verum etiam ipſi vomitus, vt Hippocrates in lib: de loc: in homine ſcriptum reliquit, & Galen. 6 Epidem: comm: 2. tex. 9. apertiſſimè confirmauit.

---

16 *A morbo laterali, vel pulmoni habito, alui profluuium aduenies, malum.*

HIPPOC. in ſuperioribus ſuſcepit docendum, qui ſint morbi, qui ab alijs morbis ſuperuenientibus, & præſertim ab ijs, qui cum euacuatione fiunt, aut bonum, aut malum habent, & cum in antecedenti de ipſo alui fluxu, vt ab alia euacuatione ſedetur docuerit, nunc quid alui fluxus morbis acutis ſuperueniens præſertim pleuritidi, & peripneumoniæ faciat edocere intendit, vnde patet quis Hippocrates ſit ſcopus in præſenti aphoriſmo partim prognoſtico, partim curatorio. Cumque ſit ſimplex ſententia nec diuiſionem patiatur, ad mentem, & conſilium Hippocratis peruestigandam conuertemur, (*à Pleuritide*) quid ſit pleuritis & quid peripneumonia, non eſt arduum intelligere, cum apud omnes medicos conſtet, Alteram eſſe inflammationem membranæ coſtas ſuccingentis, alteram verò ipſius pulmonis; & ſicuti prior fit tum à ſanguine inflammato, & putreſcente (quam mitiſſimam eſſe dixerunt Hippoc. & Gal 6. Epid: ſect 3 tex. vlt. licet ſecus ſecundo, & tertio de morbis ſcriptum inueniatur) tum à bile alijſque humoribus, ſic peripneumonia plerumq. fieri ſolet à ſanguine bilioſo, quo ipſi pulmones aluntur, ut propterea vterquè non modò ſit acutus, verumetiam inter acutos præcipuus, quo fit vt Hippocr. hanc ſententiam de cunctis acutis prolaturus, potiſſimum hoſce duos morbos in exemplum adduxerit, quemadmodùm etiam in libris de acutorum victu non de alijs fieri acutis videtur locutus, quam de pleuritide, atque peripneumonia. (*Habito*) Galenus examinans cur Hippocr. ita locutus ſit, decernit, id quod alias etiam nos docuimus, nempe apud Hipp. hanc vocem ἔχεσθαι, ideſt haberi, & ἐχομένου, ideſt habito ſignificare eum, qui non recenter, nec ſuperficietenus laborat, ſed grauiter & tenaciter à morbo iam conſumato exercetur, nec ne-

Connexio. ſcopus.

ceſſe

cesse est, (vt putarunt aliqui doctissimi interpretes) intelligere de ijs, qui iam suppurati sunt, ac tabidi effecti, quoniam intellecta re quemadmodum censet Galenus semper est malum, etiam absq. suppuratione, imò uerò alia ratione dicitur malum, (ut ostendetur) alui fluxus, in his morbis, (*Diarrhœa.*) Iam diximus quis fluxus alui sit propriè diarrhœa, quæ sæpe solet complecti omne genus fluoris alui, siue sit humoralis, siue cibalis, ut loquuntur barbari, quis autem uere sit, de quo loquitur Hippoc. mihi uidetur accommodatæ satis explicauisse Galenus, qui scribit; cum Hippoc. hic loquatur non de qualibet pleuritide, & peripneumonia, sed de grauibus, & iam factis, signum est ob inflammationes, ità esse læsum iecur, atque ventriculum, vt hic cibum corrumpat, nec coquat, illud verò nec nutrimentum attrahere, nec illud in sanguinem conuertere sit potens (*Malum,*) vt signum, quia significat naturales stomachi, & iocinoris facultates, à quibus, ut dicebat Auerroes uniuersi corporis status dependet, ualde laborare, & consequenter totum corpus, nam Hipp. 1. de diæta assimilabat stomachum mari, quasi communicet, & recipiat mala ab uniuerso corpore, addo ego etiam esse malam causam, propterea quod vtraquè inflammatio eget ualidis viribus, quas iam à morbi magnitudine attritas multo magis à superueniente diarrhœa euerti non est dubitandum; Et quamquam iecur atq; stomachus alijs partibus patientibus non ità faciliter compatiantur, vbi tamen illarum affectus ualidi sunt, quemadmodum Hippoc. hic supponit, necesse est illa quoque compatiantur, cum vt dicebat Auerroes sint ambo veluti serui, & ministri totius corporis, imò Hippoc. 1. de diæta assimilabat stomachum mari, quod à toto corpore mala recipiat, eiquè uicissim refundat perinde, ac mare aquas, & recipit, & reddit. Quod autem dicit Hippocrates de fluxu superueniente hisce morbis haudquaquam simpliciter est intelligendum; Sed quod ille fluxus spontaneus sit, à nulla causa externa factus, veluti à cibo, aut à potu sicut animaduertit Galenus, quoniam quæ fiunt ab externis causis mala non ita sunt grauia, & periculosa, quemadmodum quæ fiunt ab internis. Sed quæri *Dub. 1.* hoc in loco iure possit, num si fluxus superueniat materia iàm concocta, æquè malus sit, si quidem cum iam iecur malè afficiatur, fluxusquè sit veluti nouus alius morbus superueniens viribus iàm fractis, haudquaquam uidetur posse utilis esse. Præterea videndum an possit pleuritis ex purgari per aluum vt videtur, 2. quandoq. Gal. dixisse, & vt experientia testatur. Dicendum est non esse quidem *Solut. 1.* ità malum, quemadmodum cruda materia existente, verum neque ipse bonus est, & certè pauci etiam euadunt, ac nisi medici prudentes sint, facile decipi queunt: Vel dicere possumus, & melius, quo ad statum totius corporis posse conferre, quo verò ad pleuritidem, nocere potius, quia cum ea solo sputo expurgetur, opus est viribus, quæ proculdubio læduntur à diarrhœa; Ad aliud dicen- *Solut. 2.* dum, posse quidem beneficio venę sine pari per dorsum perreptantis opera naturæ uias congruas uenientis ad aluum deduci materiam pleuritidis præsertim suppuratam, sed id rarissimę, & non sine periculo. Vtilis etiaphorismus in primis ad prædicendum verum iuuat, quoq; pro medicina rectè, & prudenter exer- *Vtilitas* cenda, quoniam medici ex hoc documento illud acquirũt, ut maximè caueant, *Aphor.* à medicamentis purgantibus: sed tantum clysteribus, ijsq. blandioribus agant,

nam

nam si spontanei fluxus alui adeo nocent, qui fieri potest vt prosint, qui ab arte fiunt?

17 *Lippientem, alui profluuio corripi, bonum.*

Connexio. ILLVD perspectum vnicuiq. esse potest, Hippoc. in antecedente aphorismo docuisse fluxum alui superuenientem aliquando nocere, nunc autem velle docere eundem aliquando conferre, atq; hoc exemplo Ophtalmiæ potiùs ostendere voluit, vt intelligatur si oculi, qui sunt remotissimi ab aluo beneficium ex eius fluxu capiunt, quemadmodum quotidie experimur, multo magis idem sperandum, quando aliæ partes propinquiores malę afficiuntur præsertim à fluxionibus, atq; inflammationibus cuiusmodi est ophtalmia, quæ etiam in *Scopus.* eo conuenit cum pleuritide, & peripneumonia, quod & ipsa sit, vt malę inflamtio, quasi verò velit Hippocrates docere inflammationibus alui fluxum superuenientem modo vtilem, modo inutilem esse, atque hæc de connexione, & scopo præsentis aphorismi, quem non est dubitandum, sicuti simplex, atq; indiuisibilis est, ita quoq; ad partem prognosticã pertinere, maximeq; ad curãdos ægros pertinere, (*Lippientem,*) quam Græci nuncupant, ὀφθαλμίαν Celsus, & latini elegantiores lippitudinem appellant, nam dicebat Celsus lib. 2. cap. 1. hunc aphorismum designans, (*omnisque deiectio lippienti prodest.*) Verum Græci habuerunt duas voces diuersas, scilicet Ὀφθαλμιῶντας, ideſt laborantes ophtalmia, & ὀφθαλμιᾶν, ideſt curantes ophtalmiam sic enim vocabant medicos curandis oculis tantum vacantes, vnde Martialis libro octauo deridet quendam, qui fuerat medicus ocularius malus, & post euaserat hophomacus his uersibus.

Hoplomachus nunces: fueras ophtalmicus ante.
Fecisti medicus, quod facis hoplomachus.

Hippocrates autem eundem scripsit, tum in libro de iudicationibus, tum in Coacis prænotionibus, in quibus tamen addit vocem (ἀποτάυματε,) ideſt sponte naturæ, nam quæ fiunt ab erroribus vitæ alui profluuia haud ita conducunt: Vnde malæ Celsus transferens aphorismum dixit: omnisque deiectio lippienti prodest, inter quas tamen ex errore deiectiones haudquaquam sunt connumerandæ deiectiones factæ à medico κατὰλόγον, ideſt secundum rationem operante, imò uerò dicit Galenus hoc esse exemplum ab Hippocrate propositum eorum, quæ salubriter ab ipsa natura fiunt euaçuationum, & reuulsionum, quas imitantur medici clysteribus, atque medicamentis purgantibus; Cęterum uidere oportet quo pacto alui fluxus adeò iuuet lippientes, & quomodo dicat Hippocr. esse bonum, an solum vt causa quemadmodum censuit Gal an verò etiam, vt signum. Et quod pertinet ad primum illud statuendum est ophtalmiam, seu lippitudinem propriè esse oculorum inflammationem, hoc est abnatæ tunicæ, fit autem à plerumq. tum ab antecedenub. destillationibus acribus, atq; mordacibus, quæ faciunt pruritum & consequenter ægros ad fricationem adigunt, tum maximè à sanguine bilioso, & ichoroso transmisso ad oculos potissimum à iocinore incenso, atq; interdum etiam à toto corpore nimium repleto, id quod etiam Aristoteles censuit 1. sect: prob. &.

vbi

ubi dicebat talem ęstum naturę esse lippitudinẽ in oculis, qualis est febris in toto corpore. Est autem apud Hipp. triplex ophtalmia ῥεώδης, ξηρὰ, & φθινώδης; prior describitur optimę ab Hippoc. 1. Epid. sect. 2. tex. 6. ubi summatim docet eam esse, quę multam humiditatem mittit acrem, & mordacem ob quam Aethiopibus lippientibus exulcerari oculos scribit: Alex. 1. probl. 77. Secunda uero est in qua licet aliqua humiditas manet, ea tamen exigua est cum pruritu, & Celsus dicit esse cum lemis siccis de quibus Hipp. 3. aphor. 12. sect. Tertia est quæ docet extenuationèm, atq; tabem oculorum de quibus Hippoc. 3 aphor. 16. De prima, & secunda loquutus est Hipp. quam secundam fieri à bile, & pituita salsa aere sicco auxiliante testatur Galenus, qua etiam laborauit Horatius Poeta cum hæc sit diuturni. Sed illud obseruandum non semper lippitudinem apud Latinos hunc morbum designare, sed fluxiones simplices, & lachrymarum vrentium quodammodo copiam, ob quam etiam visioni detrimentum aliquod accedit, sic enim sonat prouerbium illud *(lippis, atque tonsoribus notum)* talisquè erat morbus quo laborabat Horatius, qui sæpę seipsum vocat lippum, & qui cum esset apud Augustum cum Virgilio laborante asthmate, quidam dixit tunc Augustum fuisse inter lachrymas, & suspiria: Cum igitur talis sit uera ophtalmia, procul dubio iuuat alui fluxio, vel quia fluxiones capitis eo diuertunt, & oculos illæsos dimittunt, vel quia materia, quæ ad oculos ferebatur, aut à toto corpore, aut à iocinore abducitur ad aluum, priusquam oculos petat, hoc faciente natura, & facultate expultrice iocinoris, aut aliorum membrorum stimulata qualitate, & copia materiæ, quam potiùs ad locum proximiorem & decliuem mittit, quo citius, & facilius sese exoneret, Vtrũ autẽ quælibet lippitudo, scilicet tàm inflammatio, quàm fluxio cum rubore sit cõtagiosa dubitari posset, nisi hæc res diffinita haberetur, ab Arist. 7. sect probl. 4. & ab Alex. 1. probl. 33. & 2. lib probl. 39. vbi quærens quomodo lippitudo sit contagiosa longo satis, & diserto sermone videtur statuisse summatim, propterea lippitudinem esse contagiosam, quia visorij spiritus corruptis dũ sanos oculos acrius intuentes attingunt, eos facile polluunt, atque similem morbum ipsis immittunt, contra verò sanum corpus, non afficere lippientes, quoniam sanitas est quædam temperies, lippitudo intemperies immodica, iam verò imbecillior, non potest afficere fortiorem: sed viceuersa. Ad secundum verò Galenus clarissimis verbis dixit, vocem (ἀγαθόν) dumtaxat, esse interpretãdam de caussa, eo quod vt explicatum est antea, fluxio alui euacuet eã materiam, quę alioquin, missa ad oculos foueret, atq; augeret ophtalmiam: ego verò nõ video cur etiã non possit esse bonum signũ, quandoquidem ex eo cognoscitur, naturam esse robustam, atque bene operantẽ, quippe quæ deflectat materiã morbificam à loco nobiliore, ad ignobiliorẽ; accedit etiam & illud ex hoc fluxu significari optimũ euentũ ægritudinis, ut propterea uere sit aphorismus inter dogmata progn: recẽsendus, Qui etiã vtilis magnopere est ad ipsam curationẽ instituendã, quandoquidem medicus instruitur, ad id qđ facere debet, s. per aluum diuertere clysteribus, atque medicamẽtis. Sed hic locus postulat, vt uideatur numquid sanguinis etiam euacuatio pro ophtalmiæ curatione cõpetat, atq; eo maxime istud uidetur esse decernendũ, quoniã communiter medici, ubi oculi inflammantur solent ad san-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 636 sur 867

©BIUM

guinis missionem confugere, quæ in omni inflammatione, & præsertim dolori iuncta, ut est ophtalmia semper phlebotomia vnicum præsidium à Galeno semper est reputata. Itaq; pro resolutione huius rei non minus necessaria, quam vtili, dicendum esse puto duas esse ophtalmiæ species, aliam siccam, de qua etiam Aristot. locutus est loco citato primæ probl: sect: in qua scilicet nulla fluxio effatu digna apparet: sed sola rubedo, tumor, atque dolor, aliam verò esse humidam, in qua præter alia dicta adest, quoque materiæ calidæ, & rodentis affluxus, quod enim sicca lippitudo fiat sine humore Arist. secutus Hippocratem dixit 1. probl. 9. & 12. vbi ab æstate, & autumno siccis, & aquilonaribus fieri aridas lippitudines scripsit, quoniam humores consumuntur saltem crassiores, quo fit vt vel nullis, vel tenuibus & biliosis existentibus in capite humoribus succedant lippitudines siccæ, hoc est sine multo, atque crasso humore. Si igitur ophtalmia sit arida plane non conuenit sanguinis missio, imò verò, nec alia purgatio, sin autem humida sit & cum signis sanguinis exuberatis, & cum dolore, sanguinis missio valdè conuenit, præsertim gratia doloris, atque diuersionis; Sin verò puri sint humores pituitosi, atque etiam biliosi purgatio potius prudenter administrata, quam sanguinis missio conuenit, & de hac Hippocr. lib. de visione. At in illa missione sanguinis illud est obseruandum, quod monuit Gal. lib 13. meth. c 19. in cuius fine dicebat cucurbitã in occipite defixam efficax esse remedium ad oculorum fluxiones, expedire tamen, vt prius totum corpus euacuetur, quoniam si refertum sanguine corpus sit, in quacumque parte capitis cucurbitam defixeris, totum ipsum implebis. Itaque sic statuendum est, vbi sit humida lippitudo, & præsertim sanguinea, vtrumq. modum detrahendi sanguinis conuenire, ad retrahendum, & exiccandum, qua etiam ratione febrem ipsi ophtalmię superuenientem conducere rationi consonum, atque ab Aristotele significatum est, quippe qua humores lippitudinem efficientes consumi rationi consonum est, illud sanæ pariter est verissimum, quod habetur apud Platonem, circa initium Charmidis, scilicet non posse curari oculos nisi capiti prospiciatur, nec huic prospici sine totius corporis curatione; illud quoq; vtile est scire, quod scribit Alex. 2. probl. 33. nempè maximè prodesse si lippienti caput vsque ad cutem tondatur quoniam sic vapores, & humores mali causæ diffl antur, atque dissipantur.

---

18 *Vesicâ discissa, aut cerebro, aut corde, aut septo transuerso, aut aliquo ex tenuioribus intestinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale est.*

EGO certę pro connexione presentis aphorismi cum superiore aliud dicere nescio, quàm Hippocratem sibi proposuisse lectores exercere in cognitione prædicendi in quocumq; morborũ genere, ac propterea in præsenti quoque illud agere in morbo solutę vnitatis, habita ratione partium solutarũ, siquidẽ non modo secundũ ipsius affectus magnitudinẽ, atq; prauitatẽ uariãtur prognostica, verũ etiã secundũ cõditionem atq; dignitatẽ ipsarum partiũ adeo, vt scopus verus Hipp. sit quem dixi, & sententia presens tota sit prognostica, quæ licet

licet longiuſcula ſit ęgrè tamen poteſt in plures partes ſecari, niſi placeret, quot uerba ſunt, tot particulas facere, quod opus immenſum, & nimis alienum eſſet. (*Veſicam inciſam.*) Veſicam eſſe corpus ex duabus ſatis ſolidis membranis conflatum, ipſa autopſia perſpicuũ fit, ſicut etiam nemo eſt, qui ignoret eam eſſe inter membra ſeminaria non poſtremam, quando etiam in ipſo utero haud ſecus humorem ſuperuacaneum ſeroſum totius corporis ſuſcipit, atq; extra uterũ: hęc uerò ratione conſtitutionis proprię, ita eſt comparata, ut tam ab externis iniurijs quàm ab internis poſsit inflammari, diuidi, lacerari, atque ulcera pati, cumque ſit corpus ſuaptę natura ſiccũ, & duriuſculum, fit ut ubi paſsa eſt ſecundum ſui corpus uulnus aliquod, aut ulcus difficiliter partes ſolutę poſsint iterum uniri, & coaleſcere, eò quod humido illo cõtinuatiuo careat, quod ipſi refici nequit, quia ſit pars ſeminaria: Et quamquam Ariſtot. 3. de hiſt: animalium cap. 15. teſtatus ſit ſe ſcire aliquando ueſicam inciſam fuiſſe conſolidatam, cenſet tamen id raro contingere, & quod rarum eſt minimę obſeruari debere, præterquã quod forſan, quod uidit Ariſtoteles, fuit non in corpore ipſius ueſicæ: ſed in collo appellato, quod cum ſit carnoſum, proculdubio eius uulnera conſolidantur, ut quotidie ſpectatur in ijs quibus calculi è ueſica per colli ipſius inciſionem eximuntur, quamquam id quod Galenus dicit etiam ueriſsimum eſt, nempe corporis ueſicæ ſi una tantum tunica ſcindatur poſse coaleſcere, uerum ſi ambas uſque ad ipſum ſpacium penetret inciſio, haudquaquam ſanari, & coaleſcere poſsunt, de quibus, ſcilicet de magnis ipſius inciſionibus eſse Hippocratem locutum uox ipſa διαχοτή ſignificat, ut rectè Galenus adnotauit non ſolum in hoc commentario uerum etiam alibi; Cauſsam uerò huiuſcemodi difficultatis non tantum conſtitutioni ipſius ueſicæ tribui debere cenſet Galenus, quantum quod medicamenta applicari nequeunt, ſicut applicantur externis partibus, quamquam author libri de læthalibus uulneribus, ſiue ſit Hippocrates, ſiue alius quiſpiam, etiam hæc uulnera pro medicamentis acceptis intus medicari aggreditur; At præter has rationes, eſt alia quoque non aſpernanda, nempe, quod veſica ſemper urinæ aliquid in ſe recipit, & continet, unde vulnerum conſolidatio impeditur, quæ & quiete, & exiccatione opus habent, Atque hæc ſententia, etiam confirmata reperitur ab Hippocr. 2. prorrhet. primo de morbis, & in Coacis prænotionibus hoc eodem libro aphoriſ: Sequenti ſicut à Celſo libro quinto cap. 26. & à Paullo Aegineta libro ſexto cap. 88. (*Vel cerebrum*) Cornelius Celſus loco citato dixit (Baſis cerebri) tum ut adnotaret, non ſuperficialia vulnera cerebri eſſe læthalia, ſed profunda; nam vt ipſemet Galenus teſtatur etiam abſciſſas, nedum inciſas cerebri partes haud attuliſſe interitum, fuit obſeruatum, nec opus erat, ut ipſe, & Pelopem teſtem, & alium in Smyrna lonię produceret, quandoquidem omni tempore aliquod huiuſmodi exemplum habetur; quamquam quod refert Gal. præſertim de iuuene in Smyrna, fuit vulnus ſecundum cerebri ventriculos, vt ipſemet narrat octauo de vſu partium cap. 10. cauſſa verò cur cerebri vulnera ſint adeò lęthalia eſt, tum ob copiam membranarum, quib. circumquaq; obductũ eſt, tum quia cũ in ipſo principiũ ſit neruorũ, ſequitur ut hoc ſemper coafficiatur, ſicq. ęgri modo conuellãtur, modo reſſoluãtur, ac demũ intereãt. (*Vel cor.*) Etſi cor, vt dicebat Hip. 4. de mor: ſit à natura

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 638 sur 867

©BIUM

ex duriſſima quadam ſubſtantia conflatum, ne ſcilicet facilè læderetur, & quo poſſet irrequieto motui ſufficere cum ſit viſcus omnium maximè vitæ animalium, & vtile, & neceſſarium, attamen illud etiam habuit, vt nullum grauem affectum, ſuſtinere poſſit, quin ſtatim necem afferat, vt dixit Ariſt. 3. de partib: animal. cap 4. & lib. 4. cap. 2. vbi dicebat in hoſtijs numquam viſum eſſe cor ſic affectum quemadmodum alia viſcera, ſcilicet iecur, atque pulmones, in quib: quandoquè inuentæ ſunt cicatrices, Galenus quoque lib. 5. de loc: aff: cap. 2. dixit: nullum affectū in corde grauē poſſe ad augumentū pertingere, quin ſtatim is inchoans occidat, imò verò habet hoc peculiare cor, vt etiam in hoc comm: teſtatur Galenus, quod vulnera ipſius neceſſariam mortem inferāt ſecus, quam alia commemorata, ſiquidem, & ſanguis, & ſpiritus in ipſo ſtatim inflammantur, & conſequenter calor natiuus cuius id fons eſt. extinguitur. (*Vel ſeptum tranſuerſum,*) hoc membrum alias diaphragma vocatum veteres, & præſertim Hippoc. nominarunt Φρένας, non quod exiſtimarent in eo eſſe mentem locatam, vt malè putarunt aliqui, ſed quia ipſo violato protinus compatitur cerebrum, aut cor vt ait Ariſtot. 3. de part. animalium cap. 10. atque mens offenditur, vt obſeruatum ſit nonnullos ibi ſauciatos ſtatim riſiſſe, quemadmodum teſtatur Hippocr. 5 Epidem: circa finem de Tychone in Obſidione Dati, qui in in præcordijs catapulta vulneratus riſum emiſſit, ac tandem implacidus, atque conuulſus perijt, qđ etiam alijs euenisſe ſcribit, Ariſt. 3. de partib. anim. cap. 10. niſi ibi Hippocr. locum ſignificare voluerit, vbi etiam calori, atque titillationi cauſſam riſus tribuiſſe videtur cum potius mentis errori videatur adſcribenda, Cauſſa autem cur præcordiorum vulnera, vel exigua ſint vſque adeo exitioſa, eſt quia eſt principium vitæ toti corpori, & quia motu æterno cietur, quo fit vt quilibet vel minimus affectus ſtatim incrementum ſuſcipiat, quod minimè tolerare poteſt, quod quoq; dicendum eſt de ſepto tranſuerſo, quod non modo diſciſſum non ſolidatur quia ipſius ſubſtantia eſt tota neruea, verum etiam quia & ipſum perpetuò mouetur, motus autem omnibus vulneribus, & vlceribus, quibuſuis valde aduerſatur. (*Aut aliquod inteſtinum,*) Cur Hippocrates in ſolis inteſtinis appoſuerit particulam (τὶ, ideſt aliquod) non eſt arduum cauſſam cognoſcere, ſi quidem cætera viſcera commemorata vnica ſunt, Inteſtina autem plurium generum, quorum infima, eadem craſſa vocata crebro ab vlceribus liberantur, quoniam ferè carnea ſunt, vt propterea vniri, & coaleſcere facilius cæteris queant, tenuia verò, & præſertim ſtomacho proximiora uix, vmquam vulnerata poſſunt ſanari, ob ſubſtantiæ ipſorum neruearn conſtitutionem, ſed eſt & alia communis omnibus cauſſa, ſcilicet quod inciſa admittunt ciborum excrementis exitum per vias non naturales, & cum iugiter per ipſa tranſeant eadem excrementa fit, vt ab ijs continuo irritata ſanationē non admittunt, & fabulę aniles ſunt quas nonnulli recitant, nimirum viſos eſſe quibus non tantum perforata ſunt inteſtina, uerumetiam pars eorum aliqua penitus exciſſa. (*Aut ventriculum,*) haud ſecus, & ſtomachi vulnera ſunt inſanabilia ſi ſint magna, & profunda propter nerueam ſubſtātiam, atq; cum cerebro communionem, qua fit ut ipſis interdum à ſolis humoribus acribus, ac venenis corrodentibus dilaceratus immaniſſimos cruciatus, atque conuulſiones inducat

cat verum eſt, & altera ratio, quoniam cum toti corpori paret nutrimentum, intar coqui, vt dicebat Auerr. ſi quando vlceratur, ita ut perforetur, pars cibi exit per illud foramen, pars verò retenta, nec coqui, nec præparari poteſt, quò fit, vt corpus nutrimentum orbatum diù ſupereſſe non poſſit, cuius rei exemplum habetur tum in 7. Epid: tum in fine quinti lib. eorundem de Ariſtippo, qui cum à ſagitta grauiter fuiſſet in ventriculo vulneratus præter alia horrenda ſymptomata, & cruciatus illud, quoq; habebat, vt nihil infra ſecederet, ex quo ſeptima die extinctus fuit. (*Vel secur*) certum eſt, atq; etiam ab Ariſtotele, & alijs teſtatum, viſas aliquando eſſe hoſtias, & capras, in quorum iocinoribus inuentæ ſunt cicatrices, quæ poſt vulnera remanſerunt: ſed erant illæ potius ſuperficiales, quam profundæ, nam vbi partes intimiores ſcinduntur, neceſſariò quoque magna pars venarum pertunditur, quibus pertuſis tanta ſanguinis copia effunditur, vt neceſſariò cita mors, & certa adueniat, atq; hinc eſt, quod cuidam ſecundum hepar vulnerato narrat Hippocrates 7. Epid: ſtatim oculos eſſe factos cauos, totamq. faciem cadaueroſam, & eadem die perijſſe Auicennas tamē narrat cuidam fuiſſe partem iocinoris abſciſſam, & ſuperuixiſſe, quamuis poetę fabulentur Titio Coruum continuo iecur exedere, quod cōcupiſcentiæ cuius domicilium eſt iecur, nimium addictus fuiſſet, (*Mortale*) hæc uox, ut optimè dicit Galenus initio commentarij interdum ſignificat id, quod neceſſariò ſignificat, aut infert mortem, interdum quod id facit non neceſſariò, neque ſemper, ſed ut plurimum, utro autem modo acceperit Hipp. inquit incertum eſſe, ego verò puto utroq; modo accipi poſſe, ità ut in aliquibus, quorum vulnera non ſunt adeò lęthalia, accipiendum ſit vt plurimum, in aliquibus uerò, ueluti in corde accipi debet, ut ſemper, atque neceſſariò, quod quia ſic eſt, merito Hipp. indefinitum reliquit, neque tamē ob hoc Galenus ipſum criminatus eſt, quemadmodum ipſi nonnullos impoſuiſſe uidetur, Sed: Circà hanc ſententiam duo *Not.* oriūtur examine aliquo digna, vnum eſt, quia vulnera ſolent duob. modis conſolidari, vt prę cęteris habetur ab Aui: 4. 4 c.p. & ab alijs chirurgicis, vno per primam intentionem vocato, quæ eſt ita membrum counire, vt ad priorem vnionis ſtatum redeat, alio per ſecundam intentionem, hoc eſt generationi calli, aut pori, qui ita colliget, & vniat partes diſciſſas, vt ſi non ad priſtinam reuertantur vnionem, aliquam tamen aquirant, quæ loco illius ſupplere ualeat. His itaque duobus modis unionis exiſtentibus dignum eſt conſideratione, an quando Hipp. & alij negant huiuſcemodi partib. vulneratis unionem, intelligendi de prima intentione, an uerò de ambabus, quaſi nullo modo poſſint reconſolidari, ac propter id ſauciati neceſſariò intereant, Alterum conſideratione dignum *Not.* eſt, quoniam Corn: Celſus lib. 5. cap. 26. enumerans, quæ vulnera ſint lęthalia, recenſet inter ipſa renum uulnera, uenarum, & arteriarum magnarum circà fauces, ac ſpinalem medullam; Lienem uerò, ueſicam, uterum, craſſiora inteſtina, ac cerebri membranas uulneratas, in magno periculo ſtatuit. Ad hæc non deſunt, qui alia etiam uulnera mortalia proponant, ut ueſicæ fellis, cordis capſulæ, pulmonis, lienis, & medullæ dorſalis, quod ſi uerum eſt, cur Hippocrat. tantum ſeptem meminerit, prætereà 2. prorreth. enumerans uulnera læthalia, dicit eſſe magnarum uenarum, quæ ſunt in collo, & inguinib. nec non

cerebri,

©BIUM

cerebri, iocinoris inteſtinorum, & veſicæ, cordis non meminit, imò nec cuncta ità dicit eſſe mortalia, vt effugi mors nō poſſit, & paullo poſt enumerans, quib. ſit adhibenda medicina, & quibus non, videtur non omnia prędicta vulnera facere inſanabilia. In Coacis pariter prænotionibus, aliqua adijcit, quæ hoc in loco nō ſunt cōmemorata, cuius diuerſitatis rationē inueſtigare, nō erit opus inutile. Quantū itaq; ſpectat ad primū, id certo determinādū eſt, perinde eſſe dicere aliqđ vulnus non conſolidari, atq; dicere eſſe mortale, quoniā quæ nullo modo cōſolidātur, hoc eſt, neq; per primā, neq; per ſecundā intentionē, proculdubio ſemper mortē, licet modo tardiorē, modo celeriorē inferunt. Quę itaq; Hip. vult vulnera eſſe propriè, & ex neceſſitate lęthalia, ſunt quę nullo ex duob. modis poſſunt vniri, cuiuſmodi ſunt viſcerū prędictorum magna, & profunda, quippe quę priuſquā ullo modo vninatur ad exitium perducunt, quēadmodū quæ per ſecundam intentionē coaleſcunt, aut mortē non afferunt, aut ſaltem valde eam retardāt, ſicuti loquitur Auic: 4. quarti, c. 1. quando ſcribit aliqua ex ijs vulnerib. prædictis curari: Circà ſecundū illud ad memoriam reuocandū eſt ſummatim, quod explicatius dixi, quatuor ob cauſas vulnera aliqua eſſe mortalia, vel neceſſitate Officij, vt in pulmone, & ſepto trāſuerſo, vel præſtantia naturæ, & vitæ cōmunicatione, ſicut in corde, & cerebro, vel profuſione ſanguinis, veluti quādo iecur, aut uenæ, arterięue magnę, quas craſſas nuncupare conſueuit Hippoc. vel ſymptomatū immanitate, quę ab vulneratis ſuſtineri nequeat, uti contingit, vbi aliquæ partes neruoſæ, & magni momenti vulnerantur; Hæc autem omnia cum potiſſimum comperiantur in partibus hic ab Hippocrate commoratis, non eſt mirum ſi de ipſis ſolis loquendum ſibi putauit, alijs vel ſub hiſce ſeptem comprehenſis, vel prætermiſsis, quæ non ita prædictas cauſſas in ſeſe gerunt, & quas nominauit Hippoc. alibi, vt in Coacis, & in ſecundo prædictionum, quoniam nō ita prę eſſe, & veraciter ſcripſit, quemadmodum in libr. aph. in quo licet non ſeruet ordinem, vt in præſenti aphoriſmo nominando prius, quæ ſunt magis læthalia, vt cor, cerebrum, iecur, deinde quæ minus, veluti ventriculus, inteſtina tenuia, ſeptum trāſuerſum, & veſica, nil refert, quādoquidem Hipp. interdum quidem: ſed non ſemper huiuſcemodi ordinem, contempſit; Cęterum reſtat illud perquirendum, an ſicut vulnera prędictarum partium ſunt lęthalia, ſic quoque, & vlcera ſint, quæ res breuiter hunc in modum eſt diſſinienda, vt dicamus, ſi celeritatem mortis attendamus, proculdubio in cæteris data paritate vulnera ſunt grauiora, quia multo ocius perdūt, ſin autem acritudinem mortis, ſæpius vlcera ſunt læthaliora, quia licet paullatim ſerpant, tanto magis ad interitum ducunt, id quod uoluit Hippocrates innuere, in libro de locis in homine, vbi dixit difficiliores curatu eſſe antiquos morbos recentibus ob idquè vetuſtos eſſe faciendos recentes: Vtilis autem eſt aphoriſmus in primis ad prędictionem faciendam, ſubinde uerò ad inſtruendum medicum quę uulnera curanda ſuſcipere debeat & quę non, id quod nos docere Hippocratem ſecundo prorrethicorum iam dixi.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 641 sur 867

©BIUM

19 *Cum diſciſſum fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis, vel præputium, neque augetur, neque caleſcit.*

Connexio. Scopus.

IN Antecedenti aphoriſmo de vulneribus læthalibus locutus eſt, nunc verò de ijs loquitur quæ mortalia, licet non ſint, haud tamen ad priſtinam vnionem redeunt, vt hinc manifeſta ſit, & connexio cum præcedente, atque Hippoc. mens: Eſt verò dogma partim phyſicum, partim prognoſticum, nec commodè, in plures partes diuiſibilis, niſi placeat quot ſunt verba, tot particulas facere. *(Diſciſſum os.)* Quod Hippocrates vocat ſua lingua διαχοπεν, nos dicimus diſciſſum, & Galen. in commentario docens, quę proprię dicantur διαχοπέντα, inquit hæc differre ἀπὸ τ̃ διχρημένων, quoniam diuiſa propriè ſunt illa, quæ habent diuiſionem, eiſq; ad ſui ipſius finem peruenientem, ita vt ex vna vere fiant duæ partes, diſciſſa verò quæ non habent ita penetrantem diſiunctionem, Primum itaq; ait vbi os huiuſmodi diſciſionem patitur, neque augeri, neque colligari, ſeu coaleſcere: Galenus autem quid ſit apud Hippocratem augeri, & quid conglutinari docens ait primum eſſe, quando eiuſdem generis caro regeneratur, cuius erat ea, quæ ſublata eſt, ut in cauis vlceribus conſpicitur, quæ vbi ſanantur, non alia ratione id fit, quam qđ cauitas eadem ſubſtantia repletur, qua conſtabat antea. Coaleſcere verò eſſe, ait cum labra partium diſciſſarum inter ſe conglutinantur, atque conglutinata manent. Itaque quod os, & chartilago, non augeantur non ſolũ manifeſtis experimentis conſtat, verum ẽt euidenti ratione comprobatur, quandoquidem, hæ ſunt partes ex ſemine genitę, quę cum nullam ſimilem ſubſtantiam habere poſsint, proculdubio nihil ſimile generari poteſt. Cęterum an verũ etiam, qđ nequeant coaleſcere dubitatũ fuit antiquitus, quoniam nonnulli videntes oſſa, & chartilagines diſciſſas ſimul iungi, putarunt illarum labia ſimul eſſe iuncta, ac propterea coaleſcere, & conglutinari dixerunt, verum hos confutauit Galenus, quod licet videantur, hæc conglutinari, haud tamen eſt uera conglutinatio, Sed eſt quędam appoſitio à calloſa materia circum ſita ſibi facta, vt apparet, quando cadauera ſecantur, quę habuerint oſſa fracta, in quibus apparet fractionis oſsis fundus cauus, & diſsitus, circa fracturã verò callus obductus, qui partes ſuo loco continet, ne dimoueantur; Nam cum natura ſalutis hominũ ſtudioſa partes ſeminarias regenerare nequeat, deficiente ſibi materia apta, loco eius ex materia craſſa, & terreſtri, & glutinoſa fabricat, quandam ſubſtantiam, quæ parti diuiſæ & fractæ circum oblita, deinde indurata inſtar glutinis cuiuſdam eam detinet, haud ſecus, atque fabri faciunt, qui diſciſſas tabulas medio glutinis vniunt, ita vt vnitæ firmiter detineantur, quod pariter in ipſis laterib. conſpicitur, atque etiam lapidibus, Verum tamen etſi quę dixi veriſsima ſint, non tamen id eſt perpetuum, nec ſimile contingit in cunctis corporibus, atque ætatibus, nam corpora mollia, vt puerorum cum habeant etiam ſolidas partes ſatis teneras, atque molles, multo facilius conglutinãtur, imò verò regenerãtur, quàm in ipſis ſenib. eò qđ ſint proximi, nariuitati, parteſq; ipſius ſint veluti cereę, quò fit ut inſtar cerę fingi, & ſimul iungi poſsint Galenus teſtatur 6. lib. meth. cap. 5. Hęc omnia dicit Galenus, atque etiam alij

inter-

©BIUM

interpretes, Verum circà hoc oritur dubitatio an, ſcilicet uerum ſit partes ſeminarias, ſiue ſolidas non poſſe regenerari, atq; uere coaleſcere. Nam Gal. lib 1. de ſem: cap. 13. teſtatur ſeſe uidiſſe in capite, atque in alijs partibus regeneratas eſſe multas, atque magnas arterias, imò ubi cauæ replentur ulcera noua carne, neceſſe fiant uenæ, quæ poſſint carnis generationi, & auctioni inſeruire, ſunt autem uenę, atque arteriæ partes ſolidę, & ſeminariæ, ad hæc dentes uidemus regenerari: Ex altera parte neque ſemen reficiendis, & nutriendis partibus ſolidis in corpore ſufficere uidetur, neque ſi demus ad eſſe, uirtus generans ceſſat operari poſtquam fœtus eſt perfectus, ut ſapientum omnium ſententia eſt, experientia quoque confirmata, quamquam non deſint, qui eam toto tempore uitę in membris conſeruari dicunt pro neceſſitatib. occurentibus, ut uidetur comprobari ex ipſis dentibus, qui etiam in extrema ſenectute generantur, ut Ariſt. 3. de gener: animal. cap ult. necnon Galen. & omnes teſtatur. Quid igitur ſtatuendum eſt, illud primo ſupponi oportet, uirtutem nutritiuã, augentem, atq; generantem, unam atque eandem eſſe, ac propterea ſicut una toto uitæ tempore remanet, quę eſt nutritiua, ſic par eſt alias, quæ uidentur diuerſæ, nec ſunt, ſupereſſe; at cur una æterna ſit cum copore nempè nutritiua, ſiquidem tamdiu uiuunt animantia, quamdiu nutriũtur, ſunt tres potiſſimum. Cauſa una eſt, debilitas facultatis hoc eſt caloris natiui, cum enim maior uigor requiratur, ad generandum, atque augendum, hinc fit, ut nutriri quidem poſſint animantia donec uiuunt, non autem generare, & augeri, quę eſt etiam ratio, quod ſenes non generent, ob debilitatẽ virtutis generatiuę, & caloris, licet alioquin ſemine haud careant, Alia ratio eſt paucitas materiæ, quia in membris ſolidis remanet, quidẽ materia ſeminalis, vt videtur voluiſſe Galen. 1. de ſem: cap 73. attamen illa exigua eſt, nec ſufficiens, & apta regenerandis omnis ſpecici mẽbris ſolidis. Tertia cauſſa eſt durities ipſa membrorum contracta, quo fit ut pauca materia, à debili facultate nequaquam poſſit in duram ſubſtantiam cõuerti, & quamquam dentes qui ſunt partes duriſſimæ, ita vt neque igne domari poſſint, quemadmodum Plinius dicere ſolebat, id fit propterea quod ut ait Ariſt. 5. de generat: animal: cap. vlt. Locus dentium caliditſimus ſemper eſt, & maximè in puerulis, quo fit, ut ijs qui ſunt vel natura, vel exercitatione, & fricatione, aut lactis calidioris vſu ijs in partibus calidioribus, citius quoque erumpant dentes. Quod porro aliquæ partes facilius alijs augeantur, & coaleſcant, complures poſſunt eſſe cauſſæ, unã eſt mollities, qua fit, ut calor facilius poſsit nutrimentum conuertere in ſubſtantiam reſtaurandam. Secunda eſt facilitas, uel aptitudo nutrimenti in ſubſtantiam conuertendi, vt fit in carne, quæ omnia deſiderantur in partibus ſolidis, & preſertim in oſſe. (*Vel neruus,*) quod dixi de oſſe & chartilagine, idem quoq; dici poteſt de neruo, quamquam illud ueriſimum eſt, ex enumeratis ab Hippocrate, nullum diſciſsum reſtaurari difficiliusipſo oſſe, propter quod etiam iure ab Hipp. 1. loco eſt commemoratum; neruus autem femoris, quod in lucta Iacob. cum angelo fuit ipſi percuſsus, ita ut emacruerit, & ſubito claudicare fecerit, haudquaquam diuiſio, aut diſciſsio fuit, alioquin haud ita cito à claudicatione fuiſſet liberatus. (*Aut gena vel præputium,*) Galenus reddens rationem cur hę duę partes diſciſsę nequeant coaleſcere, ait eſſe quoniam ubi

diſcea-

diſcinduntur labia ipſorum ſtatim longè, lateq́uè diſtant eò, quod & neruoſa, atque tenuia ſint: Ariſtot. autem ſecundo de partibus animal. cap. 13. dicit non coaleſcere præputium, & cilium, quia cutis eſt ſine carne. Verum & ſi hoc de gena facile concedi queat, haud ita tamen de præputio videtur affirmandum, quandoquidem ſæpę videmus præputium etiam inuitis, medicis, vbi ſcinditur coaleſcere, quinimò experientia compertum eſt, interdum partę, ipſius penitus abſciſſa nihilominus coaluiſſe prępurium, ità vt fuerit neceſſe ſæpius abſcindere, vt mihi Romæ contigit in quodam iuuene, qui cum haberet occluſum præputium, neceſſe fuit amputare, & iterum animi coaleſcebat. Veteres quando infibulabant cătores, ne vſu Veneris vocem deprauarēt, fibula adempta ſine labore foramina occludebantur: Itaque ex hac parte nō videtur. Ex altera ex authorit: Hippocr. non ſolum hoc in loco, verumetiam in Coacis prænotionib. id quod pariter confirmatum habetur ab Ariſtot. 2. de hiſt: anim. 13. Pro cuius difficultatis ratione ſciendum eſt præputium, quod à Græcis ἀκροποσθιν dicitur nihil aliud eſſe quàm cutim illam à quà glans contegitur, in id à natura fabricatam, vt pars illá glandis tenera, quodam munimine defenderetur ab iniurijs, in qua re inuenio Ariſtotelem, & ſibi contradicere, & falſum dicere, nam primo de hiſt: 13. ait cutem qua tegitur glás eſſe innominatam, vocari autem ἀκροποσθιαν, id quod eſt commune, & glandi, & cuti, (quæ res à nemine veterum dicta eſt,) 2. verò de partib. 13. ait ἀκροποσθιαν, eſſe cutem ſine carne, ac propterea nō coaleſcere. Cum autem ita ſit præputium, certum eſt aliquos ſine illa parte naſci, qui nudi vocătur, qualem fuiſſe Sem, Noes filiū aliqui ſcribunt. Hanc autem Deus Abrahæ præcepit, vt faceret poſteris ſuis abſcindere, tum ut diſtinguerentur ab alijs nationibus Iudæi, quos ob id Horatius vocauit Apellas, & Martialis recutitos, tum vt diſcerent omnem vitiorum occaſionem amputare, ſiquidem ab ea parte cuncta pene ſcelera noſtra oriuntur, quemadmodum Plutarchus lib. de garrulitate narrat reſpondiſſe Anacharſim Scytham, qui interrogatus, cur dormiret, ſemper manu ori appoſita, & altera compreſſis genitalibus, reſpondit: id facere ſolitum, vt doceret eas partes ſemper eſſe comprimendas, vnde vitia cuncta originem ducunt, alias quoque rationes afferunt Philo in tractatu de circumciſione, & Raby Moſes 3. lib. directorij, quas ibi cognoſcere vtile & iucundum eſt. Non eſt dubitandum, ipſum coaleſcere, & reſici: nam 1. Gen. 25. & 1. Machabæorum explicite habetur, ſimiliter apud Paullum 1. ad Corinthios 7. & apud Epiphanium lib: de pond: & menſ: nam aliqui iudæi, vt occulerent circumciſionem, curabāt remedijs reficere, quod Eſau inuentum fuiſſe dicunt, & de qua re Corn: Celſus ſcribit 7. lib. cap. 25. Quid dicemus pro Hippoc. & Ariſtot. Dicendum non fuiſſe veram: ſed retractionem quandam cutis ſurſum, atque poſtmodum per conſuitionem vnitæ inſtar oſſium, ità vt non ſit neque ſecundum primam, neque ſecundam intentionem. Vtilis eſt aphoriſmus potiſſimum ad prognoſim faciendam, maximeq́. ad inſtruendum medicum, vt quando ſibi eiuſmodi vulnera ocurrunt tractanda haudquaquam ſperet ſeſe prima intentione, (vt aiunt medici) poſſe ea curare; Sed tantum ſecunda, ſcilicet vt callo cito generando viuendi ratione ſtudeant.

Præputiū quid.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 644 sur 867

©BIUM

20 *Si in ventrem sanguis præter naturam effunditur, necesse est suppurari.*

AD diuisionem, seu discissionem cuiuslibet membri ex supradictis solet subsequi aliqua sanguinis effusio, seu per cum ipsis caro, & venæ inciduntur, vnde sanguis effluit, qui sanguis si moderatè fluat extra corpus, nil mali solet efficere, sed si effluat à loco proprio intra corpus, solet corruptio ipsius sequi. Ideò postquam in superiori aphor: tractauit de diuisione partiũ exanguiũ, quid mali sequatur in præsenti voluit docere, quid sit expectandum, vbi aliqua pars sanguinea secatur, ac sanguis intra retinetur, vt clara sit simul continuatio, atque scopus Hippoc. Est enim sententia prognostica, simplex, & indiuisibilis. *(Si in ventrem,)* notat Galenus aliquos voluisse legendam esse hanc particulam, absque articulo (τὴν,) quod cum ea significet particularem ventriculi cauitatem, absq. verò ea significet in vniuersum cauitatem quamlibet, siue paruã & ratione contemplabilem, siue magnam & sensibilem, cuiusmodi intellexisse Hipp. ipse quoq; arbitror, perinde, ac si dixerit Hipp. in quamcumq; corporis cauitatem. *(Sanguis effusus sit præter naturam,)* Solet autem sanguis effundi, vel incisis vasis à re externa, vel intus sponte aut ob copiam, aut ob qualitatem effractis, de quibus omnibus effusionibus intelligendus est Hipp. modo sit. *(Præter naturam,)* id quod additum est non absq; ratione, quoniam sunt quædam caua in nostro corpore, in quibus naturaliter stat sanguis extra venas, vt in sinu cordis, necnon in quadam locinoris parte, quo nisi aliunde præter naturã effundatur, haud quaquam corrumpitur, nisi dicere velimus, (& forsan melius) partes præter naturam cõiungi cum sanguine, quasi dicere voluerit sanguinem morbosum necessariò suppurari, vbi in cauitatem aliquam effunditur, hic enim necessariò in pus vertitur. (*Necesse est suppurari:*) Hoc certè Hippocr. dictum non exiguam dubitationem habet, quandoquidem non videtur vlla esse necessitas, ob quam sanguis extra venas in aliquam cauitatem, vel magnam, vel exiguam effusus debeat suppurari, & quod spectat ad exiguas cauitates, certum est in corporibus fugillatis, atque in vibicibus sanguinem extra venas vi effusum, in cauitates subcutaneas rarissimè suppurari; Sed potius attenuatum, atque in halitus conuersum dissipari, Adhęc si sanguis similiter in quampiam insignem cauitatem, puta vẽtriculum, thoracem, intestina atque similia effundatur, constat non necessariò suppurari: sed potius grumescere, ita vt interdum strangulet, præterea quando factus phlegmon suppurari debet, id fit quia is arctè in angusto loco conclusus vehementer incalescit, atque ita suppuratur, vnde medici ad maturandam suppurationem, solent emplastratibus vti, quæ obturent, caloremq. natiuum vna cum præter naturali, à quibus fieri suppurationem sæpe docuit Galenus, & Auerroes conseruent, atque augeant, Arist. etiam lib 2. de partibus animalium cap 9. probat satis accurato discursu sanguinem in venis propterea non congelari, neque grumescere, quoniam ibi conseruatur à calore, qui continuò ipsis suppeditatur à corde, addens si vena aliqua esset à corde secreta,

Connexio.

Scopus.

ſecreta, ibi ſanguis putreſceret, ſicut omnis qui valde recedit à prõpria origine putreſcit: Ex quibus omnibus rationibus videtur colligendum eſſe, minimè ſanguinem extra venas in locos cauos fuſum neceſſariò ſuppurari, vt clariſſimis verbis in præſenti propoſito aphoriſmo aſſerit Hipp. Galen. qui vidit difficultatem, dixit Hippocratem haud propriè accepiſſe hoc in loco ſuppurationem, ſed pro conuerſione quadam in ſaniem, aut certę pro corruptione mutationeque à ſtatu naturali, in quo conſeruatur à loco proprio, ſiquidem effatum eſt commune philoſophantium locum quemlibet certam habere proprietatem, merito cuius locatum conſeruatur, atq; inde fit, vt vbi ſanguis à proprio loco exit, ſtatim naturam ſuam amittat, ob idquè modo in putredinem, modo in nigredinem, modo in grumum conuertatur. Verum non defuerunt, qui auſi ſunt criminari Galenum quaſi Hippoc. minimè abuſus ſit voce ſuppurationis pro corruptione, ſed ea proprię acceperit, intelligens tamen pro cauitate, magnam & calidiorẽ, veluti caput, pectus, & ventres naturales, in quos omnes effuſum ſanguinem, & diu retentum tandem in pus conuerti dicunt; Sed neque hoc perpetuo verum eſt, quandoquidem videmus effuſum ſanguinem grumeſcere in veſica, & lotio reijci, quemadmodum etiam Hippoc. in Coacis teſtatur fieri in ventriculo, & thorace, & vtero, ac in ipſis inteſtinis, à quibus videmus non raro ſanguinem grumefactum, & aliquandiu retentum, vna cum fœcibus excerni. Itaque multò ſatius eſt, vt cum Galeno pro ſuppuratione intelligamus omnem à ſtatu naturali receſſum, quemadmodum etiam intellexit primo de morbis, cum dixit ſanguinem ex vulnere in ventrem effuſum neceſſariò ſuppurari. Attamen videtur Gal. immemor fuiſſe eorum, quæ dixit hic, quando ſcripſit lib. 1. de ſemine cap. 4. hæc verba. Quod ſi ex vaſis decidat ſanguis in quoduis inſtrumentum cauum in animali ſtatim grumus efficitur, niſi dicamus ſemper ſanguinem in cauitate effuſum grumeſcere prius, deinde aut putrefieri, aut in pus conuerti. Porrò quod dixit Ariſt. 3. de hiſt: animal: cap. 6. cauſſam congelationis ſeu grumefactionis ſanguinis eſſe fibras, & propterea, quæ carent his, animalium eorum ſanguinẽ minimè grumeſcere, haud ſenſui correſpondet, cum certum ſit cuiuſlibet animalis ſanguinem à proprio loco vbi conſeruatur, in alium cauum emiſſum præſertim grandiorem grumeſcere, vt huius cauſſa potius loci proprietati amiſſæ, quam fibris ſit tribuenda. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum ex ſanguine intus retento extra propriũ locum ipſius corruptionem, à qua deinde infinita prope detrimenta ſubſequi conſueuerunt. Atq; hoc monere ſibi placuit, vt medicis monſtraret, ſemper huic eſſe incumbendum in vulneribus, alijſq; percuſſionib. à quib. timetur ſanguinem eſſe in aliquam partem effuſum, vt ſanguis foras ducatur, ad quod obtinendum ſolemus, & purgantia medicamenta, & Mumiam uocatam, quę ad id mirificę valere putatur, adminiſtrare. *Vtilitas Aphor.*

---

21 *In inſanientibus ſi varices, vel hæmorrhoides ſuperuenerint, inſaniæ ſolutio.*

PROCVLDVBIO melius fuiſſet hic aph: locatus poſt 12. in quo de hæmorrhoidib. vt melancholicis, at poteſt etiam aliqua inueniri cõnectendi ratio: nam hæmorrhoides, & varices fiunt ob quandam ſanguinis melãcholici, *Connexio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 646 sur 867

©BIUM

& crassi ad crura, & venas transfusionem, quæ cum sæpenumero conferat, vo-
Connexio. luit Hipp. sermonem ipsius, subiungere illi, quam dixerat semper nocere medio
corruptionis, quare patet, & modus connexionis, & consilium Hipp. quod est
Scopus. docere medicos, quo pacto debeant salubriter imitari naturam, & quid prædi-
cere boni interdum debeãt extrema, fusione sanguinis à loco proprio ad alium.
Est enim aphorismus prognosticus quidem, sed & curatorius, nullam tamen
habet rationem coniunctam, neq; diuisionem. (*Maniacis:*) Celsus lib. 2 cap. 8.
transferre hunc locum voluisse videtur, cum scripsit. At Varix ortus, vel per ora
venarum subita sanguinis profusio, vel tormina insaniam tollunt, quo loco ta-
men additaq́. est particula, (vel tormina,) quæ hic minimè habetur, Galen. in
comm: scribit hic ab Hipp. nomine, μανίας, intelligere melancholiam quem-
admodum etiam in Coacis sic sæpe vsurpat: Verum etsi quod ait Galenus non
sit ab vsu Hipp. alienum, haud tamen video, quin etiam hæc possit intelligi de
vere maniacis, imo verò, & de alijs compluribus capitis affectibus, quos expe-
rientia quotidiana monstrat, ex quolibet ad inferiora abscessu persanari, vt
etiam significauit Hippo. 2. Epidem: quare siue intelligamus melancholiam,
siue furorem, proculdubio iuuant, & varix, & Hæmorrhoides superuenientes,
quãquam vbi in furibundis penitus est ab alienatum cerebrum, haudquaquam
hęmorrhoides, aut aliud naturale præfidiũ iuuent. (*Varicibus.*) Quid sit varix
Varicũ Hi- exponit Gal. in Comm: Sed vt breuiter videamus totam varicum naturam, atq;
storia. eius causas, primo sciendum est, quos Hipp. hic vocat κιρσούς, & Athenienses
κρισσούς, ab Aristot. vocari ἐξίας 4. prob. 21. & 6. prob. 3. nec non 3. de hist: anim:
cap. 11. & alibi, quinimo etiam sic Gal: ab Hip. vocari interdum scribit in ling:
expos: quod etiam videre est, apud Pollucem Hesychium, & alios, & Dioscor:
vocauit, etiã βδέλλαμ ἐξ Hipp. 2. prorrhet: vt testatur in linguis Gal. nostri cõmu
niter appellant varices, qui nil aliud sunt, nisi venæ dilatatæ in fęmore, & cruri-
Varix, bus, vt ait Gal. in hoc comm: & bene dixit venas, quoniam arterię dilatatę faciũt
quid. aneurisma. Verũ illud sciendum est Gal sic definiuisse in hoc loco, quoniam pu-
tauit Hip. loqui tantummodo de crurum varicibus, & femorum, nam ipsemet
lib: de tum: præternaturam cap. 16. & Paullus lib. 6. cap. 64. 82 dixerunt, veteres
quaslibet venas dilatatas, & maximè in scroto vocasse κιρσοῦς, & Athenienses
κρεσσους, vt etiã vocat Apsyrtus inter hippiatros. Quinimò Hipp. 1. lib. de morbis,
& in lib. de internis affectionibus scribit etiam in pulmonib. oriri uarices, quos
Plautus uocauit ramices, sic. n. apud ipsum in Mercatore Charinus dicebat sese
pulmonis ramicem currendo rupisse, quem locum, ut bene interpretatus est
Nonius, sic malę intellexerunt Lambinus, & alij. Caussam cõtinentem huiusce-
morbi, (siue in uia, siue in aucta magnitudine statuamus) ponitur à Gal. hic &
lib. de atra bile crassus, & melancholicus succus, & ater à natura ad ignobi-
liores partes depulsus, quarto autem de comp: med: per genera, c 2. etiã pituitã
concurrere ad gener: uaricum scribit, Arist. autem 3. de hist: anim. cap. 11. dixit,
& hæmorrhoidas, & uarices fieri ex sanguine uitiato, & excrescente. Quarto
uerò probl. 21. dicebat fieri etiam ex flatu, ac propterea, tam in brutis, quam in
hominibus, ubi fiunt uarices, gignendi potestatem hebetari, quod flatus, qui
tentiginem facere deberet, in uarices transfundatur, propter qd Apsyrtus equos

uarices

uarices in teſticulis, habentes admiſsuræ non eſſe idoneos dixit. Cæterum cauſſæ naturales huiuſce mali ſunt plerumq; in primis ætas & ſexus, de quib loquens Ariſt. 10. particul. prob. 39. & 1. de gen: anim: dicebat neque pueris (quod etiam dicit Hipp. in Coacis prænot: de uaricibus tibiarũ,) neque ſpadonibus, neque mulieribus, præſertim quando adhuc ſibi fluũt menſes, uaricibus tentari; Ex cauſſis autem externis ſunt, & aer craſſus, & regiones ſimiles, de qua re loquens Hipp. lib. de aer: aqu: & loc: dicebat in locis ad occaſum ſitis, ac prauis aquis utentibus fieri in uiris tibiarum uarices, Equitatio quoque ad tibiarum uarices inducendos maximè facit, ut Hipp. in fine 7. Epid: teſtatur contigiſſe. Cuidam circa Elealcis fontem, quem ſcribit per ſex annos habuiſſe ex equitatione tumores inguinum, uarices, & coxẽdicum dolores, & Medici Romani cum Germanicus crura gracilia haberet, ei præceperunt, ut equitaret, & præſertim à prandio. Vtrum uerò hoc in loco Hipp. loquatur tantum de crurum, & femorũ uaricibus, quemadmodum uidetur cenſuiſſe Gal. an etiam de alijs, & præſertim inguinum, & ſcroti, ualde dubito, quandoquidem ipſemet Hipp. 2. Epid. ſect. 5. dicebat uarices ſcroti uocis gracilitatem aufferre, & ſect. 1. abſceſſus per uarices in morbis eſse bonos, quemadmodum etiam tertio de artic: tex. 3. dicebat gibboſitates factas infra ſeptum tranſuerſum ex morbo, aliquando ſolui à uaricib. crurum ſuperuenientibus. (*Vel hemorrhoidibus.*) Qua ratione uarices inſanientibus ſuperuenientes, eos liberant, ſcilicet quia humor melancholicus ab ipſo capite in infernas partes abducitur; quod abſceſsus genus ſemper commendauit Hipp. eadem quoq; hæmorrhoides illud faciunt, atque tanto magis uaricibus, quod materia noxia in his adhuc in corpore retinetur; licet longis, in illis uerò extra corpus pellitur, nam hæmorrhoidas ſanguine manantes intellexiſſe Hipp. & Celſ: & Gal. non dubitant, quamquam Gal. nihil hoc in loco de hęmorrhoidibus explicite dicat, id tamen inſinuat latenter, & magis confirmat retro aph: 11. huiuſmet libri, Verum non hæc duo tantum remedia conferunt, in quibuſuis magnis affectibus capitis, Verũ quaslibet alias inſignes euacuationes abſceſſuſuè ſuperuenientes conferre non eſt dubium. Et notandum eſt, Hippoc. uſum eſſe particula, aduerſatiua (uel) & non copulatiua, quoniam uix fieri poteſt, ut quiſpiam, ſimul & uaricibus, & hæmorrhoidibus exerceatur, Vtilis eſt aphoriſmus in primis ad prægnitionem, ſed & quoque ad curationem, quoniam medicus docetur non ſolum inſanientibus, uerumetiam in quibuslibet alijs capitis affectibus utiliſſimas eſſe ſanguinis ex infernis partibus miſſiones uel per hæmorrhoidarum apertionem, uel per crurum ſcarificationem, uel per uenarum poplitis, aut malleoli inciſionem, id quod facere Galenus in melancholicis uertigineſis, & Epilepticis curandis habetur ex libro de cur: rat: per ſang: miſſ: Atque hinc eſt, quod ſemper damnaui eos, qui uarices ligaturis, faſcijs, atque calceis ex corio canino comprimere, & cohibere nituntur, ſi quidem ſanguis ille impurus retrocedens, uel in caput, uel in pectus, uel in aliud uiſcus impelli periclitatur, Et narrant de Mario, illum euaſiſſe crudeliorem, poſtquam ſibi unius cruris uaricem abſcindi curauit, nec diſſimile eſt, quod ſcribit Hippocrates in hoc eodem libro aphoriſmorum trigeſimoquarto, ſcilicet caluitium curari per uarices ſuccedentes, & illud renouari, deliteſcentibus ijſdem,

Vtilitas Aphor.

Ariſt.

©BIUM

Ariſt. quoque 3. de hiſt: anim. cap. 11. ſecutus Hipp. quem tamen numquam compellat in fine capitis ait, nonnullos, qui habent uarices non caluescere; Siq. calui ſint, ac uarices ſuperueniant, aliquando ijs capillos renaſci.

---

22 *Quæcunque rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt, uenę ſectio ſoluit.*

ET præſens aphoriſmus, & complures ſubſequentium, nec inter ſe, nec ad modum cum ſuperioribus connexionem habent, ex quo melius eſt eum accipere tamquam ſeparatam aliquam ſententiam, in qua Hippoc. vult docere, vtilitatem miſſionis ſanguinis etiam in ijs, quæ non ita eam requirere videntur, cuiuſmodi eſt ruptio ex dorſo ad cubitum, niſi tamen dicere placeret in antecedente oſtẽdiſſe Hippocratem, quo modo ſanguinis naturalis de loco ad locum tranſmutatio curet morbos, hic verò docere quomodo euacuatio artificialis idẽ præſtet aliquando. Itaq; ſententia eſt curatoria, eius partis, quæ chirurgia uocatur, & eſt ſententia ſimplex, & ſine ratione, atq; indiuiſibilis. (*Quæcunq; ruptiones,*) ῥήγματα, quę vox hic ab Hippocrate vſurpatur, complures ſignificationes apud Hippoc. habet, vt Gal. hoc in loco docet, in explicat: uocum, & 3. methodi cap. 1. atque alibi, interdum ſignificat internam uomicæ alicuius ruptionem, interdum vaſis fracturam, interdum atque propriè diuiſionem carnis muſculorum, abſquè vulnere tamen factam, ſicut in neruis σπάσμα ex violento ictu, ex graui caſu, aut quapiã alia contuſione. His .n. modis ſæpę vſurpata inuenitur, & in lib. de morb: & in lib. de aere aquis & locis uox (ῥήγματα,) quomodo aũt hic accipiatur, non uidetur Gal. eſſe certus, inquit. n. aliquos ſcripſiſſe non ῥήγματα, ſed melius ἀλγήματα, i. dolores, eo quod impoſſibile ſit ruptiones, uel propriè acceptas, uel etiam impropriè ex dorſo deſcendere ad cubitum, ſicuti interdum contingit in loco fracturæ colligi ſanguinem, cuius curatio eſt ipſius diſſipatio, Iam uerò dolores alij in dorſo fiunt ab inf luente humore, qui ſanè à loco ad locum tranſmutatur, quiq; interdum ſolus eſt, plerumq; uerò flatui cõmixtus craſſo, ac ſectione cubiti uenæ euacuatur, quando huc uerti ipſum apparet, iuxta regulam ab ipſomet Hipp. traditam, ſ. eo ducendum eſſe, quò natura uergit per loca conferentia. Atque hæc eſt una interpretatio, quam alijs anteponere uidetur Gal. ſed eſt & alia, in qua ſi accipientũ eſt proprię ruptio, ita intelligendum eſt, ut dolor conſequens ipſam ruptionem per conſenſum quodammodo ad cubitum deſcendat, non ipſa ruptio, in quo caſu non eſt dubium iuuare quoque carnis muſculorum diuiſionem uenæ cubiti ſectionem non peculiari ratione: ſed communi euacuationis ſanguinis, quæ debetur huiuſmodi dolorificis ruptionibus. Atque hæc Galenus ſatis accuratę, & appoſitæ: Qui ſit ἄγκων, ſiue cubitus, non eſt difficile intelligere, qui licet a medicis uarię acceptus inueniatur, hic tamen accipitur ab Hipp. pro medio articulo ipſius brachij in cuius interna parte, cum ſint tres principales uenæ diſſeminatę, una in externa parte, quę cephalica uocatur, & ex qua in affectib. capitis curãdis ſanguiné euacuare ſolemus, altera uerò in medio, quę iecoraria dicitur, & ex qua ut etiã Ariſtoteles docuit ſolet in iocinore laborãt è sãguis mitti, tertia uerò in parte interna

Scopus.

Connexio.

propterea

propterea interna vocata; ex qua missus sanguis maximè omnium corpus vniuersú exinanire valet, cum inquá tot sint venæ cubiti, dubitari merito potest de qua vena intelligendus sit Hippocrates: nam de vena aliqua cubiti, ipsum esse locutum illius phrasis, & aliorum testimonia præsertim Galeni satis demonstrant, quod autem etiam de vena interna potius sit interpretandus primò videtur colligi posse ex ipsius Galeni verbis in extremo commentario, vbi scribit posse sectionem venæ cubiti iuuare communi euacuationis ratione, communis autem dicitur euacuatio, quæ vniuersum corpus euacuat, quod certè fieri interna cubiti vena secta sæpenumero scriptum fuit ab ipsomet Galeno. Ratio porrò ob quam huiusmodi sanguinis euacuatio iuuet, vbi dolor ex dorsi ruptura ad cubitum transfertur est, quia quoniam sanguis, qui confluit ad rupturam ex toto corpore ad cubitum vergere indicat dolor, Itaque euacuato ab ea parte sanguine, non modo totius corporis euacuatione impeditur, & retrahitur ipsius sanguinis impetus à loco rupturæ, uerum etiam si eius quippiam eo iam influxit, euacuatur. Sed huiusmodi consilium videtur non modo periculosum verumetiam aduersus præcepta Galeni, qui ubiq. precipit, vt laborante aliqua parte, ex aduersa sanguis, non ex eadem detrahatur, Aliqui ut euitarent hunc scopulum, dixerunt: Galenum esse locutum de partibus inflammatione, aut inflammationis suspicione laborantibus, de quibus hoc in loco Hippocrati non est sermo, Verum huiusmodi responsio haudquaquam mihi satisfacit, tum quia Galeni lex uidetur esse non solum de inflammationibus, uerumetiam de quibuslibet alijs morbis euacuationem sanguinis postulatibus. At concesso etiam, quod loquatur de inflammationibus; ruptura dorsi cum dolore ex influente sanguine à toto, plane si non est cum inflammatione maximè periclitatur ne fiat, vt etiam gratia inflammationis auuertendæ sanguinis missio exigatur. Itaque mihi videtur posse aliquo alio modo responderi; scilicet dorsum esse medium inter ambo brachia, medium autem habere rationem contrarij ad vtraq; extrema, ita vt in dolore dorsi, & affectu mittere sanguinem à cubito, sit mittere à contraria parte, atque hinc est, quod & Galen. 13. Meth: cap. 11. & lib. de cur: rat: per sanguinis, cap. 18 & Hippocrates ante illum statuerunt simpliciter, vt inflammatis partibus supra renes sanguis mittatur à partib. superioribus, ab infernis vero si inflammatæ sint partes infra ipsos renes, quemadmodum vtrinque mitti potest, quando in ipsismet renibus reperitur inflammatio. Sed vcumque sit, hæc sententia non est ita sancta, quemadmodum aliæ plerequè, siquidem nusquam alibi apud Hippocratem reperitur. Est autem utilis ad curandos omnes morbos cum dolore, qui fiunt in ipso dorso, & puto Hippocratem sic expertum esse, & docere uoluisse, quod forsan animaduerteret, posse de auxilio dubitari; est enim talis eiusmodi mos, ut in quo non ita uidentur conuenire ratio, & experientia, ipsi rationi anteferat experimentum.

Dub.

Solut.

Solutio ad obiect.

Vtilitas Apho.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 650 sur 867

©BIUM

23 *Si timor, atque mœstitia longo tempore habentes perseuerent, ex eo atra bilis significatur.*

Si pro insanientibus in aphorismo 21. accipiendi essent melancholici, vt accepisse videtur Galenus, iure potuisset post eum hic aphorismus locari, in quo Hippocratis consilium est docere, quo pacto sint dignoscendi illi, qui vera melancholia laborant; Sed siue sic, siue aliter statuamus parum refert, illud certum est præsentem sententiã pertinere ad partem medicinę simioticam, in qua traduntur signa cognoscendarum ęgritudinum, est.n. purum dogma conferés etiam ad praxim, vt suo loco dicetur, est simplex, & indiuisibile (*Si timor*;) Cornelius Celsus lib. 2. cap. 7. ita Latinum fecit. At si longa tristitia cum longo timore, & vigilia est, atræ bilis morbus est. Vbi cur addiderit uocem. (*Vigilia*) quæ in ipso aphorismo non reperitur, haud intelligo, nam Hipp. qui eam dimisit, sane aliqua ratione fecit, scilicet quòd intelligeret eos qui perpetuo fere mœroribus, & timoribus aguntur haud posse somnium capere, Et Hippocr. 6. Epid: sect. 8. contex. 28. tradens præcepta pro cognoscendis morbis dicebat, Mentis quoque intelligentiam esse spectandam, ut per se ipsa constat, citra instrumenta, & res externas, an tristitia, aut gaudio, an metu, aut confidentia, an spe, aut animi abiectione tenetur, quo in loco nullum de uigilia uerbum fecit. Quid autem sit timor, seu Φόβος, & quid meror, siue δυσθυμία, satis accommodatę docuit Arist 2. Rethor: lib cap. 5. ubi scripsit: timorem nil aliud esse quàm perturbationem quãdam ex cogitatione, seu expectatione mali corruptiui propinqui, ab hoc enim haud multũ distat mœror, seu męstitia, imò est ueluti prævia dispositio ad timorem, & nil aliud est, quam tristium rerum quędam profunda cogitatio, Cęterum quomodo humor melancholicus huiusmodi timores, & mœstitias inducunt, controuersum est inter Galenum, & Auerroem. Is enim tertio de loc: aff: cap. 7. circa medium dicebat; propterea timere, & mœrere melancholicos, quoniam sicut pueri, & indocti ualde metuunt, atque terrentur, ubi in tenebris sunt, sic animus obscuritati humoris melancholici offusus timet, atque tristitia semper cogitat, eo quod animi mores, & humorum, & temperamentum sequantur. Cęterum Auerroes 3. collect: cap 40. primum redarguit Galenum, quod dicat uerba causationum, siquidem in obscuro animę nullum aliud detrimentum accedit, quam priuatio sensati sensui uisibilis, aitq. animã nõ uidere in corpore, ita vt sentiat terrorẽ nigredinis, ac turpius esse dicere ipsam uidere extra; neque enim nigredo est obiectum animę, sed ipsius sensus uisorij, Post hęc ponens Auerroes propriam opinionem, scilicet quod proprietas quædam ipsius humoris melancholici sit facere mœstitiam, atque timorem, sicut proprietas sanguinis est facere gaudium, & lætitiam, non autẽ quod animæ lumen tradat, atque hoc totum subdit esse compertissimum unicuiquè, qui aliquid de natura gustarit, Verum ut imponit Auerroes Galeno, quod dicat cantilenas, sic ipsi imputare licet, quod ad proprietates secretas confugiat, cum liceat multo euidentiores causas inuenire; quę ex ipsius rei natura intellecta facile

Scopus.

Meror, quid.

cile ſecundum Galeni ſententiam reperiuntur; nam ſi natura timoris, & mœroris eſt; quam propoſuimus ex ipſo Ariſtotele, certè facile intelligi poteſt, ſicuti in obſcuro terrentur pueri, atque indocti, quoniam ex priuatione lucis perturbantur, ob cogitantiam alicuius mali corruptiui propinqui; Sic à praua humoris melancholici temperie vis cogitatiua perculſa, aliquid mali corruptiui cogitat vnde & timor, & mœſtitia ſuboriuntur, quemadmodum etiam fieri mœſtitiâ grauato ventriculo plerisq. in locis dixit Galen. & maximè in lib. de Plac. Hipp. & Plat. Et quamquam Galenus videatur dicere colorem humoris eſſe, qui moueat animum, attamen eum ibi accepit, non vt obiectum viſus: ſed vt rem conſequentem temperamentum ipſius humoris, quod ibidem dixit ſequi mores animi, imò ſi rectè ipſius verba attendantur afferens rationem, quamobrem color ater moueat animum, ait: quoniam & humores, & omnino corporis temperamentum alterat animi functiones, vt & medici, & philoſophi omnes aſſeuerant, fit autem huiuſmodi alteratio, quia ſpiritus, qui ſunt inſtrumenta ipſius animi, cum deberent eſſe lucidi, fiunt obſcuri ab ipſo nigro colore, vt ob hoc, imaginatiua vitietur. *(Longo tempore perſeuerent:)* Hæc verba neceſſariò addita eſſe verè docet Galenus, quandoquidem ſæpè numero contingit, vt propter aliquam externam cauſſam puta mortem agnati, aut perſonæ carę, propter minas inimicorum alioquin natura lætus mœreat, & metuat, neq; tamen ſtatim dicendum eſt illum eſſe melancholicum, verum huiuſmodi paſſiones facile, atque citò ſedantur, quòd ſi diù perſeuerent ſignum eſt, vel non pendere ab externa cauſſa, vel ab ea iam eſſe factam internam, & corpoream vocatam, cuiuſmodi ſæpenumero accidere videmus, vt cauſſæ externæ perdurantes, tandem internas producant, ſic enim ab externo mœrore perdurante ſpiritus agitati, iugiter faciunt calefieri viſcera, & præſertim cor, atque iecur; vnde poſt combuſtus, ſeu fœculentus ſanguis genitus craſſos, atque atros vapores in caput mittit, qui perturbantes ipſius cerebri temperamentum, cogitatiuæ facultatis functiones ita alterant, vt ſequantur timor, atq; mœſtitia, qui donec mortem non metuunt, tolerabilis affectus eſt: Sed vbi res eò deuenit, vt quemadmodum Bellorophontem fingit Homerus iam charos omnes odio habeant, fugiant, plorent, ac non ſolum mortem timeant, ſed de ea ſibi conſciſcenda cogitent, res pœnę deplorata eſt, atque magnopere cuſtodiendi ſunt, ne clam ſibiipſis manus inferant vt euenisſe non rarò compertum eſt, *(Melancholia eſt,)* græcę μελαγχολικὸν τὸ τοιοῦτον, ideſt melancholicum tale, cum enim melancholia poſſit κατὰ σχέσιν, & κατὲξιν ideſt ſecundum habitudinem, atque ſecundum habitum fieri, proculdubio quum Hippocrates dixit, melancholicum tale eſt, nil aliud ſignificare uoluit, quam melancholiam non habitudine ſolum, ſed in habitu, ac plene conſumatam eſſe, habet namquè id proprius habitus, vt actiones ipſius ſint non modo continuatæ, nec quicquam penè intermittentes, verumetiam diù perdurantes. Igitur timores, & mœrores continui etiam diuturni non modo ſigna, verumetiam cauſſæ ſunt melancholici morbi, vt antea dictum eſt. Cur uerò dixerit potius melancholichum eſt, non autem bonum, vel malum fuit, quia vt habetur ab Ariſtotele 1. prob. particulæ trigeſimæ. Atque alibi ſæpę; dicuntur melancholici ingenio, multiſquè alijs rebus ualere, at

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 652 sur 867

©BIUM

sapientes, atque artibus illustres viros, vt plurimum fuisse melancolicos, quod non de morbosa, sed naturali temperie melancholica, eaquè moderata prouenit. Est ergo vtilis aphorismus, tum ad cognitionem melancholiæ, iam habitum adeptæ, tum maximè ad medicos docendos, quando magnopere vigilare debent remedijs aduersus melancholiam, scilicet quando perseuerantes, & continuati sunt timores, atq; mœrores, quo tempore, etsi difficilimum sit curare eos, attamen non est desistendum, imò verò dicebat Aristot. in fine lib. 7. Ethicorum, melancholicos egere assidua medicatione, quod corpora ipsorum semper mordeantur.

Vtilitas Aphor.

---

24 *Si quod intestinorum gracilium discindatur non coalescit.*

VT dicebam alias multo melius fuisset hic aphorismus locatus in hoc eodem libro post. 18. octauum aphorismum, in quo peculiariter de intestinorum tenuium vulneribus verba faciens dixit ea esse mortalia, quę tamen hoc loco cum non dicantur lęthalia: sed dumtaxat non coalescere, videtur Hippocr. voluisse eam sententiam corrigere, quasi verò post eam notatam expertus sit non protinus intestini tenuioris discissionem interitũ afferre: sed bene coalitionem non admittere, quemadmodum aliquos esse visos narrant, qui licet vulnerati sint secundum ea intestina; attamen aliquandiu superuixerunt, Et hæc si vera sint, cessabunt Galeni rumores, qui hunc aphorismum tamquam superfluum, & inutiliter intrusum penitus esse expungendum clamat. Verum cum & in Coacis prænotionibus, & primo libro de morbis hæc eadem præcisę sententia habeatur, fit vt eam non omittendam esse duxerim, quæ tota prognostica est simplex, atque indiuisibilis. (*Si quid intestinorum.*) Si post decimumoctauum, vt dixi positum fuisset, imò etiam non positus sit, audeo dicere, aut Hippocratem posuisse quoque hunc inter aphorismos, vel ratione antedicta, vel potius, vt rationem afferret, cur vulnus gracilium intestinorum sit mortale, scilicet, quoniam numquam coalescit, neque prima, neque secunda intentione, & cum ita sit, illud quod dicebat Cornelius Celsus libro quinto, sequitur, vt cibus & potio per vulnus exeant, præcordia indurescant, ideſt membranæ inflammentur, nonnumquam bilis per os reddatur, ita vt mors sequatur; Cur verò neutro modo huiusmodi vulnera coalescere possint ratio est, tum quia carne penitus carent, medio cuius fit prima coitio, & vnio, tum quia neque cicatrix obduci potest, quæ ratione cutis vnionis fit, neque etiam calli capax est intestinum. Vtilis aphorismus ad prædictionem, & ad monendos medicos, ne similia curanda suspiciant.

Vtilitas Aphor.

25 *Erysipelas*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 653 sur 867

15 *Erysipelas ab exterioribus verti ad interiora, non est bonum, ab interioribus autem ad exteriora, bonum.*

NON solum hic aphorismus nullam habet cum superiore connexionẽ, verum magna ex parte sequentes sunt inter sese ita seiuncti, vt vere aphorismi, idest separatæ sententiæ vocari mereantur, Scopus autem Hipp. est exemplo Erysipelatis docere semper bonum esse, vt mala ab internis partibus ad exteriores conuertantur, non item semper bonum, vt ab externis ad internas vertantur, Est sententia prognostica, sine ratione, & indiuisibilis, nisi tamen duas particulas facere libeat; Quarum prior sit. (*Erysipelas ab externis ad intra verti non bonum*) posterior verò sit, (*ab internis ad externa bonum.*) De prima itaque parte loquentes, primum illud monere volumus, hanc eandem sententiam haberi tum 1 lib. de morbis, tum lib: Coac: præd: In ambobus enim prior pars diuersa est aliquantisper ab hac, quoniã vbi Hipp. in aphorismo ait οὐχ ἀγαθόν, idest non bonum, in primo de morbis dicit κακόν, idest malum in Coacis verò dicit θανάσιμον, Vnde autem oriatur hæc differentia, non est facile videre, arbitror tamen ipse, Hippocratem experientia in senectute compertisse, non semper malum, aut exitiale esse si Erysipelas, aliquè mala ab externis ad internas partes vertantur, verum numquam etiam esse bonum: sed quandoq; indifferens, ita vt nec malum, neq; bonum inde sequatur. Galenus videtur in interpretatione secutus dictionem lib: 1 de morbis, vbi scriptum est malum esse verti ab externis ad interna, Quod porrò addit multa similia in lib: aphor: dixisse; scilicet vnico exemplo cuncta esse sermone cõplexum id verissimum est, & quasi proprium munus illorum, qui pauciss. verbis multa docere sibi proposuerunt; Cum autem Hip. hic loquatur de erysipelate, atque id sit tumor præter naturam iure quæri posset, an de solis tumoribus sit sententia interpretanda, an verò etiam de intemperiebus, atque alijs quibusq. morbis, & certe mihi videtur stylo, & ingenio Hipp. magis conuenire, vt de quocumque morbo intelligamus, quandoquidem partes internæ omnes sunt semper nobiliores, in ò verò cutis ipsa corporis, quæ est omnium extima pars, est cunctarum ignobilissima: vt quotiescumque fit conuersio ab hac ad intima, necessariò fit recessus ab ignobilissima parte ad nobilissimũ, quod quidem nũquam bonum esse potest. Quapropter, vt bene dicit Gal. nec vt signum, nec vt causa istud bonum est, quamquam nõ semper malum. Nam Bioni in 2. Epid: relato tumore externus lenis, intro versus per vrinã expurgatus, & liberatus, sic etiam vidi eundem tumorem, per hęmorrhoidas expurgatum, & finitum, sed hoc rarum est, frequentius autem contingit, vt vel ad mortem, vel aliquod aliud altero deterius terminetur, atque hęc de priore particula. Circa quam posset ingeniosus optare, quando sit bonũ, quãdo malum, & quando mortale ab externis, ad interna, cui respondere, esse non bonũ, quãdo materia est benigna, & locus ad quẽ uertitur haud nobilis, esse malũ, quãdo vel locus est nobilis cũ materia benigna, vel viceuersa, esse verò mortale quãdo, & materia deterrima est, & locus nobilis. Sequitur secũda, q̃ est bonũ esse vbi erysipelas ab internis vertitur ad externa, idq̃. verũ est nõ modo, vt causa cũ

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 654 sur 867

©BIUM

liberet viscera, aliasquè nobiles partes à malo, & à periculo, verum etiam signum, quod significet naturam optimè valere, quæ lese per conuenientia exoneret, ipsamquè materiam superet, quæ qualiscumq; sit, semper bonum ab internis ad externa moueatur, vt alias etiá dixit de angina, quæ fit sanguine.

Dub. Sed quæsitu dignum est, cum eiusmodi conuersio sit motus naturæ, an etiam ad hoc vt sit bonus, & vtilis, necessariò requiratur, & signum coctionis, & decretoria dies,

Solut. quemadmodum in alijs motibus requiritur, cui respondendum est, id si fiat cum prædictis signis, sanè multo melius esse, verum quia huiusmodi motus est à natura rectè operante, atque suapte natura semper bonus, haud videtur necesse, vt concurrant coctionis signa, atque dies decretoria, quemadmodú exigitur in alijs motibus ambiguis, quiq; & boni, & mali esse queunt.

Vtilitas Aphor. Vtilis est aphorismus, & ad prædictionem, & ad curationem, quandoquidem hinc medicus addiscit, optimum esse, vt à medico, malum ab internis, ad externa trahatur, è contra vt numquam ad interiora, quò sit vt existente prauæ materiæ circa aliquas internas, & præcipuas partes, salutare sit frictionibus cucurbitulis, atque vesicantibus materiam morbificam ad cutim attrahere, vt in febre peticulari ab aliquibus fieri solet prudenter operantibus, quemadmodum & illud imprudenter agunt, qui vbi populæ cæperunt apparere, sanguinem à vena secta mittunt, quod est propriè ab externis ad interna trahere, vt etiam Galen. significasse videtur 6. Epid: in comm: ad historiam Simonis.

---

26 *Qui in febribus ardentibus tremores fiunt, delirio soluuntur.*

HÆC quoque sententia separata est, & minimè sempiternæ veritatis, at forsan ab Hipp. sæpius explorata inter aphorismos ab ipso fuit collocata. Est autem prognostica tantum sine ratione, atque indiuisibilis. (*In ardentibus*) Et si hæc eadem præcise sententia habeatur in libro de crisibus Hippocratis, necnõ in Coacis prænotionibus, attamen Galenus dubitat, vtrum hæc sit Hippoc. germana, an verò ab alijs, & rem minimè diffiniens duo dicit, vnũ est: caussam cur in febribus fiant tremores; & post tremores delyrium esse, quoniam illi, qui feruentes, & putrescentes in venis, atque arterijs, febrem producunt, vbi ab ijs ad neruos transferuntur facere tremores, si verò ab his rursum in caput ferantur deliria fieri. Alterum quod ait Galenus vocem λύει, idest soluit, quandoquè accipi propriè, quando scilicet ex toto morbus soluitur, aliquando impropriè, quando scilicet morbus soluitur alio morbo peiore, vel leuiore succedente, quomodo sæpenumero accipere solet Hipp. & maximè hoc in loco, vbi impropriè dicitur tremorem solui à delyrio superueniente, cum tamen delyrium sit affectus multo peior tremore, atque sic Galenus. Cæterum cur merito possit hęc sententia esse suspecta, non est quia vtatur voce impropriè nam vt dicebam hoc sæpe, facit Hippoc. Sic enim aph. 21. huiusmet libri dixit μανίαν, solui ab hæmorrhoidibus, & varicibus, sic etiam aphor. 5 lib. 7. dicebat ecstasim tollere maniam, & ne inutiliter infinita prope exempla proferam hoc est certissimum, & frequentissimum in Hipp. œconomia, Verum alia est etiam ratio,

ratio, cur præsens aphorismus suspicionem faciat, scilicet quia tremor est affectus frigidus à facultatis motricis imbecillitate ortus, vt Galenus docet secundo de sympt: caussis cap. 2. & lib. proprio de trem: & rigore, quomodo autem febri ardenti possit succedere affectus frigidus, alijs scilicet humoribus feruidis, qui febrem faciebant, haudquaquam est facile deliberare, nisi dicamus impropriè, quoque vsurpasse uocem tremoris, pro motu conuulsiuo, qui uere solet succedere ardentibus, & antecedere deliria, quemadmodum non rarò vsurpauit Hipp. in prorrhet: atque in Coacis prædictionibus, & certè quemadmodum alij quoq; adnotarunt est rarissimum, vt in febribus ardentibus veri fiant tremores, qui sunt veluti pugnæ quędam æquales inter pondus membri, ac facultatem motricem debilem. (*De febre ardente*) placitum est omnium medicorum eam fieri à succis biliosis intra uenas putrescentibus, verum difficile est intellectu, vt dicebam quomodo ab hisce possint ueri tremores fieri, unde Celsus lib. 2. cap. 8. transferens hunc aphorismum, dixit. Cui calor, & tremor est, saluti delirium est, Auic. 2. 3. cap. 11. in fine proponit hanc sententiam, quasiq; damnat Galenum, qui non receperit eam, ut germanam, dicens: non esse ex eis, quæ non habent modum. Sed uere Galenus non est damnandus, quia proponit quidem dubium, at alijs diffiniendum reliquit, illud certe ferre nō possum, quod hoc in loco nonnulli ita aduersus Galenum debachentur, tanquam naturam tremoris ignorauerit, nam ut ipse proprium, tremorem diffiniens sic locutus est, ut uidimus, tamen & ipse vehementem illum motum, qui antecedit accessiones probe intellexit esse diuersum à tremore, at maluit appellare modo rigorem, modo conuulsiuum motum, & certè concesso ipso fieri ab humorum acredine vim neruorum expultricem sæuissimę excitante, nihil tamē prohibet quin hic motus non proprię tremor, sed potius rigor, ut in febrium accessione, vel motus conuulsiuus vocetur in febribus ardentibus, in quib. verum est, quandoquè huiusmodi conuulsiones sedari à delirio succedente, uerum id per rarum est, cum quotidie experiamur in huiusmodi febrib. primum fieri motus cōuulsiuos, tum succedere delirium, atque ambo usque ad mortem perdurare, quod si interdum etiam cesset conuulsio, est quia humor, seu uapor, qui faciebat eam discussus est relicta tamen in cerebro intemperie, quæ delirium faciat, & foueat. Ex quo etiam colligere debemus Hippoc. sententiam esse interpretandam de leui delirio, non autem de magno, quippe quod per se est semper exitiale, multoq; magis, ubi alteri graui affectioni succedit. Vtilis est aphorismus ad solam prognosim, cum ex hoc nullum queat præceptum colligi, quod in medicina faciendа possit prodesse.

---

27 *Quicunque suppurati, aut aquam intercutem patientes uruntur, aut secantur, si pus, aut aqua vniuersim effluxerit, omnes moriuntur.*

ET hæc sententia, neque cum antecedente, neq; cum alijs ullam communionem habet merito cuius possit fieri illius connexio, Est enim purum præceptum curatorium, in quibus docens Hipp. errata quæ committuntur in curandis

©BIUM

curandis per chirurgiam hydropicis, atque empycis, ex ijs intendit docere quo-
Scopus. modo sese gerere debeant, ne vllus exitialis committatur error. Et est ueluti praxis illius sententiæ quæ habetur 6 Epid. 2. 28. ubi monet ad contraria semper accedere oportere ἐκ προσαγωγῆς id est paullatim non affatim, & usus est potissimum pro exemplo suppuratis, & hydropicis, quoniam in his potissimum explo ratur, quid possit ille error, quãdo ad contraria acceditur nõ paullatim, sed confestim. Est itaque sententia ad partem therapeuticam, atque eam chirurgicam pertinens, sine ratione, atque sine diuisione. (*Quicumque empyci.*) Qui sint empyci, scilicet in quib. in thorace colligitur copiosum pus, & qui hydropici nempè qui aquam intra abdomẽ copiosam gestant, uel in ambitu corporis, alias abũde diximus. Verum hic tantum Hipp. pro hydropicis accipit, qui alias ascitæ appellantur passim à medicis, & quorum abdomen totum aqua repletum est. De his omnibus, & quomodo chirurgica ipsorum curatio, sit per paracentesim seu perforationem curanda fere omnes medici locuti sunt, sed inter ueteres lib. 2. de morb. Hippoc. & lib. de affec: internis, (quem Galenus uocat hoc in loco, librum magnum de morbis, & in scriptum ab aliquibus fuisse de Empycis testatur) locutus est Hippocrates, & post ipsum Coro: Celsus lib. 2. cap. 8. 10. & lib. 7. cap. 15. Similiter Celius Aurel: lib. de diutur: morbis omnes enim hi præcipiunt, ut quandocumque perforandi sunt empyci, uel hydropici, nõ affatim, nec unica uice, sed pluribus, & paullatim extrahatur: ratio affertur ab Hippoc. Quoniam affatim effluente pure, uel aqua omninò moriuntur, atque hæc Hippocrates summatim. Iam uerò uidendum est, cur hodie ustio, & perforatio hæc non est in usu. Quomodo sit peragenda, si quando administrari debet, demum, quę sit potissima caussa, cur perforatio, & ustio male administrata, ad certissimum atque uelox exitium perducat: Circa primum scribit Galenus: In usu fuisse apud medicos, (quemadmodum etiam Hippoc. testatur in lib: Medici) ut in Empycis administraretur caustio, qđ multitudo puris respirationem, ualde impedientis, haud possit per sputum expurgari. Cæterum in hydropicis magis usitatas fuisse perforationes medicis, at suo tempore communiter fuisse usurpatas, & caustionem, & perforationem. Etenim ueteres præsertim tempore Hippoc. cum curarent sæpe seruos, genus hominum durissimum, ipsi tum omnia audebant, tum illi cuncta tædia pro curatione tolerabant, unde accidebat, ut singulares tunc curationes uiderentur, ipsiquè medici ex multis, & magnis experimentis excellentiores euaderent, Verum tempestate nostra cum non detur huiusmodi occasio experiendi, & qui in nosocomijs decumbunt, sint languidi, atque ab ægritudine consumpti, fit ut medici, uel non audeant experiri, uel si audeant, omnes intereant, ut dicebat Cælius Aurelianus, ac propterea, & infame redditum sit remedium, atque plurimo metu plenum, quod si forent ministri præstantes, atque experti, remedium adhiberetur, dum ægrotantes uiribus ualent, quemadmodum in hydrope consulit Hipp. 6. Epid sect: 7. aph. 8. nec à morbo penitus sunt attriti, plane spectarentur quoque nostris temporibus ijdem effectus, qui uidebantur tempore ueterum, atque ab hisce postmodum animati chirurgici, frequentius auderent experiri, ita ut caussa omnium, sit metus, imperitia chirurgorum, ac remediorum importunitas. De modo administrandi

niſtrandi vſtionem, atque perforationem, ſatis & Hippocrates locis citatis, & poſteri omnes locuti ſunt, vt hic locus minimè exigat huiuſcemodi tractationem, illud non tacebo de Empycis quod longa oratione ſcriptum fuit à Cælio Aureliano lib. 5. tardar. paſs. cap. 8. nempe huiuſmodi pus interdum etiam veſica, aluo, vtero euacuari; Sed hæc incerta ſunt, & quod facit natura per cognitas ſibi vias, minimè licere ipſis medicis facere, quamquam omnium tutiſſimam faciat eam euacuationem, quæ fit per ueſicam, quam etiam impune magis imitari poteſt ars, poſtquam eſt euacuatio per inteſtina, & ab hac quæ per vterum, quandoquidem omnes hæ viæ factæ ſunt, vt receptacula ſotdium, ac propterea aſſuetæ ſtimulari, & turbari ab excurrentibus excrementis. His omnibus deteriores, & periculoſiores ſunt quæ fiunt materia tranſmiſſa ad cor, ad aſperam arteriam, ad ſtomachum, quod faciant animi deliquia, præfocationes, anhelandi difficultates, aliaquè mala. Hæc Cælius Aurelianus, qui nihil pene dixit de vſtione, ſed ſolum de inciſione peritonei prope inguina dimiſſa vmbilici vſtione, & inciſione, quam probauit Hippoc. lib de loc: in homine, atque lib: de internis affectionibus. De hydropicis autem locutus multa eſt, verum ignorantia ſcriptorum accidit, ut chirurgica ipſorum curatio nô habeatur lib. 3. tardarum, cap. 8. vbi debebat: ſed lib 5. cap. 1. Itaq; lib. illo 3. referens opiniones varias circa perforationem, faciendam rationes profert eorum, qui eam damnant hiſce rationibus, quod neceſſario tundatur membrana quæ non coaleſcit, quod periculum immineat, ne ſimul inteſtina perforentur, Quòd aliqui ſua vulnera reſoluant, quod vires ex perforatione proſternantur, & quòd nulli perforati ſeruentur: Quibus rationibus & argumentis diligenter reſpondens, ait de partibus neruoſis certum eſſe eas inciſas contrahere inflammationẽ, ubi in naturali ſtatu conſtitutæ ſunt, uerum ſecus eſſe ubi ſunt peſſimę affectæ, quẽadmodum in hydropicis, neque verenda eſſe inteſtina, aut aliquod quoppiam malum, ſi peritus miniſter habetur, & obſeruentur obſeruanda, quæ ab ipſo traduntur 1. c. lib. quinti tardarum paſſionum. Iam uerò cur ſi aqua, aut pus confertim euacuantur, ita certum exitium ſequatur, cauſsam accommodatam profert Galenus, nempè aquam eſſe ucluti operculum quoddam, quod intra corpus continet ſpiritum uitalem, qui dum exeunte affatim aqua, & ipſe confertim prorumpit, animi defectiones ſequuntur, à quibus irrecuperabilis deinde uirium imbecillitas, ſicquè mors inducitur, ut ob hoc ſit utilis hic aphoriſmus ad medicos docendos, ut curent facta debita ſectione ſubtus umbilicum in ſiniſtro ilio aqua paullatim educatur, ſimiliter & pus in Empycis. Vtrumque autem eſſe faciendum, nec expectandam corporis conſumptionem monuit idem Hippocrates ſexto Epidemiorum, ſeptimo aphoriſmorum octauo, de qua re etiam omnes ueteres monuerunt, qui cum & in ſuppuratis, & in hydropicis, æque uſi reperiantur ràm ſectione, quàm vſtione, in eam inducor ſententiam, ut credam poſſe ambo remedia adminiſtrari, modo illæ obſeruationes habeantur, quas cuncti propoſuerunt.

Not.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 658 sur 867

©BIUM

28 *Eunuchi, neque podagra laborant, neque calui fiunt.*

NEMINEM esse puto, qui non apertę fateatur id quod retrò dicebam esse verissimum, s. inter plerosq́. ex his aphorismis excogitari non posse, neque veram, neque apparentem connexionem. Quæ enim est communio inter hydropicos, & empycos, cum Eunuchis? Et videri posset huiusmodi sententia parum vtilis. Verum arbitror Hippoc. in primis id consilium in hoc habuisse, vt rem vsu probatam, atq; rationi consentaneam humanum genus doceret, deinde vt monstraret rem veneream maximè inimicam esse podagris; & Eunuchos, qui tunc venales, & in magno precio habebantur, ut nũc apud Turcas, ob hoc commendandos, quia possunt pedibus saltem seruire, postremo ut doceret calidos, non frigidos potissimum tentari hoc malo, nec debemus quicquam suspicari, ne forte sit ipsius Hippocratis germana, quandoquidem à multis alijs authoribus extra medicorum classem citata reperitur, ac inter alios à grauissimo scriptore Seneca. Est itaque aphorismus dogma physicum, sine ratione, quod tamen licet breuissimum sit haud inconuenit secare in duas partes, quarum prior est. (*Eunuchi podagra non laborant*,) Secunda uerò est, (*neque caluescunt*.) Qui autem sint eunuchi disserit Lucianus in Eunucho, ubi testatur eos, qui tales sunt ab ortu esse dictas βακήλους, qui uerò excisione ἐκτομίας, qui ab ortu σπάδονας; nam esse aliquos ab ortu spadonas etiam Arist. dicit secundo de gen: animal. cap. 5. Cæterum de quibus loquatur Hipp. statim in commentario docet Galenus, vbi scribit eos esse quibus sunt abscissi testes, & propterea habitum feminilem contraxerunt, vt etiam dicit Arist. 10. sect. prob. 38. & 41. vbi Eunuchi. Cæteris esse veluti feminas, præterquam longit: scribit, non quod etiam fœminæ non habeant testes, siquidem ex ipsa anatome perspicitur clarissimę fęminis non deesse testes, licet non adeo insignes, & extuberantes, sicuti uiris, sed quia ut illæ non caluescunt, ob frigidum corporis temperamentum, ita quoque & eunuchi frigidiores facti, ab eiusmodi passione sunt liberi. Auenzoar admirabilis passim ab Auerroe appellatus lib. 3. tract: 3. cap. 1. scribit nullum vmquam eunuchum inuentum esse bonorum morum, & sensati intellectus, nec legalis, quod tamersi potissimum uerificaretur in illis Arabiæ regionibus, vbi etiam nũc fiunt eunuchi venales, attamẽ etiam apud nos ex toto haud est falsum, eo quia calore natiuo ualde imminuto spiritus animales, qui maximè famulantur animæ operationibus consequenter minores, & hebetiores redduntur, præsertim q́. vilitatem quandam inducunt, meritò cuius mores quoque insigniter deprauantur, Veruntamen inuenti aliquando sunt eunuchi, qui admodũ ualuerũt, & ingenio, & manu, cuiusmodi ille Candaces Reginę Aethiopiæ Eunuchus, atque Aristonicus Ptolomæi Aegypti Regis eunuchus, quem narrat Suidas, maximè sensu communi (quod rarum esse scribit:) ualuisse. Eutropius etiam Eunuchus procurator Theodosij Imperatoris inter hos connumerari potest, sicut pleriquè alij. Sed hoc rarissimum est, unde iure fuit à cunctis damnatus Origenes (quod si tamen verum est) se ipsum castrauisset, vt

Scopus.

Eunuchi, qui & eorum differentiæ.

posset

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 659 sur 867

plena ſtudijs operam dare niſi dicamus Origenem fuiſſe ex rariſſimis. (*Neque podagra laborant.*) Seneca Epiſt: 95. loquens de pueris, & mulieribus dicit eos ætate Hippocratis magni, fuiſſe liberos à podagra, tempore verò ſuo paſſim laboraſſe, non quòd natura eſſet mutata, ſed quòd mutati erant mores, ſcilicet excreuerat mirum in modum luxus, atque intemperantia omnis vitæ, Gal. ſimiliter hoc in commentario in alia ferè non verſatur, quam in damnandis ſuorum temporum deteſtandis moribus, ob quos fiebat, vt omnes homines, atq; etiam ipſi eunuchi podagra laborarent, atque hæc de prima parte. Circa quam primo videndum eſt, quod fuerit conſilio Hippocratis in relinquenda nobis hac ſententia, quæ ita fallax eſt, & eo magis hoc ſcitu dignum eſt, quoniam non eſt veriſimile etiam ipſum non cognouiſſe huiuſmodi aphoriſmum non futurũ ſempiternę veritatis, Prætereà videndum eſt, quæ ſit cauſſa propter quam Eunuchi ita ab hoc communi malo ſunt immunes. Terriò cur podagra etiam contra naturæ conſuetudinem infeſtet eos, à quibus cõmittuntur plurimi errores, & quæ potiſſimum ſint illa errata, à quibus podagra inducitur, Demum an ſit verum quod ſcribit Galenus in hoc commentario nullos fieri arthriticos niſi prius podagrici, nam quotidie experimur contingere, vt tam mulieres, quàm viri arthritide torqueantur, etiamſi numquam antea podagra laborauerint. Amplius videndum an ad euitandas podagras bonum ſit ſeſe caſtrare ſicuti; & ab Aetio & ab alijs ſcriptum eſt, qui ſeſe caſtrarunt ab Elephantiaſi ſeu lepra liberari. Circa primum puto Hipp. mentem in hoc aphoriſmo nullam aliam fuiſſe, niſi humanum genus docere duo, vnum eſt, nullam rem pene eſſe; quãtumuis malam quæ aliquid commodi ſecus ferre non valeat, Alterum fuit, vt doceret homines ad euitandam podagram nihil eſſe vtilius, quam vel ex toto abſtinere ab vſu veneris, vel ea ſaltem parciſſimę uti, præter quàm quod eunuchi cum ſint toti frigidi haudquaquam bibaces ſunt, atque ut dicebat Lucianus in podagræ encomio, propterea dictum eſſe veteribus eam fuiſſe filiam Bacchi, & Veneris, quod maximè omnium fieret, & à potu generoſi vini, & ab immoderato coitu. Cur autem eunuchi potiſſimum ab hoc publicò morbo ſint immunes non eſt, vt ego puto tam facile cauſſam reperire, quia cum ad generationem podagrę concurrant debilitas pedum, & abundantia excrementorum, in Eunuchis ambo cum ſint deberent potius podagræ eſſe obnoxij, quam immunes. Accedit his Ariſt. authoritas, qui 4. partic: prob. 3. & 10 partic: 41. ſcribit Spadonibus fieri crura tumida atq; vlceroſa, & putrida tum quia idem patiuntur fœminæ quarũ habitũ cõtraxerunt eunuchi: Tum quia humidũ calidum in his deorſum fertur à quo poſt modũ tàm tumores, quàm vlcera producuntur, ex quibus Ariſt. verbis conuincitur Eunuchos habentes crura vitioſa debere multo magis à podagris tentari. Verum adhæc dicendũ aliud eſſe pati crura ſecundũ partem carnoſam, & humoralẽ, aliud pati ſecũdum partes ſeminales cuiuſmodi ſunt articuli, Eunuchi primo modo ſanę patiuntur, atq; ita locutus eſt Ariſt. At 2. modo intelligenda eſt Hipp. authoritas hoc in loco, nã cum partes ſeminariæ ipſamet ſubſtantia ſeminaria alantur, certũ eſt quo ipſis alimẽtum huiuſmodi vberius ſuppeditatur, eo firmiores, & robuſtiores euadere. In Eunuchis autem ob Veneris abſtinentiam, non eſt dubium huiuſmodi alimentalem materiã maximè exu-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 660 sur 867

©BIUM

berare, unde quoq; sequitur articulos bene nutritos reddi firmiores, ob idq; minus suscipiendis à toto corpore excrementis idoneos, atq; hãc ipse arbitror omnium magis euidentem, ac propriam esse causam, neq; ualet, si ita esset, debere Eunuchos, neq; etiam ob alios errores externos à podagris capi, cum tamen experientia secus comprobetur, quoniam ut sapienter Gal. in comm. discurrit, ubi complures causæ aduersus unam solam concurrunt, facile eam superant; igitur si Eunuchi ocioſi sint intemperanter uiuant, crapulentur, pedumq; nullam rationem penitus habeant, non est dubium haudquaquã articulorum firmitatem posse solam tot alijs causis lædentib. obsistere: Circà tertium minimè dubium est, quin naturalis, & hæreditaria ad podagram prõptitudo ipsam maximè omnium producat, ut Hipp. testatur secundo prorrheticorũ, atq; etiam alibi, necnõ Plutarchus in libro de sera numinis uindicta; cum dicit Veteres eos, qui nascebantur ex podagricis, statim defunctis parentibus consueuisse curare uerum, dicebat Gal. libro de cibis boni, & mali succi, sicut prauæ naturæ, ab recta uictus ratione, & medicatione corriguntur, sic quoque optimæ corrumpuntur, & deprauantur ab erroribus, unde minimè mirum est, si qui alioquin podagra suscipienda sunt alieni, interdum etiam tempestiuę ab ea uexentur, ubi uel nimium ociantur, uel ueneri indulgent, uel meracius, atque copiosius potent, quam par sit, ut propterea non male finxerit antiquitas podagram esse Veneris, atque Bacchi filiam; Cur autem potissimum, uenus, & uinum potestatem habeant generandi podagram, causa est, quia illa consumit pabulum seminale, quo nutriuntur articuli, hoc uerum, excrementa facilius ad ipsos perducuntur; Et præsertim quando, ut ait Galenus præpotantur uina generosa priusquam, quicquam edatur, id quod etiam multorum morborum etiam nouorum causam esse scribit Plutarchus in symposiacis, ubi disputat an noui morbi queãt oriri, sic peruehuntur ad articulos excrementa, quæ cò magis cumulantur quò minus corpora exercẽtur, & laborant, ut propterea Hip. 6. Epid. Sect 5. aphoris. 10. dixerit. (*Labor articulis, & carnibus alimentum, somnus uiscerib.*) Postremò ad id quod scribit Gal. dicendum est solere quidẽ articulares morbos subsequi podagras, & chiragras, uerũ id non esse ita perpetuum, quin interdum quoq; articulorũ morbus accedat initio, præsertim adolescentib. & mulieribus, quibus menstrua non rectæ procedunt. Sequitur modo secũda pars aphor. quę est. (*Neque caluescunt.*) Etenim non solũ usu quotidiano, hæc sententia ueriſſima inuenitur, verumetiá ab Arist. confirmata habetur, qui lib. 5. de gener anim. cap. 3. non modo scripsit Eunuchos non caluescere, verũ etiam, neq; alios pilos generare, & si quos habent, eos ammittere. Cur verò id ita sit, affert causam, quoniã in fœmineã naturã mutantur, quæ similis est naturæ puerorũ, quod veraq; excremẽto careat, & 10. sect. probl. 56. dicebat ideo Eunuchos non caluescere, quoniã cũ rem uenereã non agant plus, cerebri habent, nec pars anterior ipsis subsidet, vt hiccirco semper suppetat alimentum tàm generandis, quàm sustinendis pilis; Vsu. n. præsertim immoderato coitus consumi cerebrum, & pilos decidere in supercilijs maximè alias ex Arist. & Auuenzoar diximus, nec Hipp. aliud uoluit significare, quando 6. Epid. sect. 3. aphoris. 1. dixit cerebri consumptionẽ sequi caluitiũ, quoniã siue id fiat pituita ipsius cerebri putrescẽte, atque

te,atq; capillorũ radices exedente, vt in lib:de nat: pueri ſcriptũ eſt, ſiue fiat ipſo cerebro ſiccefcente,& conſequenter ſubtus os anterius de hiſcente,certum eſt caluitium, numquam fieri abſquè aliquo ipſius cerebri vitio; loquor autem de Eunuchis,quandoquidem non eſt dubium,quin pluribus quoque alijs de cauſſis contingat, à Gal. 1. de compoſi:med:ſec loc. & ab Auic:7.4.cap.2. Sed circa hoc tria occurrunt dubia, vnum eſt an verum ſit Eunuchos non calueſcere ob coitus abſtinentiam, & quod facit dubium eſt, primum quia vtuntur coitu, & frequenti, propter quod mulieres antiquitus quæ nolebant imprægnari, alebãt domi Eunucos, vt ſcilicet frequenter venere vterentur, neq; proderentur,& hodie apud Turchas nolunt cuſtodiri mulieres ab Eunuchis niſi totum membrũ habeant amputatum. Id enim præceteris teſtatus eſt Martialis author licet impurus, rerum tamen Romanarum valde eruditus in lib 6.in diſticho ad Pannicum, & lib.10. in Epigram: de Almone, præterea Ariſtot.4 ſect. prob 27. vbi quærens rationem propter quam aliqui cum delectatione patiantur venerem vt Spadones, ij ſcilicet quibus, vel à natura ſunt meatus ſeminales occœcati, vel teſtes abſciſſi, aut attriti, ait eſſe quoniam cum ſemen plurimum ijs circa ſedis partes colligatur,ac propterea pruritum quemdam inibi excitet, maxima cupido atterendi eum locum, & ſemen turgens emittendi oboritur, quod cum turpis Veneris vſu fiat,eam vehementer appetunt,qua ſemen illud eijcitur, ex quo Ariſt.loco facile colligitur,etiam Spadones interdum ſemen emittere,& ob id non debere immunes eſſe à caluitio. Alterum dubium eſt, quia in Eunuchis abundat humidum, & deficit calor natiuus ad quæ duo conſequitur putredo, putreſcente autẽ pituita cerebri, vt dicebam retro, corroduntur pilorum radices, & conſequẽter caluitiũ ſequitur. Tertiũ dubiũ eſt, quomodo Hipp.dicat 2 Epi. ſect.5 tex.1.hydropicos fieri caluos cũ videatur præter rationẽ nã caluitiẽ fieri à ſiccitate nemo nõ nouit: Ad primũ dubiũ reſpõdendũ eſt ſententiã Hipp.verã eſſe ut in plurib ſi quidẽ vt bene ait Ariſt. non eſt alienũ aliquos Spadones ea ratione emittere ſemen,ac ppterea calueſcere,ſi id agant frequenter. Imò uerò etiã qui uenerem agunt Spadones licet ante non emittant ſemen, illud tamen agitant, & commouent, retroquè emittunt, vt iccirco ipſi pariter calueſcere poſſint. Verum forſitan Hippocrati ſanctiſſimo uiro huiuſcemodi ſceleſtiſſima vitia erant incognita, vel potius tempore ſuo inuſitata. Ad ſecundum dicendum eſt, verum eſſe, quod Eunuchi calorem natiuum habent minorem eo, quem habebant ante caſtrationem uel alij, qui minimè ſint caſtrati; at ad faciendũ caluitiũ aliqua requiritur ſiccitas, quæ proculdubio ijs in eſſe nequit, qui ſemp humidiſſimi ſunt. Ad tertiũ reſpondendũ eſt Caluitiũ duplex eſſe naturale,& morboſũ; Naturale in Hydropicis fieri minimè poteſt, At morboſũ ipſis contingere poſſe nil vetat, quãdo nimirũ humiditates in ipſorũ corporib. accumulatę corrũpũtur,quę ſalſę redditę capillorũ radices erodũt,& hoc eſt qđ ſcribebat Hip.lib.de nat pue. Caluitiũ à pituita fieri,à pituita videlicet putreſcẽte. Vtilis eſt aphor. ad ipſius naturæ contẽplationẽ, cuiuſq; effectuũ cognitionẽ, ſed vtilis etiã eſt adpręcauendã podagrã, atq; caluitiũ, quoniã ubi ſcitur eunuchos propterea ab hiſce morbis,ut plurimũ eſſe immunes, quoiã venere nõ vtũtur,vel minus valde ũtũtur,ꝛt intelligitur Veneris abſtinẽtiã uim magnã habere

Dub. 3.

1.

2.

3.

Solut. 1.

Solut. 2.

Solut. 3

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 662 sur 867

©BIUM

effugiendos huiusmodi morbos, quod vero aliquos feciſſe proditum eſt, qui ſe ſe caſtrari curarunt, vt melius diſciplinarum ſtudijs operam nauare poſſent, illud certæ minimè eſt imitatione dignum, etiamſi ita feciſſe magnum illum Origenem credatur, in qua re maximè ab omnibus damnatur, & de eius ſalute dubitatur.

---

29 *Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.*

Connexio. CLARA eſt præſentis ſententiæ cum antecedente cõnexio, cũ & in his, & in ſequenti continuus ſit de podagra ſermo, in quo Hipp. conſilium fuit, docendo qui non capiantur, ſimiliter docere, quid faciendum ſit, ne homines tententur, & puto etiam tempore Hippocratis multos conſueuiſſe uideri podagricos, poſtquam de ea ita grauiter, & copioſe, pleriſq. in locis locutus inuenitur. Eſt aut aphoriſmus, & hic quoque dogma phyſicum, valens etiam ad docendum rationem curandi podagricas mulieres, ſi quãdo illæ tentantur, eſt autem ſimplex, nec diuiſionem vllam patitur. Quod autem ſummatim dicit Hippocr. & mulieres quoque podagra non tentari, niſi menſtrua ipſis deficiant, quę ſententia quoque à Celſo latina eſt reddita lib. 4. cap. 24. quamquam ex hiſce tribus vnam tantum feciſſe videatur, vbi ait chiragra, & podagra rarò, vel caſtratos, vel pueros ante fœminæ coitũ, vel mulieres niſi quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt tentari. Galenus in commentario duo dicit, unũ eſt ex, ſola partium ſupathia, ideſt facilitate patiendi, ſine humorum ſuperabundantia haudquaquã podagras fieri, quaſi verò, & hæc, & cæteri articulorum affectus ſint affluxus humorum ſoboles, etſi enim articulorum ipſorum infirmitas valde conducat ad arthritidis omnis generationem, attamen prę ceteris eſt neceſſaria humorum affluxio pituitoſorum, atque bilioſorum, vt ſæpę dixit Hippoc. in lib: de aff: & de affect: internis, & primo de morbis. Alterum quod dicit Galenus eſt tempore Hipp. verum fuiſſe aphoriſmum, quod mulieres tantum podagra exercerentur, quando penitus deficiebant menſtrua ob errorum quos committebant paucitatem, verum tempore ſuo ſecus fuiſſe, quia tunc & ſine ullo defectu menſtruorum, & cum diminutione eorum pauca, vel moderata fiebant, ſcilicet ob errores innumeros, & varios quos cõmittebãt & Seneca, qui circiter quinquaginta annis anteceſſit Galenum Epiſt. 95. & 96. pluribus quæritur vſque adeò tempeſtate ſua creuiſſe luxum, & in cunctis intemperantiam, vt quod natura mulieribus donum dederit nempę immunitatem à podagra, ipſæ propria vita perdiderint, Plinius quoque lib. 26. cap. 10. ſcribit Maiorum ætate rariorem fuiſſe podagram, ob idquè nomen latinum haudquaquam habuiſſe, quod & morbus tamquam peregrinus ignoraretur, (*Niſi menſtrua.*) Cur deficientibus menſtruis etiam temperatiſſimæ mulieres poſſint à podagra tentari, ratio eſt, quia cum ipſis artus ſuaptę natura ſint imbecilli, & præſertim pedum facile humores exuberantes in eos præcipitantur, exuberant autem quando menſtruæ retinentur, ſiquidem certiſſimum eſt, cum ijs omnes pœnę alias corporis ſordes exinaniri, atque inde fieri, ut ſemper fœminarum carnes teneræ ſint, abſquè

Scopus.

vlla

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 663 sur 867

ulla aſperitate; quod ſi illę retineantur, non modo corporis mollitici incommodant, verum etiam & ſanitati, vt propterea dixerit Hippocr. 5. aph. 57. mulierũ menſes ſi immodici fiant, & ſi nullo modo fiant, morbos ex utero oriri. Quinto, & ſeptimo Epid: habetur exemplum Polemarchi vxoris, quæ deficientibus menſibus arthritide exercebatur, nam apud Hippocratem nomine podagræ etiam arthritidem, vel quemlibet alium particularis articuli morbum intelligi non eſt dubium: Igitur hoc ueriſſimum eſt rariſſimę mulieres podagra laborare, vbi pro natura fluunt menſes; Verum, non eſt alienum à ratione, & ab vſu, vt etiam tunc podagra tententur, quando in venere, vini atq; ciborum vſu delinquant; ſunt enim aliqui cibi qui natura dolores articulorum inducunt vt dicit Hipp. 2 Epid: de leguminibus, quæ in Oenogenuum dolores pepererunt, & Dioſcorides de citonijs, quæ nomine malorum generico comprehendiſſe creditur. Hoc in loco Cardanus deridet Galenum, & alios, qui dixerint podagras non habuiſſe mulieres tempore Hippocratis, quod tunc fuerint homines parciores, & temperatiores, cum etiam tunc ex Homero, atq; Athenæi conſtet gulæ, & Veneris vitia admodum abundaſſe. Sed licet non ſit negandum illud ſeculum ſua quoque uitia habuiſſe, multo minus tamen errabãt, & præſertim feminæ, de quibus non ita narratur à ſcriptoribus, quemadmodũ & de uiris, quorum ſi aliquot exempla habentur, illa certiſſime pauciſſima ſunt, & exigua præ illis, quæ & tempore Galeni, & nunc habentur, quando integra regna, & populos de intẽperantia certare, & crapula interire ſolitos ſcimus, quod etiam alias Solomon prædicauit, cum dixit plures gula, quàm gladio perire, neque enim Galenus ſimpliciter dicit nihil mulieres erraſſe, ſed διὰ τ̃ μικρότητα δ̃ ἁμαρτημάτων; ideſt ob paruitatem & paucitatem errorum minus ſolitas tẽtari podagra. Præ cæteris autem de Veterum temperantia teſtimoniũ habemus apud Platonem in tertio de repub. lib. vbi Socratem inducit dicentem tempore anteacto non fuiſſe notum catarrhi nomen, quod ars coquinaria nondũ eſſet ita exculta; quæ ubi cœpit exerceri, & valde in uſu eſſe, tum non modo catharros verum etiam alios morbos apparere cœpiſſe, qui ad excolendam, & in frequentem uſum trahendam medicinam homines coegerunt. Vtilis eſt aphoriſmus tum ad cognitionem naturalium quarumdam affectionum, tum maximè ad curationem podagræ, quam cum ſciatur fieri ubi euacuatio naturalis mulieri ſuccedit, argumentum eſt ſi fiat, uel ceſſante, vel imminuto naturali illo tributo, tunc ueram curandi rationem in eo eſſe poſitam, ut naturalis menſtruorum curſus reuocetur, imò verò id faciendum eſt in qualibet alia naturali, aut ſaltem conſueta euacuatione intercepta. *Vtilitas Aphor.*

---

30 *Puer podagra non laborat ante vſum venereorum.*

VLTIMO loco poſt Eunuchos, & mulieres nominauit Hipp. pueros, quod hęc ætas omnium aliarum ſit maximę immunis, à podagra, ita ut neque errata in ipſis alioquin conſueta, atque familiaria uim habeant ullam eos hac in parte lædendi, unde non immerito dixit Galenus ſeſe uidiſſe quidem

eunuchos

©BIUM

eunuchos podagra laborantes, at nullos uidisse pueros. Est aphorismus, vt summatim dicam, eiusdem naturæ cum superioribus. (*Puer.*) Qui sit puer hoc in loco apud Hipp. non est longe petendum, quandoquidem ipsemet declarat ijs verbis ante vsum Veneris intelligens, scilicet totam eam ætatem, quæ vsque ad decimum quartum ætatis annum terminatur, vnde etiam Celsus transferés tres has sententias lib. 4 cap. 24. diffiniuit pueros vsque ad fœminæ vsum, & quamquam Hipp. in Coacis prænotionibus dixerit, pueros non tentari podagra ante pubertatem, attamen intelligẽdus est de ea pubertatis parte, in qua nondum veneris cognitio habetur, & in qua nondum pili circa genitalia, & circa barbam, & alas oriuntur, vt ait Aristot 4 prob. quib. pubertas definitur & de qua loquẽs Cæsar lib. 6 de bello gallico dicebat: nõ licuisse illis gentibus cognoscere fœminas, ante vigesimum annum, vt corpora proceriora atq; robustiora euaderent, quasi nimis propere venus impediat corporis incrementum ac robur, & consequenter suscipiendis podagris apertum reddatur. Et notandum est in his tribus aphor. vsum esse verbo πωδαγριὰν, i podagrizare, quoniam loquitur de podagra, iam consumata nõ autem incipiente, quam scribit Plutarchus Marium vocasse τὴν ποδαγρας ψελλισμον, i. podagrę balbutiem. (*Ante vsum.*) Dignum est consideratione Hipp. voluisse potius nominare vsum veneris, quam annos, quoniam est ipse coitus nõ anni, qui faciunt podagram, nam etiã multo ante aliqui vtuntur uenere, vt narrat Hieron: in Epist: de puero decennio, qui compressit nutricem, & prægnantem reddidit, similiter etiam post 14 aliqui ferius vel natura, vel lege, vt Cæsar testatur de Sueuis loco citato Galenus maximam vim habere coitum ad podagræ generationem ait, sed qua de caussa non satis explicat, propterea clarius illæ sunt proponendæ, quæ sunt tres, priuatio materiæ seminalis, qua partes neruosæ, atque adeò ipsi articuli nutriuntur, Debilitas ipsorum articulorum ab imminuto calore natiuo producta, merito cuius facile articuli inter mouendum suscipiunt excrementa redundantia, nam & Arist. 4. prob 13. dicebat propterea pueris fœtere alas, & sudores vbi incipiunt Venere vti, quoniam calor diminuitur deterioresq́ fiũt coctiones, & maiores corruptiones. Necnon impulsio, atque commotio quæ in eo actu exercendo necessariò consequuntur, modo pueri antequam venere utantur, cum hisce omnib. occasionibus certant antequam natiuum calorem robustum habeant, quo fit vt excrementa, quæ gignunt partim consumant, partim in auctionem corporis insumant, non est mirum si uel numquam, uel rarissimę omnium à podagra quæ est soboles fluxionum capiuntur, imò uerò Plutarchus de tu: Valet: dicebat tria esse, quæ sanitatem, ac uitam conseruant, non esse pigrum ad laborem, non satiari cibis, & conseruare semen, dico autem rarissimę, quoniam etsi Galenus asserat se neminem in pueritia uidisse tentatum à podagra, haud tamen negat, quin id fieri possit, imò uerò dicit, si quando capiantur, ijs intumescere manus, atque genua, fieriquè ueluti arthritidem ex plenitudine crudorum succorum, quasi non sit uera podagra, quam Hippoc. lib. de affect: dixit esse omni arthritide immaniorem, longiorem, atque difficiliorem, eo quia in pedibus sunt plurimi nerui, ossa, & ligamenta. Sed hic duo occurrunt animaduertenda, unum est pueros non solum ob uoracitatem absquè Veneris usu posse podagra, seu arthride

exerceri,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 665 sur 867

exercerí, verum etiam ob hæreditariam proprietatem, ob quod, vt alias dixi, veteres, quemadmodum narrat Plutarchus libro de sera num: vind: filios podagricorum statim currebant ad vim illã paternam abolendam, Alterum est non solam abstinentiam veneris liberare ab hac affectione, quoniam plerique monaci, atque alij, cœlibes tentantur podagra, etiam si nulla venere vtantur, sed etiam exigi, vt alij errores vitentur, id quod non solum ad euitandam, verum etiam ad sanandam ipsam podagrã maximè cõducit, narrat enim Cælius Rhodiginus aliquos podagricos pro scriptione bonorum ad pauperem mensam redactos frugali illa vita sese à morbo vindicasse, id quod etiam quodam Rogatiano narrat Porphyrius contigisse in vita Plotini. Vtilis est aphorismus, vt superiores. *Vtilitas Aphor.*

---

31 *Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ sectio, aut medicamentum è potum, soluit.*

NVLLA alia continuatio præsentis cum antecedente aphorismo affertri potest quantũ ipse intelligo, quam quod vtraque sententia est de dolore, sed antecedens pedum dolores tractat, hęc verò oculorum, quorum etiam curationem tractat; Sed mirabile, quo pacto Hipp enumeret, omne genus remediorum, pro oculis, vt faciunt vulgares, & ignorantes, qui incerto quodãmodo, non indicationibus explorant remedia. Nisi dicamus Hipp hoc in loco voluisse monere, ne medici ocularij, quales erant apud Aegyptios, & veteres vno remedio vterentur, sed quodcumq; ab indicatione legitima sibi offeratur, ita vt Scopus Hipp in præsenti aphorismo sit docere remedia omnia dolorum oculorum potius ratione ab ipso inuenta, & indicatione à natura rei, quam experientia, capienda secus, quam Galenus in comm: existimauit. Itaque est sententia hæc ueluti præceptum quoddã curatorũ, quod in tot partes secari posset, quot sunt remedia, quæ proponuntur. *(Dolores oculorum)* Celsus lib. 6 c. 6 Curari oculos sanguinis detractione, medicamento, balneo, vino, verustissimus auctor Hipp. memoriæ prodidit; Galenus verò satis diligens, & longus est in examinandis singulis remedijs, quæ si verum est potius experientia, quàm ratione constare, haudquaquã multo discursu opus haberent, verũ aliter res sese habet, vnde hac in re nos Galen. ipsum sequentes vnumquodq; examinabimus: Illud tamen ante omnia supponendum est, sicuti oculorum dolores varijs de caussis fiunt, sic etiam varia remedia, atq; diuersa eos postulare; Vnde in iudicio medici, vt hoc, vel illud administret, semper est positum. Primũ itaq; remedium, quod proponit Hipp. aduersus oculorũ dolores est meri potio. Circà quod primo sese offert dubium, quoniã Archigenes apud Gal. 4 de med: local: c. 1. loquens de affectib. oculorum, qui fiunt à fluxa materia, dicit cunctis initio tria conuenire; cibi, & potus parcitatem, aquæ potum, & veneris abstinentiam. Iam verò dolores maxima exparte fiunt ab humorum affluxu, unde rarissimę usu uenire uidetur, ut dolores oculorum curentur potu uini, ac tanto minus meracioris, quod dixit Martialis esse oculorum uenenum. Pro quà dubitatione tollenda primo dicendũ, non hęc sola numerari, sed uniuersalia in omnib. dolorib. Pro qua rè etiam. *Connexio. Scopus. Diuisio. Dub. Solut.*

Scien-

©BIUM

Sciendum eſt etſi Galenus totum fere commentarium conſumat in duabus hiſtorijs enarrandis eorum quos curauit, partim balneo, partim meri potu, attamẽ ex ipſius verbis colligi poteſt aliqua methodus, qua quis vtens poterit in quolibet oculorum dolore, imò uerò etiam in alijs partibus, & remedia, & remediorũ materiam reperire. Itaque cum dolor omnis fiat, (vt alias à nobis fuit conſtitutum) à ſoluta vnitate, atq; huius cauſſa ſit vel nuda intẽperies, vel cum affluxu materiæ, atque hæc aut cum totius corporis plenitudine, aut cum cacochymia, proculdubio pro ut hæc, uel illa cauſſa eſt, ſic hoc uel illud remedium conuenit, vt non immeritò Hippocrates, tot remedia proponenda duxerit; Et exemplum potiſſimum oculorũ tanta diligẽtia ſelegit, tum quia eſt pars nobiliſſima, quam Celſus dicebat ſummo ſtudio eſſe cuſtodiendam, vtpote ad dulcedinẽ uitæ magnopere conducentem, ac Plinius lib. 11. cap. 37. dicebat oculum eſſe precioſiſſimam partem, qui lucis uſu uitam à morte diſtinguat. Tum quia hæc pars ſolet ob ſingularem quendam ſenſum, quo prædita eſt, acerbiſſimis cruciatibus exerceri, quod uerò, (vt ſibi imponit Celſus lib. 6 cap. 6.) neque tempore remediorum adhibendorum, neque cauſſas explicuerit, ratio fuit, vt ait Galen. 6. de ſimpl: med: cap. de Abrotano, quoniã aphoriſtica diſciplina illud minimè exigit, non autem quòd quæ dicit, ut Galenus opinatur ex ſola experientia protulerit, quo forſan etiam cauſſa fuit, cur hæc ſententia nuſpiam alibi ita expoſita in Hipp. commentarijs habeatur, etſi de ea plurimis in locis ſermonem fecerit Galenus: nam quæ habentur 7. partic: aph: 46. merito à Galen. veluti ſpuria reijciuntur. Ad hæc Hipp. alibi de his tractauit, & cum iecerit ſemina indicationum, quando ſcripſit lib. de flat: contrariorum contraria eſſe remedia, hinc facile quiſque ingenioſus poteſt cognitis omnibus remedijs ſimul cognoſcere, quæ remedia quibus morbis, & quo tempore conueniant. Igitur ut primum loquamur de meri potione, certum eſt in nullius affectus principio meri potum conuenire, quod in oculos exhalans augeat affectum, ſimiliter etiã ubi ſit maximè repletum caput, atq; materia influens calida, & mordax. Cæterum in uetuſto morbo, nec repleto corpore, nec amplius humore influente, eoq. influxo exiſtente craſſo, & frigido plane meri potus conueniens eſt, quippe quod vapores ad oculos mittat, qui diſſecare, & diſſipare apti ſunt, ob quod Ariſt. 31. partic: prob. 9. dicebat, quandoq; oculis, (ſcilicet quãdo tunicæ duriores ſunt, & denſæ præſertim pupillæ) prodeſſe ea, quæ lachrymas cient, veluti cœpę ſunt, id quod etiam ab Hipp. confirmatum reperitur in libro de locis in homine, ubi monſtrat nõ paucos oculorum morbos lachrymarum prouocatione curari. Et Gal. hoc commentario proponit exemplum cuiuſdam iuuenis, quẽ curauit potu meri, cum laboraret vetuſto dolore oculorũ eoſquè valde tumidos, & ſanguine craſſo repletos haberet, abſq. tamen totius corporis repletione. (*Aut balneum*) nomine balnei intelligendum eſſe id quod toti corpori, non autẽ ipſis ſolis oculis adminiſtratur ex aqua dulci tepente non eſt dubitandum, nempè quod cunctos pęnę dolores mitigare poteſt, Cæterum etiam hoc haudquaquam temere, eſt adminiſtrandum, ſed ſuo tempore, & ſuis cauſſis dolorem facientibus: Nam vbi uapores, & humores acres in oculos feruntur, ſimulq. incendium magnum ipſos oculos uexat abſquè corporis plenitudine, proculdubio ijs ab aqua dulci tepente

pente mirum in modum demulcentur, atq; diſſipantur, quo in caſu ſeſe magnũ adiumentum balnei adminiſtratione attuliſſe teſtatur Galen. (*Vel fomentum*;) Galenus multus eſt in referenda hiſtoria cuiuſdam iuuenis, quem narrat ſeſe curaſſe, atq; liberaſſe fomentis, & balneis ſecuſquam volebant; alij medici ocularij, quæ fomenta adhibuerit expreſſe non dicit, ſed teſtetur dolorem illius iuuenis originem duxiſſe ab influxu in oculos humorum acrium cum facilè poſſumus conijcere eas fomentationes adhibuiſſe, quæ componuntur ex emplaſticis, non multum calefacientibus, ac moderatè diſcutientibus, vt ſunt ex decocto camomelli, meliloti tutia lota albumine oui in ſpumã redacto, nam quæ multũ refrigerant, vt ſtupefactoria, & conſtipant magis humores affigunt, atque ne diffluentur prohibent, vnde vel cœcitas, vel hebetudo videndi conſequitur. Et Galenus inter auxilia tentatiua ponit fomentum veluti omnium ſecuriſſimum, quod ſcilicet faciliter expediatur, & ſtatim atq; non iuuare compertum eſt faciliter dimitti poſſit, præterquam quod iuuat tum ad conſequendã naturæ morbi cognitionem, tum etiam ad inducendam ipſis oculis ſanitatem, ſi quidem ſi fluxus humorum finitus ſit, eos diſſipat, ſin autem adhuc fluant fomentum quidem caloris beneficio videtur conferre quidem prima illa applicatione, at paullo poſt augetur, ex quo intelligitur opus eſſe euacuatione ſanguinis, ſi is exuberet, per medicamenta verò ſi ſigna cacochimiæ appareant, & hæc eſt ratio propter quam Gal. lib. de curandi rat: per ſanguinis miſſionem teſtatus eſt ſeſe quandoque ſtatim finiuiſſe ingentes oculorum dolores inſigni ſanguinis miſſione, ſcilicet quatuor librarum, Quod verò ad euacuationem pertinet, ſicuti natura ophtalmias curare ſoler ſpontaneo alui fluxu, vt Hippoc. aph. 17. huius lib: ſic non eſt dubitandum, quin ars quoque ſimiliter adiuuare queat, imò Hipp. in lib. de loc: in homine dat etiam Elleborum, & vſtiones temporũ laudat ad coercendos veruſtos humorũ ad oculos influxus ibidem tamẽ vult initio inflammationum nil oculis eſſe illinendum: ſed valide purgandum, vt ibi nos emendauimus vomitum cauendo. Vtiliſſimus eſt hic aphoriſmus ad curationem exactam affectuum oculorum, in quibus primũ ſub vino, & balneo meminit rationis victus, primum tamquã magis referentis, & de qua alibi ſcripſit, ut in lib. de viſu, necnon de loc: in homine, cõtentus hic aphoriſtica doctrina uti, ac tantum ſumma genera remediorum proponere, ex quorum cognitione poſſunt deinde remedia particularia inueniri. Diſcitur etiam hinc non ſolum aliquando eſſe mutanda medicamenta vt Auic: dixit, ſed & medicationes, & eſt verum id quod ait Hipp. lib. de loc: in homine & à Celſo lib. 3 in fine cap. 1. in acutis potiſſimum, ſi quid non iuuat ad alia tranſeundum eſſe: Nam vt ait Plinius lib. 8. in fine c. 16. vis malorum etiam feras docuit varia remedia experiri.

Vtilitas Aphor.

32 *Balbi ab alui profluuio maximè capiuntur.*

CVR Hipp. tractationi oculorum, quæ tota practica fuit, ſubiunxerit hoc de balbis dogma, non ſatis perſpicio, quinimo nec illi, qui de continuandis cunctis aphoriſmis admodum ſolliciti fuerunt, quicquam hoc in loco dixerunt. Attamen poſſet forſan dici cum Hipp. in extremis verbis aphoriſmi an-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 668 sur 867

©BIUM

tecedentis meminerit purgationis per pharmaca tamquam conferentis in oculorum doloribus curandis voluisse monere, ne in quibusuis vterentur eis temere, & præsertim in illis, qui valde humidum cerebrum, & consequenter oculos, sicuti balbi habent, quoniam facile hi in diuturnos alui fluxus incidunt, & eo magis si à medicamentis stimulentur, nisi etiam dicere iocosæ velimus subiunxisse meri potui balbutiem, quia ab eo immoderatę sumpto hæc generatur. Est autem sententia theoretica, simplex & indiuisibilis, Quodq. dicit Hipp. est balbos maximè, à longa diarrhoea tentari pro cuius explicatione videndum est primum, quid sit balbuties, cur maximè balbi ab alui fluxu capiantur, & cur à longo: τραυλότης, seu τραυλοί, qua voce vtitur hic Hipp. & sæpę alibi, quę nil aliud est nisi quoddam linguæ vitium, quo non possunt ægrotantes rectę percipi, vt qui linguam latiorem habent, aut rectæ proferre r. t. aut aliud aliquod elementum, quò vitio laborasse Alcibiadem narrat Aristophanes. differt autem ἀπὸ ἰσχνοφωνίας, quod in hac non potest continuari locutio, sed paullatim intermittitur deinde repetitur, atq; hac laborauit Demosthenes à Demade oratore precio curatus, vt narrat Plutarchus in eius vita, & libello decem Oratorum. Iam verò quod in balbutie non possint proferri eiusmodi elementa, nascitur à linguæ humiditate sicut ἰσχνοφωνία a frigiditate, seu melãcholia, à quib. fit imbecillitas, à qua semper fit omnis balbuties, vt scribit Arist. 11. sect. prob 30 & alibi, Imbecillitas porro linguę caussata ab humiditate cerebri. Similiter arguit totius corporis imbecillitatem, atq; humiditatem, quasi verò cęterea quoq; humidiora sint reliqua membra, & cõsequenter intestina lubrica, quo fit vt si quando humiditas à cerebro in stomachum, atq; intestina delabens faciat alui fluxum ea necessariò sit longa & diuturna, vt docet hoc in loco Hipp. Cęterum dignum Not. est inquisitione, cur fiat vt balbi, nequeant recte proferre illa duo elementa, etenim non satis est dicere ob humiditatem, nisi simul caussam magis immediatam afferamus, Adhęc cum videamus interdum ægros, & præsertim febricitantes balbutire, ita ut rectæ non proferant verba, quod etiam accidit ebrijs indaganda est caussa propter quam hoc contingat: Circà primum Galen. mihi satis bene philosophatus videtur, qui dixit ad rectę proferendum r. & t. & c. duob esse opus, uno, ut commode lingua dilatetur, altero ut in priorib. dentib. firmetur, quorum neutrum præstant balbi, quoniam impotens cum sit lingua ob nimiam humiditatem, haudquaquam dilatari, & firmari potest, quemadmodum par esset, nam ut egregie monstrat Arist. 2. de partib. anim. c. 17. ad hoc ut literis exprimẽdis apta sit lingua debet esse, moderate mollis, & moderate magna, quò fit ut bruta quadrupedia non possint vnquam proferre, quoniã & longior est quam par sit, & durior, atq; asperior, contra autem aues, quarum linguę sunt molliores, dilatabiles, & moderatę lõgitudinis, ueluti psitacus sturnus cornix loquũtur, quemadmodũ narratur de ea, quę grecę semper salutabat Imperatorẽ discunt proferre literas, atq; uerba. Circa secundũ illud primo statuendum est, qđ pariter Galen. placuit Hipp. hoc in loco loqui de balbutie naturali, atq; in uiris iã adultis, nõ autẽ in pueris, si quidẽ hęc facile curatur, neq; longa uentris profluuia in ipsis fiũt, nã ut pueris sũt imbecilla crura ob nimiã humiditatẽ, ita ut incedendo, uel labãtur, uel nõ ambulare possint, qua tamẽ humiditate nimia consum-

consumpta libere ambulant, sic contingit linguæ, vt non possit cõcinne ad formandas voces accommodari ob ingentem humiditatem, Cęterum ebrijs, etsi adsit quoq; nimia humiditas tàm in lingua, quàm in musculis, & neruis illius functioni famulantibus quæ omnia ita expressit Arist. loco probl. citato, vt Gal. sua inde accepisse putare liceat, attamẽ adest & alia caussa cur balbutient, s. quia mens errat, à qua & verborum, & orationũ prolationes pendent, ac diriguntur, quod etiam dicere possumus, de febricitantib. atq; alijs in morbo aliquo balbutientib. in quib. non modo est caussa linguę, & aliarum partiũ ipsi seruientium intemperies cum materia, siue sicca, siue humida eo pacto quo dictum est, verũ etiam imaginatio errans, quèmadmodum in ischrophonis, seu lingua hæsitantib. contingere dicebat Arist. 11. prob. 38. qui ob id melancholicos affectus in huiusmodi vitia nonnumquam incurrere dicebat, quod etiam apud Hipp. habemus 2. Epid: initio sect. 6. vbi balbos esse bonos cũ dicat, tàm ad animi, quàm ad corporis bonitatem referendum puto, quoniam cum aluum lubricá habeãt, atq; maximè ea ad sanitatem conducat, iure merito quod ad sanitatem spectat boni dicũtur iure balbi. Vtilis est aphorismus ad hoc præcipuè, vt vbi balbi sint purgandi sciant medici sese parce illud agere debere, & cum prudentia, ne forte in fluxus ventris graues incidant, vt aliquib. cõtingere solet. Est etiam, & ad illud vtilis, vt si quando videant medici balbos tentari longis alui fluxibus sciant minus esse formidandum, iuxta aphorismum 34. secundi libri (Minus periclitantur in morbis quorum naturæ, &c.

Vtilitas Aphor.

---

33 *Qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntur.*

NVLLA alia connexionis ratio præsentis aphorismi cũ antecedente apparet, quàm quòd in vtroq; docetur, qui corporis habitus naturales sint dispositi ad aliquos morbos, Et scopus Hipp. est docere huiuscemodi exemplis à medico semper naturales corporis dispositiones, atq; habitus spectari. Vnde ad partem speculatiuam pertinet, & quodammodo etiam simioticam, est verò sententia simplex atq; indiuisibilis, (*Ructantes*) (ἐξυρεγμιώδεις) Galen. qui sint ἐξυρεγμιώδεις exponens nil aliud quam eos esse dicit, qui acidum habent ructum, ego autem puto, non eos, qui tantum actu habent esse intelligendos, sed magis qui apti sunt ad eos edendos, ac propterea faciliter etiam edunt, cuiusmodi sunt, qui stomachum frigidiorem habent: nam etsi acidus ructus efficiatur interdum vitio ciborum, vel quantitate, vel qualitate peccantium, vbi tamen diu perseuerat, (vt loquitur hic Hipp.) fieri nequit, quin ventriculus intemperiem frigidá, & humidá inducat, à qua deinceps gignitur copia acidæ pituitæ, & consequenter, ructus acidi gignũtur, qui nil aliud sunt, quam eruptiones ab ore halituum saporem acidum sapientes, sicut à nidore nidorosi, atque alij ab alijs humorib. in ventriculo contentis: Sed Hipp. potissimum meminit acidorũ quoniam ob ingluuiem frequentius omnibus fiunt acidi ructus, vt habetur à Galen. 2. de rat: vic: in mor: ac: textu 22. vbi etiam ipse tres caussas acidi ructus proponit intemperiem frigidam ventriculi, copiam pituitæ acidæ in stomaco existentis,

Cõnexio, Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 670 sur 867

©BIUM

necnon ciborum copiam præſertim potentia frigidorum, ob quod lib 2. de dieta dicebat porrum, & coriandrum acidos ructus tollere, Cur autem fiat ſapor acidus, eſt quoniam non coquuntur cibi, ſed ſemicrudi manent, Verum
Dub. 1: hoc in loco duo exurgunt dubia vnum eſt quod acetum calidum putetur ab Ariſtot. 33. ſect. 17 vnde non eſt verum eſſe acidum ructum ſobolem frigidi,
2. præterea à Hippoc. 2 Epid. ſect. 3. non longe à fine, ſcribit bilioſos moderate, & ſanguineos eſſe ἐξυρυγιώδεας, & 6 Epid. ſect. 6. dicit eſſe melancholicos, ſuccus autem melancholicus acidus eſt, ac propterea inſtar aceti terram fermentans,
Solut. 1. Adhæc omnia reſpondendum eſt, quod ſcribunt Alex. Trallianus lib. 12 cap. 1.
& 2. & lib. 7. nec non Auerroes 3 lib. collect. cap. 40. Aciditatem fieri tàm à calido, quàm à frigido: à calido quidem per putrefactionem, vt acetum, quod fit ex vino putrefacto ob calorem externum ambientis, à frigido autem fit per cruditatem, vt pleriſq. fructibus conſpicitur, qui donec crudi, & immaturi ſunt acidum ſaporem habent, vbi verò maturuere dulceſcunt, quod ſimiliter à Galeno fuit ſignificatum 4. de ſimpl: med: cap. 10. & 12. Vnde non male Hippocr. lib. de affect: dixit ructum acidum fieri etiam ex cibis caſeoſis mellitis pinguibus & ſeſamo paratis. (*Non multum*) Galenus, & bene dictionem, (ἁπάντι,) dixit ſignificare raritatem rei, non autem integram abnegationem, & abſolutam quemadmodum exiſtimarunt aliqui, tamquam ſi dixiſſet Senes, qui natura procliues ſunt ad ructus acidos, ij raro pleuritici fiunt, Cæterum uidendum an hoc uerum ſit, & cur id eueniat. Etenim veritas probatur primum experientia, quia conſtat vſu eos, qui frigido ſunt ventriculo huiuſmodi morbo raro conflictari, ſicut etiam qui abundant pituita ſalſa, & acuta, quod hi aluum lubricum habeant, & qui tales ſunt non tentari eos pleuritide, neq; alijs morbis acutis dixerit Hipp. lib. de aer: aq: & loc: Cur autem hoc contingat videtur Gal. duas rationes attuliſſe, vnam quod pleuritis ſit abſceſſus, & abſceſſus fiant à copia humorum, qui vbi euacuantur, eos minimè producunt, euacuantur autem, quando aluus humida ſit, vt contingit in habentibus ſtomacum humiditate acida, atque mordaci repletum, Alteram, quia cum pleuritis ſit inflammatio membranæ ſuccingentis coſtas, atque hæc ſit corpus tenue, & denſum, humores craſſos & pituitoſos non admittit, ſed tantum tenues cuiuſmodi eſt bilis, vnde non poteſt fieri ea in parte inflammatio à ſanguine pituitoſo, & craſſo: Sed cur ergo non dixit ſimpliciter non fieri, ſed rarò; Dico iure illud feciſſe, quia vt dictum eſt interdum etiam ructus fiunt à bile, & à ſanguine, à quibus
Vtilitas Aphor. etiam fit pleuritis. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem faciendam, & ad cognitionem morborũ, quaſi non debeat medicus iudicare morbos niſi prius habeat recte perſpectam ipſorum ægrotantium naturam.

---

34 *Quicumque calui ſunt, his magnæ varices non fiunt. Quibus verò calui magni ſuperueniunt, hi rurſus capillati fiunt.*

IN hoc aphoriſmo docet Hippocrates quomodo ex corporis naturalibus diſpoſitionibus cognoſcantur diſpoſitiones eiuſdem ad affectus præternaturales

turales, quemadmodum fecit in duobus antecedentibus, adeo vt pateant, & continuatio, & ſcopus in præſenti ſententia, quæ eſt pathognomica, ſimplex, atque in duas partes diuiſibilis. Quarum prior eſt. (*Quicumque calui*) Quid ſit caluitium, alias dictum eſt, ſcilicet eſſe priuationem capillorum, vnde patet quę ſit differentia, inter ipſum, & pilorum defluuium, quod quidem fit in cunctis corporis partibus, præſertim verò capitis: Caluitium autem in ſolo capite, imò verò dicit Ariſtot. 5 de gen: anim: cap. 3. & Plinius lib: 11. cap. 37. & bene non fieri infra verticem, vel infra cerebrum, aut circa tempora, & aures, quo etiam loco dicebat caluitium vni homini contingere præter quam innatum, qđ in Coruis aliquibus fit, qui propterea Φαλάκροκόρακας vocantur, fit autem caluitium interdum à morbo, interdum naturali curſu, ſcilicet deficiente modo ocius, modo ſerius humido ipſo naturali conſumpto, & modo plus, modo minus; nec dubitare oportet, quin Hipp. loquatur de caluitio non naturali, quandoquidem morboſum, quod propriè μαδάρωσις, vocatur, ut ait Galenus fit uitio excrementorum acrium, & corrodentium, & ab alio morbo pendet, atque habet commune cum varicibus humoris genus, ſcilicet humorem melancholicum, prætereà non eſt curabile vlla ratione, cum id de quo loquitur Hippocr. ſponte naturæ curetur. (*His magni varices.*) Varix, qui modo κιρσός à Græcis, modo ἴξία, vt ab Ariſt. 3. de hiſt: animal. cap. 11. & 4 prob. 20. ac 6. 3. nihil aliud eſt, ut alias diximus, quàm uena tumefacta, & licet in uarijs corporis partibus externis, atque etiam in ipſis pulmonibus fiant, proprie tamen, ſolent ita uocari, quę magnopere intumeſcunt in ſcroto, atque in cruribus, fit verò huiuſcemodi tumefactio, tum ab humore melancholico, tum etiam a flatu ſecundum Ariſtotelem, de his enim loquitur qui ſuperueniunt, & morboſi ſunt, non autem de naturalibus, qui fiunt, ob natiuam earum venarum amplitudinem, hos itaque ait Hippocrates non fieri magnos in caluis, quaſi uerò, & in hiſce fiant, ſed non magni; qui vbi contingunt, dicit Hipp. 2 Epid. ſect: 5. circa finem eſſe μανιῶδεις, ideſt facere, & prædicere furorem, quod humor melancholicus, & ater cum nequeat à paruis varicibus recipi, neceſſariò in caput reſtagnat, vbiquè mentem è ſua deturbat ſede, quemadmodū varicibus exiſtentibus magnis totus ſuccus niger, & prauus ab ipſis capitur, ſicquè cerebrum, & mens liberatur; Cur autem caluis non fiant magni varices, ratio eſt, quoniam humor prauus, & corrodens retinetur in capite, alioquin caluitium non fieret, & mirum eſt hanc ſententiam mutuaſſe Ariſtotelem cap. 11. lib. 3 de hiſt: neq; Hipp. meminiſſe, quod tamen ingratitudinis peccatum fuit ipſi fere æternum, præſertim in hunc ſapientiſſimum Senem ſibi etiam cognationis neceſſitudine coniunctum, Ariſtot. 4 probl. 21. ſcribit iccirco laborantes varicibus, (ſcilicet in ſcroto) eſſe ſteriles, quoniam in actu venereo ex ijs excitatur, hoc eſt ex humore melancholico, qui refrigerat ſemen, & errectionem hebetat, ego uerò addo, uaſa ipſa ſeminaria affici propinquitate uaricum, ita ut ſemen improbum, & generationi ineptum reddant. (*Quibus verò caluis.*) Hæc eſt ſecunda pars aphoriſmi, in qua nil aliud Hipp. docere intendit, quàm Caluis iam factis ſi uarices ſuperueniant eos iterum capillos recuperare, Ariſtot. autem nequaquam hoc dixit perpetuum eſſe, uerum aliquibus id ita contingere, quæ ſententia certè

Connexio. *Scopus.* *Diuiſio.* *Ariſt. & Hipp. cognatione coniuncti fuerunt.*

mihi

©BIUM

mihi non displicet, quod verò non in cunctis hoc verum comperiatur, imo ita quoque intellexisse Hippocratem non dubito: ratio autem qua hoc fit, vt in aliquibus capilli renascantur est, quia is humor, qui faciebat caluitium translatus est in crura, vel in ipsos testes, vnde vt liberat à mania, seu à melancholia, quemadmodum scriptum est 20. huius libri, nec non à linguæ hæsitantia quemadmodum idem Hipp dixit 2. Epid: circa initium quinctæ sect. haud secus quoque liberat à caluitio, neque hoc faciunt solum varices, verumetiã hæmorrhoides superuenientes, quemadmodum habuimus retro, & quemadmodum ipse experientia cognoui in conciue meo Spinutio Aspino. Duo hic problemata

Prob. 1. occurrunt vnum est, cur si abducto humore faciente capillorum defluuium ad testes, uel crura renascuntur pili, non idem fit si vlcera in cruribus fiant, purga-

2. tiones narium, fistulæ ani, quæ omnia à capite reuellunt humores: Alterum problema est, de barba, quam aliquibus mulieribus oriri videmus, & de qua loquens Hippocr. 6. Epid: in fine sect: 8. exemplum attulit duarum fœminarum quarum coniuges cum diu abfuissent, ob Veneris abstinentiam emisserunt barbam habitumq. virilem contraxerũt: nam non solum ob hanc causam, verum etiam ob senectutem aliquas barbam acquisiuisse, certo relatum est, & Aristot. 3 de hist: animalium cap. 11. scribit in terra Caria mulieribus sacerdotalib barbam enasci ob menstruorum defectum, atque id pro argumento facultatis di-

Solut. 1. uinatoriæ haberi Circa primum dicere oportet, discrimen esse inter fistulas, vlcera, purgationes, & similia, atque varices, quoniam in illis humores praui abducuntur simul & euacuantur, in varicibus verò et si humores à capite abducantur, non tamen foras mittuntur, sed in ipso corpore retinentur, quò fit ut in illis non possit retrocedere humor, quemadmodum in uaricibus, qui sicuti sua præsentia tuentur à caluitio, ita non fiunt, vbi caluitium adest nisi rarissimi, atque tunc parui, atq; vlcera, & aliæ euacuationes, cum dumtaxat humores tenuiores euacuent, crassioribus, atque terrestrib. relictis, non est mirum si ijs apparentib. non renascantur pili, quod humores caluitium efficiẽtes minime euacuentur, sed multo magis in capite retineantur; Cæterum de barba mulierum tria supponere conuenit. Vnum haudquaquam in cunctis mulierib. hoc promiscuè spectari, sed in pauçissimis, atque ijs salaciorib. necnon multum sanguinis menstrui profundere solitis, Alterum est huiusmodi mulieres esse calidiores cæteris, quasiq. virilem quendam habitum à natura adeptas. Tertium est numquam huiusmodi barbæ pilos decidere, ac semper in ætate prouectiori enasci, Ex quib. omnib. sequitur iam uenere desinente, mensibusq; finitis multum recrementi torridi, multosq. similes vapores in ijs gigni, quib. in caput sublatis, cum capillis alendis, atq; generandis non inseruiant, fit, vt ad mentum à natura conuersi, barbam producant, non tamen tàm longam, atque densam quanta in viris fit, eo quod nec tantum materiæ suppeditetur, neque vis expultrix adeò vmquam sit valida, dicente Aristotile quamlibet, vel calidissimam mulierem, quolibet frigido viro esse frigidiorem, Simile enim quid huiusmodi barbatis fœminis contingit, atque dicebat Aristoteles euenire cornigeris, quorum terrestres humores, & vapores cum dentibus superioribus, quibus carent non seruiant efficiendis, & conseruandis, natura conuertit eos ad loca proxima pro

cor-

cornibus fabricandis, propter quę omnia dicere etiam licet, ſicuti rariſſimis mulieribus fiunt, uarices, ita quoque pauciſſimis enaſci barbam; Sed utrum (quod petebatur) poſſint uarices ſuperuenientes mulieribus facere barbam, ut uiris capillos haud affirmare auſim, quoniam humor melancholicus uaricum non eſt aptus facere pilos barbæ, ſicuti capillos, cum tamen ſanguis menſtruus retentus, ſit aptus ad producendam barbam. Accedit his quod cum ſcribat Ariſtoteles 3. de hiſtor: anim: cap. 11. paucis mulieribus fieri uarices, ſcilicet ut ſanguis earum eſt ineptus producendis illis, ſic & barbæ faciendæ. Vtilis eſt aphoriſmus non modo ad cognoſcendum, quod alias docuimus ex Hippocr. nempè affectiones morboſas ab alijs morbis ſolui, uerum etiam procuratione uariorum capitis affectuum, qui ut crurum, & teſtium varicibus, curantur. Sic quoq; Medicus ulceratione, ut potè cauterijs poteſt ſperare ſeſe alios affectus capitis curaturum atque hinc iure fit, ut Galenus lib. de cur: per ſanguinis miſſ: laudauerit in melancholicis epilepticis, & uertiginoſis ſanguinis miſſionem à cruribus, quemadmodum etiam Hipocrates 2. Epid: dixit tuſſim tolli teſtium tumoribus, & ijs deliteſcentibus etiam ſuccedere ob communionem, quàm illæ partes inter ſeſe habent. *Vtilitas Aphor.*

---

35 *Aquæ intercute laborantibus, tuſſis ſuperueniens; malum.*

NEQVE etiam illi, qui nimium diligentes ſunt in connectendis aphoriſmis, quicquam in hoc habent, quod rationabiliter proponant. Mihi tamen uidetur poſſe dici Hippoc. pergere in commemorandis ijs affectib. morboſis qui alijs ſuperuenientes modo ſoluunt; modo interimunt adeo, ut in præſenti ſcopus eius ſit deterrere medicos à ſuſcipienda uel ſaltem nimis confidenter tractanda hydropicorum curatione ubi ijs ſuperuenit tuſſis: nam Corn. Celſus lib. 2. cap. 8. de aqua intercutem loquens dicebat: omnem ſpem tolli ubi tuſſis adeſt. Eſt autem ſententia pure prognoſtica ſimplex atq; in nullas partes ſecabilis. (*Hydropicis.*) Habetur quoque hic aphor. 7 lib. aph. 48 ſed differentia eſt, quia ubi hic dicit, κακὸν, ibi habet ἀνέλπιστος, ideſt deſperatus eſt, quem uidetur expreſſiſſe Corn: Celſus, loco nuper citato, ubi dixit omnem ſpeciem tollere hydropicis tuſſim accedentem 2. Etiam Epid: ſect. 5. dicebat malum ſi tumidis exiſtentibus cruribus in hydrope tuſſis ſuperueniat, Et 2. prorrhet: ſimiliter de hydrope loquens, dixit tantiſper in hydrope ſpem ſupereſſe, donec tuſſis nõ fiat, neq; ſitis; ex quo in caſu Cteſiphontis relati ſeptimo Epidemiorum memorans ſigna deſperati morbi, dicit tuſſim, & ſuffocationem noctu habuiſſe, Galen. in com: ſcribit, & bene apud ueteres uocari ἐπιγενόμενα, ſiue ſuperuenientia, quæcumque ſymptomata fiunt vel morbi, non alia occaſione, quam ob augumentum ipſius primarij morbi, de quibus ſuperuenientibus integrum librum edidit Praxagoras, Vnde Hippocrates tuſſim, quæ ſuperuenit hydropi, cum fiat morbo incrementum ſuſcipiente, iure Hippocrates antiquo more dixit, (ἐπιγενομένη;) Cæterum uidendum eſt, cur adeo mala ſit tuſsis in hydro- *Connexio. Scopus.*

©BIUM

hydropicis vt modo ab Hippocrat. vocetur ſimpliciter mala, modo ſine ſpe dicantur eſſe. Galenus dicit ideo hoc eſſe, quoniam ſignum eſt adeo creuiſſe aquę copiam, vt cum nequeat à ventre infimo capi, etiam in aſperam arteriá ingrediatur, atque tuſſim faciat, addo ego etiam tunc anhelandi difficultatem augeri, ac ſuffocationis periculum imminere, quòd ab eadem aquæ copia compreſſum ſeptum tranſuerſum minimè reſpirationi inſeruiat quemadmodum par eſſet. Eſt itaq; iure tuſſis mala, vt ſignũ principaliter, ſed vt cauſſa quoq; quoniá à continua tuſſi pectus maximè læditur, ac febribus auctis debilitas virium ſimul creſcit, vnde ſimul ſuffocatio propinqua imminet, vt ait Gal. Verum ſunt qui criminantes Galenum dicant, fieri numquam poſſe vt aqua perueniat ad aſperá arteriam, quin prius ægri ſuffocentur, ac proinde non potuiſſe Hippocratem de tuſſi quæ ob hoc fit, eſſe locutum, quandoquidem non ſolum mala eſt, ſed lęthaliſſima, & quantum adhoc poſtremum certum eſt Hippocratem ſæpę vſurpare vocem (κακόν,) etiam pro lethali, imò ſic accipiendam eſſe hoc loco, id poteſt perſuadere, quod 7. aph. 48. vbi cętera verba huiuſce aphoriſmi habet, loco vocis (κακόν) habet ἀνελπιςός, ideſt deſperatus. Quod verò poſſit per tranſudationem aqua in aſperam arteriam transfundi, vel paullatim ibi, ex vaporib. aut diſtillationibus colligi, & tamẽ æger aliquandiu ſuperuiuere, docet hydrops pulmonis, de qua loquens diſertę Hippocrat. lib 2. de morbis inter alia ſigna commemorat tuſſim, nec tamen vſque adeo lęthale malum facit, quin illius curationem tradat. Neque verò quod dicunt tuſsim fieri à vaporibus ex aqua corrupta ad pulmones elatis, eoſq. lædentibus, quicquam facit, tum quia huiuſmodi tuſsis nullo modo eſt adeo lęthalis, cum ſic etiam fiat in putridis febrib. vt poſsit dici rem eſſe deſperatam, tum quia ſimilis tuſsis, ſæpę ſolet etiam recentes hydrõpas comitari, quando febris coniungitur, facta ex corrupta, & putreſcente aqua. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem faciendam hydropicorum cito ſoffocandorum, quæ tamen non temere facienda erat, ſed in ijs, qui iam longo morbi tædio penitus ſunt conſumpti, quiq; potius deſerendi, quam curandi ſunt.

Vtilitas Aphor.

---

36 *Difficultatem vrinæ, vena ſecta iuuat, ſecare verò interiora.*

NON eſt vt quicquam de connectendo hoc aphoriſmo cum ſuperiore cogitemus, quandoquidẽ uerę ſententia ſeparata eſt, in qua ſcopus Hippoc. eſt docere remedium pro difficultate urinæ, haud ita cunctis compertum; nam certè uideri unicuiq. poteſt durum, quo pacto urinę difficultatem ità poſſit uenæ ſectio iuuare, ut eam tollat. Eſt aphoriſmus præceptum pure curatorium ſine ratione, quod licet ſit breuiſsimum in duas tamen partes ſecatur, quarum prior eſt in qua dicit dyſuriam ſolui à phlebotomia, ſecunda uerò eſt in qua monſtrat quæ uena ſit pertundenda. (*Dyſuriam.*) Hippocr. habet hanc eandem ſententiam ſeptimo quoque aphor lib. 48. necnon 2 Epid. ſect. 6. Sed differentia eſt, quoniam 2 Epid: loco (δυσερίην) dicit στραγγερίαν, nec quicquam aliud dicit, quam στραγγερίην ἡ Φλεβοτομίη λύει, ſeptimo uerò aphor: utraq; uoce

Scopus.

Diuiſio.

utitur,

uitur, & multa alia addit, ita ut maximè eluceat hanc sententiam esse puram Hippocratis. Iam uerò quid δυσουρία, seu difficultas vrinæ sit, plerisq. in locis docuit Galenus, nihil aliud est, quàm mictio, aut facta cum colore, aut lente, & ægre facta, quasi uesica nihil operante. Quæ fit cum dolore, uel fit ob solutam unitatem, ut ob ulcus, uel ob intemperiem calidam, aut frigidam, uel ob utrumque, ut pote inflammationem, abscessumq. aut ob humorem glutinosum, crassum, atque flatuosum. Quæ autem fit ægrę, oritur ob facultatis imbecillitatem ab aliqua intemperie præsertim frigida, atque humida ortam, aut ob tumorē, vel humoralem, vel carnosum in vesicæ ore natum. Atque hæc eadem est cum ischuria, differens tantum secundum magis & minus, quæ ischuria modo vrinę subtillum, modo destillatio à Latinis dicitur, à Cicerone dicitur vesicæ morbus, quia ea sola videtur læsa. De qua autem dysuria loquatur Hippoc. in præsenti videtur statuisse Galenus in comm: vbi scribit eam intellexisse Hippocratem vrinæ difficultatem, quæ sequitur inflammationem, aut plenitudinem, qđ sanguinis missio, quā hic laudat Hip. sit proprium remedium cuiuslibet, inflammationis; Atque hæc de prima parte, quam sequitur secunda, s. (*Secare autem oportet internam*;) Nam sciendum est, tres esse venas cephalicam, mediam, internam, prior capite, media iecur magis respicit. Interam magis totum euacuare docet, Vnde præfertur cæteris, quia sanguis à toto confluit ad uesicam inflammatam, & dolentem. Cæterum circa hunc aphorismum duo dubia oriuntur. Vnum est, cur cum omnis recta administratio, quinimo operatio omnis in quinque sit posita; quid, quando, quantum, vbi, & quomodo; duorum tantum meminit Hippoc. scilicet quid agendum, & vbi, secundum est vtrum verus sit, & Germanus Hipp. hic aphorismus Nam conatur Galen. hunc aphor: non esse Hippoc. germanum, sed potius inter sertum nititur tribus argumentis demonstrare, primum quia non sola sanguinis missio soluit vrinæ difficultatem, sed & alia remedia, vnde quantum attinet ad hanc partem existimat sententiam esse mancam, nisi adijciatur particula copulatiua (καὶ) perinde, ac si dicat difficultatem vrinæ soluit & phlebotomia, Alterum argumentum est, quia neque uerum est uenam internam brachij incisam iuuare, neque Hippocratis dogmatibus consonum, quippe qui voluit inflammatis partibus supra iecur partium superiorum, scilicet in brachijs uenas esse pertundendas, inflammatione autem existente infra esse secandas partium inferiorum venas, s. poplitis aut malleoli. Tertium argumentum est, quod & si quis dicat Hippocratem sub nomine venarum internarum intellexisse venas malleoli, aut poplitis id parum refert, quoniam vtrequè ab vna nascantur etiam in poplite trifariam diuisa. Circa primum dicere oportet propterea hasce duas proposuisse, quoniam magis referunt, & magis sunt, incognitæ. Iam vt alias dixi ex Gal. quantitatem remediorum legibus, & præceptis determinare est impossibile, tempus verò per se notum est, scilicet quādo vrget est, malū, & nil prohibet tunc agendum, modus verò parum refert, & circa has res pauci mometi non versatur Hipp. aphoristicæ doctrinæ Coryphæus. Circa Secundum dubium, vt libere dicam non possum credere hunc aphorismum hinc esse demendum, atque pro spurio habendum, tum quia plerisq. alijs in locis est ab Hipp scriptus, vt antea dicebam

Dub. 1.

2.

Solut. 1.

Solut. 2.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 676 sur 867

©BIUM

tum quia si recte intelligatur, doctrinam Hippoc. proculdubio refert, & quantum pertinet ad particulam (κὴ) potest addi, sed potest etiam dimitti, cum Hip. mos sit, non semper indiffinita dictione intelligere vniuersalem, verum quãdoquè etiam particularem, cum proprie indiffinitum vtrisquè æquipolleat sua natura. De altero argumento aliqui respondent dixisse Hippocratem, secandas esse interiores, ad differentiam scarificationis, quæ fit superficietenus, non intime, atque intelligendas esse venas, aut poplitis aut tali iuxta ipsius antedictam, & à Galeno significatam regulam, tamquam dicere velit, ne secato uenas externas per scarificationem, sed ipsas uenas, atq; eas inferiorum partium pertundito. Verum hæc responsio mihi non placet, quoniam vox τέμνειν, idest incidere, quæ vsurpatur ab Hippoc. est eadem, cum phlebotomia, quam ponit antea; & pro venis internis Hippocrates semper intelligit, eas quæ distinguuntur ab externis, non quæ ab scarificationibus, & certè mihi absonum, & ab Hippoc. ingenio valde remotum videretur si diceret non ex cute, sed intimius esse phlebotomandum. Itaque dicendum est sub nomine interiorum uenarum indefinite intellexisse non modo internas brachij venas, verumetiam poplitis, & malleoli, quasi dicere velit vbi incidendæ sunt venæ siue supra, siuæ infra, semper internas esse incidendas, quia in vtrisquè occasio venit incidendi venas, vt si ob mẽstruorum, vel hęmorrhoidarum defectum ortum sit inflammatorium apostema, quod faciat vrinæ difficultatem, certè mittendus erit sanguis à partibus infernis secundum aliud Hippocratis præceptum 2. Epid. vbi scribit deueniendum esse ad occasionem, & occasionis initium. Vtilis est aphorismus ad medicinam faciendam, cum sit præceptum curatorium, saltem quò ad secundam partem, in qua docet, & quid agendũ, & vbi agendum, iubens secari internas venas, quoties vrinæ difficultas oritur ab inflãmatorio affectu, vel à plenitudine.

Vtilitas Aphor.

---

37 *Ab angina habito, si tumor fiat in collum, bonum.*

SI cogitemus, & expẽdamus denuo, quæ dicta sunt retro aph: 25. certè potest videri hic aphorismus superuacaneus, cum ea regula de Erysipelate sit communis omnibus abscessibus, quos semper ab internis ad externa prodire bonũ, quod si minimè superuacaneum putare placeat, dicere oportebit: aliquid plus contineri in hoc vt videbitur, erat tamen forsan melius ipsum locare lib. 5. post aphorismum decimum, in quo cum dictum sit anginam disparentem ad pulmones verti, accommodatę subiungeretur hæc sententia, scilicet nisi in Ceruicem decumbat; Itaq; verisimile est, ob has rationes breuissimum fuisse Galenum in illius expositione. Est tota sententia prognostica ex qua tamen in medendo etiam non ignobile documentum comparatur, vt suo loco dicetur, habet autẽ rationem adiunctam, secaturquè in duas partes, scilicet in sententiam, & rationẽ, est enim sententia. (*Anginam &c.*) est verò ratio, (*Quia morbus, &c.*) (*Ab angina,*) & hic quoque Hipppc. vsurpat uocem (ἐχομένω) sibi familiarem, quando, s. de morbis iam factis intelligit, Videtur autem planę sententia capta

Diuisio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 677 sur 867

& 3. progn. 18. vbi Hippoc. diſertiſſimè de angina ſermonem faciens, inter cætera dicit, ſi inflammatio, ſeu rubor ſit in ceruice, & pectore, ſeruari ægrotantes, quod etiam repetijt in Coac: prænot: & ſecundo de morbis ſimiliter ſcripſit plurimum ſpei ſupereſſe ſi tumores appareant in collo, & pectore; quam rem exprimens Cælius Aurelianus 3. lib. acut: cap. 2. dicebat plura bona portendi ſi ignis ſacer, occupet collum, aut pectus. Iam cauſſa huius eſt, quia non ſolum ſignum eſt bonum, malum relinquere partes nobiliores, & verti ad ignobiliores, vt ait Galenus verum etiam quia efficit bona, cum liberet partes ad ſpirationem, atq; deuorationem attinentes, Attamen vt verum bonum hoc ſit ſignum, nonnullæ condiciones adſint neceſſe eſt. Vna, vt non ſolus rubor appareat de quo in 3. progn. verumetiam tumor, hoc eſt ipſa materia, ut innuit Hippocrates relinquat partem internam, & ad externam prodeat; Alia condicio eſt, ut alibi non ſit materia hoc eſt intra pectus, nam etſi hoc minus malum ſit, attamen melius multum eſt, ſi tantum in ceruice materia faciat tumorem, Tertia condicio, ut fiat die critica. Vtilis eſt aphoriſmus vt dicebam ad curationem quoque quoniam medici docentur in Angina ab internis ad externas partes trahere, vnde qui linimenta calefacientia, & ſtercus caninum extrinſecus adhibent, præmiſſis debitis euacuationibus haud malè faciunt. Cæterum qđ hoc in loco dubitant aliqui an in faciei Eryſipelate, & inflammatione ſit mittendus ſanguis, an purgandus, haud leue eſt; Nam cum Hippocrates hic, & alibi dicat bonum eſſe eryſipelata, & tumores ab internis ad externa prodire, atque ſectio uenæ, & purgatio contrarium motum faciant, planè uidetur ab ijs abſtinere oportere, neque valet cucurbitulis vti licere, quæ trahunt à profundis ad extima, quoniam Galen. 13. methodi in affectibus capitis non vult applicandas eſſe cucurbitulas, niſi prius totum ſit euacuatum. Ex altera cum ſit affectus inflammatorius, & ſanguineus, cum morbus ſit in capite, atque febri acutæ, & continuæ coniunctus, videtur poſtulari ſanguinis miſſionem ſecundum Galeni dogma lib. 11. meth: cap. 15. In hac dubitatione uidetur primum conſiderandum eſſe num corpus plethoricum ſit, quo exiſtente procul omni dubio niſi quippiam impediat ſanguinem eſt ſecta vena mittere ab interna cubiti, uel dexteri, uel eius lateris, ubi magis ſedem habere morbus uidetur, atq; ut ſubtrahatur fomes morbo, & incrementum. Sin plenitudo non adſit, tunc conſiderandum an materia ſit adhuc in motu, an firmata ſit, ſi primo modo aut purgandum, aut ſanguis ſecta uena, uel cucurbitulis detrahendus prout ætas, uires, humor exuberans, & ægri natura ferat, atque faciendum, ne morbus augeatur à materia adhuc fluente; Sin ipſa firmata ſit gratia illius haud amplius eſt reuellendum, aut miſſione ſanguinis, aut purgatione quantum ſit ex ipſius particularis morbi indicatione niſi febris praua, & peſtilens ſit coniuncta, pro qua purgandum omni ratione eſt, ne maligna materia intus retenta morbum augeat, & deteriorem reddat.

Vtilitas Aphor.

Dub.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 678 sur 867

38 *Cancros occultos omnes melius est non curare. Curati enim cito pereunt, non curati verò longius tempus perdurant.*

Connexio. Scopus.

NON minus connexionem vllam habet præsens aphorismus, quàm antecedentis, cum attineat ad chirurgicam partem curatoriam, nisi dicamus in antecedente Hippocratem tractauisse de tumore sanguineo, & bilioso, hic verò tractare de melancholico, vbi scopus est monere medicos ne temere cancerosi tumoris curationem aggrediantur, Est vt dicebam præceptum curatoriũ vna cum ratione perinde, ac si dicat Hippocr. melius esse cancrorum occultorum curationem non tentari, quoniam si tentetur citius intereunt ægrotantes, sin minus, vita diutius protrahitur, ergo in tres partes diuidi potest aphorismus, in sententiam, & in duas sententiæ rationes. (*Cancri:*) Corn: Celsi: qui varijs locis de cancro locutus. Et cum carcinomate confundit sub eo complexus videtur omne vlcus cacoethes, atque etiam ipsum Erysipellas, verum iuxta Galeni doctrinam. Est cancer tumor durus, inæqualis, sub niger, nam durus est quoniam fit à materia terrestri, dura, cuiusmodi est succus melancholicus, & atra bilis, est inæqualis, tum quia materia extra venas fusa concrescit inæqualiter circum circa, tum quia quæ in venis continetur similiter durities facit, quæ branchiæ cancrorum æmulantur, vnde nomen adeptum est; sub nigrum verò colorem habet, à melancholici succi nigredine ab Hippoc. 2. prorrh: vocati ὑπομβρύχιοι, qui donec nõ putrescit, est simplex, & occultus cancer, vbi verò putredinem acquisiuit, aut ab atra bile fit iam corrodendi vim adepta corrodit, atque vlcerat, vnde cancer iam manifestus, & vlceratus vocatur, propterea qđ sicut illius materia in profundo est, & delitescens, sic ista iam superficiem quoque occupat, nedum partes extimas, & cum vtrobiq. ferueat in profundo minus, in summo magis feruẽs est, quo fit vt in illo minus doloris semper sit, in hoc plus, ac propterea etiam plus fœtoris, & horroris, neque mihi placet, quod videtur voluisse Galenus lib: de tum: præter naturam, scilicet neutrum cancrum fieri ab atra bile feruenti: sed tantum vlceratos fieri ab acriore succo melãcholico, quoniam symptomata illa sæuissima, quę committantur vlceratos non possent fieri nisi à grauissimo feruore Verũ dubitatum est apud interpretes, cum Hippocrates loquatur de occultis cancris, an de illis qui fiunt in partibus profundis, & abditis, an de omnibus illis qui fiunt etiam in summis quos 2. prorrh. vocat Hippoc. ἀκροπαθούς modo nondum sint vlcerati, & Paullus Aegineta lib. 3, 67 propriè hoc de vteri cancris dictum esse vult, At ego sum illius sententiæ, Hippocratem de cunctis intelligendum esse, qui nondum ad vlcus peruenere, siue sint in profundo, siue in summo corporis, & quamquam potissimum hi fiant in mammis, & alijs glandulosis partibus, fiunt tamen etiam in cæteris, atque de cunctis accipiendum Hippocratem esse non dubito, cur autem frequenter in mammis fiant cancri, & præsertim mulieribus, est, quia humor melancholicus facilius colligitur in corporib laxis, & spongiosis, quã solidis, & duris, alia ratio est, quia ut colligitur ex Hippocr. lib. de glandulis hæc aluntur succo viscido, & crasso.

Diuisio.

Cancer, quid.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 679 sur 867

craſſo. Tertia eſt quia mulieribus ob communionem vteri cum mammis facile ab hoc ad illas transfunditur ſanguis menſtruus, & melancholicus, qui cum in pueris minimè coaceruetur, ob id Hipp. in Coacis prænotionibus dicebat in illis non fieri cancrum niſi congenitum. (*Non curare melius*;) Vox θεραπεία, & θεραπεύειν dicitur tàm de curatione per pharmaca, & diætam, quàm per chirurgiam: ſed quod de diæta non ſit intelligendum eſt vnicuiquè compertum, quoniam non modo in cancris, verumetiam in cunctis alijs morbis ea eſt præcipua inter remedia, quòd etiam de pharmacis non eſt intelligendum, eſt apertiſſima Galeni ſententia 9. cap. lib. de atra bile initio, vbi dicit in quibuslibet affectibus melancholicis, vſque ad cancros in principio eſſe ſtrenue purgandum, quod ſi ita eſt, procul dubio humorem illum quoq; alterare, & corrigere oportet, cum ſit pernicioſiſſimus non minus, quam peſtiferi humores, ac propterea vehementer vrgeat medicum ad ſui curationem. Relinquitur igitur, vt de curatione per chirurgiam ſit intelligendus. Verum de hac etiam non minor eſt dubitatio, quoniam vlcerati cancri niſi manu chirurgi continuę contrectentur, & aliqua ex parte compeſcantur, ſemper immaniores, & horribiliores euadunt, quare quod dicit Hippocrates eſt ita accipiendum tamquam velit, ſolos cancros occultos vbicumque ſint, non eſſe eggregia vlla curatione chirurgica tentandos, ſed blanditie dumtaxat aliqua. Hæc autem omnia quæ hic monſtrauit Hipp. breuiſſima oratione fuſius, & elegantius docuit Corn. Celſ. cap. 28. lib. 5. vbi narrat, quotquot vel ferro, vel medicamentis, vel igne huiuſmodi malũ tollere nituntur, illud multo acerbius reddere, atque exitium accelerare, Vnde mandat, vt tantum leuia imponantur, quæ quaſi blandiantur, quo minus ne ad vltimam ſenectutem perueniant, prohibentur. (*Curati enim.*) Cur cancri non ſint curandi rationem affert Hipp. quoniam, ſi curentur ſcilicet violenter, & generoſę citius interficiunt, vt lucullentiſſimę etiam demonſtrauit Celſus. Nam medici primum penitus mortem aufferre, quantum fieri poteſt cupiunt, id ſi nequeunt, eam ſaltem quam diutius prorogare conantur, ad prorogandam autem eorum, qui cancris, ſiue occultis, ſiue vlceratis occupantur, duo ſunt ſcopi alter vt affectus abſcindatur ferro, vel igne, quod ſolent facere aliqui, alter ut placetur, de priore Hipp. dat præceptum, vt id minimè tentetur, & Galenus teſtatur ſeſe vidiſſe quotquot, vel abditos cancros, vel manifeſtos ſic curare ſunt aggreſſi eos non modo malum acerbius, & grauius reddidiſſe, verum etiam mortem acceleraſſe, uel doloribus, vel febribus, vel quod ulcera ad cicatricem, nequiuerint perducere, Cæterum de altero ſcopo dicit Galenus, & bene, eſſe illum omnibus alijs anteferendum, atque eum eſſe explendum ijs remedijs, quæ poſſunt putres, & fœdos ichoras ſine vlla acrimonia abſtergere, ſiue ea remedia ſint inuenta experientia, ſiue indicatione: Sed hoc in loco dubitatur primum, quæ ſit *Dub. 1.*
vera ratio, cur cancri ſi tententur curari adeo grauia mala afferant; Adhæc *2.*
cur Hippocr. vt deterreat, à curatione cancrorum dumtaxat facit mentionem prorogationis, vel abbreuiationis vitæ, non item doloris, atque aliorum grauiũ ſymptomatum quę ſequuntur chirurgicam cancrorum curationẽ; Ad primum *Solut. 1.*
puto dici poſſe quod dicebat Plato in Timæo, ſ. cunctos morbos melancholicos, ſ quanto vehementius agitantur eo fieri atrociores, quoniam cum difficili-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 680 sur 867

ter euinci possint agitati à medicamentis, & fundantur magis, & incendantur, vnde fœdissimam putredinem concipiunt ex qua dolores, & fœtores eximij sequuntur, & tandem mors maximè horribilis, Ad secundum respondendum est commune, & naturale omnium animalium esse desiderium viuendi quam diutius fieri potest etiam in ærumis, & doloribus, propter quod etiam inter indicationes præcipua habetur vitalis nuncupata, quæ scilicet indicat auxilia non tantum ad vitam sustentandam, verumetiam ad eam prorogandam quocirca Hipp. hoc intelligens vitæ meminit, non autem aliorum symptomatum, quæ vitari non possunt cum cancris, quemadmodum studio, & diligentia potest effici, ne morbus ita cito interimat eo pacto, quo Galenus in comm: docuit, qui scribit aliquos nimis cupidos curationis, accelerasse mortem, quibus licuisset absque tanta molestia longius producere vitam. Vtilis est aphorismus ad medicinam exercendam non modo in cancris, verumetiam in alijs occultis tumoribus, veluti scyrrhis legitimis, qui & ipsi in cancros solent conuerti, vbi imprudenter tractantur. Nonnulli, vt ait Galenus existimarunt, cum Hippoc. loquatur tantum de occultis, non negasse tamen, quin possint superficialis curari ἀγωνιστικῶς, excindendo eos vna cum radicibus, quæ sunt venæ circumcirca humore melancholico oppletæ, quod factum esse in quodam oris cancro laborante narrat Hippocr. 7. Epid: Sed hæc etiam curatio præterquamquod est satis horrenda, & molestijs plena, habet quoque non exiguum periculum coniunctum, Ita vt multo melius sit nullos curare, Imò uerò putandum est Hippocr. de occultis, ideſt non vlceratis dumtaxat esse locutum, quoniam si hi non sunt, nec ferro, nec igne nec alia violentia tractandi, multo minus etiam hoc faciendum est in vlceratis, sub quibus iam corpora sunt attrita, vires labefactatæ, & tormentis grauibus sustinendis impares redditæ.

Solut. 8.

Vtilitas Aphor.

---

39 *Conuulsio fit, vel ex repletione, vel inanitione, ita verò & singultus.*

DE conuulsione egit etiam retro Hipp. sed non ita vt possit præsens aphorismus antecedenti coniungi, imò verò si coniungere placeret, quasi cãcer fiat à plenitudine, nihil efficeretur quoniam, cancri non faciunt conuulsiones, nisi rarissimè, neque etiam qui fiunt in vtero quorum signa Hipp. copiosæ tradidit lib. 2. de morbis mulieribus, neque conuulsionis meminit, Est aphor: theoricus potius, quam practicus pertinens ad partem ætio logicam, ideſt causarum contemplatricem, in quo scopus Hippoc. est docere causas continentes tàm cõuulsionis, quàm singultus, vnde in duas partes cõmodę potest diuidi, in vnam vbi de conuulsione, alteram vbi de singultu, quod itaque in vtrisq. breuiter est spasmum, siue conuulsionem fieri tum à repletione, tum ab inanitione quemadmodum fit singultus. (*Conuulsio,*) quid sit conuulsio alias docuimus, scilicet esse motum præternaturalem, quo membra trahuntur versus neruorum originem, sicut etiam dum sana sunt, & quamquam pleriq. distinguãt conuulsionem à Tetano, quem latini, & maximè Plinius modo græco nomine appellant, modo rigorem vt Celsus, nihilominus hoc in loco non est dubitan-

Scopus.

Conuulsio, quid.

bitandum quin Hippoc. ſub nomine ſpaſmi complectatur, quoque tetanum, & quamquam hec ſententia citetur frequentiſſimè a ſcriptoribus, & præſertim à Gal 8 de comp: Medic: ſ. l. non eſt tamen facile eam reperire alibi apud Hipp. Gal. autem qui hac de re diſputauit ſæpius, uidetur hoc in loco uelle ſpaſmum nullo modo fieri à facultate motrice ut etiam 2. de ſymp. cauſſis cap. 1. ſed intelligendus eſt Gal. de fac: libera ut alias diximus non de coacta, quoniam in epilepſia, quæ eſt totius corporis cõuulſio proculdubio facultas motrix operatur, ſed coacta. Verum de hoc alias dixi ſententiam meam. (*Fit vel à repletione,*) quamquam Hippoc. dicat fieri cõuulſionem ab utraque cauſſa, multo frequentius tamen fit à repletione, quæ cauſſa forſan fuit ut ſemper anteponeret repletionem. Sed illud maius eſt dubium, an à ſolis prædictis cauſſis efficiatur. Nam Gal. 8. de comp: Med. loc: c. 3. apertiſſimè dixit ſeſe non inueniſſe aliam tertiam cauſſam conuulſionis, præter commemoratas ab Hippocr. quæ etiam confirmauit aph. 1. lib. 5. & 2. de ſympt: cauſſis cap. 2. Nam exemplum dat Gal. cordarum: & accommodatę, quæ æque ab ſiccitate, atq; humiditatem conuulſæ frangũtur. Ex altera parte idem Gal. profert exemplum cuiuſdam iuuenis qui ex aura à pede ad caput aſcendente protinus incidebat in epilepſiã, quæ proculdubio conuulſio eſt, Præterea Auuicen. 2. 3. cap 5. & cum eo omnes Arabes faciunt. Tertiam ſpeciem cõuulſionis, quam uocant nõ proportionatam ad materiam. Poſtremo uidemus ſola refrigeratione interdum fieri cõuulſionem; Vnde Hippoc. 4. aph. 68. dicebat, ſpiritum offendentem ſignificare conuulſionem. Reſp: quod etiam alijs placuiſſe gaudeo apud Hippoc. Conuulſionem duobus modis accipi poſſe, uel propriè, uel communiter pro quolibet motu præternaturali conuulſioni ſimili, ſi primo modo capiatur planè fit dumtaxat à repletione, & inanitione, cuiuſmodi loquitur Hippocrates in preſenti aphoriſmo eſt ſiue membra contrahantur, ſiue diſtendantur, ſiue rigida maneant id ſemper, uel à repletione, uel ab inanitione patiuntur, atque hoc eſt quod dicebat Galen. cap. 1, 2. de ſymptomatum cauſſis nempè ſpaſmum (uerum ſcilicet) eſſe opus ſolius morbi. Sin autem ſecundo modo capiatur, ſcilicet communiter pro omni affectu ſimili ueræ conuulſioni, cuiuſmodi eſt epilepſia, rigor, & alij qui non à ſolo morbo, uerumetiam ab aliqua facultate, ſiue animali, ſiue naturali coacta eduntur, proculdubio hi fiunt quoque à frigore, ab aura, atque alijs cauſſis, quæ nec ad repletionem, neque ad inanitionem poſſunt referri. (*Similiter,*) hæc eſt ſecunda pars quam ſcribit Galen. 8. de Local. 3 reperiri in omnibus fere exemplantibus. Quod autem dicit Hippoc. eſt quemadmodũ uera conuulſio fit tantum ab inanitione, & repletione, ita quoque ſingultum, qui eſt motus conuulſioni ſimilis fieri ab ijſdem cauſſis. Sed contra hanc ſententiam uidetur eſſe Gal. qui 2. de ſympt: cauſſis cap. 3. ait eam eſſe quidem ueram de conuulſione, at de ſingultu non ita uideri, quoniam is fit interdum à ſola humorum acrimonia, necnon etiam ab cibis, & medicamentis, ut à pipere, quod ſibi contingere dicebat, necnon à corruptis cibis, quemadmodum pueris euenit, præterea an ob ſolam euacuationem contingere poſſit ſingultus conſideratione dignum eſſe idem Galen. monet, quaſi uerò id non careat euidenti dubitatione. Pro cuius difficultatis reſolutione dicendum apud Hippocratem ſingultum uerum non

Epilepſia, quid.

Dubit.

Solut.

eſſe

©BIUM

esse ullo modo conuulsionem, sed motum conuulsionis similem, ut uere dixit Gal aut potius uomitui, sed hoc uehementiorem, quoniá quæ in spacio stomachi continentur facilius reijciuntur uomitu, sed quæ profundius ori stomachi impinguntur maiori difficultate pelluntur, cuiusmodi contingit in singultu. Itaq; cùm talis sit singultus non est mirum si fit ab alijs caussis, quam à plenitudine, & inanitione, quemadmodum monstrat Galen. & hic, & 8. de med local: neq; Hipp id negauit, sed dixit fieri quoque, & singultũ ab inanitione & repletione, vt cõ ulsio, non autem à solis his fieri dixit, ut propter hoc nulla sit contradictio uera, nisi etiá dicere placeat singultũ, qui fit acrimonia humorum, uel ciborum reduci ad repletionem, si quidem sanatur euacuatione lædentium. Cur autem quæ replentur propter ea contrahantur, caussa est manifesta, quoniá ut in latitudine crescunt, ità in longitudine abbreuiantur, cæterũ cur idem contingat à siccitate non ità compertum est, ego autem eorum sententiam libenter sequor, qui putant ideirco id fieri, quia meatus excluso humore, & aere in seipsos cõcidunt, atque ità concluſi, breuius spacium occupant, vnde ipse quoque sum sententiæ eius, distentionem partium, & resolutionem, quæ est elongatio, haud uere posse inter conuulsiones connumerari, neque à siccitate oriri posse, cum potius adiutor materia, sed tantum à repletione, qua irrigati musculi in lõgum protrahuntur, quo fit etiam ut dolore careant, qui solent omnem conuulsionem comitari una cum motu, qui in resolutione haud quaquam reperitur. Hinc etiam colligi potest cur interdum ab eadem caussa abbreuientur nerui interdum elongentur: nam ubi cauitates implẽtur humiditate fit abbreuiatio, ubi uerò substantia ipsorum tota irrigatur, tunc fit elongatio. Vtilis est aphorismus ad contemplationem naturæ morborum, cuius cognitio in primis necessaria est ad inueniendam ueram curandi rationem.

Vtilitas Aphor.

---

40 *Quibus dolor circa ilium fit absque inflammatione, his febris superueniens morbum soluit.*

DE continuatione præsentis aphorismi cum superiorib. nil cogitandum est, cum nulla appareat probabilis occasio, & consarcinator aphorismorum in hoc lib. vt plurimum id studuisse uidetur ut omnes essent separatæ sententiæ, quod verò consilium fuerit Hippoc. hoc in aphorismo non est difficile venari, quandoquidem ex ipsamet sententia patet ipsum voluisse monere medicos ne semper metuant si quando febris alteri malo superueniat, quod interdum non modo non augeat malum, imò verò sit ipsius medicina, sicut contingit doloribus hypocondriorum, quos propterea accepit Hippocrates pro exemplo, quoniam dolores hi vbi non sint inflammatorij maximé omnium sedari consueuerunt à superueniente febre, Accedit etiam huic consilio, & aliud nempe voluisse Hipp. docere ad naturę imitationem debere medicos in similib. doloribus febrem facere; hoc est calorificis, uti remedijs, quemadmodum Celsus monuit lib. 3. cap. 10. Est itaque sententia partim prognostica partim curatoria, sine ratione, & diuisione. (*Quibus circà hypocondrium,*) nomine Hipocondrij

Scopus.

drij ſæpę dexterum apud Hippocratem ſignificari alias dixi, verum etiam interdum communiter pro vtroque capi non eſt dubitandum, quemadmodum hoc in loco, In his autem frequentius, quam in alijs partibus fieri dolores, & vſus teſtatur, & ratio demonſtrat, ſi quidem in ijs eſt venter inferior, in quo viſcera naturalia collocata ſunt, vt tamquam bruta ad præſepe alligata, ſicut ait Plato in Timæo, quam minimę, & vitalibus membris, & rationalis animæ ſedi incommodent. Iam verò in his viſceribus primæ duę coctiones celebrantur, in quibus neceſſario excrementa plura, atq; flatus ſubnaſcuntur, quæ inibi retenta diſtendentia, ac vellicantia ſenſibiles partes faciliter inducunt dolorem, vt etiam hac ratione Hipp. ſimilis doloris tamquam frequentiſſimi exemplum propoſuerit: (*Sine inflammatione*.) Mihi quoque placet id quod Galeno, & alijs placuiſſe animaduerto, nempè nomine Φλεγμονῆς, ſiue inflammationis, intelligere quoque Φλόγωσιν vocatam, ideſt incendium, ſiue quamlibet calidam diſpoſitionem. Et Hipp. voluit hanc exceptionem facere, tum quia interdum iecur, lienem, renes, atque alias partes in hypocondrijs ſitas contingit ob dolorem non modo incaleſcere verumetiam inflammari, vt in libro de veteri medicina docuit Hippoc. tum quia cuilibet indiſpoſitioni calidæ ſuperueniens alius calidus affectus proculdubio illam auget, atq; deteriorem reddit, intelligenda autem eſt Hipp. ſententia nõ tantum de actuali inflammatione, verumetiam de aptitudine ad eam ſuſcipiendam. (*Febris ſuperueniens.*) Iure dixit Hippocrates (*ſuperueniens*) quia febris facta cum ipſo dolore, aut tum eſſe inflammatoriam oſtendit, ob idquè nocet potius, quàm profit, aut ſi non ſit inflammatorius, remedium certę eſſe nequit, alioquin inchoantem ipſum dolorem ſtatim compeſcuiſſet. (*Soluit*) græcę (λύει,) quam uocem aliàs diximus vſurpare non modo pro integra affectus ſolutione, verum pro ea, quæ fit ab alio ſuperueniente affectu, vt ſurditas, & lippitudo à fluxu alui; Verum hoc in loco vtroq; modo accipi poteſt, quia & ſi ſuccedit febris, ſolet tamen & ipſa deſinere ſublato dolore, vnde Corn: Celſus lib. 2. c. 8. transferens hanc ſententiam dixit. (Deniq; ipſa febris præcordiorũ dolores, ſi ſine inflãmatione ſunt fiinit,) Verũ hoc in loco duo ſunt quæſitu digna, An alijs, quoq; doloribus ab ipſis hypocondrijs ſuperueniens febris conferat puta ſuperioris ventris, atq; medij, Aliud eſt, quæ ſint cauſſæ propter quas potiſſimum in doloribus hypochondriorum conducat febris. Ad primum reſpondent aliqui diuerſam eſſe rationem dolorum hypocondriorum, capitis, atque pectoris, ac propterea potiſſimum iuuare febrem in doloribus partium naturalium, quoniam in ijs minus eſt periculi, & plus caloris natiui, qui una cum febrili conſumens, & concoquens humores, ac flatus ſeipſam quoque perdit, contra in capite, atque in pectore vbi dolor adeſt, ſi febris ſuperueniat periculum eſt, ne vel pectoris calorem nimium incendat, vel materiam capitis nimium eliquans peiora faciat; Ego verò etſi non improbem penitus hanc ſententiam, puto tamen ſatius eſſe ſi dicamus datis cęteris partibus etiam in doloribus capitis, atque pectoris veram eſſe Hippocratis ſententiam, ſcilicet vbi abſit inflammatio, nec adſit aptitudo ad eius ſuſceptionem hoc eſt cauſſa faciens dolorem frigida, aut flatulenta ſit, cum enim ab huiuſcemodi cor-

Not.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 684 sur 867

©BIUM

poreis cauſſis, nequeant ingentes febres produci, conſequenter nequit pectori, aut capiti dolentibus multum detrimenti accedere: & ſicut in his auxilium eſt febris paullo mitior, ita quoque licet medico auxilijs moderatę calidis uti. Ad ſecundum autem reſpondendum eſt pluribus de cauſſis febrem ſoluere Hipocondriorum dolores primum quia ſi dolor fiat à flatuoſa materia nihil eſt, quod magis eam diſcutiat, atque diſſipet febrili calore, Secundo quia ſi ſint humores frigidi, & craſſi, qui oppleant, diſtendant, & obſtructionem faciant, eos febrilis calor eliquat, extenuat, conſumit, & conſequenter obſtructiones tollens, & dolorem, & ſeipſum extinguit, Poſtremo quoniam frigidas intemperies, à quibus tàm flatus, quàm humores proueniunt, caſtigant, atque curant. Quare conſtat quantam vtilitatem hoc aphoriſmo medicis attulerit Hippocrates, qui non modo docuit, non eſſe ſemper timendum febrem ſuperuenientem in doloribus cunctis, verumetiam calorifici remedijs vtendum, vt ſæpę febrilis calor dolorem ſedat.

Vtilitas Aphor.

---

41 *Quibuſcunq; ſuppuratio in corpore exiſtens non innoteſcit, his ob craſſitudinem puris, aut loci, non innoteſcit.*

Connexio. Si vlla huius aphoriſmi cum ſuperiore connexio afferri poteſt, certę hęc erit, quod ſupra de dolore Hipocondriorũ qui à flatu, & frigido humore fit tractarit, nunc verò de eodem dolore à pure facto loquatur, quod tamen conſpicuum non ſit, nam ſæpę venit, ut in indagandis internorum dolorum cauſſis medici fallantur, quos mereri excuſſationem, non autem ſi in externis ſcribit Hippocrates libro de arte, *Scopus.* Scopus itaque illius fuit in præſenti monere medicos, ut diligentes ſint in perſcrutando cauſſas internorum dolorum, quod interdum fiant à ſuppuratione intus latente, nec medicis innoteſcente, ob craſſitiem ipſius puris, aut loci, vbi continetur. Eſt ſententia ſimplex chirurgica, & indiuiſibilis, & à Galeno breuiſſimę tractata, qui nil aliud dicit quam duplicem fuiſſe huius ſententiæ lectionem, ac propterea duplicem quoque expoſitionem, nempę vnam in qua loci tantum alteram in qua puris tantum fit commemoratio; poſſumus nos addere melius factum eſſe ab illis, qui vtramque dictionem ſimul poſuerunt. Nonnulli criminantes Galenum maluerunt particulam ſolam poni. (*Loci*) non autem (*puris*,) eo quod Hippocrates non loquatur de pure intra pectus exiſtente, ſed dumtaxat in alijs corporis partibus. Ego uerò diſpicere neſcio cur ſub corporis appellatione vniuerſum intelligi nequeat, quaſi uerò pectus queat eſſe extra corpus, Igitur ubi dicit Hipp. (*Quibuſcunque pus in corpore*) intelligendum eſt, quod in quacumque corporis parte factum ſit pus, atque lateat medicum, & alios, cauſſam eſſe latentię, aut loci, aut puris addo ego, aut vtriuſque craſſitiem, vt propterea debeat medicus magna uti diligentia ad hoc, ut illud cognoſcat, & conſequenter, ea remedia adhibeat, quibus poſſit pus ſeſe extrinſecus exerere, atque per inciſionem, aut diſcuſſionem

enacua-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 685 sur 867

euacuari, quasi voluerit nos docere Hipp. quibus remedijs debeamus vti, ſ. attenuantibus attrahentibuſq. vt, ſ. & locus ſubtilior, & materia tenuior ſic enim deinde faciliter pus, aut conſumitur, aut educitur, Cæterum pro integra præſentis ſententiæ intelligentia tria videnda ſunt; Vnum eſt, quomodo medicus, vbi pus oculis, & tactui non ſubijcitur, ſit cognoſcendum, Secundum eſt, quomodo dignoſci poſſit an à craſſitie loci, an puris ignoratio ipſius proficiſcatur, Tertium erit cur Hipp. cum hæc res non ſit exigui momenti, eam docere noluerit, Circa primum Hipp. lib 1. de morbis, vbi longiuſculum de ſuppuratione ſermonem habet duo indicia, quibus id cognoſcatur proponit, vnum eſt dolor, qui pulſatilis eſſe ſolet in parte in qua latet, vbi cum feruor, quoque ſit, arteriæ ibi exiſtentes compreſſæ à pure, atque flagrantes pulſum magnum, & celerem edunt, qui ab ipſiſmet ægrotantib. percipitur, Aliud indicium quod proponit Hipp eſt, vt terra figlina ipſi parti affectæ ſuperponatur, quæ ſi reficcetur pus ſubeſſe ſignificat. Cæterum Ariſtot. 1 ſect: probl. 31. quærens qua ratione cognoſcendus ſit abſceſſus, quando iam eſt ſuppuratus, reſpondet ſi perfuſus aqua calida immutetur, iam ipſum eſſe ſuppuratum, ſin minus, adhuc crudum eſſe. Auicen. 3. quarti trac: 1. cap. 429. & Paullus Aegineta, à quo ſæpæ deſumit Auicennas, alia ſigna proponit, ſcilicet inundationem ex contrectatione, acutiem ſeu eminentiam partis, cutis in vertice auulſionem, alij addunt ſplendorem albicantis cutis, ſed verè certius cunctis ſignum eſt, inundatio, eo quia à principio dum materia cruda eſt non mouetur, ſed coarctata in ſeſe tenaciter inhæret, vbi verò cocta eſt, cum ſit attenuata magis, huc, atq; illuc facile à manibus agitur, Sic enim dicebat Ariſt. 6. prob. ſect. 4 oua cruda nequaquam poſſe in gyrum uerti, quod totus humor ueluti concretus, & adhærens ſit, contra autem coctum verti, propterea quod humor iam fuſus, & expanſus eſt, hoc indicio inundationis ſub digitis cognoui in adoleſcente florentino pus in thorace copioſum, ſcilicet in exteriori parte, quod ignoratum ab alijs medicis empyematicum eſſe aſſerentibus illum pene ad interitum deduxerant. Circa ſecúdum dicere conuenit craſſitiem loci cognoſci tum ex ſitu partium laborátium, quando ſunt ſuapte natura craſſæ, ut in quibuſdam abdomen nates & ſimiles, vel quando materiæ motus ſentitur, nec tamen extra fertur, ſed potius intra: ſic enim materia ob partium ſuper iectarum craſſitiem, cum ad cutim peruenire nequeat, alias internas inuenit, quas etiam exedit, vt his poſtremis dieb. contigit in nobili Piſano, qui tumorem cum haberet in coxæ dexteræ interiore parte neque pus ſeſe proderet, tardata eſt apertio, atq; incredibilis Saniei copia inuenta, quę iã internas partes depaſcebatur; Cognoſcitur craſſities materiæ ex eo quod ſit uomica in parte excarne, nec tamen extuberet, neq; motus, aut pulſus ullum ſenſum edat, De tertio dicerem Hipp. haudquaquam docere voluiſſe, tum quia non pertinet ad aphoriſticam doctrinam ad hæc ſingularia chirurgię opera deſcendere, tum quia ex alijs ipſius commentarijs induſtrius lector poteſt ea faciliter comparare. Patet itaq; ex his explicatis haud exiguam eſſe præſentis aphoriſmi utilitatem, quando diſcitur, quid ſit agendum, quando pus in aliqua parte reperitur, neque tamen extuberat, ſcilicet eſſe calefaciendam partem emolliendam, atq; extenuandam fotib. linimentis emplaſmaribus imò etiam interdum

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 686 sur 867

©BIUM

cucurbitulę apponuntur ignitæ,& cerata poſt attrahentia,atque extenuantia, vt quæ fiunt ex reſina therebentina, atque alijs medicamentis.

---

42 *Morbo regio laborantibus ſi fiat hepar durum, malum.*

Connexio. Scopus. ET ſi non clara appareat præſentis aphoriſmi cum præcedente connexio, attamen poteſt in eo ambos conuenire,quod agatur de hypocondriorum affectib. cum Hipp. ſcopus ſit docere quid præſagire debeat, vbi durities eſt in iocinoris regione in ictericis, quaſi ſicut interdum eſt affectus in corpore,& non apparet ſic interdum ſit,atque ipſo conſenſu comprehendatur. Eſt autem ſentẽtia prognoſtica ſine ratione,atq; ſine diuiſione. (*In ictericis.*) Duplices ſunt Hipp. Ictericis, alij, qui actu laborant,& proprię ἰκτερικοὶ, vocantur alij qui facile,& ſæpę capiuntur affectu,atque hi proprię vocantur ἰκτεριῶδεις, & à Galeno infelices nuncupari ſolent. De prioribus Hipp. in præſenti loquitur aphoriſmo, & vſus eſt uoce plurali, vt complecteretur omnia quatuor genera icteritię, de quibus infra, atque hic affectus nil aliud eſt,quam effuſio bilis flauæ, vel atræ, vel pituitę per vniuersá cutim quæ aut flauo,aut nigro,aut albo colore tota infi citur, vt iure uocari poſſit ſymptoma pertinens ad affectus præter naturam, *Dub.* ſcilicet qualitates uiſibiles mutatas, verum hoc in loco dubitatur cum Hipp.2. de morbis,& lib.de affect: internis quatuor genera morbi regij faciat, de om- *Solut.* nibus an hæc ſententia verificetur,cui reſpondetur poſſe quidem etiam alijs accommodari, ſed potiſſimum illi qui fit à bile,vel ſanguine bilioſo Hipp.in nullis mentionem facit duritiei iocinoris,quaſi hæc non ſit ſymptoma proprium, ſed ſuperueniens. Morbi autem quos ſequitur huiuſmodi ſymptoma uarij ſunt, vt docet Gal. in comm: aut enim eſt ſcyrrhus,aut inflammatio,aut obſtructio, ſcilicet vel ipſius iocinoris, vel veſſiculæ bilis, poteſt etiam fieri ob ingentem iocinoris non Φλεγμονὴν, ſed Φλόγωσιν merito cuius accumulata bilis cum nequeat contineri,neque in iocinore, neque in chyſti effunditur in vniuerſum corpus, fit etiam vt ait Gal. natura ex venis per modum criſis bilioſum humorem ad cutem pellente, fit quoque ob venenum aſſumptum vel ore, vel extrinſecus ab aliquo animali illatum, vt narrat Nicander de lepore marino. Cęterum hæ duæ poſtremæ non ita tactu cognoſcuntur, quemadmodum vbi fit vel à ſcyrro, vel ab inflammatione, qui quoniam ſunt tumores ſuaptę natura duri, proculdubio ipſorum durities tanto magis ipſi tactui offertur,quanto & ipſa maior eſt, & partes ſupra ipſum iecur ſunt extenuatiores.(*Malum*) πονηρὸν græcę, i.pernicioſum,eſt autem durities iocinoris pernicioſa in Ictericis non modo vt cauſſa,verum etiam vt ſignum; eſt enim vt ſignum, quia ſignificat, vel ibi eſſe inflammationem ſi ſit cum febre,vel eſſe ſcyrrhum; iam vero inflammatio omnium uiſcerum habet febres ſemper coniunctas malignas, ut Hipp. & Galenus 2.progn.ſæpius dixerunt,ex quo exitium ſequitur,Scyrrhus autem longitudine morbi ad cachexiam, & hydropem perducit,ita ut dubitare non oporteat, quin Ictericiæ coniuncta durities iocinoris ſit ſemper pernicioſa, quippe quæ etiam ſua ſponte ſemper eſt mala, illud uerum eſt multo mitiorem eſſe quæ ſequitur

quitur ipsius iocinoris obstructiones, quæque potius tensionem, quàm veram duritiem inducere solet. Itaque rectè Celsus lib 2. cap. 8. transferens præsentem aphorismum dixit. In morbo arquato durum fieri iecur pernicioſissimũ est. Verum est dubitatio, quia Galen. hoc in loco videtur existimasse hic Hippoc. loqui de ea duritie, quæ sequitur Hepatis inflammationem, in qua opinione fuerunt etiam alij. Verum cum iam à nobis declaratum sit etiam, quę fit à scyrrho satis malam esse, illud dicendum est, quod verum inuenitur uerba illa in initio commentarij, minimè esse germana, sed intrusa, cum nec in codicibus græcis impressis, nec in ulla antiqua translatione reperiantur, præterquam in Leonicено, & alijs eum secutis, quę res non animaduersa à quibusdam, eos fecit errare, siquidem pernicioſa quoque est, & forsan non minus ea durities iocinoris, in ictericis quæ originem habet à scyrrho ob causſas antedictas. Quomodo autem dignoscatur durities ex inflammatione ab ea quæ fit à scyrrho, non est difficile intelligere, quoniam illa habet semper febrem acutam iunctam tussim, vrinas maximę flauas, atque etiam egestiones, & alia quib. caret scyrrhus. Apollonius 3. in tertium Epid: obijt ictericus cum esset μεγαλόσπλάγχνος. Est vtilis aphorismus ad prædicendum, & consequenter ad inueniendam ex præcognitione curandi rationem, & ad monendum medicos, vt sint diligentes. *Dub.* *Solut.*

---

43 *Quicunque lienoſi difficultate intestinorum capiuntur, his ſuperueniente longa difficultate intestinorum aqua intercus, aut leuitas intestinorum aduenit, & moriuntur.*

ET si dicat Galenus, quod hic aphorismus melius esset locatus post 48. huius lib. vbi etiam idem dicit, attamen potest etiam superiori non incommodè connecti. Nam cum in antecedenti aphorismo sit Hippocrates locutus de iocinoris duritie, quid portendat nunc similiter de liene duro quid portendat edocere intendit, sic enim appellantur lienoſi qui durum, & amplum lienem gestant, Hic enim interdum ità augetur, ut quemadmodum dicebat ille Plautinus instar Zonę cingat, ipsumquè etiam iecur complectatur. Et Hippoc. 2. Epid: sect: 2. dixit Splenem ad exteras partes uergere: sicut etiam 6. Epid: sect: 6. mentionem facit lienis sinistri, quasi uerò etiam dexter sit, quando, scilicet tumor extenditur ita ut complectatur iecur. Vtrum autem uisum sit interdum iecur in sinistra, & lien in dextera parte, vt memorat Arist. 1. de hist: anim: cap. 18. vix credo, cum & in primis verbis eiusdem capitis errauerit, vbi iecur supra septum transuersum collocauit, quod si aliquibus uisum fuit, illud contigit, quia usque adeo amplus erat factus, ut dexteram iocinoris partem occuparet Est igitur hic aphorismus totus prognosticus satis longus, sed qui diuisionem non patitur idoneam. *Qui splenitici* σπλωώδεις, qui & actu habent splenem magnum, & à natura, qui etiam μεγαλόσπλαγχνοὶ, ut de Apollonio 3. Epidem. 3. hist: 13. qui ictericus obijt, cum esset μεγάλόσπλαγχνις. Prædicti igitur lienoſi, cũ habeant totius corporis habitum morboſum, haud mirum est si facile alijs ægritudinibus capiuntur, inter quas est dyſenteria, quæ nihil aliud est, *Connexio.*

quam

quam vlcus inteſtinorum cum fluxu, Celſus lib. 2. cap. 8 1. tormina vertit, vbi transferens hanc ipſam ſententiam ità ſcripſit, Quem lienis malę habet, ſi tormina præhenderunt, deinde in verſa ſunt, vel in aquam intercutem, vel in inteſtinorum læuitatem vix vlla medicina periculo ſubtrahit, Et certum eſt vt dicebam hic loqui Hipp. de diuturno liene affecto, vel natiuo affectu, quemadmodum etiam in Coacis prænotionibus, vbi ſimilis ſententia hunc in modum ſcripta inuenitur: Dyſenteria lienoſis non longa quidem, vtilis, longa verò peſtifera; deſinente enim, ſi hydropes vel lienteria veniant mortale eſt. Quomodo verò fiat in lienoſis dyſenteria explicat Galenus, qui ſcribit vbi fit dyſenteria ijs humoribus craſſis, & melancholicis, qui infeſtabant lienem ad inteſtina translatis eam iuuare, Verum cum ſupra modum huiuſmodi euacuationes fiũt, nocent ægrotantibus, eo quod ab aſſiduo huiuſmodi humorum per inteſtina tranſitu, non modo ipſa uiolantur, verumetiam calor natiuus maximę hebetatur, ita ut lienteria ſequatur, ipſa inteſtinorum facultate retentrice læſa, & hydropes fiant ob affectum iocinori ſpleni, & venis communicatum, ipſorumq. calorem debilitatum; Sed vt hæc ſint plana, attamen non ita intelligitur, quomodo Hipp. dicat dyſenteriæ dyſenteriam diuturnam ſuperuenire; Niſi recurramus ad eundem Hipp. & Gal 4. de artic. 38. vbi habetur duplicem Hippocrati eſſe dyſenteriam, aliam, quæ eſt vlcus inteſtinorum alia, quæ eſt ſolum cruenta alui excretió quæ fit vitio iocinoris haud bene ſanguificantis, atque hęc eſt, quæ diuturna euadit, & hydropem inducit. (*Et moriuntur.*) Cur iſti moriantur, ſcilicet quibus in longis plenis duritiebus, longa quoque ſuccedit dyſenteria, complures cauſſæ efficiunt, quarum vna eſt, quia illud ſemper mortale eſt, quando alicui iam ab alio morbo pene profligato nouus morbus, nec minus grauis ſuperuenit, cuiuſmodi ſunt hydrops, & lienteria, nam Hippoc. initio primi de morbis inter morbos, qui neceſſario mortem inferunt, enumerat hydropem, lienteria quoque ſuapte natura eſt ægritudo grauiſſima cum ingentem caloris natiui ruinam ſequatur, merito cuius fit ut cibi nil mutentur, propterèaquè corpus alimẽto penitus orbatum, minimę ſuſtentari queat, vnde hoc tanto magis ſequitur: ſi vtrumque ſequatur, alia eſt cauſſa, quoniam vix medicinæ locus inuenitur, vt ait Celſus, quoniam ſi adſtringentibus, & corroborantibus ſuccuratur dyſenteriæ, aut lienteriæ nocetur ſpleni, ſin contra ſpleni attenuantibus, & detergentibus incidentibuſquè auxiliari coneris dyſenteria, atq; lienteria augentur, vnde facultas gubernatrix corporis fracta morbo, & auxilijs deſerta, haudquaquam ſufficere valet, Accedit his continua excrementorum generatio, & ſuppeditatio, quam impoſſibile eſt ſuperari facultate imbecillima. Eſt aphoriſmus utilis ad prædictiones faciendas in lienoſis curandis, qui certi vbi protrahuntur, & ſi non intereant, attamen erumnoſam, & infelicem ſatis vitam degunt.

Dyſẽteria duplex.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 689 sur 867

44 *Quibus ex ſtillicidio vrinæ ileos ſuperuenerit, in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente, ſatis vrina fluxerit.*

DVO ſunt modi quibus connecti poteſt præſens aphoriſmus ſuperiori, vnus eſt, quia in duobus antecedentibus egit poſt hypochondria de affectibus iocinoris, & lienis, quæ duo viſcera in hypochondrijs continentur, nunc vero agit de veſicę, & inteſtinorum morbis, quæ veſica, & inteſtina ſunt ijs affinia, & excrementorum ipſorum receptacula in ipſis hypocondrijs contenta. Altera eſt quoniã in hoc aphoriſmo docet quid morbus inteſtinorũ morbo veſicæ ſuperueniens portendat, ſicut in antecedente docuit, quid portenderet morbus inteſtinorum ſuperueniens lienis morbo, adeo ut non ſit dubitandum quis ſit in præſenti Hippocr. ſcopus, nec in quo genere ſententiarum ſit hæc ſtatuenda, quippe quę mere prognoſtica ſit abſque ratione, & indiuiſibilis, niſi in duas particulas ſecare placeat, ita ut prior ſit. (*Quibus ex vrinæ ſtillicidio ileus ſuperuenerit, ſeptem diebus moriuntur.*) Secunda verò hæc ſit, (*niſi febre ſuperueniente ſatis vrina profluat,*) modo primã partem aggrediamur, circa quam vehementer dubitatur, nunquid ſit vera, & nunquid ex germana Hippocr. officina veniat, ſed priuſquam Galeni ſententiam expẽdamus, ſcire oportet, quid ſit vrinę ſtillicidium, quid Ileos, & quæ vtriuſque affectus cauſſæ; Vrinæ enim ſtillicidium quod à Græcis στραγγυρίη vocatur eſt affectus veſicæ in quo ægri cupiũt ſemper mingere, ſed ſolas guttas cum moleſtia emittunt. Cato. lib. de re ruſt: cap. 156. uocauit Lotium ſubſtillum Cicero. veciſæ morbum, & Celſus, vrinæ difficultatem, qui lib. 3. cap. 8. transferens diſertę ſatis præſentem ſententiam dixit difficultate vrinæ morbum tenuioris inteſtini ortum, ſi vrinam per calorem mouet febris, leuat, & niſi reſſolutus eſt intra ſeptimũ diem occidit. Cauſſam vero ſtranguriæ tribuit Gal. aut vrinæ acrimoniæ, qua mordens aſſiduo facultatem expultricem ad excernendum incitat, aut facultatis retentricis imbecillitati, aut ob intemperiem aliquam, aut ob inſtrumentalem morbum factæ, quæ cauſſa à priori dignoſcitur, quod quantum ſit ex ſeſe nullam molleſtiam inferat. Iam vero Ileos, voluulus à latinis, quod voluãtur in eo inteſtina vocatur, & ab antiquis etiam appellatus eſt χορδὰψος eo quod inteſtina, quę chordæ etiam veteribus ſunt vocata inſtar chordarum tendantur, vt Cæl: Aurel: 3. acut: vbi etiam quamquam ſcribit: ab Hippocrate Praxagora, & Euriphonte Gnidio cõmune nomen torméto inteſtinorũ poſuiſſe, quam q̃ non defuerint, qui exiſtimarunt id nomen deſignare emollitionem inteſtinorum, vt Archigenes apud Aetium lib. 9. cap. 27 necnon Araeteus lib 2. de cauſſis, & ſignis morb: cap. 2. vbi appellat elixationem inteſtinorum. Diocles Caryſtius apud Celſum lib: 4. cap. 13. chordapſon inquit eſſe tenuioris inteſtini morbum ileum verò plenioris, ſecuſquam Gal. hoc in loco, & alij, qui putarunt ileum eſſe morbum inteſtini tenuioris in quo morbo non ſolum ipſa inteſtina mirum in modum torquentur, & immaniter cruciantur, verumetiam quandoq́ ſtercus ut Hippocr. libro de affectibus, & Galenus hic teſtantur per os reijcitur, ut ob hoc barbari neſcio

Connexio.

Scopus.

Dub.

Vrinę ſtillicidium.

qui

©BIUM

qui medici, illum (Miserere mei,) appellandum voluerint, Causſæ verò secundum Galenum, & alios sunt, vel humores crudi frigidi, & crassi, qui mollientes, & extendentes ipsa intestina tormentum faciunt, vel tumores, aut inflammatorij, aut scirrhosi, ab his enim omnibus, ità angustantur prædicta intestina, ut nec ipsi flatui, nedum fœcibus exitum per inferiora permittant, sed ad superiora conuertant, Veteres qui numquam colici doloris fecerunt mentionem ante Tiberij tempora, ut scribit Plinius lib. 26. cap. 1. proculdubio sub Ilei appellatione illum intellexerunt, quando præsertim fit in crassioribus intestinis, certè non est dubitandum quin is morbus antea homines tentaret, vt malè Plinius negauit, sed alio nomine vocabantur, non autem coli, quod nomen primum populus Romanus audiuit edicto Tyberij ob morbum coli à comparendo sese excussantis. Modo videamus, quid Galenus dicat, Hic enim primum narrat quomodo alij dicant ex stranguria fieri ileum, s. quia inflammata vesica, (nam ileum non nisi ab inflammatione tenuium intestinorum, uel scyrrho, uel apostemate, raro autem ab humorib. frigidis uiscidis, & crasis fieri putat,) atq; intestina comprimens ea angusta reddit, ita ut nequeat stercus, aut quicquam aliud infra prodire, sicquè iliaca passio sequatur, horum opinionem redarguit tum experientia, tum ratione, experiẽtia quidem, quoniam plurimos narrat sese uidisse stranguria ex inflammatione vesicæ tentatos, atque etiam magno cum discrimine neque tamen vmquam ileo fuisse captos, quamquam plenam vesicam, & in mingendo insignem difficultatem haberent. Ratione vero, quoniã si à uesica comprimerẽtur intestina, ita ut ob hoc magnopere læderentur, multo magis id eueniret, quando mulieres in vtero habent, qui cum medius inter uesicam, & intestina positus sit ob idq́. ea contrectet, proculdubio quo maxime tumet, deberet ea coangustare, atque ita ileum inducere, quod tamen numquam fieri compertum est; subiungit alios fuisse, qui rem multo absurdiorem dixerint, uolentes enim ostendere, quomodo febris superueniens soluat ileum, inquiunt eum superuenire inflammationi, in cuius solutione cum etiam ilei solutio sit collocata, quanto maior febris est, tãto melius soluit inflammationem & consequenter ileum, contra quos inquit febrem potius augere inflammationem, à qua si fieret ileos, ut supponunt, proculdubio hic deberet potius à febre augeri quam solui, quippe quæ solos morbos, qui fiunt à succis frigidis viscidis crudis, & crassis iuuat, aut à frigida intẽperie à flatum soluat præter quàm quòd vesica quantumuis tumida comprimere solum intestinum rectum, non autem tenuia potest: His igitur Gal. postquàm monstrauit à difficultate vrinæ ex inflammatione imò uero à quantumuis magnæ illius vesicæ tumore non posse fieri ileum, concludit multo satius esse, vt libere affirmetur ignorari quid in hoc aphorismo voluerit Hippocrates docere, quandoquidem rationi, atq; experientiæ refragatur, quibus duobus criterijs veritas rerum, & nullo alio tertio demonstratur, neque enim se posse discere an ab Hippoc. uel quopiam alio sit visus similis æger, & an aphorismus sit Hippocratis germanus, ac propterea esse rationabilius, ut dicatur illum, qui soluitur à febre eum esse, non qui ab inflammatione, sed à frigidis succis, vel flatibus gignitur, quippe, qui coquuntur, & dissoluuntur à febrili calore, ac per urinam excernuntur, Cæterum non defuerunt,

qui

qui mirati sunt, cur Galenus tantam in præsenti aphorismo difficultatem statuat, quasi facile sit omnem difficultatem de medio tollere, si statuatur ileum de quo loquitur Hippocrates fieri à succis frigidis, & crudis, aduersus quos in primis pro Galeno dici potest, eum noluisse ileum sic fieri, sed dato, quod fieri possit, planè non conuenit præsenti aphorismo, quoniam Hipppoc. loquitur de eo ileo, qui fit ex stranguria, iam verò si stranguria fiat ex succis crassis nulla est ratio ob quam debeat ex ipsa fieri ileos, qui est passio tenuium intestinorum, quę à vesica ità longę distant, vt nequeat ea cõprimere quãtumuis tumida sit, fateor non inconuenire, quin simul possint humores frigidi, & crassi mitti simul, & ad vesicam vbi faciant stillicidiũ vrinæ, atque ad intestina tenuia, vbi faciãt ileum verũ de hoc non loquitur Hipp. sed de ileo facto ex strãguria, non autẽ de facto eum ea: Nam verũ est Hipp lib. de glandulis, & 2. Epid: sect. 6. voluisse fieri volnulũ etiã à pituita crassa, quẽ μάλαχον, i. mollem vocat, & vino meraciori scribit curari; quãquam Cęlius Aurel: lib. 3. acut: c. 17. cũ damnare sit ausus, Sed vt dixi neque hoc quicquam facere videtur ad litteram Hipp. huius loci, Quid igitur decernendum est? Certè magna est difficultas, si placeat tueri litteram Hippoc. ἐκ στραγγυρίης quẽ admodũ in animo habuit Gal verum si legamus, vt habetur in Coacis prænotionibus, vbi hæc eadem sententia habetur ἐπὶ στραγγερία, idest si in stillicidio vrinæ superueniat ileus, nam id erit quòd supra dicebat, scilicet fieri ileum cum stranguria ex pituita crassa non modo ad vesicam, verumetiam ad tenue intestinum per lata, quibus si superueniat febris dissoluens huiusmodi pituitam, atque hac per vrinam effluente, simul finiuntur Ileus, stranguria, atque febris; quo pacto similiter corrigendum puto Cornelium Celsum lib. 2. cap. 8. vbi transferens præsentem aphorismum, & ipse transtulit (ex difficultate vrinę tenuioris intestini morbum) cum melius sit dicere (in difficultate vrinę.) Tota itaque præsentis sententiæ summa hæc sit. Stranguriam, & ileum simul factos ob pituitam viscidam ad vtrumq; locum scilicet tenue, vel etiam crassum intestinum præcipitatam doloris acerbitate, & functionum naturalium impedimento, ante septimam diem interire, nisi febris superueniens, calorq. pituitam illam dissoluens, atq; per vesicam abũde expurgans simul, & affectus prędictos, & seipsam cõsumat, Verũ circa hoc tria videnda sunt. Vnũ cur potissimũ septima die hi pereãt: Secundũ quę sit illa febris quę superueniens tantũ malũ finiat. Tertiũ cur velit Hippoc. vrinam debere fluere ἀλίς, i. satis. Quantum spectat ad primum non est intelligenda sententia ita presse, quod præcise contigat mors in septima, sed quod non transeat septimam, quin pereat, nam cum duarum functionum naturalium maximeq. necessariarum altera sit penitus ablata, videlicet egestio fœcum, altera nempè vrinæ excretio valde imminuta, atque deprauata; simulquè tormenta vtraquè sint acerbissima, nisi cito succuratur à febre, proculdubio necesse est facultas gubernatrix corporis concidat, quòd fit intra septimum diem, qui criticus existens solet acutos morbos qualis est ileus alterutro finire modo, Ad secundum nonnulli putarunt febrem esse ephemeram factam ex crudorum humorum agitatione, atque dolore, verum hæc opinio mihi placere nequit, quoniam calor cuiusq. Ephemeræ blandus est, ac paruum durans, quò fit vt minimè possit humorem crassum, crudum, viscidum, &

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 692 sur 867

copiosum consumere, ex quo mihi placet magis sententia eorum, qui existimarunt febrem debere esse putridam, magnam, & acutam, quò scilicet caloris magnitudo perseuerátiaquè tam pertinaces humores euincere, ac eliquatos per vrinam depellere, Sic enim similis febris, & non diaria est nata ad eam conuulsionem finiendam quæ fit à similibus humoribus frigidis, atque crassis. Circà tertium, in Coacis prænotionibus, vbi habetur hæc sententia, Loco vocis ἅλις, ideſt satis scriptum est ἀθρόον, ideſt cumulatè, seu confertim. Vnde puto vtroque intelligendum, quòd confertim, & copiosa exeat vrina, si ex impetu illo materia dissoluta tam intestinorum tenuium, quam ipsius vesicæ liberat obstructos ductus; neque prætereundum est in aliquibus codicibus loco vocis ἅθρον legi ὕδωρ, vnde nonnulli dixerunt, etiam sudorem copiosum, & confertim factum similiter conferre, qua etiam ratione dicere possumus dysenteriam prodesse, quamquam hoc non semper, vt mulieri voluulosæ 3 Epid. ab Hippocrate relatæ contigit. Vtilis est hic aphorismus in primis ad prædictionem faciendam, tum ad curationem voluuli instituendam calidis, scilicet & extenuantibus medicamentis, vt vino meraco curabat Hippocrat. 2. Epidem. quemadmodum, & Aretæus similiter vino vtebatur, radice fœniculi, adianto, atque cinnamomo, Vtrum stante stranguria sit procuranda vrina, videtur dubitandum, quandoquidem apud medicos lege cautum est, ne umquam ad affectum locum fiat prouocatio materiæ à reliquo corpore, Sed cum Natura sic curet, & Hippocrates quoque consulat dicendum in cura rationali, & libera cauendum quidem esse à diureticis in vesicæ affectibus, uerum in coacta, & in qua destituimur alijs euacuationibus licere id agere, ut fecerunt Hippocrates, atque Aretæus, quò scilicet causſa mali aboleatur, cui magis, quam affectui, & symptomati prospiciendum est, Cur autem Hippocrates uinum meracum uoluerit esse frigidum actu, puto causſam fuisse, quò minus ipsius caliditas officeret febri, uel ut vomitus, qui est comes ipsius ilei magis compescatur, sicquè natura vni ad inferna propulsioni attendat.

Vtilitas Aphor.

Dub.

Solut.

---

45 *Vlcera quæcumque annua sunt: aut etiam diuturniora: os abscedere est necessarium, & cicatrices cauas fieri.*

DE uarijs affectibus, vt alias dixi cum agat Hippocrates hoc in libro, pauciſſimi sunt aphorismi, qui inter seſe possint commodè connecti, & præsens certè nullam habet communionem cum antecedente, nisi dicere placeret. Stranguriam interdum fieri, atque esse diuturnam, propterea què subiunxisse hunc de uetustis vlceribus sermonem in quo consilium Hippocratis est quid prædicere possimus in ulceribus antiquis docere, ita ut sit sententia mere progn: ea & chirurgica sine ratione: sed quæ possit in duas partes secari, pro ut docet duas fieri prædictiones. *(Vlcera annua.)* Quid sit ulcus satis notum est ex Hippocrate in libro proprio, quemadmodum etiam quæ sint ulcera annua,

Connexio.

Scopus.

©BIUM

ana, & antiquiora, ſcilicet quæ annum attingunt, aut excedunt, Quot genera vlcerum ſint locupletiſſimè docet Galenus in comm: vbi primum ſcribit. Vlcera hæc vetuſta, vel ita eſſe, quia numquam perducantur ad cicatricem, vel ſi forte perducantur iterum aperiuntur, atque hoc fieri aut errore medicorum, ipſorumuè ægrotantium, aut ſi nullus adſit error, vel fieri ob iugem prauorum humorum affluxum, vel ob prauam in parte affecta ab humoribus affluentibus inductam diſpoſitionem, vel ob affectum oſſis eo loco corrupti; Hæc atq; alia ab his quæ vlcera ſimpliciter vocantur (ἕλκεα) communi nomine, cum ſemper fiant maiora, & deteriora conſueuerunt veteres nuncupare φαγεδαίνας, quæ varijs nominibus alij poſteriores donarunt, Cæterum, vt ait Galenus omnia vlcera, quę circumſitas partes depaſcuntur, aut ſunt ſine putredine, aut cum putredine, ſi ſint abſquè putredine, vel depaſcantur tantum ſummam cutem, & dicuntur ſimpliciter τὰ ἕρπητα, ideſt ſerpentia, vel depaſcuntur etiam profundiorem carnem, & propriè dicuntur φαγεδαίνας. Si ſint ſine putredine, ſed cum incendio ſit ἄνθραξ, qui eſt vlcus cruſtaceum cum incenſione. Sin autem ſit cum putredine vlcus depaſcens vocatur, de quo ſcribit Galenus non eſſe genus proprium vlceris, ſed eſſe quoddam compoſitum ex vlcere, ac putredine; cum ipſa putredo fiat ſæpenumero ſine vlcere. Iam verò vlcera de quibus hic loquitur Hipp. (vt vult Galen.) ſunt illa, quę ſine prædictis condicionib. fiunt, & quæ propterea à veteribus ſimpliciter vlcera nuncupabantur. Cęterũ cum ita ſe res habeat, Nonnulla videnda ſunt pro intelligentia meliore propoſitæ ſententiæ, nempè quam non eſt facile apud Hipp. inuenire alibi. Primum eſt cur Hippoc. antiquis vlceribus annum præſtituerit, cum alij morbi dicantur diuturni etiam poſt quadrageſimum diem. Secundum eſt quæ ſit neceſſitas ob quam in antiquis vlceribus os ſubiectum contaminetur, ita vt id abſcedere oporteat, Tertium cur abſcedente oſſe neceſſariò cicatrices cauę ſubſequantur. Circa primum dicere conuenit diuerſam eſſe rationem vlcerum à febribus, atque alijs morbis, quia vlcera niſi erroribus recrudeſcant, ſolent eſſe veluti cloacæ, per quas excrementa corporis euacuentur, & id ab alijs affectibus defenditur, vt apparet in cauterijs, quæ planæ vlcera ſunt, & tamen abeſt, vt diuturnitate obſint, quòd potius ſæpenumero valde iuuant, atq; hoc in alijs morbis minimè reperitur, qui potius conſumunt corpora, quam tueantur, cum igitur ita res ſe habeat non eſt mirum ſi Hipp. vlcera uſq; ad annum, atq; etiam ulterius perdurare innoxia ſcripſerit, cur autem tantum temporis durent, quemadmodum dicebam ex Gal. uel eſt, quia aſſidue fluit aliunde materia, à qua mollis pars ulcerata reddita, nequaquam ad cicatricem perducitur, quod opus ſolius ſiccitatis eſt, ut Galenus tertio, & 4. Meth. & Hippocrates libro proprio de ulceribus. Vel eſt quia in parte ulcerata, eſt aliquod uitium, quod non permittit uniri, & ſiccari, atq; hoc uitium, aut eſt callus, ut in fiſtulis, quæ hac ratione ſunt diuturniſſimę, aut eſt mala intemperies, ob quã impedita coctio nutrimẽti producit excrementa humida, quę exiccationi, & unioni partis obſiſtũt. Itaq; nõ male Hipp. annua ulcera cõmemorat. Erat Secundũ, quæ ſit neceſſitas ob quam in annuis ulcerib. neceſſe ſit os deſquãmari, ut etiã in lib. de art: & fract: ab eodẽ ſignificatur, Quę ut intelligatur illud ſupponẽdum eſt, ante alia Hipp. loqui de ulceribus,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 694 sur 867

©BIUM

quæ habent proximę ſita oſſa ita vt vel denudentur, uel ob uiciniam aliquo modo contaminentur, nam ulcera pulmonum, locinoris, renum haud ſunt huiuſmodi, Cauſſa autem ob quam neceſſe ſit abſcedere ſeu deſquammari eſt, quia oſſa ſi denudentur ab aere contrectata, & puſillo calore donata ſecundum ſuperficiem ſaltem corrumpãtur, quæ corruptio cum nequeat corrigi, ſequitur, vt uel natura, uel ars partem corruptam à ſana ſeparet, haud ſecus etiam ſi corrumpatur à ſucco uitioſo ipſum cõtrectante, & contaminante. Iam uerò ubi vlcus rectè curatur, (nam de hoc iure vult Galenus Hippocratem loqui) atq; ſit magnum, non autem vt cauterium vocatum, plane neceſſe eſt, aut ante annum ad ſanitatem peruenire, aut cum vicinum oſſi ſupponatur, illud tandem detegere, vel ſaltem ob uiciniam, ità contaminare, vt neceſſario natura cogatur corruptam partem a ſana ſegregare. Circa, tertium non eſt difficile cauſſam reddere, quoniam cum oſſa ſint fabricata ad ſuſtẽtandos neruos, arterias, uenas, & præſertim carnes, in qua parte deſunt oſſa neceſſario partes, quæ ab ipſis ſuſtentabantur deprimuntur, atque deſcendunt donec aliud inueniant, in quo firmentur, atq; ſuſtineantur, Sed contra uidetur eſſe experientia quandoquidem quotidie obſeruatur etiam ſine oſſis abſceſſione ulcera fieri caua, & uicceuerſa ſupercreſcere carnem, ità ut cauitas oſſium quæ abſceſſerit, repleatur, Ad quod dicendum eſt interdum contingere, ut pars ulcerata etiam ſi nullo oſſe priuetur, attamen uenæ perdantur, maluſq; habitus in illa relinquatur, qui haud ſinit tantum bonæ carnis, & uenarum regenerari, quæ poſſint locum replere, quemadmodum antea erat; rurſum è conuerſo contingit, ut oſſe ſeparato nihilominus relinquatur tantum caloris, & uenarum quæ poſſint carnem, uel ſaltem ſpongioſam magis, uel etiam ſanam, quæ ſufficiat ad replendum locum cauum, & conſequenter cutim regenerandam. Nam Ariſtot. 10. partic: prob: 29. reddens rationem cur in cicatricibus equorum, & aſinorum pili renaſcantur non item in hominis, ſcribit cutem hominis eſſe ueluti quendam affectum carnis, quę cum in vulnere, aut vlcere valde immutetur, ſic quoque neceſſe careat antiquis condicionibus, inter quas erat pilorum emiſſio, Vtilis eſt aphoriſmus ad prędictionem principaliter, ſed & ad curationem inſtituendam, etenim diſcitur ex hoc, ubi ulcus ante annum non ſanatur, haudquaquam eſſe id perducendum ad cicatricem, priuſquam os deſquammetur, ſed denudandum illud niſi denudatum ſua ſponte ſit, atque tum uel ipſum ferro ignito, uel medicamentis valde ſiccantibus deſquammandum, quod ubi factum erit tum ad ipſam vlceris perfectam ſanationem deueniendum eſt, ita enim faciente natura atq; ipſam imitans rectę operabitur.

Ad 3.

Vtilitas Aphor.

---

46 *Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſsi fiunt, ante pubertatem moriuntur.*

ET ſi hic aphoriſmus non habeat particularem cũ ſuperiore cõnexionem, habet tamen uniuerſalem, quod ſit ſententia uterquè prognoſtica, & ad chirurgicam medicinæ partem attinens, in qua nos docet Hippoc. quid ſit prędicendum, ubi quiſpiam fiat gibbus ante pubertatem; eſt autem ſimplex, ſine

Connexio.

Scopus.

ratione,

©BIUM

tatione, & diuisione. (*Quicumque*) Galenus in hoc commentario quemadmodum, & in duobus antecedentibus, compluribusq́. subsequentibus satis diligens fuit, qui & hic &, in linguarum Hippocr. interpretatione scribit ὕβους, & κυφοῦς, seu κυρτούς, idem significare quod nos latine dicimus gibbosos, siue gibborosos: ὕβωμα, autem seu κύρτωμα vsurpatum sæpę ab Hippocrate significare, quid vniuersalius, nempè quamlibet spinæ peruersionem, sicuti proprię ὕβοι, & κυφοί, seu κυρτοί dicuntur quicumque spinæ vertebras luxatas, atque extra protuberantes habent, veluti quibus luxatio ad interna vergit, ita vt spondylia introrsum vertantur, à Græcis uocantur λορδοὶ, καὶ κόλοι à nostris excauati atque repandi, Nam vt homo erectæ staturæ esse, ac nihilo minus pro necessitate in quamlibet partem flecti possit, machinata fuit natura spinam ex pluribus ossib. subteretibus affabre compositam, quæ instar cuiusdam carinæ, ut dicebat Galenus corpus sustentat erectum, & tamen flexionem nõ impedit, verum vbi aliquod vel aliqua ex his ossibus è propria sede elabuntur, & rectitudo, & in quaslibet partes flexio impeditur, quod impedimentum, vt dixi gibbositas est, de qua loquitur, & quæ morbus est in figura, & situ non solum rectitudinem figuræ deprauans, uerumetiam flexionem ad posteriora saltem non parum impediens. (*Ex asthmate, vel tusse.*) Quomodo fiant hæc vitia omnia spinæ tam ad posterius, & anterius, quàm ad latera docuit locupletissimę Galenus 3. lib. de artic: à tex. 1. vsque ad 54. Porrò de caussis huius vitij, vel horum vitiorum, ità statuendum est cum Galeno, aut fieri à caussis externis, ut plagis, percussiònibus, casu, & similibus, aut fieri ab internis, quæ sunt vel ab ortu, uel aduentitiæ, nam contingit aliquos statim natos gibbos esse, quos curari posse non est dubitandum, cum tũc ossa omnia sint ueluti cerea, ob idquè in quãlibet partem flexibilia, at de his non loquitur in præsenti Hipp. Porro caussæ aduentitiæ sunt, vel tubercula sola aut dura & scyrrhosa, in ipsis spondilibus, aut in pulmone existentia, uel destillationes, cum tuberculis ea humidiora reddentibus, cum enim augentur propellũt spondylia, aut extra, aut intra, aut in latera, sicq́ vario modo rectitudinem spinæ deprauant, ut Hippoc. disertissimę docuit nos libro de artic. 1. Verum sunt alij qui proprię curui nuncupantur, alias à latinis, ceraui, seu silicernia, quòd spectent semper terram, quales euadunt in senectute pleriq́. & præsertim proceri ob quam curuitatem vitandam M. Antonius Imperator tiliaceas tabellas pectori gestare solebat, verum huiusmodi curuitas non fit ob dislocationem spondyliorum, sed quæ fit uitio senectutis est, ob debilitatem facultatis motricis, quæ cum nequeat sustinere erectum pondus partium superiorum curuatur, haud secus atque baiuli dum graue onus aliquod gestant, ita enim senex ille curuus octuagenarius dicebat sese gestare onus Aetna grauius, & de hac Hipp. 2. aph. 55 (*Ante pubertatem*) cum hæc possint coniungi cum antecedentibus, verbis & cum subsequente (*moriuntur*) placet mihi magis, quod Gal & alijs placuisse obseruo, nempè, vt legatur coniuncta antecedentibus perinde, ac dicat Hippocrates. (*Qui ex asthmate fiunt gibbi, ante pubertatem.*) Vtrum autem sequenti debeat uox τακέως, idest celeriter adiungi, quam videtur Galenus habuisse in suo contextu non admodum sum sollicitus, quoniam vtroque modo stare potest tàm si legatur simpliciter (moriuntur, quàm si legatur)

moriun-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 696 sur 867

©BIUM

moriuntur celeriter, nam uere haud possunt diù superuiuere, qui fiunt gibbi ante pubertatem. Cæterum pro horum omnium intelligentia sunt nonnulla expendēda, & primum quomodo ex tuberculo pulmonis oriatur gibbositas, nam de tuberculis spinæ iam diximus, Secundum est cur exasthmate, uel tussi similiter fiat gibbositas, Tertium est cur hæc gibbositas ante pubertatem sit adeo perniciosa, ut non sinat diutius uitam protrahere Circa primum scire opor: pulmonem per fibras costis alligari, atque motu irrequieto ad cordi instar flabelli inseruiendum cieri, ut dixerunt concorditer Hipp. Plato atque Arist. ut autem motus fiat expeditior oportet pulmonum corpus sit leue, & agile, ob quod natura ipsum spongiosum, & tenuis, leuisq́ substantię effecit, unde si quādo ob materiam, ac tuberculum fit grauius, non modo pulsus celeres, & inæquales euadunt, ut Antipatro contigisse testatur Galen. 4. de loc: aff: uerumetiam spiratio difficilior euadit, ita ut etiam spina dorsi & costę magnum laborem patiantur, à quo, & à thoracis motu spina lacessita uertebras è sua sede pellit, sicq́ luxationē sequitur gibbositas, præterquam quod nouæ materiæ iugis ad tuberculum attractio facit, ut multo magis afficiatur spina, atque materia ad eam attracta non aliter dimoueat spondylia, atq; solent alij articuli, è proprijs locis amoueri; neque ualet Agesis filiam 6. Epid: sect. 4 relatam cuncta pene indicia tuberculi pulmonis habuisse, neque tamen gibbam euasisse, quoniam nec Hippoc. id esse perpetuum dicit, licet sæpenumero contingat, & maximè ubi destillatio simul, ut dicebam cum tuberculo ad spinæ uertebras delabens diuturno & assiduo illapsu spacio mensium, & annorum tandem uertebras è sede pellit. De Asthmate, atq; tussi (qđ erat secundo propositum) idem sentiendū esse, ex uehemēti motu thoracis, atq; coacta ipsius dilatatione, necnō assidua ad partes dorsi materiæ dilapsu fieri spodylium ad exteriora luxationes, quod non rarò accidere obseruamus. Ratio uero ob quam sit adeo perniciosa ante pubertatem est, quia cum cor atque pulmones adhuc augeantur, nec locus ipsorum possit secundum proportionem augeri, quod est totus thorax à gibbiositate impeditus, fit ut diù nō possint uiscera augescentia in angustiori quā conueniret loco contineri, & præsertim cor, quod dicebant Aegyptij apud Plinium lib. 11. c. 37. augeri usque ad quinquagesimum annum, & quod uiolentiam nullam sustinere posse summo iure dixit Aristot. uel ut Plinius nullo vitium macerari, nec læsum durare posse, ita vt breui post gibbositatem inducat interitum, non quod statim pereant simpliciter, sed quod longo ab eo uitæ spacio, quod alioquin attingerent, recedant. Est etiam, & alia ratio capta ab Aristot. 13 sect. prob. 10. vbi quærens cur gibbis halitus grauiter fœteat, inquit esse, quoniam spiritus & aer, qui continuo excernitur, cum nequeant in his liberi excerni retinentur, retentiquè putrescunt, & consequenter halitum maleolentem reddunt, quæ etiam potest assignari caussa, vt cito pereant ob putredinem cordi, & pulmonibus proximam. Est utilis aphorismus non tantum ad prædictionem faciendam, verumetiam ad monendum medicos, vt ubi animaduertunt gibbositatem imminere, ante pubertatem omni studio enitantur ipsi dorso prospicere, caussasquè quanto ocyus licet, penitus amputare: & de gibbositate, quæ in senectute solet compluribus euenire, iam dixi quid M. Antonius Imperator faceret, quem imitari

Nota.

Utilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 697 sur 867

tari fructuoſum planè erit. Quod etiam dicit Hippocr. 3. de artic: tex. 4. non eſt ſpernendum, nempe gibboſitates infra dorſum ſolui interdum à crurum uaricibus, & interdum à dyſenteria diuturna, quod tamen de recenti non autem in uetuſtata gibboſitate accipiendum eſt, ſicuti nec de ea, quæ fit ex morbo quam ferè incurabilem dicit Hippocrat. etſi nonnullos etiam referat ad ſenectutem peruenisſe: Addo ego etiam iuuare poſſe cauteria in cruribus facta ob eam rationem ob quam dixit prodeſſe varices.

---

47 *Quibuſcunque uenæ ſectio, uel purgatio cum medicamento conuenit, hos uere purgare, uel uenam incidere oportet.*

SI Hippocrates in hoc aphoriſmo loqueretur de medicatione facienda, uel pro gibborum curatione, uel præſeruatione, clara plane eſſet continuatio, atq; Galenus ſtatim in comm: monuit, in præſenti Hippocratem loqui de ijs omnibus, qui adhuc ſani ſunt, uerum ægrotaturi niſi ſuccurratur, aut ſectione uenæ, aut purgantium medicamentorum adminiſtratione, Itaque Hippocratis conſilium eſt docere tempus agendi in illis, qui præſeruatione egent, ita ut ſententia hæc ſit purum præceptum ad partem medicinæ prophylacticem uocatam pertinens, ſimplex tamen, & nullam ſectionem patiens. (*Qui phlebotomia*) Galenus ſatis profuſus eſt in præſentis aphoriſmi interpretatione. Verum ſumma eſt Hippocr. loqui non de ægrotantibus actu, uerum de corporibus cauſſarijs, hoc eſt de illis, qui cauſsam quidem morbi intus alunt, atq; aliquando ægrotant, Hos enim prout ſunt morbi quibus exponuntur ſic uere potius, quæ ullo alio tempore ipſis eſſe medicinam adhibendam Hippocratem præcipere, ut ſi plethoricis ſint morbis obnoxij uenę ſectione euacuentur, ſin bilioſis melancholicis, pituitoſis, aut ſeroſis per medicamenta eos humores ducentia euacuentur. Nam quos ipſe Galenus plurimos narrat præſeruaſſe ab imminentib. malis ſimili medicatione fieri poteſt, ut uerum ſit, attamen difficile credo cancros mammarum, atque elephanticos, & epilepticos hac tantum ratione curaſſe, niſi dicere placeat in ipſis ſolas ſuſpiciones, non autem ueras, & formatas morborum ideas extitiſſe. Hic duo ſunt quęrenda unum eſt, cur potius uere, quam alio tempore iſtud facere expediat. Alterum an etiam reliquis temporibus idem age reliceat, De primo dicunt aliqui, & Galenus 1. ad Glauc. & bene tempore ueris ob id hoc etiam faciendum quia tunc tempus moderatiſſimum, atque uires hominum optimæ ualent, adeo ut tàm externis, quàm internis iniurijs minus exponantur, ſimulquè euacuationes tutius ſuſtinere queant, Verum alia quoq; eſt, quod ut uerno tempore cuncta uiuentia mouentur ad producendum fructus, ac (ut ita dicam) uere turgent ſic accidit corporibus humanis, ut accedens ad nos Sol, humores omnes non bene ſopitos concitet, & ad exitum ſollicitet, unde fit ut excrementa tunc ſint paratiora, & magis apta ad obediendum, & naturæ, & medicamentis euacuantibus, ſecus quàm in alijs tempo-

Scopus.

Nota.

©BIUM

temporibus in quibus omnia ſunt in corporibus quietiora, & conſequenter magis rebellia ad eductionem, quæ forſan eſt cauſſa, vt Hippoc. 3. Aphoriſmorum tradat, & veri ſuos morbos, quod alibi, & ipſe, & omnes medici omnium temporum faciunt ſaluberrimum, Verum hoc in loco occurrit dubitandum quoniam Hipp libro de nat: hum: ſcribit ſanguinem abundare vere. bilem æſtate, melancholiam autumno, & pituitam hyeme, vnde ſi ſecundum eius leges debent humores quolibet tempore euacuari, prout dominantur, non eſt verum, quod Galenus ait in comm: vere debere purgari quoslibet humores, ſi exuberent, Ad quod dicendum eſt communiter rem ſeſe habere, quemadmodum Hippocr. docuit lib: de nat: hum: ac ob id forſan Hipp. 7. aph. 53. mentionem feciſſe ſanguinis miſſionis ſolius, verum contingere, vt ob particulares hominum naturas hyeme, magis hi, vel illi humores cumulentur, aut etiam ob viuendi rationem, quo fit vt dum in vere exagitantur, morbos pariant, niſi ipſorum anticipetur euacuatio, atq; hoc vere dixit Gal. atq; exemplis demonſtrauit, complures à ſe fuiſſe conſeruatos huiuſmodi prouidentia, alios uero, qui eam neglexerunt, incidiſſe in morbos ad quos ſuſcipiendos erant, parati. Ad ſecundum reſpondere oportet, non negare Hippocr. quinetiam ſimilis purgatio fieri poſſit alijs temporibus, vbi uere ſit dimiſſa, & ubi metus ſit futuri morbi, nam poſt uer autumnus eſt aptus ſimilibus euacuationib. & præſertim humorum melancholicorum, & craſsorum, tum quia tunc magis gignuntur, tum quia uiæ apertæ, & laxiores, tum quia ſuccedens hyems magis robuſta corpora reddens conſequenter facit, ut leuius ferant anteactas purgationes. Eſt itaq; vtiliſſimus aphoriſmus ad corporum morbidorum præſeruationem, ne ſcilicet cadant in morbos, ſcilicet ut ſi ſanguis exuberet, ſiue bonus, ſiue prauus indiſcretus ab alijs humorib. ſecta uena euacuetur uere, ſin autem alij humores, ſimiliter, & ipſi purgentur ſuo quiq; proprio, & familiari medicamento, ut eſt Hippocratis præceptum etiam in libro de natura humana.

Vtilitas Aphor.

---

48 *Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens, bonum.*

MIROR, quomodo Galen & alij dicant hunc aphoriſmum eſse eũdem cum 43 ac propterea eo iam expoſito non eſse opus, ut is amplius expo natur, etenim licet uterq; ſit ſententia prognoſtica, atque de lienoſis, attamen non exiguum diſcrimen eſt inter ambos, cum illa de euentu loquatur malo in longa dyſenteria, hic autem de bono in breui, de qua Hipp. in Coacis. Dyſenteria breuis lienoſis vtilis, longa autem pernicioſa: Corn: etiam Celſ: lib. 2. c. 8. ſeparatim, & illum, & hunc tranſtulit, vt omnino diuerſi videantur præterquam quod ibi loquitur de alijs vitijs dyſenteriam comitantibus diuturnam, qualis eſt lienteria, atq; hydrops. Eſt ergo Hipp. ſcopus in præſenti docere quid debeat medicus prædicere, vbi ſplenetícis ſuperueniat dyſenteria, vnde aphoriſmus totus eſt prognoſticus, & eſt veluti documentum, & exemplum operandi in lienoſis, caret ratione, atque diuiſione (*Lienoſis*,) vt dicebam, vocantur proprie σπληνῶδεις, qui duro, & vetuſto lienis tumore laborant, ſiue tumor ſit magnus, ſiue

Scopus.

©BIUM

ſue aliter. Celſus lib. 2. cap. 8. Lienoſis bono tormina ſunt, fiunt verò huiuſmodi lienoſi à ſucco melancholico, & craſſo tenaciter lieni ipſi in farcto, atq; indurato; & cognoſcuntur non modo tactu ipſo, verumetiam uentre conlatitio, & oculis hebetis, vt Plautus in Curcullione, fœtore etiam oris, & gengiuarũ corruptione cognoſci habemus ex Hippocrate 2. Epid. & de affectib: atque affectibus internis ac 2. prorrhet. vbi inter ſymptomata lienoſorum commemorat fœtorem oris, corruptione gingiuarum; quomodo Areræus, & Celſus lib. 2. c. 7. & colore, qui vt plurimum ſub niger, atque fœdus eſt, cum membrorum gracilitate iuxta id quod Hipp. dixit lib. de loc: in homine. Quibus lien floret, totum corpus contabeſcere, & è contra. (*Dyſenteria*,) fit in his dyſenteria humore illo ſecedente, necnon ad inteſtina translato, atq; inde euacuato, & nomine dyſenteriæ puto non ſolum veram dyſenteriam, ſed etiam quemlibet fluxũ alui imo etiam veſicę comprehenſam fuiſſe. (*Bonum*) eſt enim bona huiuſmodi translatio humoris, vt ſignum, quia monſtrat naturam robuſtam, nempè quæ humorem alioqui contumacem longe pellit, & ad loca conferentia, eſt etiam bona cauſſa, quoniam cum euacuet humorem noxium, nec non viſcus à duritie, & frigido ſucco expurget proculdubio cauſſa eſt, vt lien in poſterum melius depurget ſanguinem à ſucco prauo, ſiequè corpus melius nutriatur, ac floreat; Neque valet, quod alias dixerit Hipp humorem nigrum, ſiue ſupra, ſiue infra exeat eſſe exitialem, quoniam id intelligendum eſt de melancholico ex combuſtione, non autem de non combuſto. Quæſitu dignum eſt cur, vt antea dictum eſt lienoſis os fœteat: & gingiuæ corrumpantur, ita vt abſcedant, & quod facit dubium eſt, quia Hipp. & Gal. 6 Epid. ſect: 2. tex. 41. 42. ſcripſerunt lienoſos non tentari deſtillationibus, quæ ſolent eſſe authores putredinis dentium. Reſpondendum eſt id fieri vitio vaporum melancholicorum, qui ſublati in os, & adhærentes gingiuis, eas veluti fermentant, & corrumpunt, unde fœtor. Vtilis eſt aphoriſmus ad medicum docendum, vt in tumoribus vetuſtis, & duris lienis nitatur medicamentis humorem melancholicum euacuantibus dyſenteriam facere, ideſt fluxum ventris, quod bene ſuccederet ſi prius præparentur humores internis remedijs, tum extrinſecus duritiem emollire tentet fomentis, linimentis, atq; ceratis accommodatis, quale eſt emplaſtrum ex ammoniaco in aceto diſſoluto oleoquè dulcium amygdarum commixto. Idem etiam dicendum de purgatione per urinam, qua liberatum fuiſſe à lienis tumore, quendam Biantem Hippocrates 2. Epid. teſtatur.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

49 *Quicumque morbi podagrici fiunt, hi ſedata in quadraginta diebus, inflammatione, finiunt.*

MELIVS fuiſſet poſitus poſt trigeſimum huius libri, cum ibi plures de podagra aphoriſmos fecerit, nec vlla alia eſt connectendi ratio, quam quod de morbis diuturnis, nempè de podagra eſt quoque præſens aphoriſmus, & eſt totus prognoſticus, nempè in quo, Hipp. conſilium eſt docere quid liceat prædicere, vbi doloribus podagricis partes dolentes inflammantur. Eſt enim

Connexio.

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 700 sur 867

©BIUM

simplex sententia sine ratione, & diuisione. (*Quibuscunque*;) Quod consueuit Hippocrates facere, vt vnius affectus appellatione, cunctos similes complectatur; id plane in præsenti facit aphorismo vbi, sub nomine podagrici affectus omnes articulares morbos intelligit, quippe qui inter sese loci tantum ratione differunt. quare dixit νοσήματα ποδαγρικὰ, idest morbi podagrici, vt sub hac voce plurali comprehenderet vniuersos affectus similes; Hæc eadem sententia habetur libro de crisi: Hippocratis, nec non à Celso libro quarto cap. 24. vbi loquens de doloribus podagricis, & chiragricis, hac eadem sententia vtitur. (*Fiunt*:) Hæc vox significat eos dolores articulares, qui iam adultis fiunt: non autem qui sunt veluti conati, & hæreditarij, nam isti non modo quadraginta diebus non finiuntur, imò uerò solent fere insanabiles esse, quemadmodum, qui sunt consuetudine longa iam inueterati. (*Desistente inflammatione*,) Galenus disertè satis in com: de inflammatione ârticulorum vbi fiat, & quomodo fiat locutus est, nam de loco existimauit, neque in musculis neque in neruis, sed in ligamentis, atque membranis; idquè duobus argumentis probat, & quod dolor in illis partibus percipiatur; & quod numquam obseruetur podagricos tentari conuulsione, quæ alioqui succedere solet, vbi nerui, & musculi inflammantur. De modo autem scribit quoq; Galenus materiam excrementitiam primum ferri in articulationum locos, tum in partes circumsitas, vsque ad cutem, quæ partes ubi sunt plenæ, tenduntur necessario nerui, atque tendines, sicq; tumor, & dolor consequuntur, humores autem fluxi ubi consumi debent si tenues sint, id fit breui tempore, sin autem crassi, aut uiscidi, aut simul, & uiscidi, & crassi, longiori, (*Quadraginta diebus*:) Celsus loco citato, ait quadraginta diebus cessare dolorem, & inflammationem, nisi uitium hominis accesserit, Galenus etiam dixit hoc fieri si medicus agat quodcumque debet, simulquè æger

Not. obsequens sit, Verum illud inquisitione dignum est, cur potissimum quadraginta diebus inflammationes podagricorum sedentur: Ad quod dicere primum oportet noluisse Hippocratem huiusmodi vitium præcisæ quadragesimo die sedari: sed intra quadraginta dies, qui solet esse terminus acutorum ex decidentia; caussa uero huius est, quia si respiciatur inflammatio est proculdubio acutus morbus, sin autem spectetur locus, qui satis est ignobilis, morbus diuturnus esse deberet, unde conuenientibus hisce duobus in unum fit species acuti ex decidentia, quem alias dixit Hippocrates quadragesimo die terminari. (*Conquiescunt*,) quod uidetur Hippocrates dicere est, si inflammationes mi-

Dub. tigentur in podagris quadragesima desistere, cæterum dubium esse potest an uox (quadraginta diebus) sit referenda ad inflammationem, ut uidentur existimasse Celsus, & Galenus, an potius ad subsequentem uocem, (*quiescunt*,) vt alij crediderunt, & mihi placet magis, ut ad quadraginta dies referatur, quoniam sæpe usu uenit, ut numquam perfectè liberentur, quemadmodum interdum contingit, ut liberentur, igitur si spacio quadraginta dierum cesset inflammatio, & tumor, spes est ægrum perfectè liberatum iri, si non cesset, aut non sequitur integra sanatio, aut longissimo tempore, sunt uerò plures modi quibus consueuit sedari inflammatio, aut discussione humoris influxi, quando, scilicet is Serosus, aut biliosus sit, ob quod parum durat,

aut

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 701 sur 867

aut emissione materiæ à loco articuli profundo ad partes externas; Sic enim tũc sedatur dolor cum partes extimæ inueniuntur extuberantes, atq; tumentes, qđ contingit, vbi à sanguine pituitoso gignuntur, Aut quando materia ipsa suppuratur, quod vt raro fit, sic acerbissima, & difficilis solutio esse consueuit: Aut vbi discussis partibus subtilioribus calidioribus, magisq. dolorificis, terrestres remanent, quæ induratè, & veluti congelatæ malum pene incurabile reddũt. Verum antequam finiatur, paullo melius est examinandum an id quod dixit Galen. sit verum nempè inflammationem dumtaxat fieri in ligamentis, & membranis ossibus, & cauitatibus insitis adhęrentibus non autem in neruis, & tendonibus, quod enim facit difficultatem est, quia ligamenta, & ossa non sentiunt, & ob id neque dolent, ex quo sequitur solas membranas distensas, & repletas dolorẽ pati. Adhęc difficile captu uidetur, quo pacto nerui non repleantur, & consequenter faciant conuulsionem, prætereà fluxio fit per venas, quicquid dixerit Farnelius, venæ autem non in cauitates articulorum, sed in ipsa ligamẽta, & tendines, ac musculos pro ipsorum nutritione feruntur: Ad quę omnia respondendũ est rem esse quemadmodum, ait Galenus, scilicet materiam una cum sanguine per uenas delatam ad articulos eructari in ipsas cauitates, ibiquè membranis adhærentem eas distendere, simulquè, & neruos, & tendines circumsitos, sicquè dolorem facere donec materia ipsa, vel à natura dissipetur, uel ab intimis ad extimas partes trudatur, aut alio modo soluatur; Non sequitur autem conuulsio, quoniam nerui, aut musculi non replentur vndequaquè, vt necessario abbreuientur, & licet aliquantisper decurtentur ob distantiam tamen haud communicatur origini neruorum, priusquam materia efficiens mali consumatur. Vtilis est aphorismus ad prædictionem faciendam in doloribus articularibus, ex qua prædictione potest etiam medicus intelligere, quem debeat sibi proponere scopum in curatione, scilicet discutiendi humores influxos, & prohibendi nouorum influxum. *Vtilitas Aphor.*

---

30 *Quibuscunque præciditur cerebrum, his necesse febrem, & bilis vomitum superuenire.*

MELIVS fuisset hic positus cum 14. & 58. 7. libri. Vnde non laborandum est in indaganda connexione præsentis aphorismi cum superiore, quandoquidem nec ij, qui cupidi sunt cunctos pene continuandi quicquam dixere, Est autem Hippocr. scopus docere, quid in vulneribus capitis expectandum sit, atq; ita patet esse sententiam partim diagnosticam, cum doceat ex uomitu bilis dignoscere vulnera substantiæ cerebri, partim prognosticã, quod ea vulnerata sit necessario expectanda febris, & mors si non subito, ut uomitus, saltem paucos post dies, totus aphorismus prognosticus, sine ratione, nec in vllas partes diuisibilis. (*Quibus cerebri,*) cum pluribus ex partibus sit cerebrum conflatum, scilicet vasis, membranis, atque substantia, ubi hæc vulneratę necessario, *Scopus.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 702 sur 867

©BIUM

sario, & illæ patiuntur, non è conuerso, vnde quando hic nominat cerebrum proculdubio de ipsius substantia intelligendum est, ea propter non male fecit Celsus, qui lib. 5. cap 26. hac de re loquens dixit; si cerebrum, membranaue eius vulnus accepit, sanguis per nares, quibusdam etiam per aures exit, fereque bilis vomitus insequitur, Habetur autē hęc eadem sententia tum in Coacis, tum lib 1. de morbis, uerum in aliquib. differens, cum hic solum fecerit mentionem Hippoc. febris, atque uomitus bilis, ibi uerò dixerit etiam corporis apoplexiam accedere, & in Coacis haud necessariò febrem sequi, sed ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, (*His necesse est febrem.*) Iure potest hoc in loco dubitari cur in Coacis dicat ut plurimum febrem consequi, hic autem esse necesse, ut illa sequatur maximè cum cerebrum, sit corpus frigidum, & à corde quæ est sedes febris adeo remotum, præterea si necesse, à qua causa fiat huiusmodi necessitas. Et quatenus spectat ad primum duobus modis respondere licet, vno modo, quod sæpe dicere solemus, scilicet dum scribebat Coacas non ita fuisse res usu, & ratione sibi compertas, quemadmodum vbi scripsit aphorismos, Alio modo fieri febrem post uulnus capitis dupliciter intelligi posse, uel quod statim fiat, uel quod paullo post. Si primo modo capiatur proculdubio non est necesse, sed bene frequenter accidit, ut statim sauciato cerebro succedat febris, atque ita locutus est in Coacis, sin autem secundo modo, ut hic Hippocrates loquitur accipiatur plane est necesse, quoniam nisi fiat febris statim, saltem fit secunda, uel tertia, uel quarta die. Circa secundum Galenus scribit communi quadam necessitate illud accidere propterea quod ubi aliquod præcipuum uulneratur, sequitur inflammatio, inflammationem autem sequitur febris communicato statim febrili incendio ipsi cordi, unde prout inflāmatio ocyus, uel serius succedit, sic necesse est febrē modo celerius modo tardius accedere. Verum autem statim fiat febris putrida, an diaria tantum, arbitror posse esse ephemeras plures simul continuatas in corporibus non paratis ad putridam, potest etiam esse diaria febris, atq; statim in putridam commutari veluti in corporibus, quæ sunt parata ad putredinem suscipiendam, illud certę videtur necessarium, vt semper antecedat aliqua diaria, atque hoc ferę in cunctis, quemadmodum significauit Gal. lib. de inæq. intemp: cap. 5. (*Et bilis Vomitum*) In secundo de morb: scribit etiā sanguinis vomitū sequi capitis vulnera, præsertim magna, in quibus sanguis à cerebri dilaceratis venis in palatum missus, atque inde in stomachum præcipitatus vomitu deinde reijcitur, Cæterum, quod bilis euomatur cerebro vulnerato videtur totum Galenus tribuere communioni neruorum, quam inter sese habent os ventriculi, atq; ipsum cerebrum, Verum sunt aliæ rationes conspicuæ magis. Quòd in ventriculo generetur bilis, videtur affirmasse Aristot. 4 de partib. anim: cap. 2. vbi scripsit in omni corporis parte eam generari; Verum meliorem puto esse sententiam Auuerrois, qui 3. collect. cap. 3. probat bilem, nec naturalem, nec nonnaturalem fieri posse in ventriculo, præter prasinam, & æruginosam, quæ æquiuoce dicuntur biles, & fiunt ex mixtione bilis, & humorum crudorum, nec non melancholicorum simul corruptorum. Ergo cum bilis non generetur in stomacho, necesse est quando vomitur in illum aliunde eructetur, atque hoc fieri potest tum à iocinore per venas mesaraicas, tū ab ipsis intestinis præsertim à duo-

Dub. 1. 2

Solut. 1.

Solut. 2.

deno,

deno, ad quod iugiter huiusmodi humor mittitur propter ipsarum fœcum expulsionem; mittitur verò interdum ad ipsum stomachum illius attractione, interdum sine vlla ipsius attractione. Iam verò vulnerato capite bilis vomitum puto fieri propter attractionem, quia labefactato stomaco ob communicantiam neruorum prædictorum, & facile recipit, & attrahit à locis proximis natura eius læsioni succurrere cupiente, quò fit vt non solum bilis, sed etiam serosus succus secum trahatur, præsertim in ijs, qui illo abundant, Accedit etiam timor, atque horror, qui cunctis grauiter sauciatis oboriri solet, & quibus coaffecto oris ventriculo, quod Galenus in libro de demonst: & de Plac: Hippoc. & Plat: probauit esse affectuum animi causam, facile melancholia, atque bilis in illum trahuntur, vt experimenta quotidiana docent, mœrentibus atque timentibus quandoq. vomitus bilioſos concitari, imò Aristot 27. sect: probl. 7. etiam deijci bilem timentibus dicebat, quod calor intro coactus bilem eliquet, ac dedepellat; Cur autem non ita pituita: dicendum, quod etiam si semper in stomaco adsit, attamen non est ita facilis ductu cum parietibus stomaci, & intestinorum tenaciter adhæreat ad ipsorum tutellam. In Coacis prænot: nec non primo de morb: & 2. lib. & 7. aphor. (vt dicebam) additur fieri vulneratos cerebro apoplecticos, hoc est absq. sensu, ac motu, & perire, quod quidē in magnis vulneribus accidere solet, haud tamen perpetuum est, cum obseruetur quotidie etiā aliquos cerebro vulnerato seruari, cur autē fiant apoplerici est, vel quia vētriculi cerebri sanguine per vulnus effuso opplentur, vel quia ex percusso coarctantur, & simul ita conniuent, vt nequeant spiritus diffundi in corpus, atque illustratio illa fieri, qua constant operationes, atque vita. Quod etiam hæc vulnera sint suapte natura lethalia dixit idem Hip. lib. de vuuln: cap. & 2. prorrhet: Vtilis est aphorismus ad prędictiones potissimum faciendas, quę si vmquam medico videntur necessariæ, proculdubio illud est in cunctis vulneribus capitis, & maximæ cerebri, quæ vt vt sint parua, tamen haud vmquam esse negligenda dixit Hippocrates. *Vtilitas Aphor.*

---

51 *Quicumque sani dolore capitis repente capiuntur, & statim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit.*

IN antecedenti aphorismo locutus de Cerebri, & Capitis vulneribus alioquin sanis euenientibus. (Siquidem febrem, & vomitum tamquam, iam sauciatis aduenientes nominat,) nunc de capitis dolore qui sanis similiter cōtingit tractat, ita vt in duabus reb. conueniant, & quod uterq; de sanis, & de capitis symptomatibus loquatur, possumus etiam adijcere utramq; sententiam esse prognosticam; etsi in hoc præter dolorē capitis, & aphoniæ, & stertoris mentio fiat. Est itaque Hippoc. scopus quid prędicere oporteat, ex dolore capitis repente in sanis facto cum aphonia, & stertore, potest autem diuidi in duas partes, scilicet in sententiam, & in exceptionem; sententia est, (*si sanis repente accidat dolor capitis*, *Connexio.* *Scopus.*

©BIUM

pitis, ac subito voce priuentur, simulquè stertant, eos spacio septem dierum extingui,) exceptio vero est, (*Nisi febris superueniat*). (*Si sanis.*) Inculpata sanitate fouentibus hæc, quæ dicit Hippocrates minimè posse contingere rationi, atque vsui consonat, Vnde non est existimandum Hippocratem de huiusmodi sanitate loqui: sed de caussaria, & faciliter mutabili hoc est de ea, quam sic appellat vulgus, cum homines nullam insignem querellam habent, ac ordinarias functiones edunt, attamen ad morbos suscipiendos ratione plenitudinis, aut cacochymiæ, atque ratione partium principalium imbecillitatis apti sunt, cuiusmodi corpora à medicis caussaria solent vocari. (*Repente Dolores fiunt in capite*) Galenus in fine libri secundi de symptomatum caussis ponens differentiam inter morbos factos à nuda intemperie, & factos ab humoribus inquit: id esse discriminis, quod nullæ magnæ læsiones possunt subito fieri à nuda intemperie: sed necesse ab humoribus, uel intemperie cum humoribus fiant, & ratio est, quia magnę intempries si debent insigniter lædere opus est in habitum aliquem transeant, qui induci nequit nisi longo temporis spacio; Itaque dolor quem hic nominat cum fiat repente, sicut, est uocis priuatio, proculdubio asserendum haudquaquam à nuda intemperie orri posse, sed ut bene ait Galenus, vel à flatulenta materia, vel ab humorali, uel ab utrisque, quæ caussæ caput subito irruentes cerebriquè membranas valde extendentes dolorem tensiuum inducunt, atque etiam pungitiuum, ob membranas, quæ ubi patiuntur dolorem pungitiuum edere docuit Galenus primo, & secundo de loc: affect: (*Et subito voce priuantur.*) Aphoniam communiter significare non loquellæ uitia, sed ipsius priuationem notum est uerum hoc in loco putat Galen. Hippoc. sub nomine aphoniæ intelligendum esse non solius vocis, sed cuiuslibet actionis voluntariæ priuationem, ut motus, & sensus, quod quidem in apoplexia contingit, & certę si statim post laborem capitis sequantur huiusmodi symptomata veluti sensus, & motus priuatio, vna cum stertore, non est dubium quin sit apoplexia, & quamquam subita illa accessio attestari videatur flatulentæ caussæ, non inconuenit etiam attribuere, vel pituitæ, alijsq. ac humorib. crassisq. flatibus cõiunctis, verum etiam ipsi soli humori, qui suo pondere illico in caua loca, vtpotè cerebri ventriculos præcipitentur, eosquè statim obstruentes apoplexiam faciat, quam etiam sequi vbi idem humor statim in cor præcipitatur, credidit, & docuit Aristot. 1. sect. probl. in fine noni probl: (*Et stertunt.*) Stertor quem, & Plautus, & Cælius Aurelianus vocarunt somnum sorbilem, ad sorbendi similitudinem, à Græcis ῥέγχος dicitur, & est sonus quidem ex naribus editus ob violentiam spiritus per eas emissi ex pectoris angustia, & impedito pulmonum motu, quod quidem euenire, vbi facultas motrix nequit ob imbecillitatem mouere thoracem, atque respirationi inseruire nemo dubitat, itaque hic faciliter contingit post aphoniam, seu priuationem subitam sensus, motus, vt hac ratione Hipp. sæpe, & maxime septimo Epidemiorum iungat simul ἀφωνίαν, καὶ ῥέγχος. (*Intereunt in septem diebus*) cur isti intereant non est difficile intelligere, quandoquidem priuantur respiratione, qua intereunte statim corruit animal, quod tamdiu viuit, quandiu respirat, vt dicebat etiam Arist. Verum cur septem diebus, & quomodo sint numerandi

randi ſeptem dies an à principio doloris capitis, an ab Aphonia, & ſtertore? Eſt nonnihil examinandum, & quod ſpectat ad primum Galenus, & bene dixit hanc eſſe ægritudinem partium principalium, quæ longa, & grauia vitia haud poſſunt diu ſuſtinere, vnde neceſſe, vt cito, vel ipſos ægros finiant, vel finiantur, ſolent autem finiri cum flatus, atque humores, qui ſunt malì authores conſumuntur, id quod fit interdum ſecunda, vel tertia die, vel etiam pluribus, ſed numquam poſt ſeptimam; accedit & illud ſeptimam diem eſſe acutiſſimorum morborum vltimum terminum, atque hunc morbum de quo loquitur Hippocrates eſſe apoplexiam, atque eam valde grauem; An verò ſeptima ſit numeranda à doloris capitis initio, an verò ab Aphonia dubitari poſſet, verum cum particulæ ἐξάιφνης, & παραχρῆμα vſurpatæ, ab Hippocrate excludere videantur diuturnos capitis dolores, qui conſueuerunt antecedere apoplexias, fit vt ſentiam eſſe numerandos dies ab inchoato dolore, quem ait incidere repente, necnon ſubito cum conſequi aphoniam, & ſtertorem. (*Niſi febris ſuperueniat*:) Hæc eſt ſecunda pars aphoriſmi, in qua diximus Hippocratem facere quandam exceptionem, quaſi non ſit vera ſententia prolata ſi febris tribus illis ſymptomatibus ſuperueniat: Cornelius Celſus libro ſecundo capite octauo, vbi proponit hanc met Hippocratis ſententiam loco horum verborum habet; Niſi aluus ſita acceſſerit: quod etſi verum eſſe queat, attamen melius puto legere, (*niſi febris ſuperueniat*,) quod ſic etiam legatur libro ſecundo de morbis, & in libro de diebus decretorijs, vbi hæc eadem ſententia expreſſa habetur. Iam verò ſuperuenientem febrem tollere complures morbos, atque eos maximę, qui fiunt à flatibus, ac frigidis ſuccis non modo ſæpius dixit Hippocrat. verum etiam experimenta quotidiana teſtantur: Cæterum illud poteſt eſſe dubium, an Hippocrates hoc in loco voluerit, febrem ſuperuenientem ex toto ſoluere morbum, an potius mortis celeritatem aufferre, ita ut non ita cito pereant, verum cum certum ſit apoplexiam grauem ſemper in paralyſim conuerti, dicendum eſt: febrem ſuperuenientem arcere quidem interitum, ſed minimę integram, ac diuturnam ſanitatem afferre, adeo ut particula, (*niſi febris ſuperueniat*,) ſit referenda, ad particulam (*extinguuntur in ſeptem diebus*) quaſi febris id tantum faciat, ne correpti illis ſymptomatibus moriantur in ſeptem diebus; Hæc quidem eſt ſententiæ Hippocratis ſumma, nobis magna ex parte à Galeno propoſita contra quam non defuerunt, qui diſceptarint probantes non poſſe eſſe affectum de quo loquitur Hippocrates magnam apoplexiam, primum quia hæc interimit, interdum intra horæ ſpacium, ſemper intra vnam, vel alteram diem, atque eo magis ſi febris ſuperueniat, quæ difficultatem reſpirandi multo magis auget, deinde quia Hippocrates bis teruè, hanc eandem ſententiam habet, ſecundo de morbis, vbi minime apoplexiam facit, cum eius curationem tradat, addunt etiam Hippocratem ſepius in aphoriſmis apoplexiam nominatim dixiſſe, vbi de ea loquebatur, quod etiam debuiſſet facere in præſenti, ſi ſibi de apoplexia vere fuiſſet loquendum. Accedit Hippocratem ſecundo aphoriſm. 42. dixiſſe apoplexiam fortem ſoluere eſſe impoſſibile. Itaque dicunt non alium affectum intellexiſſe, quam Carum, & prçſertim ex ebrietate, qui ſolebat eſſe illis Hippos regionibus valde familiaris, quiq. ſolet etiam (niſi

Dubit.

Solut.

ſoluatur

©BIUM

soluatur prius, secunda vel tertia die in apoplexiam conuerti, Verum cum Hippoc. retro sit aph. 5. quincti libri locutus de aphonia ex ebrietate, non video, cur debuerit etiam nunc repetere, neque valet febrem superuenientem potius obesse, qđ augeat respirandi difficultatem, quoniam sicut iuuat in facta ex ebrietate calefaciendo, & dissipando materiam mali caussam, sic non est dubitandum, quin eadem ratione queat prodesse. Quòd similiter apoplexia multo citius occidat verum est: sed interdum quoque prorogatur, siue ab initio fiat, siue post biduum, vel triduum, & quando Hipp. lib. 2. aph. 42. dixit: impossibile esse apoplexiam fortem soluere, debilem uerò non facile, haudquaquam numerum dierum mortis voluit apponere, quod non esset ita certus, quinimo cum dixit (soluere) locutus est de integra solutione, & ad sanitatem restitutione, quæ numquam sequitur ad magnam apoplexiam, quæ si non occidit desinit in paralysim, quæ comitatur ad mortem, quamquam possumus id quoque pro Galeno dicere: ipsum non explicate esse locutum de sola apoplexia, quæ fit prima die, sed quod hæc symptomata paullo post sequatur; vt ait Hipp. loco citato lib. 2. de morbis.

Vtilitas Aphor. Est vtilis hic aph: & ad prædictionem, & ad curationem inueniendam, quia si febris suo calore, & siccitate iuuat; docemur etiam alia remedia calefacientia, atque exiccantia non minus iuuare debere tàm intus, quàm extra adhibita, ut etiam facere in similibus casib. quotidie adeo solemus, ut etiam non timeamus remedijs huiusmodi calorificis febrem excitare, tamquam remedium futurum, etiam si adsit respirandi difficultas, quæ à febribus incrementum suscipere consueuit.

---

52 *Oportet vero, & considerare oculorum in dormientibus suspectiones. Nam siquid album commissis palpebris sub inspicitur, neque ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud contingat, malum est signum, & lętale valde.*

VT sæpius monui hic liber maxime omnium inordinatus est, cum uaria, & fere disiuncta simul misceat Hippocr. & certè nisi dicamus hanc esse communionem præsenti cum antecedente aphorismo, quod vterquè pertineat

Connexio. ad facultatem prognosticam nulla alia conspicitur, Scio aliquos connectere voluisse particulam aduersatiuam (δὲ) quasi Hipp. pergat tractare de morbo capitis: sed fallitur, quia ibi de sanis corporibus, hic de laborantibus morbo acuto, ut in prognosticis, unde quod aiunt de pueris meræ sunt nugæ; Consilium

Scopus. autem Hipp. est docere quid in ægris ex oculis sit prædicendum, ita ut sit ueluti dogma, quoddam prognosticum, ut propter hoc iterum sit scriptus aphorismus ijsdem pene uerbis 10. tex. vel 1. progn: in fine cap. 2. & a Celso lib 2 c. 6. necnon ab Aretæo; Est sententia cum ratione, ut diuidi possit in præceptum,

Diuisio. quoddam, & præcepti rationem. Est enim præceptum (*considerare oportet*,) & sic etiam 1. progn: præcepti verò ratio est, (*Quoniam si aliquid alibi*, &c.) iam uero de præcepto dicit Hipp. debere medicum considerare statum oculorum in somno, An de ægris, uel de sanis loquatur non mihi videtur dubitandum, quandoquidem in sanis non apparent hæc signa nisi, uel ex consuetudine, uel à caus-

sis ex-

sis externis, quas excipit Hippocrates, prꝛterquam quod habetur eadem sententia, (vt dixi) initio primi libri prognosticorum in quibus tantum de laborantibus morbo acuto loqui Hippocratem, nemo dubitat; sexto Epidemiorum sectione quarta contex. 26. scribit Hippocrates oculorum colores esse spectandos, quoniam, vt ipsi valent, ita & corpus, cuius rei rationem ibi afferens Galenus id totum tribuere videtur spirituum ipsis occulis in existentium copię, quæ prout est minor, vel maior conijcitur etiam in corpore idem esse, ob idquè pro copia, & bonitate spirituum corpus ipsum benæ, aut malæ valere, Sic etiam Christus apud Lucam capite vndecimo. Si occulus tuus fuerit simplex totum corpus lucidum erit. (*Sub apparitiones*) ὑποφάσιας, dicit Græcę Galenus autem interpretatur sub apparitiones, quod sic ionica lingua, quam Hippocrates hortatu Democriti vsus est, vt ait Aelianus, ferat: Cæterum Erotianus, quod Hippocrates inquit de colore occulorum, de ipsorum motione interpretatur. (*In somno*) cur Hippocrates velit potissimum in somno spectari occulos ratio est, quoniam tunc cum à facultate animali haud sustententur reganturuè palpebræ, ita sese produnt, quales sunt. (*Quoniam si aliquid*,) hæc est secunda pars in qua reddit rationem; cur præceperit occulos ægrotantium esse diligenter conspiciendos in somno, quoniam, scilicet hinc comparantur signa efficacia ad interitum prædicendum. Si commissis palpebris, aliquid albi appareat: (*Commissis palpebris*) (ξυμβαλλομένων βλεφάρων,) In prognostico est particula, negatiua μὴ, idest non commissis palpebris, atque ita in cunctis exemplaribus scriptum inuenitur, quod miror non aduertisse Galenum, quamquam vtraque lectio ferri potest, perinde ac idem sit, non committi, nec perfectę cohœrere palpebras, ita ut aliquid albi appareat, atque dum committuntur relinqui aliquid albi ad spectabile; hos enim alias Hippocrates circá initium coacarum prędictionum vocauit ὑποβλέποντας ἐν τοῖς ὕπνοισιν, idest sub adspicientes in somnis, vnde autem hoc fiat ait Galenus, & bene, esse, quoniam palpebræ suapte natura siccæ sunt, tantumquè humiditatis retinent, quantum sufficere potest ad eas claudendas, quę humiditas si consumatur claudi nequeunt modo magis, modo minus prout maior, vel minor est illius humiditatis consumptio, (*Non ex fluxu alui. Neque ex purgante medicamento.*) Exiccantur palpebræ à multis caussis tàm procatarticis, quàm internis. Inter procatarcticas sunt multæ, vt fluxus alui spontaneus, medicamenta purgantia, vigiliæ, inediæ, mœrores coitus immoderatus, quas omnes sub fluxu alui, & pharmacia intellexisse videtur, quòd omnes communicent in exiccatione per euacuationem, siue per se, siue per accidens facta: quamquam multo maior, & euidentior est euacuatio in duabus propositis hoc loco, quàm in alijs. Ex caussis internis præternaturalibus palpebras exiccantibus, sunt febres ardentes, præsertim verò cerebri inflammationes, cum n. occuli sint ipsi cerebro valde congenei eo patiente, statim & ipsi compatiũtur, vt propterea dixerit Hipp. in Coacis, vbi palpebrę occulorum non committuntur phrenitidem futuram esse metuendum, itaque quod dixit Galenus verissimum est: quamquam haud inficias eo huiusmodi exiccationem sæpę proficisci ex siccitate membranarum cerebri, quibus connectuntur

Hipp. Socnica lingua scripsit.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 708 sur 867

©BIUM

ctuntur tur palpebre, vt in phreneticis. (*Prauum ſignum. Et mortale valde:*) Circa hæc verba ſunt duo expendenda, cur addiderit σημεῖον, ideſt ſignum, quod raro ſolet facere Hippocrates, alterum eſt. Cur non contentus dixiſſe πλαῦρον voluit addere, καὶ θανατώδες σφόδρα, ideſt & mortale valde, Pro primo dicendum eſt appoſuiſſe illud, quia hoc quod ait eſt tantum ſignum prauum, non autem cauſſa, quoniam eſt quidem turpitudo dormire oculis non clauſis, vt lepores, attamen nil vitę, aut ſanitati officit, imò verò ſunt complures, qui id habent ex natura, vel inueterata conſuetudine, quos Hippocrat. in progn: putauit excipiendos, quoniam vere tunc nil mali ſuccedit, aut ſignificatur. De ſecundo autem dicendum eſt, id feciſſe Hippocratem, vt ipſius ſigni prauitatem augeret, vel ut doceret in aliquibus eſſe quidem deterrimum ſignum, in alijs verò eſſe etiam valde mortale, vt in phreneticis, alijſquè cerebri incendijs, ac febribus prauis, & ardentibus. Eſt vtilis aphoriſmus ad prędictionem faciendam, necnon ad diſcendum in iudicandis ſignis, non eſſe temere agendum, ſed ſpectandam conſuetudinem, atque alias cauſſas procatarctices, ſimilium ſymptomatum effectrices.

Vtilitas Aphor.

---

§ 3 Deſipientiæ, quæ cum riſu fiunt ſecuriores, quæ vero cum ſtudio, periculoſiores.

QVOD hic aphor: aut exiguam admodum, aut nullam habeat cum ſuperiore connexionem ſatis manifeſtum vnicuiquè eſt. Sententia eſt ſimplex prognoſtica, quæ in duas partes diuiſa eſt in priore inquit deliria cum riſu eſſe tutiora, in ſecunda uero, ait, quæ fiunt cum ſtudio eſſe periculoſiora, Celſus autem libro tertio, capite decimooctauo ita tranſtulit, ut dumtaxat unam partem videatur feciſſe, cum dixit neque ignorare oportet leuiorem eſſe morbum cum riſu, quàm ſerio inſanientium. (*Deliria*) Græcę ἀ παραφροσύναι; Iam vero, παραφροσύναι, vt Galenus docuit ſeptimo aphoriſ. 14. eſt ea dicere, vel facere, quæ nulli rationi ſunt conſentanea, & quamquam hoc videatur vocabulum proprię vſurpatum in febricitantibus, quando in ſummo febris uigore conſiſtunt, ut idem Galenus docuit primo prorrheticorum, attamen etiam communiter accipi ſolet pro qualibet deſipientia, ut hoc potiſſimum in loco; Iam uerò hoc ſymptoma cum ſit læſa actio facultatis egemonicæ deprauatæ, Atque hæc læſio fiat, aut læſa facultate, aut ab errore externo, ſiue ut ait Galenus hoc in loco, aut læſo, cerebro per ἰδιοπάθειαν, aut per συμπάθειαν ab inferioribus partibus, certum eſt, quæ fit per ſympathiam eſſe minus malam, dico enim minus malam, quoniam quodcumque ſit, delirium, & quomodocumq; fiat; numquam bonum eſt cum riſu (μετὰ γέλωτος.) Duplex riſus alius eſt, qui efficitur ore hiante, & dilatato ob conuulſionem muſculorum labia mouentium, cuiuſmodi riſus uocari ſolet Sardonius, & de

Diuiſio.

Riſus duplex.

que

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 709 sur 867

quo locutus est Hippoc. 5. & 7. Epid. in fine vbi Psychonem quendam, pectore Sauciatum risisse scribit; necnon Arist. 3. de partibus animalium cap. 10. & 35. partic: probl. 6. 8. vbi præcordijs titillatis risum excitari scripsit. Alius vero risus est non hac occasione genitus, sed ob sanguinem calefactum, blandioresq. vapores in cerebrum mittentem, de quo certè loquitur Hippocrates in præsenti; Vnde etiam meritò dicit ipsum esse secutiorem, quod omnes morbi, qui fiunt à sanguine semper sint mitiores, vt de pleuritide scripsit Gal. 6. Epid sect. 3. aphorism: vlt: & in comm: ad lib. Hippoc. de humor: (*Quæ verò cum μετὰ σπουδῆς*) cum studió aliquem delirare posse videtur absurdum, si quidem ut diximus nuper, qui delirant, omnia agunt temerè, & sine vlla ratione, non autem cum studio, seu seriò, vt transtulit Celsus lib. 3. cap. 18. Erotianus in onomastico interpretatur *σπουδὴν κακοπάθειαν*, Hippoc. 2. de fract. 24. videtur accepisse, pro studio, & diligentia, quæ alicui rei faciendæ adhibetur: sed cum huiusmodi expositiones haud videantur conuenire præsenti aphorismo, aliqui interpretati sunt *θρασύτητα*, idest asperitatem, seu immanitatem, quod quodammodo innuisse videtur Galenus, qui cum hic faciat tres desipientiæ species, eam quæ fit à bile combusta, & in humorem atrum versa, *μετὰ σπουδῆς* fieri dicit, ab humore autem atro, quæ fiunt deliria esse immania, & tumultuosa, ac propterea valde funesta in Coacis, prorrheticis, atque alibi dixit Hippoc. quas etiam intellexit, cum dixit circa initium Coacarum desipientias circa necessaria esse deterrimas, & certè, vbi uidemus quempiam, ita insanire, vt neque cibi, neque potus, neque pecuniarū, aliarumuè ad uitæ vsum necessariarum rerum habeat rationem, graniter delirare iudicamus, non tantum quod pessima faciat, quantum quod etiá vitæ periculum immineat; rarissimè enim contingit, quin vbi una, vel altera facultas sit pœnitus euersa, ceteræ quoq; collabantur, vt ob id bene dixerit Hippoc. huiusmodi insanias *ἐπισφαλέστερας*, idest periculosiores. Vtilis est aphorismus ad prædictiones faciendas, imò etiam ad medicos reddendos, & vigilantes, & sedulos in curandis similibus insanijs. *Vtilitas Aphor.*

---

54 In acutis passionibus, quæ cum febre sunt, luctuosa suspiria malum.

VT in superiori tractauit Hippocrates de actione læsa facultatis animę ratiocinatricis, sic in præsenti agit de vitijs facultatis læsę vitalis, quæ cum duas habeat operationes pulsum, & respirationem, pulsum videtur neglexisse Hippocrates, vnam autem respirationem semper maximi feciisse. Quod autem dicit, est malum esse, vbi quibus acute febricitans respirationem habeat clangosam quasiquè luctuosam; Vnde apparet sententiam præsentem, esse pure prognosticam sine ratione, & sine diuisione (*In acutis passionibus.*) Alias docui, & sæpe secundum Galenum acutorum morborum duos esse characteres vehementiam motus, ac vitæ periculum, Sed vtrum possit dari morbus acutus, sine febre, quemadmodum hoc in loco, & 1. prognost. 26. testari videtur Hippoct. *Connexio.* *Scopus.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 710 sur 867

©BIUM

magnopere videtur dubitandum. Nam vehementer corpora agitari, & perturbari posse, vna cum periculo vitæ, nec febrire haud videtur rationi consentaneũ præterea Gal. 1. aphor. 7. scribit febres ab acutis morbis esse inseparabiles, cuiusmodi etiam videtur dixisse lib. 7. aph. 1. & alibi. Sed pro dubij resolutione dicendum est alios esse morbos vere, & proprię acutos, alios vero acutissimos, Vere acuti numquam fiunt sine febribus, qui verò sunt acutissimi, vt apoplexia, fiunt absq; febribus, atque ita rem hanc disertissimæ diffiniuit Galen. tum 3. de diffic: respiratione non longe à fine, tum etiam 2. aphor. 19. & 5. aph 30. Aretæus quoq; in prohemio lib. 7. de curat: acut: (*Luctuosæ respirationes:*) Erotianus in Hippoc. linguis exponens, quid significent apud ipsum ἀναπτοαὶ πλάνυμῶδες, idest gemebundæ, & suspiriosæ respirationes, ait accipi pro continuis, metapho ra sumpta à pueris lugentibus, sed certę ignoro, quid sibi velint ea verba, quoniã haud verum est plorantes pueros habere continuas respirationes, sed potius interruptas, vnde puto addendam esse particulam negatiuam, perinde ac si dicat significare non continuas respirationes, quales ędunt pueri dum plorant, & eiulant, qui modo retinentes modo emittentes spiritum veluti singultiunt. Nam & Arist. huiusmodi gemitum vocauit singultum in problematibus, sicut & Catullus in Ariadna.

Frigidulos vdo singultus ore trahentem,

& Virgilius 3. Georgic:

atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis.

Imò Galen. in hoc commentario nullam aliam videtur habuisse mẽtem, quam hanc cum dicit pueros plorare interrupto spiritu subsistente interim thorace, deinde rursum id quod deest adijciente, quam etiam in Epidemijs 2. lib sect. 3. & 6. sect. 2. tex 10 intro respirationem vocauit veluti in superspirantibus. Vtrũ vero febris singultuosa ab Hippoc. commemorata sit ex hisce videtur dubium quandoquidem varie de ipsa locutus reperitur: Nam secundo de morbis quam nominat, plane diuersa est, cum in ea ponat rigorem, tussim vomitum, atq; sanguinis grumorum reiectationem. Quæ verò 4. de rat: vict: acut: tex. 69. commemoratur, ibiquè à Gal. describitur, necnon 3. de frac: tex. 47. nominatur, proximior huic videtur esse cum Galenus dicat cum Hipp. fieri febrem vehementem cum perpetuo singultu, verum cum singultum proprie ibi accipiat Gal. pro ventriculi passione, aliusq. sit singultus plorãtium, certę alium affectum ab hoc diuersum esse necesse est (*Malum*) non solum hoc est malum, ut caussa, quia atterit vires, aliaq. mala facit, verumetiam vt signum quandoquidem sicut præclare Galenus discurrit, signum est non à frigiditate induci, alioquin febris eam curaret, sed vel à siccitate inducta à febre acuta, vel ab imbecillitate facultatis, vel à conuulsione aliqua musculorum, aut neruorum thoracis actioni famulantium, quorum quodcumque fiat in febre acuta semper malum est, Verum si suspiriosa respiratio fiat, etiam cum sonitu aliquo veluti gementibus præter dictas caussas etiam dolorosam dispositionem indicabunt, ex qua flentes, vel gementes, vel simul omnia facientes hunc in modum respirant, Sed qui suspirant in luctu habent etiam, & aliud quod ait Galenus 2. de difficul: respir: cap. 6. 5. colligi

ijs,

©BIUM

iis calorem circa cor, atque propter animi ægritudines reſpirationis obliuiſci, proptereaquè cogere eam duplicare; Sed vt cumque ſit, ſiue ſingultum, ſiue ſuſpirium dicamus fieri in plorantibus perinde eſt, nec de alio accipi debet dictum Hipp. cum ſcribit luctuoſas reſpirationes in febrientibus eſſe malas, cum tot mala indicet. Eſt autem vtilis aphoriſmus ad prædictiones faciendas in febribus acutis ex reſpiratione, quam tanti feciſſe Hipp. alias quoque docuimus, imò etiam in prægnantibus quos dicit in Coacis prædictionibus abortiri, ſi in febribus ſuſpinoſam reſpirationem habeant. *Vtilitas Aphor.*

---

55 *Dolores podagrici, vere & autumno magna ex parte mouentur.*

INTER febres acutas de quibus in aphoriſmo antecedente locutus eſt Hippoc. & podagricos affectus non ea inuenitur conuenientia qua dici poſſit præſentem aphoriſmum ſuperiori connecti ideo prætermiſſa omni connexionis cogitatione dicamus ſcopum Hippoc. eſſe exemplo arthriticorum affectum docere velle quo potiſſimum tempore fiant diuturni affectus, aut ſaltem exacerbentur, uel ſaltem renouẽtur, ita vt ſit ſentẽtia pertinens ad partem theoriticam, & preſertim diagnoſticam, ſine ratione tamen, atq; diuiſione, pertinet etiam ad præſeruatiuam, quia ea fine reliquit hanc ſententiã Hippocr. ne ægri quia æſtate, & hyeme non affliguntur ob id confidentiores facti committant errores & vt medicus diligens ſit his temporibus in præſeruando à podagra, & forſan melius poſitus eſſet ante, uel poſt quadrageſimum huiuſmet ſectionis (*Podagrica.*) Notat Galenus Hippocratem ſub uoce τὰ ποδαγρικά, eſſe complexum quoslibet articulares affectus, eò quòd in 3 lib. cum recenſeret morbos vernales enumerauit inter eos etiam articulares, ſub quibus complexus eſt podagras, Et Cornelius Celſus libro ſecundo capite primo dicebat morbos, qui in articulis, neruiſquè modo vrgent, modo quieſcunt, vere maxime, & inchoare, & repetere, (*Et autumno,*) etiam Cornelius Celſus libro quarto cap. 24. hunc aphoriſmum quaſi deſignãs dixit maiorem curam eos adhibere debere quibus podagra reuertitur, quod fieri ſolet uere, autumnouè, quaſi præcipue fiat uere, non ita autem præcipue autumno, quæ forſan cauſſa fuit ut in tertio libro enumerans Hippocrates morbos, qui fiunt autumno, haud omnes articulares: ſed ſolos iſchiadicos recenſuerit, (*Mouentur.*) Cur Hippocrates, uſus, ſit uoce moueri, non autem (generari) cauſſa fuit, quia qui podagrici ſunt, ſemper fere aliquid patiuntur, quod fomes mali præſertim in inueteratis numquam aboleatur, Vnde in ipſis non generatur podagra: ſed exacerbatur, & ueluti renouatur autumno, & uere, id enim etiam ſignificat uox (mouere,) atque à Celſo citatis locis optime monſtratum eſt uocibus, urgere, quieſcere, repetere, quibus uſus eſt. Quod poſtremo ait Hippoc. (*Vt plurimum*) ſeu, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, atque expreſſum eſt à Celſo uoce (fere) non fruſtra dictum eſt, quando ut in eodem 3. libro ſcriptum eſt omnes morbi omni tempore fiunt, ſed alij magis in uno, alij in altero, ita, namquè eſt ſentiendum de podagra quæ licet alijs tẽporibus, quoq; generetur ac repetat; vrgeatq, attamen uere potiſſimum, atque autumno id euenire obſeruatur. Iam vero uidendum

©BIUM

dendum quomodo podagra generetur, & cur uere, & autumno potiſſimum tum gignatur, tum repetat, atque urgeat, τὰ ποδαγρίκὰ, ut diximus ex Galeno dixit Hipp. eſt uox à Grammaticis uocata pluralis, & neutri generis cuiuſmodi uſurpare conſueuit Hipp. quando omne genus illius uitij comprehendere vult igitur, quando Hippocrat. dicit podagrica tàm eas podagras complectitur, quę hæreditate quadam fiunt, quàm eas quæ ſponte, & alia aliqua ratione gignuntur, quæquè genita modo quieſcere, modo urgere ſolēt. Cauſſę autem ipſius podagrę, (quę nihil aliud eſt, quam pedum affectus, ac ueluti captura quædam) externæ ſunt plurimę, Aer, ſeu regio, ut dictum eſt de Athenis, de quibus loquens Lucret. lib. 4. dixit Arthritide tentantur greſſus, occuliquè in Achaicis. ſomnus nimius, præſertim in humidioribus locis factus, nimium ociū, nimiuſuè labor, crapulæ frequentes, & immodica uenus, quod ſignificare uolēs Lucianus finxit podagram fuiſſe Veneris, & Bacchi filiam. Inter cauſſas internas: ſed mediatas eſt pedum, & artuum natiua intemperies, ac imbecilitas, quæ ſæpenumero à ſemine parentum contrahitur, ut ob hoc Hippocr. 2. prorrhet. & Plutarchus lib. de ſera numinis uindicta inter hęreditarios affectus connumerarint podagram, nec immeritò, quia cum articuli parteſquè ipſorum conſtituentes fiant ex ſemine, ſi hoc morbidum, & uitiatum ſit, neceſſe eſt quoque partes indè genitæ haudquaquam ſint integrę. Porro cauſſę immediatę, & contentiuę ipſius podagrę ſunt humores, & ſanguini permixti, & ab eo ſegregati, ſcilicet bilis, & pituita, qui pro ut plus, minuſuè exuberant, ſic uariæ, & diuerſæ podagrarum ſpecies ſuboriuntur, ſcilicet alię calidiores, aliæ tepidiores, alię cum ingentibus, alię cum mitioribus doloribus, id tamen uidetur ab Hippocrate ferè tamquam æternum conſtitui in lib. de affectibus, & de internis affectibus, ut humori frigido, & craſſo commiſceatur bilis, ſine qua ueluti, ſine uehiculo haud poteſt piger humor in longinquas partes deferri. Porro cur potiſſimum uere, atq; autumno, uel fiant, uel reuertantur, Galen. breuiter, at appoſitę ſatis cauſſam explicuit, qui ſupponens id, quod ab ipſo in lib. de facultatibus naturalibus conſtitutum eſt, nempè inter alias naturę potentias corpus noſtrum gubernantes unam eſſe, quę id quod alienum, & inimicum eſt expellit, ſiue id qualitate, ſiue quantitate corpus ipſum infeſtet ait, humores hyeme plurimos congregari, eo quod tunc homines ſint uoraciores, qui tum copia, tum inimica qualitate lædentes facultatem ad eos expellendos in longiores, & imbecilliores partes adigunt, cuiuſmodi ſunt articuli, & præſertim pedes, in quibus firmati tendines, arterias, ac uenas diſtendentes, & dolorem, & calorem eximium quendā inducūt, qui propagatus in totū, & præſertim in cor febres modo maiores, modo minores accendit, quæ tametſi uideantur plerumquè ſymptomaticę, fiunt tamen interdum putridę ſecundum uariam corporis pręparationem. Atque hęc potiſſimum contingunt uere, quando ſole ad nos appropinquante corpora laxantur, humoreſquè antecedente hyeme ueluti congelati funduntur. Ceterum quod ait Galenus in fine commentarij in autumno ſecundum alterum tantum modo fieri podagras, ſanè videtur intellexiſſe tunc ſolum humores vitio, non copia peccare ob fructuū eſum, & ob antecedentem æſtatem, in qua calor natiuus ab externo hebetatus minimè poteſt, (ut deceret,) coquere, vnde plurima uitioſa excrementa congeruntur,

Podagra, quid.

Prob:

tuatur, attamen videntur quoque eo tempore humores copia peccare, quia copia humorum quorumlibet, & maximè vitioſorum tũc efficitur, & Theophraſtus in lib de cauſis plant: dicebat: propter ea autumno fieri dyſenterias, alioſquè alui fluxus, quoniam tunc maxima humorum copia ob cęli humiditatem in corporibus noſtris abundat, cui etiam accedit multa illa bilis, quæ in æſtate genita, atque cumulata, autumno poſtmodum effunditur: Siquè ad aluum feratur dyſenterias, ſi ad articulos articulares morbos, maximequè podagras inducit, Verum duo oriuntur dubia: Vnum eſt cur æſtate non fiant podagræ ex bile, cum tunc neque aer impediat, & magnus ſit bilis prouentus; Alterum dubiũ eſt, quia Hippoc. lib de nat: hum; ſcribit morbos qui fiunt vere, finiri autumno, & viceuerſa, vnde non deberent fieri podagræ autumno cum fiant vere, Pro primo dicendum eſt non fieri podagras æſtate propterea quod licet gignatur bilis, non tamen tunc dominatur pituita, quæ vel cum ſanguine, vel cum bile conuenit ad generationem podagræ, imò verò, quæ bilis æſtate efficitur, partim per aluum euacuari ſolet, & facere dyſenterias, partim per inſenſibilem tranſpiratum conſumitur, ita ut nequeat mitti in articulos: Ad ſecundum dicendum eſt non inconuenire, vt diuerſorum generum podagrę diuerſis temporib. fiant, nam podagra, quæ fit, vt plurimum eſt à pituita, & ſanguine, qui vt dixi, hyeme veluti congelati vere diſſoluuntur, & diſſoluti à robuſta facultate ad articulos pelluntur, contra autem autumno fiunt à bile, quę ab æſtate cumulata, ac minime diſſoluta, ſed potius à refrigeſcente aere cohibita, vimquè expultricem excitans ad pedes alioquin laſſos mittitur, ac morbum facit. Vtilis eſt aphoriſmus, tum ad præcognitionem futuræ podagrę, tum etiam ad tempus cognoſcendũ, quo debeat curatio adhiberi, quæ potiſſimum poſita eſt in euacuatione ſanguinis, necnon in coctione, atque euacuatione, tàm crudi, quàm bilioſi ſucci, poſtremò, in confirmatione pedum; Quæ omnia quodammodo præſtare nata eſt vitæ pertinax temperantia, vt merito Porphyrius in vita Plotini dixerit; Romanum neſcio quem hac ſola ab atrociſſimo podagrico morbo fuiſſe liberatũ, In vitæ autem ratione non eſt dubium, maximam partem habere alui lubricitatem, vt propter hoc dixerit Hippoc. 2. prorrhet: eorum podagras eſſe inſanabiles, quorum alui ſunt adſtrictæ, & forſan ob id Athenæus ſcribit; Mora quando fiunt copioſa, podagras deficere, quoniam copioſo illorum eſu ventres citantur, ſicquè humores podagram efficientes ab articulis abducuntur.

Dubit. 1.

2.

Solut. 1.

Solut. 2.

Vtilitas Aphor.

---

56 *In morbis melancholicis ad hæc periculoſi decubitus, ſtuporem corporis, vel conuulſionem, vel furorem, vel cæcitatem ſignificant.*

NISI dicamus morbos melãcholicos habere cum podagris eam communionem, vt fiant vtriquè vere, & autumno haud alia melior coniunctio vtrorumquè aphoriſmorum, ſcilicet & ſuperioris, & præſentis apparebit. Illud tamen eſt manifeſtum Hippocratem in preſenti nil aliud docere voluiſſe, quàm morbos in quos ſolent melancholici affectus definere, Eſt ergo aphoriſmus totus prognoſticus abſquè ratione, & indiuiſibilis, niſi placeret ſingulam dictionem

Connexio.

Scopus.

©BIUM

nem facere singulam quoque particulam. (*Morbis melancholicis*) solent morbi melancholici apud Hippocratem sæpe capi pro cunctis illis affectibus, quos facit succus melancholicus, aut solus, aut cum alijs, solent pariter capi pro ea affectione, quæ propriè vocatur melancholia, quæque diffinitur delirium sine febre, Atqui hoc in loco quomodo sit capiẽda, iure posset dubitari, & quamquam magis conuenire videatur propriæ melancholiæ, attamen etiam nonnullis alijs accommodari potest, quod ait Hippocr. si quidem maniaci fiunt quoque, vbi nimium bilis vsta, aut putrefacta, vt ait Galenus in cerebrum rapitur, Imò in fine sect 2. lib. 1. Epid: scribitur ex febribus ardentibus fieri apoplexias, manias atque cœcitates. (*In hęc decubitus*.) Non opus videbatur, vt aliqui disputarent, quemadmodũ fecerunt circa hęc uerba, quandoquidem uox (*in hęc*) haud bene potest ad tempora accõmodari, de quib: in antecedenti fuit locutus, quẽadmodũ ad sequentia, perinde, ac si doceret Hippocrates solere melancholiam abscedere in subsequentes alios, & grauiores affectus. Abscedunt quando melancholia, ita augetur, vel secundum qualitatem mutatur, vt multò maiorem noxam afferat, & appellat Hipp. abscessus melancholiæ in sequentes affectus periculosos mutatio, quoniam omnes læsionem grauem cerebri consequuntur, cuius quælibet etiam leuis semper est periculosa, ut alibi dixit Hippocr. qui in Epist: ad Demetrium regem scripsit: cerebrum esse subiectum frequentissimis, & violentissimis morbis. (*vel apoplexiam*.) Quod enim melancholici interdum fiant apoplectici satis usu probatum est, causa verò est, quoniam humor crassus quando propè cerebri uentriculos coaceruatur, facile in eos, vel concussu aliquo, uel alia ratione missus precipitatur, quos integrè replens, spirituumquè animalium in corpus vniuersum excursum impediens ex toto sensum, atque motum adimit, quę est ipsamet apoplexia; dixi autem hoc fieri ab humore crasso, quoniam, ut uere dicit Galenus non solum ab humore melancholico, verumetiam pituitoso, & apoplexia, & aliqui subscripti affectus excepta mania gignuntur, cur autem addiderat particulam (*corporis*) fuit, vt totius corporis resolutionem significaret, nam etiam partes apoplexia tentari aliquas non semel dixit Hippoc. ut quando crus apopleticum factum dixit. (*Vel conuulsionem*:) Etsi quælibet conuulsionis species quodammodo fieri possit à melancholico succo, potissimum tamen fit epilepsia, quę est totius corporis conuulsio. Quinimò Hippocrates 6 Epidem: in fine sect: octauę, dicebat: melancholicos ut plurimum fieri epilepticos. atque epilepticos melancholicos, illud quando humor in corpus precipitatur, hoc verò quando in mentem fertur, quem locum diserte exponens lib. 3. de loc: affec: cap. 7. Galen. ferri in mentem dixit humorem melancholicum, quando ipsius cerebri temperiem euertit, contra verò dicit ferri in corpus, quando idem precipitatur in ventriculos, quos dum nõ plenè obstruit, sed flatui commixtus, ac in ipsis uentriculis motus eorum parietes percutit facultatem expultricem irritans, simulquè motrici vim afferens, & casui, & facultatum deperditioni, necnon motui illi deprauato occasionem prestat, qđ eo magis ipsis melancholicis contingit, quoniam continuis cogitationibus spiritus animales adeo agitãtur, quasiquè defatigantur, vertigines deducunt, & post modum quouis impedimento detenti, haudquaquam administrandum animalibus facultatibus excurrant,

(*Vel*

(*Vel maniam*) Galenus bene dicit alio pacto ex melancholia fieri tranſitum in maniam, alio in commemoratos affectus; quandoquidem furor non fiat alia ratione, niſi quia bilis, vel melancholia, ſine loci mutatione vehementer combuſta non modo temperamentum cerebri corrumpit, verum etiam membranas eius rodens magnos, (vt dicit Cælius Aurelianus) excitat cruciatus, quibus ægri adacti tot diriſſimas operationes edunt, Cauſſæ vero propter quas melancholicis, qui alioquin frigidi eſſe conſueuerunt, vſque adeo ſucci adurantur, ſunt multæ: ſed præceteris iuges illæ, & magnæ cogitationes, quibus tàm animi, quàm humores vehementer agitantur, ſicquè ex vehementi motu incenduntur, vnde fit vt prout paullatim incendium augetur in iocinore, ac cerebro, ſic quoque immanes operationes maiores appareant, neque mirum eſt in tanto incendio non ſuboriri febres, quoniam neque etiam in excandeſcentia, atque ira, in quib. dicit Ariſtot. fieri ſanguinis circa cor ebullitionem; imò in mania ſit ſemper ira, & proprie illa nil aliud eſſe videtur, quã ferina quædam, & vehementiſſima ira, quæ ut dicebat etiam Homerus dulci quodam pacto mentes alienat, non fit itaque febris in mania, quoniam etſi in caleſcat ſanguis, circa cor, manet tamen ille calor in corde tantum, non autem diſtribuitur in vniuerſum corpus per uenas, & arterias, quemadmodum pro febre generanda eſſe neceſſarium dicebat Auuic: 1. 4. initio. (*Vel cæcitatem*) uox (τύφλωσις,) quàm hoc in loco Hippocr. vſurpat, ſi Galenum attendamus occulorum deprauationem ſignificat, de qua nil aliud dicit, quam huiuſmodi affectum æquę fieri ab humore pituitoſo, atque à melancholico, fit autem à ſucco melancholico duobus modis, non modo, quod poros deferentes ſpiritus viſorios ad occulos ſua ſubſtantia oppleat, facultatiſquè viſoriæ ad occulos tranſitum impediat, verum etiam quia ſua nigritie offuſcat, lumenquè uidendis rebus adimat, præterquam quod profundæ, & non intermiſſæ melancholicorum cogitationes ſuaptę natura uidendi actum abducta ab occulis mente tollat, nam ut dicebat Epicharuus mens uidet, mens audit. Eſt utilis aphoriſmus ad prædicendos melancholicis futuros morbos, vt poſſint ſeſe ab eos tueri qua cognitione potiſſimum egent melancholici, quoniam cum ſint moroſi, haud poſſunt ita eſſe obſequentes, quemadmodum alijs, præterea utilis eſt ad docendum, quam ſolliciti eſſe debeant medici in curandis melancholicis ne in deteriora labantur, atque ideſt quod ſignificare voluit Ariſtoteles, quando in fine ſeptimi Ethicorum dicebat melancholicos indigere aſſidua medicatione, quoniam ipſorum corpora continuè mordentur; Etenim humorem melancholicum eſſe naturæ omnium humorum inimiciſſimum dixit Gal. lib. de atra bile; ſed & exẽplum quartanę ſatis docet, quę licet ſit ſecuriſſima, attamẽ deterrimos ſæpę inducit morbos: Sed dicet aliquis, quę ergo eſt cauſſa, quamobrẽ melancholici diutiſſimę uiuãt, & certę ſoleo dicere id unũ habere melancholicos, quod ferè numquam pereant? Reſpondeo cõplures hoc facere cauſſas, quarum una eſt, quia ut ait Gal. lib. de atra bile, uſq; adeo inimicus eſt ſuccus melancholicus naturæ, & præſertim viſceribus omnibus præcipuis, vt ſemper vel è corpore, vel in ignobiles partes pellatur, nec quantum ſit ex ſeſe multum vitæ officiat, altera cauſſa eſt, quoniam vt dicebat Ariſtot. 3. de partib. animal.

Cur in Mania non fiat febris.

Vtilitas Aphor.

Prob.

Solut.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 716 sur 867

©BIUM

animal.cap.4.numquam humor bilioſus, tàm ſcilicet niger, quàm flauus ipſi cordi approximatur,atq; ad hoc vt poſſet hoc fieri parauit natura lienem viſcus nempè magnum, quo eſſet capax huius ſucci, dum à iocinore ad eum effunditur,& attrahitur imò, vt melius hoc fieret, amplas quaſdam venas ab ipſo liene ad anum duxit, vt ipſum lienem, dum plenior eſt, quam cõueniat exonerarent, Etenim Plato quoq; in Timæo dixit lienem ab hoc humore iecur depurare, ità vt veluti Speculum euadat, quod eſt ſimile atque illud ab Hippocrate in libro de princip. & de loc: in homine dictum nempè vbi lien tumet ac floret, corpus bene valere.

---

57 *Apoplexiæ autem fiunt, maxime à quadrageſimo anno vſque ad ſexageſimum.*

Connexio. LOCVTVS fuerat in ſuperiori de apoplexia, quę fit ex ſucco melancholico, quæ quoniam omnium aliorum ibi commemoratorum affectuum acutiſſima, & periculoſiſſima eſt, ideo de ipſa quandam proprietatem docere voluit, & eſt; quod cum alij pene omnes morbi poſſint omni in ætate fieri, licet aliqui magis in vna, quam in alia, ſola apoplexia non videtur in omni ætate fieri, ſed dumtaxat à quadrageſimo vſque ad ſexageſimum ætatis annum, adeo ut hic ſcopus ſit Hippocratis in præſenti aphoriſmo, qui eſt ſententia ſimplex indiuiſibilis, & ad prognoſticam partem ſpectans; (*Appoplectici autem*) particula (*autem*) ſatis docet, continuandum eſſe præſentem cum antecedente, ac Hipp. per hanc vocem inſinuare ſeſe potiſſimum loqui de ea apoplexia, quæ fit à ſucco melancholico, nempè qui maximè in hac ætate exuberat, ut habetur in libro de nat: hum: & 2. Epidem: ſic enim veſpere quoque, & autumno dominari ſcribit melancholiam, quæ tempora proportione reſpondent ſenectuti inchoatæ, aut deſinenti virilitati; Cur verò vſus hoc modo dicendi, ſcilicet (*apoplectici fiunt, &c.*) fuit, quantum puto, vt doceret, quod licet quilibet habeant natiuam ſuſcipiendæ apoplexiæ promptitudinem, actu tamen non fiũt, niſi in hiſce ætatibus, maximè verò in ſenectute, ita vt negauerint poſſe in alijs ætatibus fieri, & certę ſi loquamur de apoplexia, quæ à ſucco melancholico inducitur, in nulla alia ætate fieri poteſt, atque ſi ſimpliciter de facta à quolibet ſucco, ut à ſanguine in iuuentute fit, ſic non inconuenit eam fieri quoque in pueritia, & adoleſcẽtia, etſi id rariſſimę contingere ſit obſeruatum frequẽter autem in ſenectute, cui ſimilem ægritudinem eſſe familiarem dixit Hipp. 3.aph.lib. (*A quadraginta, vſque ad ſexaginta.*) Cur potiſſimum in hac ætate dicat fieri apopleticos iam declaratum eſt cum Gal. nempè, quod his temporibus exuberet ſuccus melancholicus, à quo fit apoplexia, de qua loquitur, id enim, & verum, & Hipp. placitis eſſe maximè cõſentaneum non eſt dubium. Cæterum Cardanus aduerſus communem medicorum conſenſum nõ ſolum huic atteſtatur, verum auſus eſt affirmare numquam ab alio, quam ab ipſo melancholico ſucco fieri poſſe apoplexiam,

idquè

idquè argumentis ſeptem adſtruere laborauit, Vnum eſt, quia violentiſſimi morbi, à violentiſſimo humore fiunt quales ſunt, & apoplexia, & atra bilis. Secundum eſt, quia infantes numquam tentantur apoplexia, in quibus abundat quidem pituita minimè autẽ melancholia: Tertium eſt, quia in alijs ætatib. minimè omnium pituitoſi apoplexia vinolenti capiuntur: Sed vigiles, ſolliciti Quartum eſt, quia ſi à pituita fierent, deberent prius tentari grauedine, & raucedine, qui fiunt apoplectici, cum non affatim: ſed paullatim coaceruetur ſuccus craſſus, & pituitoſus. Quintum argumentum capit ex verbis Paulli lib. 3. cap. 18. vbi cum plurima futuræ apoplexiæ ſigna proponat, nulla fere pituitam atteſtantur. Sextum, quia pro apoplexiæ curatione ſtatim ſanguis mittitur. Septimum, quia ex euacuatione pituitæ per nares, aut palatum nunquam obſeruantur apopletici leuari, quod tamen fieri deberet ſi à pituita morbus duceret originem. His itaq; rationibus conatus eſt Cardanus, circa cauſſas apoplexiæ damnare Galenum omneſquè alios tàm Græcos, quàm Arabas medicos, qui vt plurimum à pituita fieri eam exiſtimarunt; addit errorem eorum inde potiſſimum eſſe natum, quoniam pleriquè pereunt Caro, qui fit à pituita, quiquè licet ſit ſimilis in aliquibus apoplexiæ, in multis tamen ab ea differt, concludit, itaque fieri apoplexiam omnem à melancholia non quidem naturali, ſed præternaturali, quæ in ſenioribus generatur, Sed quamquam hæ rationes aliquam probabilitatem præſeferant, haud tamen conficiunt, quin poſſit quoque interdum, & à ſanguine, ut ex percuſſione, & à pituita fieri, quæ pituita, licet ſuaptę natura nequeat tantam vim naturæ inferre, vt melancholicus ſuccus, attamen id facit, & copia, & craſſitie, merito quarum paullatim congeritur, ſed repentè in cauitatem præcipiatur: Sic enim Galenus in fine primi de fac: natu: dicebat in eo differre morbos, qui fiunt ab intemperie, à factis ab humoribus, quod illi longo tempore ſemper fiunt, id nonnumquam repẽte, quemadmodum apoplexia, quam non eſt mirum minimè leuari ex mucco, qui effluit è naribus, ſi quidem is non eſt morbi author: Sed potius humiditas ipſius morbi ui expreſſa; Atque idem dicendum eſt de alijs argumentis ſatis, infirmis. Vtilitas aphoriſmi in eo conſiſtit, vt intelligatur, quid in ętate conſiſtentię, atque ſenectutis metuendum ſit, & quid prędicendum, quò ſimul poſſit caueri, atq; curari. *Vtilitas Aphor.*

---

58 *Si omentum excidat, neceſſariò putreſcit.*

NIL. de cõtinuatione laborandum eſt, quandoquidem nemo non intelligit, nullam eſſe inter hunc, & ſuperiorem, atque in hoc aphoriſmo Hippocratem nil aliud docere, niſi metuendam eſſe mortem, vbi omentum excidit, id quod notauit, tamquam dignum quid admiratione, cum omentum ſit membrana, quę pars non ita ſolet putredini eſſe obnoxia, Eſt itaque ſententia prognoſtica ſimpliciſſima, breuiſſima, & indiuiſibilis, ut vere ſibi competat aphoriſmi diffinitio. (*Si omentum.*) Habetur hęc eadem ſententia, atque ijſdem verbis primo de morbis, & in Coacis prænotionibus, ut dubitandum minimè ſit, quin ex Hippocratica obſeruationum Officina nata ſit, Quid uero ſit omentum, quod Græcis ἐπίπλοον dicitur, & quod Democritus in Epiſt: ad Hippocrat. uocat κύριον τῶν κοιλιακῶν, Vocatur à latinis, omentũ, & eſt omnibus medicis, atq; etiã *Scopus.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 718 sur 867

©BIUM

lanionibus compertum: nam membrana eſt multis, atq; ijs inſignibus vaſis donata, ſæpequè multa pinguedine obducta, nec non humiditate ab inteſtinis, vt ait Hipp. lib. de glandulis ſibi collata, meritò cuius conſtitutionis cum extendatur ſupra ventriculum, ac inteſtina eorum functiones ſuo calore fouendo mirum in modum adiuuat, propterea què ſi quando è corpore dematur, ſolent obtecta ab ipſo viceuerſa inſigniter lædi, atque coctiones diminui, vt teſtatur Galen. 4. de uſu partium cap. 9. illius gladiatioris exemplo, cui cum eſſet, omentum præciſum cogebatur multas lanas deferre ſuper ventriculũ, quia malè cõcoqueret, Hoc cuncta animalia ſanguinea habere ſcribit Ariſt. 3. de partibus animalium, cap. 1. & 4. Plinius verò lib. 11. c. 37. negat ouiparis, & Macrobius lib. 7. Saturnalium 9. vocat ad ſimilitudinem huius omentum membranam illam, quę totum cerebrum circũambit, & fouet. *(Exciderit)* ſolet excidere, quando abdomen vulneratur, aut aliqua alia ratione rumpitur, tunc enim ſub aere externo refrigeratum, liueſcit, atque nigreſcit, quę eſt ipſius corruptio, & putredo. Et aduertere oportet conſueta fiducia Hippocr. dixiſſe neceſſariò putrefieri, quoniam pars humida, & pinguis exiſtens, vbi à proprio calore non gubernatur, ſed ab externo ambientis tractatur, neceſſariò putreſcit, ob quod Corn: Celſus lib. 7. cap. 21. necnon Galenus 4. meth. cap. 4. & lib. 6. cap. 42. docuerunt diligenter modum præcidendi tuto ipſum, ſi quando excidat. Cæterum dubitari poſſet, cur hoc aſſeruerit Hippoc. de vno omento, quandoquidem etiam inteſtina, & aliæ partes ubi orbantur proprio calore, & extra prodeunt, corrumpuntur; præterea fuiſſe quandoquè viſum extra omentum excidiſſe, ac tamen fuiſſe ſine putrefactione remiſſum. Cui reſpondendum eſt, vt Galenus differentiam eſſe inter inteſtina, atque omentum, quia illa poſſunt diu manere extra abdomen, ſine putrefactione, Omentum autem ſolum ſtatim à putredine corripitur ob pinguedinem, & humiditatem, ſicuti nos pinguiores citius uidemus putreſcere, ita vt ſi cito remittantur alię partes non ſtatim emarceſcant, ſecus quam omentum quod etiam ſi exciſum ſtatim remittatur nihilominus putreſcit, etiam intus, quamquam remiſſio poteſt ita cito fieri, ut à putredine vindicetur, & eo maximę ſi minus pinguedinis habeat, quod ſi interdum viſum ſit non emarcuiſſe id fuit rariſſimum, nec tamen propterea coarguendus Hippocrates, quoniam ad verificandos omnes aphoriſmos ſatis eſt, ſi vt plurimum, quod docet contingat, cur autem Ariſt. 4. de partib. anim: cap. 3. vbi plura de omento ſcribit, hanc rem tacuerit, puto rationem fuiſſe, quoniam ſibi propoſitum fuit in ijs libris partium conſtitutiones, & vſus non autem affectus, & proprietates omnes docere, niſi magis placeat dicere, hanc fuiſſe peculiarem Hippocr. obſeruationem forſan ipſi Ariſtoteli ignoratam. Vtilis porro eſt aphoriſmus non modo pro facienda prædictione in abdominis vulnerib. vnde excidunt inteſtina & omentum, verumetiam pro monendis chirurgis, ut uel citiſſimę remittant, exciſum omentum, uel ſi fieri id nequeat, ipſum præcidant, ne forte putrefactum alijs ſimiliter putrefaciendi occaſionem præberet, quem præcidendi modum monſtrarunt Celſus lib. 7. cap. 21. & Galen. 6. Meth. cap. 4.

Dub.

Solut.

Vtilitas Aphor.

99 Quibuſcum

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 719 sur 867

59 *Quibuſcunque à coxendicum dolore diuturno moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit, his muccores ſuperueniunt.*

NEC huic aphoriſmo vlla eſt cum antecedente cõiunctio cum Hipp. nil aliud intenderit docere, quam cauſſam luxationum crebrarum oſſis coxendicis, ad hoc ut poſſit medicus remedia inuenire; Nam eſt hic articulus omnium maximus, & ad incedendum valde neceſſarius, vt ob id Hippoc. humanę vtilitati ſtudens voluerit hoc medicos docere, eſt ſententia ad medicinæ partim pertinens ætiologicam, & licet habeat rationem coniunctam, uix tamen poteſt diuidi. (*A coxendicæ,*) vox ἰσχίας, quam hic vſurpat Hipp. atque etiam alibi frequenter, nil aliud ſignificat, quam dolorem illius articuli, qui coxam propriæ à Latinis dictam facit, vnde iſchiadici dicuntur non modo qui actu ab eo dolore conflictantur, verum etiam qui cerebro, & per interualla ſolent cõflictari, nam huiuſmodi dolor quemadmodum, & alij articulares interdum ſolent continuo, interdũ per interualla uexare, propterea q. modo breuis, modo eſt diuturnus. Corn; Celſ: vbiq. ex Hipp. vertit coxę dolorem, ſicut Plin: modo ſic, modo morbũ coxæ, modo iſchiadicos, & Hipp. in coxis, quãdo coxa aliquo caſu contabeſcit, appellat Φθίσιν ἰσχιαδικήν, fit uero iſchiadicus dolor ſicut aliæ articulares ægritudines, ex affluxu materiæ à toto corpore, maximè verò à capite ad coxæ articulũ, qui facile ingruentes humores ſolet ſuſcipere, tũ ob loci capaciatem, atq; ſitũ, tum maximè, quia pars ea tàm ſedẽdo, quàm ambulando valde laborat, ſuoq. motu ad ſeſe materiam allicit; Cur autem hic morbus ſæpenumero ſoleat eſſe diuturnus, cauſſa eſt, quoniam valdę profundus eſt locus, & ſedes mali, quo fit, ut ſicut materia eò nõ fertur niſi magna vi, ſic etiã nõ inde pellatur, niſi magna diligẽtia, & labore, ſiue enim interna medicamenta reſpicias, ſiue externa difficiliter ad eum locum perferuntur, ex quo materia ibi detenta paullatim craſſeſcit, atque viſciditatem acquirit, meritò cuius aucta curationis difficultas morbum protrahit. Quod ergo dicit Hippoc, eſt, vbi quis diuturno coxæ dolore exerceatur, ita ut ob aſſiduum materiæ affluxum is articulus è propria ſede excidat, ac rurſum in eum redeat, huic muccores ingenerãtur. Iam uerò uidendum, quæ ſit cauſſa, & modus, quibus in hoc dolore articulus modo è proprio loco exit, modo in illum reuertitur, præterea examinandum eſt, quid ſit apud Hippocratem μύξας ἐπιγίνεσθαι, ſiue muccores ſuperuenire: Circa primum Galenus ait quandoquè circa articulos humorem quendam pituitoſum ab Hippoc. muccum vocatum coaceruari, à quo ligamenta ipſa emollita, & relaxata, cum nequeant os articuli in propria cauitate retinere, illud excidere permittunt quod etiam eadem ratione non difficiliter in propriam ſedem regreditur, ſi quidem ita comparatum eſt à natura, vt articuli à propria ſede moti ad eam redeãt, niſi impediantur, quod quidem non accidit, ubi ligamenta relaxata, & emollita con-

ta consentiunt. Circa secundum quid Hippocrates voluerit significare pro illis uerbis (mucci ingenerantur) dicendum est duo voluisse docere; Alterum est caussam cur excidat, & iterum redeat coxa esse muccosi, & pituitosi succi generationem in eadem parte, licet enim sæpè materia ad eam partem à capite mittatur, quæ tamen propriè facit huiusmodi symptoma est illa, quæ propter ipsius partis intemperiem continuò ingeneratur, quæquè cum muccosa, & copiosa sit, assiduè ligamenta irrigat, eaquè ita laxat, vt & excidere, & redire os ad propriam cauitatem permittant, Alterum quod docet est, curationis modus, & ratio, (quæ etiam vtilitas est aphorismi,) nempè si ingeneratio mucci efficit articuli coxæ luxationem, oportere in id maximę incumbere, vt prohibeatur eiusmodi ingeneratio, & quicquid iam est genitum, euacuetur, partim ipsa exiccetur, atque corroboretur, quod facere solemus purgationibus corporis, vsu decoctorum exiccantium, vt guaiaci, & salsæ, ceratis, perfusionibus, & naturalibus, ac artificialibus stillicidijs.

Vtilitas Aphor.

---

60 *Quibuscunque à coxendicum dolore molestatis diuturno excidit coxa, his crus tabescit, & claudicant, si non curantur.*

Connexio. HIC qui postremus est sexti libri aphorismus adeò euidentem cum superiore connexionem habet, vt de ea nihil dubitare oporteat, cum enim supra docuisset, In ischiade, quę caussa est luxationis nunc intendit docere, quid ex ea luxatione sit expectandum, & quę sit extrema ipsius curatio, quiuè scopus esse debeat in curando, ita ut sententia sit partim prognostica partim curatoria, ac in tres particulas diuisibilis quarum prior est hęc. (*Quibus ab ischiade,*) Iam enim dictum est, quid sit ischias, & quomodo generetur, neque dubitare oportet quin modo loquatur de eo diuturno dolore, qui tenaciter premit, quasiquè habitum fecit, propter quem facile coxa è sede propria excidit ob caussas antedictas, His autem primum, atque præcipuum symptoma, quod accidit est, consumptio, siue emaciatio cruris, id quod cunctis, quoque alijs membris quorum articuli sint luxati, contingere quotidie obseruatur, licet alijs magis alijs minus, Hippocrates in Coacis uocat Φθίσιν ἰσχιαδικην; Cur autem hoc eueniat, ratio est, quam & hic Galenus, & in libro de artic: proponit vna cum Hippocr. quia scilicet motu priuatæ partes consueto refrigerantur, vnde proprio calore orbatæ, neque attrahere debitum alimentum, neq; attractum ad optimam frugem redigere nutriendoquè aptum efficere queunt, imò verò dicebat Hippocrates eodem lib. de artic: Homerum citans, bobus hyeme nimium emaciatis genua, & coxas luxari, vt & luxatio faciat maciem, & macies ipsa luxationem, sic etiam Aristot. 4. sect. problem. 32. & decima sect. 26. dicebat claudos esse salaciores, quoniam nutrimentum, quod ferri deberet ad partes vitiatas, fertur in supernas, vnde semen multiplicatur, atque hoc est quod voluit significare mulier illa Romana, cui cum exprobraretur coniux claudus, respondebat claudum optime viris agere: (*Et claudicant.*) Hęc potest dici pars secunda totius aphorismi, in qua Hipp. commemorat aliud symptoma, qđ coxę luxationē, atq; cruris

Scopus.

Diuisio.

emacia-

©BIUM

emaciationem ſequitur, ſ. claudicationem, ſeu χώλωμα, quæ vox tametſi quamlibet alicuius morbi deprauationem ſeu cõtorſionem ſignificet, proprie tamen vt ſcribit Gal. lib. de articulis, hic ſignificat læſionem, ac deminutionem, & deprauationem inceſſus, quæ fit potiſſimum ob articuli coxæ, qui præcipuum incedẽdi eſt inſtrumentũ, à proprio ſitu alienationem, ob partis ipſius imbecillitatẽ, & ob ipſius membri decurtationem, quæ omnes luxationes præſertim coxæ, ſequi ſolet: Et Ariſtot. 5. probl. ſect. probl. 40. rationem quærens cur maximè omnium animalium homo claudus oriri poteſt, duas affert rationes; prior eſt, quia bruta habent articulos robuſtiores, nempè factos ex ſolis neruis, & oſſibus, homo etiam ex carne, quæ facile conſumi poteſt, tàm in vtero, quàm extra. Altera eſt, quia bruta certum naſcendi tempus habent, homo autem incertum, cum 7. 9. (ſic enim legendum non octauo,) atq; decimo oriatur: nam cum ob moram, & diuerſum pariendi tempus varios motus, variaſquè detritiones patiatur, fit vt ob articulorum teneritudinem articuli facile diſtorqueantur. cur verò brutis ſint etiam in vtero facti robuſtiores artus, cauſſa fuit, quoniam ſtatim motu ad quærendum alimentum incedere debeant. (*Niſi vrantur*,) & hęc haberi poteſt pro tertia aphoriſmi parte, in qua docet modum, & ſcopum, quos debet medicus, ſequi ad prohibendam claudicationem, & conſequenter luxationem, eſt autem quemadmodum retro dicebã uerus ſcopus illius mucci exiccatio, & laxatarum partium conſtrictio, quæ omnia maximè præſtat ignis, exiccans potenter, & exiccando partes laxas conſtringens, & corroborans, Sed cur potius Hippocr. commendat vſtionem, quàm alia exiccandi genera, præterea, quis eſt modus vrendi quo debet medicus vti in hiſce caſibus, & cur vſtiones non ita temporibus noſtris in uſu ſunt, ueluti erant Hippocratis ætate. Vt igitur intelligatur, quæ ſit vtilitas præſentis aphoriſmi ſciẽdum eſt primo, propter duas cauſsas ſtatim, vſtionem commendaſſe, una fuit, quoniam cum locutus ſit de luxatione membri frequenti, ea certè eſt difficillima omnium curatu, quippe quæ à malo quodam articuli habitu fiat, vnde potentiſſimo remedio eget, cuiuſmodi habetur ignis, qui ſi quod malum non curat id prorſus eſſe incurabile alias dixit Hippocrates: Altera cauſſa fuit, quoniam Hippocratis ea eſt æterna conſuetudo, vt vno remedio alia eiuſdem generis complectatur, vnde nomine vſtionis intelligit quodcumq; valde exiccat, & adſtringit, atque cutem indurat, ſicut facit ignis poſt cuius operationem relicta dura cicatrix coarctat oſſa ne excidant è propria ſede: Cæterum de modo urendi plura habentur apud Hippocr. Oribaſium, & Arabas, nam ut omittantur uſtoria medicamenta, ut Iberis, Thapſia ranunculus, cantharides, & alia quando igne ipſo actuali utebãtur, uel linum crudum incenſum adhibeant parti, uel fungum, uel oleum, uel ipſum ferrum candens, prout pars mollior, uel durior hoc aut illud genus magis poſtulabat; atque hoc eſt quod etiam in libro de articulis præcipit Hippocrates uti, ubi articulus brachij crebro migrat è ſuo loco, Verumtamen ad huiuſmodi opus haud eſt temere accedendum, ſed priùs uniuerſum corpus purgandum, atque etiã alijs medicamentis internis exiccandum, quo in caſu ſolemus, quoq; partib oppoſitis inducere cauteria, eaquè diu conſeruare, ut materia aliunde ad luxatum articulum confluens inde obducatur, Verum tamen pro

Vtilitas Aphor.

recta

recta ustionis administratione Hippocrates Celsus. Aetius, & Paulus complura documenta tradiderunt, ne scilicet tangantur tendines, sed tantum calefiant; Cutis tangatur, & calefiat: Nerui; venæ magnæ glandulæquè, nec tangantur, nec calefiant, Vtrum autem facienda sit vstio super ipsammet coxam, vt præcepit Celsus, an verò proximè illam, vt Aetius, cum non habeamus ab Hippocrate diffinitum, magis placet Celsi consilium, quod etiam à Paullo fuisse commendatum inuenitur.

FINIS SEXTI LIBRI.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 723 sur 867

©BIUM

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS, PRAELECTIONES PATAVINAE, IN SEPTIMVM LIBRVM APHORISMORVM. HIPPOCRATIS.

1 *In morbis acutis frigus partium extremarum malum.*

GALENVS haud quaquam dubitare videtur de præsentis libri germanitate, quinimo eos interpretes quodammodo sugillat, qui initio libros nimis fuse interpretantur, postremos verò, aut vix attingunt, aut ieiune admodum tractant, spuria à legitimis minime discernentes, à quorum institutis sese recessisse semper profitetur, tamquam à principio ad finem quoscumque libros exponendos Hippocrates susceperit, æqualiterq́ sit interpretatus, Et certę vti motus naturales semper propè finem sunt incitatiores, sic nos si non vi, saltem breuitate, vbi ad finem alicuius operationis appropinquamus, semper eum attingere properamus. Neque verò dubitare oportet, quin hic postremus aphorismorum liber sit Hippocratis germanus, quemadmodũ, & alij, postquam, & Galenus, & alij interpretes ità eum acceptarunt, verum nonnulli in ipso sunt inserti, qui cum alibi, ijsdem verbis sint collocati, dubitare aliquos faciunt, quinetiam reliqui sint suspecti, Verum, cum idem contigerit etiam Aristotelis problematibus, fit vt existimem consarcinatores pro faciendo volumine grandiore multa immiscuisse præter ordinem, & rationem, quæ tamen doctrinam Hippocraticam redolent, nec propterea reijciendi, aut negligendi sunt. (*In acutis morbis extremorum.*) Habetur hic quoque in Coacis prænotionibus: sed ibi additur interiora vri καὶ δι ψύν, i. sitire quẽadmodum etiã 48.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 724 sur 867

©BIUM

quartæ partis: quasi voluerit dicere Hippocrates malum esse in omnibus acutis morbis extrema frigere, & sitire, Celsus autem libro 2. cap. 4. sic videtur hanc sententiam fecisse latinam: Mali quoque morbi signum frigidas extremas partes habere acuto morbo vigente, neque verò necesse vllam continuationem inuestigemus, cum sit noui libri initium, ac propterea vere separata sententia ad prognosticam facultatem spectans, sine ratione, ac sine vlla diuisione. (*In acutis morbis*) Galenus non contentus, multa præclara quoque dixisse in expositione aphorismi quadragesimi octaui quartæ sectionis, aliqua etiam in præsenti addit, Et summatim duo sunt; Vnum est in morbis longis præsertim sine febre, necnon hyeme, atque senili ætate facilè refrigerari partes extremas, nares, pedes, aures, manus: sed hoc non esse mirum; In acutis autem febribus, & esse mirum, & graue admodum malum, quippe quod vehementissimas viscerum inflammationes consequatur, Alterum est Hippocratem acutos morbos appellare, quorum febres sunt continuæ. In quibus si nulla adsit interna viscerum inflammatio, non modo interiora verumetiam exteriora incenduntur, quemadmodum si prædicta adsit inflammatio, solum interiora vruntur, ac exteriora frigent, quoniam calor ille intestinus immensus ad sese rapit instar cucurbitæ à toto corpore sanguinem, quo partes externæ orbatæ frigescunt; & interiora comburuntur adeo, vt indumenta nulla sustinere queant. Verum circa hunc aphorismum sunt nonnulla examinanda, quorum primum cur Hippocrates hic tacuerit duas illas particulas (*interiora vri, & sitire*) quas habet quarto lib. 48. & in Coacis, Secundum est cur ibi dixerit (*læthale*) hic verò dixerit non (*læthale:*) sed (*malum.*) Pro amborum resolutione, quicquid alij dicant, puto breuiter respondendum esse, proculdubio præsentem sententiam esse diuersam ab alia, ac propterea Hippocratem docendi studiosissimum voluisse quantum sibi licebat, quæ refert scire monstrare: nam In febribus acutis hæc duo contingunt, vt extrema tantum frigeant, ac interiora vrantur cum siti, ea propter cum in quarto libro, & in Coacis hoc postremum quid significet, scilicet mortẽ docuerit, ob viscerum grauem inflammationem, modo docere voluit, quid significat, solum in acutis extrema frigere, nempè malum, Etenim in corpore alioquin valde calente aliquas partes frigidas esse, non potest proficisci nisi à caussa mala impediente caloris à corde in totum distributionem, quę est ipsa febris natura, ut ait Auicennas, verum non est ita læthale, quemadmodum, vbi simul interiora vruntur, quoniam fieri contingit, vt succi crudi, & frigidi in ambitu corporis latitantes reddant extrema frigida, neque tamen sint intus eę viscerum inflammationes, quæ faciunt intima peruri, quasi dicere voluerit Hippocrates, Etiam si nulla adsit inflammatio intus, quæ uiscera comburat, ac propterea exterius frigus inducat, nihilominus semper malum esse exteriora frigere in qualibet acuta febre, quoniam ut nil aliud mali significet, attamen morbi longitudinem significat, quæ non est bona, atque hoc Aristotelem quoque intellexisse verò simile est, qui secunda sectione problematum trigesimo quinto reddens rationem, cur sudores calidi meliores sint frigidis, ait esse, quoniam indicant copiam succorum frigidorum, & consequenter morbi longitudinem, & vere in primo Epidemiorum referuntur multi, qui

ti, qui cum refrigerarentur, ac difficiliter recalescerent, non ob hoc tamen cuncti peribant, Sed vel periclitabantur, vel in diuturnos morbos incidebant, Vtilitas præsentis aphorismi est solum pro prædicendo, cuiusmodi sæpè diximus esse maiorem aphorismorum partem, id etiam in vsum trahi potest monere Hippoc. vt 2. acut: ne medicus permittat: Sed curet semper calefacere extrema. *Vtilitas Aphor.*

---

2 *In osse ægrotante caro liuida, malum est.*

LIVOR proculdubio est effectus frigoris, ac veluti prior illius gradus, ex quo quispiam continuandi omnes aphorismos auidus, dicere posset hanc esse præsentis cum antecedente connexionem, quod vterquè de significatione frigiditatis partium corporis tractet, quippe quę vbi frigent, liuescere semper soleant; Quod igitur docere vult Hippoc. est, vbi superiecta ossis laborantis caro liuorem contrahit malum esse, sententia prognostica ad Chirurgiam potissimum pertinens est, sine ratione, atque sine diuisione, qua Galenus id tantum breuissimis uerbis dicit, scilicet non fieri liuorem carnis superiectæ, in mediocribus ossium læsionibus, sed in magnis putredinibus, in quibus natiuus calor extinguitur, ac propterea gangræna, quę est uia ad mortem, subsequi solet. Vetum quæsitu dignum est, quomodo ossa quæ sunt frigida, atque sicca in viuente corpore putredinem contrahere queant, cum tamen in cadaueribus, in quib. magnæ fiunt putredines videamus ossa imputria conseruari: nam videretur potius contrarium debere euenire, tum quia putredo carnium ipsa afficit magis in cadaueribus, tum quia ossa uiuentium habent spiritus, & calorem natiuum, ac uitalem, merito cuius à putredine conseruantur, accedente frigida, atque sicca constitutione, merito cuius corpora solent à putredine defendi, quę potissimum à calido, atque humido inducitur, Aliud considerandum est, cur ossa putrefacta non possint alia ratione corrigi, quam exemptione facta, aut ferri, aut ignis opera. Circa primum, quòd à nemine adhuc propositum obseruaui, sciendum est hanc Hippocr. & Gal. sententiam intelligendam esse non tantum de facta ossis putredine, verum etiam de ea, quæ fit, quoniam cum vtroq; modo signũ sit calorem extingui, vel extinctum esse, proculdubio & ipsorum, & carnis superiacentis calor ad liuidum in ea, quæ fit, & in facta ad nigrum mutetur necesse est, si spiritib. illis viuificis abeuntibus, qui solent partibus viuentibus splendorem, atque albedinem conciliare ossa habent humorem, & aliquid caloris natiui merito quorum putrescunt, licet minus; Cęterum cum cadauerum ossa non putrescant, vt quotidiana experientia docet, ratio est, quoniam humor ille unctuosus, & pinguis consumptus est, qui solet putredinis subiectum esse, vbi corpus viuit, consumitur autem ille tum vi morborum, tum etiam in morte, quæ est ipsa humiditatis natiuæ consumptio, Sed est, & altera causa, quia ad hoc, vt ossa putrescant non solum necessaria est humiditas, uerumetiam & natiua caliditas, quæ corrumpenda est, & extranea, efficax ad corrumpendum, iam verò in cadauerum ossibus, neque est vlla caliditas natiua, neq; extranea efficax ad corrumpendum; quod si dicatur etiam carnes carere huiusmodi

Connexio. Solut. Prob. 1. 2. Solut. 1.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 726 sur 867

©BIUM

modi caliditate, & tamen ſtatim putreſcere, dicendum, vt Plotinus ſecundo de dub. animæ, in cadaueribus reſtare modicam aliquam caliditatem naturalem, qualis reſtat in cubilibus poſt ademptum focum, merito cuius dicebat generari vngues pilos, & alia; Sic quoque extranea caliditas eſt tantæ potentię, vt queat puſillum illum natiuum calorem cito corrumpere, ſicquè putredinem cauſſare in carne, non autem in oſſibus in quibus, nec humiditas eſt, nec caloris natiui, quicquam, imò dentes vſque adeo priuati ſunt omni humiditate & calore, vt non ſolum non putreſcant, verum nec (vt ait Plinius) ab igne domentur, cum tamen in corporibus viuentibus, & ab vno pituitæ aſſiduo affluxu putreſcant, & conſumantur. *Solut. 2.* Ad ſecundum verò dicendum eſt propterea neceſſe eſſe oſſa putrefacta, vel eximi, vel exuri, quoniam putredo ipſorum non modo communicatur contiguis alijs oſſibus, verum etiam carnibus, neruis, cartilaginibus, alijſquè partibus, quas ſuſtentant præterquam quod cum ob putredinem cariosa & aſpera euadant, ſolent membranas circumpoſitas, quas periostia nuncupant, pungere, & pungendo acerbiſſimos dolores inducere, quales patiuntur illi, qui morbo gallico detinentur. *Vtilitas Aphor.* Quare ex hoc aphoriſmo illud addiſcimus utile, quod ſcitur vbi caro liueſcit ſuſpicandum eſſe de oſſis putredine, ac propterea ſtatim enitendum eſſe, vt detegatur, detectumquè, uel eximatur, corrupta ipſius vel ferro, & igne putredo compeſcatur, ne longe, latequè in alias partes tàm oſſeas, quàm carneas ſerpat.

---

3 *A vomitu ſingultus, & oculorum rubor, malum.*

CVM nulla inueniatur, neq; etiam veriſimilis connexio præſentis aphoriſmi cum antecedente, circa eam indagandam non eſt, vt laboremus, *Scopus.* Eſt enim ſcopus Hippocratis docere cognitionem ſuperfluj, & praui vomitus ex duobus ſymptomatibus ipſi ſuperuenire conſuetis, atque id fecit Hippocrates, quoniam tempore ipſius frequentiſſimè vomitus exercebatur, quod græci acceperant ab Aegyptijs, quos Herodotus lib. 2. ſcribit iccirco omnium extitiſſe ſaniſſimos, quoniam ſingulo menſe, & clyſtere, & uomitu utebantur, Eſt autem ſententia prognoſtica carens ratione, & diuiſione. (*A vomitu*:) Cornelius Celſus lib. 2. cap. 4. quod Hippocrates copulatiuè dixit, aduerſatiuè interpretatus eſt hunc in modum, mali morbi ſignum eſt, aut poſt uomitum ſingultum eſſe, vel rubere oculos, niſi dicamus ſic quoque intelligi poſſe Hippocr. apud quem ſæpenumero particula copulatiua (καὶ) vim habet aduerſatiuæ, & uere ſiue ſolus ſingultus, ſiue ſolus rubor ſequatur uomitum, ſemper malum eſt, modo tamen vterquè affectus, minimè fugax, Sed continuus, & perſeuerans ſit, alioquin ſolet vomentibus contingere fere ſemper rubor, qui tamen mali nihil ſignificat, cum cito abeat, haud ſecus quoque ſolet interdum contingere ſingultus, ob relictos humores, vel in corpore, uel in ore ſtomachi, qui ubi euacuantur, ſtatim ſingultus ſequitur, nec propterea malum ullum ſignificat. Iam verò

verò uidendum eſt, cur poſt uomitum ſit adeo malum ſuperuenire ſingultum, uel oculorum ruborem, nel utrumque, (nam & copulatiuè, ut Hppocrates, & aduerſatiuè, ut Celſus interpretari licet) Galenus horum rationem afferens inquit primum, qualis paſſio eſt muſculis conuulſio, talem eſſe ipſi ventriculo ſingultum, quemadmodum etiam alibi dixit ſingultum eſſe paſſionem cõuulſioni ad ſimilem, qui cum fiat, uel ab irritatione à praua aliqua qualitate, uel à repletione, uel ab inanitione, hæc poſtrema cauſſa non modo eſt mala ſimpliciter, verumetiam exitialis, Iam uero qui fit à uomitu ſingultus, ſi ſit perſeuerans procludubio fit ab inanitione, quandoquidem qui fit à repletione, aut à mala qualitate irritante, humoribus euacuatis, ceſſat irritatio, & conſequenter ſingultus: Pari pacto ſi rubor oculorum ſuccedat vomitui, atque is perduret malus eſt, quoniam aliunde oriri non poteſt niſi ab aliqua uentriculi inflammatione à vomitus violentia genita, Huiuſmodi enim rubores ſequi inflammationem, aut cerebri, aut uentriculi uere ſcribit Galenus: Cæterum de cerebro inflammato, quòd ruborem oculorum inducat, non eſt arduum perſpicere rationem, cum ſciamus oculos, & originem, & ſubſtantiam, & ſpiritus ab ipſo cerebro ſuſcipere, quod ſi incenſum ſit, & per ſpiritus, & per ipſammet ſubſtantiam feruorem in oculos transfundere non eſt dubitandum, qui poſtmodum ſanguinem in ipſos attrahens ruborem facit, cæterum cur inflammato ventriculo ſimilis, quoque rubor oculis ipſis ingeneretur, non eſt ità ratio manifeſta niſi dicamus etiam cum oculis maximam communicationem eſſe ipſi ſtomaco, ut oſtendunt ſuffuſionum initia, imaginumquè ante oculos apparitiones, quæ plerumquè vitiato ventriculo contingunt, ut non immeritò Hippocrates in libro de locis in homine dixerit: à uomitu oculos maximæ lædi, propterea què medici cordati, vbi vomitum præcipiunt, ſimul etiam iubeant, oculos arctæ ſtringi, & obuelari. Sicut igitur ab affecto ventriculo, & repleto uapores mittuntur in oculos, qui illos vitiant, haud ſecus veroſimile eſt Stomacum inflammatum ipſis vapores incenſos communicare, qui & ſponte ſanguinem ad eos perducunt, & ipſos calefacientes, in cauſſa ſunt, ut eundem ſanguinem ad ſeſe trahant, ſicquè ruborem ingenerent, cum enim occuli plurimis vaſis abundent, facilè ex ſola etiam attritione ipſorum rubefiunt. Sic etiam Ariſtot. 31. & 32. probl. ſectio. quærens cur iratis rubeant occuli pudefactis autẽ aures; Reſpondet iratis calefieri totam faciem, ac propterea ſanguinem ad ipſam ferri, eumquè magis in occulis conſpici, quod pars alba exiſtens: quemlibet ruborem promptius repræſentat. Eſt & auis Erodios appellata, cui dicunt, ubi ſuam uenerem exercet occulos ualdè rubefieri, igitur ſiue iunctim, ſiue diſiunctim Hippocratem intelligamus ueriſſimum eſt malum eſſe, poſt uomitum ſingultum, & occulorum ruborem remanere, qui continui, ſint & perſeuerent, quandoquidem vterquè ſignificat inanitionem, aut ſtomachi inflammationem. Vtilitas aphoriſmi in eo poſita eſt. *Vtilitas Aphor.*

4 *A ſudore*

©BIUM

4. *A ſudore horror, non bonum.*

Connexio. EST aliqua huiuſce aphoriſmi cum ſuperiore connexio, quandoquidem, vt in eo docuit, quid ſit expectandum, vbi poſt euacuationem vomitu factam ſequitur ſingultus, & occulorum rubor, ſic in præſenti docere voluit, quid ſit expectandum vbi poſt ſudoris euacuationem ſequitur horror. Vnde hæc etiam eſt ſimpliciſſima, & ad partem prognoſticam pertinens. (*A ſudore*) breuiſſime Celſus, quoq; huiuſmodi ſententiam tranſtulit 2.lib.cap.4.hiſce verbis; mali quoque morbi ſignum eſt poſt ſudorem inhorreſcere, vbi quod hic Hippoc. dixit, οὐ χρηστὸν, ideſt non vtile, ipſe malum. Galenus autem breuiſſimis verbis in hac ſententia interpretanda vſus dixit, vim eius in hoc poſitam eſſe, qđ vt alibi dixit ſigna decernentia, ſi nõ decernant partim læthalia eſſe, partim mali iudicij, vel vt 2 Epidem: ſect. 1. morbi longitudinem ſignificant, cum enim ſudor ſit ſignum decretorium, vt aliæ plerequè euacuationes, proculdubio niſi tollat morbum malum, & multo magis ſi aliud malum ſequatur ipſum, cuiuſmodi eſt horror. Primo enim prognoſt: contex. 25. inter optimi ſudoris notas ponit, ut ægrum, aut perfectè liberet à morbo, aut eum facilius ferri præſtet, Cæterum videndum reſtat, Cur Hippocrates potiſſimum horroris meminerit poſt ſudorem, cum alia pleraquè ſequi illum valeant, Deinde videndum eſt, quæ ſit cauſſa propter quam ſolet horror ſudorem ſequi, & cur Hippocrates dixerit potius (*non bonum*,) quam (*malum*) ſicut dixit in antecedente. Circa primum uidendum eſt ante alia, quid ſit horror, & quæ differentia inter ipſum frigus, & rigorem, quibus habitis dicerem voluiſſe hoc exemplo monſtrare, quicquid ſymptomatum ſequitur poſt decretorium ſignum non eſſe bonum, quoniam ſi horror, qui eſt exiguum ſymptoma, nil boni affert, ergo multo minus quodlibet aliud maius erit bonum, præterquam quod etiam ſolet horror ex ijs eſſe, quæ frequentius alijs conſequi ſudorem conſueuerunt. Cauſſa verò propter quam horror non ſit bonus, eſt, quia hic fit à tenui, & acri humore poſt ſudorem relicto, qui cum ſoleat omnium aliorum primus per ſudorẽ euacuari, deinde poſt eum craſſiores reſſoluantur, ſignum non modo nil craſſioris ſucci fuiſſe conſumptum, imò verò, nec omnes tenuiores, ac propterea ſi uires ſint robuſtæ longum ſaltem futurum morbum, ſin verò infirmæ periculum interitus imminere; Cur verò potius voluerit dicere (*non bonum*) quàm malum aliqui exiſtimarunt cauſſam fuiſſe, quoniam in animo habuit, aliquid maius ſignificare, quàm malum, perinde ac etiam populariter loqui mos eſt, vbi quippiam graue malum ſignificare animus eſt, & certè ex ijs, qui referuntur in libris epidemiorum horruiſſe, vel riguiſſe ſtatim poſt ſudores complures interierunt, adeò vt uere dici poſſit horrere poſt ſudorem magnum eſſe malum, uerum puto etiam aliter poſſe huic quæſito reſponderi, nempè ut complecteretur, tàm horrores, qui ſtatim ſequuntur ſudorem, quàm qui paullo poſt,

Etenim

Etenim ſi omnes hos horrores ſimul intelligamus, horum aliqui ſunt valde mali, aliqui non, nullus tamen ipſorum eſt bonus, neque vtilis, quoniam ut antea dixi ſemper ſignificat, aliquos ſuccos eſſe relictos, qui ſaltem morbum conſeruent. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum, uerum quoque ad curationem faciendam, quoniam vbi horror ſequitur ſudorem, medicus docetur debere vigilans eſſe, & præparandis, atque euacuandis humoribus prauis ſtudere, ne neglectus morbus attrocior euadat. *Vtilitas Aphor.*

---

5 *A furore difficultas inteſtinorum, vel aqua intercus, vel mentis alienatio, bonum.*

PRIMVM demonſtrauit Hippocrates pluribus aphoriſmis, quę ſint mala ſigna ſuperuenientia in antecedenti, quod ſit non bonum; nunc autem quod ſit bonum, Et non ſine fructu loquitur Hippocrates de ſuperuenientibus ſignis, quoniam vt docuit Galenus primo, & tertio de criſibus, benignitas, & malignitas morborum cognoſcitur potiſſimum, ex ſuperuenientibus ſignis, quæ ſi bona ſint, vel ſaltem non mala benignitatem, ſin mala morbi malignitatem oſtendunt. Eſt & hæc ſententia prognoſtica ſimplex, & licet ſit longiuſcula, uix tamen diuidi poteſt. (*In furorem*) Cornelius Celſus hunc aphoriſmum ſubinſinuans, inquit libro quarto capite tertio. Aluus, quoque ducta ſæpè ſuperiores partes reſſoluit; Quod ſuperueniente dyſenteria furor finiatur admodum rationi conſentaneum, tum ratione loci, tum ratione materiæ; Ob locum quidem, quia inteſtina, & cerebrum ſunt loca admodum diſſita, & ſibi ipſis motu auxiliantia, unde Galenus ſecundo de med: localibus dicebat: dolorem capitis uſu clyſterium finiri, aut ſaltem magnopere mitigari, præterquam quod ipſemet Hippocrates, alias in hiſce libris aphoriſmorum dixit, & ſurditates, & ophtalmias alui fluoribus ſedari, Ob materiam iuuat dyſenteria quoque quoniam per eam bilis euacuatur à qua præſertim combuſta, aut putreſcente furorem gigni certum eſt, ut euacuata ipſa per inteſtina iure ceſſent capitis ſymptomata. Verum de hydrope quomodo uerum dictum ſit ab ea finiri maniam, certè non eſt captu facile, quia licet ratione loci, qui & ipſe diſſitus non parum eſt à cerebro fieri poſſet, quod Hippocrates dicit, non ita tamen contingere poteſt ratione materiæ, ſiquidem, quæ facit hydropem eſt aqua, nempè humidus, & frigidus humor, quæ uerò facit maniam eſt penitus contrarius, nimirum bilis, quæ eſt calida, & ſicca; ut nihil uideatur conferre poſſe, aquæ in uentrem abductionem ad tollendum furorem, neque ualet, quod ubi ſit hydrops uere non fiat furor, quandoquidem Hippocrates loquitur, de hydrope ſuperueniente, non autem de antecedente, & certè tametſi rarò huiuſmodi caſus uideatur, eſt tamen credibile ab Hippocrate quandoquè fuiſſe obſeruatum, nempe hydropem ſuperuenientem furori illum ſoluiſſe, & quoniam nihil uſu contingit, quinetiam rationem aliquam coniunctam habeat, ideo puto dicendum eſse, non tranſmutatione materiæ, hoc fieri à loco, ad locum, ſed quia ubi *Connexio.* *Dubit.* *Solut.*

genera-

©BIUM

generatur aqua in corpore, tum desinit generatio bilis, aqua fit mania, vel quia existente in abdomine aqua, inde vapores humidi, & frigidi tolluntur in cerebrum, ac illius incendium, & feruidos humores attemperantes faciunt necessariò furorem cessare, vel postremo dicendum est, posse fieri transmutatione bilis combustæ à capite ad hypocondria, quæ suffocans calorem natiuum det occasionem hydropi sicut 2. prognidictum est: ab acutis morbis fieri hydropem, quod si Hippoc. dixit 3. acut 39. & 3. de artic: aquam in bilem conuerti, id dixit de natura biliosis, nec de aqua excrementia, & morbida: sed de ea, quæ pro nutritione, & pro potu sumitur. (*Vel ecstasis*) merito Galen. qui nihil de antecedente dubitatione dixit. de ecstasi dubitandum putauit, quæ cum sit veluti quidam exiguus furor, nulla ratio est cur debeat ab hac solui, imò uerò potius uerisimile est debere ab hac superueniente augeri, cum sint duo uitia vtraq; eiusdem præcipuè partis, Galenus vt Hippocr. sententiam tueretur dixit; pro ecstasi intellexisse vehementem, & continuum, pro mania mediocrem, atque esse vidisse mediocres furores à vehementioribus succedentibus fuisse solutos; scilicet tota materia igne immenso consumpta, Sic enim vidimus, & ipsi quartanas solutas ex permutatione in continuas, & acutas, verum dici quoque potest si pro ecstasi capiamus leuem, & breuem insaniam, vt frequentius nomen sonat, posse quoque aphorismi ueritatem defendi, si quidem vt lienteriæ succedens acidus ructus bonus est, quia significat mali vehementiam esse remissam, sic succedens ecstasis bona est, quia significat furorem esse mitiorem factum, & notandum est Hippocratem meminisse ecstasis potissimum, quoniam maniæ sæpenumero in eam conuertuntur, eadem ratione, quia in primo prorrhet: dictum est phreneticos fieri comaticos, scilicet acriore, & attrociore bile consumpta, ac relicto mitiore humore. (*Bonum*) non solum, vt signum, verum etiam, vt causa, quandoquidem non modo significatur materiæ transmutatio à nobiliori ad locum ignobiliorem, verumetiam per huiusmodi transmutationem soluitur antecedens morbus: Verum circa hoc dubitare contingit. Primum de dysenteria cum sit ab atra bile, si debet furorem soluere, ea per se læthalis est, vt scriptum habetur 4. aph. 24. Vnde non potest esse bona vlla in aliud lęthale vitium commutatio. Præterea Hippoc. 1. de morbis, inter morbos, qui necessario mortem inferunt, connumerat hydropem, igitur nullius affectus in eum commutatio potest esse bona, neque per viam signi, neque per viam causæ: Postremò dubium etiam est de ecstasi, quomodo si vehemens, & ipsa est mentis alienatio, vt hic Gal. & 3. in 3. Epid: 1. & 1. ac 2. prorrhetic. possit maniam curare, vt ait Hippocr. Ad primum dubium dicere conuenit dysenteriam ab atra bile primo fieri posse, uel ab ea criticę depulsa, vel initio sponte ad intestina mota, aut ibi genita si primo modo fiat non est lęthalis, quia non sistitur in intestinis, sed tantum præter labitur, vnde nullum graue nocumentum inferre potest, atque sic intelligendus est Hippocr. in præsenti aphorismo. Sin autem secundo modo capiatur procul dubio mortalis est, quoniam cum in intestinis tenaciter sit impacta, eorum substãtiam crudeliter exedens, certum, exitium affert, atque sic intelligendus est Hippocr. in 4. lib. aphoris: 24. vbi per uerbum illud (*si inceperit*) monstrat se non loqui de dysenteria facta per uiam crisis, at de ea quæ fit mitio

Dubit. 1.
2.
3.
Solut 1.

collecta

collecta ſponte, aut genita in ipſis inteſtinis deterrima bile, atque ibi perſiſtente. Ad ſecundum autem de Hydrope reſpondendum eſt, eam capi poſſe dupliciter, vel dum taxat inchoatam, vel conſumatam, ſi ſecundo modo capiatur lęthalis eſt, atque de hac locutus eſt Hippoc. 1. de morbis, ſi autem primo modo loquamur non eſt læthalis, & de hac loquitur Hippocrates in preſenti: ſed dubium adhuc eſt quomodo Galenus dicat huiuſmodi hydropem fieri poſt furorem ex tranſmutatione materiæ à capite ad ventrem, cum diuerſa ſit atra bilis à qua fit mania, ab aqua, quæ facit hydropem, niſi dicamus, non ipſam atram bilem, ſed ichorem ipſius, qui inchoat hydropem. Ad poſtremum reſpondendum eſt eeſtaſim duplicem eſſe, apud Hipp. tumultuoſam, & tacitá de qua ſępè Hippocr. in prorrhet. & in Coacis, De hac poſtrema loquitur hic Hippocrates, quæ cum fiat à melancholia non combuſta, iure bonum ſignum eſt poſt maniam. Vtilis eſt aphoriſmus non ſolum ad prædictionem faciendam, verumetiam ad inſtruendum medicum, quibus uijs incedere debeat pro curandis inſanis, nempè alui ſolutione ingenti, aut frigidioris, aut mitioris affectus promotione.

Solut. 2. *Dubit.* *Solut.* *Solut. 3.* *Vtilitas Aphor.*

---

6 *In morbo diuturno faſtidium cibi, & deiectiones ſinceræ, malum.*

PERGIT Hippocrates alios affectus commemorare, qui alijs ſuperuenientes mali ſunt. & cum in ſuperiori de acutis locutus eſſet, nunc ſermonem facit de diuturnis dicens, vbi cibi faſtidium diuturnis morbis ſuperuenit. & deiectiones ſinceræ malum eſſe, ita vt ſententia ſit ſimplex, atque pure prognoſtica. (*In diuturnis*:) Celſus lib 2 cap 4. mali morbi ſignum eſt poſt longas febres cibum faſtidire, Malum etiam eſt, quod poſt longas febres ſincerum eſt, vbi videtur hunc aphoriſmum in duos eſſe partitum, vt propter hoc etiam nobis liceat ipſum partiri in dùas partes: Et circa primam ſciendum eſt apud Hippocratem reperiri has uoces ſignificantes vitia facultatis appetitricis ἀνορεξία, ἀποσιτία, ἀσιτία prior eſt, cum ſumitur cibus, ſed abſque vllo appetitu non tamen cum faſtidio, aut abhominatione, Secunda eſt cum vna cum inappetentia eſt quoque cibi abhominatio, Tertia eſt, cum non ſolum adeſt inappetentia, & faſtidium, verum cum nullo modo cibus ſumitur, ſiue ſint ſani, ſiue non, vt in ea peſtilenti conſtitutione accidiſſe narrat Gal. 3 in tertium Epidem. 57. quamquam interdum etiam ἀνορεξία, & ἀποσιτία pro eodem accipiantur, ſat eſt quod ut inuit Galenus hoc in loco Hippocr. accipit non pro conſumata cibi abſtinentia, ſed pro innapetentia, & cibi faſtidio, cur autem hæc ſit mala in diuturnis morbis, Galenus id ſolum ait, in morbis diuturnis, qui ſeruari debent, eos contrarium affectum habere, ſcilicet vehementem ciborum appetentiam: verum hæc non eſt uera ratio imò, neque verum eſt eos, qui in diuturnis affectibus vehementer appetunt ſeruari, propter ea qui plus cibi, quàm par ſit capientes crudos ſuccos copioſè aggerunt, qui non ſolum protrahunt ægritudines, uerumetiam nouis, & grauioribus gignendis vberem materiam ſuppeditant, ac exitium conſequenter afferunt. Itaque melius eſt dicatur cibi faſti-

Connexio. *Scopus.* *Diuiſio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 732 sur 867

©BIUM

dium malum esse non modo, vt signum, verum etiam vt causſam, vt signum, quia significatur habitum prauum ventriculo esse morbi longitudine inductum, qui adeo magnam ciborum inappetentiam faciat. Vt causſa pariter est malum, quoniam cum corpus non alatur, ac morbus duret, haud possunt vires sufficere, quin tandem euertantur, Vnde iure solebat dicere magister in quouis morbo mente constare, & bene appetere esse bonum, quasi contrarium sit semper malum. (*Et synceræ deiectiones.*) Vt dixi hæc potest esse secunda aphorismi pars, quæ sententia intelligenda est non copulatiuè, ita vt dicat Hippocrates malum esse, si simul longo morbo consumpti ægri cibum auersentur, & deiectiones synceras habeant, sed potius disiunctiuè tamquam malum sit, si separatim in diuturnis morbis fastidium cibi superueniat, vel deiectiones, Cur enim illud sit malum iam diximus, nunc superest videamus, quamborem deiectio quoque syncera sit mala. Nam deiectiones syncerę consueuerunt proprię dici in quibus pura bilis apparet, Et in aliquibus codicibus manuscriptis, in hoc aphorismo loco uocis (ἀκρητὲς) synceræ legitur (χολώδεις, idest biliosæ,) vt uidearur satis compertum hic pro deiectionib. synceris biliosas esse capiendas, si communem opinionem sequi placeret, & aliquorum contextuum fidem, verum Galenus omnino aliter sensit, quasi sibi videretur fieri difficiliter posse, vt in diuturnis morbis à quibus semper corpora refrigerantur, syncera bilis adeo accumulari queat; Vult igitur Galenus pro syncera deiectione accipiendum esse quemcumque humorem ab aquosa, humiditate, seu ichore seroso segregatum, siue sit pituita, siue bilis, siue melancholicus succus. Cur autem huiusmodi diectiones sint vsque adeo malæ, dicit Galenus rationem esse, quoniam significant omnem natiuam humiditatem esse à febrili calore combustam: nam in longis morbis corpora solent refrigerari, ac propterea aquosi, & frigidi succi gigni, Vnde si contrarium eueniat, vt non modo similes succi non gignantur, sed potius contrarij fiant, signum est magnum esse recessum, nec similes morbis esse diectiones, ac propterea iuxta Hippocratis sententiam secundo aphorismorum malas esse: Sed non uideo, vt libere dicam, cur non etiam valeamus intelligere biliosas, quia Hippocrates dicit, propterea esse malas, quia valde dissimiles sunt, naturæ morborum diuturnorum. Sic aliquos fuisse, quibus magis placuit has duas particulas coniungere, sed quomodo, qui cibum non sumit, & abhorret, possit simul synceras deiectiones habere haud facilè intueor, cum alterum fiat ab vstione etiam secúdum Galenum, alterum verò non tantum à maligna succorum putrefactione, quantum ab ipsa facultatis prostratione, ob humidam atque confirmatam ventriculi intemperiem. Est vtilis aphorismus ad prædictionem, & ad monendum medicos, vt in ægritudinibus longis studeant ciborum appetentiam conseruare, & aluum lubricam reddere.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 733 sur 867

7 *Ex multa potatione rigor, & deſipientia, malum.*

ET in antecedentibus, & in ſequentibus plurimis locutus eſt Hippocrates de ſuperuenientibus malis in morbis, tàm acutis, quàm diuturnis, vnde quomodo nunc interponat ſermonem de malo ſuperueniente ex cauſſa externa, nempè mala, atque importuna potatione, (quod contingit ferè ſanis tantum) haud facile perſpicitur ratio, quamquam puto hoc dixiſſe, quia eius tempeſtate homines indulgebant potui, & præſertim Græci, vnde mala diuerſa ſubnaſcebantur, quaſi Hippocr. ſcopus fuerit docere, & monere, vt homines ſeſe à multis potationibus abſtineant, quod ab ijs, & rigores, & delyria, atq; alia mala oriantur, tàm à frigidis, quàm à calidis cauſſis: Etenim illud certiſſimum eſt pleroſquè homines omni tempore magis in potu, quam in comeſtione errores committere conſueuiſſe, quod nulla ſit voluptas maior, quam vbi ſitiens potat, vt etiam Plato in Philebo docuit, & Ariſt. 20. ſect probl 5. Eſt enim ſententia prognoſtica, quæ & ipſa eſt ſine demonſtratione, ſed in duas partes diuiſibilis, vt antecedens; nam haud poſſum credere Hipp. voluiſſe hæc duo copulare tamquam ſimul, & rigor, & delirium fiant à temulantia, cum vnum frigoris, alterum caloris ſit ſoboles, quamquā haud penitus abnuo ebrios ſimul, & rigere poſſe, & tremere, & delirare, vt docuit Ariſt. lib. 3 prob. 1. 2. &. 5. (*Ex multa potione*.) Potionē ſimpliciter ſignificare vini potum, non ſolum Galenus in præſenti comm: docuit, verum ipſemet Hipp. inſinuauit ægro 1 3 3 lib. Epid: cap. 1 de morb: mulieb: vbi de pleuritide ſermonem habet, vt non ſit dubitandum, quin multa potio vini, atque etiam meracioris copioſum potū, ſignificet, de quo loquens Horatius dixit,

Fœcundi calices, quem non fecere diſertum?

Verū non inconuenit, quin etiam de qualibet alia potione intelligamus, quę inebriat, cuiuſmodi eſt Zithum, ſiue ceruiſia vocata etiā lac in inebriare hędos ſcripſit Lucretius in primo de nat: (*Rigor*,) quomodo ex multo vini meracioris potu, quę eſt calida cauſſa, fiat rigor, effectus nimirum frigidus, non ſolum dixit Galenus in prędenti commentario, verum etiam ante ipſum Ariſtoteles, qui 3. probl. ſect prob 1. & 5. Quærens cur illi, qui nimium vino vtuntur rigent, atq; tremunt, cum tamen vinum ſit calidum, inter alias, quas proponit cauſſas eam affert, quod vt ignis extinguitur à lignorum copia nimia ſuffocatus, ſic calor natiuus immenſa vini copia obrutus valde imminuitur, vnde rigor ſequitur, ac tremor, quem motricis facultatis imbecillitatem ſequi vbiquè profitetur Galen. Eſt alia quoq; non minor cauſſa, quod vt ignis paruus extinguitur à maiore, ſ. eo diſſipato, atq; alimento priuato, haud ſecus calor natiuus alioquin puſillus à nimio vini calore hebetatur, atque inde tremor, & rigor conſequuntur, quæ ſimiliter ratio eſt, cur magis à vino meraciore, atq; potentiore affectus illi fiant, quàm à temperatiore, & minus potente. (*Delirium.*) Quomodo animus à vino diuerſimode afficiatur idem Ariſtot docuit 1. probl. ſect. 30. vbi ſcripſit pro varia ipſius temperie, & varia ſubiectorū diſpoſitione modo fieri furorem, modo ingenia pacatius componi. Galenus autem ſcribit in hoc propterea ex potu

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 734 sur 867

©BIUM

multi vini fieri deliria, quoniam caput repletur multo sanguine, multoq. feruenti spiritu, ex quo non modo ipsum verumetiam vniuersum corpus incalescit, atque ita delirium sequitur, At dubium est an simul possit ex multo potu delirium excitari, & rigor vt videtur hic Hippoc. insinuare, Nam si incalescit caput, atq; corpus vniuersum, non apparet quomodo possit rigor fieri: Respondendum est vt Plutarchus in sympos. lib. 3. cap. 8. & ante ipsum Arist. 3 prob. sect. duplicem esse ebrietatem aliam in qua animus penitus sepultus est vna cum corpore, aliam verò in qua mediocris fit alienatio cuiusmodi ebrios vocabant veteres ἀκροθώρακας, in primo genere potest fieri rigor nempè suffocato calore, vt retro dicebam, in secundo autem genere non fit rigor, sed frigus tantum, fit enim rigor ob læsionem partium neruosarum, quibus dum succurrere tentat natiuus calor, modo exurgit, & impellit, modo sese retrahit, atq; inde sequitur rigor, qui est cum frigoris, sensu motus deprauatus, fit vero frigus tantum heberato calore quemadmodum dixi. (*Malum*,) siue simul intelligamus hæc duo esse mala delirium, scilicet & rigorem, siue separatim vera est sententia, quoniam vtrumque per sese magnam esse læsionem caloris natiui significat, simul verò iuncta non solum calorem lædi vehementer, verumetiam cerebrum, atque neruorum principium, signum, quod solet esse mortale ob conuulsiones, quę sequuntur neruorum principij læsiones insignes. Est vtilis sententia ad prædictiones faciendas, sed maximè etiam ad monendos homines, vt à multa meracioris vini potione sese abstineant, atque omni alio qui inebriet, vbi etiam discitur metuendum esse semper, vbi ab eadem causa fiunt duo contraria.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

8 *A tuberculi intus ruptione, exolutio, vomitio, aut animi defectio fit.*

Connexio.

ET hic aphorismus eiusdem est naturæ cum antecedente, quandoquidem pergit Hipp. commemorare alia mala symptomata, quæ alios morbos, vel symptomata sequuntur, Vnde patet, & scopus Hipp. & sententiam esse prognosticam sine ratione, vel potius simioticam cum doceat cognoscere, vbi intro ruptus est abscessus, & facta uomica, & videtur ad chyrurgicam partem spectare, vnde scopus est docere, vt cognoscatur, quando tuberculum introrumpitur, quæ tamen diuidi posset in tres particulas, prout tria sunt, quę consueuerunt sequi ruptiones intro tuberculorum, scilicet exsolutio, vomitus, atque animi defectus. (*Tuberculorum*:) De tuberculis, quæ ad suppurationem deueniunt verba facere Hippoc. non est dubitandum. Hæc enim sunt quæ proprię dicuntur rũpi, vbi factum pus eum intra locum, vbi consummatum est, nequeunt contineri, disruptis membranis, vel alijs partibus erumpit. Porro huiusmodi disruptio cum fit intro necesse uidetur, ut fiat in aliquam cauitatem, quæ cum quadruplex sit uentriculus, thorax, abdomen, atq; intestina, vbi in uentriculũ ex rupta parte fertur, vomitus excitatur, ubi in thoracem tussis, anhelitus difficultas, atq; suffocatio, ubi in intestina, alui fluxus, atq; tormina, ubi in abdomen fiunt alij tumores, & interdum hydrops. Iam uerò exsolutio, atque animi defectus fiunt in omnibus hisce ruptionibus, ubi materia maligna est, atque cõfertim, & magna fit materiæ eruptio: (*Resolutio*) Galenus uoluit hic Hippocr. dumtaxat loqui de ea ru-

Scopus.

Diuisio.

earuptione, quæ fit in ſtomachum, eo quòd uomitus ſit ipſius tantum paſſio, Verum, quia vt dixi, exſolutio, atque animi defectus contingunt quoque in cęteris ruptionibus, non video cur non poſſit de ijs pariter verificari: Si quidem ἐκλύσις, ideſt exſolutio nil aliud eſt, quàm virium vitalium, atque animalium impotentia, ſeu debilitas quędam, propter quam corpus debile, atq; impotens quodammodo redditur ad edendas conſuetas functiones, λειποψυχι autem, & λειποθυμι parum, & inter ſeſe, ab exſolutione differre videntur, niſi quod altera magis ad uires animales, altera uerò ad uitales pertinere uidetur, vtramque autē eſſe ſubitam uirium defectionem, non tantam tamen ut ſequatur ſudor, quemadmodum accidit in ſyncope, & certę ſi in thoracem fiat ſubita, & ingens alicuius tuberculi ruptio, protinus vitalis facultas fatiſcit, vt inde ſequatur defectus animi, quemadmodum etiam vbi fit, vel in ſtomachum, uel inteſtina, quorum graues affectus trahere in conſenſum cor, atque cerebrum, ſicq; & lipopſychiā, & lipotymiam facere non eſt dubitandum; Ruptionem in abdomen omniū minimè prędicta ſymptomata inferre certum. (*Vomitus*) In ruptionibus tuberculorum, ſi ſanies cum impetu feratur in ſtomachum, certè fit uomitus, quinimo etiam ſi uapores ſoli materiæ putridæ aliò translatæ ferantur in os aut uentriculi tunicas, nauſeam, & uomitum concitant, quem deinde exolutio uirium, ſi magna ſit uomica, quæ rupta eſt, aut animi defectus ſequi conſueuerunt, quamquam etiam fieri ſolet ſolus ſæpenumero, ut proptera illius uideatur meminiſſe ſpeciatim Hippocrat. Sed illud animaduertendum puto non facile uideri ubi nam locorum, fieri poſſit tuberculum, quod ſuppuratum, & fractum materiam in ſtomachum mittat, alioquin ſi circa ipſum eſſet tuberculum aut in ipſius externa tunica, ſi materia in ſtomachi ſpacium eſſet mittenda neceſſe eſſet interiorem exedi, uel frangi. Ergo uel dicendum eſt tubercula fauciū, & gulę poſſe diſrumpi in ſtomachū, aut ex alibi diſruptis, quemadmodum dicebā halitus retros in ſtomachum ferri, qui ad nauſeam primum concitent, mox materiam iampridem in ſtomaco coaceruatam agitando inde uomitum ſubſequi faciant, (*Et animi deliquium*) uomitum cum animi deliquio factum dicere malum eſſe, nimium popularis ſententia uidetur, ut iccirco licet ſit cū particula copulatiua (καὶ) nihilominus uideatur æquius ipſam recipere tamquam ſeparatiuam, vt ſæpę vſurpari, & ab Hippocr. & ab alijs ſcriptoribus obſeruatur, nam etiam ſi ſolum animi deliquium ſequatur alicuius tuberculi intro ruptionem (*plane fiunt*:) Dubium eſt cur cum Hippocrates ſoleat in ſimilibus aphoriſmis, ſemper in fine adijcere, vel malum, vel bonum, hic non appoſuit: ſed ſolum modo, quod fiant: Cui reſpondendum eſt ſat fuiſſe dicere fieri, cum ſint ſemper pernicioſa quomodocumque fiant. Sunt enim hæc omnia mala ſi ſeparatim, & multo magis ſi coniunctim capiantur, tum quia ſignificant magnitudinem tuberculi, & prauitatem illius materiæ, lociquè ad quem miſſa eſt præſtantiam, tum quia cuncta hæc tria ſymptomata, tàm per ſeſe, quàm conſequutiuè, vnumquodquè ſeparatū vires magis atterit, atque alios graues affectus producere poteſt, Vtilis verò eſt propoſita ſententia ad prædicendum euentum in quibuslibet tuberculorum ruptionibus, quas vbi praua aliqua ſymptomata conſequuntur ſemper mali aliquid eſt metuendum,

ἐκλύσις, *quid.*

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

vbi

©BIUM

vbi verò fiunt, absq; vllis symptomatibus etiam si magnę sint, vbicumque fiant in partibus internis, haud ita timere oportet.

---

9 *A profluuio sanguinis desipientia, ac conuulsio, malum.*

MAGNA, & satis varia est affectuum copia, qui alijs affectibus succedentes malum, & quandoq; bonum significant, vt proinde Hippocrates coactus fuerit plura de ijs proponere; quo varietate propositorum liceret singula quodammodo complecti, itaque modo demonstrat, quomodo morbos sequantur symptomata, modo vt symptomata sequantur alia symptomata, quod
Scopus. in præsenti facit, vbi scribit, quando fluxum sanguinis sequitur delyrium, vel conuulsio, esse malum, Vnde aphorismus prognosticus est, sine ratione, ac in
Diuisio. duas particulas diuisibilis, pro vt duo esse dicit, quæ sanguinis fluxum consequi possunt. *(In sanguinis fluxu:)* Corn: Celsus lib. 2. cap. 8. videtur totum hunc aphorismū copulatiuę legisse, vbi scribit, si sanguis profluxit, deinde secuta est dementia cum distensione neruorum periculum mortis est, Cæterum Galenus in commentario monstrat dupliciter fuisse conscriptum aphorismum, scilicet tàm copulatiuè, quàm aduersatiuè, atq; vtro modo legatur, uerissimam esse sententiam, quandoquidem, siue post sanguinis fluxum fiant simul delirium, & cōuulsio, siue fiat vnumquodq; symptoma separatim perinde est malum, quáquam multo deterius sit utraque simul fieri, propter quod Corn: Cels: qui vtraque coniunxit non cōtentus dicere malum, mortis periculum imminere maluit dicere, Non de quolibet sanguinis fluxu, sed de immenso verba facere Hippocratem non est dubitandum, quemadmodum etiam Galenus appositę satis dixit pro delirio non quamlibet mentis alienationem, sed moderatam dumtaxat intelligere, quam tremori correspondere scribit, quoniam vt tremor fit à debilitate facultatis artus ipsos mouentis, sic delirium moderatum à debilitate facul-
Dubit. tatis ratiocinatricis efficitur. Verum dubitatur vtrum delirium moderatum fieri possit à sola debilitate ratiocinatricis, vt uidetur dixisse Galenus, an etiam alia caussa ad id agendum exigatur: Nam certum est delirium esse deprauatā actionem. Iam uerò ex sententia Galeni secundo de temp. 1. & in Arte med: & Auic: 2. 1. doc: 3. c. 3. actiones deprauantur à calido, sicut minuuntur, & abolentur à frigido, ob quod uidetur existimandum non à debilitate ratiocinatricis, quæ se-
Solut. quitur frigidá caussam, sed potius ab alia caussa eaq. calida fieri. Pro resolutione dicendum est id quod alias dixit Galen. 8. de vsu partium nempè actiones animi prodire ab optima ipsius cerebri temperie, itaque à qualibet etiam eas corrūpi, siue sit calida, siue sit frigida, tametsi plerumq; corruptionis species uarię sint secundū uarietatem intemperierum corrumpentium, ea propter vbi corruptio fit à calida caussa, vehemens mentis aberratio suboritur, ubi uero à mitiore calore, qui uicem frigidi gerit, fit minor aberratio, quæ propriè desipientia, seu ut transtulit Celsus dementia vocatur, quæ uere est deminutio quædam operationum mentis, quæq; dicitur à Galeno fieri ex imbecillitate, quoniā uigor, & copia spirituū, quibus fiunt operationes animi desunt, ex sanguinis profusione, ac proinde redditur animus debilis in cogitando, atque iudicando, vt deceret. Vtrum

de reddi-

autem quod ait Hippocrates de ſanguinis fluxu intelligendum de qualibet corporis parte, an de aliqua, vel aliquibus tantum, iure poſſet dubitari. Verum magis mihi placet, vt intelligatur de ſanguine potiſſimum è naribus fluente, quòd locus is proximior cunctis ſit cerebro, ac ob id aptior ad illud offendendum, quamquam etiam de alijs fluxibus intelligi queat, modo copioſi ſint, vt ſolent hæmorrhoidales, quos experientia monſtrat lædere cerebrum, atque deſipientiam interdum facere. (*Vel etiam conuulſio*) fateor poſſe, quoque copulatiuè accipi hanc dictionem, vt aliqui maluerunt, verum cum Hippocr. aph 3. ſect. 5. aphoriſ: dixerit ſolam conuulſionem ex ſanguinis fluxu malam eſſe, quo iudicio, & ſcopo debuiſſet modo addere deſipientiam, quæ & ipſa ſola ſemper mala eſt, Igitur ſatius videtur eſſe, ſi legamus aduerſatiuè, quaſi dicere uoluerit, ſicut conuulſio ſola ex ſanguinis copioſo fluxu mala eſt, ſic ex eodem deſipientiam eſſe malam, nempè, quæ ex debilitate, & paupertate ſpirituum exoriatur, in quibus tota uis animi poſita videtur. (*Malum*,) vt monſtraui Corn: Celſus interpretatus eſt malum, mortale, & vere non ſolum hæc duo ſignificant mortem futuram, verumetiam faciunt, maxime conuulſio, quæ dolorum acerbitate uires alioquin attritas, vehementer opprimit. De vtilitate præſentis aphoriſmi loquens ſtatim in comm: Galenus ait ipſum magnam nobis afferre vtilitatem ad perſuadendum aliquando deſipientiã fieri ex defectu, quo pacto fiunt manuum, atq; pedum tremores, verum iuuat quoque ad prędictionem faciendam, & ad docendum ſanguinem fluentem, vbi modum excedat, ſtatim eſſe comprimendũ, ne ſimul cum corpore animus, quoq; detrimentum, patiatur.

Vtilitas Aphor.

---

10 *Ab ileo, vomitus, ſingultus, deſipientia, vel conuulſio, malum.*

CONTINVANS Hippocrates tractationem de ſuperuenientibus ſymptomatibus docet in præſenti, quæ mala Ileum ſolent ſequi, atque quatuor præcipua enumerat vomitum, ſingultum, conuulſionem, atque delirium, quæ omnia etiam Cornelius Celſus lib 2. cap. 8. eodem præciſę ordine enumerauit, quo hic Hipp. atque etiam in Coacis prædictionibus, vt nil dubitare oporteat, de integritate, atque germanitate ſententiæ, quæ & ipſa prognoſtica eſt, ſine ratione, & diuiſibilis (ſi placet) in quatuor particulas, prout quatuor ſunt mala, quæ recenſet voluuloſos ſequi: Sed ſtatim ſeſe offert conſiderandum cur hoc diuinum ingenium hæc quatuor enumerare voluit ſuperuenientia ileo, nec plura, nec pauciora, cum præſertim in Coacis, poſuerit ſolum uomitum, & obſurdeſcere. In quâ re dicendum pũto ob duas cauſſas potiſſimum id feciſſe, una eſt, quia ſub his voluit comprehendere omnes functionum, tàm naturaliũ, quàm naturalium, læſionum, altera eſt, quoniã hęc ſola ſunt propria ſymptomata, quæ ileum grauem ſolent comitari. In Coacis non ſic, quia ea non ita exacta doctrina. (*In ileo*:) Hic morbus inteſtinorum frequenter cõmemoratus inuenitur, apud Veteres, & præſertim apud Hipp. apud quos cum nuſpiam reperiatur nominatus colicus affectus, fit vt credam ſub ipſo leo fuiſſe cõprehenſum, eò maximè, quod Plinius, lib 26. c. 1. ſcribit dumtaxat Tyberij tempore primũ cœpiſſe nominari colicã paſſionem, cui etiam atteſtatur Celſ: lib. 4 c. 13 habuit autem Ileus cõplura nomina chordapſos, voluulus tormentũ, & apud aliquos barbaros

Connexio.

Dubit.

Solut.

barbaros miſerere mei quaſi affectus ſit omni miſericordia dignus. Eſt tumor obſtruens cum dolore inteſtina modo craſſiora, modo gracilia adeò, vt fæces nequeant aluo egredi, ſed per os reijciantur, fit autem tumor modo à ſanguine & eſt inflammatio exitialiſſima, modo à pituita, aliauè materia, Hunc ergo affectum tamquam ſatis grauem ſolent comitari complura, & ipſa grauia ſymptomata, quorum præcipua quatuor enumerantur hic ab Hippocrate uelut. (*Vomitus*) de quo loquens Galenus ait hunc tum accidere, cum iam ægri exitialiter ſeſe habent, nam tunc verè conſumatus eſt morbus, cum nil infra prodit, ſed reſtagnant excrementa in ſtomacum (quæ eſt ilei proprietas inſeparabilis) ubi facultatem expulſiuã irritantia uomitum faciunt. Verum ſi excrementa in ſtomachum impulſa non modo illius os, verumetiam tunicis tenaciter inhærentia lædant. (*Singultum*) producunt, quem eſſe adhuc deteriorem uomitu non eſt dubitandum, quippe qui indicat totum ventriculum lædi, quia quoniam interdum ſolus patitur, interdum uerò paſſionem alijs partibus communicat, & præſertim cerebro, iccirco alia quoque mala conſequi conſueuerunt; nam ſi anterior pars lædatur, ipſius imaginatio, atque diſcurſus offenduntur, vnde παραφροσύνη, ideſt (*Delirium.*) Sequitur, atq; tunc maximè, quando morbus à tumore inflammatorio gignitur, à quo vapores feruidi in cerebrum ſublati, ipſiuſq. temperamentũ euertentes conſequenter operationes vitiant, ſin autem læſio oris uentriculi cõmunicetur parti poſteriori eiuſdem cerebri, ubi neruorum initium collocatur, cæteri nerui ab illo ad ſeſe tracti, & cum ipſis muſculi conuulſionem inducunt. Atqui dubitatur? quomodo poſſit lædi cerebrum morbo inteſtinorum, cum dixerit Plato in Timeo diaphragma inter cerebrũ, & inteſtina, aliaquè uiſcera naturalia fuiſſe collocatum, ne ab ijs ubi anima brutalis tanquam ad præſepta uincta eſt, poſſit mentem lædere, Reſp. id eſſe intelligendum de homine in ſanitatis ſtatu conſtituto non autem de ægris in quibus natura cogitur multa facere præter illius inſtinctum. Itaq; uere concludit Galenus hęc omnia mala fieri in ileo, quoniam inteſtinorum facultas expultrix cupiens ſtercora diutius retenta, ob idquè maximè moleſta depellere ad conſuetas uias earum obſtructione impedita, ſurſum eadem pellit uiolenter, unde prędicta conſequuntur, quod quidem iure ab Hippocrate malum eſſe dicitur, tum quia magnum, & ſatis grauem eſſe affectum ſignificat, tum quia omnes uires neceſſario ſub hiſce malis ingentem ruinam ſubeunt. Itaque utilis eſt aphoriſmus dumtaxat ad prædicendum poſtquam Ileus, ubi coniunctus eſt, tot alijs malis nullam curationem admittit, Et Galenus 3. de loc: aff: cap. 2. dicebat neminem ab ileo euadere, qui uomat ſtercora, unde multo minus ſi uomitui iungantur ſingultus, uel deſipientia, uel conuulſio. Et certè indicium magni mali eſt, ubi ab inteſtinis tanto interuallo ab ipſo cerebro diſſitis affectus illi adeo communicatur, ut delirium, atque conuulſio ſuccedant.

Ilei proprietas propria quæ.

Dubit.

Solut.

Vtilitas aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 739 sur 867

11 *Morbo laterali, inflammatio pulmonis, malum.*

PERGIT Hippocrates tractare de morbis, qui alijs morbis ſuccedũt, non tamen priori ſanato, cuiuſmodi ſunt pleuritis, & peripneumonia. Nam vt ait Hippocr lib. de affect: & poſt ipſum Aretæus libro de curat: acut: cap. 10. necnon Galen 4. de cauſſis puls: 8. 12. facile eſt, vt pleuritidi ſuccedat peripneumonia, licet non facile ſit, vt curata, & mutata tota in eam pleuritis aboleatur, quæ fuit (vt ego puto) cauſſa propter quam Hippoc 1. de morbis non longe à principio loquens de morbis, qui in alios mutantur, nullam fecit mentionem de mutatione pleuritidis in peripneumoniam, quaſi ſuccedat quidem pleuritidi peripneumonia, & non mutetur ea in hanc, ideſt ex illa extincta hæc fiat: Eſt ergo Hippocratis ſcopus in præſenti aphoriſmo docere exemplo pleuritidis ſuperuenire etiam morbis acutis morbos alios acutiores, atque tunc perniciosũm eſſe valde. Ex quo facile eſt intelligere præſentem ſententiam eſſe prognoſticam ſimplicem, atque indiuiſibilem. (*In pleuritide,*) hæc forma loquendi Hippocratis ſatis manifeſtat ſe loqui de ea peripneumonia, quæ ſuperuenit in pleuritide, hoc eſt ea adhuc durante, nec finita, vnde non ſatis appoſitæ Celſus lib. 2. cap 7. dixit poſt lateris dolores vitia pulmonum, ſi tamen hunc aphoriſmum facere latinum intendebat, (Sed multo melius Galenus, qui poſtquam dixit in aliquibus contextibus reperiri uocem) κακὸν, ideſt malum, in aliquibus non, maluit legendum (*malum,*) atque Hippocratem loqui non de mutatione morbi in alium morbum, Sed potius de ſuperuenientia, quamquam vere quoq; dixit facilius eſſe, vt pleuritis mutetur in peripneumoniam, quam in pleuritidem peripneumonia, quippe quæ ſi ſalutaris ſit per ſputum expurgetur abſque vlla membranarum laterum offenſione, ſin verò exitialis ſit prius interimat, quam inflammatio antedictis membranis communicetur, eo quod impedita via ſpirandi cito ægri ſtrangulentur, ſicuti rarum eſt, quin pleuritis interimat medio inflammationis pulmonis, nempè quæ facile ſuſcitatur inflammata aliqua latebra cingente membrana, tum ob caloris magnitudinem tum ob pulmonis laxitatem, tum ob ſanguinis redundantiam. (*Malum:*) Hæc uox licet plerumq; videatur, aliquid minus, quam (*læthale*) ſignificare, nihilominus in præſenti videtur ſignificare id quod omnium peſſimum eſt, cum & ut cauſſa, & vt ſignum malum ſit, morbum morbo adiungi, vt dicebat Hippoc. lib de affect. penus vbi morbus, qui adiungitur eſt priore deterior, peſſimum vbi id fit uiribus iam fractis, vnde cum peior ſit inflammatio pulmonis pleuritide, atque vbi huic illa ſuperuenit, iam vires ſint admodum attritæ ab antecedente graui morbo, non eſt dubitandum, quin ſit peſſimum, atque cito mortem afferat, ea propter mihi videtur ſuperuacaneum inueſtigare an deterius ſit pleuritidem ſuccedere peripneumoniæ, an è conuerſo peripneumoniam pleuritidi, quamquam Gal. 5. in 6. Epid. dicat ſecurius eſſe, & rarius ut peripneumoniam ſequatur pleuritis, quàm è conuerſo, ut pleuritidem peripneumonia, Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum tum uulis quoq; ad docendum medicos, ut uigilent ne ex pleuriti-

Connexio.

Scopus.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 740 sur 867

©BIUM

de fiat peripneumonia, quod fit adhibitis cito conuenientibus remedijs pro ipsa pleuritide persananda.

---

12 *A pulmonis inflammatione phrenitis, malum.*

QVOD parti vicinæ communicetur ab alia parte laborante morbus, vel symptoma quodpiam haud mirum est, sed forsan aliqua admiratione dignum videri posset, quod in longinqua parte possit superuenire: ea propter Hippoc. huius superuenientiæ exemplũ allaturus, accepit phrenitidem, quæ est passio cerebri superueniens phrenitidi, quod malum esse dicit, vt præsens sententia tota sit prognostica aliqua etiam ex parte curatoriam respiciens, est enim breuissima simplicissima, & indiuisibilis. (*In peripneumonia.*) Primo libro de morbis declarans Hippoc. qui morbi in quos mutentur ait morbum lateralem transire in febrem ardentem, phrenitidem in pulmonis inflammationem, ex pulmonis inflammatione non fieri febrem ardentem, ex quibus verbis duo speculatione digna occurrunt. Vnum est: Cur pleuritis conuertatur in febrem ardentem non autem peripneumonia, Alterum est cur Hippocrates non dixerit ibi conuerti peripneumoniam in phrenitidẽ, vt hic dicit. Sed tãtum phrenitidem in peripneumoniam, & quæ sit caussa propter quam ex peripneumonia fit phrenitis. Circa primum puto dici posse vbi facta est inflammatio pulmonis, totum fere sanguinem bilioſum crassiorem esse collectum circa pulmones (etiam si fiat huiusmodi inflammatio à pituitoso sanguine plerumquè, vt ait Galenus quarto de caussis pulſ: cap. 12.) ibiquè putrescentem facere inflammationem vna cum febre acuta, cumquè vera febris ardens fiat ex bile putrescente in venis magnis circa viscera, ideò non suppetere illis in partibus materiam, quæ faciendæ ardenti sufficiat: contra autem vbi febris ardens est facta cum copiosa materia bilioſa in uasis magnis circa uiscera flagret, facile in ipsis pulmonibus qui semper bilioso sanguine scatent, incendium communicatur, sicq́ inflammatio suboritur, attracto etiam pituitoso sanguine, & simul computrescant, quæ etiam est caussa propter quã ex pleuritide fit peripneumonia, vt supra ostensum est, quòd scilicet ob viciniam loci incalescat sanguis pulmonum, isquè feruens è uenis profundatur, sicquè in substantia pulmonis collectus, & putrescens inflammationem producat, quemadmodum etiam producere potest, si ex inflammatione lateris trãsudet sanguis pituitosus in pulmones, ibiq́. collectus inflammatorium tumorem pariat: nam scio dubitatum esse an peripneumonia fiat quoq; à bile, verum hac de re nũc nõ est disceptandum, cum à Cardano sit disputatum lib. 11. Contrad: 7. Circa secundum dicere conuenit, etiã si Hipp. non dixerit peripneumoniam conuerti in phrenitidem, non tamen propterea id negasse, quin interdũ fiat: nam sat sibi fuit de quibus magis dubitandum erat proposuisse, non tamen de quibus minus, siquidem satis manifestum videtur esse ob communionem pectoris cum cerebro posse vapores feruidos, & copiosos, vt ait Gal. in cõm: mitti in cerebrũ, qui illius tẽperamentũ violantes delirũ faciãt, & ex delirio verã phrenitidẽ, vt quoq; de pleuritide Gal. scripsit quarto libro de caussis pulsuum capite octauo, vbi sermonem habẽs de pleuriticorum pulsibus scribit: numquam fieri in pleuritide, & peripneumonia,

Not. 2.

Ad 1.

Ad 2.

vt caput

vt caput non lædatur, quod humorum putrescentium in inflammationibus suscipiat fuliginem, qui humor si sit biliosus, mordicat, erodit, irritatquè cerebrum, ita vt ad delirium perducat, quæ etiam ratio in præsenti commentario, vt dicebam à Galeno proponitur, quamquam possumus etiam dicere raro fieri ex peripneumonia veram phrenitidem, propterea quod frequentius fit inflammatio pulmonum ex sanguine pituitoso, à quo crassi vapores, elati potius lethargum, atque delirium, quam veram phrenitim, quæ fit ex sanguine bilioso inducunt. Vtilis est aphorismus non modo ad prædictiones in peripneumoniam faciendas, verum etiam ad monendos medicos, vt cerebrum tueantur, ne læsum à vaporibus feruidis ascendentibus delirium, & phrenitidem faciat, siquidem malum est, omne delirium, & vt signum, & vt caussa, præsertim verò phrenitis propria, & vera, de qua sicut & de quolibet alio delirij genere posse Hippocratis verba interpretari non dubito. *Vtilitas Aphor.*

---

13 *Ab æstibus fortibus, conuulsio, aut distentio, malum.*

QVOD hic enarrat rarò contingit: attamen credibile est ab Hippocrate fuisse uisum, atque obseruatum, & ob id voluisse etiam posteris indicare inter alia prognostica: neque enim dubitandum est, quin sententia sit tota prognostica sine ratione, diuisibilis in duas partes, prout duo mala commemorat superuenientia magnis æstibus nempè conuulsio, & tetanus (*In magnis æstibus.*) Vocem κάυματα vsurpatam hic ab Hipp Corn. Celsus lib. 2. cap 7. interpretatus est magnos corporis feruores. At Galenus in comm: duo animaduersione digna ait, Vnum est Marinum satis grauem aphorismorũ interpretem loco dictionis (ἐπὶ κάυμασι) maluisse legere (ἐπὶ τράυμασι, idest in vulneribus magnis,) quam lectionem comprobabat ex subsequente aphorismo, vbi de simili re tractatur, hanc autem lectionem, licet improbandam, nec recipiẽdam dixerit: Attamen maiorẽ aliorũ veterum interpretum parte potius, quam ipsum sequi maluit adhærendo lectioni, (ἐπὶ κάυμασι.) Alterũ est disensisse in significatu eius vocis tradẽdo, quandoquidem alij dixerunt significare vehementem aeris ambientis æstum, quo pacto vsurpauit Arist. in lib. meteorol: Alij magnas febres, Alij cauteria, atque escharas, quas medici facere consueuerunt, Atque hos omnes verum dicere affirmat, cò quòd cuncta prędicta solent conuulsiones, ac tetani dirissimi concitari, ob immensam siccitatem; Verum, vt libere fatear, ipse quoque cum alijs sentio, uocem illam tantum esse exponendam pro febribus magnis, & ardentibus, in quibus præsertim dum ægri sunt morti proximi tota die obseruamus conuulsiones fieri, quas alias solet Hippoc. appellare tremores. De aere ambiente miror, quomodo Galen. non repudiauerit eam interpretationem, quoniam si verum esset ab eo etiam æstuosissimo fieri posse conuulsiones, ac tetanos, sub plagis orientalibus, & occidentalibus, vbi corpora torrentur præ æstu insupportabili, deberent corpora cuncta esse cõuulsa, quod tamen à nemine obseruatum, vel proditum habetur, etiam si alioquin pili eorũ corporum prę summo squallore fiant tortuosi, & veluti, vt uocat Arist. 5. de gen: anim: c. 3. & 24 probl 4. in Aethiopib. neq; enim intestinus semina-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 742 sur 867

©BIUM

lium membrorum humor, poteſt adeo abſumi, vt conuulſionem faciat, quod appoſitiſſimè dixit Ariſt 1.prob.ſectionis vltimę, vbi quęrens rationem, quamobrem à ſole candefit cera, nigreſcunt autem corpora horum, ait eſſe quoniam à ſole vritur extima pars corporis tantum carnis verò humiditas minimè abſumitur. Prætereà quod Hipp. non loquatur etiam de cauterijs, & eſcaris illud mihi facile perſuadet, quoniam ab his tantum male adminiſtratis fiunt conuulſiones. Hipp. autem hic ſcopus non eſt docere mala, quæ eueniunt ob errores medentium, Sed dumtaxat vi morborum. Itaque verum eſt à magnis febribus produci conuulſiones, & interdum, (Sed rarius) diſtenſiones. Quomodo autem à magnis febribus fiant conuulſiones non eſt ita facile explicare, ſi quidem ſi fieret ratione ſiccitatis, deberent, qui maraſmo aliquo occupãtur conuelli cum tamen nemo aliquid tale patiatur, Vt dicendum ſit non ratione ſiccitatis, ſed quia à uaporibus acribus mordentur nerui, & eorum principia, ſicquè ſequitur cuiuſmodi malum. Verum eſt, quoque id eſſe malum, ac valde perniciosum, tum quia ſignificat magnas inanitiones, atque ſiccitates, tum quia atterunt magis uires, ac ocius exitium afferunt. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum, necnon ad docendos medicos, vt vigilent ne in febribus ardentibus ſequantur conuulſiones, & ego vbi initia mali ſentio, ſtatim nucæ vnctionibus accommodatis ſuccurrendum eſſe præcipio.

Vtilitas Aphor.

---

14 *In capitis ictu, obſtupeſcentia, & deſipientia, malum.*

VT Hipp. in cunctis quantum fieri poteſt ingenia medicorum exerceret, de ſuperuenientibus ſymptomatibus tractationi inſtituę voluit, quoq; adiungere, quæ ſuperueniunt morbis ab aliqua cauſſa externa factis, & accepit potius exemplum capitis percuſſionum, quoniam his maxima, & omnium euidentiſſima mala contingere conſueuerunt, qđ itaque dicit eſt, percuſſionibus ſi ſuperueniat ſtupor, vel delirium malum eſſe, quę ſententia prognoſtica eſt, ſimplex, & in duas particulas diuiſibilis, (*In percuſſionibus.*) Plagæ capitis ſolent omne genus morborum in ipſo facere, vulnera contuſiones, & conſequenter intẽperies producere, à quibus poſt modum ſymptomata diuerſa oriri conſueuerũt, & mortes, ut non ſolum dixit Hipp. in libello de vulneribus capitis, verum etiam luculẽtiſſimis exemplis cõprobauit in lib. Epid: fiunt autem plagę caſu, gladio, lapide, ligno, quin etiam ſola manus vola, ut contigit famulæ relatæ 5 Epidem: quam uola manus in capite percuſſam interijſſe multo poſt memorat. (*Stupor*) Corn: Celſus lib. 2. cap. 7. proponens hanc ſententiam tacuit ſtuporem, & ſolius delirij meminit, forſan quod in illius contextu ita ſcriptum eſſet, Verum quia & hoc ſymptoma ſæpenumero ſequitur capitis percuſsiones, non dubito quin ab Hippocrate fuerit propoſitum, quomodo autem dignoſcatur ἔκπληξις, & παραφροσύνη docet Galenus ſcribens delirantes deprehendi operationibus, & ſermonibus ab omni ratione alienis, ſtupidos uerò eo, quòd occulis, quidem apertis, ſed quieti, & taciturni manent, perinde atque illi, qui aliquid metuentes mali uelut attoniti manent; Cur autem hoc contingat Galenus ſolam cauſ-

Connexio.

Scopus.

ſam

©BIUM

ſam dixit, quia cerebrum eſt domicilium animæ facultatum, & certè, quid Péripatetici poſsint contra medicos hac de re dicere, non facile habent. cum ad læſionem cerebri ſtatim animę operationes lædi quotidiana experimenta doceāt, Cæterum quomodo ex percuſsionibus potiſsimum fiant ſtupores in aliquibus partibus, vel etiam in toto, oportet uideamus, Nam ſtupor cum ſit debilitas quędam ſenſus, atq; interdum motus, fiant autem huiuſmodi operationes opera ſpirituum facultates deferentium vſque ad nucæ originem, vnde deinceps ad modum irradiationis diſtribuuntur per vniuerſum corpus, fit ut impedito ſpirituū ad nucam tranſitu, atque inde ſublata facultatum illuſtratione, ſimul ſuſtollantur, & ſenſationes, atq; motus, vel ſi non penitus illa diſtributio, & illuſtratio auferantur, ſed dumtaxat minores fiant ſic quoq; & ſenſus, & motus minuantur. Cum ergo percuſſo capite interdum contingat vt fiat fractura interius etiā ſi non appareat extra, interdum vero ſola compreſſio neruorum circa principiū eorum, aut ad idem tranſmiſſo aliquo humore, vel ſanguine ipſi nerui craſſefiāt, ſequitur, ut ſpirituum, atq; illuſtrationis tranſitus impeditus, conſequenter ſenſus, & motus operationes impediantur, haud ſecus quoque delirium percuſsiones capitis interdum ſequitur, quod cerebri temperamento violato eius operationes principes, quæ ab ipſo temperamento oriuntur, conſequenter lædantur, atque inde delirium ſequantur, quæ omnia mala ſunt non modo, quia ingentem cerebri læſionem ſignificant, verum etiam, quia aliorum malorum cauſſæ exiſtunt, & mortis, nec dubitandum eſt, quin vel alternatim, vel ſimul eſſe poſsint prædicta duo in capitis percuſsionibus, quemadmodum etiam eſſe poſsunt capitis percuſsiones abſque his, vt in quarto, & quinto Epid: relatum eſt de multis, qui ex capitis vulneribus interierunt, abſque obſtupeſcentia, aut delirio, adeo vt non ſit neceſſe in cunctis capitis percuſsionibus huiuſmodi duo ſymptomata fieri, verum vbi fiunt, neceſſe eſt mala eſſe, & vt ſigna, & vt cauſſa, ſicuti demonſtratum fuit. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictiones, & ad monendum medicos, vt diligentia auertant huiuſmodi mala.

Stupor, quid.

Vtilitas Aphor.

---

15 *A ſanguinis ſputo puris ſputum, malum.*

Connexio.

ET hic aphoriſmus eſt ex ijs in quibus Hippocr. docet, quid expectandum ſit vbi aliquod ſymptoma alteri ſuperuenit, in qua tractatione fuit præter conſuetudinem admodū prolixus forſan, quia innumera penę ſunt genera ſymptomatum ſuperuenientium, quæ valde intereſt ſcire adhoc, vt certum iudicium fieri queat, propter quod Praxagoras integrum de his librum conſcripſit, eſt ſententia prognoſtica, ſimplex & indiuiſibilis: (*A ſanguinis ſputo*) pro ſputo capi ab Hipp. quicquid per os reijcitur, ſiue cū tuſſi, ſiue ſine tuſſi in Hipp. œconomia ſatis firmū decretū eſt, Verū hoc in loco accipi pro eo ſputo, quod fit cū tuſſi, ſi quidē, vt bene ait Gal. haudquaquā omnē ſanguinis ſpuitionem ſequitur puris expuitio, ſed illam dūtaxat, quę fit à pulmone, & conſequenter, cū tuſſi, q̄ plane eſt neceſſaria ad hoc, vt quę ſunt in pulmone cumulata excremēta educātur, Cauſſa propter quā à pulmonib. pus reijciatur eſt, quoniā, ſiue fluat sāguis

à capite

à capite per os, siue à uentriculo, non potest tamdiu ibi detineri, ut conuertatur in pus, & si forte in stomaco retineatur potius in grumum, quam in pus cõuertitur, cũ ille locus haud ita calidus sit, quemadmodũ pectus, & pulmones (*Pus*) sequitur autẽ pus, sanguinis sputum, haud vmquã statim: sed interdũ citius interdum tardius; neque tamen semper, quandoquidem non numquam accidit, vt paruum vulnus factum, aut sponte coalescat, aut ope remediorum, ex quo cuitatur puris generatio, Verum si vulnus nullo modo coalescat, incipit sanguis, aliusuè succus putrefactus ex ipso ulcere manare, & quamquam alias dixerit Hippocrates omnem sanguinis ab ore exitum malum esse, nihilominus, nunc dicit peculiariter esse: (*Malum,*) quando post ipsum sequitur, siue cito, siue tarde pus, eo quia signum est ulcus pulmonum, uel pectoris iam putridum euasisse, cumquè necesse sit, quod putrefactum est educi, idquè sine tussi fieri non possit. & tussis magis, atque magis ipsum vulnus referet, nec umquam coalescere permittat, fit ut non modo malum, verum pernitiosum, aut potius exitiosum sit, quẽ admodum Gal. lib. 5. Meth. disertè satis indicauit. Vtilis est aphorismis ad prædictionem, & ad docendum medicos, vbi sanguis ex ore per tussim educitur, ut diligenter, & cito vulnus per sanare conentur, priusquam fiat ulcus putridum, ac pus exeat.

Vtilitas Aphor.

---

16 *A puris sputo phtisis, & fluxus, cum verò sputum retinetur, moriuntur.*

Connexio. HIC atque etiam in superiori non tantum docet Hippocrat. quid sit prædicendum, vbi symptoma symptomati superuenit, verum etiam, quod symptoma sequatur aliud necessario; veluti quod vbi à pulmonibus, per tussim sanguis reijcitur; sequitur quasi necessitate quadam, puris generatio, atq; hanc tabes, & tabem mors. Istud enim, & apud medicos est probatissimum, atque vsu quotidiano satis compertum; Vnde præsens sententia non solũ prognostica, sed & diagnostica est simplex tamen, sed absq; ratione, sed diuisibilis in duas partes, quarum prior est. (*In puris sputo:*) Secunda est. (*Cum autem sputum;*) Et quantum pertinet ad primam; Galenus nil aliud dixit, quam φθίσιν hoc in loci uocauit Hippocr. eam vocasse Athenienses φθοήν, ac nil aliud esse, quam totius corporis consumptionem consequentem vlcus pulmonis cum febre; Cæterum videre oportet circa hanc primam partem, quæ sit causa huius ordinis, scilicet vt fiat post puris sputũ tabes, deinde, quid Hipp. intelligere uoluerit, sub uoce (φῖσις,) Quod spectat ad primum ipsemet Hippoc. lib. 1. de morbis longa satis oratione explicare conatus est, cuius summa hęc uidetur esse, præter causas externas, nempè aerẽ, & laborem, contingere, ut pulmones ulcerentur à bile, atque pituita ad ipsos defluentibus, unde febres accenduntur, à quibus pituita continuo deffluens in pus conuertitur quemadmodum: & sanguis, tusses frequentes infestant, calorquè natiuus admodum uiolatus corpori alendo sufficere nequit, sicquè illo contabescente, tandemquè fluxu alui superueniente mors ineuitabilis succedit, & quamquam fit etiam puris spuitio absquè sanguinis fluxu præcedente, attamen semper reiectionem sanguinis copiosam

Diuisio.

Φθίσις, quid.

pioſam per tuſſim ſequitur puris excretio, & hanc corporis totius conſumptio, quemadmodum dixi. Circa ſecundum Galenus putauit nomine fluxionis Hippoc. alui fluxum, vel capillorum defluuium intellexiſſe, tum quia hæc duo ſolent contingere, defluuium ſcilicet ob immenſam totius corporis, & præſertim cerebri ſiccitatem, alui verò fluxum ex facultatis retentricis imbecillitate, aut potius ex pituitæ à capite in ventrem deſcenſu, vt primo de morbis dixit Hipp. Tum quia 5. aph 12. Hipp. hoc idem dixit de capillorum defluuio, atq; alui fluxu. Cæterum fuerunt alij, qui minimè putarunt uocem (ῥῦσις) id ſignificare, tũ quia Hipp. pro defluuio capillorum nũquam inuenitur uocem ῥύσεως, i. fluxus ſimpliciter vſurpaſſe, tum quia in ſecunda parte aphoriſmi opponit retẽtionem puris, quaſi voluerit, pro fluxu ſimpliciter prolato non aliud intelligere, quàm copioſam puris excretionem, Verum huiuſmodi explicatio haudquaquam mihi probatur, quoniã nil noui ſignificaret, cum vox puris ſignificet ipſius excretionem, & ſi id voluiſſet Hippoc. ſignificare, æquum erat, vt anteponeret uoci, (φθίσις,) præterquam quod non eſt is ordo, ut prius fiat tabes, deinde copioſa puris expuitio, ſed potius contrarium euenit, ſi tabem antecedat copioſa puris excretio, itaq; multo mihi accommodatior uidetur ipſius Gal. interpretatio vtpotè, quæ conſona ſit ſententiæ, 12. quinti libri, neq; valet ibi Hipp. ponere fluxũ alui, & capillorum, vt extremum ſignum, non autem hic, quoniam hoc in loco ſcopus Hipp. fuit potius docere ordinẽ ſuperueniẽtium ſymptomatũ, quam aliud. Poſſumus etiam dicere pro fluxione accipere Hipp. fluxum materię prauæ à cap. quem ſcribit hoc 7. aphor. 74. etiam in phtyſicis fieri. Sequitur ſecunda pars, quæ eſt (*Cum autem*) cuius partis ſenſus eſt, cum ſputum quocumque modo retinetur, mori, quaſi hic ſit ordo ſymptomatum, ſanguinis ſputum, puris ſputum, tabes, fluxus alui, & capillorum retentio ſputi, & tandem mors; Etenim retentio ſputi nõ modo eſt ſignum, verum etiam cauſſa mortis, nam ſignũ eſt, quoniam ſignificat facultatem expulſiuam, cuius inſtrumẽtum præcipuum eſt calor natiuus, eſſe pene ex toto extinctam, eſt quoque cauſſa, quoniam in pulmonibus retentum pus in dies deteriorem qualitatem acquirit, ſicq. & pulmones, & cor magis, atq; magis lædens exitiũ affert, eò maxime ſi ab initio morbus negligatur, Gal. in 5. meth. cap. 13. & 14. de ſanguinis ſputo pręclare differens teſtatur ſeſe mulierem nobilem, atq; iuuenem penitus ab hoc malo liberaſſe, quod prima die ſeſe ipſius curationi tradidiſſet, alioquin poſt quartam, aut quintam diem fieri ulcera inſanabilia, & maxime ſi ſanguinis reiectatio originem habuerit, à ſalſa, & acri deſtillatione, quamquam non ſemper hæc excedit, & ſanguinis fluxum facit, præſertim in ſenibus, quorum vaſa duriora ſunt, quàm vt corrodi poſſint, hoc enim intellexit Hipp. quando in lib. 3 aph. dixit à 18. anno ad 36. fieri ſanguinis reiectationes. Vtilis eſt aphoriſmus ad prędictiones faciendas in ſanguinis ſputo, & ad docendum medicum, quando capienda eſt horum curatio, & quid primum debeat facere, ſcilicet ſanguinem ſupprimere ne pus ſequatur, quod feciſſe Gal. loco nuper citato apparet. *Ad 2.* *Vtilitas Aphor.*

17 *In he-*

©BIUM

17 *In hepatis inflammatione singultus, malum.*

Connexio. ET hic aphorismus est eiusdem generis cum superiore, cum vterquè de su-
Scopus. peruenientè symptomatę morbis viscerum tractet, nam Hippoc nil aliud docet, quàm vt medici sciant, quid sperare, vel timere possint, vbi inflammationi iocinoris superuenit, aliquod aliud symptoma, & pro exemplo accepit singultum, quippe qui videri alioquin posset non adeo exitialis, sicuti suaptè natura solet esse salutaris; est itaque sententia prognostica, simplex, & indiuisibilis. (*In inflammatione*) Quam nostri dicunt iocinoris inflammationem duobus verbis, vnicæ tantum appellant Græci ἡ πατίτηδα, sicut ἡ πατικοὶ dicuntur, qui hepatis inflammatione, & consequenter simul febre laborant, atque hoc videre est sæpius in Coacis prędictionibus, & alibi, quamquam à recentioribus inueniãtur vocati hepatici, qui citra vllum alium manifestum affectum iecur debile habent, idquè docuit Gal. 8. de medicam: local: Iam verò iocinoris inflammatio huiusmodi nihil aliud est, quàm tumor calidus, siue vt ait Auicenna apostema calidum in ipsius iocinoris corpore factum cum duritie, dõlore, atque febre; cuius materiæ caussa est sanguis in aliqua illius parte collectus, & flagrans, nam vt dicebat Gal. 4. de caussis pulsuum, à materia pituitosa, vix potest tumor in iocinore gigni, quippe quod calidum cum sit prius dissipat, & absumit humanum, quàm in tumorem vertatur, contra verò quia semper sanguine exuberat, facile solet, & præ illius copia, & præclare modo caussa aliqua externa accedente, modo sine, inflammationem facere. (*Singultus.*) Vbi iecur inflammatur, potest singultus aboriri tum ob aliquas caussas extẽtnas, tum ob vitium ipsius inflammationis, sed de hoc postremo loquitur, Hippoc. qui à priori dignoscitur ob perseuerãtiam, si quidẽ factus ab errore externo cito sublata caussa tollitur. Iam vero cur ab inflammato iocinore singultus fiat Galen. in comm: tres caussas proponit vnam, quam dicit fuisse quorumdam interpretum, nempè compressionem ipsius stomachi factam à tumore visceris proximi, & eum contrectantis ob quam compressionem flatus prohibiti ab exitu è ventriculo illum veluti lancinantes motum præternaturalem edunt, Sed hæc caussa licet, non sit refutata à Galeno tamen non videtur consona, quod singultus ab humoribus impactis fiat, vel à siccitate ructus autem à flatibus, Aliæ duę caussæ à Galeno propositæ multo accommodatiores sunt, quarum prior est cõmunicatio neruorum, qui cum breuissimi sint, vt scribit Hipp. ea in parte tunc dumtaxat fit singultus ex communicatione iocinoris, quando ipsius inflammatio, & maxima, & deterrima est, altera caussa est copiabilis, quæ in inflammato iocinore genita, indequè in ventriculum refusa, eumque vellicans acriter singultus, vt excitetur efficit, Sed si ita est, vt tunc solum modo singultus fiat in inflammatione iocinoris, quando ea maxima, & dirissima est, quomodo igitur C. Celsus lib 2. cap. 7. dixit singultum esse signum inflammationis iocinoris? Respondendum est tres conditiones eum scriptorem apposuisse, quæ vbi adsunt, vere singultus significat iecur inflammatum, vna est, vt sit frequens, alte-

ra, vt

ra, vt sit continuus, tertia vt sit præter consuetudinem, cum enim causſa singultus sit proxima stomaco, in quo generationem habet, atque ea causſa permanens sit, non modo frequentiam passionis, verumetiam continuitatem facit, quæ si sit patienti consueta, vt solent aliquibus contingere singultus ob ingluuiem, atque plenitudinem nil aliud malum significant: verum si præter consuetudinem frequentent, & continuent, sanę necessum est causſam propinquam, atque eam habeant grauem, cuiusmodi sola videtur esse iocinoris inflammatio. *(Malum:)* Est autem malus singultus, vt signum, quoniam vt diximus ex Galeno significat maximam: & prauam esse iocinoris inflammationem, quę suapte natura exitialis est, veluti aliæ viscerum inflammationes, est etiam malus, vt causſa, quoniam uires omnes, & præcipuè ventriculi magis, atque magis deterit. Vtilis est porro aphorismus ad prædictionem faciendam non solum in iocinoris inflammatione, verum etiam lienis, alteriusq. visceris, in quibus fit singultus, semper malus est, quod significet magnitudinem affectus tum ventriculi, tum aliarum partium. *Vtilitas Aphor.*

---

38 *In vigilia conuulsio, vel desipientia.*

SCOPVS Hipp. in præsenti aphorismo est docere etiam in functionibus animalibus, superuenire quandoque aliud symptoma, veluti vbi conuulsio, aut delirium superuenit uigilijs, quod non raro accidere compertum est, in febribus acutis præsertim de quibus non est dubitandum loqui Hipp. atque tunc malum esse, adeo vt hæc quoque sententia sit ex prognosticis, simplicissima, atque indiuisibilis. *(In vigilia)* Cornelius Celsus lib. 2. c. 7. si hunc aphorismum transtulit cum scripsit vbi vigilia torsit, neruorum distẽsio, particulam omisſit (*delirium*) nec scio, quare, nisi dicamus, eius exemplari defuisſe, quod etiam vetustissimis exemplaribus contigisſe Galenus testatur, pro vigilia autem non quamlibet intellexisſe Hipp. sed eam tantum, quæ die, ac nocte affligit, ita vt numquam dormiatur, non est dubitandum, Hanc enim omnium pessimam esse dixit Hipp. lib. 2. progn contex 12. vbi scribit pessimum esse non dormire neque noctu, neque interdiu, quoniam aut præ dolore, ac laboribus vigilię fiũt, aut delirium futurum significant, Cur autem immoderatas vigilias, sequatur conuulsio, & delirium, causſas attulit Galenus in comm: vbi scribit uigilias maximam vim habere exinaniendi, atq; exiccandi cumque conuulsio fiat, ut à repletione, sic a nimia siccitate, ob id spasmus quoque à uigilia efficitur, sed dubium est, cur marasmati non conuellantur, in quibus cuncta sunt mirum in modum exiccata, nisi dicamus colliquationem laborantium marasmo præsertim torrido prohibere neruorum exiccationem, aut exiccationem illam fieri paullatim, propterea q. non inducere conuulsionem, illud tamen est ueriſſimum non semper vigilias etiam immensas facere conuulsionem, vel deliriũ, quando Plinius, & Seneca narrant Mœcenatem ob zelotypiam uxoris erga Augustum totum biennium nihil dormiuisſe, verum quod dicit Hipp. est de conuulsione, & delirio, non quod fiant ex vigilijs, sed si post vigilias fiant, esse mala tãquam *Scopus.* *Dubit.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 748 sur 867

ſignum ſit fieri ex inanitione, quæ peſſima eſt, atque ipſam met vigiliam diuturnam cauſſam aliquam internam habuiſſe, quæ potuerit ſimul conuulſionem, atque deſipientiam facere; Quę autem cauſſæ vigilias graues faciant non eſt arduum comperire, primum enim curæ, mærores, ac ſtudia id faciunt, quemadmodum de Mæcenate diximus, & quemadmodum Galenus ſcripſit primo de ſympt: cauſſis cap. 8. Secunda eſt cauſſa calor immenſus, vnde puer ille commemoratus à Galeno ob meracioris vini potum nimium in vigilias incidit, Tertia cauſſa eſt ſiccitas, tàm quæ coniungitur calori, quàm frigori, vnde ſenes vigiles ſunt, vt Gal. 3 aphor. 31. quia licet extranea humiditate abundent, attamen humiditatis natiuæ, atque alimentalis indigi ſunt. Quarta cauſſa eſt ventriculi repletio tàm à cibis, quàm ab humoribus crudis, vbi enim ſtomacus oneratur, haudquaquam ſitum commodum corpus inuenire poteſt, indequè fit, vt huc atque illuc ſeſe vertens ſomnum penitus abigat, præſertim, quando cibi calidiores ſunt. Defluxio quoque præſertim ad fauces & pectus ſomnum eripiunt, imò verò etiam dormientes excitant, veluti vapores calidi, & acres cuiuſmodi bilioſi ſunt. (*Malum*) hanc particulam in aliquibus codicibus defuiſſe teſtatur Galenus, qui ſimul dicit hoc nil referre, quoniam ſiue adſit, ſiue nō, nihilominus ſubintelligitur. Eſt autem malum vt ſignum in vigilia, conuulſio, atque delirium, quod ſicut dicebam ſignificant à peſſima aliqua ex cauſſis internis vigiliam induci, poſtquam in ea duo grauiſſimi affectus ſuboriuntur, Eſt quoque malum, vt cauſſa propterea què ſicut ſomnus adiuuat omnes coctiones, omniaquè naturæ opera, ſic vigilia eadem omnia vitiat, atque perdit ita, vt merito Hippoc. ſcripſerit 2. lib. aphor. ſomnum, & vigiliam ſi modum exceſſerint malum eſſe, nec valet, qd faciat homines voraces, vt Hipp. 6. Epidem. quoniam id de vigilia non valde immoderata, quę ita euacuat, vt appetitum excitet grandem non autem conſumat humiditatem alimentalem. Vtilitas præſentis aphoriſmi non modo conſiſtit in prædictione facienda, verumetiam in monendo medicos, vbi vigilias ægros tentare animaduertunt maxima cura, atque induſtria debere uti, vt ſomnum reſtituant, quoniam vigiliæ maxima ſolent inferre detrimenta, & præcipuè hæc duo ab Hippocrate commemorata, quippe quę licet non ſemper à vigilijs tamquam à præcipua cauſſa inducātur, attamen ſemper fere ſunt cum ijs, atque tunc multo grauiora ſunt.

Vtilitas Aphor.

---

19 *In oſſis exutione eryſipelas.*

CVR Hippocrat. fuerit adeò diligens, & longus in proferendis exemplis ſymptomatum ſuperuenientium, tàm alijs ſymptomatibus, quàm morbis, (quòd forſan in vlla alia re non fecit) ſuſpicari, quis poſſet cauſſam fuiſſe, quoniam, vt ait Galenus primo, atque tertio de crisibus maligni morbi potiſſimum fiunt, ab huiuſmodi ſymptomatibus, vt ſicuti varia ſunt in omni morborum genere, ſic videntur poſtulare exemplorum varietatem, tanquam non adeo certam generationem habeant, Eſt aphoriſmus chirurgicus, prognoſticuſq. ſine ratione, & ſine vlla diuiſione. (*In oſſis denudatione*,) Hic quoque dicit Gale-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 749 sur 867

©BIUM

Galenus præintelligi debere, (κακον,) vt in Vaticano codice reperitur. Quoniam neque semper, neque sequitur ossis denudationem erysipelas, sed vbi sequitur semper malum. Iam verò (ἐρύσιπελας) hoc in loco, non modo significat carnis, & neruorum, verumetiam ipsorum perioστiorum ab ipso osse separationē, atque ablationem, quæ etiam sine erysipelate, semper mala est, quod soleāt ossa, statim sic denudata calorem, quem habent pusillum amittere, ac ob id nigrefieri, & corrumpi, ita vt sit necesse ea abscindere, nisi sponte decidant, vt quandoquè solet contingere. Iam verò Erysipelas non fit ipso osse, sed sequitur eius denudationem, atq; in carne ipsi denudato ossi circumpositа generatur; Caussa verò propter quam fieri solet in his casibus erysipelas, tametsi non prodatur à Galeno ea tamen vera est, quod inter caussas denudationis ossis ab Hippocrate uarijs in locis cōmemoratas ea præcipua est, quando ichores acres, & corrodentes exedunt partes omnes ipsi ossi superiectas, quo in casu cū etiam ad partem affectam confluant ichores bilioſi, non ita exedentes, hi firmati subtus cutem erysipelas inducunt, quòd iccirco malum esse dicit Hippocrates, tum quia signum est denudationem esse factam à prauis, & corrodentibus succis, quæ aliarum caussarum ossa denudantium pessima est; tum quia est caussa, vt denudatio magis serpat, atque ita malum, & periculum augeantur. Itaque ob huiusmodi periculum, tàm prædicendum, quàm euitandum, non parum vtilis videtur præsens aphorismus. *Vtilitas Aphor.*

---

20 *Ab erysipelate, putredo, aut suppuratio, malum.*

CERTE præsens aphorismus non modo antecedenti continuus videtur, verum etiam veluti pars quædam ipsius, tamquam integra vtrorumquè sententia hunc in modum adaptari queat, vt in denudatione ossis malum est, si fiat erysipelas, sic in erysipelate malum est, si fiat putredo, aut suppuratio. Itaq; scopus Hippoc. est docere exitus prauos quos erysipelata habere consueuerunt, ita vt sententia sit prognostica simplex, & indiuisibilis (*In erysipelate*) quāquam duplicem sensum possit hæc oratio habere, scilicet vt intelligatur, vel de erysipelate succedente ossis denudatione, vel simpliciter de omni Erysipelate, attamen Galenus videtur potius secundam interpretationem amplexus, quemadmodum plerisquè alijs placuit, attamen neque prior damnanda est, si Hippocratem faciamus veluti caussam reddentem cur erysipelas malum sit superuenire ossis denudatione, scilicet quia succedit illi erysipelati suppuratio, aut putredo, quæ omnia mala sunt, sed vt dixi etiam posterior interpretatio, & ratione, & experimentis confirmatur. (*Putredo, vel pus*) differre putredinem à suppuratione clarissimum est, quoniam illa fit dumtaxat à calore ambiente, & præternaturali, vt fuit clarissima Aristotelis, & Galeni sententia, hæc verò partim à naturali, partim à præternaturali, sicuti coctio à solo naturali, neque mihi placet eorum opinio, qui existimarunt hic Hippocratem duabus vocibus vti pro vna, atque eadem re, quoniam à grauitate, & consuetudine præceptoris mul- *Connexio.* *Scopus.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 750 sur 867

©BIUM

tum abeſt, vt verba ſine ratione addat, neque valet eryſipelas, numquam ad ſuppurationem accedere, quoniam vt id verum eſt de veriſſima ſuppuratione, attamen quandoque aliqua ſuppuratio fit non ita exacta, in qua plus habet calor præternaturalis, & minus naturalis, quam contingere poſſe eryſipelati non eſt dubitandum, præſertim quando eſt eryſipelas non ſimplex: ſed phlegmonodes, de qua ſuppuratione ſi intelligamus Hippocratem, dubio procul eius grauitati conueniet, tamquam docere voluerit eryſipelati contingere, tum ſuppurationem aliquam, tum putredinem, atque hæc omnia mala eſſe, ſiue loquamur de eryſipelate oſſis denudationi ſuccedente, ſiue vniuerſæ de quolibet alio; Quod enim Galenus breuiſſimis verbis dicit manifeſtum eſſe huiuſmodi ſententiam eſſe intelligendam de malignis eryſipelatibus, in quibus fit putrefactio', & ſuppuratio, atteſtatur quoque illi, quod diximus, nempè non eſſe veram ſuppurationem, quæ ſequitur eryſipelata, & mala eſt, ſed potius ſpuriam, neque verò dubitare oportet, quin interdum Hippocrates nomine ſuppurationis intelligat, non veram, ſicuti ſexto aphoriſmorum vigeſimo vbi dicit, ſanguinem extra venas in ventrem præter naturam effuſum neceſſariò ſuppurari. (*Malum*) hæc particula in compluribus exemplaribus non inuenitur, attamen certum eſt debere ſubintelligi; quamquam etiam haud malus ſenſus erit, ſi totam ſententiam tamquam ſignificatiuam capiamus, perinde ac Hippocrates docere voluerit, Eryſipelati ſuccedere poſſe vtraſquè, ſcilicet putredinem, & ſuppurationem, nam plerumquè, vt ait Galenus decimoquarto Methodi hic affectus, qui cutaneus eſt, & à ſubtiliſſimis ichoribus fieri ſolet, ſola diſcuſſione ſponte, aut etiam medicaminibus curari, Vnde ſi quando non curetur, & malum pergat, ſemper metuendum eſt, quod à deterioribus ſuccis, vel mere bilioſis, vel ſanguini commixtis generationem habuerit, qui minimè in cute firmati, ſed altius carnem uiolantes eam, aut exedant, aut corrumpant, aut putrefactionem, ſeu malam ſuppurationem induçant, ita vt non modo oporteat in curatione ad valde exiccantia medicamina deuenire, verumetiam ad cauſtica, atque ad ignem ipſum, vt habetur à Cornelio Celſo libro quinto, capite vigeſimoſexto. Eſt itaque malum, & vt cauſſa, & vt ſignum vbi Eryſipelas ſequitur putredo, vel ſuppuratio. Eſt autem vtilis, vt ſuperior.

Vtilitas Aphor.

---

21 *A forti in vlceribus pulſu, profluuium ſanguinis.*

Connexio. EST coniunctus præſens aphoriſmus cunctis ſuperioribus, quia de ſuperuenientibus ſymptomatibus tractat, ſed ſuperioribus potiſſimum connectitur, quoniam vt ibi docuit Eryſipelati interdum ſuccedere putrefactionem, ſiue ſuppurationem, ſic in præſenti docet vlceribus pulſantibus vehementer ſuccedere profluuium ſanguinis, ita ut ſit ſententia ſignificatiua,

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 751 sur 867

ſeu prognoſtica ſimplex, atque, ſine vlla diuiſione. (*In vehementi pulſu,*) ex Galeno primo libro de difficultate, & alibi alias monſtrauimus Hippocratem vix nomine pulſus vſum eſſe, quàm in magna alicuius arteriæ, atque adſpectabili pulſatione, & nunc, vt id maximè intelligeretur, voluit adijcere particulam (ἰσχυρῷ.) Et Cornelius Celſus libro ſecundo capite ſeptimo transferens totum hunc aphoriſmum dixit. Vbi uehementer uenæ ſupra ulcera mouentur, ſanguinis profluuium erit; Et miror, quare particula (ἐν) potius transferre uoluerit (*ſupra,*) quàm (*in*) cum uenæ, quæ fuſuræ ſunt ſanguinem, imo uerò, & ipſæ arteriæ tàm in ipſis ulceribus, quàm ſupra ſint, at ſæpius intra ipſa ulcera: Sed hoc tamen non admodum refert, ſiue hoc, ſiue illo modo capiamus quemadmodum etiam poſſumus legere, & cum particula (*malum,*) ut habent aliqui interpretes, & abſquè illa, quemadmodum legiſſe uidetur Galenus, qui frequentiſſimè dixit, ut primo, & quarto de difficultate pulſuum, & ſecundo de locis affectibus, & alibi Veteres pulſum nominaſſe in inflammationibus tantum; Hippocratem vero illud nomen tribuiſſe quoque cunctis arteriarum motibus, qui tàm ab ipſis ægrotantibus, quàm ab aſſiſtentibus percipiuntur, Ariſtoteles verò aliter hanc uocem accepiſſe videtur in libro de ſpiratione, & reſpiratione, vbi etiam palpitationem, ſeu cordis tremorem quandoquè intellexit. Cæterum videndum eſt quo pacto pulſus ſanguinis profluuium futurum indicet ſi vehemens ſit, Galenus ſcribit, & bene, pulſum de quo in præſenti loquitur eſſe moleſtum quendam ſenſum arteriarum notarum, quæ arteriæ, vbi corpus ſanitate fruitur, minimè ab ipſis ægris percipiuntur, etiamſi vehementer moueantur, imò verò nec in cunctis ægrotantibus, nec vbiquè tum quia motus illarum ob conſuetudinem haudquaquam à ſenſu animaduertitur, ſicut dicebant Pythagorici cœlorum harmoniam ab animis illi aſſuetis minimè ſentiri, tum quia ob loci, & ſpaciorum capacitatem, haud percutient muſculos, & neruos, ita vt ipſarum percuſſus percipiatur, Verum vbi partes aliquæ à tumore phlegmonoſo occupantur, ita vt arteriæ ipſarum ſolita, & neceſſaria capacitate priuentur, celerius illæ motæ vehementius ſolito mouentur, atquè acrius ſuperiniectas partes percutientes, triſtem illum ſenſum faciunt, quem non modo Hippocrates in præſenti aphoriſmo, necnon alij medici, verumetiam ipſum vulgus pulſum appellant, qui eſt propriè auctus arteriarum motus, ad quem interdum ſequitur ſanguinis fluxus, quoniam facultas expultrix conata quicquid moleſtat expellere, ita fortiter interdum operatur, ut etiam ipſum ſanguinem profundat, licet non hoc ſemper agat, neque enim Hippocrates hoc dixit nempè ſemper uehementem arteriarum pulſum ſanguinis profluuium ſequi: ſed hoc eſſe unum ex aliquando ſuperuenientibus ſympromatibus ipſis ulceribus, quæ cum habeant venas, atque arterias debiliores, & denudatiores effectas, multo facilius in ijs ſanguis effunditur, ex ipſis uenis, quibus ſemper arteriæ ſunt ſubiectæ, quæ tamen ſi ipſæ ſint, quæ pulſant, tamen ratò ex ipſis ſanguis prodit; Quòd ſint ex pluribus atque ijs durioribus tunicis confectæ ne præ motu facile frangantur; Quod igitur interdum ſanguinis exitus ſequatur vehe-

vehementes in vlceribus pulsationes, fit, quia illo motu venarum ora reserãtur, aut copia ipsius sanguinis ad vlcus ob dolorem attracti, Neque verò placere mihi potest nonnullorum interpretatio, qui existimarunt profluuium sanguinis futurum non ex ipsa parte vlcerata, & pulsante; sed ab aliqua alia parte puta naribus, sede, vel vtero, quoniam hoc minimè artificiosum est, nec euidentem rationem habet, quemadmodum, nec quod alij dixerunt, pro pulsu intelligendum esse non ipsius partis vlceratæ, sed potius cordis, quia licet possit contingere, vt quandoquè in vlceribus cor vehementer cieatur, vbi maximè adest in parte vlcerata grauis aliqua inflammatio, at tota huius occasio posita est in ipso vlcere inflammato, adeo vt non tàm sit culpa adscribenda ipsi cordi, quàm arterijs pulsantibus. Neque dubitare opottet, quin vbi sanguis huiusmodi pulsationem sequitur, malum sit tàm vt signum, quàm vt causa, ac ob id non malę aliqui contextus particulam (*malum*) habeant, licet Galenus illius nullam fecerit mentionem, Vtilis est aphorismus non modo pro facienda sanguinis profluxuri prædictione, verum etiam pro ea præcauenda, siquidem monetur medicus vbi animaduertit in vlceribus magnam pulsationem si putat obfuturum sanguinis in vlceribus fluxum, potest remedijs oportunis occurrere sanguinis missione, cucurbitulis, ligaturis, aut adstringentium, & repellentium medicamentorum, ipsi affectæ parti appositione.

Vtilitas Aphor.

22 *A ventris dolore diuturno, suppuratio, malum.*

Scopus. HIC pariter aphorismus esse potest simpliciter significatiuus, vt dicat Hippoc. dolorem diuturnum circa uentrem sequi suppurationem, potest & esse prognosticus si addatur in fine particula (*malum,*) ut in aliquibus codicibus reperitur, uerum siue hoc, siue illo modo capiatur non admodum interest, cum sit & ipsa simplex, atque indiuisibilis sententia. (*In dolore*;) Duo dicit Galenus oportere semper in sermonibus similibus, scilicet significatiuis, aut prognosticis sub intelligi, adhoc, ut ueri cuadant, unum: Si non committantur ulli errores, sed fiant, quæ debent, alterum: si morbus non sit mortalis, ita ut alia ratione sit periturus æger, His enim duobus obseruatis semper ueræ sunt huiusmodi Hippocratis sententiæ, nempè ubi dolores diu perseuerant circa uentris partes, minari suppurationem, siue bonam, siue malam, Intelligit autem Hippocrates nomine uentris non solum abdomen in quo uiscera naturalia sunt collocata, uerumetiã thoracem, imò uerò puto etiam uentri superiori, ideò ipsi capiti posse id nomen aptari in præsenti sententia, dixit autem circa uentrem, tum ut complecteretur omnia quæ sunt in uentre, tum quia, ut habetur sexto Epidemiorum sectione secunda tex. 40. suppurationibus umbilicus terminus. Cæterum examinare oportet, unde hæc necessitas oriatur, ut omnibus rite administratis, nec ægro perituro dolores diuturni uentris in suppurationem terminentur. Nam Galenus deducit hinc necessitatem ex eo, quod dolores huiusmodi, uel fiunt à refrigeratione, uel ab alia inæquali intemperie, uel à flatib. distẽdentibus, uel à succis acribus, & mordentibus, uel ab aliquo tumore

Not.

inflam-

inflammatorio; Si fiant ab alijs, quam ab hac postrema causſa, haudquaquam diu durare possunt, quoniam refrigeratio à calore uiscerum naturali cito finitur, quemadmodum, & aliæ inæquales intemperies, similiter & flatus nequeunt diu perdurare, quin dissoluantur opera caloris natiui, atque remediorum ex arte adhibitorum, id quod de succis acribus, & mordacibus, qui pariter à facultate expulsiua remediorum ope accedente non possunt diu sustineri, quin è corpore cito pellantur. Solus dolor à tumore inflammatorio diutius perseuerare potest, tum quia materia effectrix crassior, & calidior est, quam vt cito possit consumi à uentris calore, tum quia remedia si sint temperatiora inefficaciter operantur, si uerò sint grauia, & potentia inflammationem magis exacerbant, donec ad suppurationem deueniat, nam is solet esse exitus tumoris inflammatorij, ut cum natura cum non possit dissipare, in pus conuertat, atque ita malum finiat, Quare uidetur hæc esse secundum Galenum germana aphorismi sententia, nempè durante dolore circa uentrem, nec debitis remedijs ulla ex parte cedente, expectandam esse suppurationem, quoniam is dolor fit à tumore inflammatorio. Verum circa hæc nonnulla sunt examinanda, quæ alioquin si indiscussa relinquerentur non exiguas dubitationes parerent. Primum est de quo dolore intelligat Hippocrates, an de magno an de paruo, an de mediocri, Alterum est, qui sit diuturnus dolor de quo loquitur, scilicet quot dierum spacio huiusmodi diuturnitas sit metienda. Tertium est, an uere sit necesse ubi dolor est diuturnus in uentre, adesse inflammationē, quemadmodū Gal uidetur censuisse. Circa primum nō uidetur de dolore magno potuisse Hipp. intellexisse, quoniam ut dixit, quandoq; Seneca magnus dolor, aut cito finit, aut finitur, siquidē natura haudquaquā sustinere potest, ullas uiolentas affectiones, quin succūbat, uel eas superet, atq; depellat, non etiam uerisimile est ipsum de paruo dolore locutū, quoniā dum pus conficitur fiunt, potius magni, quam parui dolores, & vbi fiunt, circa uentrē inflammationes, solent sæui dolores excitari, Itaque rationi potius consentaneum est, eum dolorem esse ab Hippocrate intellectum, qui nec paruus, nec adeo magnus, sed potius mediocris, aut paullo ultra mediocritatem sit; Circa secundum fuit aliquorum sententia hic ab Hippocrate pro diuturno dolore accipiendum esse illum, qui transeat sexagesimum diem, eo quod tumores interni cum febre coniuncti solent, ubi perdurant ad prædictum diem suppurari, aut in scyrrhū conuerti, nisi dissipentur, Verum, quoniam uix usque ad illud tempus perdurant dolores, nec inflammatio ulla tantum temporis permanere potest, quin uel suppuretur, uel dissipetur, uel cruda permanens perimat ægrotantem, placet potius mihi, ut diuturnus dolor intelligatur is ab Hipp. qui transit uigesimum, aut ad summū quadragesimū diem, hi. n. sunt termini constituti ab Hipp. morborū acutorū, inter quos recenseri, quoq; debent dolores cū febre potissimū, quæ solet inflāmationes comitari, Ad tertiū respondendū, qđ ait Hipp. non esse simpliciter necessariū, sed esse contingens, si quidē plerumq; solent dolores diuturni finiri, absq; suppuratione, quēadmodū interdū cōtingit, ut suppurētur, quasi uo luerit Hipp. monere, ut etiāsi dolores diu perseuerēt, nō diffidamus tamen, quin possit suppurari, utrū autē semper mala sit huiusmodi suppuratio, q̄ superuenit

dolori-

©BIUM

doloribus ventris alicuius diuturnis, vt videtur colligi ex ijs contextibus, qui habent particulam (κακὸν) sanè dubitari posset, quia vt dicit Hippoc. 6. Epid. sect. 3. 11. quod suppuratum est non reuertitur, quoniam in suppuratione est coctio, abscessus, & crisis, ex quibus verbis colligitur suppurationem semper esse bonã, sed ex altera parte nulla bona suppuratio fit in materia cruda, & crassa, qualis plerumque esse solet, quæ facit tumores, atque dolores diuturnos, illos inquam non qui per interualla redeunt, sed qui sunt continui. Vtilis est aphorismus ad præcognitionem dolorum diuturnorum, scilicet exitum illorum, qui ut solent desinere interdum in duros, & scyrrhosos tumores, vel dissipari, uel enecare, sic quoque solent aliquando per suppurationem finiri, ob quod monetur medicus, vt licet suppurantibus medicamentis adhibitis tumores dolorifici non statim suppurantur, propterea tamen non debere eum ab vsu illorum abstinere, cum etiam diuturnos dolores sequatur suppuratio interdum bona, interdum mala.

Vtilitas Aphor.

---

23 *A deiectione syncera difficultas intestinorum.*

HIC aphorismus dubio procul est diuersus ab aphorismo septuagesimo primo in quo ait Hipp. (à longa alui deiectione, difficultas intestinorũ) & quem uidetur Celsus transtulisse lib. 2. cap. 7. vbi dixit. Deinde post alui longam resolutionem tormina. Habent aliqui contextus, & hic particulam (κακὸν.) Sed etiam si Galenus eam non significarit, potius laudo, vt addatur, quia dysenteria, non semper ita mala est, quemadmodum quando syncera sequitur alui deiectiones. Est igitur sententia prognostica simplex, atque indiuisibilis, quamquam potest etiam esse significatiua, tamquam Hippoc. monere voluerit, post syncera deiectiones alui expectandam esse dysenteriam. (*In syncera.*) & hoc in loco, & alibi Galenus docuit syncera ab Hippocrate vocari deiectiones, quibus nihil aquosi permixtum sit, siue humor sit flaua, siue atra bilis. Vnde colligitur duas esse syncerę deiectionis cõdiciones, vnam, vt sit humor bilios, alteram, vt sit absq; humore aquoso, propter qđ pituita non potest syncera deiectio nuncupari, cum ei semper commixtus sit aquosus succus, neq; valet etiam melancholiæ semper aquam commiscere, imò verò ob hoc aquam ab Hipp. vocari, & ab Arist. vt monstrauimus in lib. 6. variarum lect: quoniam melancholia naturalis id forsan habeat, facta autem ex alijs adustis humoribus est, quæ caret aqua, & cum ulceret alias corporis partes similiter quoque exulcerat intestina, atque dysenteriam facit, quemadmodum & flaua bilis ab eodem aquoso humore segregata, Sed dubitari potest an pituita salsa possit humor syncerus, & deiectio illius syncera nuncupari, quandoquidem & ipsa interdum dysenterias facit corrodendo sicut uidemus gingiuas quoque, & aliàs partes ab affluente salsa pituita exulcerari. Dicendum est, uere pituitam salsam non esse humorem syncerum, quia numquam ea sola per aluum reijcitur, attamen facit, & ipsa dysenterias non rarò, ac teneſmos: Neque Hippocr. quando dixit post syncera deiectiones expectandam esse dysenteriam, propterea negauit etiam à non syncericis eam fieri, sed dixit id quod frequentius contingit, Etenim, siue

Scopus.

Dubit.

Solut.

pars

pars aquoſa deiectionum bilioſarum comburatur, ſiue ſeparetur, atque ſyncera bilis flaua, nigraue remaneat facile corrodit inteſtina, maximè ſi perſeueret, atque dyſenteriam inducit, quod præciſe voluit Hipp. docere, quoniam etſi etiam abore humores ſynceri interdum euacuentur, non tamen ita corrodunt, aliumquè morbum efficiunt, etiam ſi & id malum ſit, veluti eſt dyſenteria poſt deiectiones ſynceras, quæ non modo eſt mala, vt ſignum denotans humoris exeuntis prauitatem, verum etiam, vt cauſſa, cum producat febres, ac virium deſtructionem, Verum contingit hoc in loco dubium de prauitate dyſenteriæ, quoniam Hipp. quinto libro aphoriſmorum inter læthales morbos ponit fluxum nimium alui in grauidis, quas ait abortiri, At ſecundo prorrhet: ait dyſenterias cruentas longis, & acutis morbis, imò verò etiam grauidis eſſe ſalutares: Niſi dicamus dyſenterias non veras: ſed in quibus dumtaxat exit aluo ſanguis, & de quibus loquitur Hipp. & cum eo Gal. 4 de artic: poſſe grauidis conferre, ſcilicet in primis menſibus, & in illis, quæ nimium ſanguine abundantes periclitantur ne perdant fœtus, ſic enim loquitur de dyſentericis grauidis verba faciens; (Nam & quæ vtero geſtant, etiam ipſæ ſeruantur magis ad partum, & ex partu, & fœtus conſeruant ſanguine, & ſtrigmentis prodeuntibus etiam per multos menſes, niſi dolor ipſis affuerit, aut aliud quoddam malum ſignum ex ijs, quæ in dyſenterijs fieri ſcripſit, acceſſerit.) Ex quibus verbis manifeſtum eſſe poteſt ipſum non loqui de vera dyſenteria, in qua ſemper dolor efficitur ob iugem continui ſolutionem, Vt ob hoc exiſtimem, vel erraſſe Corn: Celſ: vel eius codicem eſſe vitioſum lib 2. cap. 8. vbi totam 2. prorrhetic: ſententiam transferens dixit; (*Acria tormina*) cum ſimpliciter deberet (*tormina*) dicere, nam acria tormina ſunt veræ dyſenteriæ, in quibus fit dolor, & quę mirum in modum cunctis grauidis officiunt. (*Malum*,) vt dicebam hæc particula aliquibus codicibus additur, nec ita malę, quandoquidem dyſenteria vera de qua proculdubio loquitur Hipp. mala eſt, & vt ſignum, & vt cauſſa. Vtilis verò eſt aphor. & ad prædictionem, & ad monendos medicos, vt vbi vident bilioſas excretiones ſolliciti ſint in proſpiciendo ne fiat dyſenteria, quod cauere ſolent medici tum cibis emplaſticis, & viſcidis, tum maximè clyſteribus ex Pinguedine caſtrati, ptiſsana Oryza, trago, vt ait Galenus, quem malè intelligentes nonnulli interpretes, atque ignorãtes tragum eſſe cerealis ſpeciem, pro hirci adipè interpretati ſunt, cum tamen Galenus vbiquè dicat adipem hirci mordacem eſſe, propterea què dyſentericis nullo pacto conueniat.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Apor.

24 *In oſsis præciſione ſtupor, & deſipientia, ſi in vacuum apprehenderit.*

CVM de capitis vulneribus loquatur Hipp. vt Galenus interpretatur, eius ſcopus eſt, docere quod nam præcipuum ſymptoma ſequatur, vbi oſsius vſque ad cauitatem præciditur, quæ ſententia prognoſtica eſt, ſimplex, & ſine diuiſione. (*In oſsis*:) Innumera propè ſunt corporis noſtri oſſa, quæ non ſolum pærciſa, verumetiam abſciſſa delirium non faciunt, quo fit, vt iure Marinus vetus Hippocratis interpres à Galeno reprehendatur, quod crediderit

Connexio. Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 756 sur 867

©BIUM

derit particulam (*ſi vacuum apprehendat*) eſſe ſequenti coniungendam, ac per ſe legendum eſſe. (*In oſſis præciſione delirium.*) Iam verò pro præſentis aphoriſmi pleniore intelligentia videndum eſt, Quid ſit vacuum illud in capite ad quod ſi
Not. perueniat oſſium fractio, delirium inducat, Deinde diſquirere oportet, quomodo huiuſmodi præciſio oſſis deſipientiã faciat, & quatenus ſpectat ad primum videtur dubium, quia licet in capitibus virorum, & prẹſertim ſeniorum appareat cauitas quædam prẹſertim in anteriore parte, nihilominus, tàm in pueris, quàm in fœminis, tàm amplum eſt cerebrum, vt vndequaque os ipſum complectens, contrectet, nec vlla cauitas conſpiciatur, quæ eſt ratio, vt dicunt medici,
Cur pueri & mulieres nõ caluẽſcant. quamobrem pueri, & mulieres non caluẽſcant, quemadmodum uiri, atque ſeniores: nam & Ariſt. 3 de hiſt: animalium cap. 11. ſcribit mulieres, pueros, atq; ſpadones non fieri caluos, quod etiam repetit. 5. de gener: animal. cap. 3. vbi ſcribit, ea non caluẽſcere corpora quæ plurimum cerebri, atque humidi glutinoſi habent; ſed quamquam hoc ſit verum in compluribus non dari conſpicuam, & apparentem cauitatem ſubtus oſſa, attamen vt idem Ariſtot. etiam affirmauit, partes poſteriores ſunt cauæ, atque ſine cerebro in cunctis, imò uerò neque etiam in alijs, quibus totum caput plenum eſt, tanta eſt repletio oſſium, quin aliqua cauitas relinquatur, merito cuius poſſit beneficio arteriarum moueri, & reſpirare. Cur autem præciſo oſſe in capite ita in cauum fiat penetratio ut ſequatur delirium, cauſſa eſt, quoniam contrectata, & violata, qua obtegitur cerebrũ membrana illius arteriæ incenduntur, ſicq. & temperies, & ſpiritus animalis conturbati, cum nequeãt facultati ratiocinatrici, vt deceret, famulari, illius, quoque operationes deprauantur, Sic enim dicebat Galen. 2. prorrhet. & 7. de plac: Hipp. & Plat. c. 3. fieri deſipientias ex vulneribus capitis, quando uiolatis membranis, & temperies lædatur cerebri; & ſpiritus animales confunduntur. Eſt vti-
Vtilitas Aphor. lis aphoriſmus ad prædictionem faciendam in vulneribus capitis, in quibus dicebat Hipp. lib. de vuln. cap. vbi fit delirium, ſemper mortale eſſe, & cum medicus id uidet, ſemper ſuſpicari debet, vulnus oſsis in cauum penetrare, ac propterea os ipſum, & perterebrandum, atque perſpirationem eſſe incenſis partibus parandam, ſanguinemquè effuſum ſi quis eſt, eximendum.

---

25 *Ex medicamenti potione conuulſio, læthalis eſt.*

SENTENTIA hæc ſatis vulgata eſt, atque alias ab ipſo Hippocrate tum in hoc libro, tum in alijs propoſita, & puto ſenem eam hic repetiuiſſe, quod ſibi propoſitum eſſet de omni genere: licet non de omnibus ſuperuenientibus ſymptomatibus tractare, Eſt & hæc ſententia tota prognoſtica ſimplex, atque indiuiſibilis. (*Ex medicamenti purgantis*) particulam (*purgantis*) addendã latinẹ iudicaui, quoniam vt ſcribit Gal. is fuit ferẹ ẹternus Hipp. mos, pro pharmaci potione, illud medicamẽtum intelligere, qđ humores noxios propria facultate purgat, cum apud alios ſcriptores ſæpenumero vox (Φάρμακον) ſignificet modo uenenũ, modo philtrũ, ſ. medicamẽtũ, qđ infatuat, & effaſcinat modo tinctũã, Et quãquã 5. lib. aph. 1. hoc explicitè dixerit de helleboro, huius tamen appel-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 757 sur 867

appellatione non eſt dubitandum, quin ſit complexus quodlibet egregie purgans adeò, vt & illa, & hæc ſit una, atque eadem ſententia hic repetita ob rationem, quam antea dicebam. Non defuerunt tamen, qui hanc ab illa, & ab ea ubi addit ſingultum diuerſam eſſe maluerunt, eo quod propriè ibi agatur de Elleboro, cuius vis valde acris, qua carent pleraquè alia purgantia, Nam conuulſio haudquaquam fit ratione illius acrimoniæ niſi inquantũ ſeruit purgationi immodicæ faciendæ, & in quantum medicamenta ualde purgantia uim naturæ humanæ aduerſariam, atque deleteriam habent, ut dixit Gal. 2. de uict: acut: 12. quod uerò dicunt etiam uenena, & maleficia cõuulſionem inducere, haudquaquá inficias eo de uenenis, quæ neruoſas potiſſimum partes lędere nata ſunt, At de maleficijs alia diſputatio eſt, quam nunc tractare haud locus patitur. Eſt utilis aphoriſmus non tantum ad prædictiones faciendas, uerumetiam ad monendum medicum, ut in purgandis corporibus blande potius, quàm ſtrenue agat, quoniam in hac operatione multo ſecurius eſt deficere, quàm excedere, Defectui enim repetendo facile ſuppletur, ubi uerò ſemel in purgando factus eſt exceſſus haud ita corrigere licet, qua ratione Galenus præponebat euacuationem ſanguinis purgationi quo ad ſecuritatem pertinet.

Vtilitas Apor.

---

26 *In forti dolore ventris partium extremarum frigiditas, malum.*

SI preſens aphoriſmus, ſtatim poſt vigeſimum ſecundum fuiſſet locatus, clara, eſſet vtriuſque connexio, nunc verò dicendum eſt cum ſuperiore nullam aliam eſſe ueram continuationem, quàm quod uterquè eſt de ſuperuenientibus ſymptomatibus, niſi magis placeat dicere à ſuperpurgationib. de quibus locutus eſt in antecedenti, fieri tum dolores vehementes circa ventrem, tum etiam extremorum refrigerationes, de quib. modo loquitur docens, quid ſit prędicẽdum, ubi hæc fiũt adeo, vt manifeſtus ſit Hipp. Scopus quemadmodũ non oportet dubitare, quin hæc ſententia ſit tota prognoſtica ſimplex, atque indiuiſibilis. (*In dolore vehementi:*) Scribit Plinius lib. 25 cap. 3. dubitatum fuiſſe, qui dolores eſſent omnium vehementiſſimi, & cõſtitutum ferę fuiſſe talem eſse dolorem eorum, quæ ſunt in capite, in ſtomaco, & à calculo, ac ſtillicidio veſicæ Galen. tamen negauit dolorem capitis ex ijs eſſe, quod nemo propter ipſum ſibi manus conſciuerit, quemadmodum ob colicum dolorem. Itaq; ſi hoc loco pro forti dolore circa vẽtrem intelligamus, vel dolorem colicum, vel etiam renalem proculdubio non errabimus. Galen. tamen videtur voluiſſe pro dolore circa vẽtrem intellexiſſe magnum quemlibet in medio corporis factũ, ſiue ſit cum inflammatione, ſiue non, Et dolores colicos, necnon iliacos fieri quoq; interdum cum inflammatione, uſu compertiſſimum eſt. Imò uerò tunc maximè ſolent extrema refrigerari, quãdo pars aliqua uenteris inflammatur, tunc enim febris, quę ſequitur eſt vere maligna, aliàs à Græcis lypyria, ab Auicenna ἐπιάλος uocata, quod nomen etiam Ariſtot. in problematibus uſurpauit, (*Extremorum frigus*) uox (ἀκροτηρίον) qua hic utitur Hippoc. & alibi ſæpę ſignificat propriè, ut Galenus exponit, nares, aures, pedes, & ſummas manus, quas omnibus alijs, & magis, &

Connexio.

Scopus.

Dolores omnũ vehementiſſimi qui.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 758 sur 867

©BIUM

gis, & prius refrigerari tàm ab externis, quàm ab internis clarum eſt, ſed vbi dumtaxat id accidit ob externam cauſsam nil mali fit, verum vbi ab interna, Cum enim corpora refrigerentur varijs de cauſſis in dolore ventris, potiſſimum hoc contingit, quando dolor eſt cum inflammatione, quo tempore incendium inteſtinum tantum eſt, vt non modo ad ſeſe auocet calorem extremorum, verum etiam illum exhauriat, ſicquè non modo malum ſit, verumetiam mortale, id quod intellexiſſe Hippocratem uoce (κακὸν) non dubito, cum Celſus etiam ipſe lib. 2. cap. 8. transferens hanc ſententiam dixerit: periculum mortis imminere ſi in magno dolore frigerint extremæ partes quemadmodum etiam ſub voce (*extremarum*) complexus eſt tum partes antedictas tum extimam totius corporis cutem, quam non rarò, vt in lypothymijs ſic in ingentibus, ventris doloribus refrigerari non rarò experimur, nam duę ſunt cauſſæ potiſſimum attractionis humorum ad partes affectas, calor, atque dolor, quem dicebat Hipp. lib. de Vet: med: inſtar cucurbitulæ attrahere, vt rationi conſentaneum ſit in doloribus inflammatorijs ipſius ventris fieri maximam attractionem ab extremis partibus, quoniam duæ illius concurrunt cauſſæ, ſcilicet calor, atque dolor. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem, nec non ad eurationem, quoniam ab hac ſententia monetur medicus vbi dolores vehementes ventris partes infeſtant, in ijs aut expugnandis, aut ſaltem mitigandis debere magnopere laborare, & præſertim, quando præ dolore incipiunt iam extrema refrigerari.

Vtilitas aphor.

---

27 *Mulieri vtero gerenti, ſi tenſio ſuperuenerit; facit abortum.*

QVOD Hippocrates ſuperius in vniuerſum dixit malum eſſe circa ventrem dolere, & refrigerari extrema, nunc quid mali inter cætera faciat vnico teneſmi exemplo docet, qui cum affectus doloroſus ſit vbi utero gerentibus accidit eas facit abortiri, ita ut ſit hæc ſententia quaſi demonſtratio quędam antecedentis, ob idquè ſic continuari poſſit, ſi tamen continuare eam quis optet, Eſt aphoriſmus prognoſticus ſimplex, & indiuiſibilis.

Connexio.

Teneſmus (Teneſmus) Eſt teneſmus, vt diſertè docet Galenus in comm: affectus recti inteſtini ſimilis illi quem ſolent in dyſenteria pati ſuperiora inteſtina & nomen accepit à tenſione, eò quod ob continuas egerendi irritas cupiditates vna cum muſculis abdominis cõtendantur inteſtina, oritur enim hic affectus, & hoc vanum deſiderium, modo ab ulcuſculis in eo inteſtino factis, modo à uiſcidis, & acribus ſuccis ei impactis, qui ſtimulantes aſſiduo vim expultricem, nec euelli potentes faciunt perpetuũ, ſed vanũ eijciẽdi fœces deſiderium, quod proculdubio ſine moleſtia, atq; dolore fieri neque, vt ob hoc fefellerit author vitę Pomponij Attici, dum dixit eum obijſſe teneſmo, & ſine dolore: nam Hipp. lib. de affectionib deſcribens teneſmũ, ſcribit: ſucedere muccum cruentum at fieri dolorẽ in infernis inteſtinis: Cur autẽ hic affectus vtero gerentes abortiri faciat, idem Gal luculenter expoſuit dicens: in hoc affectu ex immenſa recti inteſtini tenſione magnã fieri vteri ſibi coniuncti compreſſionem; ob quam, & ob frequen-

Teneſmus quid.

tes

©BIUM

tes exurrectiones assiduè fœtus uiolatur, ita ut tãdem, uel interimatur, uel uiuus: sed malę tractatus exire cogatur, ita ut cito extra uterũ moriatur. Dicebat namquè Hipp. lib. 1. de morbis ex teneſmo fieri dyſenteriam, ab hac, læuitatem inteſtinorum, quam ſæpè hydrops ſequitur; verum cum hic affectus, vt dixi, duas habeat cauſſas, & ulcus, & ſuccos lentos, & mordaces, non eſt dubitandũ, quin ſit deterior ille, qui oritur ab uleere, cum alter ſæpenumero, uel ſponte ſanetur, vel beneficio tantum clyſterium, qui abſtergunt, & acrimoniam placant, atque de hoc loquebatur Hipp. citato lib. potiſſimum, quãdo dixit eſſe minimè lęthalem. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem, & ad medicum monendũ, ut ubi prægnantes ſollicitantur teneſmo, eas diligenter curet, atq; ne abortus ſequatur, omni conatu, & iuduſtria utatur, quomodo autem hoc faciendum ſit, aliqua ex parte docuit Hipp. in lib. de affectionibus, vbi ſcribit, oportere aluum madefacere, pinguem reddere, ac læuigare, quæ intus ſunt ſubducere, & calida, excepto capite lauare. *Vtilitas Aphor.*

---

28 *Quando os, aut cartilago, aut neruus abſcinditur in corpore, non augetur.*

VERE, vt uidetur dicere Galenus hic aphoriſmus pœnę ſuperfluus eſt, cum 6. lib. aph. 19. ſcriptus habeatur, & copioſior, quam hic. Sicut etiam habetur primo de morb. & in Coac: præn: vt hac ratione ab aliquib. ſit penitus dimiſſus, & pauca, quoque mihi dicenda ſuperſint, cum ibidem latè de huiuſmodi re ſim locutus. Eſt aphoriſmus partim ſignificatiuus, partim prognoſticus, ſententia indiuiſibilis, & ſine ratione, *(Vbi os)* aliqui contextus plura habent, ſed nihil refert, quoniam quod ait Hipp. id intelligi debet de cunctis partibus ſolidis, quę cum originem ducant ex ſemine, in materno utero, ubi perduntur, aut diminuuntur numquam amplius queunt reparari, quòd & materia deficiat, & formatrix facultas, ſine quibus partes ſolidæ non conflantur, quamquam poſcente ſalutis animalium neceſſitate, ſolet natura loco partium ſolidarum aliquid aliud generare ſolidũ, quod ſupleat pro obeundis actionibus. *(Præciſum)* hæc uox apud Hippocratẽ non modo ſignificat integram alicuius partis amputationem, uerumetiam ſciſſuram, decurtationes, fractiones, aliaſq. ſimiles ſolidorum læſiones. Plinius lib. 11. c. 37. ſcribit Cartilaginem ruptam non ſolideſcere, nec præciſa oſſa recreſcere, ubi non eſt dubium transferre uoluiſſe præſentem aphoriſmũ, atque quod dixit Hipp. non augeri intellexiſſe, & accepiſſe, tàm pro regeneratione, quam pro augumẽto. Verum quod addidit Plinius Veterinis ac recreſcere ab vngula ad ſuffraginẽ, uoluit dicere ipſis iumentis interdum regenerari totam illam pedis partem, quæ eſt ab unguibus, uſque ad articulum illum, quo tibiæ pes aduertitur, & quo pedum uerſura fit, quod utrum ſit uerum non admodum mihi conſtat, neque ſat ſcio concipere, cur potius in his, quam in cæteris animalibus id contingere debeat, Vtilitas aphoriſmi eſt, ut medicus hinc diſcat, in his caſibus eſſe laborandum, ut callus pro generatione oſſium obducatur, quo ut alias dixi, ſolet natura robuſtiſsimę oſſa ferruminare. *Vtilitas Aphor.*

29 *Qui*

©BIUM

29 *Qui alba pituita detinetur, si fortis ventris fluxus superuenerit; à morbo liberabitur.*

HABETVR hæc ſententia etiam libro de criſibus. In Coacis prænotionibus, atque etiam alibi, vt non ſit dubitandum, quin ex Hippocratica œconomi prodeat. De ſympromate morbo ſuperueniente prognoſim ſimiliter docet, cum dicat leuco phlegmatiæ ſi ſuccedat alui fluor eam finiri, & iure dixit etiam Horatius non finiri in hydrope ſitim, niſi prius exierit aquoſus albo corpore languor. Eſt itaque ſententia prognoſtica ſimplex, & indiuiſibilis. (*Si à pituita alba:*) Quid ſit leucophlegmatia non eſt difficile pernoſcere, cum ipſum nomen doceat eſſe morbũ ab alba pituita factum, nam & Hipp. & Plato in Timęo plura genera pituitæ nobis tradiderunt, quippe cum aliam veruſtam, aliam epidemicam, aliam albam vocarunt; Vnde Galenus non debebat dicere διὰ τὴν λευκοφλεγμασίαν dixiſſe (*albam*) cum nulla ſit pituita niſi alba: eo modo quo dixit in libro de artic: ſpondylia ſpinę cũ nuſpiam alibi ſint ſpondilia, quã in ſpina. Si quidẽ veruſta pituita non eſt alba, vt recens quã licet etiam ſit alijs humoribus impermixta, ſit itaque hæc affectio, quando in iocinore gignitur ſanguis pituitoſus, qui in vniuerſum corpus per venas effuſus id in tumorem album eleuat quaſi œdematoſus ſit totius corporis tumor mollis, & ad tactum ſubſidens, vnde Galenus in hoc commentario, atque etiam in 76. huiuſmet lib. collocat inter hydropis ſpecies, eandemquè facit cum ea hydrope quæ paſſim à græcis modo Hypoſarca, modo anaſarca vocatur, à Latinis autem aqua intercus, vel intercutem, dicitur quaſi inter carnem, & cutem colligatur alba pituita, quæ aquæ ipſius naturam æmulatur, ac propterea ab aliquibus λευκὸν Φλέγμα, ſiue alba pituita dicitur, nam & Hipp. lib. de affect: & 2. de morbis vbi diſertè ſatis de hoc morbo loquitur, non ſolum deſcribit cum tumore verumetiam vult eſſe appellatam albam pituitã, quod ſanguis copioſæ pituitæ etiam mixtus totum corpus reddat album, vtrum autem ſit hydrops conſumata, an hydropis quoddam rudimentum, vt Hipp. videtur exiſtimaſſe tum 76. aphor. huius lib. tum in libro de paſſionibus, atque paſſionibus internis, haud multum intereſt diffinire cum in aliquibus, ut in cacecticis videatur eſſe initium hydropis, in aliquibus ſit iam conſumata hydrops, quando ſcilicet non modo corpus albidum iam eſt factum, verumetiam tumidum, vtcumque autem eſt vitium hoc, & ſi poſſit oriri interdum ab intemperie alicuius membri, vt potè pedis quemadmodum aliqui ſunt immaginati attamen vbi iam eſt conſumatum oritur à frigida, atque humida iocinoris intemperie, ob quam facultas ſanguificatrix vitiata, haud poteſt chylum in ſanguinem bonum conuertere, ſed ipſum totum pituitoſum, & aquoſum facit, eumq. per venas in vniuerſum corpus diſtribuit, qui donec in ijs tantũ continetur, corporis habitum vniuerſum deturpat, idq. modo albidũ, modo liuidũ reddit, vbi verò è venis intra carnẽ, & cutem effunditur, etiã tumorem inducit, qui anaſarca & hypoſarca nuncupatur, quiquè proculdubio præter iocinoris intemperiem, ſequitur etiam agglutinatricis, & aſſimilatricis fruſtra-

Scopus.

tionem.

©BIUM

nionem, ob uitium non ipſius facultatis, ſed obiecti, atque hoc eſt quod dicebat Galenus initio ſexti de locis aff: nullam hydropem fieri abſq. iocinoris refrigeratione. (*Si fortis diarrhoea ſuperuenerit.*) Ijſdem pene uerbis habetur hæc ſententia libro de Criſi cæterum in Coacis, & alibi deeſt, particula fortis. Verum ad hoc dici poteſt aliam eſſe recentem affectionem, aliam eſſe uetuſtam, atque in habitum conuerſam, priorem quilibet alui fluxus tollit, at poſtremam non niſi magnus, & aquoſus Hippocrates autem loquitur de poſtremo, unde dixit, (à leucophegmatia habito,) atque hoc eſt quod idem Hipp. lib. 1. de morbis dixit. Si aquoſo, & ſplenetico, à pituita alba habito aluus fortiter turbetur, bonum eſſe, quemadmodum uiceuerſa in Coacis dixit hydropi incipienti ſi alui fluxus aquoſus ſine cruditate ſuperueniat, ſoluere morbum. (*Soluit morbum.*) Cur fluxus fortis ſoluat leuoco phlegmatiam in promptu cauſſa eſt. Scilicet, quoniam cauſſa mali tollitur, nempè aqua ipſa. Imò ut dicebat Horatius, nec ſirim pellat niſi cauſſa morbi fugerit uenis, & aquoſus albo corpore languor. Cæterum non uidetur neceſſarium, quod penitus ſoluatur, propterea quod euacuata aqua per aluum ſæpè ſolet adhuc intẽperies iocinoris frigida durare, ob quam facile morbus renouatur, nec valet, quod fluxus fortis, atque ſit diutius permanens, vt in aliquibus codicibus legitur, etiam intemperiem adimat, quoniam potius eam auget, cũ à quolibet alui fluxu ſpiritus euacuati calorem naturalem debiliorem reddant, Sed pro hac dubitatione dicendum eſt, fluxum alui aquoſum ſoluere anaſarcam, & propterea bonum eſſe propter duas cauſſas, quarum una eſt, quia expulſio aquæ ad inteſtina, non fit niſi à robore facultatis expultricis iocinoris, unde huiuſmodi fluxus ſignum eſt, nõ eſſe facultatẽ ſecundũ habitũ, ſed ſecũdum habitudinem eſſe læſam. Altera cauſſa eſt, quoniam ubi partes à contactu aquæ refrigerantis liberantur, earum calor natiuus reuiuiſcit, qui cum ſit inſtrumentum facultatis totius corporis rectricis, proculdubio poteſt magnopere auxiliari facultati agglutinatrici, atq; aſsimilatrici, & ſic conſequenter hypoſarcam curare, Vtilis eſt aphoriſmus non tantum ad prognoſim faciendam, uerumetiam ad curationem inſtituendã, ſiquidem ſi cuti incipienti morbo fluxus alui ſuperueniens liberat, ſic inquit Hippocrates locis citatis, ſi non ſuperueniat, purganda eſt pituita, & aqua phlegmogogis, ut hyppophae, encoro, ſtibio, grano Cnidio, & ſimilibus.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

30 *Quibus in alui profluuijs excrementa ſpumoſa ſunt: his ex capite pituita defluit.*

Connexio.

NON ineptè poteſt præſens aphoriſmus connecti ſuperiori, ſi quidem ibi cum de morbo pituitoſo, & de fluxu alui aquoſo locutus ſit, in quo interdum ſpumoſa redduntur excrementa, nunc vult docere, vbi in fluxu ſimili fiat ſpuma, vnde nam minera illius ſpumæ prodeat, an à toto, vnde fluxus oritur, an ab alia parte, dicens in ſimilibus caſibus mineram pituitæ non eſſe à toto, ſed à capite, ita ut hæc ſententia, ſit ſignificatiua, & veluti præcedentis quædam amplificatio, aut potius explicatio, eſt tamen indiuiſibilis, & ſine ulla demonſtratione, ob quod nobis conandum eſt illam inuenire. (*Quibus in alui profluuio.*) Si particula copulatiua (καὶ,) ideſt (&) anteponatur

huic

©BIUM

huic orationi plane manifesta erit connexio, & dubium non erit, quin loquatur de eo fluxu, qui sequitur leucophlegmatiam, quem non est dubium quandoquè spumosum fieri, fiunt autem spumosa excrementa, vbi flatus humori viscido inclusi illum extendunt, atque in ampullas plurimas conuertunt, flatus autem citantur, aut humore feruente, vt in lebetibus bullientibus, vel ab agitatione, vt in mari, vel quemadmodum innuit Galenus propria intestinorum frigida intemperie; Atqui in leucophlegmatia non fieri potest ab ebullitione, quandoquidem totus corpus frigidum est, & frigidis succis repletum, non etiam propria intestinorum intemperie, quoniam potius aquam facerent, quam flatum, vt fit in iocinore ea propter necesse est ab agitatione, & motu oriantur, vnde dicit Hippocrates. (*Its à capite.*) Iam verò cum etiam ab alijs partibus prodire possit per agitationem facti flatus, videndum cur Hippocrates voluerit potius à capite, quàm aliunde prodire. Nonnulli, vt perhibet Galenus putarunt à capite pulmones, & ab his in intestina delabi, sed ipsemet Galenus euidentissima demonstratione docet hoc fieri non posse, quia licet pulmo, vt cerebrum sit aptus ob motum, & feruorem spumam generare, haud tamen vlla est ab eo ad intestina uia, quemadmodum est, à capite. Quod ante à capite in stomacum, & consequenter ad intestina pituitosus humor præcipitetur, confirmatum est ab ipsomet Hippocrate libro de affectionibus, vbi fluxus interdum non alia ratione fieri docet, quam ob pituitam à capite in uentrem precipitatam, & in libro de glandulis certum est, eundem perhibuisse septem esse uias per quas cerebrum purgari natura uoluit inter quas una est stomachus, vt minimè mirum sit, Hippocratem hic dixisse pituitam à capite in intestina defluere, cur uerò potius à capite, & non à uenis effusa pituita defluat ad intestina, potest illa afferri ratio, quod ad conuertendam in spumam pituitam opus est, vt in multas partes frangatur, quod absq. motu, nec leui, fieri haudquaquam potest, motum autem, aut nullum, aut exiguum effusio naturalis è uenis facit, contra autem vbi materia pituitosa ab alto, ueluti capite profunditur in infernas partes, motum satis uehementem habet, qui natus est spumam facere, quemadmodum uidemus urinam uehementer in matulam descendentem spumã edere, non quod exeat spumosa, vt aliqui arbitrantur, sed quia motu illo diffracta spiritum concipit, qui cohibitus intra humorem uiscidum in bullas illum eleuat plurimas, quæ nil aliud sunt, quam ipsamet spuma, Cæterum dubium adhuc est, quia vt interdum uidemus materiam spumosam uomitu è stomacho reijci, quam verisimile est ibi genitam esse, sic consentaneum uidetur rationi, posse ab eodem uentriculo spumosam pituitam in intestina mitti, vt merito uideat Galenus Hippocratem, tamquam indefinitè locutum criminari. Ad quam dubitationem dicendum est dupliciter, vno modo Hippoc. vt constituimus loqui de fluxu laborantium alba pituita, in quib. ob frigiditatem uentriculi aqua quidem generatur, non autem flatus; nam certum est à minore frigiditate generari flatũ quam, aquam, vt non solũ medici, uerumetiam ipsemet Arist. testatus fuit, qui à modico calore spiritus excitari docuit; Alio modo responderi potest, si quãdo etiam à stomaco prodire queat, id per rarũ esse, nec posse diu durare, Hippocratẽ uerò loqui de passione durante, ac vt plurimũ eueniente. Vtilis est aphor. ad di-

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

©BIUM

ad dignotionem cauſſarum, & ad docendum ſæpe contingere, vt cauſſa morbi, & locus affectus ſint remoti ab ipſo morbo, ſic etiam ex hoc loco diſcere poſſumus deſtillationes capitis poſſe, tum à natura, tum ab arte per vrinam euacuari, ſic enim alias dixit Hippoc. in Epidemicis cuidam Venatori, quod caput in caluiſſet, multam vrinam excreuiſſe ſicq. magnopere leuatum fuiſſe.

---

31 *Quibuſcunque febricitantibus in vrinis fiunt ſedimina, veluti farina craſſior, longam ægritudinem fore ſignificat.*

QVOD dici poteſt de continuatione præſentis aphoriſmi cum ſuperiore illud vnum eſt, quod ait hic Hippocrates de furfuraceis apparentibus in vrina proportione quodammodo reſpondere ſpumæ, quę in fœcibus fit, ita vt materia vtraque ſit pertinens ad ſymptomata ſuperuenientia in ſymptomatibus ad excreta mutata pertinentibus, Eſt autẽ ſententia prognoſtica indiuiſibilis, & ſine demonſtratione, tametſi longiuſcula videatur. (*Quibus febricitantibus*,) an hoc de quocumque genere febrium laborantibus intelligi queat, ſane dubitari poteſt: verum quia huiuſmodi vrinæ, vt videbimus in ſolis ferę acute febricitantibus reperiuntur, fit ut de acutis tantum ſiue propriæ, acceptis, ſiue per decidentiam exiſtimem eſſe capiendum; nam & Gal. in commen: monſtrat exemplo Sileni in 3. 1. Epid: relati huiuſmodi furfuraces vrinas in grauibus morbis cõtingere, ita vt, vel cito intereant, vel ſi qui euadunt, in longam ægritudinem incidant, quemadmodum contigiſſe illi, qui iuxta Dealcis hortum habitabat idem Hippocrates ibidem memorauit, vnde licet Hippoc. 2. prognoſt: poſuerit inter ſigna praua ſimiles vrinas, id tamen intelligendum eſt, vt Galenus, nõ de neceſſario inferentibus mortem, ſed de ijs à quibus interdum euadunt ægrotantes, non tamen ſine aliqua longitudine. (*Vrinæ furfuraceæ.*) Vrinæ χριμώδεες, Siue farinaceæ, quæ ſint, ipſemet Hippoc. deſcribit in hiſt: eius qui in Dealcis horto habitabat dũ ait in quibus, quæ ſubſident craſſioris farinæ formam æmulãtur, cuiuſmodi interdum fieri ipſam docere experientiam teſtatur Galenus, quemadmodum etiam Hipp. ſæpenumero ipſius vrinæ, farinaceę tamquam à ſe conſpectæ mentionem facit, longior eſſem, ſi locos producere vellem, in quibus Hippoc. tàm lib. Epid. quàm in progn. & Coac. prænotionib. ſimilium urinarum meminit, Cæterum oportet uidere, vnde huiuſmodi fiant, vrinæ, & cur cum ipſæ ut ait Galenus, vel ſignificent interitum, vel morbi longitudinem, attamen Hippocrates dimiſſa mortis mentione ſolummodo dixit. (*Longam ægritudinem ſignificant.*) Circa primum Galenus vbiquè apertè dixit farinaceas vrinas generari ex craſſo ſanguine vi caloris febrilis cõbuſto, ac propterea frequenter in colliquantibus febribus apparere, à quibus combuſto ſanguine, quicquid pinguedinis in ſe habet, per urinam emiſſum illi ſupernatat, craſſior uerò, & terreſtrior pars exuſta, atque in partes craſſiuſculas, & inæquales diuiſa, ac in fundum delapſa repræſentat formam farinæ, uel triticeæ, vel hordeaceæ, ruditer, & inæqualiter molitæ, quod ſi uires debiles ſint mortem plane minantur, vt etiam Galenus dixit ſecundo prognoſt. 28. ſin autem uires validæ

Connexio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 764 sur 867

©BIUM

ſint, neceſſariò morbi longitudinem ſignificant, eo quod ſanguis craſſus nequeat ſuperari, & ad commoderantiam reduci, niſi longo tempore, atq; multo labore. Verum cur Hipp. non meminerit prædictionis mortis, cum ſibi licuerit dicere ſimiles vrinas ſignificare, vel mortem, vel morbi longitudinem, vt aliàs conſueuit loqui, non eſt facile veram rationem afferre, verumtamen non eſt putandum Hippocr. ita temere fuiſſe locutum, quin aliquam cauſſam habuerit, quæ fuit vt ego puto, quoniam cum modo incipiat prænoſcendi rationem ex vrinis docere, quod etiam fecit 2. prognoſt. 28. vt ibi dixit huiuſmodi vrinas prauas eſſe, ita hic voluit tantum dicere morbi longitudinem ſignificare, quaſi dicat malum minus, quod ab his vrinis præmonſtratur eſſe morbi lõgitudinem, niſi magis dicere placeat hic Hippocratem loqui non de febricitantibus tantum acutè vt in prognoſticis, Sed de febricitantibus quocumque, etiã ſalubriter, in quibus cum ſimilis vrina fiat à materia cruda, craſſa & copioſa, haud poteſt ita cito ſuperari, quemadmodum, nec ſuperare valet vires alioquin robuſtas. Vtilis eſt aphoriſmus potiſſimum ad prædictiones faciendas, & ad victum inſtituendum, qui ſolet à medicis potiſſimum ex temporum ratione, atque præcognitione præfiniri, quamquam etiam non parum confert ad totam curationem ordinandam, cum alio modo curentur morbi, quos ſpes eſt cito ad ſtatum peruenturos, alio, verò, qui putantur eſſe protrahendi.

Vtilitas Aphor.

---

32 *Quibus autem bilioſa ſedimina ſupra tenuia, acutum morbum ſignificant.*

Connexio. DIXI ſuperius Hipp. inchoaſſe tractationem prædicendi ex utinis, Vnde nunc pergit in eadem, & ſicuti in ſuperiori de ſedimentis vrinarum tractauit, ita & nunc de ijſdem agit, adeo ut tota ſententia ſit prognoſtica ſimplex, & indiuiſibilis. (*Quibus autem*) non eſt dubitandum, quin hic quoque de febricitantibus loquatur, tum ob particulam (δὲ) initio appoſitam, tum quia vrinę cum ſint opera iocinoris, ac venarum maximè ſtatum declarent, in febribus potiſſimum ſpectantur, atq; conſiderantur. (*Bilioſa ſedimina.*) Videri poſſet alicui hanc ſententiam non admodum eſſe artificioſam, ſiquidem morbi acuti præter Hippoc. 2. de nat: hum: etiam Anaxagoræ, & Ariſtotelis 4. de partibus animal. 3. teſtimonio à bile fiunt, vt cum bilioſa ſint ſedimenta vrinarum, eaquè ſtatum venarum oſtendant, cuiuis in promptu ſit, febrem à bile manantem acutam eſſe debere, Verum aliud plus Hippocr. nos docere voluit, nempè ſedimenta interdum per ſe ſola morborum naturas indicare, quemadmodum ſi bilioſa ſint, acutiem morbi ſignificant. (*Superius tenues*) non ſolum dubitat Galenus de hac dictione, verumetiam arguit ſcriptorem quaſi propoſuerit rem neque naturæ, neque experientiæ conſonam, ſiquidem cùm tenuis vrina ſit eadem, quę aquoſa; nec natura patitur, nec experientia monſtrat poſſe vrinę ſubſidentiam eſſe bilioſam, & illius reliquum aquoſum cum & bilioſa, & aquoſa vrina fiant à contrarijs cauſſis. Addit his, huiuſmodi difficultatem nonnullos guſtaſſe, propterea què ad eam euitandam dixiſſe particulam (ἄνωθεν) eſſe intelligendam non de corpore ipſius vrinæ: ſed de tempore, quo ipſa mingitur, quaſi

verò

verò illius ſententia fuerit vrinas, quæ antea ſunt tenues, poſtea fiunt cum ſedimentis bilioſis, morbum acutum repreſentare, videtur autem Galenus pro Hippocratis defenſione prædictam expoſitionem approbaſſe; Cæterum non defuerunt, qui Galen. magis, quàm Hippocratem accuſare voluerunt, dixeruntq; Hippocr. ſententiam veram eſſe, ſi pro ſubſidentia, capiatur quicquid in vrina continetur, & particula (*tenuis*) non ad vrinam, ſed ad ſubſidentiam referatur tamquam ſenex dicere voluerit, contenta vrinarum quæ in ſuperiori parte tenuia, & bilioſa ſunt, ſignificare morbum acutum, Ego verò cum non animaduerterim hanc ſententiam vſpiam alibi eſſe ab Hippocr. propoſitam, fit vt non parum de ea dubitem, ſi quidem contenta vrinarum in ſuperna parte bilioſa fieri interdum non dubito, cum proprium ſit bilis ſupernatare, ſed quod potius in hac parte, quam in medio vel in imò acutiem morbi ſignificet, non ſatis video, & certè nõ negandũ, quin etiã in medio, & in fundo, poſſit contentũ ex materia bilioſa craſſiore fieri. Eſt vtilis aphor: ad cognoſcẽdas morbi conſtitutiones ex vrinarum contentis, quę cum ſint partes materiæ morbificæ, non eſt dubitandum, quin ipſius morbi quoque poſſint totam naturã demonſtrare. *Vtilitas Aphor.*

---

83 *Quibuſcunque vrinæ diſtantes ſunt his turbatio fortis in corpore fit.*

VT in ſuperiori Hipp. docuit, rationem cognoſcendi morborum conſtitutiones ex ipſis vrinarum contentis, ſic nunc docet ex corpore ipſius vrinæ cognoſcere totius corporis ſtatum, Vnde ſententia eſt diagnoſtica ſimplex, & indiuiſibilis (*Diuulſæ*) de hac dictione, (διεσπάσται, ideſt diſiecta) ſcribit Galenus eam minimè eſſe proprię accipiendam, quoniam ſi ſic acciperetur, rem impoſſibilem ſignificaret, quandoquidem vrina cum ſit corpus continuũ, haud ita poteſt diuelli, vt conſeruetur, & ſimul habeat in ſeſe ſpacium vacuum interiectum, nec valet, quod ſcribit Ariſt. 1. probl 53. melius colores urinæ conſpici interrupta, quam continuata mictione, quoniam aliud eſt interrumpere urinæ mictionem, aliud urinam habere diſiectam; Ex quo uidetur Galen: magis adhærere illi ſententiæ, ut ea uox capiatur pro inæquali, quando, ſ. urina, ſecundum ſe totam haud eſt æqualis, ſed partes inæquales habet. (*Hiſce fortis in corpore turbatio*) modus loquendi Hipp. denotat cauſſam diuulſionis urinę eſſe turbationem magnam totius corporis, & iccirco uidendum eſt, quomodo à turbatione non quauis: ſed magna fiant huiuſmodi vrinæ. Galenus ait ubi natura ſuperat morbificas cauſſas, omnia æqualiter uniri, ubi uerò cauſſæ morbificæ adinuicem diſſentiunt, & tumultuantur id quod uincitur, & concoquitur aliá habere cauſam ſicut aliam, & diuerſam habet, id qđ reſiſtit, atq; tumultuatur, quæ omnia quanto maiora ſunt, eo magis uariam, & inęqualem reddunt urinam, Atque hæc Galenus. Cæterum, quomodo ex turbatione totius corporis, atque ea non parua fiant huiuſmodi urinæ, haud ſatis explicuit, itaque dicendum eſt urinas inæquales, & diſſidentes dupliciter accipi poſſe, uel pro ijs, quæ non uno, ſed diuerſis temporibus referunt inæqualitatem liquoris, & contentorum, uel pro ijs quæ ſemper huiuſmodi diſsidentiam habent, utro modo accipiamus, cum urina ſit id corpus aquoſum & ſeroſum, qđ in uenis una cum ſanguinis maſſa continetur, proculdubio ſi ſanguis agitetur, *Connexio.* *Vrina, quid.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 766 sur 867

©BIUM

atque conturbetur, neceſſe eſt ipſam quoque vrinã id pati, Vbi verò ſanguis cõturbatur, non eſt dubitandum, quin commiſceantur ſimul bilioſi melancholici, & pituitoſi ſucci, qui in ipſo reperiuntur, ex quo fit pariter, vt vrina huiuſcemodi ſuccis conferta inæqualis ſecundum ſui ſubſtantiam euadat, & quia interdum ſanguinis perturbatio continua eſt, interdum verò interpollata, inde ſimiliter fit, vt vrina vel ſemper ſit inęqualis, & diſſidens, vel non ſit; porro non poſſe in venis fieri perturbationem, & tumultum, quin efficiatur, prius in toto corpore certum eſt, quemadmodum etiam rationi conſonat, haud quemlibet corporis tumultum, venas agitare, ſed illum dumtaxat, qui ſit in vniuerſo corpore magnus, Vnde Hippocrates ſummo iure reddit particulam (ἰσχυρὴ) ad ſignificandum, qđ dixit eſſe verum non ſimpliciter de corporis turbatione, ſed de magna, & valida, nec non vniuerſali, & non quidem interpollata & fugaci: Sed continua, & permanente: nam is ferę perpetuus eſt mos Hippocratis, vt cum ſimpliciter dicit (ἐν τῷ σώματι) de toto corpore intelligat. Sed optabit aliquis ſcire, num vrinæ turbatæ quales ſunt iumentorum, alias retro ab Hippocrate commemoratę, ſint illę ipſæ, de quibus Hippocrates in præſenti loquitur. Cui reſpõdere oportet, vrinas quales ſunt iumentorum, fieri quidem & ipſas ob agitationem tumultuariam venarum, & corporis totius, verum nõ ineſſe ipſis illam partium diſſonantiam, atque diuerſitatem, quam hic cõmemorat, ſed eſſe illas magis commixtas, atque confuſas, ita ut etiam caput ipſum inſigniter coafficiatur, vt propterea dixerit ſimiles urinas ſignificare, vel pręſentem, vel futurum ipſius capitis laborem, quaſi verò multo maior ſit tunc in corpore vniuerſo perturbatio. Vtilis eſt aphoriſmus ad ſolam ſignificationem, & cognitionem acquirendam.

Vtilitas Aphor.

---

34 *Quibus in vrinis bullæ ſubſiſtunt morbum renalem, & longum ſignificant.*

Connexio.

PERGIT Hippocrates in inſtituto ſermone de modo prægnoſcendi ex vrinis, & cum in ſuperiori de perturbatis, & inæqualib. vel ſecundum ſubſtantiã, vel ſecundum tempus locutus ſit, modo loquitur de illis in quibus veluti bullæ ſupernatant quas à ſpumoſis differre ſuo loco oſtendemus, & quas dicit affectus renales, necnon morbi diuturnitatem ſignificare, Eſt enim ſententia partim prognoſtica, partim diagnoſtica, ſine ratione, atq; ſine commoda diuiſione; (*Supernatant bullæ*) Græcę ἐφίστανται, quæ vox familiaris ſatis eſt Hippocrati, vbi vult ſignificare aliquid alteri rei ſuperſtare, & ſupernatare, ſiue ſit flatus, ſiue pinguedo, Iam uerò πομφόλυγες, quę à Latinis propriè dicuntur bullæ videndum vt fiant, & quomodo nephriticas, ſeu renales paſſiones, ac morbi longitudinem ſignificent: bulla dum nil aliud ſit, quàm rotundum in humore corpus, quod cito fit ut plurimum, & cito ſoluitur ad illius generationem duo potiſſimum concurrunt, flatus contentus, & humidum corpus continens: flatus autem vel generatur in corpore, vel extra corpus. In corpore fit, ob calorem diminutum, vt habemus ab Ariſtotele 2. metheorol cap. de Ventis, fit etiam ex motu, & agitatione, ſimiliter extra corpus, fit plerũquè ex motu, vt uidemus in mari, in pluuijs, atq; feruẽtibus liquoribus, in quibus ob calorem, & motum excitantur ſpiritus. Humor porrò qui debet continere flatum opus eſt aliquid craſſi-

©BIUM

craſſitiei, & lentoris habeat alioquin haud poſſet circũextẽdi, (vt loquitur Gal.) ipſi flatui, & bullam facere, quę eo diutius permanet, quò humor ille continens viſcidior, atq; tenacior exiſtit, fit autẽ tenacitas ex ipſa actione caloris diuturna, & vehementi, Atq; hinc fit, quod vt ait Ariſtot. in problem: aqua bulliens non effunditur, ſed legumina, quæ craſſa cum ſint humorem viſcidum de ſe edunt, qui bullas tenaciores, & plurimas edens non poteſt capi, à vaſe, fit etiam ob hoc vt bullæ ſint rotundæ figuræ, quoniam, ſ. cum ventus exire tentet, ſurſumq́ ferat, circumtendens ſibi humorem, illum undequaq; acuminat, ſicq́. rotunditatem efficit, atq; hæc eſt uniuerſa bullarum generatio. (*Renales paſſiones ſignificant*:) Cum bullæ ſemper humori ſupernatent, atq; complures morbos conſequantur, planè renales paſſiones haud neceſſario ſignificant, vt forſan hæc ſententia aliquib. eſſe queat ſuſpecta, atque eò magis, qđ nuſpiam alibi apud Hipp. inueniatur, niſi dicamus bullas huiuſmodi debere duas cõdiciones habere, ſ. eſſe multas, atque eſſe predurantes, non fugaces, vt Hipp. ſignificauit tum uoce plurali (πομφόλυγες) tum uerbo (ἐφίσανται.) Sed adhuc dubium cum τὰ νεφρίτικα, i. dolores ſeu paſſiones renum intelligat, cur magis bullæ multæ, atque perdurantes ſignificent renales ægritudines, & morbum longum futurum, quod ad renum affectus, aliqui à Gal. commemorati dixerunt bullas huiuſmodi, propterea fieri in urina, quoniam adaperta arteriarum oſcula effundũt ſpiritus, quos continent, in urinę humorem, à quo circumuenti faciunt huiuſmodi corpora bullo ſa, & ſpumantia, eò modo, quo mõſtraui, Sed mirum eſſet, ſi apertis arteriarum oſculis vna cum ſpiritib. aliquid etiam ſanguinis non profunderetur, præterquã quod oſcula arteriarum nõ ita facile reſerantur, quemadmodũ uenarũ. Gal. autẽ voluit propterea ſignificare bullas affectum renalem, atque eum diuturnũ, quoniã flatus qui huiuſmodi bullas plurimas, ſ. & permanẽtes faciunt, ab intemperie frigidiore renũ edũtur, frigidum autẽ difficile ſolutu, & coctu eſt, propterea què lõgo tempore durat: Nam ubi renes calidiores ſunt, qđ ſupernatat ipſis urinis pinguedo eſt, nõ uera bulla: imò uerò ſi quid flatulenti aliundè perducitur ad ipſos, protinus illorũ calore diſſoluitur, atque hęc pura. & uera Gal. ſententia videtur, quam non defuerunt, qui acriter criminari ſint auſi, eò quod vrinæ ſpuma ex bullis plurimis cõflata haudquaquã in ipſis renib. gignatur, ſed ex motu inter exeundum, cuius rei afferunt hãc demonſtrationem, qđ quanto uehemẽtior eſt motus, eò plures, atq; tenaciores fiant bullæ, ſi uerò vrina emittatur tangẽte uirga matulæ fundũ, ita vt ex alto nõ cadat, neque motum vllũ faciat, nullã ſpumam fieri, Ego verò, licet cõſentiam ſæpenumero motu fieri ſpumã quemadmodũ retro dicebã, Attamen quin etiam intra corpus gignatur, atque potiſſimum, quando multa eſt ac diu perdurans haud puto dicẽdum, nam quæ motu tantũ fit celeriter ſolet diſſipari, ut in mari uidemus cõtingere, atque etiam in ipſa potabili agitata, nec non in uino dum ex uaſe in aliud uas transfunditur, qđ ſi ſanũ ſit, ſpuma ex motu genita ſtatim diſſoluitur, ſin autẽ corruptũ ſit, ob idq́. lentũ, uiſcidumq́. redditũ, ſpuma tardius euaneſcit: Ego itaq; puto uerã eſſe Hippoc. ſententiã, ſed nõ æternã, ſiquidem, ut Actuarius in libris de urinis mõſtrauit, ſpuma etiã capitis affectũ ſignificare cõſueuit: Et ſi.n. vox (τὰ νεφρίτικα) de cunctis renum affectionibus tàm calidis, quàm frigidis intelligi poſſit, attamen

iuxta

©BIUM

iuxta Galeni ſententiam de frigidis tantum intelligere debemus, quippe quod vrinæ non motu, ſed ſua ſponte exeuntes bulloſæ, atque ſpumoſæ, nec in altiore ipſis renibus loco gigni poſſent, alioqui in ijs, & in itinere diſcuterẽtur, nec alia ratione, quam ob imminutum ipſorum calorem, nam in ijs permanet materia, ita, vt ex ipſa tempus detur gignendi flatus, infra renes meatus urinarij ſunt anguſtiores, & vrina citius per eos perfertur, quam ut queat flatus in ipſis gigni: Sed cur etiam in ueſica nequeant ijdem flatus: & bullæ gigni, cum locus capaciſſimus, itaque collectum lotium diu permaneat, necnon calor ſæpenumero hebetetur? An forſan etiam ibi generatur, Sed quod Hippocr. hic aſſerit, eſt ex eius obſeruatione, quaſi uoluerit dicere ſeſe obſeruaſſe bullas urinæ ſuperſtantes interdum ſignificare, & renalem affectionẽ frigidam, & conſequenter morbi diuturnitatem, nam ſunt non paucæ aliæ ſimiles Hipp ſententiæ, quarum veritas in ipſius poſita eſt obſeruationibus, & quas nobis, vt rarum quid propoſuit. Vtilis eſt aphoriſmus non ſolum ad prædictiones faciendas, uerum etiam ad monendum non ſemper auxilijs frigefacientibus utendum eſſe in renum affectibus, ſed etiam aliquando calefacientibus, quemadmodum ubi bullæ huiuſmodi conſpiciuntur.

Vtilitas Aphor.

---

35 *Quibus ſubſidens pingue, ac ſimul totum his, renum vitium acutum ſignificatur.*

Connexio. SATIS manifeſtus eſt præſentis aphoriſmi cum ſuperiore nexus, quandoquidem vterquè eſt de cognitione acquirenda ex ijs, quæ ipſi vrinæ ſuperiacent, ſed in antecedente de ſpuma, atque de prædictione ex ipſa longi morbi, in hoc verò de pinguedine, & acuti ex ipſa prędictione tractat, adeo vt ſimul *Scopus.* Scopus Hipp. appareat in præſenti ſententia, quę tota eſt diagnoſtica ſine ratione, atque indiuiſibilis. (*Quibus pinguedo.*) In eo lib. qui aſcribitur Gal. de vrinis ex Hipp habetur hic idem aphoriſmus, ſed ibi non ἐπίϛασις, vt hic ſed ὑπόϛασις legitur, & malę, vt etiam Gal. in fine huius teſtatur, quia pinguedo non in fundo vrinę, ſed in ſummo ſemper inuenitur, præter quá quòd ἐπιϛάσις magis congruit connexioni cum ſuperiori aphoriſmo. Quid λίπαρα, ſeu vnctuoſa ſit vri-*Dub.* næ ſuperficies ſignificat ſtatim Galen. dicens hanc nil aliud eſſe, quam pinguedinem colliquatam à magno calore, Verum ſtatim dubitat Galenus de ſententiæ integritate, quandoquidem huiuſmodi colliquatio, ſiue ſit in vrina, ſiue in fœcibus non minus ſupra totum, quam ſupra renes ſignificare poteſt, quòd etiam fit, vbi totius corporis pinguedo colliquatur, vt in febribus ἀντικτικοῖς, appellatis, necnon in maraſmodis ſimiles vrinæ conſpici conſueuerunt, vt ob hoc nequeat eſſe priuatum aliquod ſignum morbi renum pinguedinem colli-*Solut.* quantis; Pro qua obiectione tollenda duas reſponſiones affert, vna eſt, intelligendum eſſe aphoriſmum, de ijs qui laborant grauiter renibus, quaſi non ſit ſignum generis morbi, ſed magnitudinis, & acutici; Alia reſponſio eſt, quam fuiſſe, quoq; aliorum interpretum dicit, vt pro (φρενιτικὰ) legatur (φρενιτικὰ,) quamquam nõ ſolum in phreniticis verum in quibuſq; febrib. colliquantib. ſolet huiuſmodi ſignũ apparere. (*Aceruatum* ἀθρὸν) dicitur, qđ ſubito, & ſimul totũ efficitur.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 769 sur 867

efficitur. Itaq; & hic dicitur pinguedinem confertim apparentem, quando ſtatim, & tota ſimul ſeſe offert; tunc enim ob viæ breuitatem cito excurrit, in veſſicam, cum ea quæ à toto, vel ab alia magis diſtante parte effluit, diutius in itinere moretur, hanc fuiſſe mentem præceptorum ſcribit, qui etiam addit aliam interpretationem eis attuliſſe, ſcilicet pinguedinem, dici ab Hippoc. coaceruatam, quæ non diſtracta, & diuulſa: ſed ſimul contracta, & vnita ſit, Cæterum hiſce Pręceptorum ſuorum expoſitionibus adijcit propriam Galenus, nempè ſententiam Hippoc. intelligendam eſſe de tempore tantum, quaſi ea dicatur aceruata, quæ citiſſimę, non paullatim apparet, ſi quidem vbi à toto, vel longinquis partibus educitur pinguedo per partem, ac poſt partem ex alijs in alia uaſa transfuſa paullatim, & longo tempore in urinam confluit, at ubi à ſolis renibus proficiſcitur ob itineris breuitatem, breuiſſimo quoq; tempore immixta vrinæ conſpicitur, Vt ob hoc iure dixerit huiuſmodi lotium cui ſupernatet pinguedo renum feruidas affectiones ſignificare, ac propterea acutas, ſiquidem ubi renes ita inflammantur, ut pinguedo ipſorum, quæ copioſa & ſolidior eſt, ſtatim colliquetur, proculdubio neceſſe eſt magnum incendium magnas, atq; acutas febres comitari; cui etiam rei adſtipulari experientiã, teſtatur Gal. qui tamẽ aliquibus uiſus eſt, & difficilis, & falſus, cũ tamen mihi ſecus uideatur: Sed illud bene non eſt facile, quomodo veritatem aphoriſmi ſempiternam tueamur. Si quidem nec rationi, nec experientiæ ſatis reſpondet, quod vrinæ ſupernatans pinguedo in paſſionibus renalibus tota ſimul effluat & confertim, Etenim ſi duret renum inflammatio, ut ſolet, ſicuti continua eſt eorum pinguedinis colliquatio, ita uidetur rationi conſentaneum, ut continuo ea per lotium, & cum lotio labatur; Quare nil melius puto pro aſſerenda aphoriſmi ueritate dici poſſe, quam tres eſſe ſimilis pinguedinis differentias, ut Actuarius docuit primo de urinarum differ: c. 17. aliam quæ inſtar anearum telæ ſuperfuſa eſt, aliam quę eſt ueluti guttę diſperſę, inſtar olei, tertiam quę eſt cruſta quędam à Grecis γραῦς uocata, qualis ſolet apparere in uiribus pinguibus, ubi refrigerantur; Quod igitur vult dicere Hippocrates eſt, ubi in urina apparet tertia hæc pinguedinis ſpecies, eam non aliundè proficiſci, quam à renibus ualde inflammatis, quos certę acuta febris ſequitur, cum enim pinguedo renum, ut experientia teſtatur ſit copioſa, & valde concreta, quaſiquè ſebacea, proculdubio ubi eliquata cum lotio fertur, à frigido aere contacta ſimiliter concreſcit ſubito, ita ut confertim tota exiuiſſe uideatur, neque poteſt, ut dixi niſi ſummo calore eliquari, hoc autem licet ſit rarum uiſu non eſt tamen abſonum ab Hippocrate fuiſſe uiſum, atque obſeruatum. Vtilis eſt aphoriſmus ad cognoſcendum locum affectum, & morbi conſtitutionem, & ad commonendum medicos, vt ſint diligentes in conſiderandis omnibus vrinarum partibus, & differentijs, quoniam maximè valent ad teſtandas partium, vnde deriuant affectiones, vt abundè vos docuit Hippocrates lib. 2. prognoſt.

Not.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 770 sur 867

©BIUM

36 *Quibus autem morbo renali laborantibus, prædicta accidunt signa, doloresquè circa spinæ musculos fiunt, siquidem circa loca exteriora fiant, abscessus quoque exterius futuros expecta, si verò dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abscessus expecta futuros interius.*

Connexio. CONNECTI præsentem aphorismum cum superioribus manifestum facit, præceteris uox (δὲ) initio vsurpata ab Hippocrate, quæ orationem
Scopus. nondum esse finitam indicat, igitur scopus eius est docere, quid præsagiendum sit, ubi in renum affectionibus spinales lumbi dolore conflictãtur, Est enim sa-
Diuisio. tis longa oratio sine ratione tamen, & in duas partes diuisibilis. In quarum prima docet quid expectandum ubi dolores fiunt in extima parte, in secunda verò vbi intimam partem exercent, adeò ut tota sententia sit prognostica. (*Quibus autem nephrit.*) Quod dicit Hippocrates in hac priore parte, est, Vbi in nephriticis de quibus locutus est in antecedentibus præter signa prædicta ex urinis etiá dolores fiunt circa musculos spinalis medullę exterius abscessum in externa parte esse expectandum, Galenus autem scribit Hippocratem in superioribus signa docuisse per quæ uitia renum dignosci possunt, in hoc autem loqui de ijs quos scimus longo tempore laborasse renibus. Verum si rectè expendantur, quæ ab Hippocrate in duobus antecedentibus tradita sunt, non solum in ijs docuit ipsos renales affectus dignoscere, uerum etiam, quando ij diuturni, uel acuti sint, & in præsenti non est dubium sermonem habere de diuturno affectu, cum id sit proprium affectuum diuturnorum, ut in abscessum conuertantur, quemadmodum aliàs Hippocrates nos docuit, Quibus igitur. (ait) longo tempore circa renes passis non solum antedicta signa in urinis contingunt, uerum etiam circa musculos spinalis medullę exteriores fiunt dolores, &c. Galenus scribit, & bene musculorum ad spinam attinentium duo esse genera, alterum in posteriore parte circa uniuersam, utrãq; spinam distributum, alterum vero in anteriori lumbos dumtaxat complectens, Huiusmodi musculos contingit interdum dolere totos: interdum solummodo alterum genus. Vbicumque autem fiat dolor, ibi esse abscessum expectandum docet Hippoc. Si in posteriore seu interiore parte exterius, si in interiore interius. Verum circa hæc videndum, quæ sit ratio propter quam abscessus in his casibus sunt expectandi. Deinde etiam videndum est cur Hippoc. non diffinierit vtrum huiusmodi abscessus fiat, renibus ipsis ad suppurationem venientibus, an verò musculis, Etenim vtrosquè incurrere suppurationem non est cur dubitemus, nam ut ait Galenus, quotidiana experientia monstrat tum musculos tàm internos, quàm externos, tum ipsos renes, à doloribus & consequenter apostematibus, atque suppurationibus tentari, dolores esse modo graues, vt ait Hippocrat. 6. Epid. sect. 1. 6. Circa primum Hippoc. quarto lib. aph. 32. dicebat hoc etiam contingere in conualescentibus, vt in qua parte dolores fiant, ibidem sint abscessus expectandi, cuius rei multiplex esse potest causa, una quoniam pars dolens attrahit ad sese à circumsitis partibus humores, qui in ea tamquam debiliore retenti tãdem tumores pariunt,

quot

quot ad ſuppurationē ſæpè veniunt, vel in duritiem conuertunt, aut ſpontè diſſoluuntur: Altera eſt cauſſa, quoniam in partibus dolentibus hebetatur naturalis calor, qui nutrimentum attractum coquere, & diſtribuere, atq; vnire non valens in excrementitium ſuccum illud conuertit, qui paullatim in molem congeſtus facit abſceſſum, Tertia cauſſa eſt, quia vbi aliquam partem diutinus dolor exercet, natura illi opitulatura mittit, & ſpiritus, & cum ipſis humores, qui perſeuerante illa miſſione paullatim accumulati, atque retenti ſi non diſſoluantur, neceſſariò inflammationem, atque tumorem pariunt, Ob has itaque cauſſas, dixit Hipp. (προσδέχε,) ideſt expecta abſceſſum, quoniam neceſſariò ſequitur, cæterum percunctabitur aliquis, an ex ſolo dolore aſſiduo, & diuturno, ſit hoc expectandum, an verò opus ſit alia quoque adeſſe, quæ ante ſunt memorata, vt videtur Hippocr. innuere. Cui reſpondendum eſt non Hippocratem voluiſſe ea eſſe neceſſaria: Sed ſi dolores ipſis coniungantur, illud eſſe expectandum, quemadmodum expectari poteſt à ſolo dolore perſeuerante. Circa ſecundum dicere conuenit Hippocratem dimiſiſſe illud docere, quoniam ſicuti facile eſt dolorem renum communicare lumbis, vt Hippocrat. lib. de internis affect: & viceuerſa, haud eſt admodum difficile intelligere ex præſcriptis ſignis, vbi futura eſt in ipſis renibus ſuppuratio, & vbi in muſculis, vel interioribus, vel exterioribus. Si quidem vbi morbus ipſos occupat renes, haud tactu exterior percipitur dolor, ſed veluti graue quoddam onus in ipſis percipitur, vt dicebat Hippoc. de calculo 6 Epidem. ſect. 1. tex. 6 adhæc ſæpè vrina cruenta mingitur, cum pure præſertim, quando iam abſceſſus eſt ſuppuratus adeſt uomitus, & demum eadem ferè ſymptomata contingunt, quæ in calculo, vt hinc ſæpenumero decipiantur medici in diſcernendis huiuſmodi affectibus, vt contingit Piſis in medico Cappanho, quem putantes medici habere calculum in renibus inuentum eſt non illum ſed apoſtema habuiſſe. Vbi autem in muſculis fit abſceſſus, tàm exterioribus, quàm interioribus haudquaquam ſentitur huiuſmodi dolor, ſed potiùs pungitiuus, aut tenſiuus, atq; vbi eæ partes contrectantur dolent magis ſi exterius ſit malum, minus ſi interius. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictiones faciendas, ſed iuuat quoque ad curationem inſtituendam, quoniam vbi ſuppuratio futura eſt in muſculis, ad iuuare eam licet externis emplaſmatibus, contra autem laborantibus ipſis renibus externa remedia haudquaquam proſunt, vt monſtrat Galen. 6. Epid. loco nuper citato, Vtrobiquè autem, & maximè affectis renibus ſanguinis miſſio eſt vnicum præſidium, qua quidem ſecundum Hippocratis, & Galeni regulas tàm in partibus ſuperioribus, quàm in inferioribus adminiſtrare licet, prout in has, vel in illas partes propendere malum uidetur. *Vtilitas. Aphor.*

---

37 *Quicunque euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalutare, ſi verò cum febre malum. Curare verò aſtringentibus, & refrigerantibus.*

ET ſi aliqui propoſuerint neſcio quam continuandi rationem, attamen vix ipſe vllam, quæ placeat inuenio, & eo magis, quia præſens ſententia duplicem naturam habet, ſcilicet docere, quid ſit præſagiendum ex ſan-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 772 sur 867

©BIUM

Diuiſio. guinis vomitu, & quæ ſit ei curatio adhibenda, Diuiditur aphoriſmus in duas partes principales, ſcilicet in prognoſticam, & curatoriam, prognoſtica rurſus in duas particulas, Prior eſt: *(Sanguinis vomitus ſi ſine febre ſalutare.)* Secunda eſt, *(ſi cum febre malum.)* Curatoria autem pars eſt, *(Curatur autem refrigerantibus, & adſtringentibus. Vomitus ſanguinis:)* Non eſt dubium differre ſanguinis vomitum, à reiectatione, ſeu excretione, quãdo ſi proprię is accipiatur illę ſanguis à ſtomacho alijſuè naturalibus viſceribꝰ proficiſcitur, excreatio verò, aut à ſpiritualibus, aut à faucibus deriuat, à capite autẽ poteſt vtroque modo reijci; quandoquidem delabens à capite in ventriculum euomitur, in palatum verò, aut fauces reijcitur, & excreatur, Atq; ſic propriè, communiter accipitur vomitus ſanguinis ab Hipp. etiam pro reiectatione à thorace, & pulmonib. quo pacto & ſputum, idq; teſtatur Gal. in præſenti commentario, ac paſſim vſurpat Hipp. præcipuę 1. lib. de morbis, & in Coacis prænotionibus, vbi ſcribit vomentes ſanguinẽ ſpumantem partib. infra ſeptum tranſuerſum non dolentibus ijs à pulmonibus ſanguinem proficiſci. Quomodo autem hic accipienda ſit vox (ἐμέσιν) manifeſtè Gal. in com: ſcribit nonnullos voluiſſe etiam qui à pectore, & pulmonibus educatur ab Hipp. complecti, Verum coarguit hanc interpretationem eò quod eductus ſanguis à pulmone, etiam abſq; febre ſit difficilis curatu, præterquã quod ſi perſeueret neceſſariò febrem inducit, quare placuit magis ipſi Gal vt proprię vomitus accipiatur pro eo, qui à ſtomaco effertur, id quod etiam mihi magis placet, ſiue exeat ſanguis per διάβρωσιν, ſiue per ἀνασόμωσιν, ſiue per διαίρεσιν. *(Si ſine febre.)* Poſſe fieri ſanguinis vomitum vndecumque exeat ſine febre non eſt dubitandum, & maximè ſi ex copia venarum oſcula aperiente illud fiat, at ſiue exeat à ſtomaco, ſiue à pulmone, ſiue à capite, vbi diù perdurat vix fieri poteſt, quin aliqua febricula tandem ſuccedat, ſi non ob aliud ſaltem, quia in frequenti ſpuitione ſanguinis ſolet aliqua ipſius portio alicubi retineri, vbi is extra proprium locum poſitus, non poteſt conſeruari, vnde corruptus, & vapores in cor de ſe mittens febriculas ſolet excitare. *(Salutare)* σωτήριον Græcę, hoc eſt, vt exponit Galenus ſine periculo, ideſt ἀκίνδυνον: Rationem verò ob quam periculo vacat affert Galenus, quia abſque partis apertæ inflammatione: ſed oſculis dumtaxat reſeratis exit ſanguis, vel ſi alio pacto exeat, haud magnum eſt vlcus, alioquin fieri non poſſet, quin ad locum affectum ſanguis aſſiduo influens inflammationem, & tandem febrem induceret, quæ vbi adſunt fieri non poteſt, quin periculum adſit, vnde Hippoc. iure dixit eſſe (κακόν,) ideſt malum, Eſt quidem malum, vt ſignum, quoniam febris ſignificat adeſſe inflammationem, quę ſemper mala eſt, vt Cauſſa etiam hoc malum eſt, quoniam non ſolum morbus morbo adiunctus eum deteriorem, vireſq; debiliores efficit, verumetiam quia curationem difficiliorem reddit, cum febris aperientia poſtulet, vlcus verò adſtringentia: Sed hoc in loco dubitari poteſt, quomodo Hipp. dicat, ſanguinis vomitum eſſe ſalutarem cum ſanguinem quemlibet, ab ore effluentem malum eſſe dixerit 4. ſect. aph. 25. Cui reſpondendum eſt: Hippocr. ibi loqui comparatiuè ad exitum per internas partes, hic verò ſimpliciter. Aut dicendum eſt, vt eo loco diximus, quod hic intelligitur de illis, qui euomunt ſæpę, & per interualla quędam vt alij interpretantur: *(Curatur.)* Hęc eſt 2. aph: pars principalis in qua Hipp. dat

Dub.

methodum

methodum curandi non quidem febris: ſed ipſius vulneris, inflammatio enim refrigerationem, vulnus verò vnionem, & conſequenter adſtrictionem poſtulat, Cęterum. Circà hanc ſecundam partem tria breuiter ſunt quærenda, vnum eſt, cur Hipp. voluerit curationis methodum adeò dclucidam tradere ſine mentione ſanguinis mittendi. Aliud eſt cur non videatur in curatione febrem ſpectare, cum tamen ea ſit tanti momenti, vt adiuncta morbū faciat periculoſum, Tertiū eſt an hæc curandi ratio conueniat in ſanguinis vomitu vbi febris abeſt, nam phraſis ipſa videtur monſtrare Hipp præcipere huiuſmodi curationem illis tantum, qui præter ſanguinis vomitum, etiam febre detinentur, Ad primum dicendum eſt, hoc feciſſe Hipp. quia ſputum ſanguinis cum per reiectationem, & per uomitum fiat alterum à pectore, alterum à ſtomaco mittitur ualdeq; diuerſas curationes poſtulat, ita ut ſi quæ debetur vni alteri detur, lęthale periculū immineat, vt propterea ad uitandum huiuſmodi graue periculū voluerit, vnius meminiſſe ne importunæ adſtringentia, & refrigerantia vomitui conuenientia in reiectatione adminiſtrentur, & de ſanguinis miſſione nil dicit, quoniam vtriquè conuenit, & non fert ipſius diſcretio tantum periculi: Vel dicendum. In fluxu ſanguinis duplicē eſſe curationē, aut ipſius vulneris, aut ſanguinis fluentis, quod eſt ſymptoma, toto genere pręter naturā, primę curationi de qua Hippoc. debentur adſtringentia, & exiccātia, Secundę ſanguinis miſſio ad reijciendum: Ad aliud dic dupliciter uno modo per refrigerantia intelligere febris ipſius remedia, ſiquidem febris ut febris, ſemper eſſe refrigerandū ſignificat: Alio modo reſpondere poſſumus propterea non ſpectari febrem ab Hipp. cum adſtringere præcipiat, quoniam ea eſt nō morbus, ſed purum ſymptoma, nam ut alias docui ex Gal id ſæpę dicente. Veteres non appellabant febrē eā, quę comitatur inflammationē, ſed nomine ipſius inflāmationis eam comprehendebāt, quòd ſit nō morbus, ſed accidēs, ſiue non eſſentialis, vt dicūt, ſed accidētalis, Ad tertiū reſpōdere licet curandi rationē ab Hipp. traditā cōuenire quoq; vbi febris non adeſt, imò multo magis tūc, quādo febris haud impedit, quin adminiſtrari poſſint adſtringētia: & licet huiuſmodi uomitus ſine febre plerumq. ſpōte deſinat, attamē ſolet etiam quandoq. reuerti, quo fit, vt expediat uti huiuſmodi adſtringentibus. Vtilis eſt aphoriſmus ob primam partē ad prędicēdum, quod optandū eſt maximè in ſanguinis quolibet ab ore exitu, in quo ſolēt facile, & ipſimet ægri, & adſtātes ualde formidare, Ob ſecūdam verò partem nō parum confert ad curationem faciendam tum pharmacis, tum uictu, tum ſanguinis miſſione, vti. Ad victum enim inſtituēdum maximè cōfert, quia & cibi, & potus iubet, vt habeāt uim adſtringēdi, quod præceptū ſequentes medici ablegāt uini potum, uel eo paucifero, & aſtringēte, aut ex punicis malis, utūtur, ſicut & aqua chalybeata, qua etiā coquūt, & condiunt carnes alioſq. cibos, adſtringētes, & refrigerantes. De pharmacis etiam idē eſt aſſerendum ſiue externa, ſiue interna adminiſtrētur, omnia debere eſſe refrigerātia, & adſtringētia, ut eſt ſemen Iuſquiami albi, Oleum de Charabe, Oleū Chalcanthi, & alia leuiora, quę quotidie à nobis vſurpātur. Etſi autem non habeant, uim refrigerādi, & adſtringendi ſectio uenę cucurbitulę, frictiones ligaturæ, quia tamē abducūt ſanguinē a loco aperto ruentē, efficiunt, ut uas illud uacuum, nec à fluente ſanguine ſollicitatum cō-

Quæſita tria.

Solut. 1.

Solut. 2.

Solut. 3.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 774 sur 867

niueat, & claudatur adeo vt Hipp. omne genus auxiliorum ſpectantium ipſum vulnus tantum ſit complexus, vbi dixit curandum eſſe refrigerantibus, atque adſtringentibus, ſymptomatis curationem non attulit, vt claram, & momentaneam, cum ſtatim à cunctis huic occurratur.

---

38 *Deſtillationes in ventrem ſuperiorem, ſuppurantur intra viginti dies.*

DEFFLVXIO in pectus non eſt admodum longinqua à ſanguinis vomitu, cum vterquè affectus poſſit eſſe indicium pulmonum, verumtamen ſatius eſt dicere nullam eſſe continuationē euidentem, & Hipp. conſilium eſſe docere, quid expectari debeat, vbi deſtillatio fertur in pectus, ibiq. moratur, Vnde ſententia eſt prognoſtica, ſed & ad præſeruationē à ſuppuratione aliquid vtilitatis conferens; nullam tamen rationem coniunctam habet, cumque ſatis breuis ſit haud poteſt diuidi. (*Deſtillationes*) καταῤῥέις, qui à latinis deſtillatio dicitur, nil aliud eſt, quàm materię plerumq. pituitoſæ à capite in partes inferiores deſcenſus, quę cum ſint varię, clarum eſt Hipp. in preſenti ſermonem habere non de ſingulis, ſed tantum de ea quæ in ſuperiorem ventrem, i. in pulmones delabitur, vt interpretatur Gal. & vtitur voce plurali, quoniam non de interpollata: ſed de frequenti, & aſſidua eſt ſententia vera, Vnde Corn: Celſ: lib. 2. cap. 7. innuens hanc ſententiam dixit. Poſt nimias deſtillationes tabes (*Suppurantur,*) aliqui etiam doctiſſimi Interpretes exiſtimantes non fieri ſuppurationē niſi antecedente inflammatione, dixerunt Hipp. loqui de ijs deſtillationibus, quæ faciunt inflammationem, Sed valde falluntur, quin Hipp. voluit hic docere etiam interdum ſequi ſuppurationem, & tabem vt ait Celſus ex ſola antecedentę deſtillatione, quippe cū materia ibi intra pectus, & pulmones retenta incaleſcit, & putrefacta conuertitur in pus, quod indies cumulatum, tandem empyema producit, id quod clariſſimę dixit Hipp. lib. 1. de morb: huiuſmodi uerbis. Cum pituita multa confertim è capite in ventrem ſuperiorem fluxerit putreſcit, & pus euadit, Quam ſimiliter ſententiam mutuati ſunt Galen. 4. de loc: aff: cap 8. Alexander Trall. lib. 7. cap. 2. Paullus lib. 3. cap. 32. & Auicennas fen: 10. 3. trac 4. cap. 17. adeò, vt minimè dubitare oporteat, quin in pectore ſuppuratio ſit ex materia à capite deſcēdente in pectus nulla antecedente inflammatione, atque de huiuſmodi ſuppuratione nunc ſermonem eſſe ipſi Hippocrati. Cur autem deſtillatio in pectore retineatur, tres poſſunt efficere cauſſæ, imbecillitas partis, materiæ craſsities & viſciditas, necnon anguſtia viarum. (*Viginti diebus.*) Primo de morbis, vbi hæc eadem ſententia habetur ſcriptum eſt, vigeſimoprimo die. Sed Gal. magis (*Vigeſima*) placet, eò quod Hippoc. inueniatur non vigeſimam primam. Sed vigeſimam facere iudicialem, quippe quæ componatur ex tribus ſeptimanis, ſcilicet duabus per coniunctionem, & altera per diſiunctionem. Sed quærendum cur, potius 20. & non prius, nec poſterius; nonnulli qui de inflammatione ipſum loqui putarunt, dixerunt: Hippocrates hunc terminum poſuiſſe tamquam vltimum, non quod etiam ante, ſ. 14. 17. & ſeptima non poſsit fieri ſuppuratio: Verum cum falſa ſit ſuppoſitio falſum quoq; eſt id quod ex ipſa colligitur; Propterea ſatius eſt dicatur, Hippocratem ſic obſeruaſſe fieri, nec abſque ratione quandoquidem ex pituita fiunt deſtillationes, non

Scopus.

ex alijs

ex alijs humoribus, quę pituita cum ſit humor frigidus, deberet tardo ad ſuppurationem uenire, atqui pectoris, & pulmonum caliditas eam accelerat, vnde fit in medio quodam tempore quadrageſima celeriore, & decimaquarta tardiore. Vtilis eſt aphoriſmus ad præſagiendum, Sed vtilis etiam eſt ad præſeruandum, quoniam medicus, vbi uidet materiam pituitoſam à capite in pectus defluentē non expurgari omni ſtudio, atq; induſtria contendere debet, ut materiā retentam medicamentis educat per os, & per ueſsicam, ſiquidem, & Galen. & Auic. loco citato docuerunt etiam per urinam euacuari, quæ ſunt in pectore, etſi educi nequit ſenſibiliter ſtudēdum eſt diſsipetur, priuſquā in pus uertatur, alioquin ſi fiat pus corrodit pulmonem ſua acredine, ſicq; ulcera inſanabilia, & phtiſim parit, Et ad præſeruandum ualent cauteria in brachijs. *Vtilitas Aphor.*

---

39 *Si quis ſanguinem minxerit, & grumos, & ſtillicidio vrinæ laboret, & dolor inciderit in fœmur, & imum ventrem, pectinemquè quæ circa veſicam; malæ ſe habere ſignificatur.*

SI preſens aphoriſmus fuiſſet ſtatim ante præcedentem poſitus certè melius fuiſſet, quandoquidem uomitum ſanguinis apte ſequitur eiuſdem mictio, de qua in præſenti tractat Hipp. eo, ſ. conſilio, ut doceat quo pacto debet medicus ex mictu ſanguinis conijcere ueſicę affectus. Eſt ſententia diagnoſtica, & licet longiuſcula uideatur, nullam tamen patitur commodam diuiſionē (*Si ſane.*) Hic aphoriſmus eſt idem prorſus, qui & octuageſimus in quarto libro ſcriptus, & à nobis expoſitus eſt, ac propterea à Galeno eximendus iudicatus fuit. Vnde nec ipſi multa dicemus, aliqua tamen pauca dicenda puto, ob illos qui me tunc non auſcultarunt: Sanguis, qui mingitur interdum ſtatim, atq; è vena exijt foras eijcitur, aliquando autē partim eijcitur partim aliqua ipſius portio in ueſica retinetur, hic autem qui retinetur, cū à loci proprietate, & calore haud cōſeruetur, vbicumque ſit permutatur, Si n. in loco aliquo concluſo ſit, putreſcit, inflāmationes, aliaq; mala producit, ſin autē in loco cauo, & ſpacioſo, vt ſtomaco, veſica inteſtinis, pectore, haud ſtatim putreſcit, ſed in grumos uertitur, ſ. concreta craſſiore parte, & expirantibus ſpiritibus ob priuationem caloris proprij loci, Vnde patet non rectę ſenſiſſe Ariſt. qui 2. de partibus anim: tantum exterius à frigore & ob fibras ſanguine grumeſcere, i. coagulari, atque illum qui habet fibras, exiſtimauit. Itaque Hipp. hic loquitur de ſanguinis mictu, in quo pars effluit ſtatim, & pars retinetur, qui conſequenter interdum os ueſicę ſemi claudens haud integrę affert mingendi actionem, ſed illam tantum minuit, atque deprauat, ita vt guttatim exeat, ſicquè ſtanguriam faciat, (*Et dolor habeat,*) qui ſtanguriam patiuntur, ſimpliciter haud dolent, niſi inter mingendum, atque tunc circa veſicæ canalem; Sed qui ex ueſicę vitio huiuſmodi ægritudine afflictantur ſolent perpetua quadam moleſtia teneri, potiſſimumquè dolorem percipere circa peritonæū, ubi os ueſſicæ locatū habetur. Imò uerò etiam in abdomine, & pectine dolor quoq; ſentitur, potius ob conſenſum quemdā, quā qđ huiuſmodi partes neceſſario afficiātur, Etenim ueſica, q̄ ſubtus pectinē ſita eſt, & cōſequēter in cōfinio abdominis, vbi grauiter afficitur, uel intemperie aliqua, uel inflāmatione cer- *Connexio.* *Scopus.*

©BIUM

ne certum eſt ipſam coafficere partes ſibi proximas, vt ob id rectę Hippocrates dixerit, eos, qui habẽt hęc ſymptomata, ut mingãt ſanguinem, & grumos cum dolore perinæi, pectini, & hypogaſtrij ijs veſicam laborare; Nam poſſunt etiam à renibus, & meatibus vreteris prodire ſanguis, & grumus; at vel ſine dolore, ſ. ſpõtè reſeratis vaſis, vel ſaltem ſine dolore partium dictarum, Eſt vtilis aphoriſmus ad dignotionem loci affecti, quę dignotio cum ſit neceſſaria pro curatione inſtituenda, ipſiſquè remedijs opportunę applicandis, proculdubio etiam ad curationem aphoriſmus non parum iuuabit.

Vtilitas Aphor.

---

40 *Si lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit, tale eſt melancholicum.*

SICVTI pręſens aphoriſmus eſt ſentẽtia vere ſeparata, ita admodum difficilis eſt intellectu, & ob id maximè, quia Gal. quoq; nõ parum dubitauit de veritate ipſius, licet haud clare germanis ipſius ſentẽtijs ſeparauerit. Eſt & ipſa vti antecedẽs diagnoſtica indiuiſibilis; & ſine ratione. (*Si lingua*,) quid uox (*lingua incontinens*) ſignificet Hipp. ſtatim Gal. in commẽtarij principio declarauit, vbi duas interpretationes attulit. Vnã, vt ſignificet eam linguã, quæ quia difficiliter firmetur, & quando non oportet ſiſtatur, haud poſſit vocẽ dearticulare, Alteram, vt ſignificet linguã penitus motu priuatam, atq; reſſolutam, quomodo autem ab Hippoc capiatur minimè diffiniuit Gal. Ego uerò puto potius accipere, pro ea quæ nequeat, ob ſui imbecillitatem firmari, ac ſermonem efformare, nam qũę penitus reſſoluta eſt complectitur ab ipſo, ſubſequenti nomine, (*ἢ τί σώματος*, i. vel aliqua pars corporis reſſoluatur) alioquin aut repeteretur idẽ, aut lingua tõ eſſet *τὶ σώματος*, i. corporis pars, quòd eſt falſiſſimũ. Cardanus ſua illa ingenij ferocitate damnãs Gal. & alios expoſitores ipſum ſequẽtes ait pro lingua incõtinente intelligere, cum æger plura & indecora magis, quam conueniat, loquitur, ſic enim populariter ſolere nos dicere aliquem habere linguam incontinentem, ubi procaciter nimis loquitur, vel loquitur præter rationem, & ubi ſecreta non retinet, ſed profatur, quod uitium oriri à melancholia haud nego: Verumtamen credere non poſſum eam fuiſſe Hippocratis mentem, qui de corporis, non de animi morbo loquitur, vnde etiam Varinus explicans hanc uocem dixit nil aliud ſignificare, quam linguam quæ difficiliter mouetur, nec ob id uocem efformare, & dearticulare poteſt. Neque uerò uſpiam inuenietur, Hippocrates uſus aliter uoce, *ἄκρατης*, uel *ακρατεια*, quam pro uitio totius corporis, aut alicuius partis. Accedit, & illud, huiuſmodi incontinentiam linguæ eſſe potius indicium cuiuslibet inſaniæ, quam ueræ melancholiæ (*ἐξαίφνης*, ideſt ſubitò) hoc addidiſſe Hippocratem ſcribit Galenus ad diſtinguendam huiuſmodi paſsionem, ab alijs, quæ fiunt paullatim, ut ſunt quæ conſequuntur inflammationem induratam, vel aliquam intemperiem ſolutu difficilem. (*Vel aliqua pars.*) Quid ſit *ἀποπληξίη*, omnib. perſpectũ eſt, quippe cum ſit reſſolutio quędã ſeu priuatio motus & ſenſus, atq; hoc uel in toto corpore quẽ affectũ, q̃ patiuntur uocãtur à Gręcis *ἀποπληκτικοί*, à Celſo attoniti, Vel in aliqua corporis parte,

partem, ſic enim ſolet dicere Hipp. alicui crus, vel brachiũ eſſe factum apoplecticũ, quando ſenſu, & motu priuatum eſt, quod enim in toto corpore eſt apoplexia idem quoq; in vnaquaq; parte, in qua affectus dicitur propriè paraplexia, ſeu paralyſis, & laborãtes paraplectici, ſiue paralytici, qui nõ ſolum differunt ab apoplecticis, quod hi ſecundum totum ſint læſi, verumetiam quia mentem habent offenſam ſemper, illi verò non ſemper. *Melancholicum eſt*, Siue dicat eſſe melancholicam affectionem, ſiue fieri ab humore melancholico perinde eſt. Illud aũt veré dubium habet Gal. quomodo poſſit linguæ incontinentia, & alicuius partis reſſolutio melancholiæ atteſtari: Nam illud veriſſimum eſt, quod alias dixit Hipp. 6. aph. 23. vbi timor, & mœſtitia diù perſeuerant, melãcholicum eſſe, ſed non ita correſpondet, vbi lingua ſubito fit in continens, aut aliqua corporis pars reſſoluatur, neceſſariò melancholicum eſſe, cum etiam à pituita id contingere queat, & cum videamus quotidie melancholicos morbos fieri, quos tamẽ haud antecedunt prædicta ſigna. Vnde Gal. vt tueretur Hipp. ſentẽtiam, dixit quo pacto dicimus quartanarios circuitus fieri ab humore melancholico, eò quod ſequantur illius humoris naturam, ſic dici poſſe linguæ incontinentiam, & partis paralyſim fieri ab humore melancholico ob ipſius viſciditatem, atq; craſsitiem, merito cuius etiã pituita poteſt facere eadem mala, adeò vt non minus pituitoſum, quam melancholicum appellare liceat: Cæterum illud quęſitu dignum eſt, *Queſitũ.* cum ſaltem interdum linguę continentia fiat ab humore melancholico, quæ ſit ratio, & quis modus quibus fiãt ſubito, nam humor craſſus, & lentus eſt, ob idq. ſubito minimè moueri poteſt, ita vt huiuſmodi læſiones repentinas faciat Ariſt. 11. ſect. probl. 30. & trigeſimo octauo loquẽs de linguę hæſitantia, quam vocat ἰσχνοφωνίαν, quæq. incontinentia quædam eſt, & impotentia de articulandi, & loquellam continuandi, duo dicit, alterum eſt huiuſmodi vitium fieri à frigiditate, atq; debilitate: Alterum eſt melancholicos eſſe, qui hac laborant, atque propterea fieri, quoniam melancholici cum habeant celeres imaginationes, eas lingua alioqui debilis, quæ ab ipſa imaginatione mouetur, ſequi non poteſt, vnde veluti impedita non mouetur, quæ res maximæ facit ad veram intelligentiam præſentis aphoriſmi, ſi quidem vbi lingua non poteſt ſequax eſſe imaginationũ, & propterea repẽte ſiſtitur, eſt quia illę imaginationes nimis celeres ſunt, ob melancholiam, quod quidem pituitoſis non contingit, quoniam lingua ipſorum, quamuis mollis, & debilis ſit, eorum tamen imaginationes, vſque adeò ſunt tardæ, vt facile ipſas ſequi valeat lingua, ne repente ſiſtatur, Hoc certę ita eſt: Verũ *Dub.* illud difficilius cognitu eſt, quomodo ſimiliter melancholicũ ſit, vbi aliqua pars repente fiat reſſoluta: nam pituita, & humor melãcholicus ambo craſsi ſunt, atque tardi motus præſertim melancholia, quę circuitus quartanarios, alioſq. longiores facit, vnde non uidentur adeo repente poſſe facere reſſolutionem, & ſi faciant æquę id pituita, atque humor melancholicus facere poteſt, quemadmodum etiam atteſtari Gal. videtur: niſi dicamus in melancholicis propriæ fieri celerius, quàm in pituitoſis membrorum reſſolutiones, quoniam humoris à uelocibus melancholicorum imaginationibus velociſsimæ mouetur in hanc, uel illam capitis, & principij neruorum partem, prout magis, vel minus ob debilitatem apta eſt recipere irruentem humorem. Vtilis eſt aphoriſmus ad dignoſcen- *Solut.* *Vtilitas Aphor.*

dam

dam morbi cauſſam, & conſequenter ad docendum, contra quem humorem oporteat decertare, vbi quis repente, vel lingua impeditus, vel aliqua corporis parte reſſolutus fiat.

41 *Si timor atque mœſtitia longo tempore hominem habentes perſeuerauerint, tale eſt melancholicum.*

MERCVRIALIS Galenum immitatus huius aphoriſmi expoſitionem dimiſit, quoniam ſupra lib. 6. fuerat ipſum interpretatus.

42 *Si ſenioribus ſupra modum purgatis ſingultus ſuperuenerit non bonum.*

NEC huic aphoriſmo vlla eſt cum ſuperiore conuenientia, qnandoquidem eſt pure prognoſticus, eſt Hippoc. Scopus docere, quid ſuperueniens ſingultus nimium purgatis ſenibus expectandum indicet, ſed nullam neque rationem, neque diuiſionem habet. (*Si ſuper purgatis*) Gal. breuiſsimus eſt in hoc aphoriſmo interpretando, nec aliud quicquam docet, quàm veriſsimum eſſe, tùm ſimpliciter, propter ſingultum, qui numquam bonus eſt, ubi ex inanitione fit, & ſuperpurgatione, ut Hipp. dixit 5. aphor. 4. tùm maximè propter ſenes in quibus cuncta mala ſunt deteriora ob virium imbecillitatem. Quid autem ſit ſuperpurgatio, & per ſe notum eſt, & ab Hipp. 1. de natu: hu: explicatum, eſt enim cum ui alicuius purgantis medicamenti non ſolum noxij, & inutiles humores educuntur, verumetiam boni, & vtiles uſque ad ipſum ſanguinem, hoc autem licet iuuenibus, quorum uis expultrix robuſtior eſt, accidere faciliter poſsit, ſenibus tamen, haud ob id frequenter contingit: Sed quia cum ſint ſicci facile labuntur in affectus ex ſiccitate, unde Hippocr. hoc ipſum adnotare uoluit, & docere. Vtrum de extremo ſenio loquatur, vt credunt nonnulli an uerò de uiridi ſenecta, puto ego de hoc poſtremo, quoniam in illa quælibet affectio ſolet eſſe peſsima, (*Singultus.*) Vt conuulſionem, ſic & ſingultum dicebat Hipp. lib. 5. æque fieri ab inanitione, atq; à repletione. Verum de ſingultu nunc tantum facit Hippoc. mentionẽ, quoniam hic magis contemptibilis affectus vulgo apparet. (*Non bonum.*) Dubitari poſsit cur potius Hippoc. dicere placuit ἔχαγαθον, quam κακὸν, i. non bonum, quam malum? Reſpondendum eſt, uerè, ſi comparetur hic affectus cum alijs ætatibus, eſſe minus malum, non tamen bonum, quoniam cum ſit familiaris ętati ſenili, minus hi periclitantur, attamen non iuuat, immo nocet non parum uiribus, ut propterea, nec ut ſignum, nec ut cauſſa bonum ſit. Vtilis eſt aphoriſmus ad præcognoſcendũ morbum, & conſequenter ad ſciendum. In ætate ſenili omnia etſi exigua eſſe formidanda, quoniam ubi uires medicinæ haud opitulantur, uix quicquam boni ex ea ſperare licet, ſicut uiceuerſa in iuuenibus nil ferè eſt ſine ſpe.

43 *Si febris num ex bile habeat multa aqua calida capiti ſuper infuſa ſolutio ſit febris.*

HIC aphoriſmus ſententiam quandam raram cum contineat haud poteſt ullam cum ſuperiore connexionem habere, habet tamen in ſe non inutiles ſpeculationes, & eſt totus curatorius, ſine ratione, & ſine diuiſione,

Galenus

Galenus autem fuit ſatis longus in eo explanando, eo quod multas difficultates habeat, vt in eo explanando videbitur. Cur autem Hippocr. hanc ſententiam nobis relinquere voluerit, puto cauſſam fuiſſe, quia cum quotidie homines lauarentur, & capita etiam abluerent in balneis febricitantes, præſertim qui laborabant febribus interpollatis, vt teſtatur Corn: Celſ: ne errores committerent voluit docere in quibus febribus conueniant, & in quibus non, ſcilicet in diarijs non autem putridis. (*Si febris*;) Habet Hipp. explicatius hanc ſentẽtiam 2. Epidem: ſect. 6. vbi quod hic breuius, & obſcurius, ibi & paullo fuſius, & clarius docet. Quod enim hic dicit Hippocr. (ἢν πυρετὸς) ideſt febris ibi dicit (ἡ σθερμή,) ideſt calor, quam vocem vſurpat etiam 1. lib. de morbis mulieb: ſicut etiam vtitur voce (θερμαίνεσθαι,) ideſt calefieri ſemper pro febre leui, vt prudenter adnotauit Galenus primo libro Epid: ægr: 12. & lib. 3. Epid ægro 2. Vnde colligi poteſt, etiam hoc in loco nomine πυρετοῦ, ſiue febris, intelligi leuem febrem veluti diariam. Notat hic Galenus, vt etiam lib. 4. aphor. 66. 73 & 3 in 1. Epidem: veteres πυρετὸν nomen vſurpaſſe non in illis febribus, quæ comitantur inflammationem, & ſymptomata ſunt, ſed in ijs, quæ vere ſunt morbi, ſiue ex putridis humoribus ſint, ſiue abſq; putredine, Vnde cum nunc Hipp. loquatur de febribus ſine inflammatione, quæ vel putridæ ſunt, uel ſine putredine: ad hoc ut doceret ſe non loqui de putridis addidit. (*Non ex bile*,) perinde ac ſi diceret non ex putreſcentibus humoribus, in 2. Epid. loco citato dixit, ſi non ex bile, vel pituita, vt rem clariorem faceret, Verum hoc parum refert, quoniam Hippocrates hic loquitur ſecundum veterem opinionem, qui vt habetur in parte poſtrema libri de nat: hum: necnon 2. & 4. de morbis exiſtimarunt omnes, febres putridas à bile oriri, nempè quæ ſit aerea, tenuis, & parata ad ſuſcipiendam inflammationem, & certę ſi non ſemper febres putridæ fiunt, à bile, tamquam præcipua materia, numquam tamen fiunt abſque illa, quæ inſtar ſulphuris efficit, ut alij humores facile accendantur, niſi quoque dicere velimus cum Galeno hic nomine bilis comprehendi tàm nigram, quàm flauam, & pituitam putreſcentem in bilem verti, aut flauam, aut nigram. Eſt itaque hæc Hipp. mens ſi homo à febre non putrida capiatur. Sed ab aliqua diaria, vel ex laſſitudine, vel ex Calefactione, vel ex refrigeratione, (*Aqua multa & calida affuſa capiti tollit febrem.*) Teſtatur Gal. hoc in loco duplicẽ ſcripturã haberi, vnã in qua habetur πολλῷ ἱδρώτος, aliam in qua, πολλεῦδατος, ſed præfert hanc poſtremam; quoniam prior eſt, contra experientiã, & rationem, quandoquidem vſu repertum eſt, febres biliоſas ſæpenumero ſolui copioſo ſudore. Dixit igitur Hippocrates multam aquam affuſam, reſpiciens conſuetudinem ſui temporis, ſecundum quam quotidie lauabantur, atque inter lauandum, ſimul etiam caput lauabant, neque enim tunc in vſu erat, vt barbi tonſores capita abluerent, quemadmodum nunc. (*Febrem ſoluit.*) De perfecta ſolutione, non autem de ipſius febris in aliũ morbum tranſmutatione loqui Hippocratem certum eſt: Verum quæſitu hoc in loco dignum eſt, qua ratione multæ aquæ calidæ affuſio capiti ſoluat febres non ex putredine, Secundo videndum an etiam febri hæcticæ, quæ plane haud eſt ex putridis idem remedium conducat. Tertio uidendum an toti corpori affuſa calida poſſit ſimiliter febrem tollere. Poſtremo exaninandum eſt, qua ratione me- *Quæſitũ.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 780 sur 867

dici in curando Metone, qui est septimus Aeger relatus ab Hippoc. 1. Epidem: adhibuerint balneum capiti, cum tamen laboraret febre ex bile contra hunc
Ad 1. aphorismum. Circa primum dupliciter responderi potest, vno modò aquam multã capiti affusam per uniuersum corpus percolari, propterea q̃ esse perinde, atque vniuerso corpori affundi. Balneum autem totius corporis ex arte administratum febres diarias, soluere non est dubium, siue fiunt ex labore, siue ex super calefactione, siue ex refrigeratione, atq; adstrictione, siquidem humectat, aperit, attenuat, & refrigerat, vt Galenus, & Auicenna docuerũt. Alio modo respõderi potest, propterea capiti potissimum affusam calidã febrem tollere, quoniam vt dicebat Hippocr. 4. de morbis & in Epist: ad Demetrium regem caput est origo ferę omnium ægritudinum homini, & præsertim vbi illud incaluit nimis, aut refriguit, vnde eo curato consequenter toti corpori curatio adhibetur. Quod autem Auenzoar lib. 3 to: 1. c 1. velit in feb. ex lassitudine lauandum esse totum corpus excepto cap. est contra Hipp. hic & 2. Epid. sect. 6. nam & in plerisq̃. alijs morbis Hipp. lauabat caput, ut habetur 2. de morb. & lib. de affectio-
Ad 2. nib. Circa secundum non est dubitandum, ex præcipuis ipsarum hecticarũ remedijs esse balneum totius corporis; at affusio aquæ multæ calidæ ipsi adhibita capiti haudquaquam conduceret, quod ab eo in hæcticis malum non proficiscatur, & quod illud in ijs sit nimis debile quàm ut possit sustinere vehementiam affusionis, dicebat enim Arist. 19. sect. probl. 37. hectica febre laborantes propterea acutam uocem emittere, quoniam admodum imbecilles sunt, propter quam imbecillitatem haud possunt multum aeris ciere, paucus autem aer uelociter fertur, & acutiem facit. Accedit etiam, quod Hippoc. 2. de morbis loquens de quadam tabe iussit lauari excepto capite, quod dixit rarissimę esset la-
Ad 3. uandum. Ad tertium dicendum est similiter non esse dubium, quin febribus diarijs conueniant curandis balnea toti corpori adhibita, quinimo ueteres inter maxima ipsarum remedia habent, & ut ait Celsus lib. 3 etiam in febribus putridis intermittentibus qua die febre uacabant, ægros lauari secundum consuetudinem, patiebantur, quamquam Asclepiades huiusmodi licentiam magis auxe-
Ad vlt. rit, vt Plinius testatur lib. 26. cap. 3. Ad postremum de Metone, haud dubitandum est, quin is febre putrida, atque etiam acuta laborauerit, Verum an medici iure ipsi secunda die aquam frigidam concesserint dibendam alias disputaui, quod autem capiti balnea applicarent, certę non sine ratione factum est, primum, quia crisis iam præcesserat, scilicet euacuato corpore tum per sanguinem ex nare sinistra, tum per sudorem, deinde remanserat uigil, & delirans, quæ symptoma cum a sicco, & calido nascerentur, vtiquè humectantia postulabant, vnde factum est, vt secutum sit quod quærebatur, scilicet dormiuit, & ad mentem
Vtilitas Aphor. reuersus est, nec morbus redijt, atq; sanguis fluere perrexit: Vtilis est aphorismus ad prædicendum quidem, sed potissimum ad curandũ febres diarias, & prospiciendum ne in putridas, ut solent, conuertantur. In fine secundi Epid: vbi habet hanc eandem sententiam non solum monstrat hoc remedium uerumetiam, quantum sit administrandum, scilicet quoad sudor ad pedes transeat, postquem deinde cibum offerri iubet, Dicebat enim primo libro de ratione uictus, acut: tempus cibandi ægrotantes oportunum esse, vbi calor ad pedes descenderit,

quod

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 781 sur 867

quod ſignum eſt declinantis febris; Sic enim ait donec pedes frigidi ſunt; arceri debent à ſorbitione, & maximè à potu, vbi verò calor deſcenderit in pedes tunc dandum eſt.

---

44 *Mulier ambidextera non fit.*

SI quis diceret hunc aphoriſmum aut non eſſe Hippocratis germanum, aut importunæ fuiſſe ab aliquo interſertum, certæ non aberraret, quoniam non ſolum nullam habet connexionis ſpeciem cum ſuperiore, neque cum ſubſequente, verum ſi rectè expendatur in medicina docenda, vel facienda nullū vſum uidetur habere, ſi quidem nil aliud Hipp. docet, quam mulierem non fieri ambidexteram, quæ res parum, aut nihil ad ſanitatem, quæ eſt vnicus medici ſcopus, facere videtur; Niſi dicere placeat Hipp. in relinquenda nobis hac ſententia illud ſpectaſſe, vt doceret ſemper mulieres habere dexteras ſiniſtris fortiores, atque hoc aliquid cōferre, tum ad notitiam, tum ad illarum curationem: eſt autem breuiſſima ſententia ſine ratione, & ſine diuiſione (*Mulier ambidextera.*) Hac de re certę nuſpiam alias locutus eſt Hipp. niſi quod in libro de aer. aq: & loc: cap. 10. dixit Amazonidas conſueuiſſe mammam dexteram vrere, quo totum nutrimentum ad ſiniſtram partem conuerſum illam validiorem efficeret, nam vt dicit 2. Epid ſect. 6, mamma dextera, & oculus dexter magnam vim habent in natura, licet de oculo id neget Ariſt 31. prob. 12. neque enim fabula fuit, quod à ſcriptoribus de Amazonibus eſt relatum, cum etiam num eas alicubi reperiri non deſint, qui affirment, quamquam Hipp. 3. de artic. 86. referat ſe ignorare, an verū ſit eas, (vt aliqui dicunt) infantes ex articulare, vt claudi, ne inſidientur ipſis ac inſtar mancipiorum, ſeruiant ſimulq. in venere magis valeant, vt dixit illa mulier claudo nupta, ſcilicet claudum melius virū agere, Cæterum, vt etiam aliquem fructum ex hiſce paucis verbis aquiramus uidendū eſt, primo quid ſit eſſe ambidexterum, deinde an uerū ſit mulieres non fieri ambidexteras, Poſtremo ſi id verum eſt, quæ ſit ratio propter quam hoc accidit. Circa primum teſtantur Erotianus in Onomaſtico, & Galenus tum in linguis, tum in hoc ipſo commentario hāc uocem ἐπιδέξιον, ſeu περιδέξιον proprię apud veteres eum ſignificaſſe, qui bene, & apte vtraquè manu uteretur, qualem fuiſſe Aeſteropæum memorat Homerus, & qualem etiā ambi ſiniſtrum vocauit Ariſtophanes, impropriè verò tributam fuiſſe eiuſmodi vocem pleriſq. alijs rebus, vt Euripides ferro, qđ vocauit ambidexterū, quādo utraq; parte incidebat, quod latini ſolent vocare anceps, Verum Hippocratem dicere ἀμφιδέξιον mulierem proprię, quæ vtraque manu pariter in agendis rebus vtitur, cuiuſmodi Scythas fuiſſe narrat Plato lib. 7. de legibus. Iam uerò de ſecundo vtrum, ſcilicet hoc verum ſit dubitatione dignum, etenim ex vna parte eſt hęc Hippocratis ſententia, qua explicatiſſimæ teſtatur mulierem non fieri ambidexteram, Et vtitur uoce (γίνεται) non autem (φύεται,) ut oſtenderet, (quantum ipſe puto) ſeſe loqui non tantùm de naturali generatione verum etiam de artificiali, vnde autem Heſy-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 782 sur 867

©BIUM

chius acceperit equam dici amphidexion, quod vtraque parte vteri naſcatur, haud ſcio. Ex altera parte eſt Plato lib 6. de leg: necnon Ariſt. 2. de partibus animalium capite primo, & 31. particula probl, 12. qui voluerunt homines naſci vtraque parte, ſcilicet dextera, & ſiniſtra æque valentes, verum culpa nutricum fieri, vt ſecus eueniat cum infantes ſtatim aſſuefaciãt potius dextris, quàm ſiniſtris vti, imò Plato non ſolum volebat mulieres ad eaſdem corporis operationes idoneas veluti viros naſci, verumetiam eiſdem diſciplinis capiendis, & aquirendis aptas oriri: Et Ariſtot. 1. cap. libro ſecundo de hiſtoria animalium dicens ſolum hominem naſci ambidexterum, uidetur id tribuiſſe vtrique ſexui. Adſtipulatur quoque huic ſententiæ ipſamet rei natura, quandoquidem æquę mulier, atque vir eadem membra, eadem viſcera, eadem vtrobiquè vaſa, exceptis illis, quæ ad generationem pertinent, à natura obtinuit, accedit huic etiam ipſa experientia, cum quotidie videantur mulieres, quæ non modo valent ſiniſtris manibus, imò melius, quàm dexteris; Nonnulli, (quemadmodum ipſæ arbitror,) vt hunc ſcopulum euaderent dixerunt: Hippocratem dixiſſe mulierem, ambidexteram non fieri, quod dextera vteri parte non gigneretur, quam interpretationem Glauciæ adſcribunt Erotianus, & Galenus. Alij interpretati ſunt de hermaphroditis, quaſi mulier non fiat, hermaphroditus, ſed vir ſolus. Verum huiuſmodi interpretationes, tamquam ridiculas, & à mente Hippocratis longe alienas repudiarunt Erotianus, & Galenus, Itaque dicendum eſt: Hippocratem non negaſſe ſimpliciter mulierem fieri ambidexteram: Sed in comparatione ad uiros, quia certę mulieres multo rarius, ſiue natura, ſiue aſſuetudine fiunt ſiniſtra parte æque valentes, quam viri, & ideo quod raro accidit, accepit Hippocrates perinde ac non fiat, ſic enim dicebat Ariſtoteles tertio de hiſtor: animal: 15. quod rarum eſt, haberi tamquam non ſit: Poſſumus etiam aliter reſpondere, ſcilicet non naſci vere mulieres aptas ad vtendum ſiniſtris manibus, quoniam, ſiue in ſiniſtro, ſiue in dextero vteri ſinu oriantur præ debilitate, nequeũt vmquã dexteras partes habere ſiniſtris infirmiores, cum alioquin Ariſtoteles dixerit libro primo de communi animalium motu, & quarto de generatione animalium capite primo, ſemper dexteras eſſe calidiores, atque robuſtiores ſiniſtris, licet & alio modo reſpondere, ac forſan melius, ſcilicet mulieres non fieri æquę validas, & potentes ſiniſtra, atque dextera manu: ſed ſi quæ videntur tales non eſſe quia valeant ſiniſtra, ſed quia infirmiores fiunt dextera contra naturam, vnde non poſſunt eam plus ſiniſtra exercere, ac propterea potius ambiſiniſtræ, ut eſt apud Ariſtophanum, quam ambidexteræ uocari debeant. Cur autẽ, (quod poſtremo propoſuimus) id fiat, ut mulier ratius fiat ambidextera, ratio accipitur ab Ariſtotele, qui dixit in uniuerſum mulieres ad cunctas actiones obeundas eſſe uiris impotentiores, quia frigidiores, & imbecilliores ſunt, propter quod etiam ſiniſtræ ut imbecilliores partes, ſunt inefficaciores ad operandum, quemadmodum etiam Erotianus, & Galenus ſignificaſſe uidentur. Vtilis eſt aphoriſmus tantum ad huiuſce euentus cognitionem conſequendam, & etiam ad illud diſcendum mulier, cum ſit uiro infirmior eam non poſſe tàm grauia tædia curationis, & ſupplicia ſuſtinere, quàm uirum, An uerò ambidexteri ſint malorum morum, ut aliqui credunt, haud decerno.

Vtilitas Aphor.

45 Quicun-

©BIUM

45 *Quicunque ſuppurati vruntur, vel ſecantur, ſi pus purum fluxerit, & album, euadunt, ſi verò ſubcruentum, & feculentum, ac fetidum pereunt.*

NON eſt quærenda hic vlla connexio, cum toto genere differant hic, & antecedens aphoriſmus: clarum tamen eſt Hippocratis conſilium, nempè docere quid expectandum ſit, ubi empyci vruntur, unde ſententia eſt pure prognoſtica, ſine ratione, quæ tamē diuiditur in duas partes, quarum prior eſt. (*Quicunque empyci, &c.*) Secunda eſt, (*Si verò ſubcruentum,*) & quantum ad priorem partem, certum eſt Empycos de quibus ſecundum Galenum hic loquitur Hippocrates proprię dici, quibus magna aliqua puris pars in thorace collecta eſt, ſiue poſt ſuppuratam aliquam inflammationem, ſiue ex materia à capite deſcendente, atque in pectore putreſcente, ut retro diximus cum Hipp. interdum contingere eſt quoque, & illud certum ueteres medicos multo nobis audaciores conſueuiſſe pro conſumendo, & educendo pure ex thorace, modo ſecare, modo urere locum aliquem inter coſtas, ad hoc ut ibi foramine effecto non modo per illud pus euacuaretur, uerumetiam calor ille putrefactorius perſpiraretur, fuiſſe autem huiuſmodi conſuetudinem apud veteres probat Galen. etiam teſtimonio Platonis Comici, qui de Cineſia Euagorę filio, qui ex pleuritico factus erat empycus, & ſemitabidus loquēs, ſcribit: eum ab Euriphōte medico fuiſſe in corpore multis cruſtis iniuſtū, Sed multo magis hoc poteſt comprobari ex ipſomet Hippocrate, apud quem fere nil frequentius reperitur mentione huiuſce remedij. (*Si pus Fluat purum, & album,*) Paris boni conditiones ab Hippocrate deſcriptæ in 1. progn vlt. & in prorrheticis ſunt, vt ſit album, æquale, purum, & quam minimè fœtens, & ibidem loquens de ijs ſuppuratis, qui uruntur, ait eos ſeruari, quibus pus album, purum, & minimè fœtens exit: Secundo de morbis tacet fœtorem, & loco eius ponit fibras ſanguinis. Hic quoque tacet fœtorem, Sed ſi rectę res ipſa expendatur, eſt quidem diuerſitas, at non contradictio, quandoquidem potiſſimę conditiones boni puris ſunt, vt ſit purum, hoc eſt nulli alteri humori, aut excremento permixtum, & album, nam cum pus fiat opera partium ſolidarum, quæ ſunt albæ, neceſſario ijs aſſimilatur, quotieſcumq; generationem naturalem habere debet, Cęterum de odore nil dicit, quia is in bono pure ferè nullus eſt, aut ſi malus eſt, quam minimę id habet, imò ſi uerū ſit muſcum, nil aliud eſſe, quam vomicam in pus conuerſam cuiuſdam animalis, iam certum erit pus in aliquibus, etiam boni odoris fieri, (*Seruantur*) περιγίνονται ſua lingua dicit Hipp. in progn: σωζονται: ſed perinde eſt. In ſecūdo de morbis dicit, ὑγιεῖς τὰ πολλὰ, vt plurimum ſanus fit, quæ verborum varietas, facit vt credam eos, qui uruntur, vel ſecantur empyci, poſſe quidem effugere mortem, uerum nūquam ad priſtinam atq; integram ſanitatem redire, eo quod pus diu in thorace detentum, fieri non poteſt, quin labem aliquam ijs partibus pœnę indelebilem inſeruerit, ſicuti uidemus eos, qui è grauiſſimo morbo euadunt, ſemper aliqua parte minus ſanos degere, vt iure dixerit Auicennas, perfunctis morbo acuto feræ ſemper aliquam partem Oblæſam remanere ſicut teſtatur Auuerroes ſibimet contigiſſe, qui ex grauiſſimo morbo à quo

Scopus.
Diuiſio.

Dei

©BIUM

Dei ſolius beneficio euaſit, arthriticus remanſit, atque hęc de prima parte, ſequitur modo Secunda, quæ eſt, (*Si autem ſubcr. &c.*) dicit Hipp. ſi ſectis uel uſtis pus ſubcruentum cenoſum, & graueolens prodierit, extinguũtur: adeò ut ſicut boni duas tantum conditiones attulit, ſic mali tres, Verum hoc in loco plura

Quæſita 3. occurrunt quæſitu digna, quorum primum eſt, cur nõ partes numero conditiones tradiderit boni, & mali puris, cum contrariorum ſit eadem natura. Secundum eſt cur hic damnet pus ſubcruentum, & ſecũdo de morbis laudet illud cui inſunt ἐνεσταί ἔνεσαίματος, Tertium eſt, quale dicatur ab Hippoc. pus βορβορῶδες,

Ad 1. Circa primum dicendum eſt, licet actu non uideãtur partes, attamen eſſe uirtute; quandoquidem ſub nomine (*puri*) quod eſt græcę καθαρὸν comprehenditur, ſed etiam quod non eſt mali odoris, ubi enim prauus odor eſt, ibi quoque impuritas adſit neceſſe eſt, adeò ut puritas, & albedo ſufficit ad teſtandam ipſius puris bonitatem, quippe quod numquam ſit ſine aliquali febre, ſed non multo, Quod

Ad 2. uerò ſecundo de morbis laudet pus, cui ſanguinis fibræ inſint, cum hic damnet ἰὸφαιμον, ideſt ſubcruentum eſt, tum quia fibræ, & quaſi fila ſanguinis indicant materiam eſſe benignam; tum quia materia ſubcruenta ſignificat natiuum calorem non ſuperare calorem putredinalem, & febrilem, nam cum materia quæ ad pus eſt ducenda ſit ſanguis, ſiue pituitoſus, ſiue alterius generis, ut dicebam, naturalis calor nititur illum in partes ſolidas conuertere, & purum ab impuro ſeparare, quo fit, vt oporteat ipſum dealbari, cũ autem permanet color ſanguinis ita, vt materia illa non ſit verus ſanguis, nec vere dealbata, proprie ſubcruenta dicitur, atque hæc indicat ſanguinem permutari quidem à natiuo calore, at non ita, vt dealbetur, quod plane ſignum peſſimum eſt, neque enim ſeruari poſſunt, quibus iam calor naturalis, ita eſt affectus, vt nequeat pus inchoatum ad perfectionem perducere, ſed potius putreſcere ſinat, ita vt fętorem edat.

Ad 3. Circa tertium dicendum eſt Hippocr. puro opponere βορβορῶδες, quod eſt perinde, ac ſi dicatur impurum; Iam vero, ut pus laudabile ſit, cum debeat habere eas conditiones quas docuit Hippocrates in fine primi prognoſticorum, & in prorrheticis, vt ſit album, æquale, & leue, certum ubi impuritas reperitur, inæqualitatem quoque eſſe, ſcilicet alias partes eſſe craſſiores, alias tenuiores, alias crudas, alias ſemicoctas, ob idquè inæquales, Iam δυσῶδες, aut fœtidum, quod ſit, non eſt quærendum, ſicuti nec dubitare oportet, quin ubi fœtor eſt, ſemper eſſe putredinem, quemadmodum ſcripſit Galenus quinto de

Vtilitas aphor. ſimpl: med: 15. ac propterea ſemper malum eſſe. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædicendum tum mortem, tum ſalutem, & ſimul ad cognoſcendas puris qualitates tàm bonas, quàm malas; Sed confert etiam ad cognoſcendas, quę potiſſima, & extrema ſint remedia pro empyematicis curandis, nempè uſtio, & ſectio, quę ut fieri debeant docent Celſus Actius, & Paullus lib. 6. cap. 44.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 785 sur 867

©BIUM

46 *Quorum hepar ſuppuratum aduritur, ſi pus purum fluxerit, & album, euadunt, ſi tunicam, his pus continetur, ſi verò qualis amurca fluat, pereunt.*

NON eſt longe quærenda præſentis aphoriſmi connexio cum ſuperiore, quandoquidem ut in ſuperiore egit de pure in thorace collecto, quod facit ἔμπυημα uocatum, ſic nunc de pure in partibus naturalibus facto, Iecinoris exemplo accepto loquitur, ita ut etiam præſens ſententia ſit tota prognoſtica, ac in duas partes principales diuidatur, quarũ prior adhuc ſubdiuiditur in duas particulas, ſcilicet ſententiam, & ſententiæ rationem. (*Quibus iecur.*) Duo ſupponit Hippocrates alterum etiam Iecur ſuppurari, atque eam ſuppurationem non ἔμπυημα, ſed διαπύημα uocari, ſic enim dicit ſua lingua, (ἢ παρ διάπυον,) qua uoce utitur quoque in prognoſticis, & alibi, Alterum eſt cuiuſmodi ſuppuratos nô minus vri conſueuiſſe, quam ij, quibus intra thoracem pus eſt colectum. Quomodo autem urerent hoc uitium patientes docuit Hippocrates in libro de internis paſſionib. vbi per fuſos buxeros oleo intinctos feruido, nec non per fungos uſtionem huiuſmodi eſſe adminiſtrandam monſtrat. Aretæus, quoque libro de diutur: paſs: cap. 13. plura hac de re, ſicut & Celſ: libro octauo adeò ut non ſit dubitandum, quin Veteres poſcente uſu ad huiuſmodi medicationem audacter deuenirent, quam ſequens pus album, & parum ſalutem promittit, quemadmodum etiam in antecedente aphoriſmo dictum eſt. Verum circa hoc eſt nonnihil dubitationis, ſiquidem puris boni condiciones in propoſito caſu referens Hippocrates, & cum eo Celſus loco citato, ſolummodo duas proponunt, puritatem, & albedinem, At Aretæus loco citato vbi docuit quando, & quomodo vomica Iocinoris extra protuberans incidenda, atque vrenda ſit, addit, ſi debet æger ſeruari, pus exiens eſſe album, coctum, leue, & καλῶδες, ideſt mali odoris, nam de coctione & læuitate dicere poſſumus haſce duas condiciones complecti ab Hippocrate, & à Celſo ſub puritatis nomine, verum de malo odore, non ita dici poteſt, tum quia odoris illi non meminerunt, tum quia vbi fœtor eſt, ibi neceſſario eſt putredo, quemadmodum habetur ex Galeno quinto de ſimpl: med: capite decimoquinto vbi verò eſt putredo, non poteſt eſſe coctio, & conſequenter pus non poteſt eſſe ſalutare. Itaque vel addenda particula negatiua (μή) ita vt dicatur μὴ καλῶδες, ideſt haud grauis odoris, vel pro particula (καλῶδες) idem intelligamus, quod ſcriptum eſt ab Hippocrate primo prognoſticorum vltimo, vbi ponit eaſdem condiciones puris boni, quas Aretæus, & loco, καλῶδες, habet ὡς ἥκιστα δυσῶδες, ideſt quam minimè graueolens. Nam vt optimè diſcurrit Galenus in eius loci commentario, cum pus fiat à calore putredinali, & à naturali vincente, licet alioquin bonum ſit, haud poteſt ex toto fœtoris eſſe expers, ſed ille quam minimus eſt, prout quoque putredo multo minor eſt, quam coctio, quibus fit pus. (*In tunica*) hæc eſt ſecunda particula primæ partis in qua rationem affert Hippocrates quamobrem pus album ſit, & purum in ijs qui ſunt ſeruandi, & eſt, quia non in corpore ipſius Iocinoris: ſed in tunica ipſum ambiente vitium eſt,

Connexio

Diuiſio.

vt etiam

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 786 sur 867

©BIUM

vt etiam Celſus eleganter dixit, cauſſa verò propter quam albedo puris indicet malum eſſe intra tunicam, eſt quia corpus iocinoris eſt parenchyma, ideſt pura confuſio concreti ſanguinis, ac ob id rubrum eſt ſemper, & ſolidum, vt ait Hippocr. lib. de priſca med: tunica verò alba eſt, quæ cum ſit efficiens cauſſa ipſius puris ſibi illud aſſimilat, ac propterea dealbat, illud bene verum eſt, quod ait Arætęus, niſi cito bonum pus, per ſectionem, & vſtionem euacuetur corrampi, ac tandem ipſius viſceris corpus corrodere, & conſumere, quodammodo ſi cito excernatur, Iecur expers labis remanens, haud exitium afferre poteſt, veluti, nec membrana illa pertuſa, Sed dicet aliquis ſi verum eſt, quod ait Aretæus extuberantem vomicam eſſe ſtatim ſecandam, & vrendam, cur Hipp. hoc in loco ſolius vſtionis, non item inciſionis meminit, vt in ſuperiori? Dicendum eſt non meminiſſe, quia vſtio inciſionem præſupponit, Etenim ignis ſemper aperit non autem è conuerſo inciſio, & apertio vrit: imò vt magis aperiat ignis, ſolent Chirurgi, vt ſimiliter admonet Aretæus gladiolum quo volunt aperire, ſimul incendere, & præſertim quádo ex ipſa inciſione timetur nimium ſanguinis profluuium, vt in iocinoris pertuſione; Etenim tunc ſimul ferrum incidens, & comburens ſtatim ſanguinem fluentem comprimit pro quo etiam cauſticis ſolemus vti (*Sin autem amurca.*) Hæc eſt ſecunda pars aphoriſmi principalis: quam ſolam habet Hippoc in Coacis prænot: vbi loquens de uarijs iocinoris affectionibus, habet hæc verba. (*Quibus ſecundum iecur vſtis, veluti amurca exit, mortale*) quamquam in aliquibus codicibus (*legatur*) inciſis, & vſtis. Iam verò conſiderare oportet, quid propriæ ἀμόργη vox vſurpata ab Hippocrat. ſignificet: nam ſiue dicatur ſimpliciter ἀμόργη, vt hic ſiue οἷον ἀμόργη, vt in Coacis prænot: perinde eſt. Deinde videndum erit, quæ ſit cauſſa cur pus ſimile amurcæ ſit vſque adeo exitiale. Circa quæ omnia dicendum quod ἀμόργη, ideſt amurca, ut ſcribit Galenus in comm: apud Græcos proprie ſignificat olei fœcem, quod etiam in libro de vlcer: teſtatur. Verum quomodo hic Hippocrates accipiat huiuſmodi vocem diſcrepare nonnihil uidentur Gal. & Erotianus in Onomaſtico, is enim ſic appellari à Sene per ſimilitudinem uoluit incoctam iocinoris putrilaginem, Huic uerò magis placuit ſic uocari ab Hippoc ſerolam ſanguinis Iocinoris partem. ego verò puto ſicuti fęx olei eſt quoddam craſſamentum ſubatrum, & pingue: Sic ubi ſanguis in uomica iocinoris diu manſit, & computruit prauo modo, eum huiuſmodi amurcæ ſimilem euadere, & conſequenter mortem portendere: nam ubi tanta eſt putredo in ipſo uiſcere, quod eſt ſanguinis officina, & quod tanti refert ad uitam ipſam protrahendam, nihil ſpei ſupereſſe poteſt, Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem faciendam, & admonẽdum medicos, vt ſtatim ac pus factum eſt circa aliquod uiſcus, illud è corpore tollatur per inciſionem, & vſtionem, ſi tolli poteſt, & præſertim circa Iecur, quod cum ſemper ſanguine multo exuberet, in ipſo curando potiſſimum utendum eſt uſtione, ſiue per cauſticum medicamentum, ſiue per ignem, quo ſtatim ſanguis ſupprimatur.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 787 sur 867

©BIUM

47 *Dolores oculorum poſt meri potionem, & aquæ calidæ balneum venæ ſectione curato.*

HVNC aphoriſmum pleriquè interpretes omiſerunt, tamquam idem ſit cum eo, quem tradidit libro ſexto aph. 31 Sed cum videam ipſum à Galeno ſatis longo, nec inutili commentario fuiſſe interpretatum, nec ipſe illum ſilentio præterire volui, etſi alioquin nullam cum ſuperiore, & ſubſequente connexionem habeat, Hippocratis autem conſilium eſt docere, quæ remedia conueniant, & quo ordine ſint adminiſtrãda in doloribus oculorum, adeo vt ſit purum præceptum curatorium, ſine ratione, & ſine commoda diuiſione. (*Dolores oculorum*;) Quod dicit Hippocrates eſt in curandis oculorũ doloribus prius potu exhibendum merum, deinde vtendum balneo, & poſtremo venam incidendam, quæ omnia quoniam nimis vniuerſaliter, & indiſtinctæ ſunt propoſita, paullo diligentius ſunt expendenda, & primum illud ſciendum Galenum ſentire hunc aphoriſmum omnino ex ijs eſſe, qui fuerunt interſerti, quiquè minimè ſunt Hippoctatis germani, tum quia eſt valde diuerſus ab alio ſimili, qui habetur lib 6. aph. 31. tum quia nullam eſt reperire affectionem in qua ſimilia remedia poſſint iure eò ordine adminiſtrari, Et quia fuerunt ex interpretibus aphoriſmum uerę Hippocrati adſcribentibus, qui dixerunt: hæc remedia eſſe accommodata, vbi dolores oculorum fiunt à ſanguine multo, & craſſo, eo qđ multitudo exigat ſanguinis per ſectam venã miſſionem, quæ fieri nequit niſi prius ſanguis fluidus reddatur vini meraci potu, & balneo, cõtra hos monſtrat Galenus minimè id poſſe fieri in ſanguinis craſſi multitudine, quoniam vbi ſanguis abundat ſtatim poſcit euacuari, abſquè alio præcedente auxilio, vbi uero ſit tantum ſanguis craſſus, non item copioſus, conuenire quidem pro ipſo attenuando, ac fundendo vini meri potionem, & balneum, at non conuenire ſanguinis miſſionem; quæ ipſi multitudini debetur, Addit melius feciſſe Aſclepiadẽ qui prius per phlebotomiam euacuata plenitudine vtebatur vino, & balneo, quippe quæ ſine maximo detrimento haud ſuſtinentur à phlethorica diſpoſitione, atq; hæc Galenus pro adimẽda penitus aphoriſmo authoritate. Cæterum quia nec ratione, nec experientia veritatem ipſius conſtare exiſtimat tentandum eſt, num ſaltem aliqua ratio proponi poſſit, qua eiuſmodi ſententiam tueri liceat, nam certum eſt Hippocratem in lib. de acut: ad explorandam pleuritidis naturam priuſquam ad venæ ſectionem deueniat, vti fomentis calidis tàm humidis, quàm ſiccis, quæ vbi non proſint, atque ægritudinis naturam detexerint, tum ad venæ ſectionem deſcendit, Pari igitur modo forſan dici poſſet, vbi dolores oculorum maximę urgent, nec dum ipſius natura plenè explorata eſt, pro tentanda ipſius materiæ diſcuſſione, & vinum merum, & balneum proponere, quib. fruſtra adhibitis, & iam comperto cauſſam affectus non eſſe materiam leuem, nec diſcuſſu facilem, tunc præcipere, ut ſanguis mittatur non tantum pro ſanguinis exuberantia tolenda, quantum pro doloris magnitudine ſedanda, ſiquidem alias ipſemet Galenus dixit, nil eſſe efficacius aduerſus

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 788 sur 867

Vtilitas Aphor. omnes dolores ipsa etiam larga sanguinis missione, Itaque vtilis est aphorismus ad medicinam exercendam, & ad docendum sanguinis missionem haud semper esse anteferendam alijs remedijs: sed interdum quoque esse post alia auxilia differendam. *Dubit.* Verum illud dubium est quomodo vmquam possit ex vsu esse in doloribus oculorum meri potio, quandoquidem Galen. 4. de med: local. cap. 8. ex Archigene scripsit in occul: affect: conuenire aquæ potum, cui dupliciter respondere licet, vno modo ibi loqui de fluxionibus oculorum, quibus certè aduersatur vini potus, alio modo dicere vinum administrari posse, vel vt remedium, vel vt victus instrumentum, primo quandoq. conuenire dixit Hippoc. secundo modo damnauit illud Archigenes. *Solut.*

---

48 *Aqua intercute laborans; si à tussi habeatur, desperatus est.*

SVPRA lib. 6. Aphor: 35. interpretatus fuit ab Excellentiss: Mercuriali hic Aphor. vt propterea ab eius expositione nunc supersedeat.

---

49 *Vrinæ stillicidium, & mingendi difficultatem, vini potio, & venę sectio soluit, incidere autem interiores.*

SI vt Galenus, & alij fecerunt, demamus ex hoc, illum aphorismum (*Hydropicum si tussis habeat sine spe est,*) qui etiam habitus est lib. 6. aphorism: 35. quique fere nil à præsenti discrepat, dubio procul afferri potest aliqua cum antecedente connexio, quoniam vterquè sententia practica sententia est, vterquè de dolore, & vterquè de ijsdem remedijs, nempè vini potu, atque venę sectione, vnde dicere, quoque possumus Hippocratis mentem fuisse monstrare, quibus remedijs curanda sit vrinæ difficultas. Est autem sine ratione, & diuiditur in duas partes, in sententiam, atque in præceptum. Sententia est. (*Stillicidium, & difficultatem vrinæ meri potio, & venæ sectio soluit*) præceptum uerò est. (*Internas autem venas incidere oportet.*) (*Vrinę difficultatis.*) Habetur hæc eadem sententia secundo Epidem. sect. 6. & 6. aphor. 36. Verum hic vna uox est θώρηξις, quæ ibi non habetur, & quæ forsan in caussa fuit, vt Galenus hunc quoque aphorismum sit interpretatus, quemadmodum etiam nos faciemus, Alias dixi, & nunc cum Galeno repeto stranguriam, quam aliqui latini stillicidium vrinæ, alij sub stillum lotium uocauerunt, esse quando urina guttatim ejcitur, Vrinæ uerò difficultatem seu dysuriam esse, cum mingitur, uel cum dolore, uel cum difficultate, ita ut & pluri tempore, & conatu sit opus, Vtraque affectio diuersas caussas habet, & diuersos morbos sequitur, prout cõtingit lęsis actionib. uarijs, quales sunt hęc, si intemperiē cũ materia, necnõ solutionē cõtinui, & morbũ in uia, & quantitate, atq; numero. Iam uerò stranguria propriæ sit, uel ob lotij acrimoniam, uel ob retentricis debilitatem ab intemperie, & præsertim frigida inductam: Porro dysuria, ubi est cum dolore, uel ab ulcere sit,

Connexio. *Scopus.* *Diuisio.* *Stranguria, quid.* *Dysuria, quid.*

fit, vel ab inflammatorio dolore, vel ab inæquali intemperie, vel à flatu, De quibus autem loquatur in præsenti, dicemus paullo post (*Meri potio*) θώρηξις, Græcis duo significat, & vini potionem simpliciter, & meri: Vtraque conuenit, vbi enim malum fit aut à flatu, aut ab intemperie frigida, aut ab obstructione aliqua sine corporis repletione potus vini, atque etiam meracioris conducit, nam existente plenitudine, vinum magis perduceret materiam ad partem affectam, (*Et venæ sectio.*) Vbi corpus plenum sanguine sit, semper sectio venæ conuenit, à quacumque causa fiat vrinę vitium, sed multo magis vbi acrimonia est in vrina, & vbi tumor aliquis inflammatorius vasa mictioni famulantia occupat. (*Incidere autem oportet,*) Galenus sese hac de re locutum esse in antecedente libro testatur, quod & ipsi fecimus, Vnde nunc sufficiet pro hac secunda parte illud vos monere, dixisse Hippoc. (*internas*) numero plurium, vt doceret tàm inferiorum, quàm superiorum venarum incisionem conuenire, & præsertim quando affectus non tantum est in vesica, verum etiam in ipsis renibus, qui vbi laborant aut inflammatione, aut aliqua calida intemperie cum sanguinis plenitudine; sententia est Hippocratis, atque Galeni, tàm supernas, quam infernas venas secari posse, Cur verò potius internarum sectio præcipiatur, Est, tum quia sic magis plenitudo exinanitur, tum quia & à vesica, & à renibus, illæ magis trahunt, Est utilis aphorismus pro curatione vitiatæ mictionis, quæ & molestissima esse solet, & insigni periculo plena. Et quamquam vini administratio periculosa videatur in illis præsertim qui laborant inflammatione, & quorum corpus sanguine est repletum, attamen si vinum, vt medicamentum accipiatur, quemadmodum frequentissimę ipsum vsurpabat Hippocrates, in plerisqùe concedi potest, in quibus gratia victus minimę concederetur. Balnei autem cur, nec in præsenti, nec in antecedente libro, nec secundo Epidemiorum meminerit Hippocrates, cum tamen ipsum, & ratio, & experientia conuenire doceant, puto caussam fuisse, quia dumtaxat remedia, quæ alijs non ita ex vsu videri possent, proponere uoluit, manifesta autem & vulgata dimittere: Etenim balnea, quæ quotidie apud omnes vsurpabantur non est credibile non fuisse quoque adhibita in ægritudinibus curandis, in quibus spes erat ipsa iuuatura.

Vtilitas Aphor.

---

50 *Ab angina habito; tumor, & rubor in pectore superueniens bonum, extra enim vertitur morbus.*

MERCVRIALIS huius Aphorismi expositionem dimisit, quoniam supra lib. 6. Aphor. 35. interpretatus fuerat.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 790 sur 867

©BIUM

§ 1 *Quibus cerebrum ſphacelatum id eſt corruptum eſt, in tribus diebus pereunt, ſi vero hos euaſerint, ſani fiunt.*

APHORISMVS hunc antecedens etiam 6. lib. 37. habetur, nec non in Coacis prænot: & ſecundo de morbis, vt non dubitare liceat, quin ſit germanus, verum cum ab alijs dimittatur, & à nobis ſit expoſitus anno præterito, de illo non loquemur. Quem autem ſumus expoſituri, nullam ſanè connexionem habet, nec ab Hippoc. alibi, quam in prænot: Coac: habetur, & ſecundo de morbis. Docet autem Hippocrates, quid præſagiendum ſit in Sphacelo cerebri, Eſt itaque ſententia prognoſtica ſine ratione, & diuiditur in duas partes, quarum prior eſt. (*Si cerebrum.*) Secunda (*Sin verò hos effug. &c.*) Primum igitur aggredientes neceſſe eſt, quid ſit cerebri Sphaclus edoceamus, de quo tractauit Hippoc. etiam ſecundo de morbis tribus in locis, necnon in Coacis prænot: Quem igitur Hippoc. σφάκελον, ſiue σφακέλισμον vocat, Latini noſtri transferre ſolent ſideration em, ſeu corruptionem: quæ affectio non ſolum cerebro, ſed etiam alijs partibus contingere ſolet, nam apud Hippocratem certum eſt inueniri hanc vocem vſurpatam vno modo vniuerſaliter pro corruptione cuiuſlibet partis viuentis, vt teſtatur Gal. lib 2. de fract. & lib. de tum: præter naturam, vnde Theophraſtus quinto de cauſſis plãtarum c. 11. vſurpauit in plantis ſicut, & Ariſt. lib. de iuuen. & ſenec. ſeu de morte & vita, qui etiam in alijs alibi ea vſu eſt, vt tertio de hiſt: animal. 14. 3 de partibus anim: 9. & primo problem. 9. alio modo, pro oſſis cuiuſquè corruptione, quod latini pleriſquè ſideration em Con: Celſ: lib 8. cap. 9. oſſis virium nuncupauit, atque ſic frequentiſſimè vſurpaſſe in libris de artic: inuenitur Hippocratem vt cumque autem ſemper eſt, veluti via quædam ad gangraneam. Verum idem Gal. 2. de loc: aff: docet complurib us alijs modis σφάκελον eſſe ab Antiquis acceptum, vt neque ita conſtet quo pacto ſit hæc vox in præſenti aphor: accipienda. Vnde ſatius Galenum ipſum ſequamur, qui in commentario vbi ſcribit, nequaquam intelligi poſſe aphoriſmum pro corruptione, ſeu putrefactione totius cerebri ſubſtantiæ, quæ eſt veluti ipſius gangræna, ſed pro magna inflammatione, vel alio affectu, qui ad ipſam deducat, quaſi ſit veluti incipiens ſphaceliſmus, & corruptio, alioquin curari non poſſet, vt enim gangræna incipiens, ſæpenumero remedijs compeſcitur, vbi autem facta eſt, omnino perdit, ſic & Sphaceliſmus incipiens curari poteſt, non autem iam conſumatus, itaque Hippoc. ſententia, qui loquitur de curabili Sphaceliſmo, ſic intelligatur decet, ſ. de affectu graui, ad Sphaceliſmum perducente, quo pacto etiam ſecundo de morbis ipſum fuiſſe locutum & rationi, & illius doctrinæ ac verbis conſentaneum eſt. Si quidem declarans Sphaceli cerebri generationem, ſcribit illam fieri ex aliqua magna intemperie antecedente, licet & hæc à cauſſa externa, vt percuſſu & caſu orti poſſit (*In tribus diebus pereunt.*) Vbi incipit cerebrum putrefieri ob magnam aliquam antecedẽtem affectionem ſi pergat, id accidit quod dicebat Gal. 4. de loc: affect: accidere cordi, quod vbi inflãmatur neceſſario æger interit, priuſquam affectus

Scopus.
Diuiſio.
Sphacelus quid.

©BIUM

affectus augumẽtum perueniat, ſic enim & incipiens corruptio cerebri pergat, antequam ad augumentum perueniat in ipſo initio perit, quod eſt intra triduũ, ita enim intelligendum eſt, quod ait Hipp. (ἐντρίσιν ἡμέρησιν,) ideſt intra tres dies non quod tertia die pereant, vt aliqui male ſunt interpretati, ſed quod eam non pertranſeant, tanta enim eſt cerebri, & cordis dignitas, vt nullo graui affectu poſſint diu laborare ſeu vt dicebat Plinius macerari. Sed neceſſe eſt, uel declinent, vel perdant, nec obſtat, quod Hipp. in Coacis prænot: dicebat alios perire tertia die, alios ſeptima die, vt etiã tertio de morbis, quinta, quoniam vbi libros illos condidit, nondum eam rem ita explorauerat, quemadmodum in ſenectute, in qua libros aphoriſmorum edidit, licet etiam dici poſſit in robuſtiorib. produci poſſe interitum vſque ad quintam, atq; ſeptimam diem. (*Si autem vos effugerint.*) Hæc eſt ſecunda pars in qua dicit Hipp. ſi qui incipiente cerebri Sphacelismo tertiam diem euaſerint, ſanos fieri, i. non modo à morte liberari, verum etiam ad priſtinam ſanitatem redire; cuius rei ea eſt ratio, qđ vbi terminus mortis prius iam exactus eſt, ſignum eſt, haud fuiſſe initiũ illud morbi graue, alioquin interemiſſet ægrotantem, vnde neceſſario integra ſanitas expectari debet, quia ſicuti dicebat Celſus cor longa morbi tædia non ſuſtinere, ſic dicẽdum eſt de ipſo cerebro, quod ſi non excedit ſaltem dignitate æquat ipſum cerebrum, Vtrum autem poſt triduum ſtatim ad ſanitatem redeat, an longiore tempore, licet non diffinierit Hippoc. exiſtimandum eſt tamen cum affectus principium non fuerit ita magnum, debere cito deſinere, Eſt utilis tãtum ad prognoſim faciendam: de qua dicebat Hipp 2. Epid. ſect. 6. Pulchrum autem, & ex medici dignitate fuerit mortem ipſam, aut vehementes dolores prædicere, Poteſt autem etiam ad uſum aliquem practicum inſeruire, nempè ad ſuccurrendum ſtatim, vel ex ſectione, & oſſis ſeparatione ſignificata in Coacis prædict: vel alijs auxilijs ab ipſo propoſitis ſecundo, & tertio de morb: lib.

Vtilitas Aphor.

---

52 Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite inani. Aer enim intus contentus extra erumpit. Sonat autem; quoniam per angustum ipsi est exitus.

PVTANT aliqui poſſe hunc aphoriſmum connecti ſuperiori, Si dicamus in illo tractaſſe de ſignis prognoſticis à graui capitis affectu captis, nunc vero agere de ijſdem, Sed à mitiore affectu nempè ſternutamento comparatis. Verum falluntur, quia præſens nihil minus eſt, quàm prognoſtica, imò tota eſt theorica, in qua nil aliud intendit, quam pro vſu medicinæ docere quibus de cauſſis fiat ſternutamentum, Etenim ex uſu eſſe interdum ſternutamentum alias docuit, & in antecedente libro, & ſecundo Epidemiorum, quando præcepit pro ſecundinis educendis faciendum eſſe ſternutamentum; Diuiditur aphoriſmus in tres partes, ſcilicet in ſententiam, & in duas, quas adfert cauſſas, quarum vna eſt, quare fiat expulſio, & motus, ſecunda quare fiat illæ ſonitus, uideamus, itaque primum ſententiam, quæ eſt. (*Sternutamentum, &c.*) Quod Græci dicunt πταρμὸν, Latini noſtri ſternutamentum dixere,

Scopus.

Diuiſio.

©BIUM

Sternutamentum, quid.

dixere, Et vt dicebat Aristot. 1. de histor: animalium 11. nil aliud est quam vniuersi flatus ex naribus eruptio, & a Gal. 1. capite libro secundo de sympt: causis datur ipsi primus locus inter symptomata, quę fiunt naturæ stimulatæ opera. Itaque ad faciendum sternumentum tria concurrunt Motor, materia mota, & locus per quem mouetur, Motor est ipsa expultrix facultas cerebri, quæ stimulata à spiritu, vel copioso, vel acri circa cauitates, & in cauitatibus ipsius existente non sine impetu per nares extrudit, adeo vt materia mota sit spiritus, & locus per quem materia mouetur sunt ipsarum narium meatus, vt etiam dicebat Aristotel. loco commemorato, necnon 33. sect. problem. Ad faciendum autem spiritum illum, quem Hippocrat. vocat Aerem, duo conueniunt, humor in loco contentus, necnon calor natiuus, vt bene ait Galenus, qui ex ipso humore vaporem, & spiritum elicit, Excitatur verò calor, aut sponte, aut à caussa externa, vnde fit vt qui nares penna, vel alio terunt, protinus sternuant, sicut & qui solem aspiciunt, quibus propterea dicebat Aristotel. 33 sect. problem. 4. quia Sol. calefaciens mouet, perinde ac qui penna nares stimulant, vtriquè enim motu calefacientes uelociter, ex humore spiritum educunt, qui per nares uelociter motus facit sternutamentum, sic quoque piper tritum sinapi, euphorbium naribus adhibita, & cerebrum calefacientia, spiritum ob id generantia sternutamentum pariunt. Atque hoc summatim est quod dixit, & dicere uoluit Hippocrates in duabus prioribus aphorismi partibus. Sequitur modo tertia, quæ est. (*Sonat autem*,) & in qua quod vult dicere Hippocrat. est ob id fieri sonitum illum in edendo sternutamento, quoniam aer, siue spiritus, aut flatus per angustiam cum impetu exit, Vt enim experimento quotidiano exploramus in bombardis fieri strepitum illum ingentem, eo quia ex puluere ignito excitatur spiritus, qui cum loco illo nequeat contineri, magna ui per angustam uiam truditur, haud secus in sternutamento, vbi calore ex humido excitatus spiritus in cerebro contineri non potest à facultate expultrice cuius organum est calor, uehementer per angustos narium meatus actus effracto uehementer aere, strepitum illum edit, qui sonus nil aliud est nisi magna, & impetuosa quędam aeris fractio. Porro caussa finalis ipsius sternutamenti est, ut cerebrum à superuacanea humiditate exigatur. Sic enim plerumque uidemus sternutamentum sequi pituitæ muccosæ exitum, siue sponte, siue ipsa factum emanatione, Imò uero etiam impetu illo tussis per mota elicit ex partibus spiritualibus humiditatem. Atque hæc est illa Hipp. philosophia, quam accepit ingratus Aristot. nec umquam illius nominatione gratias ipsi egit, Verum hoc in loco nonnulla sunt problemata proponenda, & dissoluenda Vnum

Probl. 5.

est cur qui patiuntur grauedinem magno sternuendi afficiũtur desiderio, haud tamen sternuere possunt, Alterum est cur confricatis oculis sternutandi, appetitus ille desinat: Tertium. Cur dormientes non sternuamus, Quartum cur putauerint sacram rem veteres, imò uero, ut Deum adorauerint, quemadmodum scribit Aristot. 33. partic. problem. 7. quæ à media nocte ad meridiem, Quintum, & postremum est, ad quem usum medicinæ uoluerit Hippocrates hunc

Solut. 1.

aphorismum nobis relinquere. Circa primum dicendum est uerum effectorem sternutamenti esse spiritum illum, siue aerem cerebri inexistentem, qui

ubi

ubi non impeditur,& ſtimulat,à natura extra protruditur, ſicquè ſternutamentum facit, vbi verò ſtimulat, ſed ab exeundo impeditur non ſternutationem, Sed ſternuendi cupiditatem parit, Impeditur verò, aut quia meatus illi ſunt à muccoſa materia obſtructi, vt accidit ſenibus, quos Ariſtoteles trigeſimatertia particu. problem. 12. dicebat difficiliter ſternuere, quoniam meatus narium ipſorum ſunt obducti, & conniuentes, quamquam hoc contingere poteſt, ob materiæ crudæ, & craſſæ inobedientiam, atque facultatis expultricis imbecillitatem, aut quia productus flatus ex materia cruda adhuc eſt craſſior, quàm vt facile exire queat, vnde in principio grauedinis fit hoc impedimentum, & ſternuendi vanus appetitus, qui cocta materia ceſſat, & hinc etiam fit, vt qui nequeunt ſternuere, ſi vertant faciem ad ſolem ſternutent, quoniam attenuatus ſic uapor facilius prorumpit. Circa ſecundum iam dixi id quod tradidit Ariſtoteles trigeſimatertia ſectione problematum quinto ex illa confricatione excitari calorem, qui excitans quidem flatum, ſed propter viciniam occulorum, & narium diſſipat, & conſumit adeo vt inanem illam ſternuendi cupiditatem penitus finiat modo citius, modo tardius pro ut copioſior, aut craſſior eſt materia, atque hinc colligitur peſtem illam, qua ſternuentes peribant fuiſſe ueram, quod ſcilicet tunc cerebrum humiditate excrementitia repletum eo concuſſu in ventriculos cerebri humorem præcipitaret, qui occluſi apoplexiam, & ſubitaneam mortem inducebant, vtrum autem tunc primum inductus ſit mos ſternuentibus bonum omen præcandi, vt pleriquè credunt, arbitror multo ante fuiſſe morem ſternuentes ſalutis ominatione proſequi, quod non modo tempore Tiberij qui, ut ait Plinius lib. 28. capite ſecundo iuſſit quoslibet hoc erga Imperatores etiam in lectica exiſtentes facere, uerum etiam tempore Ariſtotelis, qui dixit primo de hiſtoria animal. 11. & 33. ſect. problem. ſternutamentum habitum pro ſigno ſalutari, & ſacro, illud bene uerum eſt Veteres alio fine ſalutare conſueuiſſe ſternuentes quaſi illis de bona cerebri ualetudine congratularentur; tempore autem illius peſtis ſalutabant, tamquam præcantes ipſis à Deo ſalutem, & ab illa repentina morte liberationem, Cur autem dormientes (quod erat tertium propoſitum) non ſternuant eſt, quia ad huiuſmodi operationem efficiendam concurrunt etiam facultas animalis, ſcilicet imaginatiua, & voluntaria, quæ quoniam in ſomno, ut dicebat Ariſtot. liganturinde fit, ut nequeant operari, nam ita eſſe monſtratur, quia in poteſtate hominis ſæpe eſt tàm facere, quam cohibere ſternutamentum. Imò dicebat Galenus, & recitat etiam Raby Moſes in Aphoriſmis eſſe aliquos motus manifeſtos, qui ubi exuberant ita ut lædant, curantur cohibitione, atque ceſſatione, cuiuſmodi, eſt uomitus, tuſſis, ſingultus, ſternutatio. Circa quartum Ariſtoteles ipſe abundè ſatisfecit, qui in problem: loco citato propterea dixit ſacrum eſſe putatum, & uocatum vulgo ſternutamentum, quoniam ſignificat robuſtum eſſe, & ſacrum cerebrum, quod eſt ſedes, & domicilium mentis quæ, eſt res in homine ſacra, vbi notandum eſt ex eo loco poſſe colligi quandoq. etiam Ariſt. cum medicis, & Platone cenſuiſſe non cor, ſed cerebrum eſſe veram animi ſedem, Quintum erat de uſu, & utilitate præſentis aphoriſmi, quæ una uidetur eſſe cognitio naturæ, & cauſſarum ipſius ſternutamenti, quam rem uoluit Hippocrates

Ad 2.

Ad 3.

Ad 4.

Not.

Ad 5.

medicos

©BIUM

medicos docere, vt alacriter, vbi ars poſtulat, ad excitandum ſternutamentum accederent, & ne deterrentur, vbi ſponte illud in morbis fieri viderent: Nam in Coacis prænotionibus ſcriptum habetur morbis pulmonum ſuperuenientia ſternutamenta eſſe pernicioſa alijs vero morbis etiam exitialibus eſſe vtilia, vnde ſolent medici, & vulgares vbi vident grauiter ægrotantes ſternuere, optimam ſpem ſalutis concipere.

---

53 *Quicunque hepar circundolent, his febris ſuperueniens ſoluit dolorem.*

CERTE ſi præſens aphoriſmus fuiſſet locatus, vel ante, vel poſt quadrageſimum ſeptimum aphoriſmum melius fuiſſet, & connexio manifeſta eſſet, ſiquidē vtrobiq. de Iocinoris effectu tractatur, & quamquam aliqui aphoriſmum non interpretentur, tamquam non germanum, Galenus tamen videtur, vt legitimum agnoſcere, vnde & ipſe iudicaui interpretandum maximè, quod habetur etiam in Coacis prænot: Eſt enim ſententia progn: & quod ammodo curatoria, cum medicus ex hoc intelligat, quid ſibi agendum ſit in dolo-
Scopus ribus ventris citra febrem: Nullam habet rationem, nec diuiſionem. (*Quibus hepar.*) Et ſi aliqui codices, ſint cum particula aduerſatiua, aliqui ſine, placet tamen magis, vt ſine illa particula legatur, quia vt dixi, nulla eſt connexio, ſicuti eſſet. Si loco, quem monſtraui fuiſſet poſitus: In Coacis prænot: deeſt particula illa aduerſatiua, & additur particula ἐξαπίνης nec malè, vt paullo poſt dicam, Pro iocinore autem non ſolum intelligendum ipſum viſcus, ſed & totum illud latus, & partes ipſi circumſitæ imò poſſunt omnes partes dolentes præſertim intimæ ſub hæpate complecti, eum, vt ait Galenus in libro de diff: reſpiratione ea fuerit Hipp. ſempiterna conſuetudo, vt ſub nomine vnius rei plura cōplecteretur. (*Circumdolet.*) Galen. vocem περιοδυνέους, interpretatur de uehementi dolore, & certę ſi loci omnes (qui ſunt plurimi) conſiderentur, in quibus Hippoc. hac uoce utitur, nequeunt, de alio, quam de ſummo dolore intelligi, qui cum fiat à uarijs cauſſis continuū ſoluentibus, certę ratio curationis monſtrat de eo ſummo dolore ipſum uerba facere, qui à materia frigida tenui, ac uaporoſa originē ducit, Vnde iure addita eſt uox ἐξαπίνης, in Coacis prænotionibus, quia huiuſmodi dolores, qui fiunt à flatibus & tenuibus ſuccis, ut plurimum fiunt repente, ſecus quam qui fiunt ab aliqua inſigni intemperie, atque ſuccis craſsis, quoniam hi efficiuntur paullatim, & longiori tempore. (*Febris ſuperueniens*) notat Galenus, & bene, vocem ἐπιγενόμενος, ideſt ſuperueniens denotare id quod ante non aderat, tamquam certo Hippocr. loquatur non de dolore inflammatorio, quem ſemper febris comitatur, ſed de dolore ſine febre cuiuſmodi eſſe ſolet is, qui fit, materia frigida tenui, atq; vaporoſa, & vere ratiocinatur Galenus dolores vehementes de quibus loquitur Hippocr. non fieri poſſe ab obſtructione, & craſſa materia, quoniam illi non ſunt magni: ſed neque ab inflammatione, vel ſuppurata, vel non ſuppurata potius grauatiui, quoniam ad eſſet febris, vnde neceſſario fiunt à materia flatulenta diſtendente partes neruoſas Iocinori circumſitas. (*Soluit,*) ideſt perfectę liberat, quoniam calor febris conſumit, & diſ-
Not. ſipat tum materiam frigidam, tum maximę flatus, Sed hoc in loco, Tres oriun-

tur

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 795 sur 867

©BIUM

tur contemplationes, Vna eſt, quomodo Gal. dicat dolores magnos non fieri ab obſtructionibus, cum certum ſit dolores colicos factos ab humore craſſo frigido, & vitreo à Praxagora, & Philotimo vocato, eſſe atrociſſimos, & uehemẽtiſſimos ſecundum Gal. 12. meth & 1. prorrhet: vltimo, adeo vt fuerint, qui acerbitatem doloris ſuſtinere nequeũtes, ſibi ipſis exitium procurarunt. Præterea cum febres cõmuniter ſoleãt affectus frigidos, tàm à vaporibus, quàm à tenuibus; & flatulẽtis ſuccis genitos vbiq. finire, cur Hipp. hoc potiſſimũ voluit de Iocinoris dolore docere. Tertio dignũ eſt cõſideratione vtrũ etiam aliquãdo poſſint dolores à cauſſa calida ſine inflammatione tamen finiri. Ad primum dicendum eſt Gal. id dixiſſe, non de qualibet parte dolente, Sed tantummodo de ipſo hepate, quippe quod laxũ, & molle, penecq. ſenſus expers ſit exiſtens cedit facile humori obſtruenti, ob idquè dolorem non facit, ſimiliter & ipſum cingens membrana creſcente Iocinore paullatim extenditur, quò fit, vt neque ſubito, neque magnus fiat dolor, ſecuſquam inteſtinis contingit: quæ tota ſunt neruea, atque extenſa tum ſubitos, tum magnos dolores inducunt. Et quamquam peritonęum ſit membrana neruea, & paullatim ſine dolore in hydropicis extendatur, eſt tamen genus quoddam mollius quam inteſtina, atque ita fabricatum vt extendi poſſit in neceſſitatibus, & præcipuę dum animalia vterum gerunt; Sic etiam dicebat Galenus in iocinore non fieri œdema, quoniam ipſius facultas alterat, & conſumit materiam pituitoſam, vt non poſſit colligi, & facere œdem à quamquam dicat cap. 5. eiuſdem lib. facere œdematoſas affectiones quas Hipp. vocat ſua lingua 4. Epid. ζυμῶσις. Ad ſecundum dicendum eſt Hippoc. ob plures cauſſas peculiariter hoc de iocinore docere voluiſſe, Vna eſt, quia iecur eiuſquè partes uicinæ frequenter ſolent delere, quoniam ibi fabricantur humores, & excrementa, quæ cumulata dolorem faciunt, & dicebat Hippocr. 4. de morbis pueros vocare iecut cor, atque iecur eſſe quod morbis affligitur, cor autem ob ſoliditatem ſubſtantiæ, & ob uiciniam vaſorum magnorum in quæ effundit ſtatim quicquid humoris ipſum lædit, morbis non macerari diuturnis, ſcilicet vt dicebat Plinius, Altera eſt quia iecur febribus occaſionem ingentem ob ſui caliditatem, & ſanguinis copiam præbere ſolet. Tertia eſt, quia medici metuunt ſemper calida præſidia hepati adhibere, ne magis illud incendant, Vnde vt hanc inutilem formidinem ex animis medicorum demeret, voluit Hippocrates hoc aphoriſmo monſtrare ſicuti febris ſuperueniens interdum dolores iocinoris ſoluit, ſcilicet qui fiunt à flatu, & frigidis ſuccis, pariter medicum debere in ſimilibus caſibus remedia calida non reſpuere. Ad tertium, atque poſtremum dicendum eſt, humores calidos uel eſſe valde calidos, vel moderate, ſi ſint ualde calidi certè à febre ſuperueniẽte magis accenduntur, & deteriores euadũt, ſin uerò tepidiores non inconuenit, quin à calore febrili cõſumantur, & conſequenter dolor ab ipſis genitus finiatur. Atque hinc facile colligi poteſt aphoriſmum non modo utilem eſſe ad prognoſim, vt initio dicebam, verum etiam ad curationẽ faciendam, ſcilicet non tanti ſemper eſſe indicationem ab affecta parte acceptá, quanti ea quæ fit, vel à morbo, vel ab ipſo ſymptomate, ſiquidem & ſi iecur ſit uiſcus calidum, ubi tamen afficitur ab affectu frigido, & à dolore magno horum potius, quam temperamenti partis eſt ratio habenda, Sic enim & in hydro-

Not. 3.

Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

Utilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 796 sur 867

©BIUM

pe calefacere ſolemus iecur, vbi impenſe refrigeratum ſit, tam à cauſſis calidis cuiuſmodi ſunt febres acutæ, quàm ab alijs frigidis cauſſis, licet Cardanus ſecus exiſtim. 2. in progn. Hipp. circa initium.

---

§ 4 *Quibus à venis ſanguinem mittere confert, his vere venam oportet ſecare.*

GALENVS in commentario præſenti nil aliud facit, quam monſtrare, nec ab Hippoc. hunc aphoriſmum ſcriptum eſſe, cum ſit pars, & veluti truncus quidam antecedentis 47 lib. 6. nec bene feciſſe eos, qui immemores antecedentis interſeruerunt, Et ſimiliter eos interpretes erraſſe, qui hunc ſunt interpretati, aut nulla antecedentis facta mentione, aut diuerſa interpretatione addita, quocirca neque nos quicquam de ipſo dicemus, maximè quod proprio loco ſatis copioſè ipſum expoſuimus.

---

§ 5 *Quibus inter ventriculum, & ſeptum pituita repoſita eſt, & dolorem affert non habens exitum, neque ad alterum ventrem, his per venas ad veſicam pituita verſa, ſoluitur morbus.*

Connexio. HAVD dubium eſt, ſi auferamus antecedẽtem aphoriſmum vt fecimus fore deinceps coniunctum præcedenti, quandoquidem & in illo, & in hoc agitur de dolore ventris, licet diuerſo modo, cum in hoc Hipp: conſilium

Scopus. ſit docere exemplo dolorum ventris, quandoq. tranſmutatione humoris morbifici à loco, ad locum ipſos finiri dolores. (*Quibus.*) Huiuſce rei nuſpiam alibi meminit Hipp. & parum alij medici, quò fit de veritate ſententiæ dubitatum ſit inter ueteres, quemadmodum oſtendit Galenus in ea diſputatione quàm habet in comment: aduerſus Marinum non inutilem Hippocratis interpretem, quod autem potiſſimum fuit inter expoſitores dubium eſt, quomodo poſſit pituita colligi inter ſeptum tranſuerſum, atque ventriculum, ſiquidem ibidem non videtur ſpacium ad eiuſmodi rem aptum, quin ſtatim materia, & præſertim grauis, cuiuſmodi eſt pituita ſtatim ſuo põdere ferri per totum illud inane ſpacium vſque ad os pubis. Itaque cum Hippoc. ſupponat materiam pituitoſam colligi, collectam dolorem inducere, nullumquè alium ventrem habere in quem transferatur, ob idq. venas ingredi, & ad veſicam tendere, neceſſe imaginemur locum de quo ſermonem facit eſſe cauum, membranoſum, venis proximum cuiuſmodi eſſe poteſt locus inter omentum, & ventriculum, qui etiam quodammodo dici poteſt interſeptum, & ventrem, ſcilicet inferiorem, quia ſtomacus, & omentum vere ſunt partes collocatæ inter inferiorem ventrem aqualiculum vocatum, necnon ſeptum tranſuerſum: quòd uerò poſsit, vt ait Gal materia extra venas occultis ſoliquè naturæ cognitis meatibus intra ipſas transferri, & inde ad venas ferri, alias ab Hipp. monſtratum fuit 6. Epid: imò ipſemet Gal. teſtatus eſt, ea quę ſunt in thorace collecta in venas translata, per urinas purgari. (*His ſecundum venas,*) vult dicere Hippoc. quod ſi fiat dolor ventris ob pituitam

collectam

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 797 sur 867

collectam intra thoracem, & ventrem inferiorem, nec desinat dolor, eo quod in aliam cauitatem, neque transmitti & dolorem finire, tunc solere ipsius naturæ solertia eam materiam in venas rapi, atq; per eas ad vesicam tendentem sic dolorem soluere, Etenim exemplum est Bionis 2. Epid: cui factum est vrinæ profluuium ex tumore lienis duro, cum tamen nulla sit patens uia à liene ad vesicam. Vtilis est aphorismus ad monendos medicos, vt in doloribus ventris, qui non facile finiuntur, vrinas prouocare nitantur, quòd natura soleat, & ipsa eiusmodi vias inuenire, etiam vbi materia tenax, & crassa est qualis pituita. *Vtilitas Aphor.*

---

56 *Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit. his venter aqua repletur, & moriuntur.*

ET hæc quoque singularis quædam sententia est, nusquam alibi ab Hippocrate proposita, in qua vult docere quendam rarum modum quo lethalissima hydrops generatur adeò, vt sit partim theoritica partim prognostica, & quamquam longiuscula videatur præter aphorismorum naturam, attamen, & ratione caret, & diuisione. (*Quibus*.) Certè intellectu difficile est quomodo iecur cauitatis præterquam venarum omnis expers possit aqua repleri, atq; hoc dum Galenus intelligeret, nullaquè sibi offerretur ratio propter quam posset superare difficultatem, ad alterum criterium, nempè experientiam conuersus est, qua putauit posse veritatem aphorismi saluari, Esse autem experimento probatum inquit Galenus in aliquibus animalibus quodrũam iocinoribus secundum externã ipsius tunicã veficulas generari aqua plenas, ac ob id ὑδατίδας vocatas, quæ vniuersum ipsius uisceris ambitum oppellent, de quibus nisi intelligatur Hippocrates, aliam nullã esse rationem ob quam dici possit iecur aqua repleri, (*In omentum eruperit:*) Quid sit ἐπίπλοις à Latinis omentum uocatum omnibus perspicuum est, quippe quod & à lanionibus, & à vulgo retè nuncupatur, cum enim membrana sit multa pinguedine, & multis venis obducta, duplexquè simul sit, atque inferiorem ventriculi partem & lienem complectatur dicit Galenus humorem, & aquam posse recipere, ab ipsis, à iocinore autem nequaquam eo quod non sit ita proximum ipsi, vt transfundere aquam in illud queat. Et hoc in loco notandum est, in hypocondriacis, atque alijs sæpe colligi aquam in ventre, quæ strepitum à Cæl: Aurel: hydatismum uocatum edit, quæquè nullis medicamentis euacuari, & consumi potest, nam hanc semper existimaui, aut à ventriculo, aut à liene in omentum effundi, vt ait Galenus indequè non posse educi, Sed quod à iocinore aqua in abdomen effundatur, sæpequè hydrops succedat, & experientiæ, & rationi consentaneum est, at quomodo hoc fiat in omentum, non est ita compertum, nisi statuatur ab aqua acriore, & mordaciore exedi, & perforari omentum, ita vt in ipsum aqua ingrediatur, & Hippocrates ad hoc forsan significandum usus est uoce (ῥάγη,) idest omentum *Scopus.* *Omentum quid.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 798 sur 867

©BIUM

effrangatur, ſeu fractura, erumpat. (*Iis venter impletur*:) Vocem (κοιλία) hic accipere Hippocratem pro ipſo abdomine haud eſt dubitandum, ſi quidem non ſolum effracto & exeſo omēto ipſius cauum aquoſo humore oppletur, verumetiam vniuerſum illud ſpacium, quod inter inteſtina, atque peritonæum intercedit, & quod eſt proprie locus vbi aqua colligitur, quæ facit hydropem aſcitem vocatum, etſi non ſolum ea ratione colligatur, quam proponit Hippocrates verum etiam compluribus alijs, quas, & Auicennas, & Arabes propoſuerunt. (*Et moriuntur*:) Cur Hippocrates hanc particulam addiderit, forſan aliquis mirabitur, quod iam dixerit primo de morbis non longæ à principio, hydropem ex ijs morbis eſſe, qui neceſſario mortem inferunt, vt videri poſſit ipſi Hippocrati ſufficere debuiſſe, ſi tantum dixiſſet eos fieri hydropicos, quaſi neceſſariò ſubintelligatur, ſimul etiam perire; Niſi dicamus cum multi ſint modi, quibus hydrops aſcites generatur, & multæ cauſsæ, poteſt interdum contingere, vt in pleriſquè alijs, aliqui, vel ſumma diligentia, vel peculiari condicione ſanentur, vt videmus euenire, Verum numquam contingit, vt qui fiunt hydropici ob effractas iocinoris veſiculas, & ob aquam exeſo omento in ipſo, & abdomine collectam, non moriantur ex eo morbo. Cauſſæ verò huiuſce neceſſitatis mortis complures ſunt, Vna eſt, quia vbi veſiculæ iocinori innaſcuntur, iam illius temperamentum eſt corruptum, ita vt amplius ad integram ipſius ſanitatem reduci nequeat, altera eſt, quoniam vbi omentum exeſum eſt, nullis auxilijs corrigi, & pars amiſſa refici poteſt, Tertia eſt, quia repleto ventre aqua, & partibus prædictis adeò violatis neceſſariò naturalis calor admodum hebetatur, ita vt nec ab arte, nec ab ipſa natura vllum auxilium ſit expectandum, ob idquè ægri neceſſariò moriantur, quod quidem haud in cunctis hydropis generibus ita neceſſarium eſt, quin aliquos interdum ſanari experientia ſit compertum. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem faciendam, & ad intelligendum vſu quandoq́ intelligi, & cognoſci, quæ nulla alia ratione cognoſcerentur, quis enim poſſit diuinari hydropem fieri, ob diſruptas iecinoris veſiculas aqua oppletas, & ijs ruptis in abdomen aquam effuſam, niſi ipſis oculis id conſpiciatur, quis etiam credat Hippocratem hoc poſteris debuiſſe relinquere documentum, niſi exploraſſet, & forſam non ſemel ex ipſa cadauerum ſectione comperiſſet.

Vtilitas Aphor.

---

57 *Halycæ ideſt anxitudo, oſcitatio, horror vinum, æquale æquali potum ſoluit ægritudinem.*

HIC ſi quis alius eſt vere aphoriſmus, quoniam non modo eſt ſententia, quædam ab alijs ſeparata verumetiam ſingularis, quamquam enim etiam ſecundo Epidemiorum ſectione ſexta habeatur hæc eadem ſententia, eſt tamen propria ipſius Hippocratis nempè qua voluit monſtrare etiam vinum aqua caſtigatam, aliquas ægritudines ſanare, quemadmodum quoque dixit de mero alias. Eſt enim ſententia tota practica, & veluti quoddam documentum, quo monſtrat rationem ſanandi quaſdam affectiones exemplo vini aqua temperati

Scopus.

perati accepto. Non habet rationem, nec diuiſionem commodam. (*Anxietudo.*) Vt dixi etiam ſecundo Epidemiorum habetur hæc ſententia, ſed aliquantiſper diuerſa, nã ibi additur ἄγαλα, & deeſt particula (λύει τὸ νοῦσον,) verũ facile conciliatur diuerſitas, quia de lactæ forſan in ſenectute non ita compererat Hippocrates, quod ſemel probauerat dum ſcriberet Epidemica, præterquam quod hic loquitur de affectu bilioſo in quo 5 aphoriſ: 64 damnauit lactis uſum. Et particula (λύει τὸ νοῦσον) ſubintelligitur, quoniam ſic ſæpè Hippocrates breuitatis amantiſſimus conciſę loqui ſolet, ita ut neceſſariò à lectore, ſemper aliquid ſubintelligatur. Iam quid ſit ἀλύκη ſatis copioſę monſtrat Galenus in commentario, atque hoc ut rectæ intelligatur in primis obſeruare oportet multa apud medicos reperiri nomina, quæ idem ſignificant, ſcilicet ἀλύκη ἄλοσμος ἀλυζις, ῥύπτασμὸς δυσφορίη, ſignificant autem anxietatem, ſeu anxietudinem, & inquietudinem ob quam, nec animo, nec corpore quieſcere poſſunt ægri, verum modo huc, modo illuc iactantur, & quamquam hæc affectio etiam ſanis corporibus competat, attamen hic Hippocrates non de ea, ſed de morboſa intelligendus eſt, vnde non abſquè ratione Erotianus, reprehendit Bachium, qui ſecutus Herophilum putauit, verbum ἀλύειν, idem ſignificare, quod πλανάσθαι, ſiue errare, dolere, indignari, & ægre ferre. Vnde autem fiat ut ſic laborantes iactentur, minimequè poſſint quieſcere, Galenus primo de motu muſc: in fine putat cauſſam eſſe, quoniam figuram iacendo commodam inuenire nequeunt, cum os ventriculi à ſuccis, & vaporibus perniciоſis lancinetur, nec mutatione ſitus vllum auxilium ſibi aquirat, eò quòd ſuccus pernicioſus tenaciter nimis ipſius ſtomachi tunicis adhæreat, Itaque ſiue dicamus ἀλυκήν, ſiue ἄλυσμόν, vt ſecundo prognoſticorum Hippocrates hanc ſignificat, (vt ait Galenus in linguis,) anxietatem, & quieſcendi impotentiam, quæ etiam ἄσση interdum uocata inuenitur, & comitari ſolet febres tertianas, aliaſquè acutas à ſuccis bilioſis originem ducentes, in quibus etiam fit καρδίαλγια, quæ eſt affectio huic congenea. (*Oſcitatio:*) Κασμὴ græce, à Latinis dicitur oſcitatio, quæ eſt paſſio qua homines hiare ſubito, coguntur: fit enim ut ait Galenus à vaporibus, quos in muſculis contentos nititur natura per os extra depellere, atque hic affectus etſi plerumquè ſanos occupare ſoleat, attamen etiam morbus eſt, nam de quodam refertur, qui cum plectendus eſset, quòd corã Imperatore oſcitaſset, patroni illum defendebãt, quaſi ægritudine laboraret, quam oſcedinem uocabant, i. frequentem oſcitationem, & de qua intelligendus eſt Hippocrates, quando ſecundo Epidemiorum ſectione tertia, & ſexto Epidemiorum ſectione ſecũda, aphoriſmo nono, dixit continuarum oſcitationum medelã eſse reſpirationem longam, quæ cum ſit ipſa ſpiritus retentio, vt Galen. tertio de difficul: reſp: atq; ex retenta reſpiratione augetur calor, hinc fit ut eo aucto affectus frigidi, & qui fiunt à flatib. facile ſoluantur, veluti tuſſis ſingultus, oſcitatio. (*Horror*) horror, vt ait Gal. & in comm: hoc, & in lib. de rig: & horr: fit ęque ab externa, atq; interna cauſſa: Eſt autẽ interna humor prauus, & mordax, qui ſubtus cutẽ excurrens, parteſquè ſenſibiles lædens, moleſtiam quandam infert, ad quam pellendam expultrix partium facultas, motricem quoque ad mouendum aliqua ex parte excitat, vt in rigore: eſt enim horror uelut exiguus rigor,

Oſcitatio, quid.

©BIUM

gor, qui fieri poteſt ut à cauſſa calida, ſic quoque à frigida, modo ab alterutra expultrix læſa concuſſionem aliquam faciat. Vnde Ariſtoteles octauo problemata: ſeptimo monſtrauit horrorem fieri æque à calida, atque frigida aqua, licet diuerſo modo, & licet ut notat Galenus hic Hippocrates loquatur de facto horrore, non ab externa, ſed ab interna cauſſa corporea, & morbida. (*Vinum æquale*,) notat Galenus hanc ſententiam, ſi ita legatur, ut particulæ antecedentes ſint in nominatiuo caſu, reputatam eſſe aliquibus Soleciſmi naturam ſapere, ſecus autem ſi in accuſatiuo caſu, verum vtro modo legatur nihil refert, quandoquidem Hippocrates conſueuit huiuſmodi loquendi formulis abſq; uitio uti: Verum illud præſtat per ueſtigare vtrũ ſit uera ſimpliciter propoſita ſententia, & ſi uera eſt, quæ ſit temperatura hæc æqualis vini, & aquæ,

Dubit. nam cum ſint varia genera uinorum magna, parua mediocria, dubium de quo ſit Hipp. intelligẽdus, & quæ ſit cauſſa cur uinum potius aqua mixtum, quã me-

Solut. 1. rum ab Hippocrate ſit commendatum. Quantum enim ad primum attinet Hippocrat initio tertiæ ſectionis ſecundi Epidemiorum Cardialgiæ remedium proponens hiſtoriam cuiuſdam mulieris adducit, quæ eo morbo laborans accepta hordei farina cum ſucco granatorum leuata eſt, & ratio uidetur fauere, quandoquidem & cardialgia & alij affectus hic ab Hippocrate commemorati fiunt à ſuccis, & uaporibus acribus, & mordentibus ventriculi os, qui compeſcuntur à ſimili remedio. Atqui idem Hippocrates non ſolum hoc in loco, uerumetiam ſecundo Epidemiorum, vt dictum eſt laudat vinum pari aqua mixtum, Imo uerò eodem ſecundo Epidemiorum in fine ſectionis quintę, oris ventriculi morbum curari docet mero cui panis calidus ſit infuſus, quod conſilium ſecuti poſtmodum Galenus Aretæus, & alij cenſuerunt in affectibus oris uentriculi præſertim ubi eſt metus ne ſubſequatur ſyncope, panem, & merum indulgere etiam inflammatione corpori inexiſtente, Vnde Plinius libro uigeſimotertio capite vigeſimoſexto dicebat Cardiacorum ſalutem in vino eſſe collocatam. Aliqui dixerunt Hippocratem hic intellexiſſe affectum illum quem uocant Latini pandiculationem, & barbari pandidationem, eo qđ ſic interpretetur Gaza falluntur meo iudicio, quia huiuſmodi leues affectus ex ſe nullam requirunt medici diligentiam, & ſi interdum præcedant febres graues, nec ita vocem χάσμην uſpiam accepit Hippocrates: Itaque dicendum eſt cardialgiam, alioſquè affectus hic ab Hippocrate commemoratos aut fieri à cauſſa frigida autem à calida, & acri, ſi ab frigida cõuenit vinum merum, Si à calida aut grauis eſt affectus, ita ut minetur ſyncopem, aut non grauis, in primo caſu planè conuenit merum cum pane, quoniam cum præcipites ruant uires, omni conatu enitendum eſt, vt retineantur, quod fit non ſimpliciter vino, quia ſolum non nutrit, ut alias demonſtrauimus, ſed cum pane calido, At ſi grauis non ſit affectus conuenit ſuccus granatorum cum pane, vel polenta, & mulier propoſita ab Hippocrate ſola uomiturationc uexabatur, quam dicit curatam eſſe ſicuti curantur uino, qui graui oris ſtomachi malo uexantur, ob quod dicebat Auerroes 7. Coll. etiam apud Saracenos cõcedi vinum licet, alioquin ſit ipſis lege uetitum.

Solut. 2. Pro ſecundo dicendum eſt uinum conuenire prædictis ægritudinibus propter duas cauſſas, una eſt, quia citò ſpiritus deficientes recreat, uaporeſquè, & ſuccos

perni-

pernicioſos comprimit, alia eſt, quia corroborat os ventriculi, quod maximè laborat præſertim, ſi ſit auſterum, & ſubadſtringens cuiuſmodi eſſe debet in his caſibus. Cur verò Hippocr. cęteris prætulerit illud quod aqua temperatur, & præſertim æquali vino menſura acceptum ideo fuit, quoniam vt ait Galenus vinum aqua caſtigatum ſimul, & euacuat materiam ledentem ratione vini, & attemperat mordacitatem ratione æquæ. De temperie vero æquali ſciendum eſt id quod ſcriptum habetur apud Athenęum, & de quo à nobis tractatum eſt lib. Var. lect. 5. Veteres varias habuiſſe menſuras temperandi vini, & inter alias fuiſſe in vſu ea qua tantumdem aquæ cum vino miſcebatur, & quæ meracior putabatur, eo quod vina Græcorum erant potentiſſima, ita ut in uino Maronco quemadmodum teſtatur Plinius ex Homero lib. 14 cap. 4 uni parti eius uiginti aquæ miſcerentur. Ergo Hippocrates ante poſuit cæteris temperaturis hanc, quod nec ſit dilutior, quam diſſipando conueniat, nec calidior, quam morbus poſtulat. Eſt utilis aphoriſmus medicinæ tractandæ quandoquidem medicos docet, quomodo ſe gerere debeant, in ęgritudinibus in quib. uentriculi os offenditur, ut ſcilicet eius in primis magna habeatur prouidentia, etiam ſi febris contrariam remediorum rationem poſtulare uideretur.

Not.

Utilitas Aphor.

---

58 *Quibus in urinario meatu tubercula fiunt, his ſuppuratione facta, & eruptione, ſoluitur dolor.*

QVARTO aphoriſmorum pęnultimo habetur hæc eadem ſententia nil prorſus diuerſa, quò fit ut iure & à Galeno, & ab alijs ſit ipſius prætermiſſa interpretatio, quam nos quoq; prætermittemus cum eam expoſuerimus, atque ex ijs ſit, quæ non multum ingenij, & artis oſtendant: Verumtamen illud omittere nolo, hoc documentum prognoſticum illud habere adnotatione, atque memoria dignum, quod monemur, ut ubi ſimiles tumores fiunt, qui cognoſcuntur urinæ impedimento, dolore, atque ipſo catheterę, ut diligęter ſtudeamus maturationi, quia uix umquam poſſunt, diſſipari, & ubi inueteraſci ut, atque indurantur, fiunt irremediabiles.

Not.

---

59 *Quibus cerebrum aliqua ex cauſſa concuſſum fuerit neceſſe eſt ſtatim mutos fieri.*

NON eſt dubitandum hunc eſſe germanum Hippocratis aphoriſmum, quippe qui & doctrinę Hipp. eſt conſentaneus, & primo de morbis, necnon in Coacis prænotionibus repetitus, docet. n. Hippoc. cognoſcere, quando ex caſu uel aliqua alia uiolenta occaſione ipſum cerebrũ, ideſt eius ſubſtantia ualde ſit uiolata, ita ut ſententia ſit pertinens ad eam medicinę partem, quæ ſimiotica uocatur, Eſt ſine ratione, & indiuiſibilis. (*Concuſſum eſt.*) gręce ſcriptũ eſt σεισθῆ, concuſsũ eſt, ſic. n. dicitur cerebrũ concuti, quãdo manẽs in ſua ſede nõnihil alliditur ipſis oſſib. Nã etſi uideatur cerebrũ præſertim in mulierib. ita opplere totã

Scopus.

cranij

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 802 sur 867

©BIUM

cranij capacitatem, vt nullus vacuus locus relinquatur: attamen in ſenioribus, & ijs, qui nimio coitu vtuntur ſolet ſubſidere in anteriore parte, vt propter hoc aliqua fiat ibi uacuitas, & hinc eſt quod fiunt iſti calui, & ſymptoma de quo nũc loquitur Hipp non fit in pueris, alioquin cerebro contingeret cum ſæpe contingant ipſis externæ cauſſæ concutientes; Sed ſenioribus. (*Ab aliqua*) (ὑπό τινος προφάσιος) ab aliqua occaſione: quæ autem ſit occaſio propter quam huiuſmodi ſymptoma contingat, declarans Galenus dicit eſſe caſum ex alto, ſed etiá nimio, & importuno motu, necnon vehementi percuſſione, narrat Hippoc. 5. & 7. Epid: quandam fœminam palma manus capite ab alia percuſſam ſimile, quid fuiſſe paſſam, quemadmodum is qui percuſſus à Macedone ſimilia eſt paſſus, fit quoque huiuſmodi ſymptoma valde percuſſa ſpinali medulla præſertim ſecundum ſui originem, eo qđ minimę trãſmittatur facultatis animalis illuſtratio, ſed ipſa tota in ſeipſam cogatur, Hipp vt dicebã habet eandẽ ſentẽtiam primo de morbis, ſed multo vberiorem in Coacis prænotionibus, vbi ita ſcriptum eſt. Quibus cerebrum concutitur, & percuſſionibus laborat, uel aliter concidunt, ſtatim ſine uoce fiunt, & neque uident, neq; audiunt, & ut plurimum pereunt. (*Neceſſe eſt* ἀφόνους,) ſiue dicamus ἀφόνες, ſiue ἀφόναι nihil refert, vt ait Galenus: Sed illud intereſt ſcire ἀφόνες, ſiue ſine uoce dici ab Hipp. proprie non tantum, qui fari nihil poſſunt uerum etiam, qui omni ſenſu, & motu ſecundum electionem priuantur. Iam uerò uidendum eſt, quomodo Hippoc. & hic & in Coacis ac primo de morbis dicat hoc neceſſe eſſe, & quæ ſit cauſſa cur id fiat, & ſubito. Dixi alias, & libenter repeto nullum aliud ingenium potuiſſe ita confidenter, & libere de rebus medicis, & naturalibus loqui ſicut Hippocrates, qui ob conſumatiſſimam rerum experientiam, & certas, ac exploratas obſeruationes, nec fallebat vt ait Celſus. Sed in propoſita re eſt etiam irrefutabilis ratio, quod cerebrum ob ſuam teneritudinem facilè læditur, quod ne pateretur uoluit natura, ut arctę circum veſtiretur primum à plurib. tunicis, demum ab oſſibus, atque ita arctę ambiretur, ne dum mouetur, (quod frequentiſſimè debebat facere) poſſet concuti, & ex concuſsione offendi, itaque ſi quando hoc contingit, ut concuſſum allidatur oſsibus, proculdubio magnum ipſi detrimentum accedit, quia veluti duobus motibus præter naturam mouetur, vnde compreſsi cerebri ventriculi, aliqua ſpacia, ita in ſeſe cogunt ſpiritus animales, ut facultatem nullam animalem deferant ad ſpinalis medullæ initium, propterea q. nec illuſtrationem corpori diſpertiant, qua priuatum, ſimul & motu, & ſenſu priuatum remanet, atque ſubito patitur, ſicuti ſubito fit illa compreſsio. Etenim ſicuti uidemus illuminationem à Sole actutum fieri, & actutum deſinere pari pacto ſenſus, & motus an fiat per illuſtrationem à ſpiritibus animalibus factam inſtar huius dicebat Gal. 1. de ſymptomatum cauſsis iure, & ſubito deſinunt prout illa illuſtratio, uel adeſt, uel deeſt, atque hinc apparet manifeſto cerebrum eſſe uerum motricis, & hegemonicæ facultatis domicilium, non cor ſiquidem hoc etiam diuulſo à corpore durat adhuc per aliquod tempus motus, & ſenſus in animali. Cur autem Hippoc. tantum hoc in loco, maluit dicere fieri ἀφόνες, ideſt ſine uoce, quam ſine ſenſu, & motu cum in Coacis, & primo de morbis addiderit fieri ſine ſenſu, & motu puto fuiſſe quia prius amittitur vox,

quam

quam vlla alia actio eo quod & musculi deseruientes pectori, & voci remanent absquè motrice facultate, & imaginatrix amittitur, à quo uox efficitur, & regulatur, vnde causſa breuitatis cætera omisſit, quod autem dixi de cerebro idem dicendum de spinali medulla. Vtilis est aphorismus primum vt dixi, ad cognoscendum quo sit læsum ualde cerebrum, nempè cum ex percussione statim animal sine uoce fit, id non facile est obseruatu tàm in homine, quàm in brutis. Siquidem ubi Lanij boues, & uitulos occidere uolunt, capita ipsorum malleo uehementer percutiunt, ad quam primam percussionem illico sine uoce fiunt, & cadunt, Est etiam utilis ad prædictionem, cum cerebri uehementia mala semper sint exitialia; Sed nonnihil quoque facit ad exercendam medicinam, quando hinc discitur cui parti sit occurrendum in subita uocis amissione, nempè cerebro, unde uera est ipsius uocis origo. *Vtilitas Aphor.*

---

60 *Corporibus carnes habentibus humidas, famem adhibere conuenit, fames enim corpora siccat.*

ETSI hæc sententia singularis uideatur, utpote quam non alibi tradiderit est tamen Hippoc. digna, & à Galeno breuiter satis tractat, scopus enim est Hippocratis docere quomodo corpora humida sint regenda ita ut sententia sit practica cum ratione, atque in duas partes diuisibilis nempè in sententiam ac ipsius sententiæ rationem. *(Corporibus:)* Humidum & molle, ut colligitur ex Platone in Timeo & Arist. lib. de gener: & corr: necnon Gal. quinto simpl: cap 45. differunt, eo quòd alterum sit fluidum alterum uerò cedat quidem prę-menti corpori, at minimè fluat. Vnde carnes numquam propriè fluuidę sunt, sed interdum molles, interdum duræ, Vnde Aristot. 2. de anima dicebat molles carne esse aptos ingenio; quomodo igitur in præsenti Hippocrates dixit corpora habere humidas carnes? Certę ab Hippocrate non possunt carnes alia ratione dici humidæ, quam dum humoribus peregrinis, & inutilibus, ita opplentur, ut flaccidæ euadant, & quamquam sint corpora, & præsertim muliebria, quæ à natura sunt talia, haud tamen de his loquitur Hippocrates, sed de illis quæ ex accidenti eiusmodi fiunt, nam temperamenta naturalia certum est esse conseruanda, non mutanda nisi sint ualde morbosa. *(Famem)* Videri posset alicui non esse positum in medico famem corporibus facere, cum sit passio, quæ sua sponte solet nobis contingere, verum contemplanti ipsius rei naturam facile apparebit haud absona ab Hippocrate fuisse proposita, siquidem aliud est ὄρεξις, siue appetitus, aliud est λιμὸς, idest fames, appetitus enim ciborum etiam sine egentia fit: fames autem semper est cum alimenti carentia, ob quam corrugatum os ventriculi appetitus sequitur, vt Galenus lucullentissimę docet primo de sympt: causſis cap 7. iam verò potest homo sibi cibum subtrahere, atque ita famem inducere, & hoc est quod dicit Hippocrates ἐμποιέειν λιμὸν, idest ingerere famē, quam ita possunt sibi parare homines, vt non pauci reperti sint, qui sibipsis huiusmodi fame mortem cōsciuerunt, quod feciſſe Pomponium Atticum, Silium Atticum, alioſquè complures apud Historicos memoriæ mandatum est, atque *Scopus.* *Diuisio.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 804 sur 867

hæc de prima parte, sequtur secũda quę est. (*Fames.n.exiccat*;) In hac, affert Hipp. rationẽ sententiæ, ita ut si libeat uniuersam hanc sententiam ad syllogismi formam redigere, liceat hunc in modum dicere, Corpora humidas carnes habentia opus habent exiccatione, sed fames exiccat, ergo oportet in ipsis famẽ parare, Cæterum examinare oportet, cur Hipp. hoc potissimum dixit de carnib. humidis, non autem de alijs partibus corporis humidioribus, & uisceribus, neruis, membranis, & alijs, Deinde uidendum quamobrem cum sint alij modi præter famem exiccãdi carnes humidiores, maluit Hipp proponere famem, quàm ullum alium. Et quantum pertinet ad primũ plurib. modis responderi potest, uno humiditates carnium, necessariò sequi quoq; & aliarum partium humiditates, ut neruorum chartilaginum, aliarumq; solidarum partium, siquidem cum hæ, uel insint carnib. uel ab ipsis circumambiantur, fieri non posse uidetur, quin & ipsę humidę sint, unde Hipp. satis fuit cõmemorare carnes sub quib. Alię similiter partes erant complectendæ alio modo responderi potest, solum meminisse carnium, quia à fame primum, & potissimum omnium exiccantur carnes, eo quod ipsę primum gignũtur ex sanguine, & sanguis ex alimento, atq; hinc fit, vt in annonę magna caritate, qui egẽt, excarnes, & monogrammi fiant, eo qđ primum ex inopia alimẽti pinguedo, quę ob hoc facta est, deinde carnes cõsumantur; Postremo dici potest carnes tantum ab Hipp. fuisse commemoratas, quoniã antiquitus, atq; etiamnũ à populo carnes vocabãtur, modo ipsa corpora tota modo exceptis ossibus, vnde liber Hipp. vbi de corporũ principijs agitur à plerisq;. fuit inscriptus de carnib. & ipsemet Hippoc quando dixit 6. Epid: laborem esse nutrimentũ, carnib. & articulis, somnum autem uiscerib. sub carnib. complexus est, quicquid prẽter ossa, & viscera in corpore cõtinetur. Circa secũdum sciendum est Hipp. hoc in loco nõ tantum de ægris iam corporib. sed etiã de Caussarijs sermonẽ facere, quandoquidem consilium dat pro illis, quorũ carnes sunt humidiores, adhęc non de fame illa consumata, in qua nihil alimẽti sumitur at de illa in qua parum corpora nutriuntur, & quę nõ per se, & immediatè exiccat, sed per accidens & mediatè, eo qđ plus semper illud est, qđ à calore assiduo absumitur, quam quòd influit, atq; additur. Iam uerò huiusmodi fames si cęteris exiccãtibus comparetur multo securior est facilior, & minus molesta, tum quia paullatim, & pene insensibiliter exiccat, tum quia principes partes nõ attingit, quippe quarum cum natura maiorem curã gerat, eas haud sinit alimẽti egestate macerari. Alia uerò exiccantia, aut æquę omnes partes atterunt, aut iniucũdiora sunt, aut periculosioria: Et natura illis animalib. quę humidissimas carnes habẽt, vt sunt glires, & vrsi non alia ratione prospexit, quàm fame faciẽs eos tota hieme latere, nec cibum capere, sed dormire, quomodo autẽ nimia fames uim occidẽdi habeat, vt dicebat Hipp. & ut exemplis compluribus constat, non est difficile intelligere. Si illud certum constituatur in cibi penuria primũ consumi pinguedinem, deinde carnem, postremo solidas partes, quarũ consumptionẽ sequitur tandem extinctio caloris natiui, & hãc mors. Erasistratus apud Agelũ monstrauit, quia intestina diu exinanita cõniuent, & simul cõsident, ita vt nihil admittãt, Vnde dicebat Scythas in bello ituros, quo magis famem sustinere possent, sese arctę secundum uentrẽ cingere cõsueuisse, sic.n. compressa intestina

ceſtina minus cibi requirere,& minus capere: Sed alia melior eſt ratio, nempè, quia ut deficiente oleo lucernæ lumen pabulo priuatum extinguitur, ſic calori natiuo,ubi deeſt,quo nutriatur,neceſſariò deficit, Vtilis eſt aphoriſmus ad medicinam exercendam, ſiquidem eſt ueluti æternum quoddam documentum, quo medici monentur,ut diminutione cibi corpora nimium humiditate exuberantia curentur. Et Auicennas Hippoc. ſecutus dicere ſolebat,ubi infirmitatem nondum noueris ſubtilia regimen, quaſi uero uictus parcitas, & tutior, & præſtantior ſit aduerſus quamlibet ſanitatis læſionem, & Ariſt.quoque 2. Epid: dicere ſolebat ſalubrius eſſe in exercẽdo corpore excedere, medẽdo uerò deficere. *Vtilitas Aphor.*

61 *Vbi in toto corpore mutationes,& corpus refrigeratur,& rurſus caleſit,aut colorem alium ex alio cõmutat: longitudo morbi ſignificatur.*

ET hic aphoriſmus ad uerbum habetur 4.lib. aphoriſ. 40. quo circa, nec à Galeno, nec ab alijs exponitur, neque etiam ipſi exponemus, ſequitur autem.

62 *Sudor multus, calidus, uel frigidus, ſemper fluens humorem abduci, robuſto quidem ſupra, debili uero infra ſignificat.*

EX ijs aphoriſmis, qui perperam huic libro ſunt interſerti hunc quoq; putauit Galenus eſſe, tum quia partim eſt in quarto 41. tractatus, tum quia id quod hoc in loco additur diuerſum ab eo,eſt indignum Hippoc.atque etiam malę dictum, nempè humiditates in robuſtioribus remedijs per ſuperiora eſſe agendas debilioribus uerò per inferiora: Vt autem nos hunc penitus non dimittamus,una cùm alijs tribus ſubſequentibus pręſtat uidere, num quid crimen quod huic aphoriſmo apponit, Galenus ſit uerum, ſcilicet robuſtiores per uomitum, debiliores per aluum eſſe purgandos. Nam quod dicit Galenus eſt forſan melius, eſſe remediorum uſum diſtinguere, non ut hic, ſed ut ipſe docuit in medendi methodo. Ego uerò licet non damnem methodum allatum ab ipſo Galeno, attamen aliquid utile etiam contineri in hoc documento non dubito, cum enim uomitus ſit motus uehemẽtiſſimus, proculdubio uiribus ualidis opus eſt, contra autem per aluum cum ſit, & familiaris naturæ, & facilior, haud tantis eget uiribus, Et hinc eſt quod ueteres, qui pro uomitu ciendo Elleborum frequenter dabant, tantum ſtudium in eo, & corporibus parandis ponebant, quãtum ſcribit Oribaſius lib. 8.

63 *Si quis cibum febricitanti dederit, ut ſano robur, ſic laboranti morbus.*

NON eſt ut hoc in loco ullam quæramus connexionem, niſi ſub locemus illi ubi dictum eſt corporibus humidas carnes habentib ſamẽ eſſe ingenerandã, quandoquidẽ cuncta pęnę huiuſce libri ſeptimi admodũ cõfuſa ſunt,

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 806 sur 867

©BIUM

Scopus. sat est aphorismum esse vere Hippocraticum, atque ad faciendam medicinam non parum vtilem, nempè quo intendit documentū quoddam afferre de modo, tempore, & de quantitate nutrimenti febricitantibus offerendi; in qua re nō modo peccabatur tempore Hipp. vt ipsemet testatur initio lib: de victu acut: verumetiam posterioribus seculis, imò & hac ipsa nostra ætate, in qua mulieribus potius, & assistentibus ad blandiendum est, quam rationi, & ægrotantium vtilitati adhærendum; & puto potissimum Hipp. ad hanc posteritati relinquendā sententiam fuisse inductum, vt errorem adeo pernicioſum omnino aboleret, Est itaque sententia practica simplex sine ratione, atque sine diuisione. (*Si febricitanti.*) Multus Gal. in hoc aph. vt ostendat ipsum mutatis dumtaxat verbis esse ex ijs, quos iā tradidit Hip. 2. lib. intrusum q. esse à quodā cacozelos uocato. Verum haud negat, quin doctrina bona sit, & ex œconomia Hippocratica capta. Hic enim loqui Hipp. non de quauis febre: sed tantum de grauiori, & præsertim acuta non est dubitandum, alioquin sententiæ veritas haud constaret, cum leues febres à cibo moderato minimè augeantur. (*Cibum*,) neque etiam audiendus est senex de quolibet cibo, sed de eo quem solent sani capere, quiue à plerisquè sumitur copiosior, quàm par sit, nā si calor natiuus est qui superat morbos, & hic à moderato cibo sustentatur, & augetur, proculdubio videtur facere consequenter ad ipsum morbum imminuendum; Sic enim vsurpari apud Græcos eam uocem, & præsertim apud Hippoc: colligitur, ex aph 8. lib. 2. & alibi unde Gal. in linguis τροφὶς dicitur, qui bene pastus, & nutritus est. (*Sano quidē*) bene Gal. hoc in loco dicit hunc loquendi modum non esse naturalem, sed κακόξηλον cum cibus non sit ipsum robur: sed faciat illud, sicuti non est morbus, sed morbum facit, id quod alijs uerbis docuit Hipp. quando 2. aph. 9. scripsit, corpora impura quanto magis nutries tanto magis lædes. Cęterum uidenda est caussa propter quam cibus, tàm robur, quàm morbū faciat, & primo, quod pertinet ad robur, hoc totū positum est in bona spirituum, humorum, & solidarum partium constitutione, quæ omnia cū quotidie cōsumātur partim ab interno, partim ab externo ambientis calore, nisi assidue reficiantur à cibo, non est dubiū uires corporis, & robur deperdi, Sicut cuncta hæc conseruantur, & augentur, vbi debita boni alimenti mensura iugiter suppeditatur, & hoc est quod voluit etiam David significare, quando scripsit panē corroborare cor hominis, & vinum lætificare, Sic uice uersa à cibo eodem morbus augetur, cū uel mala qualitate, uel nimia copia improportionatus est naturæ, dicebat enim Hipp. 1. de morbis cibis inesse humores omnes bilem, melancholiam, pituitam, sanguinem, & ferū, quo fit, ut quo plus horum aliquid ipsi ineſt, morbum eum augeat, qui à simili fit, & si non sit, de nouo generet, haud secus quoque si proportionatus sit, & tamen magna copia sumatur, morbum augeat, quoniam cum in quolibet morbo semper vis ventriculi coctrix, atque aliorum viscerum, & membrorum imbecillior reddatur, fieri non potest, vt eam cibi mensuram, & vim conficiat, atque ad bonam frugem deducat, sicuti dum sanum corpus erat, vnde multiplicati succi crudi, & excrementosi, consequenter morbi fomitem augent, sicq; ęgrotantes lædūtur: Verumtamen interdum contingit, vt medicus cogatur plus cibi præbere, quando, scilicet uires præcipites ruunt, quas melius est cibo licet

alio-

©BIUM

alioquin lædente ſuſtẽtare, quam eas manifeſto exitio permittere: nam etſi multus cibus morbum augeat, parumquè ipſius in nutrimentum conuertatur, attamen ſatius eſt illud parum nutrimenti habere cum multo excremento in uiribus entibus, quàm modico cibo minus augere morbum, ſed minus quoque uires conſeruare, Et hoc eſt quod nonnulli minus intelligentes mirantur cur medici prudentes in febribus prauis; & peſtiferis, quę uires iugulant, plus cibi quam cõueniret ægris offerant: Verum, quod putant nonnulli in febrientibus, aut aliter languentibus non poſſe uires à cibo augeri, haud aſſentior, quoniam licet non appareat pro morbo augumentum uirium, attamen apparet conſeruatio, quæ non fieret niſi quod aſſiduæ conſumitur, & uires minuit aliqua ſaltem ex parte reficeretur, & imminutas uires augeret, nam dicebat Ariſtot. tam diu uiuere animal quandiu nutritur. Vtilis ergo eſt aphoriſmus ad uictus rationem in ægris conſtituendam, cum ſit ueluti documentum quoddam, quo medici monentur, ut in cibandis ægris prudentia utantur, ne dum cupiunt uires conſeruare morbum augeant, quemadmodum ſæpenumero contingere animaduertimus, atq; hic fere eſt, communis eorum omnium error, qui ægrotantibus miniſtrant, & præſertim mulierum, quæ in nulla re magis ſollicitę ſunt, quàm ut ægri pereant ſaturi, ſiquè forte ui morbi pereat aliquis, ſemper putant fame perire, Et hoc forſan uoluit Plinius intelligere, quando in fine libri undecimi dixit. Vnum hominem in explebili eſuriendi libidine perire. *Vtilitas Aphor.*

---

64 *Quæ per veſicam excernuntur inſpicere oportet, ſi talia qualia ſanis excernuntur. Quæ igitur minimè ſimilia ſunt, his hæc morboſiora. Quæ verò ſunt ſanis ſimilia, hæc minimè morboſa.*

CERTE vix in hoc aphoriſmo ferre poſſum Galenum, qui non modò à doctrina Hippoc: hanc ſententiam ſegregauit, verum etiam conatus eſt grãmaticę potius, quã philoſophicę, & Hippocraticę illud probare, nã qđ pertinet ad doctrinam nihil eſt magis tritũ apud Hipp. & Platonem, & Gal in lib de placitis Hipp & Pl: quàm ſpectandas eſſe rerũ ſimilitudines, & diſſimilitudines, quaſi & naturarũ notitia, & iudicia hinc pendeant. Itaq; tamquam Hipp. ſententiam accipiamus, & interpretemur, in qua Scopus eſt docere ſecuriſſimum modũ ferendi de morbis iudicia, & exemplũ accipit vrinæ, & conſequẽter aliorũ excrementorũ, quoniã vt etiã Ariſt. dixit initio 4. meteor: hęc potiſſimũ ſpectãtur à medicis pro cognoſcenda coctione, medio cuius omnia naturæ opera perficiuntur, fecerunt. n. duos aphoriſmos aliqui, ſed uere vnus eſt, qui tamẽ diuiditur, in duas partes, ſ. in ſententiã, & ſententiæ rationem, adeò, vt ſit ſententia quidẽ prognoſtica, ſed cũ ratione, atq; etiã quodammodo ad curationem cõferens. (*Quæ per vrinam.*) Vt dicebam excrementa, quę à Gal. ſecũdaria ſymptomata dicuntur, maximè ualẽt ad ſignificandas actiones naturales, & cõſequenter facultates, ſed inter excrementa primũ locum obtinent, vrinæ, ita vt in 1. de criſ: 12. Gal. videatur eas prętuliſſe pulſib. ſaltem quo ad teſtandum naturalis facultatis ſtatũ, qui cum pẽdeat à iocinore, atque iocinoris opus ſit ſanguis, hunc qualis ſit, & cum eo qualis iocinoris facultas, maximè omniũ oſtendunt urinæ, *Scopus.* *Diuiſio.*

Sed

©BIUM

Sed quæ eſt cauſſa quamobrē non dixit Hipp. (*Urinas,*) Sed (*quæ excernūtur per veſicam,*) puto fuiſſe, quia præter vrinam, è veſica exit quādoq. pituita, ſanguis, arenulæ, cauunculæ, imò Plutarchus 2. ſymp 8 etiam quoq; veluti paleas cum intermedijs cuidam Ephebo exiuiſſe teſtatus eſt, & ſimilia, quarum uarietates, & ſimilitudines non minus à medico ſunt ſpectandæ, quàm ipſa urina, Et Plinius lib. 28. cap. 6. dicebat Augeria ualetudinis ex vrina capi. (*Oportet intueri,*) & certè oportet, quia ſi medicus vult rectè curare, & prædicere, neceſſe eſt non ſolum inſpiciat, uerumetiam diligenter conſideret vrinas, & alui excrementa, quę autem conſiderare in ijs debet, ſunt ſubſtantia contenta, color, & odor, Quæ omnia (*Si ſint ſimilia*) ijs, quæ tempore ſanitatis erant. Nam de ſolis urinis, & fęcibus Hipp. eſſe intelligendum hæc uerba teſtari ſatis queunt, ſiquidem nemo ſanus alia excrementa facit nō ſudorem, imò nec ſputa, nec muccos, vnde vt ait Xenophon in quarto pædiæ apud Perſas ignominioſum reputabatur expuere, & nares emungere, quaſi hæc non naturaliter prodirent: Sed obſcium atq; ingluuiem. Iam uerò quod hic dicit Hipp. de ſimilitudine, atque diſſimilitudine, eſt dogma ab ipſo primum propoſitum, & nobis relictum in primis verbis libri de officina medici. & in progn: initio, quem poſt fecimus eſt Plato in quarto, & 5. de republica ut Gal. luculentiſſimę diſputarit 9. de plac: Hipp. & Platt cap. 1. 2. 3. atque hoc non in ſola medicina ueriſimum eſt, verum ut ait Plato in Phędro etiam in omni philoſophia, atq; alia arte: Hęc enim per ſimilitudines & diſſimilitudines cognitio, eſt illa ipſa, quę à ſenſu ipſo comparatur, & quam dicebant Hipp. Plato & Ariſt. eſſe certam, ſicuti, quę ratione acquiritur, magnas obſcuritates, atque difficultates habere ſolet: atque hęc de prima aphoriſmi parte ſequitur ſecunda in qua diximus Hipp. reddere rationem, cur ſint ſpectandę vrinę, an ſint ſimiles ſanis, uel diſsimiles, ſ. quia. (*Quia quæ minimè ſunt ſimilia.*) Hęc eſt 2. pars. Vt dicebā Gal. ſuſpicatur hunc eſse ex aph. intruſis, qui ideā dictionis Hippocraticę non habeat, atq; grammaticę, nimis probat ob uerbum ἥκιστα, & νοσερώτερα, quaſi dici non poſsit minimè ſimilia eſſe morboſiora, ſed dicendum eſse morboſiſsima, Ego autem non puto Hipp. potius rebus, quam uerbis, intētum, ita agere grammaticum uoluiſſe, ut non potuerit uocem ἥκιστα, pro ſimplici negatiua accipere quemadmodum Latini ſępenumero accipiunt minimè, quemadmodum etiam non eſt abſurdum, quod vſurpauerit comparatiuum pro ſimplici negatiua particula, vel pro ſuperlatiua, itaque maluiſsem Galenus abſtinuiſset ab hac indecora cenſura, & ſi hæc ſemper fuerit ipſius libido, tum hic, tum libro quarto de acut. tex. 59. tum alibi; illud autem multo ſatius eſt, quærere cur diſsimilia morboſa, ſeu morboſiſſima ſint. Similiora uerò ſanis minimè ſint morboſa, prętera, cur potius iudicium de excrementis ferendum duxerit ab hac una qualitate, non autem ab alijs multis, quas reliquit nobis libro ſecundo prognoſt: & cur potius ab urinis, quam deiectionibus, ſputis, ſudoribus, quæ & ipſa ſunt excrementa. Etenim de ægrotantium urinis ipſum loqui ſolum non eſt dubitandum, Et quantum ſpectat ad primum illud memoria eſt repetendū, morbos omnes non modo facere corpora diſsimilia, uerumetiā contraria illi ſtatui, in quo erant ante morbum, qui nil aliud eſt, quā diſpoſitio prętęrnaturalis actiones primo & p ſe lædens, quę autē in corpore, primo reddūtur

Probl. 3.

Solut. 1.

Morbus, quid.

diſſimi-

diſſimilia, ſunt ea in quibus morbus ponitur veluti in febribus venæ, & arteriæ, quibus affectis non eſt dubium affici ſimul & vrinam in ipſis contentam, Iam verò Hippoc. de febricitantibus loqui facile eſt conijcere ex antecedente aphoriſmo, in quo cum de alimẽto febricitantium ſit locutus, in hoc traditurus modum nutriendi, iuſſit ſpectandas eſſe vrinas, an ſimiles, an diſſimiles ſanis, quaſi dicat, vbi ſunt ſimiliores licere magis nutrire, quia tunc corpora ſaniora, contra autem vbi ſunt diſſimiliores, Nam 6. Epid. ſect: 8. in qua copioſiſſimus eſt, ſi vmquam Hipp. in docendis ijs ſigillatim, quæ medico ſunt circa ægros conſideranda, præter alia dixit conſiderandas eſſe corporum mutationes, & ex qualibus in qualia fiant, præſertim vero victus rationem prius ignorationem dicebat eſſe calamitatis plenam, ſemperquè victum debere morbo eſſe contrarium, quod quoque in lib. de arte habetur, vbi ſcriptum eſt initium partis medicinæ diæteticæ inde eſſe ſumptum, quod vbi homines ſeſe diſſimiles à ſtatu antecedente animaduertebant, protinus quoque ad victum diſſimilem conuertebantur, Itaque vt ad rem redeam, cauſſa propter quam diſſimilia ſunt morboſiora, eſt, quoniã partes corporis contentæ continentes, & impetũ facientes, ſunt mutatę, quas propterea dicebat Hip. lib. de alim: & loco ante citato, eſſe medico diligenter cõſiderandas: De ſecundo autẽ, nempè cur ſimilitudinis ſolius, nõ aliarum urinę qualitatũ meminerit, arbitror fuiſſe rationẽ tum quia ſub ipſa ſimilitudine, & diſſimilitudine continentur aliæ qualitates, tum quia hic modus eſt aliorum multo captu facilior, & magis accommodatus omniũ ingenijs, ſi quidẽ ipſa ſimilitudo, & diſſimilitudo occulis ſtatim ſubijcitur, & vnuſquiſque poteſt facilius cognoſcere, numquid ſtatus ipſius ſit ſanitatis ſtatui ſimilis, an diſſimilis, & conſequenter etiam poteſt intelligere melius, an diſſimiles, vel ſimiles ſint antecedentibus, quam an coctæ ſint, an boni coloris, & boni ſedimenti, hæc enim potius ratione, illa uerò potius cognoſcuntur ſenſu. Vtilis eſt aphoriſmus non modo procognoſcendis morbis ex lotij inſpectione & conſideratione, verumetiam veluti vniuerſalis quædam regula, qua poteſt medicus in curandis morbis incedere, & præſertim in alendis febrientibus, de quibus ut dixi uidetur potiſſimum hæc ab Hipp. prolata ſententia. *Vtilitas Aphor.*

---

65 *Et quibus deiectiones ſi ſtare permiſeris, & non moueris, veluti ſtrigmenta ſubſiſtunt, & ſi pauca, paucus eſt morbus, & ſi multa, multus, his confert alui purgatio, quod ſi aluo non purgata dederis ſorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis.*

IPSE quoque ijs aſſentior, qui non dubitant, quin præſens aphoriſmus ſit ſuperioribus ualde connexus. Siquidem cum Hippocrates docuerit magni referre, utrum plus, minuſuè alantur febricitantes, atq; modum cauendi errores in antecedẽte tradiderit, ex urinarum inſpectione, nunc idem docet ex fœcum, ſeu alui excrementorũ conſideratione, nã utraq; hæc excrementa (ut retro dicebã) à medicis debere potiſſimũ cõſiderari, etiã Ariſt. 4. met. & 1. prob. cognouit. Quare patet quis ſit ſcopus Hipp. in præſenti ſententia, quæ longiuſcula eſt & fere *Connexio.* *Scopus.*

©BIUM

Diuisio. & fere aphoristicos limites transiens, vt ob hoc non absquè ratione dubitatum sit ab aliquibus an sit Hipp. Diuiditur autem in tres partes in quarũ prima docet de fęcibus exeũtibus, quid sit circa ipsa spectãdum, quid significent, & quid ex ipsorum iudicijs agendum; est autem tota sententia huiusce prioris partis: fœces si consistere permittes neq; perturbes, ac veluti ramenta quædam subsidant, si pauca sint paucum morbum, si multa multum significant, atq; his conducit ventrem subpurgare: Hæc est tota sentẽtia circa quã Gal. discurrit partim grammaticę, partim medicæ: Primum enim notat hanc vocem ὑποχωρήματα, & διαχωρήματα apud Hipp. significare ea, quę à ventre producunt, quod etiam dixit 2. aph. 18. vbi etiam vocem (ὑποχώρησις) idem significare tradit, Cęterum nõnullos fuisse, qui & ex hoc loco, & ex aphorismo postremo collegerint etiam significare lotium, eo quod uox ὑφίσταται, idest subsident non fęcibus in quibus nil subsidet, sed vrinis competat. Alij verò tuentes Hipp. hic loqui de deiectionibus, non (ὑφίσταται) legunt, sed (ἐφίσταται, i. substant,) eo quod ipsis fœcib. vere aliquid semper superstet, quod oculis subijciatur, sicut qui subsidet, nõ potest conspici, vt in ipsis vrinis vitreo vase conspectis tàm quæ substant, quàm suprastant uideri, & considerari queũt, sicut etiam in alijs uasis sepositis vrina, si quod prope superficiem est abijciatur, etiam quæ subsident conspiciuntur, quorum neutrum fieri licet in ipsis deiectionibus. Dubitat præterea Galen. de voce ξύσματα, contra eos qui de vrinis loqui Hipp. existimabant, quoniam ea uox significat strigmenta, quæ in fęcibus quidem, sed non in vrinis spectantur. Verum 4. Epid. circa principium in historia vxoris Nicostrati habetur de vrina ὑπόστασις ξυσματώδης, nisi dicamus aliud esse ξύσματώδες, i. referens seu adsimilãs strigmenta, aliud autem ipsa uera ξύσματα: Ex his omnibus, & nominibus, & verbis impropriè vsurpatis suspicatur ualde Galen. non esse aphorismum germanum, sed potius ex intrusis. Adhæc dicit Gal. multo magis suspicionẽ facere, ne sit aphorismus germanus, quod dicat vbi huiusmodi sint fœces esse per inferna purgandum, nec dandas sorbitiones, quandoquidem sæpe fluxum bilioſæ materiæ huiusce modi ramenta consequuntur, quæ uti nequaquam exigunt purgationem, sic sorbitionibus, ac nutrimento non parum solent demulceri: multa alia dicit Gal. pertinentia ad literam, & ad intrusores, ac expositores aphorismorum, quę quia ad nihil utilia sunt libenter prætermitto: illud tamen mihi quoque placet adnotare phrasim illam non esse Hippocr. (*si pauca sint ramenta, morbus paucus, si multa multus*,) quoniam, multitudo & magnitudo non est eadem, sicuti neque paucitas, & paruitas. Porro quod in secunda parte dicit, & in tertia uidetur opus habere examine, quandoquidem si ramenta attestantur abrasioni intestinorum purgare totum corpus per ea ab omni usu, & ratione est alienum, Adhęc impura corpora dicebat alias Hipp. quanto magis nutries, tanto magis lædes, attamen in febribus pestiferis, quæ uires ualde deprimunt, nisi assidua nutritione succurratur, facile ægrotantes deficiunt, Itaque quod ad ramenta pertinet, certum est, quod alias dixit Gal. 6. Epid sect. 2. t. 9. fluxum fluxu, & vomitum uomitu curari: Siquidem vbi origo mali est in ipsa parte affecta, si sit humor, haud potest morbus finiri, nisi causa illius tollatur, unde ab humore, bilioso aut pituitoso impactis, uel in stomaco, vel in intestinis solemus studere, ut inde arceã-

tur

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 811 sur 867

tur illi humores, sic enim ablata occasione morbus finitur, atque hoc pacto intelligendus est in præsenti Hippocrates, qui etiam de nutriendis impuris corporibus prudenter præcepit esse abstinendum, nisi tamen virium imbecillitas vrgeat, quia cum ab his indicatio habeatur vitalis, dubio procul ipsis potius, quã alijs inseruiendum est, alioquin mera esset fatuitas, velle morbum curare, atque interim dimittere, vt æger pereat, quapropter in huiusmodi casibus solers medicus consueuit parum, & sæpe nutrire, vt simul & vires sustentẽtur, & leuius reddatur calidum natiuum ad sustentandum sese, & ad contendendum aduersus morbificas causas. Vtilis aphor. &c.

---

66 Quibuscumque cruda deorsum secedunt, ex atra bile sunt: Si plura, copiosiore: si pauciora pauciore.

PERGIT Hippocrates in præsenti aphorismo tractare de deiectionibus, (quamquam alij interpretati sunt de vrinis, vt Galenus docet) atque ex illis docere, quid sit prædicendum, & prænoscendum de morbi magnitudine adeò ut sit tota prognostica sententia, ad curationẽ tamẽ & prẽseruationẽ haud parum conducens, sine ratione, & sine commoda diuisione, nisi tamen duas libeat partes facere, primam vbi dicit. (*Quæ cruda excernuntur à bile atra sunt,*) Et secundam. (*si plura maior, si pauciora minor morbus est.*) Quod itaque in priore parte dicit Hippocr. secundum aliquos est, vbi deijciuntur in concocta vitium esse ab atra bile. Quod quidem vt ait Galenus si vniuersaliter accipiatur falsum est, cum etiam fiat deiectio cruda à bile flaua, sed alio genere incoctionis nempè nidoroſę. Sin autem peculiariter accipiatur, sanè vera est sententia, quandoquidem interdum fit, vt in stomaco, atque intestinis contineatur bilis atra, quæ cum (vt ait Galenus in libro de atra bile) sit cunctis facultatibus, & præsertim calori natiuo maximè inimica, proculdubio facit, vt is hebetatus minimè possit concoquere, sicquè excrementa cruda gignantur, ac per intestina vna cum alijs fœcibus mittantur extra. Igitur particulariter accepta sententia veritatem habere potest, uniuersaliter minus, Vnde data est occasio uetustis interpretibus, ut uario modo legerent huiusmodi particulam, circa quam rem par est audiatur, quod ait Galenus in superiori commentario, scilicet malum interpretationis modum facile dissoluendi dubitationes occasionem præbere, maximè cum in obscuris liceat addere, diminuere, transponere. Cæterum quod ait in secunda particula nempè plura maiorem, & pauciora minorem morbum indicare, id quidem uerissimum in cunctis, ut scilicet in quo morbo apparent plura, eaquè mala symptomata, semper morbus sit maior, & uicecuersa, ubi pauciora minor est, vt enim minus corpus, minor vmbra, & maius maior sequitur, quẽadmodum solet dicere Galenus, sic maiorem morbum plura, & maiora symptomata, minorem pauciora & minora sequuntur, Habet & his aphorismus vtilitatem aliquam ad prædicendum.

Connexio.

Scopus.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 812 sur 867

©BIUM

67 *Excreationes in febribus non intermittentibus, liuidæ ſanguineæ: bilioſæ, & fœtidæ omnes malæ. Cum verò bene excernuntur, bonum eſt, & per ventrem, & per veſicam: & vbi aliquid ſecedens ſteterit non purgatum malum.*

QVÆ excreantur inter ſymptomata ſecundaria numerantur, quippe cũ ſint opera coctricis facultatis actionem uitiatam, quæ eſt primariũ ſymptoma ſequentia, ideo, & hæ vim non exiguam habent ad faciendam prædictionem, vt ob hoc non immerito de his agat author inter alia excrementa mutata in præſenti aphoriſmo, qui & ipſe pertinet ad partem medicinę prognoſticam, ſupraquè etiam habitus eſt lib. 4. aph. 47. licet paullo diuerſus in tres partes autem diuidi poteſt, una eſt hæc (*excreationes in febribus continuis, liuidæ, cruentæ, bilioſæ, & fętidæ omnes malę.*) Secunda pars eſt, (*Exeuntes verò bene bonę ſunt*, Tertia eſt. (*Et ſiue in inferiore ventre, ſiue in veſica, ſiue alicubi ſiſtatur, quid non purgatum malum eſt*;) Circa primam partem vox ἀπογρύμωσις, qua vtitur Hipp. familiaris eſt, & propriè à Latinis excreatus dicitur. Eſt enim vt colligitur ex Gal. 1. prorr: tex. 6. quidam motus faucium, ſeu partium attinentium ad canales, qui à naribus in os ferun tur cum ſonitu ad tenacem materiam ab illis partibus excludendam voluntate factus, Et quamquam etiam à ſanis pleriſquè fieri ſoleat, attamen quid morboſum eſt, & apud Spartanos, atque Perſas vt narrant Xenophon, atq; Athenæus opprobrioſum erat, ſiquidem putabant hoc vitium in illis dumtaxat fieri, qui incontinenter viuerent, atque ociarentur, quemadmodum certè plerumquè contingit. Porro, dicit Hippocr. (*in febribus non interpollatis*,) quoniam etſi etiam in interpollatis, imò verò etiam in ſanitate huiuſmodi excreatus habeatur, nihilominus in continuis febribus hoc peſſimum eſt, quia ſiue ſint liuidæ, ſiue cruentæ, ſiue bilioſæ, ſiue fętidæ, indicant febres à prauis humoribus fieri, atque augeri, niſi tamen hoc ægrotantis ſit conſuetum, ſiquidem, vt dicebat alibi Hippoc. illud eſt æternum dogma in morbis conſueta ſymptomata eſſe minus metuenda inſuetis, atque hęc de priore parte. Secunda eſt. (*Si verò rectè excernantur bonę.*) Quid ſit rectè excerni non ſolum, quæ per ſcreatum exeunt, verumetiam alio quocumque modo etiam ſi Galenus & Hippoc. non dicant, haud eſt operoſum intelligere, ſi rectam agendi regulam in cunctis operationibus tamquam neceſſariam ab Ariſt. & medicis propoſitam ſpectemus, quæ poſita eſt in tempore, loco quanto, & modo, Vnde ſi materia, quæ ſcreatur nullas habeat malas qualitates, ſi non ſit copioſa nimis, ſi tempeſtiuè hoc eſt tempore coctionis, vel iam factæ, vel quæ adhuc fiat, emanet, ſi abſquè labore, & moleſtia feratur, proculdubio in febribus etiam non intermittentibus bonum eſt, imò uerò, & in interpollatis, & in ipſis ſanis corporibus, Sic enim bonæ ſunt excretiones, & vt ſigna, & vt cauſſæ, ſunt bonæ ut ſigna quidem, quoniam calorem natiuum coquere, & conſequentes facultates, quarum illud inſtrumentum eſt, bene ualere ſignificant, licet aliter videantur per ſe ſignificaſſe, ſunt verò bonæ, vt cauſſæ, quoniam expurgatio

Stopus.

Diuiſio.

huiuſmodi

huiusmodi est, & roboris, & melioris valetudinis tum plerarumquè corporis partium, tum maximè ipsius capitis, cum dixerit Hippocrates libro de gland: inter cæteras vias, à natura pro expurgando cerebro paratas esse palatum, vt ob hoc iure medici, vbi placet cerebrum purgare, vtantur gargarismatibus, & masticatorijs pro sputo, atque screatu excitandis. Sequitur tertia particula, quę est, si materia screatu reijcienda firmetur in inferiore ventre, & vesica, nec expurgetur, malum esse; Scilicet tamquam signum, & tamquam caussam. Iam verò dubitari posset, quo pacto materia cerebri, quæ screatu solet expurgari, ad intestina, quæ complectitur sub nomine inferioris ventris, necnon vesicam pertingere queat, Sed hoc non est silentio alibi ab Hippocrate inuolutum, qui lib. de morbis dixit pituitam in stomachum à capite descendentem, sæpę inde in intestina præcipitari, atque alui fluorem inducere, quemadmodum etiam in Epidem: dixit à calefacto capite eliquari pituitam, ac in vesicam transmissam fluorem vrinæ parere. Vtilis est hic aphorismus ad prædictiones faciendas, sed etiam conducit ad inuentionem remediorum, cum hinc medicus doceatur vtilem sæpenumero esse expurgationem per os, modo rectè fiat, non conducere autem vbi, quæ materia per os expurgari deberet, per aluum, & vesicam perducatur, Nam cum longus sit ductus, ac per membra naturalia transitus efficiatur, vix potest contingere, quin illa à materia tum præterlabente, tum firmata lædantur.

Dubit.

Solut.

Vtilitas Aphor.

---

68 *Corpora oportet, vbi quis purgare voluerit fluida facere, & si supra, sistere aluum, si verò infra humectare.*

VT etiam adnotauit Galenus prior pars aphorismi ijsdem verbis habetur secundo aphorismorum nono, atque eius mentionem facit Galenus sæpenumero, sed maximè sexto Epidemiorum com. 5. tex. 29. & primo aphorismorum vigesimoquarto. Cæterum secunda pars nusquam alias videtur tradita ab Hippocrate, & Galenus dicit eam esse veluti expositionem quandam prioris, quasi vero nil aliud sit fluida corpora facere, quam sistere infernam aluum, si corpus sit purgandum per superiora, sin verò per inferiora eandem humectare. Sed vtcumque sit præsens sententia tota curatoria est, cum sint præcepta ad purgationem corporum rectæ faciendam accommodata, diuiditur autem in duas partes, quemadmodum dictum est, quarum prior id habet, vt quotiescumque medico placet corpora purgare, ea prius lubrica, & aperta reddantur, quò scilicet facilius per apertas, & laxas vias peccantes humores trahantur, fit autem hoc clysmatibus, necnon decoctionibus, atque serapijs, quemadmodum consuetum est, Et certè hoc præceptum erat maximè necessarium Hipp. tẽpestate, quando solis grauib. & difficilimis medicamẽtis purgationes efficiebantur. Nunc autẽ quãdo benigniora medicamẽta suppetũt, vt cassia, manna, sena, Rhodomel solutiuum, & similia, haudquaquã ita necessarium est,

Diuisio.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 814 sur 867

©BIUM

cum huiusmodi medicamenta euacuent intestina, stomacum, aliasquè priores vias absquè vlla violentia, etiam si prius non sit corpus redditũ, lubricum. Imo verò neque semper lubrica corpora facere oportet, priusquam grauiora medicamenta administrentur, quoniam vt prudenter monuit Gal. 2. aph. 9. vbi morbus acutus est, & vbi materia turget, haudquaquam expectanda est corporũ ista pręparatio, alioquin humores in mẽbra nobilia raperentur, aut ægri morte occuparentur, priusquã essent corpora præparata, Similiter etiã dicebat Gal. lib. quos & quando purg: oport. vbi humores peccãtes sunt tenues, acres, & sua spõte ductu faciles, nõ est opus antecedente præparatione, sed statim ducere eos oportet pręsertim acutis morbis existentibus, in quibus est ęternum Hipp. pręceptum vt sollicitetur, & si quid mouendum est, statim moueatur. Atque hæc de priore parte alias fusius à nobis suo loco pertractata, Nunc uideamus secundam in qua dicit Hippocr. siue alius author. *(Si supra)* hoc est vomitu *(sit corporum peragenda purgatio, debere sisti infernam aluum, sin verò per inferna sit purgandum, è contra debere aluum humectari, & emolliri)*. Circa quam partem uidendum est, quid Hippocr. intelligat per ea verba στῆσαι τὴν κοιλίην, & cur velit id agendum, & an vbi inferna aluus sit quoque superior sistenda. Circa primam non videtur rationi consentaneum, vt quando vomitus sit ciendus, debeat aluus sisti remedijs, tum quia Hipp. Herodotus, & alij veteres, qui rationem ἐμετικήν, vt vocat Cicero, vel alij συρμαΐσμον posteris reliquerunt, multa quidem præcepta dederunt, adstringendæ autem alui haud meminerunt, Sic etiam & Galenus, & Oribasius hoc idem tacuisse reperiuntur; neque etiam vlla ratio id postulare videtur, quandoquidem duo contraria circa corpus eodem tempore facere, neque facile, neque tutum est, imò vero qui vomunt, solet sæpe simul ijs ex illo concussu, & vehementi corporis commotione aluus excitari, atque etiam non absquè fructu, & Hippoc. in Coacis prædictionibus dicebat lypiriam, quæ est febris pessima non alio auxilio, spontaneo, scilicet & artificiali finiri, quam cholera, in qua simul & vomitu, & excretione alui corpus sollicitatur, Quare dicendum puto Authoris huiusce particulæ mentem fuisse, ne quando medicamentis vomitu superiora euacuare tentatur, simul quoq; medicamentis alijs aluum soluere quæratur, sed ita stare permittatur, quemadmodum inuenitur, eo quod multo melius natura faciendo vomitui dat operam, quando ad contrariam operationem faciendam minimè sollicitatur. Vnde patet caussa cur Hipp. huiusmodi præceptum attulerit, ne scilicet nimia vi facultas corporis gubernatrix tum ad vomitum, tum ad excretionem sollicitata fatiscat, & insigniter violetur. Quod autem dixi de vomitu, scilicet non esse tunc per inferiora purgandum, idem pariter dicendum est; quando aluum mouere proponitur, nempè minimè tunc esse quoque vlla arte prouocandum vomitum, ne contrario hoc motu alter impediatur, verum nec etiam si sponte fiat, esse cohibendum, sed permittendum quoniam sicuti sępę fit, vt à medicamento aluum ciente, vomitus similiter excitetur, sic etiam contingit interdum, vt vtroq; motu excitato graues morbi soluantur, quemadmodum dicebam nuper de lypiria ex ipsomet Hipp. Est vtilissimus hic aphorismus ad medicinam faciendam cum breuibus verbis doceat, artem, & modum purgandi corpora, tàm per superiora, quàm per inferiora.

Vtilitas Aphor.

69 *Somnus,*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 815 sur 867

69 *Somnus, vigiliæ, vtraque modum excedentia, morbus.*

HABETVR præsens aphorismus etiam lib 2. aph. 3. sed in duobus postremis verbis discrepāt, quia ibi dicitur τῇ μετρίῃ, κακὸν, ideſt magis moderatæ malum, hic vero dicitur τῷ δέοντος νόσος, ideſt magis quam conueniat morbus est; Galenus non esse Hippocratis, sed interfertum fuisse ab ijs forsan, qui volumen lucri gratia maioris molis facere cupiebant, & multo melius dici κακὸν, quam νόσος, Quod sit absquè ratione interfertus, haud abnuo, sed quod adeò sit melius scribere κακὸν, quàm νόσος, vt ipse profitetur, non video, quinimò nimis vulgare est dicere, quæ immoderate fiunt esse mala, cum ingenium quodlibet leue id sciat mediocritatem in cunctis esse auream, quæ verò ab illa discedunt, esse vitiosa, Atqui dicere esse morbum proculdubio plus artificij habet, plusquam ad medicum pertinere videtur. Nam & Arist. statim in 1. probl. quærens cur αἱ μεγάλαι νοσώδεις, i. magni à mediocritate recessus morbosi sunt, respondet iccirco esse, quia siue recedatur à medio per defectum, siue per excessum, morbus est, vnde in secundo problemate dicebat medicos sanantes nil magis studere, quam vt contrarijs excessibus contraria vincant, eaquè ad mediocritatem redigāt. Itaq; siue dicatur τῷ δέοντος, siue τῇ μετρίῃ, perinde est, ambę enim hæ voces significant, id quod nec deficit, nec exuberat, Reliqua ad aphorismi intellectum pertinentia lib. 2. diximus; illud solum hoc in loco quæri posset, occasione sumpta à præcitato secundo problemate, an excessu vigiliarum curetur somni excessus, & viceuersa, quemadmodum Arist. dicit plerumquè medicos sanare excessibus vini, vel aquæ, vel muriæ, vel cibi, vel famis. Cui respondendum est iccirco ibi Aristotelem nullam feciſſe mentionem vigiliarum, & somni, quia non ita in potestate medici est illa præstare, & si præstantur periculosiora sunt, & molestiora, nam qui nimium vigilantibus somnum grauem inducere studet, ijs remedijs vtatur necesse est, quæ soporifera sunt, & consequenter venenosa, & læthalia. Viceuersa studentes à magno veterno ægrotantes vendicare, percussionibus, vellicationibus, puncturis, ac demum igne vtuntur, quæ licet, ad mediocritatem reducendi vim habeant, id tamen agunt cum mille tædijs & periculis, quo fit vt cordati medici, multo cautiores in hisce se gerāt, Summatim tota medicina his paucis verbis comprehensa ab Arist. quod morbi fiant per excessum, vel defectum à medio, Curatio autem per contraria excessus, uel defectus. Et hæc forsan fuit ratio quamobrem auspicatus sit probl. medica: ab huius modi sententia.

Dubit.

Solut.

70 *In febribus non intermittentibus; si exteriora frigent interiora vruntur, & febris habeat lęthale.*

NEMO est, qui non uideat, & intelligat, magna cum ratione à Galeno damnari, illum qui prędicti aphorismo, qui etiā habetur lib. 4 48. temere addi-

©BIUM

ꝑe addidit, καὶ πύρετὸς ἔχει, Sed vt libere dicá, maluiſſem à Galeno fuiſſe animadueꝛſum potius ſcriptoris errorem fuiſſe, qui loco (δίψαν) appoſuit (πύρετος) ſi enim fiat vocis tranſmutatio erit idem penitus aphoriſmus, qui libro quarto. Nam tranſcriptores plerumquè ignari ſunt, ac propterea ſimiles errores committunt. Et certè nemo alius, quam rudis ſcriptor, permutaſſet vocem δίψαν (in vocem) πυρετὸς.

71 *In febre non intermittente ſi labrum, aut naſus, aut occulus, aut ſupercilium peruertitur, ſi non videat: ſi non audiat, & tam debilis ſit quicquid horum fuerit mors prope eſt.*

QVONIAM hic aphoriſmus nullis mutatis uocibus etiam lib. 4. aphor: 49 habitus eſt, atque ibi à nobis copiosè ſatis fuit explicatus, Galenum ſequens nil aliud dicam.

72 *A pituita alba: aqua intercus ſuperuenit.*

ET ſi præſens aphoriſmus non ſit alibi ab Hippocrate tractatus, pręſertim in lib. aphor: à Galeno tamen breuiter ſed ieiune ſatis fuit interpretatus, quocirca paullo diligentius circa ipſum verſabor, Eſt enim breuiſſima ſententia prognoſtica, in qua docet, quando ſit expectanda hydrops, ſ. vbi alba pituita apparet in corpore; nam etiam lib. 1. de morbis nõ longę à principio docens Hippoc. qui ſint illi morbi, qui in alios facile conuertuntur, dicit ex læuitate inteſtinorum, & pituita alba fieri aquam intercutem. Cæterum videre vtile erit, quid vocet Hippocrates hoc in loco albam pituitam, quid hydropem, & quomodo dicat hydropem neceſſario ſequi albam pituitam, Eſſe apud Hippocratem tres differentias humoris pituitoſi, nempè albam pituitam, Epidemicam & uetuſtá, alias oſtendimus, & præſertim in uarijs lect: vbi etiam à Platone in Timęo pituitam albam, & recentem, ac uetuſtam nominari indicauimus, & dicitur hic humor albus, vt Galenus docuit aphor: 29. huius lib: tum quia etiam aliqua pituita liuida reperitur, tum quia humor pituitoſus ſuaptę natura albus eſſe conſueuit, Verum quod Hipp. in præſenti de hoc loquatur haud rationi conuenit, quandoquidem pleriquè ſunt huiuſmodi pituita abundantes, qui tamen haudquaquam in hydropem neceſſariò labuntur, Vſurpatur ſæpius ab Hipp. ab Aretæo, à Celſo, ab Aureliano, & à Galeno, alijſquè medicijs hoc nomen λευκοφλέγματος, pro ea ſpecie hydropis, quæ alias ἀνασάρκα, & ὑποσάρκα, ac λευκοφλεγματία nuncupatur, quæquè fit, quando ob inſignem aliquam iocinoris intemperiem frigidam haud uerus ſanguis, ſed pituitoſus, & albidus generatur, qui à uenis effuſus per vniuerſum corporis habitum illud album reddit, cuiuſmodi etiam Horatius loquitur, quando dicit.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor;

De hac itaquè ægritudine ſermonem habet Hippocrates in præſenti, quæ

quæ eſt fere eadem, cum ea mala affectione, quæ à Græcis καχεξία, à noſtris malus habitus uocatur, cęterum ſi ita eſt, atque leucophlegmatia ſit, quædam ſpecies hydropis, quomodo igitur ait Hippocrates poſt albam pituitam eſſe hydropem expectandam; Et certè niſi pro hydrope intelligatur illa ſpecies, quæ propriè ἀσκίτης vocatur, & quæ fit vbi totum abdomen aqua pura impletur, haudquaquam Hippocratica grauitas defendi poſſet, qnaſi uero uoluerit dicere vbi fit anaſarca, ſiue leucophlegmatia, non poſt multum temporis expectádam eſſe aſcitem, tamquam illa deteriorem. Cur uero hoc contingat, eſt, quia vbi ſemel refrigeratum eſt pluſculum iecur in dies magis, atque magis refrigeratur, niſi vel à natura, vel ab arte ſuccurratur, vbi autem illud eſt impenſe refrigeratum, haud amplius ſanguinem pituitoſum, ſed puram aquam gignit, quæ è venis in abdomen transfuſa illud replet, & aſcitem facit, & quamquam videatur Aretæus deteriorem facere anaſarcam aſcite, eo quod in illa opporteat vniuerſum hominem renouare, illud tamen intelligendum de anaſarca aſciti complicata, ut ſæpe accidit, non autem de ſimplici in qua cum adhuc generetur ſanguis licet pituitoſus, ſignum eſt adhuc in iocinore aliquid natiui caloris ſupereſſe, qui faciat, ſanguinem cum in aſcite nil eius pœnę ſit, ac ob id nullus ſanguis, ſed ſola aqua fiat, Eſt utilis aphoriſmus ad prædicendum, atque etiam admonendum medicos, ne ſinant anaſarcam conuerti in aſcitem, quippe quæ vbi facta eſt, nullum remedium recipit, vt dicit Hippoc. circa initium primi libri de morbis, ubi cum inter morbos neceſſario perimentes connumeret ὑδρωπα ὑποσαρκίδιον, non eſt dubium, quin de ea intelligat, quæ aſciti coniungitur, alioqui, vt dixi multo deterior eſt aſcitis, quam ſimplex hypoſarca. *Vtilitas Aphor.*

---

73 *Ab alui profluuio, difficultas inteſtinorum:*

SICVT in ſuperiori aphoriſmo docuit Hipp. quando ex morbis alios deteriores morbos expectare oportet, exemplo leucophlegmatiæ accepto, ſic, & in præſenti, & in ſubſequentibus uſque ad poſtremum idem docet exemplis, ab alijs morborum generibus acceptis. Habetur & hic aphoriſmus 6. lib. 23. ſed diuerſo modo, atque multo melius Galeni teſtimonio. Quod autem hic dicit eſt poſt diarrhoeam, ſiue alui fluxum eſſe expectandam dyſenteriam, quæ ſententia breuis eſt, & ſine ratione, ac diuiſione, attinens ad prognoſticam medicinæ partem, ἐπὶ διάῤῥοιη in ſexto autem libro dicitur ἐπὶ ἀκράτῳ ὑποχωρήσει, ideſt poſt ſynceram deiectionem, quæ uerba Galenus antepoſuit præſentibus, eo quod poſt ſimplicem alui deiectionem frequętem, quæ διάῤῥοία à Græcis dicitur, rarò ſequitur difficultas inteſtinorum, quemadmodum è contra, vbi deijcitur ſyncera bilis, ſiue flaua, ſiue nigra rarò fit, quin vlcerentur inteſtina: Sic enim ſolet accipi ab Hippocrate ſyncera deiectio, niſi hic dicere placeat, iccirco Hippocr. uoluiſſe hanc ſententiam nobis relinquere, quia & ſi rara, fuit tamen ab ipſo iam ſeniore obſeruata. Celſus autem lib. 2. cap. 7. transferens hunc aphoriſmum; dixit poſt longam alui reſſolutionem ſequi difficultatem inteſtinorum, quaſi apud ipſum διάῤῥοία Hippocrati ſignificet, quod etiam, author diffinitionum medi- *Connexio.* *Scopus.*

carum

©BIUM

carum dixit. Cæterum vtcumque ſit, illud compertum eſt à ſyncera deiectione fieri frequenter ulcera inteſtinorum, à ſimplici uero liquidorum, & ut ait Aretęus & incoctorũ fluxu ea non fieri, niſi is ſit diuturnus, quo in caſu non modo longa inteſtinorum uexatione fit diſpoſitio ad ſuſcipiendam exulcerationem, uerumetiam humores redduntur acriores, & mordaciores ita ut facile poſtea primum pituitam ipſis tunicis inteſtinorum tenaciter oblitam auferant, tum cuticulam abradant, mox ipſam inteſtinorum ſubſtantiam intime depaſcãtur; ſicq. tandem, dyſenteriam, ſeu tormina ut loquitur Celſus, inducant, nam propriè uocauit Celſus tormina, quoniam uere ſub illa ęgritudine homines ab acerbiſſimis cruciatibus torquentur. Eſt utilis tàm ad prædictionem quam ad hortandum medicos, ut ſint ſolliciti, in curando quolibet alui paullo diuturniori fluxu, ne ſcilicet in dyſenteriã degeneret, & dixi paullo diuturniore, quoniam, ut idem Celſus dicebat una die fluere aluum ſæpę pro ualetudine eſt, atq; etiam pluribus modo febris abſit, atque id malum intra ſeptimam diem finiatur.

Vtilitas Aphor.

---

74 *A difficultate inteſtinorum leuitas inteſtinorum ſuperuenit.*

CVR dicat Gal. Hunc aphoriſmum eſſe partem, ac ueluti truncum aphoriſmi alterius, qui habetur lib. 6 aph: 43. certè ignoro, quoniã & ſi quid ſimile & in illa, & in hac ſententia reperitur, attamen eſt non obſcura diuerſitas, quoniam ibi loquitur de ea inteſtinorum exulceratione, quæ fit ab atra bile, & quæ propterea læthalis eſt, hic uerò de qualibet, poſt quam haud ſemper fit lienteria, ſed aliquando ſcilicet cum illa diturna eſt, cauſſa uerò propter quam à longa dyſenteria fiat inteſtinorum læuitas, in qua ſcilicet cibi fere penitus immutati excernuntur, eſt, quoniam facultas retentrix tàm uentriculi quàm inteſtinorum ità ob læſa, ut nec tantillum poſſint in ijs ſumpta alimenta retineri, quò fit ut etiam nequeant alterari, nedum concoqui, ſed prorſus immutata excernuntur læditur autem facultas retentrix tum ob humidam, & frigidam intemperiem inductam à longo fluxu calorem natiuum hebetante, tum à cicatrice ipſis inteſtinis obducta, ob quam naturali aſperitate priuata, & lubrica reddita haud poſſunt, quę continent retinere quandiù opus eſt; nec inconueniens, aut à ratione abhorret, uulnera inteſtinorum, & conſequenter ipſam dyſenteriam poſſe ſanari, & ſubinde oriri lienteriam, & à lienteria mortem fieri, quod ut dixi, & lubrica nimium, & intemperata reddita inteſtina lienteriæ occaſionem præbeant, itaque patet iure poſſe prædici poſt dyſenteriam lienteriam, ob idquè utilem eſſe aphoriſmum tum ad hoc, tum ne medici fallantur in prædicenda ſtatim ſalute, ubi uident dyſenterię res melius procedere.

Scopus.

Vtilitas Aphor.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 819 sur 867

75 *A corruptione abſceſſus oſſis.*

ET in hoc aphoriſmo docetur prędici ex morbo alium affectum: Scilicet ex corruptione abſciſſionem oſſis, nam licet interdum oſſis tantum abſcedat, vt uideatur facere morbum in diminuta quãtitate, attamen aliquando etiã, adeo puſillum eſt, quod abſcedit oſsis, vt affectum uix cõtemplabilem inducat, Dubitat Galenus vtrum pro ſphaceliſmo intelligenda ſit oſsis, an carnis corruptio, & reſpondet ſapienter vtroque modo eſſe Hippocratis mentem, nam ſiue ipſum os cariem, ſeu corruptionem patiatur, ſiue caro oſsi ſuperiniecta neceſsũ eſt omninò quicquid oſsis corruptionem, & cariem paſsum eſſe, ab ſana parte ſeparetur, vel ab ipſa natura, vel ſi ea impediatur, ab arte, Ratio autem huiuſcè neceſsitatis eſt, quoniam os contaminatum, & carioſum redditum ſua aſperitate ſemper carnem, quę ſupercreſcere debet, aut impedit, quo minus gignatur, ut ſi ſupercreſcit, tantum doloris patitur ab oſſe aſpero lancinatum, vt ſi natura nõ abijciat, id quod lędit, & pungit, medicus cogatur abſcedere, nam quod emortuum eſt, atque pœnitus à natura alienum redditum cum nequeat amplius ad ſanitatem redire, natura omni conatu illud à ſano ſeparare nititur, ne ſi remaneat contactu id quoque corrumpat, iuxta communem illam ſententiam, qua dicitur, quicquid à putrefacto contangitur ipſum quoque putrefieri, Atque ab hoc aphoriſmo illud diſcunt medici, quod ſi carioſum factum ſit, vt quamprimum pars aſpera, & corrupta abraſione dematur, ne perſeuerans dolor nouam attrahat materiam, ſicq; morbum augeat; Sin aũt os magis uiolatum ſit, quam ut poſsit abraſione emendari, nec ab ipſa natura ſeparatur, atque extra mittatur, tunc neceſſe medicus ipſi naturę opem ferat, aut ipſemet corruptam partem eximat, medicamentis ferro, & igne.

Scopus.

Vtilitas Aphor.

76 *A ſanguinis vomitu, tabes, & puris purgatio ſupra.*

SICVT prędens aphoriſmus parũ differre uidetur à decimo quintõ, & decimoſexto huiuſmet libri, poſſumus tamen dicere totum hunc eſſe ueluti explicationem quandam eorum, aut ſaltem quandam meliorem ordinationem, & ſi Galenus dicat totam prędentem ſententiam fuiſſe corruptę compoſitam ex pluribus Hippocratis ſententijs, ſiue autem legatur Φθορή, ſiue Φθοή, quemadmodum in diuerſis codicibus lectum fuiſſe teſtatur Galenus nihil refert. quẽadmodum non eſt opus dilgentius perquirere, uniuſcuiuſquè rationem, quam alias retro attulimus, ſiquidem illę certiſsimum eſt, poſt puris reiectationem (appellat uomitum, quamlibet ex ore ſanguinis reiectationem more antiquo) ſequi tabem, in qua pus exire per os pergit, & in qua hebetato, pœnituſquè fracto totius corporis, & maximè capitis calore natiuo iuges fiunt incoctiones, & ex his deſtillationes, quę in ventriculum delapſæ faciunt alui profluuium, quo per ſeuerante, purgatio ſuperior deficit, haud patiente natura ſimul duas purgatio-

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 820 sur 867

nes; qua purgatione desinente sequitur mors, non quòd illa purgationis superioris cessatio inducat mortem, quandoquidem non cessat, quia retineatur, verum quia ad aluum flectitur, Sed sequitur mors, quoniam vires alioquin attritæ aluo iugiter fluente pœnitus perduntur.

---

77 *Qualia fuerint vesicæ, aut alui excrementa: & ex carnibus: & sicubi alibi à natura corpus exierit, si parum paucus est morbus, si multum multus, si valde multum, lethale est.*

HIC aphorismus, vt adnotauit Galenus postremus est in ijs codicib. Hippoc. qui sunt cæteris magis legitimi, nam & in alijs apponuntur, quoq; complures alij, qui à plerisquè haud Hippocrates, fuerunt habiti digni, vt de ipsis vlla ratio haberetur: Itaque nos secuti Galenum hic, finem interpretandi latinis faciemus: Est enim & postremus hic aphorismus satis longus, sed qui *Diuisio.* partiri potest in duas partes in præceptum, & præcepti rationem. Docet autem Hippoc. ferè eadem, quæ alibi de vrinis, & ægestionibus, & quamquam malo ordine, & phrasi in vsitata sint composita quæ docet, summatim tamen uera sunt, Nam verissimum est, & forsan nimis tritum & vulgatum, E quacumq; parte parum aliquid exeat, paruum morbum indicare, si verò plus exeat maiorem, quemadmodum si valde copiosum sit, quod exeat, non solum malum est, verumetiam mortale: Quod enim quasi prouerbio dicitur mediocritatem in cunctis auream esse, id non tantum ad animi res pertinet, omnesquè ipsius actiones, verumetiam ad corpus, quod quidem nullam eximiam alterationem diù sustinere valet, quin collabatur, vt etiam ob hoc verisimum sit putandum, quod in fine dicitur, quasi verò concludatur, omne nimium malum esse, & ob id illud cauere oportere.

FINIS SEPTIMI LIBRI.

HIBRO-

HIERONYMI MERCVRIALIS FOROLIVIENSIS,

PRÆLECTIONES PATAVINÆ.

IN OCTAVVM LIBRVM APHORISMORVM, QVI PRO SPVRIO HIPPOCRATIS HABETVR.



HACTENVS durat liber aphorismorum Hippocratis Septimus, in quo, etsi multi sint, & replicati pauciſsimi tamen insunt, qui non sapiunt ueram Hippocratis doctrinam, ac germani ipsius non reputentur, & præsertim, quia Galeno commentarijs, aut saltem adnotationibus sunt illustrati; Post hunc septimum habentur multi alij, qui à plerisquè pro spurijs tenentur, nec tamen defuerunt, qui ex ijs conflare octauum librum eumquè, vt alios interpretari voluerunt, atque inter hos fuerunt Antonius Brasauola, atque Holerius viri tempestate nostra in medicina facienda, atq; docenda eminentiſsimi, quos & ipse saltem aliqua ex parte imitari deliberaui, vt hos dies, qui restant in hoc quadrageſimæ tempore cum aphorismorum expositione transeamus, ac deinde problematum Aristotelis lectionem reassumere valeamus. Itaqua seligam in hoc octauo libro nonnullos aphorismos, qui mihi proximiores doctrinę grauitati, ac dignitati Hippocratis uidebuntur: Et quia primus qui à Brasauola in ordine ponitur in hoc octauo haud mihi ab Hippocratis doctrina uidetur remotus, eum primo interpretandum sumam, est aut hic.

---

1. *Quicunque supra quadraginta annos phrenetici fiunt, non omnino sanantur. Minus enim periclitantur, quorum naturæ, & etati, morbus affinis fuerit.*

DE connexione in posterum numquam agam, quoniam cum sint maxima ex parte spurij, & ita à Brasauola casu quodam ordinati prout ab ipso inuenti sunt, haud quærenda est ulla connexio, sed illud constituendum, esse

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 822 sur 867

©BIUM

Diuiſio. puram prognoſticam ſententriam cum ratione ita, vt in duas partes diuidatur, quarum vna eſt ſententia, altera verò eſt ſententiæ ratio. Primum autem videamus, quæ ſit ſententia; Eſt autem hæc, Eos qui poſt quadrageſimum ætatis annum fiunt phrenitici non admodum, ideſt rarò ſanos fieri, quam ſententiam priuſquã exponere aggrediar, ad memoriam illud eſt reuocandum, quod ſcripſit Hipp 3. aphor. 5. omni ætate, & omni tempore quoslibet fieri morbos, ſed alios magis in vna, alios magis in altera, vt ob hęc huiuſmodi aphoriſmus ſit maximè conſentaneus Hippocratis doctrinæ. Aliqui contextus habent non phrenetici, ſed Φθισικοί, Verum magis placet communior lectio. Iam verò Φρενίτης; apud Hippocratem duplici modo accipi conſuenit vno modo communiter pro quolibet graui delirio, & præſertim in febribus, vt ſæpius docuit Gal. & max. 1. prorrhet. tex 1. & quarto, alio modo accipitur propriè, quemadmodum hoc in loco, & phrenitis propriè accepta nil aliud eſt, quàm aſſiduum delirium cum febre acuta ex inflammatione membranarum cerebri contingens, ad quam deinde conſequuntur ſomni turbulenti, atque iuges vigiliæ; dicitur enim perpetuum delirium, quoniam verè nunquam intermittunt, quin delirent, quod non faciũt illi, qui in febrium aliquarum vigoribus delirant, quæ vbi ſint remiſſę delirium deſinit, dicitur cum febre acuta, quoniam maniaci etiam perpetuò delirio agitantur, verum aut non febricitant, aut parum & rarò, dicitur ob inflammationem membranarum cerebri, ad differentiã eius delirij, quod ſequitur inflammationem ſepti tranſuerſi, vt Gal. 5. de loc: aff: aut membranæ ſuccingentis coſtas, in qua etiam cerebrum affici, & delirium ſequi docuit Gal. 4. de cauſſis pulſuum, Aretæus lib. 1. curat: morb: acut: cap. 10. voluit etiam ex hypochondriorum inflammatione oriri phrenitidẽ, nam & Φρένας: Veteres non alia ratione vocarunt ſeptum tranſuerſum, quam quod ipſo inflammato protinus mens lędatur, quamquam verò poſſit phrenitis à ſanguine, & atra bile feruęſcentibus in cerebro fieri, ea tamen vera, & propria eſt, quæ fit à bile pura, ſiue ſanguine bilioſo, ſiquidem cum humor huiuſmodi ſubtilis, & mobilis haudquaquam contineri poſſit in cauernis cerebri, quin elabatur, vbi ad eius membranas pertingit, earum denſitate cohibitus protinus ſiſtitur in ipſis, ibiquè feruens, & putreſcens mentem de ſtatu deturbat, ſimulquè, vt rectè dixit Cælius Aurelianus dolores acerbiſsimos inducit, à quibus deinceps imaginatrix perculſa motus, & agitationes illas corporis excitat, qui ob id ſunt vehemẽtiores, quia ſiccitas muſculorum, & neruorum motibus magnis faciendis valdè famulatur. (*Supra quadraginta annos*,) Annus quadrageſimus lib. 1. de dięta commemoratur ab Hippocrate, vbi ſcribit, corpora calido, & humido temperata, vſque ad quadrageſimũ annum ſana perdurare; poſt quadrageſimum, qui ipſi contingunt morbi ea perimere, ità vt qđ hic ait de phrenitide ibi dicat vniuerſaliter de omnibus morbis, ſed neutrum eſt uerum ſimpliciter niſi dicamus corpora tẽperata poſt quadrageſimum annum non niſi à grauiſsimis cauſsis violari, & propterea vbi capiuntur ab illis perdi, nec valet, quod Ariſt. in problem: dicat corpora commenſurata facilius in morbos incidere, quoniam aliud eſt eſſe commẽſuratum aliud eſſe temperatum, nam συμμέτρον dicitur, quod habet æqualiter conſtitutum totum; temperatum verò, quod qualitates corporis, omnes temperatas haber, ſed

Phrenitis quid.

pro

©BIUM

pro exigentia cuiuſquè partis, Cæterum cur potiſsimum author poſuerit quadrageſimum annum pro termino ea potiſsimum ratio ab omnibus ferè affertur, quod tunc incipiat ſenectus finita iuuentute, & conſequenter calor feruere deſinat, Sed potius illa ætas vigoris, quam ſenectus debet dici, ante quam ſcribit Galenus primo de tu: ſan: 2. ſemper hominem fieri valentiorem, & in qua potiùs conſiſtit in eodem robore, quam declinet: Vnde ſatius eſt dicere eum numerũ, tàm in diebus, quàm in menſibus, & annis fuiſſe Hippocrati, atque veteribus, quodammodo fatalem, vt ex libro de ętate Hippocratis conijcitur, quamquam potius dicere licet, Authorem hoc in loco haud præcisè numerum quadragenarium ſtatuiſſe terminum, ſed poſt illum, eo quòd aliquibus ſit ſenectus celeriùs, aliquibus tardiùs. (*Non admodum*) vox οὐπάνυ τί valdè Hippocrati familiaris, atque eam vſurpare ſolet, vbi vult monſtrare aliquid non fieri crebro, & in præſenti eſt, perinde ac ſi diceret, haud ſæpè, ſed rarò ſanari, quaſi ſeruentur, quidem aliqui, ſed haud priſtinam recuperent ſanitatem: Cuius rei in ſecunda parte afferens Hippocr. rationem dicit ideò hoc, quia ei ætati haud conuenit illę morbus, quaſi ità ratiocinetur author: ij, quorum ætati, & naturæ conueniunt morbi, minus in ijs periclitantur, quàm quibus non conueniunt, ſed ætati poſt quadraginta annos minus conuenit phrenitis, ergo in ea magis periclitantur, Maior propoſitio probatiſsima eſt, quippè quàm habuit Hippocr. 2. aphor. 34. An verò minor propoſito, ità vera ſit dubitari meritò poteſt quoniam Hippocr. 3. aphor. 30. loquens de morbis familiaribus ætati declinanti, (vt Galenus putauit ibidem, atque ſequenti aphoriſmo) inter alios ponit phrenitidem, quaſi & hæc contingat ſæpè poſt quadrageſimum annum, ſecus quam dicit author hoc in loco niſi pro euitanda hac difficultate dicatur hic loqui de vera, & propria phrenitide, ibi verò de phrenitide communiter accepta pro delirio in febribus, etenim cum vera phrenitis fiat ab eryſipelate, vel inflammatione membranarum, certè in ætate declinante, vt habetur ab Hipp. 1. de natura humana, atq; in prognoſticis, poſt trigeſimum quintum annum incipit bilis, ſeu ſanguinis bilioſi generatio deſinere, vt poſt non ita facilè bilioſi morbi fiant, ſicut antè illam. Vtilis eſt aphoriſmus, &c.

---

2 *Quibuſcunque in ægritudinibus oculi ex voluntate lachrimantur, bonum: Quibus verò citra voluntatem, malum.*

LACHRYMIS cum phrenitide vix ulla eſt communicantia, cùm ea ſit morbus calidus, atque ſiccus, lachrymæ verò humiditatem ſequantur, niſi tamen dicere placeret vtrumque cerebri affectum eſſe, atque hanc ſententiam prognoſticam eſſe, nempè qua docetur, quomodo ex lachrymis tàm voluntarijs, quàm in voluntarijs poſsit medicus prędicere euentum: eſt ſine ratione, ac in duas partes diuiſibilis, quarum una eſt de voluntarijs lachrymis, altera verò de inuoluntarijs (*Quibus.*) Habetur hic aphoriſmus etiam 4. lib. aph 52. Sed in duabus differt, in uno, quod ibi dicit in febribus, vel alijs ægritudinibus, hic verò ſolummodo in ęgritudinibus, in alio differt, quod ibi dicit uolũtarias lachry-

mas

©BIUM

mas ἐδὲν ἄτοπον, ideſt nil abſurdi afferre abſurdius autem eſſe citra voluntatem lachrymari, hic verò dicit alterum eſſe bonum, alterum verò malum, At huiuſmodi diuerſitas haùd multi momenti eſt, niſi quod veræ lachrymæ voluntariæ poſſunt quidem non eſſe malæ, at nunquam in morbis ſunt veræ bonæ, Iam videamus, quid ſit lachryma, & quomodo generetur: Nam lachrymam, quod Græci dicunt δάκρυον eſſe humorem quemdam ſeroſum, ex oculis emanantem, etiam communis hominum notio clare teſtatur, vnde lachrymę ſerui, apud Scribonium non veræ lachrymæ, dixi autem ſeroſum eſſe humorem, quoniam vt alicubi dixerunt Ariſtot. & Galenus eiuſdem pœnè materiæ eſt, atque ſudor, & vrina, imò Ariſt. 5. probl. 35. dicebat lachrymam eſſe ſudorem, adeò vt materia ipſarum lachrymarum ſit illa ipſa humiditas excrementitia, ac potulenta, ex qua fit vrina, & ſudor, aliaquè ſeroſa excrementa, atq; hinc eſt, quod non modo bibaces iſti oculos lachrymabundos gerunt, verumetiam experientia quotidiana monſtrat, ſtatim atque vinum bibitum eſt, & præſertim generoſum lachrymari, imò iurarem vini generoſi quoddam genus eſſe vocatum lachrymam, propterea quod excitet lachrymas potatum, quod etiam faciunt vina picantia, ſic uoce gallica nominata, quoniam mordendo, & ipſa lachrymas prouocant, Et Ariſtot. 3. ſect: probl. 23. quærens cur vinolenti ſint vſque adeò propenſi ad lachrymas, ſignificat ideò euenire, quoniam exhalationes multæ à vino ad cerebrũ elatę, atque inde infra repreſſæ, & in humorem conuerſę ad oculos feruntur, vbi cum præ ſui copia in glandulis illis lachrymalibus contineri nequeant extra feruntur, Nam certum eſt naturam, ne oculi creberrimo motu nimium exiccarentur proſpexiſſe fabrica earum glandularum in vtroq; oculorum angulo exiſtentium, quæ cum ſemper ſint ſeroſo illo humore madidæ prohibent, quo minus oculi motu humores proprios perdant, Iam uerò cauſſæ lachrymarum aliæ ſunt, quæ eas generant, aliæ quę prouocant, & exire faciunt, Generantes cauſſę ſunt, vel materiales, vt cibi & potus, vel effectrices, vt intemperies humida, & frigida cerebri, ob quam dicebat Euripides mulierem ad lachrymas eſſe natam. Cauſſæ porro lachrymas prouocantes ſunt, vel affectus animi, vt mœror, timor, lætitia, quorum illi comprimendo cerebrum, atq; glandulas, humorem exprimunt, hęc uerò aperiens, atq; dilatans lachrymales meatus exire facit humorem: Vel ſunt cauſſæ externæ, vt fumus, percuſsiones, motus ueloces, nam Ariſtoteles quærens 13. probl libri quinti, cur equitantes quò celerius currunt eò magis lachrymas ijs excitari, ait eſſe, vel propter frigus aeris occurrentis, vel ob calorem motu excitatum, vel ob ictum ab aere agitatũ oculis inflictum, qua etiam ratione dicebat eodem lib. oculum perfricatum emittere lachrymas, ſcilicet excitato calore, & adapertis meatibus angulorum oculi. Ita vt lachrymarum aliquę proculdubio voluntate concurrente efficiantur, vt quę affectu aliquo prouocantur, aliquę uerò nulla voluntate accedente fiant, etenim certum eſt nonnullos eſſe, qui ubi volunt protinus lachrymarum profuſionem excitant, aliqui nunquam lachrymant: immo uerò, nec poſſunt, ſicut Chriſtus, quem ſemel biſuè tantum lachrymaſſe traditum eſt, ſicut nunquam Phocionem Athenienſem narrat Plutarchus, ſunt etiam qui dicant magos, & magas nunquam plorare, atque hoc indicio prodi, Poſtquam igitur, & inuolunta-

Lachrima quid, & quomodo generetur

©BIUM

luntariæ,& voluntariæ ſunt lachrymæ,videndum eſt,cur in morbis,quibuſuis: vt hic ſcriptum eſt, inuoluntariæ ſint malæ, voluntariæ autem bonę,nam & 6. Epid:ſect.8.aphor.23. dicebat hoc eſſe medico diligenter ſpectandum an volenti, vel inuito profluant lachrymæ: Reſpondendum eſt voluntarias lachrymas, quæ fiunt in morbis à cauſſa externa dici voluntarias,eo quod cũ externa cauſſa concurrit etiam voluntas licet quodammodo coacta dicebat autem Hippocrates ſecunda prorrheticorum omnes affectus,qui ab externis cauſſis efficiuntur, eſſe faciles, accedit etiam, quod vbi voluntas operatur ſignum eſt conſtantis mentis, dicebat autem Hippocrates in quouis morbo bene ſe habere ad oblata, ac mente conſtare bonum eſſe. Contra verò, quæ voluntate nihil operante exeunt lachrymæ, præterquam quod non bene valere intellectum oſtendunt, habent etiam & illud, quod ſiue ex defluxione à capite ingenti, quę nequeat compeſci, vt in Dealcis vxore tertio Epidemiorum cõmem:habetur, ſiue ob aliquem ipſius oculi affectum, vt ophtalmiam,epiphoram, ſiue ob retentricis imbecillitatem (ob quas omnes cauſſas Galen.6.Epid:& 1.prognoſt:dixit; fieri in morbis lachrymas inuoluntarias) ſemper deterrima ſunt ſigna, quamquam etiam dicere licet bonas vocari non ſimpliciter:ſed incomparatione inuoluntariarum perinde, ac diceret meliores, ità enim uocem boni vſurpare ſolere Hippocratem docuit Gal.4.aphor 25. Vtilis eſt aphoriſmus ad prædictionem, Nam Hipp.6.Epid.ſect 8.23.volebat non modo conſiderandas omnes lachrymarum condiciones, verum etiam eſſe guſtandas ſi non ipſi medico ſaltẽ ęgro.

Dub.

Solut.

Vtilitas Aphor.

3 *Quibuſcumque in quartanis febribus ſanguis è naribus defluxerit malum eſt.*

Connexio.

POTEST, ſi cuipiam libeat, hic aphoriſmus antecedenti connecti non modo, qđ vterq. ad partem medicinæ prognoſticam attineat, verumetiá, quod agatur, vtrobiquè de excuntibus mutatis cerebri, ſiue capitis, In hoc enim conſilium Authoris fuit docere non in quibuſuis morbis laudabilem eſſe ſanguinis ex naribus exitum, quem Gal.4.aph.25. noluit eſſe comprehenſum ſub illis verbis ab Hippocrat. (*ſanguis ſi ſupra exierit, qualiſcumque ſit malum.*) Eſt itaque ſententia hæc prognoſtica ſine ratione, & ſine diuiſione, quinimò ob ſui breuitatem, atque dictionis ideam videtur legitimam Hippocratis doctrinam referre. (*In febribus.*) Si vlla eſt febris, quæ proprij circuitus proprietate admirationem hominibus pariat, proculdubio eſt quartana, quę vſque adeò certas,& ordinatas periodos ſæpè habet, vt ab aliqua intelligentia non errante dirigi ab aliquibus credatur, vt ob hoc etiam dici poſſit: Veteres uocaſſe eam Dei Saturni filiam, nec antiquitas vlla in ægritudine magis fuit ſollicita pro inueniendis remedijs,quam in quartana,adeò,vt etiam ad ſuperſtitiones in tantum cõfugerẽt,quod Imperatores fuerint coacti ædictis cauere ne ſuperſtitioſa auxilia quæ-rerentur. Itaque Hippocrates,quoque ſæpenumero de huiuſmodi febre locutus inuenitur,& vbi de diuturnis morbis loqui vult,quartanam pro exemplo ſumere ſolet, quẽadmodum 2.aph.25.vbi Gal. nomine quartanæ alias diuturnas ęgritudines cõplecti ſcribit,Nam & hoc in loco non dubito, quin cũctos diuturnos morbos cõprehẽdat, quaſi hoc uerum ſit in ijs ſanguinẽ è narib. fluentẽ ſemper

Scopus.

eſſe

©BIUM

esse malũ; Est aũt malũ huiusmodi sanguiné propter duas rationes: Vna est, quia significat esse sanguinem tenuem, & serosum, ob imminutum in toto corpore calorem nativum, qđ quidem semper malum est in cunctis, si quidem calor nativus, vel est ipsamet facultas corporis totius gubernatrix, vel primũ illius instrumentum. Altera ratio est, quia exitu sanguinis vires alioquin longitudine febris attritæ multo magis exitu sanguinis imminuuntur: Accedit etiã, quod est præternaturam sanguinem melancholicum supra ferri, ob quod forsan dixit Hippoc 6 Epid sect. 6 tex. 9. quartanarios non fieri epilepticos immo si sint liberari: sed biliosus est, qui sursum fertur, & egreditur, vnde cum humor melancholicus tenuis euadit, ità vt sursum feratur, cum id contra sui naturam patiatur, haud potest inde quicquam boni expectari: Sed optabit aliquis intelligere cur potius scripserit author quartanas, quam quartanam: Cui respondetur, id factũ esse, vt doceretur hoc esse commune cunctis quartanæ speciebus, scilicet tàm continuis, quàm intermittentibus, tàm simplicibus, quàm compositis demum, tàm illis, quæ fiunt ab humore melancholico naturali, quàm quæ fiunt à præternaturali: Nam in omni ex his speciebus quartana semper exitus sanguinis à naribus, qui in alijs interdum solet esse criticus, est symptomaticus, tùm ex parte materię, tũ ex parte ipsius facultatis; ex parte materiæ, quia siue hęc sit cocta, siue cruda, semper est tenax, crassa, pigra, & ad quẽlibet motum inepta, multo magis ad superiora: ratione etiã facultatis contentricis saltem est symptomatica, propterea quod vbi eiusmodi succus fertur in locum sibi contrarium cuius propria sedes est locus inferior, nõ aliundè contingit, quàm quod facultas expultrix nimium irritatur, & contentrix nimium debilis est, quod semper malum habetur. Itaque non est dubitandum quin doctrina præsentis aphorismi sit vera, & Hippocratica. Vtilis autem est non solum ad prędictionẽ certam faciendã, verumetiam ad curationẽ medico hinc discente, vbi huiusmodi sanguinis fluxus contingit, haud ipsum esse magis sollicitandum, quod forsan aliqui imprudentes facerent, nec etiam quicquam boni esse sperandum.

Dub. Solut.

Vtilitas Aphor.

---

4 *Sudores in diebus iudicatorijs vehementes, & celeres si fiant periculosi: præsertim, qui ex fronte tumquè guttæ, & fistulæ saluentes pelluntur, frigidiquè valdè, atq; multi: necesse enim est talem sudorem multa vi, & labore, & longa expressione exire.*

Scopus.

IN hoc pariter aphorismo de mutatis excrementis tractatur, inter quæ procul dubio recensentur sudores, à quibus non est dubium multa de corpore indicia ferri, Vnde Authoris consilium est docere, quid indicij à sudoribus capi possit pro salute, vel interitu, notandum est de iudicatorijs potissimum loqui, hoc est de ijs, qui fiunt in diebus iudicatorijs, quoniam facilè potest medicus in ijs decipi, qui sæpenumero bona esse solent. Est autem sententia tota prognostica cum ratione, quæ diuiditur in duas partes, scilicet in sententiam, atque sententiæ rationem. Prior quoque in tres particulas diuidi potest prout de tribus speciebus sudoris tractat, quas omnes periculosas esse dicit. Primum ergo, quod dicit est: sudores factos in diebus iudicatorijs esse periculosos si vehemen-

Diuisio.

tes

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 827 sur 867

tes, atque veloces fiant, Iam verò quid sit sudor, & quomodo fiat alias docui, nam siue ex vaporibus per cutem elatis, & ab ambientis frigore densatis, vt omnes pneumatici existimarunt, de quibus scribit Theophrastus in libello de sudoribus, siue ex serosis humorib. quemadmodum vrina, vt videtur credidisse Aristot. 3. probl. sect. quæ etiam est medicorum sententia nil in præsenti refert. Sat est illud intelligere omnes sudores esse præter naturam, vt putauit Diocles apud Galenum 1. apho. 15. eo quod natura corporis optimè constituta, nullaquè extrinseca occasione accedente, numquam humor per cutem pellitur. Porro huiusmodi humoris exitus, interdum paullatim, ac tardè, interdum vero cum impetu, & velociter. Qui tardè, & paullatim fit, licet plerumquè sit bonus, vt dicit Hippoc. in Coacis, attamen non semper vacat periculo, quod possit propter debilitatem facultatis expultricis fieri, At qui fit cum impetu, & celeriter numquã periculo vacat, etiam si in die iudicatoria contingat, in qua solent motus naturæ boni esse, ratio est quoniam huiusmodi sudores non proficiscuntur nisi à caussa nimium naturam proritante, qualis est ingens calor præternaturalis, prauęquè materiæ copia, à quibus cum facultas totius corporis magnopere lædatur, proculdubio res in maximo periculo versatur, atque hoc est, quod uoluit Hippocr. significare in loco prædicto Coacarum, quando scripsit sudores nocere, qui subito affatimquè fiunt, Sed hoc in loco aduertendum est aliud esse sudores iudicatorios esse, aliud fieri in diebus iudicatorijs, nam illi fiunt cum signis coctionis, atque alijs ad ueram crisim requisitis, qui solent semper esse boni, licet ut habetur à Galeno in libro de crisis non semper crisis per sudorem sit bona, At qui fiunt solum in diebus criticis absquè coctione, vel alijs condicionibus haud semper iuuant, quoniam sola dies critica non facit ueram crisim. Atque hęc de prima particula prioris partis; secunda est. (*Qui expelluntur ex fronte veluti guttæ.*) Hi autem sudores sunt, qui alias ab Hipp. miliares sunt uocati, quiq; ἀφιδρῶσες, i. sudatiunculę uocantur, quę semper malę sunt, eo quod indicant facultatem esse maximè prostratam, nec posse materiam vt deceret expellere, præsertim si tantum fiat huiusmodi sudor in fronte, quem solet comitari animi defectio, & defectionem sequi mors; nam ubi copiosa est praua materia in capite, nec facultas eius sufficit ad ipsam expellendam, huiusmodi sudor instar guttarum, & aquę salientis efficitur, quod facultas modo insurgat ad expellendum, modo pro debilitate deficiat; Tertij sudores mali, & periculosi sunt, qui simul, & multi, & ualde frigidi sunt, non modo enim indicant morbificam materiam esse nimium copiosam, uerumetiam malignam, & prauam una cum caloris mortificatione, quibus simul existentibus haudquaquam diù potest natura durare, sed necesse est, ut succumbat, atque hoc potissimum in feb: acutis quoniã dicit Hipp. & Aristot. in probl. sudores frigidos in acuta feb: mortẽ in debili longitudinem mali significare. Sequitur modo secunda pars principalis in qua author reddit rationẽ propter quam dixerit prędictos sudores omnes esse periculosos, & est, quoniam ubi huiusmodi sudores fiunt, necesse est, ut adsint tria, Violẽtia, doloris excessus, & expressio diuturna, quę dubitari potest an simul omnia sint in unoquoq; sudore relato, an uerò ita sibi correspõdeant, ut primum primo, secundũ secundo, & tertium referatur tertio, quod postremum mihi magis placet, siquidem sudor

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 828 sur 867

velox,& vehemens,non nisi ab ingenti violentia fieri potest,vt uidemus omnes motus veloces,& vehementes fieri,si sint præter naturam ab insigni aliqua violentia, qualis apparet in bombardis,in quibus pilę vehementer, atque velociter mouentur ob ingentem violentiam. Similiter vbi fiunt sudores veluti guttę,& aquæ salientes indicant dolorem aliquē vehementem,ob quem natura excitatur ad noxam pellendam:Sed nequit multum facere ob imbecillitatem, vnde paullatim sudor prodit: Sic vbi frigidi, & multi prodeunt, necesse est vt id longa expressione fiat, ob caloris imbecillitatem, nam sudoris omnis effluxum per expressionem quandam fieri non est dubitandum,quę modo ægrius, & tardius, modo citius fit,prout natura exprimens,modo magis,modo minus valet. Vtilis est aphorismus, &c.

---

5 *Post longam morbum,alui defluxio,malum: vel in morbo diuturno fluxa aluus,malū.*

SI præsentis,& sequēris aph: breuitas sola spectetur,planè nullus aph:magis Hip.breuitatem representat,Si etiam res ipsa attendatur,haud lōgè à doctrina,& modo eiusdē recedūt,adeò vt digni sint, qui à nobis una cumalijs exponātur,hic. n.est tota progn:sententia,& est veluti documentū quo monentur medici,ne in lōgis ægritudinib.aluum nimis moueāt,neq; quærenda est,aut ratio aut diuisio eius,cū ob breuitatē, neutra possit haberi, Quod itaq; dicit in diuturno morbo,numero singulari id factū est ab authore,quoniā non vni,uel alteri, sed omnibus propè morbis hoc conuenit,qui quadragesimam diem trāsierunt; hic enim est terminus acutorum,atq; initiū chronicorū, (*Alui defluxus*) græca uerba sunt, κοιλίας καταφορὴ; nam καταφορὴ, & καταφορὰ est quidem uox Hipp. vsitata: sed in alio sensu, cum plerumq; ab ipso capiatur pro delatione in somnum, nisi quod 6 Epid:sect.8. aphor.37. καταφερόμενα ab ipso dicūtur,quę ex apostematibus euacuantur,sed euacuationē alui ab Hipp. καταφορὴν vocari nunquam obseruaui,vt hoc satis uideatur detrahere sententiæ authoritati,licet alioqui uera sit, Cæterum cū uaria sint genera fluxus alui,diarrhoea,dysenteria,atq; lienteria;Certū est dysenteriā,& lienteriam,qui suaptè natura deterrimi sunt, multo peiores esse,ubi alijs morbis,& præsertim diuturnis adijciuntur; At de diarrhoea nō est ita certū,quandoquidē, & ratione,& experiētia uidetur constare diarrhoeas superuenientes morbis lōgis,eas finire,Ratione quidē,quoniā cum in morbis lōgis cumulētur crudi,crassi,& frigidi succi,qui nō ita bene,nec faciliter coq; possunt,bene, & utiliter euacuantur si aluus naturæ opera iuuetur,quinimo hac ratione solemus in morbis diuturnis propter hoc per interualla exhibere medicamēta euacuātia, Adhęc experientiā etiā quotidie exploramus morbos, & febres lōgas superueniēte alui fluxu desinere,Quare pro huius difficultatis resolutione dicēdum est uerę dysenterias,quę sunt ulcera intestinorū,& lienterias,in quibus cibi immutati,siue ut loquitur Hip lib de affect.imputrefacti deijciūtur malas esse in cūctis affectionib.diuturnis, tum quia uires alioquin attritas longo morbo magis prosternit, tùm quia signum est, calorem natiuum, & proinde facultatem retentricem esse debilitatos,ita ut, nec conficere,nec retinere sint pares. De diarrhoea verò ità decernendum,aut esse magnam,& continuam,aut paruam, & interpollatam,primo modo mala est,quia vires nimium lædūtur,

& corpus

& corpus refrigeratur. Secũdo modo potiùs iuuat, quia ſic excremẽta, quę indies cumulantur, blandę, ac ſine virium detrimento euacuãtur. Vtilis eſt aphoriſmus non modo ad prænotiones, & prędictiones rectè faciendas, verũ etiam ad modũ percipiendum, quo debet ſe medicus gerere in euacuatione in morbis longis. *Vtilitas Aphor.*

---

6 *In lætharge tremor, malum.*

VT dicebam heri etiam hic aphoriſmus ſua breuitate refert germanam ipſius Hippocratis grauitatem, imò verò etiam doctrinam, quandoquidẽ in Coacis prædictionibus, vbi plura de lęthargicis ſcripta ſunt, ſimilem ſententiam habuit. Itaque purum dogma prognoſticum eſt, ſine ratione, atque ſine diuiſione, Videamus autem quid vtilis ad medicinam in hiſcè tribus verbis lateat. (*In lætargo tremor malum,*) Et primum videndum, quid ſit lęthargus, & quæ tota ſit ipſius natura, Nam quem Græci vocant λήθαργον, Latini vocare cõſueuerunt modo profundũ ſoporem modo veternum, modo marcorem: A Grę cis capitur vox, & præſertim à medicis, vel communiter, vel propriè, ſi communiter capiatur, ſignificat omnes ſomniferas affectiones, vt comam cataphoram catalepſim, & ſimiles alias quas etiam Galenus vocare conſueuit lęthargicas affectiones, ſi autem propriè capiatur, nil aliud eſt quam affectus; quidam phrenitidi contrarius in quo ægri inexpugnabili ſomno præmuntur cum febre acuta; Et quamquam Hipp. 2. & 3. de morbis complura recenſeat ſymptomata, quæ ſolent lęthargicos comitari, attamen præcipua naturam, & ideam ipſius morbi conſtituentia ſunt illa, quę dixi: nam dixi eſſe contrarium phrenitidi, quoniam vt ſcribunt Corn: Celſus lib. 3 cap 20. & Galenus initio primi prorrhet: etſi in vtroq; affectu ſit eſſentialiter affectum cerebrum, diuerſa eſt tamen materia ipſum efficiens, nam in phrenitide flaua bilis eſt, quæ putreſcens, & flagrans morbum parit contra verò in lęthargo pituita eſt, quæ putreſcens locum illum irrigat, atq; diluit, Ex quo fit, vt ſomnus inexpugnabilis exoriatur, ſ. ſpiritibus animalibus, ita grauibus redditis, vt nequeãt facultatem animalem ipſi corpori diſtribuere, vnde motus, ac ſenſus non quidem pęnitus deperduntur, vt in apoplexia, & epilepſia, ſed magnopere diminuuntur, pręſertim verò memoria, propter quod dicitur græcè λήθαργος, i obliuio tarda, vel vt ſcribit Cælius Aurelianus pigrities, quædam obliuioſa, ob hoc enim Hipp. in Coacis vocat lęthargicos ſomniculoſos, malecoloratos ſub tumidis oculis, quæ omnia ſunt pituitæ morbum facientis ſigna, ſicut & lãguidus pulſus, Dicitur cum febre acuta ad differentiã, Cari, in quo ægri quoq; profundę dormitant, obliuiſcuntur, non mouentur, ſed ferbe carent, quẽadmodum etiã cataphorici, & cataleptici, Verum de febris natura eſt nõnihil dubij. Quoniã ab authore lib: diffinitionum medicinalium, qui Gale. adſcribitur, traditũ eſt febrem lęthargicorũ eſſe debilem, atq; malignam, Ex altera parte Celſus loco citato ſcribit lęthargũ eſſe morbum acutum, & niſi ſuccurratur citò interficere; Dicendum aũt acutum morbum duos characteres habere, vt docet Gal. lib. de typis, ſcilicet motum vehementem, & periculum, ratione motus, proculdubio lęthargus non eſt morbus acutus, nec febris acuta: ſed lenta, & debilis, at ſi conſideretur periculum, quod quidem maximum eſt, procul dubio & morbus, & febris dici debet acuta. (*Tremor.*) Τρόμος, ſiue tremor, *Lætargo quid.*

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 830 sur 867

©BIUM

vt docet Galenus in lib de trem: & rig: necnon secundo de sympt: cap. 1. & secundo; est symptoma in genere actionum diminutarum, & procul omni dubio est opus debilitate facultatis motricis ab intemperie frigida, propter quod & senes, & ebrij tremunt, vt ait Aristot. 4. prob. fit enim tremor quotiescunq; facultas nititur eleuare, & mouere corpus, & hoc contra deorsum, vt est ipsius natura petere nititur, sic enim fit quidam motus compositus, ex motu sursum, & motu deorsum, qui propriè tremor nuncupatur, At sæpenumero apud Hippocratē, & præsertim in prorrhet: non sic capitur, sed pro conuulsiuo motu; Quomodo autem hoc in loco sit capiendus dubitari posset, quandoquidem vbi cerebrū vehementer afficitur, quemadmodum in lęthargo potest ita impediri facultatis motricis transitus, vt exigua in corpus distribuatur, atque ita debilis reddita minimè possit mouendo sufficere, ac propterea tremor sequatur, potest etiam principium neruorum ità percuti, & lædi, seu repleri, vt facultas expultrix ad pellendam noxam insurgens motus illos conuulsiuos edat, propterea siue hoc, siue illo modo capiatur, semper malū est, quia significat tantam esse morbi magnitudinem, vt facultas motrix ab eo vehementer lacessita, haudquaquam possit corpus, quemadmodum deceret mouere, sed etiam vt caussa malum præsertim cōuulsio, quoniam huiusmodi molestis motibus facultas magis exagitata debilior efficitur: Caussa autem cur huiusmodi tremores læthargicis potissimum in manibus appareant, vt habetur in Coacis est, quoniam vt dicebat Cæl: Aurelia: læthargici alioquin ferè immobiles, iacent supini, & proiectis brachijs, atque manibus, qui fit, vt tremor, conuulsio, ac quilibet alius motus ea in parte magis sese prodant: Vtilis est aphorismus ad prædicendum tantum.

---

7 *Quoscūq; morbos medicamenta, non sanant, ferrum sanat; quos ferrum non sanat, ignis sanat: quos uero ignis non sanat hos sanari non posse putato: uel hos incurabiles existimari oportet.*

CERTE si me iudice de authore prędentis sententię esset decernendū nō dubitarē ipsum Hipp. facere, quandoquidem prędtantia ipsius potissimū fuit in re chirurgica, quæ vsque à temporib. Homeri quasi perantonomasiā appellabatur medicina. Iam verò hanc sententiā potissimū de morbis ad chirurgū attinentib. arq; de vlcerib. esse intelligendam non est, qui dubitari merito queat, quemadmodum nullum vmquā fuit ingenium, quod oblōgas in re chirurgica obseruationes potuerit, tàm certo assecuerare, quemadmodū hic aphor: facit; Sup
Scopus. posito itaquè aphorismum esse verę Hippocraticum, Scopus fuit ipsius in eo docere ordinem medendi, & quando à medendo sit medico desistendum, Et quamquam hic dè diæta nil meminerit, id tamen esse factum est putandum, quoniam vt ea pars prior inuenta fuit, quemadmodum testatus est Hipp. in lib. de arte vet: sic in omnibus morbis necessaria est, ac propterea Hippocr. vbiquè videtur eam prius constituere, quamquam alias duas, Est hæc sententia tota cu-
Diuisio. ratoria, sine ratione, Sed diuisibilis in tres partes, Quarum prima est: (*Quoscunque morbos medicamenta non sanant, ea sanat ignis.*) Tria certum est instrumenta, esse

ſe, quibus ad profligandos quoslibet morbos ſolet vti medicus, Diætam medicamentorum vſum, & manuum operationem, quorum inſtrumentorum vſurpandorum eſt hic ordo, vt primum debita viuendi ratio adhibeatur, quam diximus & hic, & alibi ſæpè ab Hippocrate ſupponi; poſt diætam eſt uſus medicamentorum, poſt hæc manuum operatio, Cauſſa autem huiuſmodi ordinis eſt, quoniam primum ad quód debet medicus omnes ſuas cogitationes dirigere, eſt, vt vitam tueatur, quę victu debito ſolum ſuſtentatur, ſecundum eſt, ut redundantes ſucci, qui faciunt, augent & conſeruant morbos, conſumantur, hoc enim eſt, qđ Hipp. 4. de morbis primum numerat inter principia morborum, ſi homo non repurgetur: Tertium & poſtremum eſt, vt ipſis partibus affectis ſuccurratur. Itaque Hippoc. in præſenti aphoriſmo preſuppoſita debita viuendi ratione conſulit, vel potiùs prȩcipit veniendum eſſe ad medicamenta, quę cum ſint alterantia, lenientia, euacuantia, & corroborãtia planè omnia ab ipſo intelligi certum eſt, quaſi nullum ſit omittendum quin poſtulante vſu, adhibeatur pro ſuperandis morbis, & maximè vlceribus, de quibus potiſsimum loquitur Hippocr. Quod ſi ob morbi magnitudinem id fieri nequeat, eſt tranſeundum ad ferrum, (quæ eſt 2. aph. pars) nomine (*ſanari*) ſolet Hippocrates vti pro integra morbi ſolutione, quaſi velit dicere Hippocrates vbi perfectè vlcera non ſanantur ferro, ad ignem deueniendum eſt, Quæ autem ſint, quæ ferro non ſanantur, & quæ igne opus habent, quicquè per ferrum, & per ignem ſit intelligendum breuiter videndum. Per ferrum enim haud eſt dubium, quin ſit intelligendum quicquid incidere, abſcindere & amputare poteſt, quibus omnibus operationibus ſolent medici vti, quotieſcunque aliqua pars marcida à parte ſana, eſt ſeparanda, & abſcindenda, quemadmodum narrant Thucidides, & Lucretius in peſte illa Athenienſium eos fuiſſe ſeruatos, qui genitalia, vbi vis morbi latebat amputabantur, vel vbi aliquis tumor eſt perforandus, atque incidendus, quo materia ſuppurata intus addita extrahatur, vel etiam alia materia, vt aqua in hydrope, vt folliculi oppleti in apoſtematibus. Pro igne autem intelligendus non ſimpliciter carbo, vel flamma, ſed quicquid vel poteſt vrere, vt ſunt cauteria, ſiue cauſtica medicamenta vocata, vel quæ ignita adhibentur, vel ad attrahendum, vt cucurbitula, vel ad cremandum, aut conſumendum, & in hoc genere inuenitur, tàm apud Græcos, quàm apud Arabas diuerſa fuiſſe in vſu habita, vt oleum Sal, fungus arborũm, linum crudum, ferrum, aurũ, argentum, his enim omnibus ignitis, vel incenſis diuerſo tempore utebantur ueteres, prout erant diuerſa corpora, quæ erant comburenda, nam alia materia neruos, alia carnes, alia oſſa perurere conſueuerunt, ſecus quam faciant pleriquè ex noſtratibus chirurgis, qui ferro ignito ad omnia ſolent uti, Iam uerò ad ignem ſolemus deuenire, quotieſcunque non ſolum pars affecta eſt conſumenda, ſed etiam id agendum eſt quàm citiſſimè, ne ſcilicet morbus ſerpat ad ſanas partes eaſquè exedat ueluti ubi pars aliqua tentatur gangrena facilè in totum corpus putredo, & mors propagatur, niſi ſtatim igne compeſcatur, ſic etiam partes ſanas urimus, ubi faciendum eſt ulcus aliquod cauum, per quod tabus expurgari queat, quemadmodum ubi cauteria fontanellas uulgo appellatas excitare intendimus, Porrò quæ ſit ratio propter quam affectus, qui igne non domantur ſint pœnitus irremediabiles, eſt

quia

©BIUM

quia vt dicebat Euripides eſt ignis παμφαγες, i omnia vorans, ſiue potentiſſimum omnium rerum, vt iure Hippoc. ad debellandam Græcorum peſtilentiã arbores odoratas, & corollas omnes incendi iuſſerit, quo potẽtiſſimæ praui aeris inquinamenta conſumeret; vbi igitur à potentiſsimo omnium remedio morbus non vincitur, fieri haùd poteſt, vt à minus potente vincatur, Illud tamen eſt animaduertendum, ne ignis adhibeatur, priuſquam alia leuiora ſint tentata, Quod ſi interdum videntur aliqui morbi finiri mitioribus auxilijs, qđ non potuerint igne profligari eſt, quia licet ab igne non ſit victus integrę affectus, eſt tamen exemptus fomes, & radix, vt poſtea locus fuerit alijs præſidijs. Vtilis eſt aphoriſmus ad medicinam faciendam ſi quis alius, &c.

Vtilitas Apbor.

---

8 *Lingua nigra atq; cruenta, cum quid horum ſignorum abeſt; malum validum non eſt & imbecilliorem luctum ſignificat.*

CERTE phraſis huius ſententię haudquaquam alicui videri poſſet Hippocratica, quoniam loquitur de reb. non exiſtentib. quarum nulla certa, & ciẽtifica indicia aquiri poſſunt, attamen cum & hæc à pleriſq; interpretibus proponatur, ipſe quoq; eos ſequar, Eſt.n. prognoſtica, & habet rationem ſecum iunctam, vt propterea diuidi poſsit in ſententiam, atq; in ſuius ſentẽtię rationem: eſt autẽ ſententia, vbi lingua non eſt nigra, neq; cruenta haud neceſſariò ſanitatem ſignificare, ſed neceſſariò morbum mitiorem denotare: nã vti ſigna lęthalia cum adſunt ſemper mala ſunt: ſic ſi nõ adſint, haud neceſſariò ſalutaria ſunt, ſed morbum mitioré demonſtrant, & ratio eſt, quoniã morbus, ſiue acutus, ſiue diuturnus eſt, ſemper habet aliqua ſigna mala, aut bona, aut neutra, qđ ſi mala abſint, minimè neceſſariò adſunt bona, ſed poſſunt eſſe neutra, atque hæc morbum ſemper mitiorem, quam ſi adeſſent mala ſigna, ſequuntur, Et exemplũ linguæ magnoperę quadrat, quoniam in morbis, & præſertim febrib. lingua ſolet, & ſecundũ colorem, & ſecundum ſubſtantiã mutari, ità ut, vel nigra, vel rubra, vel arida, vel mollis fiat, atq; hoc vbi contingit ſemper malum eſt, quoniam vehementiam incendij febrilis conſequitur, Sed vbi non adeſt huiuſmodi in lingua mutatio, etſi non bonum neceſſariò ſit, non eſt tamen ita malum, quoniam ſignificat morbum eſſe imbecilliorem, quàm eſſet, ſi lingua, quoque, uel nigra, vel rubra eſſet: Atq; hæc eſt tota, & pura ſententiæ pręſentis intelligentia, Nunc modo videndum eſt: Cur linguæ potiſſimum author meminiſſe voluit, Et cur nigræ, & rubræ tantum, non albæ, non flauæ, cuiuſmodi etiam ſæpè fieri ſolet, Circa primum Hipp. ſect. 8. 6. Epid: 17 dicebat in lingua uidenda eſſe ex quib. nam, quæ alliciuntur, quaſi dicere uoluerit ſemper linguam in morbis eſſe conſiderandum, & diligenter aduertendum, quæ in ipſa fiant ſigna, & quæ ex illis ſignis eliciantur bona, vel mala, Nam vti ex coloribus, & ſubſtantia mutata trahuntur ſigna, vel abundantium humorum, vel magnitudinis incendij, ſic poſſunt ex hiſcè prædici, vel bona, vel mala. Ariſt. quoque 34 ſect. prob. 4. quærens cur lingua plurimarum rerũ index eſſe poteſt, reſp: id eſſe, tùm quia ſuperpoſita eſt pulmonib. alijſq; partib. ſpiritualib. in quib. fieri febris, & præſertim ardens ſolet, vnde vapores inde ſublati facilè linguam uarijs colorib. inficiant, tùm quia

Diuiſio.

lingua

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 833 sur 867

©BIUM

lingua ſpongioſa, atque rara eſt, merito cuius ebibit humores in corpore dominantes, ac proinde illos deſignare poteſt: accedit etiam & illud, quod alias ſæpè dixit Ariſt. linguam ijs coloribus infici, & variari, quib. & cutis, quo fit, vt quēadmodum ex cute, ſic quoque ex lingua eliciantur plura, & certa ſigna, tàm ſalutis, quàm interitus. Sed illud dubitationem habet, an verum ſit, qđ in ſubſequente problemate ſcribit idem Ariſt. ſ. linguam fieri amaram, ſalſam, acidam, numquam autem fieri dulcem, quandoquidem experientia comprobatur, vbi lingua oppletur dulci pituita eam quoque fieri dulcem, ob idq. cuncta, quę guſtat videri dulcia, ſicut in arquatis ſucco amaro tincta lingua, omnes cibi videntur amari, & ſic de ſingulis, niſi dicamus cæteros ſapores frequentiùs in lingua fieri, dulcem verò non modo rariùs, verumetiam quando fit, non verè talem eſſe, quemadmodum ſunt alij, quòd enim ſapor dulcis ſit linguæ naturalis, cæteri verò ſint naturæ corruptiones, vt videtur Ariſtot. dicere, haud plenè intelligo, quandoquidem ſi lingua omnes ſapores debet ſentire, debet eſſe ità natura conſtitua, vt nullum habeat naturaliter ſaporem dicēte eodem Ariſtot. 2. de anima intus exiſtens prohibere externum. Cur verò, (quod erat ſecundo propoſitum) nigri, & rubri tantum linguæ coloris, non item albi, & flaui meminerit, puto cauſſam fuiſſe, quoniam hi frequentiores fiunt in morbis, & ſunt deteriores cęteris, præſertim in febrib. in quib. vbi ſit rubra lingua ſignum eſt ſanguinē feruere, vt ſit in angina, & faucium inflammatione, ſic etiam vbi febris ſit, vel ab atra bile, vel à ſanguine combuſtis, nigra euadit lingua, quoniam uel fuligo, vel ipſemet ſuccus in linguam trāslatus eam denigrat, ac ob id mala eſt, quia ſignificat malam cauſſam, & quia ipſa, lædit ſaltem guſtum, & ſitim ingentem facit: Quamquam nigrorem linguæ etiam à præſentia ſucci melancholici in uentriculo exiſtentis fieri docuit Gal. 6. Epidem: ſect. 5. 14. 15. ſicut quarto de pręſag: expulſ: dicebat nigram linguam fieri ex pulmonum morbis & 8. de plac: Hipp. ex lingua nigra cognoſci. Itaqua bene hic author dixit ſi ſunt linguæ rubræ, uel nigræ eſſe malas, non tamen bonas ſi non ſint tales, propterea què uirides, ſiue pallidæ cum fiant à bile, vt dicit Hipp. & Galenus eodem contextu 14. quintæ ſect ſexti Epid: ipſæ, quoque malæ ſunt, non ita albæ, quæ à pituita. Vtilis eſt aphoriſmus ad præcognitionem, & ad monendum medicos, ut ſemper ſint diligentes in ſpectandis linguis ægrotantium, quandoquidem, ut ſcriptum eſt 6. Epidem: ſect 5. 13. & 15. lingua ſignificat, & ſerum, & alios humores in corpore exuberantes, ut facilè ex ea in horum cognitionem deuenire liceat, præterquam quod cum lædat ſæpè guſtum eam oportet ſemper ante cibi ſumptionem diligenter detergere.

Vtilitas Aphor.

9 *Teſtis dexter frigidus, conuulſuſquè mortiferum eſt.*

ET ſi præſens ſententia alibi non habeatur ita explicata, attamen vt videtur, ſunt quædā illius in diuerſis locis ſparſa ſemina, propter, quæ fit, vt nō admodum ab Hipp. diſciplina eā eſſe remotam exiſtimē, ac propterea vobis interpretandam, & proponendam deliberauerim, eſt enim authoris ſcopus docere quoddam ægregium, & non ita ab alijs cognitum ſignum præcognoſcendi, & præ-

©BIUM

& prędicendi mortem, ut non dubitare oporteat, quin purũ sit dogma prognosticum breuissimum, atque sine ratione, & diuisione. (*Testis.*) Ορχὶς, siue ὄρχις, est omnibus notus, quis sit, sed non ità eius substantia perspecta est nam corpus quoddam est glandulosum, molle, album, & teres, quo utitur natura ad speciem conseruandam, atque propagandam, ut quemadmodum figuram prętert nobilem, sic pręstantissimi sit usus, & dignitatis, propter quos dicebat Aristot. testem esse veluti quoddam animal separatum, & quamquam uterque eandem naturã, & potentiam habeat, tàm ad generandum in uniuersum, quàm etiam ad utriusque sexus productionem, attamen dexter nescio quid plus habet, sicuti oculus, & mamma de quibus loquens Hippocrates secundo Epid: sect. 6 dicebat mammam, & oculum dexteros habere plurimum dignitatis, ac prędstantię, necnon mares in dexteris magis fieri, ut ob hoc quemadmodum refert Albertus, illi qui curam habent iumentorum, & pecudum generationis solẽt in intu modo dexterum, modo sinistrum testem colligare prout magis amant marem vel fœminam illo intu produci: Cęterum uidendum est quę sint uerę causę propter quas tantum prędstantię gerat dexter testis, ut propter hoc dixerit nunc author, eius conuulsionem esse lęthalem: Nam quod contrahantur, & conuellantur testes in morbis, & usui respondet, & Hippocrati, nec non rationi, Vsui quidem quoniã experientia quotidiana comprobatur ęgrotantibus, quemadmodum & senibus, ut ait Arist testes relaxari, & pendulos fieri, cum accedente post sanitate contrahantur, atque in unum sese sursum colligant, Conuenit etiam hoc Hippocr. qui in Coacis scriptum reliquit, malum esse in morbis testes reuelli, quemadmodum etiam ibidem dicebat in moribundis testes contrahi: Postremo consonum est rationi, quoniam testes mirum cõsensum habent cum capite, cum thoracẽ, cum ventriculo, & cum iocinore, De capite Hippocrates in Coacis tradit in aliquibus capitis doloribus genitalia contrahi, & Auenzoar dicebat excisis testibus intellectum minui, de thorace in 2. Epid: reddens rationem propter quam tussis sedatur superueniente testium tumore, atque contra finiri testium tumores superueniente tusse, inquit esse propter consensum, qui est inter hasce partes, qualis etiam inuenitur inter mammas, atque pudenda mulebria. Similiter dicendum est de ventriculo, atque iocinore, quibus esse consensum cum testibus inde etiã apparet, quoniam hisce laborantibus ventriculi status, & Iocinoris turbantur: Ita vt manifestè appareat non exiguum esse consensum inter pudenda, & prędcipuas partes meritò cuius laborantibus ijs, hęc quoque malefaciantur. Sed illud est examine dignum cur id potissimum dixerit author de dextero, nempè mortale esse, si dexter testis conuellatur. Nam illud certum est cunctas partes dexteras non modo sinistris nobiliores haberi, verumetiam robustiores, quę autem sunt robustiores iure magis resistunt morbis, ac proinde non nisi à magnis capiuntur, simulquè magis lędduntur, sic enim complures medici dixerunt, pleuritidem dexteri lateris esse magis lęthalem quàm sinistri, & aliqui non tantum id de pleuritide scripserunt, verumetiam de quouis alio vitio modo conuulsio, quęlibet sua spõtè affectus pernitiosus est, vnde addita ipsi proprietate loci multo lęthalior euadit, atque eo prædcipuè, quod ut dixi ob consensum quem habent testes cũ reliquis visceribus, cuncta lateris dexteri in consensum similiter trahit,

vt pro-

vt propterea conuulsio dexteri testis dicatur θανατώδης, quod necessariò, & semper afferat mortem, vel saltem frequenter, Vnde in progn: & Coacis scriptum est testis, & pudenda contracta esse πονηρὸν, ideſt dolores sæuos, atque mortiferam conuulsionem denotare; non tantum enim hoc vt signum mortale est, significans, scilicet præcipua viscera mirum in modum esse violata, & spiritus ad interna ob debilitatem recessisse verum, & vt causſa mortale est huiusmodi symptoma, quandoquidem tormenta, quæ sequuntur conuulsionem magnitudine, atque acerbitate cuncta alia excedunt: Vnde vires alioquin consternatæ necesse est sub doloris crudelitate concidant, Quare etiam præsens aphorismus vtilis est ad solam prognosim, atque prædictionem faciendam:

---

10 *Vngues nigri, digiti pedum frigidi, nigri, dimissi, vel proclinati; mortem proximam esse protendunt.*

ALIQVI ex præsenti, & subsequenti aphorismo duos effecerunt, Sed si res verè consideretur, & expendatur, est potius vna sententia, quæ duas partes habet vnam in qua de vnguibus, & pedibus tractat, Alteram in qua de manibus, vtraque autem est prognostica in qua docet rationem prædicendi ex pedibus, atque manibus id quod etiam factum est primo progn: aph 19 Quod autem in prima parte dicit, est (*Vngues nigri*:) Arist. 10. probl. 65. quærens cur Aethiopum dentes albi sint, vngues verò nigri ait iccirco esse, quoniam vngues cutis colorem sequuntur, siue enim fiant per congelationem vngues credidit Empedocles, siue per combustionem, aut glutinosi crassefactionem, & rassicationem, vt Hipp. lib de principijs, & de nat: pueri, haud est opus modo disputare, illud certo constat esse partes suaptę natura frigidissimas, vt pote neruorum exodia, vt ait Tertullianus lib. de anima cap. 51. vel neruorum clausulas, vt Plinius lib. 11. cap. 45. existentes à caloris domicilio omnium remotissimas, atque ob id facile frigoris iniurias pati, qđ frigus in ipsis, vel fit propter recessum caloris in intima, vel propter ipsius extinctionem, si propter recessum fiat, vt in febrium initijs, haudquaquam malum graue necessario, nec de hoc loquitur Author, Sed si propter extinctionem proculdubio pessimum est, (*Digiti*:) Quod interdum soli vngues, interdum simul, & digiti tàm pedum, quàm manuum refrigerentur, atque denigrentur à nemine dubitatum est, Sed in morbis semper hoc est exitiale, quãdoquidem vt dicebam hoc conspicitur in initijs februm salutarium, qualis est tertiana, & quartana, In alijs autem casibus, vbi simul, & manum, & pedum ungues, atque digiti denigrati sunt, & frigefacti non solum est exitiosum, verum etiam mortem esse proximam signum est, maximè, si uel contractæ, aut relaxatæ, atque demissæ sint huiusmodi partes. Ratio verò propter quam indicetur proxima mors ab huiusmodi partibus est, quoniam ut in lucerna tunc propinqua est ipsius extinctio, cum flamma illius tota collecta est ad Ellychnium, sic in corporibus humanis uicinus est interitus, quando calor totus desertis alijs partibus circa cor est redactus, tunc enim cum extrema

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 836 sur 867

©BIUM

omnia sint priuata calore, spiritibus & consequenter omni facultate naturali, vitali, atque animali sine sanguine, & sine vllo fulgore, lucequè remanent quo fiat primum refrigerentur postmodum, vel nigræ, vel lucidæ euadant, similiter autem si sint à morbo exiccatæ contrahantur, aut si adhuc humore sint madidæ relaxentur, atque demittantur, præcipuè verò aduncì fieri solent, quod exiccati contrahantur, idquè in marasmatis, necnon purulentis moribundis ferè solet obseruari. Vtilis aphorismus ad prædictionem.

11 *Et labia liuida, resoluta, inuersa, frigida si sint, mortiferum est.*

ET hunc, & sequentem aphorismum accommodatè connexum cum superiori clarum, qui cum prædicendi proximam mortem ex affectibus muatis extremarum corporis partium rationem docere sibi proposuisset, atque extrema sint pedes manus, labia, aures, nares, prius de manibus, atque pedibus tractauit nunc de labijs in sequenti de auribus agit, & naribus. Ita vt præsens sententia sit prognostica tota, sine ratione, atque sine diuisione. Quod igitur dicit est si in morbis, & præsertim acutis labia sint liuida, resoluta, inuersa, & frigida, lethale, labia quod sint à Græcis appellata χείλη omnes norunt, sed quid sint non nisi periti intelligunt sunt enim oris velvti margines quidam ad sermonis conformationem in homine, necnon ad sugendas mammillas potissimum à natura facti, propterea què ex musculo, & cute simul confusis febre facti adeo, vt vere dici queant musculi cutanei, aut cutis musculosa, quò fit ut etiam motum voluntarium habeant, maximequè ad formam, & pulchritudinem faciei inducendam conferant, siquidem illi, qui ea, vel maiora habent, vt erat Labeonum familia Romæ, & vt ætate nostra gens Austriaca fuit, vel concisa, aut contorta turpiores sunt; & inter alias labiorum qualitates, quæ spectari solēt, est color, qui vt sit pulcher, & sanitati conueniens debet esse rubeus, vt corallium, vel ex rubeo, & albo, seù lacteo mixtus, ut Ennius dicebat.

Erubuit mulier ceù lacti purpura mixta.

Quare vbicunque labia ab huiusmodi colore abscedunt, vt sint pallida, alba, liuida, velnigra; semper malum aliquid significant, idquè solet à vulgo etiam diligenter aduerti, atque obseruari, Verum vbi liuida sint, resoluta, atque inuersa, & frigida sunt, non modo prauum signum est verumetiam læthale, atque ut dixit quarto aphorismor. 40. de peruersione lubiorum proximam esse mortem significat. Iam verò cur ita mala signa sint labia sic affecta modo videndum, vnde labijs huiusmodi affectiones contingant, & primum quantum ad labia liuida certum est liuorem esse uiam proximam ad nigrum, atque ipsum non fieri à combustione, sed ab extinctione caloris propter, quod ubi liuent labia signum est calorem iam pœnè extinctum esse, modo tamen permaneat, atque hoc tanto est deterius in labijs, quanto parti huic vsque ad extremū solent spiritus, & uapores ab infernis partibus suppeditari, ac ob id non sinere, ut ita facilè liuescant, & aduertendum est hac similiter ratione euenire, ut labia numquā nigrescant, quia nec per extinctionem, nec per cōbustionem, vsq; adeò nūquam

interit

©BIUM

interit in ijs partibus calor, & ſplendor, vt ad conſumatam nigredinem perueniant, quemadmodum etiam exemplo Aethiopum, & Nigritarum apparet, quorum labia nunquam, ita nigreſcunt, vt cutis. Quod autem de liuore dictum eſt eum tantum mali minari, pariter exiſtimandum eſt de reſſolutione, inuerſione, & frigiditate eorundem, quoniam & ſi hæc ſæpè fieri obſeruantur abſque vllo vitæ diſcrimine in hominibus alioquin beneuolentibus, tamen in acutis, vel diuturnis ægritudinibus ſi contingant peſſima ſunt ſigna, quod teſtentur non minus animalem, quam naturalem facultatem eſſe pœnitus collapſas, ita ut nec ſpiritus, nec vlla illuſtratio animalis, & maximè motricis facultatis ad labia queant peruenire.

---

12 *Aures frigidæ, perſpicuę, contractæ; Sordes earum dulces, ſuditas, inflammatio, dolores vehementes, in acutis mortem.*

VT antea dicebam aures quoque cum ſint ex partibus extremis, ab ijs capiuntur in morbis ſigna ſalutis, vel interitus: Nec tantum à partibus extimis, & quæ ſub adſpectu ſunt poſitæ, verum etiam à partibus internis, quamquam hoc in loco author extimarum dumtaxat mentionem faciat, nempè quas ait mortem minari ſi ſint frigidę, perſpicuæ, & contractæ, vnde patet quis ſit aphoriſmi ſcopus, & natura, ſcilicet eum eſſe prognoſticum ſine ratione, atque ſine diuiſione. (*Aures frigidæ*) ſub nomine aurium dixi, & verum eſt eſſe intelligendas auriculas vocatas, hoc eſt illas partes figuratas, ex craſſa quadam membrana chartilagineuè conſtitutas, ac ita formatas, vt ſimul vſui in audiendo, atque ornamento eſſe poſsint. Ariſt. 1. de hiſt: anim: cap. 11. coarguens Alcmęonem, qui putabat capras ſpirare per aures, ſcribit auriculæ partem ſuperiorem vocari pinnam, inferiorem autem fibram, ac vtriuſque naturam eſſe ex chartilagine carneuè conſtitutam, quod autem dicit homini tantum eſſe immobiles verum eſt in vniuerſum, at inuenti ſunt aliqui, quibus mouebantur, vt narrat Athenæus libro decimo ex Epicharmo de Hercule, quem ſcribit dum manducaret aures mouere ſolitum, ſicut etiam de quoddam Sacerdote narrat Euſtathius: Ob hæc itaque omnia conſtat auriculas ſuaptæ natura frigidas, vt ait Gal. primo prognoſticorum etiam frigiditati externæ, atq; adſcititiæ ſuſcipiendæ eſſe aptiſſimas, vt experimento patet in hyeme quando nonnullis ab externo frigore veluti vruntur, & ulcerantur illæ partes, niſi magna diligentia obtectę conſeruentur: Cæterum dubitare licet, quomodo dixerim auriculas eſſe ſuaptè natura frigidas, vt potè chartilagineæ exiſtentes, cum tamen Ariſtoteles 32. ſectione problemate primo, quærens cur aures alioquin exangues boni tamen ſint coloris, & in pudore afficiuntur rubore, in reddenda huiuſce ratione ſcribit eas natura eſſe calidiſsimas, & coloratas, niſi longo frigoris rigore obtorpuerint. Petrus Apponenſis videns huiuſmodi contradictionem putauit dicendum eſſe Ariſtotelem pro auribus intellexiſſe partem puriorem, & carnoſam Galen: uerò intellexiſſe partem chartilaginoſam: ſed nugę ſunt, quoniam vt dixi

Scopus.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 838 sur 867

©BIUM

ante ex Aristotele tota aurium natura est chartilaginosa, & ex sanguis, aut saltem pauci sanguinis, vnde nulla ratio patitur ipsam esse calidam, nedum calidissimam, Quare donec melior responsio sese offerat, putarem dicendum literam problematis illius haud esse sanam, & delendá esse particulam θαρμότατα, quasi Aristot. velit dicere Aures esse bene coloratas, nisi à frigore opprimantur. (*Pellucidæ*) græcè est διαφανια, transparentia autem propriè sit, seu diaphaneitas, quoties corpora habent, ità meatus dispositos, vt facilè per eos radij lucis recipiantur, quę facit, vt postmodum res conspiciantur; Cęterum hic non puto propriè accipiendam esse diaphaneitatem, sed veluti læuorem quendam albidum eo pacto, quo marmor pellucidus, & albus dicitur; fiunt autem huiusmodi aures quotiescunque ita consumitur ipsarum caro chartilagini immixta, ut sola ipsa chartilago appareat, quę cum sit lęuis, & frigida, euadit perspicua, & pellucida, atque tunc euiusmodi euadit, quoniam ui morbi tota pars carnosa consumpta est: haud secus quoque contingit, ut ipsę aures contrahantur, ob siccitatem, scilicet ob quam idem ipsis contingit, ut dicebat Cassius problemate trigesimoprimo, quod corijs euenire experimur quotidie, quę ubi plusculum sunt, vel frigoris, vel caloris nimia vi exiccata abbreuiantur, & consequenter contrahuntur θανατῶδες, idest mortale, dicuntur enim hæc omnia mortalia non vt caussæ, sed vt pura signa, quia cum caloris natiui, atque humidi substantialis consumptionem sequantur, proculdubio ipsum interitum esse proximum præmonstrant, & licet in Coacis prænotionibus, vbi hęc eadem sententia habetur, non θανατῶδες, sed ὀλεθριον legatur nihil tamen interest, nam huiusmodi aures inter signa cadaueroſæ faciei connumerantur, tàm in Coacis, quàm etiam in prognost: ab Hippocrate: Sed dubitatur, quia si verum est, quod dixit Hippoc. 2. aphor. 34. in morbis minus periclitari, quorum ætati, & temperamento, &c. conueniunt morbi, non videtur frigiditas aurium, ita esse posse lęthalis cum aures temperamento sint frigido, pro qua dubitatione respondendum est puram frigiditatem in auribus minimè esse ita exitiosam, cum sua sponte aures sint non parum frigidæ, at si coniungatur cum pelluciditate, & contractione, vt loquitur hic Hipp. proculdubio signum est mortale propter caussas assignatas, nam vt de inuersione tantum loquar, seu contractione Cassius prob. 31. dicebat auriũ inuersas fibras mortẽ in acutis morbis portendere, quoniam emortuo illic sanguine par est plus ariditatis eas partes contrahere: Atque hæc de auriculis hoc est, partibus aurium externis: Verum à partibus, quoque internis aliqua comparantur signa prognostica, inter alia illud est, vbi sordes ipsarum, quæ suaptè natura sunt amaræ dulcescunt, mortem proximam indicari, idquè non solum ab Hipp. scriptum est. 6. Epidem: sect. 5. tex. 19. verum etiam ab Apollonio in libro de admirandis ex Aristot. in quæst: natur: Sed quæ sit illius ratio haud ità compertum inuenio: Nam aliqui recentiores putarunt huiusmodi aurium sordes esse lęthales, quod sint valdè alienæ à conditione morbi, naturę, atque ętatis, siquidem in febribus acutis, & in ętate firma par est fieri magnas putredines, & consequenter ob incẽdium succos, qui sunt dulces fieri amaros, nedum amaros fieri dulces Galen. interpretans locum illum sexti Epidem: dixit sordes fieri dulces laborante, & colliquato cerebro. At ego illam cun-

Dub.

Solut.

ctis

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 839 sur 867

&is meliorem iudico, quòd morituris calor natiuus extinguitur, vnde humores in capite dilutiores, ac frigidiores cumulantur, qui sordibus aurium commixti eas faciunt dulcescere, sicuti facit, Lupinos aqua potabilis: Pręter hęc ex internis auribus alia signa prognostica trahuntur, veluti ex sonitu, & surditate, cuiusmodi multa habentur in Coacis, qđ scilicet in acutis surditas magnum deliriũ significet, maximè si subito fiat, sunt etiam inflammationes, & dolores auriũ magni valde periculosi, qui ubi fiunt cum inflammatione, ęgri secundo vel tertio die pereunt, vt ibidem scribit Hippoc.

---

13 *Acutæ nares, collapsa tempora, cutis circa frontem arida, totius faciei color pallidus lethale.*

NONNVLLI interpretes hic omnium aphorismorum finem posuerunt, alij, vt Brasauolus alios quosdam adiecerunt quos tamen apertè negarunt esse Hippocrat. germanos, ego uerò aut hic finiam, aut si videbitur paucos alios adiungã, præsens autem est illa ipsa sententia, quam habet Hippocrates initio libri prognosticorum, & in qua describitur facies illa cadaueroſa, quæ à plerisquè Hippocratica est vocata, nempè quam vnus primus Hippocrates demonstrauit, esse mortis ineuitabilis indicium, Et summo iure sapientissimus senex orsus fuit disciplinam suam pręcognoscendi, atq; prędicendi à facie, quoniã vt dicebat Plato in Eutiphrone, & Arist. 36. partic. probl. 1. ex facie potissimum cognoscimur qui, & quales simus, hoc est tàm secundum corpus, quàm secundum animum. Est apud Plautum iocus de hac facie, quam miror ab interpretibus non esse comprehensum nescio quis enim videns ad se venientem quemdam obesum, atque colorati, & optimè vultus ludens, & cronicę loquens dixit, faciem eius esse cadaueroſam, quasi pœnitus huic contrariam: Videamus quomodo eam depingat author noster. (*Acutæ nares*) ponit primo nares, quia hic ferè posteriores sunt, quæ consumitur, cum sint substantię solidiusculæ, atq; duriusculæ, necnon maximè faciant ad discernendum inter sese homines, Nam apud Platonem in Phædone cum carnifices essent apprehensuri Socratem, neque illum agnoscerent, quidam illum indicarunt signis proditis ex barba, naso, atque fronte; Habebat enim Socrates nasum resimatum de quo loquens Arist. 33. probl. sect. vltima, miror quomodo dixerit omnes pueros nasum resimatum habere, cum tamen id experientia nequaquam verum comperiatur, & si aliqui tales inueniantur maxima ex parte tales remanent, quales ferè omnes Chinenses esse traduntur, (*Collapsæ tempora*:) Quæ sint tempora Latinis, & Hippocrati κροτάφοι à nemine puto ignorari, quemadmodum etiam, quæ sint collapsa tempora, scilicet quando ita sunt ab omni carne, atque alia substantia spoliata, vt sola pœnè ossa remanserint, cum enim multis arterijs, multisquè venis, & neruis sint constituta, solet in ijs partibus calor natiuus diù perdurare, ac propterea naturalem ipsorum constitutionem conseruare, quo fit vt vbi est illa pœnitus corrupta, ac destructa, signum sit summæ caloris natiui consumptionis, & consequenter propè est, vt proximi cerebri calor, atque spiritus omnes expirent.

rent. (*Cutis arida*:) Hæc quoq; faciei condicio propterea est ex deterrimis, quoniam ostendit singularem quandam humidi substantifici, & continuatiui consumptionem, quod humidum cum sit vltimum ex ijs, quæ consumuntur, planè signum est non tantum mortis simpliciter, verumetiam proximæ, idquè apparuit verum in Dealcis vxore & in Adolescente Meliboeo ab Hippoc. 3. Epidem: commemoratis. (*Color pallidus*,) vox Græca est ὠχρον, de qua uoce loquens Galenus secundo de rat: vict: acut: 22. scribit colorem ὠχρον secundum veritatem esse talem, qualis est igneis, & qualis est illius terræ speciei, quę ochra nuncupatur, qui color efficitur, quotiescunque flaua bilis aquoso excremento permiscetur, quæ bilis ubi magis aduritur, ita vt colore carbonem æmuletur, fit niger color dilutus, qualis in moribundis apparere consueuit, quo fit, vt iure Hippocrates dixerit hæc omnia esse læthalia, siue simul accipiantur, siue separatim.

FINIS OCTAVI LIBRI.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pagina 2. linea 42. restitue. lib. 16. cap. 12. 3. 9. ακριβέας 4. 27. eas 5. 16. ὑπόμνήματα 26. pileo 6. 25. in medio 9. 35. ratione 11. 12. κενεαγγείη 12. 37. μηδὲν 14. 1. suspectam. 15. 26. facetet 27. 33. παροξωνεῖσθαι 32. 40. ολιγοσιτίας 33. 18. αἰῶνος 34. 3. γερόντες 5. ὥσπερ σωματος καὶ τῆς, &c. 11. ολιγοσιτέω 36. 36. ἐσία 41. 32. partium 42 31. pro voce μακροί 44. 28. αἱ πᾶσαι ὑγραὶ 30. αἱ ὑγραὶ 34. ἀσθενεις ψυχαὶ ibid. τὰ ἀσθενέστερα σιτία ολιγοχρονίαν βιοτὴν ἔχει 46. 28. quam 39. τῶ ωρη 42. præceptum 53. 23. euacuatio 54. 37. κινέειν 43. νεωτεροποίειν 55. 9. balneo 58. 18. πεπεμένα 23. πεπασμος 59. 20. ἀπέψια vlt. λοιπτὸς 61. 3. ἐκλαμεῖν 63. 11. λειποθυμίαν siue lipopsychian 65. 2. καὶ ἐντος 68. 31. anatome 70. 36. παύει. ἀγρυπνίη 73. 35. ἔλλειψιν 78. vlt. & humores 79. 14. πάχυσμός 81. 39. ἰσχύειν 82. 6. etiam in 84. 2. καθαίρεθαι 85. 17. vnciarum 88. 36. Πότος 94. 18. μεταβολὴ 95. 30. pulsuum 43. subsequente 97. 20. τῆς 103. 33. ἡμέραι ead. ἀεργοὐμφορος 104. 29. ἀσῖτία 109. 14. διαχορήσιες 112. in secunda apostilla. Author 25. πάμπαν 117. 17. diphtongum 21. ἄρεξις 32. Φαγέδαινα 36. Bε. 118. vlt. ἀκροθώρηξις ead. θώρηξις 121. 2. attemperare 13. Τῶν 24. ὑπεναντίωσις 125. 19. principium 129. 6. τῆς μεγαλης 132. 29. μὴ καταλογον 133. 1. λίαν 29. μηδὲν ἐικῆ, μηδὲν ὑπερορᾶν ead. sex. Epid. sec. 2. tex. 25. 134. 23. νεῦρον 135. 20. ἐπιπωλαίος 139. 6. κεκρατημένους ὑπό τῶν νοσημάτων. 18. Λιμὴ. 140. 17. eductionem. 142. 28. gubernantis. 143. 6. qui ex ægritudine 19. μοχθηρόν 29. ἀρρωστιης ead. ἀρρωστία 30. ἀρρωσία 36. ἐυστιεῶντι 40. μὴ ἰσχύει ead. ἐπῖδιδόναι 145. 6. ἔχοντες 146. apostilla 2. vbi innaperentia lege minor appetentia. 147. 10. τὸ ἐρῤῥῶσθαι. 24. προσφέρεσθαι, & τὰ προσφερόμενα. 28. τοῖσι. 30. προσοίσματα 249. 19. το 24. aphorismus 34. est ibi reponendus, qui incipit in morbis minus periclitantur, &c. 150. 42. κίνδυνευσιν 157. 26. ἐκλύονται. 158. 8. syrmaismo 160. 2. & 8. ἐργωδεες 163. 1. adolescentia 39. νεσέεσῖν ἧσσον 165. 14. κορύζα 31. γῆρας 32. sympos, ibid. γαιῶδεας 166. 17. qui 34. aphorismum. 42. magna est exolutio, scilicet, &c. 169. 12. totius 44. opplebuntur 10. ἰσχυρὴ 170. 13. ασθενὴς 43. ἀδύνατον 171. 27. minima. 172. 17. ἀπαγχομένον 34. καταλυεσθαι 37. πομφόλυγες 173. 21. ἐκπαφλάζεσι 174. 35. & 36. παχέες 175. 15. ταχυθάνατος 32. ἐυσαρκία 176. 32. extinctio 177. 22. victuum. 178. 40. παιδίων, & ηράκλεον 179. 18. flatuosa 81. 33. βιῶν 184. 17. Εἰκὴ, ead. ὑπερορᾶν 186. 23. ἐκπαφάζεσι 187. 37. προσυλακτικὴ 188. 28. apotherapiam, vlt. τάναντία 189. 2. ἐυθὺς 7. ὀλιγοσιτίη ead. ἀδίψον 190. 7. ὑπερβολήν. 16. γυμνάζασθαι 21. contrarium. 193. 6. complexus 196. 8. προσαγωγης 197 23. ἐξαπίνης 198. 33. nimium 199. 8. ἐκ. προσαγωγῆς 20. παλίμβολεισι. 201. 10. visa. 204. 19. iuuente 205 1. senectutis curuitate. 10 παχύ 206. 9. καὶ ἐκ ἀειδές 20. ἀειδὲς 25. qui 207. 13. Cinesia 210 30. hæ 42. mutationes. 215. 58. νόθος 40. νόθος quasi νοσῶδης 41. νοτίειν 216. 32. instrumenta 223. 39. resinosas, & gluti nosas 224. 20. quem 24. ratione 232. 21. ophthalmiæ 22. ξηραὶ 24. φθινῶδεες 236. 40. κορύζαι 241. 32. φθινῶδεις 243. 9. Aeno 12. curruum 244. 28. Aquilonaribus 30. adduxerit caussas, scilicet 246. 42. affectum 43. horrendum 248. 36. μέχρι τινος 249. 21. morborum 250. 40. Aeno, 251. 2, quod 37. flatuosos 253. 11. propè 20. θηριωδης 255. 32. agrestium 256. 1. & 9. ἱδρωα. 12. putredinibus, vlt. πλανῆτες 257. 31. de locis 260. 30. Pυθεως καὶ πλευρέον 264. 14. quos cum dentibus 38. Zanclem 266. 1. πρεσβυτέροισι 2. πρεσβύται 6. τα πρεσβυτερα 7. παρίσθμια 13. Tollem 17. quum 269. 3. Τῶισι δὲ ἔτι πρεσβυτέροισι καὶ πρὸς τὴν ηβὼ προσάγεσι 13. ἥβην 274. 21. νέων 275. 33. μεμβρέδιαι 276. 22. ani 278. 26. ταχεξίαν 281. 11. tractationi 282. 14. dimittuntur 28. Gnidium 287. 21. καθαίρεσθαι 288. 18. συμφέρει 294. 22. aliquam 296. 21. inepti 296. 23. marcor. à 298. 5. τῆ 12. impulsore 37. contrariis 299. 5. dixi 301. 4. illis. excretione 303. 3. dimittatur. 307. 24. conspicabilem. autem, 308. 2. aphthas 310. 14. Aetius 16. Plin. lib 25. 33. peruidenda. 311. 21. vero 39. autem 312. 16. agitatos 17. turbantes 314. 6. quod 41. ναυτιλίαι 315. 4. pituita 17. dele (si) 28. à prauis 39. quid 317. 30. quibusq. 318. 16. carnes 21. quia 320. 24. ἀπυρέτω ἐοντι 321. 3. καρδίαν 322. 19. ipsis 26. Timeo 325. 5. quem 326. 19. ἀπυρέτεσι 24. ἄλγημα 329. 3. est. 330. 2. qui 331. 21. ὁκόσων. quibuslibet. 333. 11. violentiam 21. dele (non) 31. quamlibet 336. 1. possum. 24. caput. 343. 13. quas 344. 1. non decretoria 345. 33. vita. 349. 6. ἀποσηρίζεται 12. resolutiones 351. 11. παρακυνάγχη 28. apertissimè 356. 1. Cleonactidem 16. Omnium 360. 13. Harum pars 25. varietatis 361. 5. coloribus 6. manifestatur 13. dele, (apparet) 22. significat 362. 11. qui 12. ipsis. 363. 12. ipsis 30. dele εἰ 31. ἐζαμαρτάνοι dele ἐντῆ διαίτη vlt. est 364. 10. reperiri 16. oriatur. 365. vlt. intermittentes 366. 6. ἀπυρεξίαν 24. Agathinum 367. 7. putrem. 369. 11. ἀτιολογικὴν 13. τῆ 22. πυρετῶν μακρῶν 23. & 25. πυρετῶν 376. 36. libris 373. 17. τεκμηριοίς 374. 13. actilibus 35. quas 376. 30. dimissio 40. tentetur 377. 9. enumeratarum 378. 25. περὶ 380. 29. difficilem 382. 1. procatarcticis 2. significat 6. prob. 23. 7. malitia 37. detestandum 383. 27. περίγλισχρα 31. τῶν 30. & 32. περίρροῦς 384. 27. aphtas 28. ἰσχυρότερσι 385. 34. fit. 386. 14. Oritur 387. 31. κακοηθεις 388. 18. coniungitur 32. inditium 392. 20. tertiam 34. contigit 393. 4. non. 14. hæ 37. τριταιαφυεῖς, quidem. tertianarias 395. 17. ob. 397. 13. Emphasi 29. quodammodo 400 18. membris 403. 14. καρδιωγμον 404. 5. vsu 11. emprostotonos. alios. conuulsiuos. 26. parenchymatibus 405. 12. Ad. 19. conuulsionem 38. præsidiis 412. 9. turbatarum 24. ἀκριβὲς 444. 333. qui. 417. 30. βορβορυγμὸς 34. ingenerant 418. 29. affectus 419. 14. ἀπόθεσιν 421. 14. ἐλεοθρεπτον 423. 40. πολυ 425. 6. generantur 29. quod 40. & 43. diureticis 427. 8. vrinam esse tenuiorem. 428. 6. furfuraceis 429. 27. sanguificandi 29. semicoctum, vlt. dele, (& dixi interdum dignoscatur) 430. 29. duarum 431. 11. humorem 24. quæ 31. & vt ait. 432. 3. detrusa 37. θρόμβυς 435. 5. excernatur 436. 21. aboleri 438. 10. anus. occlusus. apertus. 14. foeles 441. 10. spermaticas 30. ab sonibus 446. 21. λυγμὸς 23. singultum 28. vdo 448. 5. helucum 16. vocari 454. 10. inflammationum 15. eam 19. qui 456. 27. vlcere 32. rei 33. emissio 457. 40. crura 458. 19. effugiunt 25. explananda 461. 17. ἀποφθισεων. ενοχλεῖν & ἐνοχλέεσθαι 39. fine 462. 21. dele (sect. 22. quintæ) 29. ἀπόλλυται 86. proiici 464. 10. hi. 38. aliquem 40. diarhœicus 465. 3. virium 13. fœteat 468. 32. Hemisphericam 472. 37. pleuritides 474. 2. de aqua intensè 14. ὑδροθῶναι 476. 38. distensiones 480. 34. gingiuas 481. 8. σφρωγώδες 39. calidius 483. 22. sanguinis 26. contrariis 484. 16. conuulsiones 35. adstringendo 485. 33. & 35. qui 487. 6. quamlibet 8. vlcere 20. calor 26. adhibet. 489. 27. ab 491. 34. adstringens 39. etiam 492. 41. lias 494. 27. curatorium 495. 23. apparent 498. 29. imittatur 36. vitri 502. 36. non enim 38. natura 22. γυναικιων 504. 29. censuerunt 505. 19. Caryophyli 23. Cinnamomo 506. 18. Kyphi 510. 16. Scarificationibus 514. 20. menstruas 22. vacare 518. 20. Erysimachus 37. hisce vlt. perfricentur 519. 28. maculæ 30. nigrescentes 523. 2. viuiparorum 525. 2. menstruum 527. 5. quin 38. mellicratum 530. 33. decoloratiores 535. 14. Nicomachus Smynacus 15. Philetas 23. cotylidones 37. qui 539. 40. specillis 540. 5. vterus 541. 19. pastoribus 547. 10. efficientia 549. 4. vtriusque 550. 19. molle 552. 34. fluxu 553. 40. lipothymiam 555. 18. adstringentium 556. 10. possem certè continuare 557. 11. inflammatus 558. 34. venerem vlt. alij. 559. 4. cunctis 12. inuenta 561. 5. καθαρσιες 559. 26. Dionysio 28. ab eurota 562. 39. faciat 571. 27. Gal. aliquando 577. 13. vulneribus 17. græcos 578. 33. χαῦνα 579. 11. ἐιδήματα 26. vulnerum 30. vulnerum 580. 31. dele (toto) 584. 42. ab. 585. 21. præstet vlt. μεγάλης 587. 21. nassis 594. 5. Daphilus 596. 9. Argenterius 603. 9. dolores 37. ipsos 608. 3. ἐξανθημάτων 609. 31. citatus 40. prauis 612. 38. φρενιτικοῖς 616. 14. curandis 29. haberi 617. 21. depellat 619. 21. autem 620. 29. Hydragogis 621. 25. vtor voce 624. 19. Οφθαλμηγίας 20. Οφθαλμικῆν 22. hoplomacus 26. ἀπόταυτομάτε 32. earum 38. adnatæ 625. 11. diuturnior 28. corrupti 626. 3. dele (semper) 629. 4. nutrimento 630. 12. vniantur 631. 2. coalescit 632. 18. caussæ 636. 32. χρίσσις 399. 11. dele quia 640. 19. φόβος 25. inducat 642. 24. positus vlt. suscipiant. 643. 31. nobilissimam 644. 18. illi. papulæ 649. 1. dele (plina) & repone (posset) 9. consilium 652. 1. ad effugiendos 20. euparhia 653. 11. Aeno 24. τῶν 654. 20. decenni 655. 9. cuidam 656. 15. tempora 10. ischnophonis 28. οξυρεγμιώδεες 670. 7. οξυρεγμιῶδεας 24. lubricam 663. 29. spem 665. 24. dele conatur 40. vrgens 666. 20. purgandum 30. conuenit sanguinem è secta. 671. 15. humiditate 673. 21. inflammatorium 683. 9. φαγέδαινας 685. 30. cernui 688. 32. ille 689. 4. herbeis 7. corruptionem 697. 11. qua 705. 27. Epicharmus 709. 32. ἐπιγίνεσθαι 711. 37. adhibebant 318. 34. cuipiam 721. 34. inapetentia 38. quod 725. 7. χειροψυχίη 731. 31. tetanos diriissimos 747. 40. ἀκροτηρίων 748. 9. frigurient 36. nequit 750, 5. Oeconomia 23. Φλεγμα 753. 25. κριμνώδες 759. 26. aranearum 28. iuribus 771. 29. περιδεξιον 779. vlt. aph. 37. 783. 31. concurrit 784. 24. περιωδυνέες 785. 24. dolore 787. 21. animalium quorundam 23. oppleant 789. 28. χασμὴ 791. 6. aquæ 28. inueteraſcunt 792. 17. ἀφώνως vtique scribendum per eo 793. 14. tractata 798. 4. internodiis 800. 14. superstant 23. ξυσματῶδες 805. 12. plusque 814. 11. sit 816. 30. tamquam 817. 8. humorem 22. Crisibus 819. 10. vtilitatis 820. vlt. sanat ferrum 821. 27. abdita 822. 36. considerandam 827. 6. beneualentibus.

©BIUM

©BIUM

INDEX RERVM, ET VERBORVM IN HOC OPERE CONTENTORVM.

A

A Corruptione abſceſſus oſſis. lib.7. aph.75 809
A deiectione ſincera difficultas inteſtinorum.lib.7.apho riſm.23 744
A difficultate inteſtinorum habito ſi veluti caruncułæ exeant læthale eſt.lib.4.aph.26 338
A difficultate inteſtinorum leuitas inteſtinorum ſuperuenit 808
A diuturnis ſanato hęmorrhoidibus,ſi vna non ſeruatur periculum eſt aquam inter cutem, vel tabem aduenire. lib.6.aph.12 613
A febre ardente habito rigore ſuperueniente ſolutio. lib.4.aphoriſm.58 391
A forti in Vlceribus pulſu profluuium ſanguinis.lib.7.aph.21 740
A furore difficultas inteſtinorum,vel aqua intercus,vel mentis alienatio bonum.lib.7.aph.5 719
A longo alui profluuio habito ſpontaneus uomitus ſuperueniens morbum ſoluit lib.6.aph.15 620
A morbo laterali inflammatio pulmonis malum.lib.7.aph.12 729
A morbo laterali, vel Pulmonia habito alui profluuium aduenies malum.lib,6.aph.16 622
A pituita alba aqua intercus ſuperuenit.lib.7.aph.72 806
A profluuio ſanguinis deſipientia,& cõuulſio malum.l.7.aph.9.726
A pulmonis Inflammatione Phrenitis,malum,lib.7.aph.12 730
A puris Sputo Phtiſis, & fluxus, cum verò ſputum retinetur moriuntur, lib.7.aph.16 734
A quartanis capti non admodum à conuulſionibus capiuntur ſi verò prius capiantur, & quartana ſuperuenerit liberantur. lib.5. aph.70 585
A ſanguinis ſputo puris ſputum malum.lib.6.aph.15 733
A ſanguinis vomitu tabes, & puris purgatio ſupra.l.7.aph.76 809
A ſingultu habito ſternutatio ſuperueniens liberat.l.6.aph.13 616
A ſudore horror non bonum lib.7.aph.4 718
A tabe habito profluuium alui ſuperueniens læthale. lib.5, aphoriſm.14 470
A tuberculi intus ruptione exolutio, vomitio, aut animi deſſectio ſit lib 7.aph.8. 724
A ventris dolore diuturno ſuppuratio malum.lib.7.aph 22 742
A vomitu ſingultus,& oculorum rubor malum.lib.7.aph.3 716
Ab Ileo vomitus ſingultus deſipientia, vel conuulſio malum.lib.7. aph. 10 727
Abortus,ſignum neceſſarium 548
Abortum intendere eſt homicidium certum procurare 552
Abortum procurare nunquam licet 552
Abraham C L. annis vixit, & eum eſſet CXXV. genuit 166
Abſceſſus cur fiant in febribus laſſitudinarijs 347
Abſceſſus oēs inferiores tollunt morbos ſuperiorum partium 341
Abſceſſus in qua parte fiant 348
Ἀκάθαρτα corpora trium ſunt generum 86
Acceſſio eſt veluti parua iudicatio 94
Acceſſiones vere, & conſtitutiones morbi indicabunt, & anni tempora, & circuituum ſucceſſiua incrementa, ſiue quotidie, ſiue alternis diebus, ſiue per maiora interualla fiant, ſed & ex iis,quæ mox apparent inditia ſumuntur, quemadmodum in morbo laterali ſi circa initia ſtatim ſputum appareat morbum breuiat; ſi vero poſtea appareat producit,& vrinæ. & alui excrementa, & ſudores quæcumque apparuerint, vel bonam morborum iudicationem, vel malam,vel breues, aut longos fore morbos oſtendunt, lib.1.aph.12 29
Acceſſiones, & conſtitutiones morborum à quibus indicentur 30
Acetabula veteri, quæ 535
Acetum fit à calido 660
Acheruntici Senes 279
Aciditas fit, tàm à calido, quàm à frigido 660
Acidus ſapor quomodo fiat 660
Ἀκροθώρακας 118
Actio omnis fit in tempore 200
Actio omnis læditur ab omni intemperie immenſa 115
Actiones à non dormientibus multo deteriores 68
Actiones humanæ à tribus diriguntur 7
ad Actiones omnes rectæ obeundas quinque reperiuntur 288
Acutæ nares,collapſa tempora,cutis circa frontem arida,totius faciei color pallidus læthale lib.8.aph.13. 829
Acuti morbi proprius character eſt periculum 551
Acuti morbi cur incertę prædictionis exiſtant 113
Acuti morbi à bile fiunt 254
Acuti morbi à quibus ſuccis fiant 111.112
Acuti morbi characteres 509
Acutis morbis, cur non capiuntur, qui aluum lubricam habent 101
in Acutis,qui male iudicantur non poteſt ordo ſeruari à natura,quę vincitur, quemadmodum ſeruatur ab ea vincente 414
in Acutis cur celeriter purgandum 301
in Acutis ſolliçitandum, & ſi quod mouendum eſt ſtatim faciendum 804
in Acutis frigiditas extremorum mala 375
Acuto morbo, qui laborarunt ipſis ſemper aliquam partem læſam poſt morbum remanſit 773
Acutus morbus, ſine febre an detur 699
Acutorum morborum characteres, qui 111
Acutorum characteres duo, & qui 301
Acutorum morborum characteres duo 122.699
Acutorum genera duo 122
Acutorum ſummus vigor, quibus diebus 300
Acutiſſimorum morborum character qualis 300
Acutorum terminus 818
Acutorum morborum non omninò ſunt certæ prænuntiationes, aut ſalutis. aut mortis.l.2.aph.19 111
Acutorum prædictiones eſſe plerumque, & in plurimis certas aliquando verò,& in aliquibus incertas 112
Ad Helleboros, qui non facilè ſupra purgantur eorum corpora ante potionem pluri cibo, atque quiete humectanda ſunt.lib.4. aph 13 309
Adoleſcentibus, ver optimum 249
Ægiptij medicinæ parentes 138
Ægiptii cauſſam mortis in ſtomachum referebant 106
Ægiptii, & Pytagorici, quid de auctione cordis hominis ſentiebant 40
Ægri magis moriuntur hyeme 96
Ægri cur faciliter purgentur, ſani è contra 160
Ægri in acceſſionibus,cur non cibandi 51
Ægri poſt vtrumq; ſolſtitium ſolent interire, & cur 127
Ægritudines ſiccę facilius curantur in hyeme, & citius 127
Ægrotantes omnes ſanari nequeunt 334
Aer,& anni tempus magnam partem habent inter cauſſas morborum 209
Aer vrbium autumno craſſior,& grauior 225
Æſtas vnde dicta 254
Æſtas eſt morborum productrix 249
Æſtas eſt ab Ortu virgiliarum ad ortum Arcturi 48
Æſtate, & Autumno, cur cibi difficillimè ferantur 48
Æſtate, & autumno cibos difficillimè ferunt hyeme facillimè ſecundum locum,ver habet.l.1.aph.18 47
Æſtate an hyeme ſomnolentiores 42
Æſtate autem nonnulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & vomituæ, & alui profluuia, & lippitudines oculorum, & aurium dolores, & oris vlcerationes genitalium putredines, & ſudamina.lib.3.aph.21 253
Æſtiuæ quartanæ magna ex parte breues autumnales longæ, & maxime, quæ hyemem attingunt lib.2.aph.25 126
Ab æſtibus fortibus conuulſio, aut diſtentio malum. lib.7.aphoriſm.13 731
pro Æſtibus fortibus,quid intelligendum ſit 731
Ætas conſiſtentiæ quantum extendatur 275
Ætas grauiſſimorum morborum ferax,quæ 272
Ætas hominis ſeptenario menſuratur 33
Ætas,nutriendi indicationem indicat 45
Ætates diuerſimode definiuntur ab Hipp. 272

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 844 sur 867

©BIUM

INDEX.

Ætates per ſeptenarium numerum numerantur. 271
Ætates quot, & quæ quibuſq. terminis claudantur. 33
Ætatis mutatio ſolet alui diſpoſitionem mutare. 117
Æthiopes facile febribus intereunt. 135
Æthiopum ſemen nigrum eſt potentia, 478
Affectuũ diuturnorũ proprium eſt, vt in abſeſſum cõuertantur. 760
Agere cum præmeditatione, quid apud Hipp. 65
Agere ſecundum rationem, quid ſit. 200
Alcola. 261
Alimenti bonitas in quibus poſita, 161
Alliorum odorem nõ poterant ferrè Iacobus à Turre, Petrus Aponenſis, & Hier. Mercurialis. 196
Altercum. 71
Alui fluxus eſt Phtiſicis exitialis, 297
Alui fluxus in prægnantibus nulla arte prouocandus. 515
Alui lubricitas in tuenda valetudine maximum ſubſidiũ affert. 203
Alui fluxus aquoſus, quomodo ſoluat Anaſarcham. 751
Abortum intendere eſt homicidium certum procurare, 552
ab Alui profluuio difficultas inteſtinorum. lib. 7. aph. 73. 807
Alui fluxus vapores, & humores à ſuperiorib. partibus abducit. 396
Aluus mollis ſit etiam à cruditate, & immenſo potu. 202
Aluum liquidam habentibus, cur non tẽtantur à morbis acutis. 202
Aluum lubricam, qui habent ſani degunt, nec ab acutis morbis tentantur. 120
Aluum, qui adſtrictam habent vix ſani eſſe poſſunt. 114
Aluus, cur adſtricta iuuenibus. 114
An ara vehementer ſunt naturæ inimica. 194
Amazones infantes, cur ex arti culent. 771
Amazonas mammam dexteram vrere conſueuerunt, & cur. 771
Anacharſis Scythæ reſponſum. 633
Angina quid. 241. 458
Angina quomodo generetur. 241
Angina ſi ad pulmones vertatur delirium inducit. 460
ab Angina habito ſi tumor fiat in collum bonum. lib. 6. aph. 37. 666
Anginę horrendiſſimę, & occidentes, quæ. 350
ab Angina habito tumor, & rubor in pectore ſuperueniens bonum extra enim vertitur morbus. lib. 7. aph. 50. 779
de Anima Hipp. opinio. 176
Anima, cur cum ſit immortalis non ſuſtineat corpus in ſenectute vti in iuuentute. 206
Animę operationes rectę in bona inſtrumentorum temperie conſiſtunt. 279
Animi validi rebuſq. magnis deſtinati, quo magis in rebus arduis implicantur eo fortius, atque vehementius agunt. 9
Animi ſedem cerebrum eſſe aliquando credidit Ariſtot. vna cum Platone, & Medicis. 783
Animus tempore afficitur. 214
Animal tam diu viuit quamdiu nutritur. 797
Animalia perpauca vomere adnotatum eſt. 294
Animalia hyeme latentia opus habent archano cuiuſdam herbæ pro dillatandis inteſtinis. 34
Animalia quadrupeda, cur non poſſint proferre literas aues autem aliquæ ſic. 658
Animantia, cur ſemper non generent, nec augeantur, & ſemper nutritura, cũ virtus nutritiua augẽs, & generãs vna, & eadẽ ſit. 632
Anni ſunt mala merces. 40
Anni tempora naturalia, cur morbos faciant. 210
Anni tempus in corporibus humanis, quid poſſit. 12
Antonious Pius Imp. tabellas tiliaceas ne incuruaretur in ſenectute geſtabat. 207
Anticyra inſula helleborum producit innocentiorem. 309
Apelle. 633
Ἀπόσασις. 419
Aphonia apud Hipp. aliquando ſignificat idem quod apoplexia. 694
Aphonia ex repentino capitis dolore an ſit Apoplexia. 695
Aphoriſmus quid. 3. 396
Aphoriſmi, cur facti. 68
Aphoriſmi, cur ita dicti. 3
Aphoriſmi ſunt æternę veritatis. 399
Aphoriſmi pręcioſiſſimi, ſunt medicinæ theſauri. 68
Aphoriſmi ex lib. Epid. magna ex parte decerpti. 4
Aphoriſmorum liber humanum intellectum tranſcendit. 3
Aphoriſmorum liber Medicinæ Theſaurus cuncta artis genera breuibus ſententijs comprehendens. 4
Aphoriſmorum liber totius artis medicæ fundamentum. 4
Aphoriſmorum liber ab Hipp. in ſenectute elaboratus. 3
Aphoriſmorum ordo nullus. 4
Aphtæ. 261
Ἀπνοίαι. 117
Ἀπόγραμ… 802
Apoplexia qui… 169. 764
Apoplexia, quomodo fiat. 241
Apoplexia, quomodo fiat ex Ariſt. 169
Apoplexia, cur fiat potiſſimum à 40. vſque ad 60. annum. 706
in Apoplexia pituitoſus ſuccus ſemper adeſt. 170
in Apoplexia, Cerebrum primo afficitur. 169
Apoplexia fit tantum à ſucco melancholico ex Cardano. 706
Apoplexia ex Ariſt. fit materia in cor decumbente. 233
Apoplexia fortis non eſt à medico tractanda, & cur. 171
Apoplexia, quæ fit à ſucco melancholico accidit à 40. vſq; ad 60. annum, quæ verò fit à pituita, & aliis ſuccis qualibet alia ætate poteſt accidere. 706
Apoplexia à ſanguine, & pituita. 707
Apoplexiæ differentiæ primæ duæ. 170
Apoplexiæ debilis ſpecies duæ. 171
Apoplexiæ cauſſæ, quæ. 169
Apoplexiæ autem fiunt maxime à quadrageſimo anno, vſque ad ſexageſimum. lib. 6. aph. 57. 706
Apoplexiam fortem ſoluere, cur impoſſibile. 170
Apopletici ante LXXII. horas ſepulturę mandari non debent. 170
Apoſtema calidum. 556
Ἀπόσασις. 419
Apoſtemata calida frigidis periculoſiora. 151
Appetere minus in conualeſcentibus melius eſt, & cur. 146
Appetitus. 793
Appetitus naturalis, quomodo cognoſcatur à vitioſo. 82
Appetendi vis à quibus poſſit lædi. 597
Appetentia, & coctio ventriculi in declinationibus deterior. 142
Aqua eſt potus naturalis. 502
Aqua potabilis, cur leuiſſima expetatur. 501
Aqua, quę citò calet, & citò refrigeratur leuiſſima eſt. lib. 5. aphoriſm. 26. 501
Aquæ leuitas, quomodo exploretur. 501
Aquæ, quomodo explorentur. 181
Aqua nimis calida non humectat. 474
Aquarum mutatio eſt grauior, quam aeris. 299
Aquis ſtagnantibus qui vtuntur, non niſi validis medicamentis ſunt purgandi, & cur. 299
Aquæ thermales omnes virtutem exiccatoriam habent. 537
Aqua poteſt aliquomodo in aſperam arteriam transfundi, & æger aliquandiu ſuperuiuere. 664
Aqua in Anaſarca, quomodo è venis poſſit in aluum trudi. 619
Aqua in Hydrope fit verè à calore diminuto. 305
Aqua intercutem laborantibus vlcera in corpore facta difficulter ſanantur. lib. 6 aph. 8. 606
Aqua intercute laborans ſi à tuſſi habeatur deſperatus eſt. lib. 7. aph. 48. 778
ab aqua intercute habito ſi aqua per venas in ventrem defluxerit ſoluitur morbus. lib. 6. aph. 14. 618
Aqua inter cute laborãtib. tuſſis ſuperueniẽs malũ. l. 6. aph. 35. 663
Aqua Hydropicorum, vbi colligitur ibi generatur. 306
Aqualiculus, cur magis pinguęſcat. 154
Aquilo duplex. 230
Aquilo ad conceptum brutorum valet. 235
Aquilonares venti. 217
Aquilonarium ventorum mala, quæ. 217
Aquilones, cur anniuerſarii auſtri, autem non. 244
Aquilonarium ventorum effectus boni. 244
Aquilonarium ventorum effectus mali. 241
Arbores, cur verè frondeſcant. 50
Arborum fructus prioribus, & extremis diebus facilius decidunt, quam intermedijs. 283
Arcturus. 290
Ardentes febres, quomodo fiant. 221
Ardens febris ſoluitur rigore ſuperueniente. 399
Ariſtotelis locus reſtitutus. 607
Ariſt. & Hipp. cognatione coniuncti fuerunt. 661
Ariſtoteles diſſectionibus ſtuduit. 523
Aromata caput grauant, & cur. 505
Aromata ad menſtrua ducenda primum ſibi vindicant locum. 504
Ars ſit ex pluribus experimentis. 579

Ars

Ars ex pluribus memoriis, & experimentis fit. 6
Ars medica ex quibus pendeat. 602
Artis medicæ fabrica tota est collocata in medico ægro, & morbo. 9
Artes liberales habent sua præcepta, & dogmata. 3
in Artibus maximè necessaria repetere bonum est. 331
Articulares dolores fiunt ex colicis, & è contra colici ex articularibus. 549
Articularis dolor, quando incurabilis. 691
Articulorum doloris causa. 691
Articulares morbi numquam in colicos mutantur, nec è contra. 75
Articulorum motus impeditur, vbi humor eorum tenax nimis, concretus, vel nimis fusus existit. 216
ad Arthritidis, generationem quæ conducant. 632
in Arthritide fluxio fit per venas. 691
Asclepiadis opinio de modo, & de loco vbi fit vrina. 306
Asclepiades funeri obuius factus eum viuere, qui efferebatur cognouit. 333
in Ascite, & Timpanite aqua an in venis contineatur. Sicut in Anasarca contingit. 619
Asiatici, cur imbelles, & Tyrannis facile obedientes. 210
Asiatici, cur sustinendis laboribus parum idonei. 207
Assidentia signa, quæ. 31
Asthma, & tussis, quomodo gibbositatem efficiant. 686
Asthma propriè. 266
Astra, vt signa tantũ, & causse partiũ anni ab Hipp. cõsiderata. 316
Astrologi epilepsiæ causam in pueris in astra referunt. 272
Athletæ, cur deterrimos cibos conficiunt. 101
Athletarum cibus qualis fuerit. 44
Athletica, cur priscis temporibus existimata. 13
Athleticæ, & Pugilice valere. 44
Atra bile vexatis, & renum passionibus hæmorrhoides superuenientes bonum. lib. 6. aph. 11. 612
Attentio, quomodo maximè comparetur. 9
Auctio, quomodo fiat. 37
Auctio à quibus efficiatur. 38
Auctio, cur aliquibus tarda aliquibus citius. 37
Auctionis terminus omnibus viuentibus datus. 37
Auerroes in medicina non admodum fuit versatus. 95
Auersio fit per contrarias partes. 580
Aues, cur siccitatibus magnis non sitiant. 221
Aues destillationibus, & grauedinibus minus tentari, quam homines: sed magis, quam bruta. 618
Augeri, & conglutinari, quid apud Hipp. 631
Augustus Asparagis delectatus est. 162
Auster. 215
Auster, cur calidus, & humidus. 216
Austri, quando boni. 216
Austri detrimenta, quæ. 245
Austri bonum vnum tantum habent, quod ventrem emolliunt. 247
Austri auilitum hebetantes caliginosi caput grauantes pigri dissoluentes, quando huiusmodi tempestas præualuerit talia in morbis patiuntur, at si Aquilonia fuerit tusses fauces, alui durę difficultates vrinæ horrores cottarum dolores, & pectoris, quando hæc tempestas præualuerit talia in morbis expectare oportet. lib. 3. aph. 5. 215
Austro flante corpora tardiora, & grauiora existunt, & cur. 216
Autumnus malus est omnib. ætatibus naturis, atque regionib. 249
Autumnus tabidis malus. lib. 3. aph. 10. 226
Autumnus longus morbus facit. 226
Autumnus magis aliis temporibus pestilentiæ patet. 258
Autumnus qualis ab Hipp. & Galeno statuatur. 49
Autumnales morbi, qui. 214
Autumnus serinus ab Hipp. dictus. 215
Autumnus cur pernitiosus. 236
Autumno, cur morbi fiant. 244
Autumno verò, & plurimi æstiui morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes aquæ intercutem, & tabes, & stillicidia vrinę, & difficultates intestinorum, & coxendicum dolores, & anginæ, & anhelationes quas græci asthmata vocant illei morbi comitiales furores atræ biles. lib 3. aph. 22. 256
Autumno morbi acutissimi, atque exitiales maxima ex parte, cur verò saluberrimum, & minimè exitiale. lib. 3. aph. 9. 223
Autumnales morbi, cur longi. 360
Aures frigidæ perspicuę contractæ sordes, earum dulces surditas inflammatio dolores vehementes in acutis mortem. lib. 8. aphorism. 12. 827
Aures, cur iubeant pudentibus. 717
Auris sinistra perforata citius consolidatur, quam dextra. 492
Aurium sordes, cur in periturís, & potissimũ tabidis dulcescãt. 463
Auxilium nullum est, tam potens, quin infructuosum euadat, nisi compar victus ratio connectatur. 236
Αὐτόματα exire, quæ dicantur. 285

B

Balbi, cur boni. 659
Balbi, sunt parce purgandi. 659
Balbi in longis, alui fluxionibus minus periclitantur. 659
Balbi ab alui profluuio maximè capiuntur. lib 6. aph. 32. 657
Balbucies, siue Τραυλότης. 658
Balbuties, quæ ἰσχνοφωνίας. 658
Balbuties causæ. 658
Balbi, cur alui profluuio capiantur. 658
Balbi, cur lubricam aluum habeant. 115
Balneum in affectibus oculorum, quando administrandum. 656
Balnea, cur vires eneruare dicantur. 476
Balnea sitim excitant. 240
Balnea, cur modo ex siccare, & refrigerare modo calefacere, & humectare possint. 475
Balneorum frequenti vsu carnes contabescunt. 238
Barbara, cur mulieribus aliquibus nascatur. 662
Bene, vel malè se habere, quid importet. 211
Bibere sitiendo, & magna omnium voluptas. 723
Bilis proprium est supernatare. 755
Bilis proprium est, vt tertia die moueatur. 366
Bilis non generatur in ventriculo. 692
Bilis cordi non appropinquat. 403
Bizantii, cur multo sale, & absinthio, vti consueuerint. 594
Bombardæ strepitus, quomodo excitetur. 782
Bona omnia conueniunt semper, sed non è contra. 21
Βορβορυγος, quid propriè. 417
Bruta dum vtero gerunt bene valent secus, quam mulieres. 551
Bruta ob necessitatem odorata prosequuntur. 505
Bruta nulla phtisi consumuntur, & cur. 463
Bubones pestiferi, quamuis sint crudi secandi. 388
Bubones, siue tumores, an curandi per sectioné etiã immaturã. 387
Bulimos. 117
Bulimos, & caninus appetitus in quo differunt. 117
Bulimi causæ. 118
Bulla quid. 756

C

Cacoethę vox in vlceribus varios malignitatis modos significat, & qui. 599
Cacoethiam aduersantia remedia, quæ. 600
Cadauera recentia demerguntur vetulla fluitant, & cur. 78
Cepe, quomodo lachrimas eliciant. 484
Calidum suppuratorium in omni vlcere magnum ad securitatem inditium cutem mollit extenuat dolorem sedat rigores conuulsiones, & distensiones mitigat, & ex his, quæ ad caput attinent eius soluit grauitatem plurimum, autem cõfert ocium fracturis: sed nudis præcipuè eorumq; maxim è, qui in capite vlcera habẽt, & quæcumque a frigore moriuntur, vel vlcerantur, & repentib. comesis sedi pudendis vtero vesicæ his calidum amicum, & indicans frigidum inimicum, & perimens. lib 5. aph. 22. 489
Calida actu magis penetrant calefaciunt, & ex siccant. 119
Calido vtendum moderatè. 473
Calidum vbi quis sepius eo vtatur hęc mala affert carnium æfeminationem neruorum incontinẽtiam mentis torporem profluuia sanguinis animi deffectionem hæc ad quæ mors. l. 5. aph. 16. 473
Calida numquam officiunt nisi valde exuperent. 483
Calidus alio quotuplex aliquid dicatur. 39
Calor natiuus, quid. 816
Caloris innati Ideæ vniuersa, quæ. 36
Calor natiuus non augetur simpliciter: sed quo ad effectus. 39
Calor implantatus. 36
Calor natiuus à natiuitate, vsq; ad interitum semper minuitur. 42
Calor quot modis extinguatur. 176
Calor natiuus duos habet motus perennes. 176
Calores quatuor in quolibet animali, & qui. 36
Caligula Imp. ætatis beneficio ab Epilepsia liberatus. 180
Caluis, cur non fiant magnæ varius. 661
Caluis varius si superueniant capilli renascuntur. 638
Caluis iam factis varices superuenientes eos iterum capillescere, non est perpetuò verum, & cur. 661

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 846 sur 867

©BIUM

INDEX.

Caluitium quid. 661
Caluitium duplex. 651. 661
Cancer quid. 668
Cancri cauſſa. 668
Cancer occultus, & manifeſtus. 668
Cancri, cur frequenter fiant in mammis, & præcipuè mulierũ. 668
Cancri non ſunt curandi per chyrurgiam. 669
Cancri, cur non curandi. 669
Cancri curati, cur citius interficiant. 669
Cancros occultos omnes melius eſt non curare curati, enim citò pereunt non curati verò longius tempus perdurãt. l. aph. 38. 668
Canes angina laborant. 353
Canes vigente canicula magis, quam alijs temporibus ferociunt, & efferari putantur. 290
Canes. cur verè minus feras indagent. 224
Canini appetitus cauſſæ. 118
Caninus appetitus. 117
Canicula quantum temporis duret. 290
Canicula, quando vigeat, 291
Canis aſteriſmus ab Hipp. obſeruatus, 290
Caniculæ tẽpore Dionyſio eſſe vtendũ medico in domo opaca. 291
Capillitium. 424
Capilli ſunt pura excrementa. 462
in Capitis doloribus, cur non ſunt affigendę cucurbitulę, niſi prius per venam cubiti facta ſic totius euacuatio. 508
Capitis dolores repentini, & Aphonia detenti, cur ſeptem diebus intereant, & quomodo dies ſint numerandi. 695
Capitis doloris repentini cauſſæ. 694
Caput habet ſeptem vias per quas expurgari ſolet. 165
Caput raræ texturæ peius habet hyeme, quam æſtate. 212
Caput dolenti, & circum dolenti pus, vel aqua, vel ſanguis efluens per nares, aut os, aut aures morbum ſoluit. lib. 6. aph. 10. 610
Caput omnium fluxionum eſt origo. 165
Capras ſpirare per aures putauit Alchmeon. 827
Capræ, & oues epilepſia excernentur Hipp. & Plutarcho. 319
Cardanus notatur. 431
Cardani ingenium ferox. 764
Cardiacorum ſalus in vino eſt collocata. 790
Carnis multitudo inter morbos relata. 174
Carnes ſanas habentibus Helleborus periculoſus facit, enim conuulſionem. lib. 4. aph. 16. 317
Κασμή. 789
Κάρος quid. 448
Carnis ſuccus. 88
Caſſia ſæpiùs data quoslibet humores tandem euacuat, 299
Χύμα. 413
Caſtor, & Pollux tumores. 268
Catarrhi nomen, cur antiquis temporibus non fuerit notum. 653
Catarrhus, ſeu deſtillatio quid. 165
Catulorum lactentium caro ægris ab Hipp. conceſſa. 162
Cauitas in capite, quæ & vnde. 746
Cauitates interiores quadruplices. 724
Χάσμα. 578
Canciones habendæ in purgandis prægnantibus. 507
Cauſia eſt bona, quæ rationabiliter bona facit. 70
Cauſarum genera tria, & quæ. 150
Cauſæ internæ plus deſtruere poſſunt, quam externæ. 177
Cauſus. 391
Cauſon frigida curatur, & quomodo. 121
Cauſarii qui. 318
Cauſtica in affectibus calidis. 484
Cauteria, & vlcera ſi ſanant morbos factos prohibet etiam ne ſiant ſi prius ea appetantur. 615
Celſi cenſum de Hippocrate. 209
Celſus Hipp. Romanus. 103
Celtiberi, & Iberi vrina dentes colluere ſoliti, & cur. 385
Cera, & oleum, cur a Sole candidum fiat. 478
Cerebro inflammato, cur oculi rubeant. 717
Cerebri actio optima, ab optima ipſius tẽperatura proficiſcitur. 444
Cerebri humiditas inſaniam parit, & cur. 475
Cerebrum eſt domicilium facultatum animæ. 733
Cerebrum eſt motricis, & Hegemonice facultatis domicilium. 792
Cerebrum ſeptem vijs ſecundum Hipp. expurgatur. 610
Cerebrum purgatur ſeptem vijs. 752
Cerebri vulnera ſuperficialia, non ſunt læthalia. 627
Cerebri vulnera, quare læthalia. 627
Cerebrum eſt pars noſtri corporis frigidiſſima. 481
Cerebrum calidius eſt quolibet aere æſtuoſis. 481
Cerebrum temperatum habentibus an excrementum humidum per nares exire debeat. 596
Cerebrum eſt animi ſedes. 518
Cerui caro, & panis furfuraceus nutrit tardè, & celeriter excernitur. 109
Characteres acutorum duo, & qui. 301
Chardarius auis ab icteritia liberat ſi laborantem aſpexerit. 398
Chriſtus, cur Lazarum quarta die ſuſcitauit. 170
Chyrurgia primum exculta apud Homerum. 10
Chyrurgia per antonomaſiam medicina, quando dicta fuerit. 820
Cibandi tempus oportunum quale. 770
Cibandi ratio a morbi rigore metienda, & cur. 23
Cibi faſtidium in morbis longis, cur malum. 721
Cibare an liceat, aliqñ a initio, aut augmẽto, aut ſtatu acceſſionis. 29
Cibatio importuna, quæ damna ægris afferat. 28
Cibi in lienteria, cur excernantur inconcocti. 592
Cibi ſua natura articulorum dolores excitantes, qui. 653
Cib parũ, & malè mutatur, vel a frigido, vel a calido imoderato. 592
Cibi quantitas a morbi etiam temporibus indicatur. 23
Cibi, cur æſtate, & autumno difficillimè ferantur. 48
Cibis liquidioribus ocius faciantur homines, quam ſolidiores. 89
Cibi amari, & ingrati abortire faciat. 283
Cibi corrupti vincunt naturam. 107
Cibi ab ægris expetiti, quaſi vim medicamenti obtinent dummodo non multum a bonitate declinent. 161
Cibi conſueti, licet deteriores, præferuntur inaſſuetis, quamuis melioribus, 162
Ciborum nimia copia mediatè facit morbum. 106
Cibo prauo vtentes, cur purgati exoluatur. 159
Cibos difficillimè ferri, quid importet. 48
Cibus celerius dandus eo cœlo, quo magis digeritur. 49
Cibus ſanis vires igni morbum auget. 508
Cibus ante Criſim aliquo tempore augendus, & cur. 52
Cibus, quanto melior tanto deteriorem facit corruptionem. 106
Cibus in quartana, qualis. 45
Cibus in acceſſionibus, non eſt exhibendus iis, qui libenter ſumãt, neque cogendi ſunt, qui illum abhorrent. 52
Ciborum iucunditas in quibus poſita. 161
Ciborum & potus indulgentia, quæ bona adferat. 161
Cibus, qua hora ægris offerendus. 29
Cibus paucus, quomodo intelligendus. 40
Cibus, & potus ab ægro expetitus, quando concedi poteſt. 160
Cicuta, cur homini non capræ venenum. 123
Cineſius Poeta, cur φιλύριος dictus. 207
Circa initia, & fines omnia imbecilliora, cum verò conſiſtunt fortiora. lib. 2. aph. 30. 141
Ciuitatum bene inſtitutarum conſuetudo, vt genus humanum conſeruaretur. 560
Claudi, cur maximè ſalaces. 710
Claudus melius virum agit. 771
Clyſteres, qui mulieribus infunduntur copioſiores eſſe debent. 229
Clyſteris vſus Auuicennę dilectus. 204
Coctio quid. 410. 414
Coctio quid apud Philoſophos, & apud medicos, & in quo differant. 58
Coctio octo horis ad ſummum abſoluitur. 72
Coctio quiete perficitur. 139
Coctio materiæ morbificæ, qualis eſſe debeat. 59
abſque Coctione, quæ diſparent ſunt inſida. 92
Cocta perfectè non poſſunt recrudeſcere, & iterum coqui. 524
Cœlum, quod morbum facit eſt peſſimum. 181
Concubitus nimis ocuſi, atque cluens ſubſident, 599
Coitus parua epilepſia vocatur. 18
Coitus cum vetula infirmat penem. 565
Coitus ad Podagræ generationem confert tribus de cauſſis. 654
Coitus morbos a pituita curat. 181
Colicæ dolor, vſq; ad Tyberii tẽpora haud inuenitur nominatus. 528
Color mulieris bonus qualis. 529
Color talis efflorescit in cute quales humores ſitus dominatur. 530
Color varietas in excrementis mala. 529
Conceptus partus, & abortus fit ſecundum ordinem dierum menſium, & annorum, quibus fit ſanitas, atque morbus. 125
Conceptus aborſus partus, & morbus iſdem modis indicatur. 527
Concepiſſe mulierem, quomodo cognoſcatur. 562
Cõcoctio ab antiquis, & quãdoq; ab Hipp. dicta eſt putrefactio. 592
Concocta medicari, atque mouere non cruda, neque in principiis, modo non turgeant plurimum, verò non turgeat. l. 1. aph. 22. 57
Conglutinari, & augeri, quid apud Hipp. 631

Conie-

Coniectari, autem oportet an æger cum victu sufficiat perdurare ad morbi vigorem,& numquid prius ille deficiat.nec possit cum victu perdurare, vel morbus autem deficiat. lib.1.aph.9. 24
Consensus naturæ inter genitalia, & pectus existit. 521
Conseruatio fit similibus. 211
Consuetudo quanti facienda. 45
Consuetudo altera natura dicitur. 150
Consuetudo habitum facit, & auget. 191
Consuetudinem hominum miserias minuere, & mitigare donum fuit, Deorum ex Seneca. 191
Consuetudo quid. 191
Consuetudo est altera natura. 191
Consumptio, & extenuatio in quibus differunt. 79
Contagium fit per communicationem spirituum morbidorum. 464
Contenta. 413
Contenta in Thorace aliquando per aluum euacuantur. 455
Contrariorum effectuum contrariæ sunt causæ. 115
Coniunctas in tribus dimensionibus consistit. 580
Conualescentes, cur appetant. 145
Conualescentia duplex. 146
Conuulsio quid. 129
Conuulsio Tetanus, & Paralysis in quo differant. 390
in Conuulsionibus,licet febres inducere. sed non omnes. 131
Conuulsio fit, vel ex repletione, vel inanitione, ità verò,& singultus. lib.6.aph.39. 670
conuulsio an tantum fiat ab inanitione. 671
conuulsio dupliciter accipitur propriè, & communiter. 671
conuulsionis species. 129
conuulsio in quo genere symptomatum. 129
conuulsio à quibus morbis fiat. 129
conuulsionis causæ quæ. 129
conuulsio superueniens febri mala, & cur. 130
conuulsio à siccitate,& à repletione, quomodo dignoscatur. 139
conuulsio à repletione, an à siccitate, & inanitione faciliter soluatur. 130
conuulsio ex Helleboro læthalis. 131
conuulsio soluitur à febre superueniente. 128
conuulsio ex repletione,quid & quomodo fiat. 575
conuulsio in voluulo. 728
conuulsi, cur in oleum calidum mergantur. 490
cõuulsio,& deliriũ ĩ vigilijs mala,vt causa,& vt signũ,&quare. 738
conuulsio, & desipientia post vigilias, cur mala. 737
connulsio, & hemorargia, quare mala. 727
conuulsio, & delirium,cur immoderatas vigilias sequatur. 737
conuulsio ex vulnere lethalis est. lib.5.aph.2. 441
conuulsio ex Helleboro lethalis est. lib.5.aph.1. 439
conuulsiones verè, sunt trium generum. 404
conuulsio fit à purgatione nimia medicamenti,& quare. 747
conuulsiones, quomodo fiant à magnis febribus. 732
conuulsiones à siccitate, sunt alijs deteriores. 238
cõuulsiões ĩ febrib.acutis,qui patiãtur rarò superstites euadũt. 404
conuulsionis,& Tetani remedia qualia esse debeant. 391
conuulsionis motus, qui. 404
cor, cur ex durissima substantia. 628
cor nullum affectum grauem sustinere potest. 628
cor quousque augetur. 686
cor,& cerebrum nullo graui affectu possunt laborare. 781
cor non patitur,neque sustinere potest inflammationes. 153
cor,vsque ad L. annum augetur ex scientia Ægiptiorum. 37
cor nullum affectum violentũ patitur,nec morbis maceratur. 321
cor humanum veneno infectum tardiùs comburitur. 136
cordi motus duo à natura dati,& cur. 407
cordis vulnera lethalia, & cur. 628
coronarum vsum ex rosis, hedera, violis, atque vnguentorũ vsum. cur institutum. 491
corpora abortet, vbi quis purgare voluerit fluida facere, & si supra sistere aluum si verò infra humectare. lib.7.aph.68. 863
corpora procera molliorem aluum habent paruis. 204
corpora consumuntur alimento deficiente. 38
corpora in pura, quæ propriè nuncupentur. 86
corpora commensurata facilius incidunt in morbos. 480
corpora hominũ curatur,cur semper in antica parte curuetur. 206
corpora dissimilia, cur morbosiora. 799
corpora naturaliter affecta habent partes posteriores frigidiores, quam sint anteriores. 482
corpora impura nutrienda medicamentoso nutrimento non verò. 103
corpora nimium extenuata, circa partes infernas non sunt violentis medicamentis tractandæ. 156
corpora à medicamentis purgantibus,cur fiant debilia. 159
corpora æstate, cur sicciora. 219
corpora senum minus à peste tentantur. 40
corpora, cur in verè purganda, 687
corpora emaciata,& grácilia deterius hĩ ĩ hyeme,quã æstate. 212
corpora, quę contabescere debe rent, vbi non contabescunt, quid agendum. 137
corpora,quę in constitutionibus valde siccis deterius habeant. 237
corpora extenuata lente, sunt reficienda. 16
corpora sana tuto nutriri possunt. 101
corpora cum quispiam purgare voluerit oportet fluida facere. l.2. aph.9. 83
corpora sublunaria gubernantur,& diriguntur à celestibus. 123
corpora impura si exerceantur exulcerantur. 75
corpus exiccatum redditur imbecillum dupliciter. 340
corpus in febribus,nil diminui malum,& cur. 136
corpus est in continuo motu. 13
corpus floret,vbi vincit cibos è contra,vbi vincitur ab eis. 82
corpus totum est lassitudinis capax. 75
corporis extremitates,quæ apud Hipp. 747
corporis aliquæ partes,cur facilius alijs augeãtur,& coalescãt. 632
corporibus carnes habentibus humidas famem adhibere conuenit fames,enim corpora siccat. lib.7.aph.60. 793
corui dum æstate alui fluore laborant à potu abstinent. 438
coturnix sola inter animalia epilepsia tentatur ex Plinio. 319
coturnices Helleboro pastæ si ædantur conuulsionem, siue epilepsiæ inducunt. 318
coxa, vbi vrenda. 212
crassities materiæ in absessibus; vbi cognoscatur. 675
crassities partis in absessibus, quomodo cognoscatur. 675
crassi,qui diutius viuant, & qui citius moriantur. 174
crescunt,cur plurimum, quæ caloris copiam habent. 38
crisis quid. 94
crisis duplex. 92
crisis,quando imperfectè facta est, quid agendum. 92
in crisi tria tempora spectanda. 53
crisis optimæ conditiones, quæ. 54
crisis diurna melior an nocturna. 96
crisis totam medici operationem regulat. 126
crisis imperfectæ causæ. 91
crisis semper fit in accessionibus. 27
crisi instante, nil agendum. 53
crises verè rarius fiũt, per sudores,quã per alias euacuationes. 354
post crisim,quando aliqua relinquantur signa. 92
criticæ mutationes quatuor,& quæ. 124
criticorum dierum causa, quæ. 125
criticus dies,quis dicatur. 124
cocodrillus vtrum, vsque ad mortem semper augeatur. 37
cronicorum initium. 818
cruditas duplex. 59
cruditates sunt omnium ægritudinum matres. 278
crysippus scripsit de consuetudine. 191
cucurbitulæ, cur inuentæ. 544
cum biberit,quis Helleborum ad motiones,quidem corporum ducere magis ad somnos verò, atque quietem minus indicat, autem naugatio turbari motione corpus. lib.4.aph.14. 314
cubitus quid. 638
cum discussũ fuerit os, aut cartilago, vel neruus, aut genæ particula tenuis,vel præputiũ, neq; augetur,ne coalescit.l.6.aph.19. 631
cum morbi inchoant si quid mouendum videtur moue,cũ verò cõsistunt,ac vigent melius est quietem habere.lib.2.aph.29. 137
cum pus conficitur dolores, ac febres accidunt magis, quam iam confecto. lib.2.aph.47. 184
cũm verò iam magis adoleuerint tonsillę,& vertebre,quæ in occipitio ad ĩteriora luxationes crebri anhelitus,quos græci asthmata vocant calculi lumbrici rotundi Ascarides neruæ quos græci Acrocordonas vocant Satyrię strumæ,& alia tubercula. sed præcipuè antediem. lib.3.aph.26. 265
cum volueris magis ducere Helleborum moue corpus cum verò sistere somnum facito, & non moueto. lib.4.aph.15. 315
curatio fit per contraria excessus, vel defectus. 805
curatio ostendit morborum naturas. 201
curæ cor afficiunt. 275
curui, qui dicantur. 685
curuitatis causa. 685
cutis. 587
cutis, & articulorum morbi, nunquam fiunt,absq; bile,& cur. 101
cyclus Metasyncriticus. 340

Decli-

©BIUM

Declinationis nocumentum ceteris partibus semper deterius nocumento aliorum temporum, & maximè principij. 70
Dens luxationis genus. 266
Dentes Orientes, cur doleant. 204
Dentes in senectute, quibusdam oriuntur. 264
Dentes vtrum sint ossa. 480
Dentes sensum habent, quo carent alia ossa. 487
Dentes soli, vbi humana corpora cremantur igne non consumuntur. 136. 716
Dentes esse debent ab omni sorde mundæ. 383
Dentes magis frigidum. Sentiunt, quam caro. 384
Dentium lentores mali dicuntur. Simpliciter, & cur. 384
Dentibus, cur Pyrethrum piper. & nonum adhibeatur. 482
Dentes primi in vtero nascuntur. 264
Dentium ortus est, vij. mense. 264
Dentes vrinox, qui colluere fuerint soliti. 385
Deiectiones non multitudine sunt æstimandæ: sed si talia deijciantur qualia conueniunt, & ægri facile tolerant, atque vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere faciendum æger possit tolerare. lib. 1. Aph. 23. 61
Deiectiones excrementorum variæ, qñ bonæ, & quando malæ. 98
Deiectiones nigræ semper malæ. 329
Deiectiones nigræ qualis est sanguis niger, sponte venientes, sine cum febre, siue sine febre pessimæ, & quanto colores magis praui fuerint plures peius cum medicamento verò melius, & quanto colores plures non praui. lib. 4. aph. 21. 327
Deiectiones specie æquales in omni tempore sunt malæ. 98
Deiectiones synceræ, quomodo dysenteriam causent. 744
Deiectionis synceræ conditiones. 744
Deiectiones tam variæ, quam synceræ prossimæ. 330
Deiectiones variæ, quæ. 98
Delirium affectus est grauissimus. 71
Deliria cum immanitate, cur periculosiora. 699
Delirium semper malum. 415
Delirium potest fieri à caussa calida, & frigida, & quomodo. 726
Delirium quomodo fiat ex profluuio sanguinis. 726
Delirium in voluulo. 728
Delirium quomodo fiat ex percussione capitis. 733
Delirantium signa. 379
Delirantes, & stupidi, quomodo deprehendatur. 732
Delirantes placandi sunt somno. 71
Democritus panis odore, vel vt alii mellis gustatu vitam per octiduum prorogauit. 72
Depilatio an possit fieri à sola mala intemperie sicca. 599
Desipientia cum risu, cur sit securior. 699
Desipientiæ, quæ cum risu fiunt securiores, quæ verò cum studio periculosiores. lib. 6. aph. 53. 698
Desipientia fit, aut læso cerebro per essentiã, aut per cõsensum. 698
Destillatio cunctarum ægritudinum mater. 594
Destillationes citò interimentes, quæ. 232
Destillationes in ventrem superiorem suppurantur intra viginti dies. lib. 7. aph. 38. 762
ad Destillationes euitandas maximè conducit somnus humili, & decliui capite factus. 618
Destruere facilius est, quam construere. 198
De temporibus siquidem hyems sicca, & aquilonia fuerit, ver verò pluuiosum, & australe necesse est æstate febres acutas, & lippitudines Græci ophtalmias vocant, & intestinorum difficultates fieri præcipuè verò mulieribus, & viris, qui natura sunt humidiores. lib. 3. aph. 11. 227
Detersus, quid dicatur. 193
Diacalamentum ad menses prouocandos. 520
Diaphragma, qui vulneratum habent, cur rideant. 628
Diarrhea, quæ & qualis sit. 620
Dichotomia Hipp. & Theophrasto familiaris. 233
Dieretica ex Hipp. 1. exculta fuit. 10
Difficultas intestinorum si ab atra bile inceperit lethalis est. lib. 4. aph. 24. 334
Difficultatem vrinæ vena secta iuuat secare verò interiora. lib. 6. aph. 36. 664
Diocles medicus. 151
Dipsadis venenum sitim inducit. 324
Discere facile omni naturæ iucundum. 4
Disuria quid. 665. 778
Disuria duplex. 665
in Disuria, quæ vena incidenda. 666
Disuriæ qui competat Phleborotomia. 665
Diureticorum vsus qua cautione admittendus. 426
Documenta tria in praxi maximè necessaria. 11
Dolor quid. 77
Dolor magnus, aut citò finit, aut citò finitur, & cur. 843
Dolor, quomodo fiat. 656
Doloris à nuda intemperie, & ab humore facti differentia. 694
Dolores, & tumores interiores, cur fortiores. 605
Dolor, quando propriè tolli dicatur 183
Dolores omnes à nullo remedio efficatius superantur, quam à larga sanguinis missione. 777
Dolores magni, vel cito finiunt, vel ipsi finiuntur. 403
Dolores podagrici verè, & autumno magna ex parte mouentur. lib. 6. aph. 55. 701
Duobus doloribus, simul non eundem locum infestantibus vehementior alterum obscurat. lib. 2. aph. 46. 182
Dolores Oculorum meri potio, aut balneum, aut foramentum, aut venæ sectio, aut medicamentũ epotum soluit. l. 6. aph. 51. 655
Dolores fallaciores, qui. 601
Dolores omnium vehementissimi, qui. 747
Dolores ventris sublimes leuiores, qui verò non sublimes potiores. lib. 6. aph. 7. 604
Dolores, qui sunt in lateribus, & pectoribus, atque alii partibus si multum differant perdiscendum. lib. 6. aph. 5. 600
Dolores Oculorum post meri potionem, & aquæ calidæ balneum venæ sectione curato. lib. 7. aph. 47. 777
Dolor adest necessariò, vbi adest inflammatio. 353
Doloris caussa in mente sanis, quando non percipiatur. 77
Dolores duo in loco exiguo fieri non possunt secundum sensum, licet fiant secundum rationem. 182
Dolores, & læsiones magis nocte, quam die percipiuntur. 93
Dolor minor, cur a maiori obscuretur. 183
Dolenti partem capitis posteriorem in fronte recta vena iniecta prodest. lib. 5. aph. 68. 579
Dominium, & natura humorum à quibus pendet morbi longitudo potissimum, ex ipsis coloribus, aut saltem magis, quam ex alijs manifestatur. 361
Domitianus Tuberes dilexit. 162
Dormire, cur nequeunt, vel magna cum turbatione id agunt, qui plusquam consueuerunt vespere pasti sunt. 48
Dormiendum non est dum iam medicamentũ operatur, & cur. 314
Dormiendum, quando post purgantia, & quando non. 313
Dormientes nimium, cur decoloratiores. 530
Dorsi dolores, qui & quibus fiant caussis, & quomodo sectione venæ curentur. 638
in Dorsi doloribus, quæ vena tudenda. 639
Diuisa Venetiarum peperit post L. annum. 524
Dulcia, & suauia longo vsu fastidium pariunt. 195
Durum quotuplex fiat. 401
Δυσαισθησία. 379
Δυσκινησία. 379
Dysenteria quid. 677
Dysenteria duplex. 678
Dysenteriæ species duæ, & quæ. 335
Dysenteria propriè quid apud Hipp. 334
Dysenteria diuturna an possit esse sine febre. 597
Dysenteria, quomodo fiat in lienosis. 678
Dysenteriæ, & alui fluxus, cur fiant in autumno. 703
Dysenteria critica furorem soluit non item symptomatica. 720
Dysenteria à syncera deiectionibus est mala, vt caussa, & vt signũ, & cur. 745
Dysenteria ab atra bile, cur pernitiosa. 335
Dysenteria ab atra bile irremediabilis, & nihil differt ab exulcerato cancro. 335
Dysenteria maniæ succedens bona. 335
Dysenteriæ non verè quo grauidis mulieribus possint cõferre. 745
Dysenteria, cur grauis, & periculosus morbus existat. 338
Δυσπνοια. 379
Duris, cur barbutiant. 659
Ebrij, cur ament, sub sole esse. 448
Ebrietas, qua die soluatur. 449
Ἔκλυσις quid. 725
Edere, aut bibere parum cuiquam reddit à morbis humoralibus. 106
Effectus omnis propriam caussam habet. 525
Effectus facillimè producuntur à similibus caussis. 150
Egritudines ob superfluitatũ multiplicationẽ multiplicantur. 238
Eius, qui ex ægritudine bene cibatur, nil proficere corpus malum. lib. 2. aph. 31. 142

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 849 sur 867

©BIUM

INDEX.

Elementaris calor. 36
Emitritei genera quatuor. 393
Empyema quid. 471.460.454
Empycis perforatis cur affatim pus non est extrahendum. 646
Empyci, qui dicantur. 773
Empycos veteres secabant, vel inurebant. 773
Empyematicorum remedia extrema, quæ. 774
Ἐναιώρημα. 413
Eorum, quæ vniuersim, & velociter nutriunt veloces, quoque fiunt excretiones. lib. 2. aph. 18. 108
Ἐπατίτης. 557
Epiala. 375
Epicurus obijt ex calculo vesicæ. 433
Epidemici libri ante libros Aphorismorum compilati fuerunt. 93
Epilepsiæ synonima. 176.450
Epilepsia quid. 178.671
Epilepsiæ, & simplicis conuulsionis differentia. 179
Epilepsiæ caussa immed ata. 180
Epilepsiæ caussa procatarctica. 180
Epilepsia, quomodo fiat. 241
Epilepsia est symptoma dependens à morbo in via. 179
Epilepsiæ locus affectus sunt cerebri ventriculi. 179
Epilepsia duplex. 179
Epilepsia non fit in febribus, & cur. 179
Epilepsiæ caussa, quæ. 179
Epilepsia curatur purpitudinibus. 181
Epilepsia mater puerorum nuncupatur à Barbaris. 262
Epilepsia inter morbos Hæreditarios connumeratur. 180
Epilepsia à quib. fiat in iuuenibus, qui ea pati, non cõsueuerunt. 273
Epilepsia in ætatis mutatione soluitur. 180
Epilepsia in infantibus, cur quando dentes emittunt fiat magis. 265
Epilepsia est difficillima ferè curatu omnium morborum. 178
Epilepsiæ si equentes acceſiones sunt læthales in prægnantib. 509
Epilepsia à quo fiat humore. 452
Epilepsia vtrum facilior sit curatu ante xxv. annum, quam post. 453
Ἐπιφαίνομενα signa quæ. 31
Ἔπιπλοες. 787
Equæ ab aquilone alicubi prægnãtes fiunt ex Varrone, & aliis. 235
Equi epilepsia vexantur ex Absyrto. 319
Eradios aut is oculos in venere valde rubentes habet. 717
Error multorum in administrando igne, vti præsidio. 821
Erysipelas quid. 531
Erysipelas ab interioribus verti ad exteriora bonum, & cur. 643
ab Erysipelate putredo, aut suppuratio malum. l. 7. aph. 20. 739
Erysipelas ab exterioribus vteri ad interiora non est bonum ab interioribus, autem ad exteriora bonum. lib. 6. aph. 25. 643
in Erysipelate, vel inflammatione faciei an sit mittẽdus sanguis, vel purgandus æger. 667
Erysipelas nõ fit in osse denudato: sed in carne ipsi circum sita. 739
Erysipelas cur fiat ab ossis denudatione. 739
Erysipelas ab ossis denudatione, cur mala. 739
Esse Hebreorum Philosophi semel in hebdomada edebant, & aluũ exonerabant. 34.74
Esse semel in hebdomada alui purgamenta emittebant. 115
Est autem vbi in distensione, sine vlceratione iuuene bene carnoso æstate media frigidæ aquæ multa perfusio calorem reuocat calor, autem hæc soluit. lib. 5. aph. 21. 486
Escu ẽta etiam in sanguiné conuersa facultaté suam conseruãt. 319
Ethesiæ. 223
Et qua parte corporis calor, aut frigus ibi morbus. lib. 4. aphorism 39 359
Et quibus deiectiones si stare permisseris, & non moueris veluti strigmenta subsistunt, & si pauca paucus est morbus, & si multa multus his confert alui purgatio, quod si aluo non purgata dederis sorbitiones, quanto plures dederis, tanto magis nocebis. lib. 7. aph. 65. 799
Et quibus semel, aut bis, & quibus plura ne an pauciora particulatim oporteat afferre considerandum, Condonandum autem aliquid tempori, ætati, & consuetudini. l. primi aph. 17. 45
Et vbi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur, vel rursus calesiat, vel color alter, ex altero fiat longitudinem morbi significat. lib. 4. aph. 40. 360
Euacuatio est operatio præcipua ipsius medici. 140
Euacuatio in principio morbi an conueniat. 140
Euacuatio per quæ loca fiat. 285
Euacuatio ad animi deliquium an facienda. 63
Euacuationes nimias facere, cur periculosum. 15.16
Euacuatio quomodo fienda. 121
Euacuationes naturales suppressæ sunt estimandæ. 512
in Euacuationib. maximè conducit habere naturã auxiliatricẽ. 326
Euacuatio eis, quæ febrẽ nõ tollit, aut minuit malũ significat. 389
Euacuare vtilia naturæ malum. 374
Euacuare humorem, qui nullam secum affert vtilitatẽ malum. 3 4
Euacuare plus, maius est peccatum, quam replere plus. 190
Euacuatio, quę curare debet repletionem quotuplex, & qualis. 120
Euacuatio per vomitum veteribus fuit vsitatissima. 140
Euacuatio, qñ per superiora, & quãdo per inferiora molliẽda. 140
Eudemus Chius vna dice Hellebori xxij. potiones sumpsit, nec vomuit. 309
Eunuchi tempore Hipp. non laborabant podagra. 649
Eunuchi an podagra afficiantur. 649
Eunuchorum crura patiuntur; Secundum partes carnosas, & humorales non autem secundum partes seminales. 649
Eunuchi, neque podagra laborant, neq; calui fiunt. l. 6. aph. 28. 648
Eunuchi, cur non calescant. 650
Eunuchi, qui & eorum differentiæ, 648
Eunuchus nullus est bonorũ morũ legalis, & sẽsati intellectus. 648
Europei, cur validi animoq. própti, atq; libertatis amatissimi. 210
Ex anni autem constitutionibus, quod in totum dixerim siccitates imbrib. sunt salubriores, & minus mortiferæ. lib. 3. aph. 15. 237
Ex inguinũ tumorib. febres oẽs malę prẽter diarias. l. 4. aph. 55. 387
Ex medicamenti potione conuulsio læthalis est. l. 7. aph. 25. 746
Ex multa potatione rigor, & desipientia malum. l. b. 7 aph 7. 723
Ex supertiua purgatione conuulsio, aut singultus superueniens malum lib. 5. aph. 4. 445
Exercitus propior est medio in exercitationibus in alimentis, verò defectus. 73
Excreatus quid. 802
Excreationes in febribus, non intermittentibus liuidæ sanguineæ biliosæ, & fœtidæ omnes malæ, cum verò bene excernuntur bonum est, & per ventrem; & per vesicam, & vbi aliquid secedens steterit non purgatum malum lib. 7. aph. 67. 802
Excreationes in febribus non intermittentibus liuidæ cruentæ fœtidæ. & biliosæ omnes malæ, & si bene exeunt, sine per alui excretionem, siue per vrinas bonæ si verò non aliquid eorum, quæ iuuant per hæc loca excernitur malum. lib 4. aph 47. 372
Excreare, cur apud Spartanos, & Persas opprobriosum erat. 802
Excrementa, cur à medicis spectentur. 100
in Excrementis, quæ considerandæ. 798
Excrementa, quæ excernuntur per vrinam vomitum, & aluum indicant, vt se habent viscera. 100
Excrementorum mutationes in initio, & augumento morbi sunt vtiles si fiant sponte. 98
Excrementis naturalibus carere melius est. 596
Excretiones optime, quæ. 101
Exercitationis salubris terminus. 188
Exercitatio, vsque ad lassitudinem proroganda. 189
ab Exercitationibus, cur aqua, & oleo se inungebant veteres. 76
Exercitium ieiuno corpore faciendum. 105
Exolutio, & Syncope, quid. 168
Exolutio ex tuberculi ruptione quando fiat. 724
Experientia an periculosa. 7
Experimentorũ fallaciæ caussa est ignorantia proprietatum rerũ. 7
Expuere, & nares emungere, apud persas ignominiosum erat. 798
Expurgationi conuenientia loca, quæ. 57
Exiccata, cur contrahantur. 672
Exta non prandentium læduntur. 34
Extasis duplex. 721
Extasis tacita furorem soluit. 721
Extenuationis caussæ. 136
Extrema frigere in febribus acutis potest significare morbi longitudinem. 714
Extremis morbis, extrema exquisitè remedia optima sunt. lib. 1. aph. 6. 21
Ἐυφόρια. 285

F

Facies à naturali dissimilis, cur mala. 137
Facies, tam corporis, quàm animi inditium. 89
Facilius est impleri potu, quam cibis. lib. 2. aph. 15: 88
Facultas expultrix noctu magis viget. 96
Facultas naturalis est radix, & fundamentum vitæ 154
Fęces, vbi generantur. 102
Fęces hyeme durantur. 485
Fames. 793
Fames quid. 15

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 850 sur 867

©BIUM

INDEX

Fames duplex 15
Fames quomodo vitietur 83
Fames ſumma, quando fiat 104
Fames magnam vim habet ſanandi, debilitandi, occidendi 104
Fames, & peſtis græcè ſimilis habent pronunciationis vocem 117
Fames multiplex 117
Fames naturalis quid 117
Fames naturalis, vt fiat quæ concurrant 117
Fames ſiue appetitus præternaturalis quotuplex 117
Fames penitus ocioſo vtilis 103
Fames pedum tumorem facit 80
Fames cur autumno maior 43
Fames omnis eſt morbus quomodo intelligatur 83
Famem torexis id eſt vini potio ſolut, lib. 2. aph. 23 317
Famis naturalis remedium eſt cibus 118
Fameſcere, qui dicantur 103
Fauces ſunt partes caldiſſimę 217
Febris morbus 418
Febres hyemis à potentiori fiunt cauſſa 152
Febrientes egent quiete conſumata 89
non Febricitare, quando quis dicatur 320
in Febribus acutis extrema frigere ſolum eſt malum non abſolutè læthale, & cur 714
Febri ardenti an poſſit ſuccedere affectus frigidus 645
Febris ardens cur hyeme ardentior quam æſtate 251
Febris ardens à quibus fiat humoribus 392
Febrium continuarum proprium eſt non horrere 392. 400
Febris continua ſuaptè natura eſt periculoſa 377
Febris indeficiens qualis 388
Febres diariæ omni periculo vacant 111
Febrientes cur ſiti non fame tententur 145
Febres in pluuiis, cur longè 240
Febris in quibus morbis acutis non ſit 23
Febres non ſoluuntur niſi ſigna coctionis apparuerint 240
Febris ſequitur longas dyſenterias 597
Febris ſingultioſa, & ſuſpirioſa luctuoſa an idem 700
Febris in longis dyſenteriis ſuperueniens eſt deterior, vt ſignum, & curatiuę. vt cauſſa 598
Febres ſoluto difficiles ſunt vbi eundem ordinem, & proportionem ſeruant, & cur 345
Febris, incipientes alui fluxus ſedat, & diuturnos lædit 598
Febrium intermittentium humores ex propria natura habent peculiares circuitus 395
in Febre continua difficultas ſpirandi, & delirium mortem ſignificat certam 378
Febres quæcumque non intermittentes tertia die fortiores ſunt magis periculoſæ, quocumque autem modo intermiſerint periculum abeſſe ſignificatur lib. 4. aph 43 365
in Febribus peſtiferis, & colliquantibus cur dandus ſæpè, & copioſior cibus 137
Febres malignas inducunt ex qualibet leui occaſione ſuccі ex prauis eduliis paulatim coacerυati 363
Febris cur conducat doloribus Hypocondriorum 673
Febres immateriales exacerbationem non habent 27
Febris an conferat aliis etiam doloribus ab Hyppocondriis 673
Febris quæ, & quomodo ſanet ſtrangurioſos, & Iliacos ſimul factos 682
Febres quæ ad integram infebricitationem deſinunt ſolæ periculo vacant 366
Febris in capitis vulneribus an ſit putrida, vel diaria 692
Febris in capitis vulneribus 692
Febres quæ poſſint inducere 131
Febris poſt Icterum Iugulat 399
Febris ſuperueniens Apoplexię ſoluit mortis celeritatem non morbum ex toto 695
Febris ſuperueniens conuulſioni liberat à conuulſione 130
Febrium interpoliatarum dies quomodo numerandi ſint 394
Febrem conuulſioni ſuperuenire melius eſt, quam febri conuulſionem lib 2. aph. 26 128
Febricitantium non omninò leuiter permanere corpus, & nihil minus, vel etiam pluſquam ratio poſtulat contabeſcere malum; hoc enim morbi longitudinem; hoc verò imbecillitatem ſignificat, lib. 2. aph 28 134
Febricitanti ſudor ſuperueniens febre non deficiente malum; prorogatur enim morbus, & multam ſignificat humiditatem, lib. 4. aph. 56 388
Febricitantium corpora non conſtringi à frigore, ſed aperta, & diſſabilia, vt permaneant curandum 136
Febricitantem niſi diebus imparibus febris reliquerit ſolet recidiuare lib. 4. aph. 61 396
Feminam geſtari indicat mamma ſiniſtra tumidior 523
Fernelius arguitur 431
Fici folia peſtiferos, & exitiales morbos præmonſtrant quoties corniciis pedes emulantur 226
Filios exponere præ fame lege apud epheſios cautum erat ne cuiq. liceret, niſi ſibi pedes intumuiſſent 104
Fiſtulæ non ſunt intempeſtiuè ſanandę 615
Flatus à quo fiat 588
Flatus ſit a calore temperato 305
Flatus minus cedit medicamentis purgantibus, quàm humor 307
Flatus quomodo excitentur 752
Flatus, per agitationem facti cur potius prodeant à capite, quam aliunde 752
Fluxus quid 735
Fluxus alui genera 818
Fluxus alui in pleuritide, & peripneumonia, cur malum 623
Fluxus alui citò, & cur curandus 808
in Fluxu alui mutationes, cur iuuent 97
Fluxus alui tabidis ſuperueniens non modo eſt ſignum futuræ citò mortis, verum etiam cauſſa 465
in Fluxibus alui mutationes, quæ non fiunt ad malum ſunt vtiles 97
Fluxus muliebris quid 553
Fluxus pleuritidi ſuperueniens materia iam concocta an æquę ſit periculoſus, quam materia non concocta 623
Fluxionem, quæ dolorem capitis ſoluere debet qualem eſſe oporteat 611
Fœminæ hyemę minus ſalaces 42
Fœtor putredinis comes perpetuus 461
Fœtor putredinem arguit 373
Fœtor putredinem indicat 774
Fœtus in vtero laborans non ſubijcitur cognitioni, & curationi medici niſi quatenus prægnantem facit ægrotare 261
Fœtus neceſſariò ſemper matri compatitur 561
Fœtus, etiam in vtero ab epilepſia vexatur 451
Fœtus mares, quidem in dextris, fœminę verò in ſiniſtris magis lib. 5. aph. 48 540
Fomenta ſunt inter remedia tentatiua in affectibus oculorum 657
Fortitudo. & debilitas quotuplex 193
Frictiones, & titillationes pedum quomodo ſomnum inducant 71
Fridericus Imperator ob podagræ dolores à gelu Cydni Fluuij in quem ſe immerſit extinctus eſt 477
Frigida extrinſecus effuſa, cur horrere faciat 218
Frigida qualis nix, & glacies pectori inimica tuſſes mouent, & ſanguinem, & deſtillationes 439
Frigidi ſudores cum acuta quidem febre mortem, cum mitiori autem longitudinem morbi ſignificant. lib 4. aph. 37 356
frigiditas immenſa ſiccitati iuncta an venas pectoris, aut pulmonis frangere poſſit, & ita Phtiſim cauſſare 241
frigiditas verè denigrans non poteſt eſſe in corpore viuente 331
frigidum exanguia omnia lædit 451
frigidum malè adminiſtratum poteſt eximia mala producere 494
frigidum inimicum oſſibus, dentibus, neruis, cerebro, ſpinali medullæ, calidum verò vtile lib. 5. aph. 18 480
frigidum autem conuulſiones diſtenſiones liuores rigores febriles lib. 5. aph. 17 476
frigus 370
frigus quid 343
frigus cur conuulſiones inducat 477
frigus quomodo ſenſum ſtupefaciat 500
fructuum vſus facit æſtatem morboſiorem 251
furor frequentius in mulieribus contingit 517
furor quomodo ſedetur à ſuperueniente Hydrope 719
furor quomodo ſedetur à ſuperueniente mentis alienatione 720
furor quomodo ſedetur à ſuperueniente dyſenteria 719

G

Gabriel Fallopius Mercurialis præceptor. 442
Galenus Romæ commentaria in Aphoriſmos Hippoc. ſcripſit. 5
Galenus notatus. 561
Genæ. & præputium, cur non coaleſcant. 632
Generatio potiſſimum fit ab humido. 505

in Genuum

©BIUM

in Genuum grauitate,cur per inferiora purgandum. 326
Gibbis cur halitus grauiter fœteat. 466. 686
Gibbositatis causæ. 685
Gibbositas ante pubertatem facta,cur pernitiosa. 686
Glacies & nix exitiosa detrimenta inducunt, & quæ. 497
Gn. Papirius Carbulo. 264
Γνώμη quid importet. 77
Graciles cur interdum voraces. 15
Graciles & facile vomentes purgare superius cauentes hyemem. lib.4.aph.6. 291
Gracilitas quid & eius causæ. 293
Gracilitati crurium equitatio confert. 637
Gracili & accipitres epileptici fiunt. 319
Gramphi. 130
Grandioribus autem iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his,& febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia sanguinis. lib.3.aph.27. 269
Grauidæ quando purgari possint. 507
Grauidas purgare turgente materia à quarto mense, vsque ad septimum minus verò has recentiores autem, & seniores vereri oportet. lib.5.aph.29. 506
Grumus quid. 433

H

HAberi ab aliqua ægritudine quid importet. 338
Habitus exercitatorum, qui ad summum bonitatis attingunt periculosi si in extremo cõstiterint, neq; enim possunt in eodem permanere,neq; quieuere cum verò non quiescant, neq; possint proficere in melius reliquum est, vt decidant in deterius his de causiis bonum habitum statim soluere expedit, vt corpus rursus nutriri incipiat,neq; compressiones ad extremum ducendæ (periculosum enim:) sed qualis natura fuerit eius, qui debet perferre ad hoc ducere conuenit sic,& euacuationes, quæ ad extremum deducunt periculosæ, & rursus reffectiones cum extremæ fuerint periculosæ lib.1.aph.3. 12
Habitus ex consuetudine plus valet,quam naturalis. 193
Halitus cur phthisicis non fœteat. 465
Halyce, idest anxietudo Oscitatio horror vinum æquale æquali potum soluit ægritudinem. lib.7.aph.57. 788
ex Helleboro medicamentum quale sit. 310
Helleborus Cassratus. 312
Helleborum exhibendi plures modi. 312
Hellebori dosis. 310
Hellebori mollis dosis. 312
Helleborus carnes consummit. 318
Helleborus studiorum gratia sumptitatus. 310
Helleborus singulariter prolatus per albo accipitur. 310
Helleboro poto motus debetur. 313
Helleborus tyranno assimilatur. 439
Helleborus in spacio quatuor horarum operationem inchoat septem absoluit. 313
Helleborus albus, neq; hyeme, neq; æstate rectè datur. 308
Hellebori medulla sistit vomitiones. 317
Hemina est pondus sex vnicarum. 519
Hemorrhoides ætatis cõsistẽtię morbus familiaris,& proprius. 276
ab Hemorrhoidibus sanguis, quomodo educatur. 613
Hemorrhoides à quibus morbis præseruent. 337
Hemorrhoidarum fluoris diuturni causæ. 614
Hemorrhoidarum immodicè fluentium in curatione,an vna saltem aperta relinquenda. 614
Hemorrhoides intempestiuè non sunt sanandæ. 615
Hemorrhoides caluis superuenientes liberant à caluitio. 662
Hemorrhoidibus intempestiuè sanatis, cur Hydrops, & Phthisis, quandoque succedat. 615
Hemorrhoidum fluxus ab insania liberat. 333
Hepatis durities in Ictericis, cui mala. 676
Hepatis durities semper est mala si fiat cum delirio, & cur. 402
Heraclitus opinio de modo, & de loco, vbi fit vrina. 306
Herodicus Selymbrianus Hipp. præceptor. 164
Herpes. 531
Hipp. consuetudo in proferendis sententijs. 150
Hipp. sub vno verbo multa solet comprehendere. 298
Hipp.in Epid. non est ita exactè locutus, vt in Aphorismis. 311
Hipp. in experimentis tàm faciendis,tùm obseruandis diligentissimus fuit. 228
Hippocrates semper integra sanitate est vsus. 163
Hipp. lingua Ionica scripsit ex Democriti persuasione. 332. 697
Hipp. & alij veteres non cognouerunt blanda medicamenta purgantia. 587
Hippocrates Astra contempsit. 316
Hippocratis præceptores, qui fuerint. 2
Hipp. consuetudo in probando. 340
Hippocratis origo ab Hercule, & Æsculapio fuit. 2
Hippocrates secundum populi significatum voces vsurpare consueuit. 81
Hipp. in ægipto versatus est. 309
Hipp. aræ, & templa dicata. 2
Hipp. excrementa gustasse, qui referant. 2
Hipp. primus elementorum efficaciam,& nomina excogitauit calidoquè & frigido vim omnium rerum efficiendarum tribuit. 288
Hipp. scripta semper ad ipsius artis exercitationem dirigũtur. 602
His qui non ex ratione leuius se habent non oportet fidere, neque multum formidare mala.qui præter rationem eueniunt plurima, enim talia stabilia non sunt, neque multum durare, & permanere consueuere. lib.2.aph.27. 132
His qui per circuitus accessionem habent nil dare oportet, neque cogere. sed subtrahere adiectioni ante iudicationes. lib.1.aphorism.19. 50
Homines sponte se purgabant tempore Hipp. 84
Homines in ætate consistentię magis consilijs valent sicut iuuenes viribus. 274
Homines semper moriuntur diebus imparibus. 334
hominis principium, quando. 227
hominis primum principium est natiuitas. 33
hominibus innatum est, vt rebus nouis delectentur. 195
homo variis rerum, & fortunæ casibus est expositus. 195
homo cur intellectu cuncta animalia valde excellat. 474
homo cur factus staturæ erectæ. 206
homo inter animalia maximè claudus oriri potest, & cur. 711
homo tantum epilepsia vexatur ex Arist. 319
homo solus fluxu sanguinis narium tentatur, & cur. 494
homo tantum inexplebili esuriendi libidine perit. 797
horror. 370
horror quid. 343. 789
horror post sudorem, cur non sit bonus. 718
humanum corpus cunctis aliis præ dignitate antecellit. 7
humectatio duplex. 310
humiditas dolorem, aut nullum. aut exiguum parit. 131
humidiora minus nutriunt, & celeriter alunt è contra siccciora plus quidem nutriunt: sed tardius reficiunt. 90
humidum natiuum plus à calore febrili consumitur septem diebus quàm à calore naturali quadraginta annis. 306
humidum pro custodienda vita quale sit. 176
humor quartanam faciens est in venis,& aliis partib.naturalib. 130
humores,qui in febribus malignis peccent. 406
humores omnes agitati cur frigidi fiant, mare, autem potius incalescat. 37
humores peccantes, quomodo cognoscantur. 285
humores fluentes semper à quibuslibet partibus affectis abducendi sunt. 581
humores aliis temporibus accumulati in verè exagitantur, & morbos pariunt. 688
humores omnes suapte natura sunt obscuri. 330
humores graues melius per inferiora purgantur. 327
humores fiunt splendentes, & colorati ratione caloris, & spiritum. 330
humores naturales generantur à calore commoderato præter naturales ab incommoderato. 330
humores peccantes,quomodo cognoscantur. 10
humorem nigrum ex adustione denici malum. 689
humoribus lædẽtibus excretis, & trãsmutatis; morbi soluũtur. 395
humorum attractionis ad partes affectas causæ quæ. 748
humorum varietas, & copia ostendit, quis modus sit in medendo tenẽdus. 99
hydatismus. 571
hydrophobia post plures annos reddit crisi imperfecta existẽte. 91
hydrops. 304
hydrops fit etiam à potu vini meri. 306
hydrops,quomodo sequatur lienteriam. 678
hydrops furorem soluit inchoata, non consumpta. 721
hydropẽ detenti defluuia capillorum patiuntur. 462
hydropis species quinque Stephano Athenienſi. 305
hydrops necessariò mortem affert. 788
hydropes lienis tumores sequi solent. 257
hydropici an fiant calui. 651
hydropicis perforatis, cur affatim omnis aqua nõ est educẽda. 646

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 852 sur 867

©BIUM

INDEX

Hydropicis cur tuſſis ſuperueniens mala. 663
Hydropicorum vicera difficile ſanari. 606
Hyems irritat quicquid in faucibus, in lateribus, in viſceribus mali contrahitur. 260
Hyeme vomendum, æſtate clyſteribus euacuandum, at cur. 289
Hyems aquilonia, & ficca, quæ dicatur. 228
Hyemem verò morbi lateralis, & pulmonis inflammationes, grauedines, atque raucedines, tuſſes, dolores pectoris, & laterum, atq; lumborum, capitis, dolores, vertigines, & Apoplexiæ. lib. 3. aphoriſm. 23. 259
Hyemales morbi. 259
Hypoſarca inter morbos receſſetur, qui neceſſariò interimunt. 305
Hypocondrium. 153
Hypocondrium optimum quale. 154
Hypocondria ſuſpenſa, quæ 571
Hypocondria eleuata, quæ dicantur, & à qua cauſſa fiant. 417
Hippocondria mollia in quouis morbo ſunt optima. 154
In Hypocondriis dolores, cur frequentius fiant. 673
Hyſtericæ mulieres. 517

I

Icterus, & rigor in quo differant. 400
Ictérici duplices. 676
Ictéritia quid. 676
Ictéritiæ quatuor genera. 676
Ictéritia quos morbos ſequatur. 676
Id quod ſua natura eſt tale ſemper, & vbiq. eſt tale. 373
Iecoris inflammatio quid. 736
Iecoris partem cuidam fuiſſe abſciſſam, & ſuperuixiſſe narrat Auicennas. 629
Iecoris durities, quæ fit ab inflammatione, quomodo dignoſcatur ab ea quæ fit a Scyrrho. 677
Iecoris vulnera profunda inſanabilia, & cur. 629
Ieiunantium incommoda quæ. 34
Ieiuni aliqui, cur magis læduntur, quam paſti. 315
Ieiunantes potius ſiti, quam fame vrgentur. 38
Ileus quid, & quomodo fiat. 679. 728
Ilei cauſſa. 680
Ileum ex ſtranguria an fieri poſſit. 680
Ilei proprietas propria quæ. 728
Ileum grauem, quæ ſymptomata ſequantur. 727
Immoderantia duplex. 73
Impregnationis nullum ſignum certum in primis menſibus reperitur. 528
Impregnationis ſigna. 528
Impuritas duplex. 87
In acceſſionibus abſtinere oportet, nam cibum dare nocuum eſt, & quibus per circuitum fiunt acceſſiones in ipſa acceſſione abſtinere oportet. lib. 1. aph. 11. 27
In acutis paſſionibus rarò, & in principiis medicinis purgantibus, vti, & hoc cum præmeditatione faciendum. lib. 1. aph. 24. 64
In acutis paſſionibus quæ cum febre ſunt luctuoſa ſuſpiria malum. lib. 6. aph. 54. 699
In acutis febribus cõuulſiones, & circa viſcera dolores fortes; malum. lib. 4. aph. 66. 403
In ætatibus autem talia contingunt paruis, & nupernatis pueruli oris vlcera, quæ aphtæ vocatur, vomitus, tuſſes, vigiliæ, pauores, vmbilici inflammationes, auriũ humiditates. l. 3. aph. 24. 261
Inappetentia quare malum ſignum, & mala cauſſa. 597
Inappetentia in morbis acutis delirio deterior, & cur. 149
In capitis ictu obſtupeſcentia, & deſipietia malum. l. 7. aph. 14. 732
In conſtantibus temporibus cum tempeſtiuè, tempeſtiua redduntur; morbi conſtantes, & boni iudicij fiunt, in inconſtantibus autem in conſtantes, & mali iudicij. lib. 3. aph. 8. 222
Iudicationes præcipuè quæ. 46
Indicatiões reduci ad vnã ad plures, & ad pauciores prout libet. 47
Indicationes etiam à natura partium ſunt ſummendæ. 494
Iudicationes ſextæ diei infidæ. 342
Indicationum diuiſio. 47
Indicatorii dies, qui. 125
Inediæ conſummatæ terminus ſeptima dies. 17. 33. 79. & 449
Infantes primis X L. diebus, neque rident, neque vigilant, neque lachrimantur. 263
In febre non intermittente ſi labrum, vel oculus, vel naſus, vel ſupercilium peruertatur, vel non videat, vel non audiat iam debili exiſtente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima eſt. lib. 4. aph. 49. 376
In febre non intermittente ſi labrum, aut naſus, aut oculus, aut ſupercilium peruertitur, ſi non videat, ſi non audiat, & iam debilis ſit, quicquid horum fuerit mors propè eſt. lib. 7. aph. 71. 806
In febribus non intermittentibus ſi partes exteriores frigidæ interiores vruntur, & ſitim habeat lethalę eſt. l. 4. aph. 48. 374
In febribus abſceſſus, qui ad primas iudicationes non ſoluunt longitudinem morbi ſignificant. lib. 4. aph. 51. 379
In febribus circa ventriculum, & fortis æſtus, & cordis morſus, vel dolor malum. lib. 4. aph. 65. 402
In febribus ſpiritus offendens malum, conuulſionem enim ſignificat. lib. 4. aph. 68. 407
In febribus non intermittentib. ſi exteriora frigent interiora vruntur, & febris habeat lethalę. lib 7. aph. 70. 805
In febribus ex ſomnis timores, vel cõuulſiones malum. lib. 4. aphoriſm. 67. 405
Infida ſunt, quæ diſparent, abſque ſigno. 62
Inflammatio quot modis ſedetur. 690
Inflammationis nomine duo intelliguntur. 556
Inflammatis internis viſceribus interiora vri, & exteriora frigere, & cur. 714
Inflammatio articulorum, vbi fiat, & quomodo. 690
Inflammationes, ſine vlcere initio purè repercutientia cum reſoluentibus, in ſtatu magis reſoluentibus, aut ſuppurantibus poſtulant. 495
Influens calor. 36
Influxu mulebri ſi cõuulſio, & animi defectus euenerit malum. l. 5. aph. 56. 552
In forti dolore ventris partium extremarum frigiditas; malum. l. 7. aph. 26. 747
Ingenii ſimplicis eſt velle quorũlibet imaginationes cõfutare. 337
Ingenia ſiccitate acuuntur humiditate obtunduntur. 246
Ingenium, & iuditium præclarum, quomodo cognoſcatur. 367
In hepatis inflammatione ſingultus malum. lib. 7. aph. 17. 736
In his frigido vtendum, vnde fluit ſanguis, aut fluxus eſt non ad ipſa, ſed circa ipſa; vnde inſtoit, & quæcunque inflammationes, vel inflamina ad rubrum, & ſubcruentum ſanguine recenti tendunt, nam vrentibus nigredinem affert eryſipelas etiam non vlceratum iuuat, nam exulceratum lædit. lib. 5. aph. 23. 494
In inſanientibus ſi varices, vel hęmorrhoides ſuperuenerint inſaniæ ſolutio. lib. 6. aph. 21. 635
In longis leuitatibus inteſtinorum ſi fuctus acidus fiat, qui prius non erat ſignum bonum. lib. 6. aph. 1. 591
In longis difficultatibus inteſtinorum inediæ ex faſtidio malum, & cum febre peius. lib. 6. aph. 3. 596
In medicationibus talia educere è corpore qualia, & ſpontè prodeuntia vtilia, quæ verò cõtrario modo prodeunt cohibere oportet. lib. 4. aph. 2. 284
In morbis acutis frigus partium extremarũ malum. l. 7. aph. 1. 713
In morbis melancholicis ad hæc periculoſi decubitus ſtuporem corporis, vel conuulſionem, vel furorem, vel cecitatem ſignificant. lib. 6. aph. 56. 703
In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut ætati, aut habitui, aut tempori magis cõgruit morbus, quam quibus ſecundum nil iſtorum congruit. lib. 2. aph. 34. 149
Innanitionem à repletione curari, quomodo intelligendum. 121
Innati caloris, ſeu influentis natura. 36
In omni corporis motu, vbi laborare cęperit, quies ſtatim laſſitudinem aufert. lib. 2. aph. 48. 187
In oſſis præciſione ſtupor, & deſipientia ſi in vacuum apprehenderit. lib. 7. aph. 24. 745
In perturbationibus ventris, & vomitibus ſpontinis ſi talia purgentur, qualia purgari oportet confert, & leuiter ferunt ſin minus contra, ſic & vaſorum innanitio ſi talis fiat, qualis fieri debet cõfert, & bene tolerant ſin minus contra; inſpicere itaque oportet, & regionem, & tempus, & ætatem, & morbos in quibus conueniat, aut non. lib. 1. aph. 2. 10
In profluuijs alui mutationes excrementorum iuuant, niſi ad mala mutatio fiat. lib. 2. aph. 14. 97
In progreſſu verò cum iam dentire incipiunt gingiuarum prurigines febres conuulſiones alui profluuia, & maximè cum caninos ædunt dentes, & his præſertim pueris, qui craſſiſſimi ſunt, & aluos duras habent. lib. 3. aph. 25. 264
In quo morbo ſomnus laborem facit; mortale, ſi verò iuuat; non mortale. lib. 2. aph. 1. 68
In quouis morbo mente conſtare, & bene ſe habere ad illa, quę offeruntur; bonum. contra verò ſe habere; malum. l. 2. aph. 33. 146
In quonis morbo partes ad vmbilicũ, atq; imum ventrem attinentes craſſitudinem habere maluis eſt multum verò extenuari, ac contabeſcere prauum: ſed & hoc quoque ad inferiores purgationes periculoſum. lib. 2. aph. 35. 153

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 853 sur 867

©BIUM

INDEX.

Infania. 576
Infani cibum, & potum fumentes diù durant, 148
Infania cur varicibus, aut Hæmorrhoidibus ſuperuenientibus ſoluatur. 637
Infaniæ, & alijs capitis affectionibus vtiliſſima eſt miſſio ſanguinis ex infernis partibus. 637
In ſiccitatibus febres acutæ fiunt, & ſi annus magna ex parte talis fuerit qualem fecerit conſtitutionem tales plurimum morbos oportet expectare. lib.3.aph.7. 220
Inſomnia turbatiora, cur in autumno. 251
Inſtrumenta medica, quæ. 821
Intemperata, quæ ſecundum medicos. 214
Intemperies magna à nulla re emendatur. 567
In temporibus, quando eadem die modo calor, modo frigus ſit autumnales morbos expectare oportet. lib.3.aph.4. 213
In tenui victu ægri delinquũt quo ſit, vt magis lædantur. Quicũque enim error committitur magnus, maior in hoc ſit, quam in paulò pleniori victu propterea etiam ſanis periculoſus exiſtit valde exquiſitus victus, & conſtitutus, quoniam errores grauius ferunt, ob hoc igitur tenuis victus, atque admodum exquiſitus eo, qui ſit paulò plenior magis periculoſus, lib.1.Aph.5. 19
Interpretis boni, munus, qualis...5. 19
Inteſtina facultate attractricę carent. 621
Inteſtina craſſa vulnerata coaleſcere poſſunt. 628
Inteſtina poſſunt diú extra abdomen manere, ſine putrefactione: ſed omentum ſtatim putreſcit. 708
Inteſtina tenuia, & præſertim, quæ ſtomachio ſunt proxima vulnerata vix ſanari poſſunt, & cur. 628
Inteſtinorum ſtatus ſignificatur ab egeſtionibus. 102
Io: Fernelij opinio de lapide veſſicæ. 430
Irritamenta quæ. 55
in Iſchiade, quando excidit coxa, cur tabeſcat. 710
Iſchiadicus dolor, quomodo fiat. 709
Iſtmus quid. 266
Iudicandi ratio à ſimilitudine, & diſſimilitudine rerum à ſe ipſis ſumpta extollitur ab Hipp. Plutarcho, & Galeno. 149
Iuditium an difficile. 7
Iuditium verũ de vita, & morte ægrotantiũ fit in morbi vigore. 23
Iuditium medici perturbant confidentia, & timor pariterq. ab operatione recta abducunt, 134
Iuditium nullum ſit abſq; diſcrimine, & periculo. 271
Iudicationes factæ, ſine ſigno infidæ ſunt. 99
Iumentis an recreſcat vngula vſque ad ſuffraginem. 749
Iuſquiamus à latinis Altercum, & cur dicatur. 71
Iuuenes, cur ægrotent plus quam faciant, ſenes. 164
Iuuenes, cur magis proni ad ſanguinis ſputum, & tabem, quam ſenes. 469
Iuuenes cur melius habeant ea autumni parte, quæ hyemi proximior. 249
Iuuenibus autem ſanguinis ſpuitiones tabes febres acutæ morbus comitialis, & alii. ſed præcipuè antedicti. lib.3.aph.29. 272
in Iuuenibus nullum malum ferè ſine ſpe. 768

L

Labia cur à natura facta. 826
Labia liuida reſſoluta inuerſa frigida ſi ſint mortiferum eſt. lib.8 aph.11. 826
vbi Labor, & dolor ibi ſit humorum attractio, & ob debilitatem ſuſceptio, 349
Lac dare caput dolẽtibus; malum, malum verò, & febricitantibus, & quibus alia ſuſpenſa murmurant, & ſiticuloſis malum autem, & quibus in febribus acutis bilioſæ ſunt deiectiones, & quibus ſanguinis multi deiectio facta eſt; conuenit autem, & tabidis dare, qui non valdè multum febricitant, & in febribus longis, & paruis ſi nullum ex ſupradictis ſignis affuerit, & præter rationem conſumptis. lib 5.aph.64. 569
Lac in mammillis etiam ante conceptionem, vel partum. 523
Lac in maribus. 523
Lac eſt ſanguis dealbatus. 433
Lac & pus in quo differant. 524
Lac in ſexagenariis mulieribus, quando fieri poſſit. 524
Lac in vlceribus pulmonis. 570
Lactis natura. 569
Lachryma quid, & quomodo generetur. 814
Lachrymarum cauſæ. 814
Lachrymæ inuoluntariæ malum indicant morbum. 381
Lachrymæ voluntariæ numquam malè quantum ſit ex ſeſe. 381
Lachrymæ præter voluntatem à quibus fiant cauſſis. 382
Lachrymæ inuoluutariæ, quæ. 382
Lachrymæ guſtandæ. 815
Læſio ſit actione frequenti. 309
Lethargus. 819
Læthargus quid. 819
Læthargi cauſa. 275
in Lethargo tremor malum. lib.8.aph.6. 819
Lapis in veſica, quomodo generetur. 431
Lapidem veſicæ fieri à lapide renum ibi retento ſcripſit Fernelius. 430
à Lapide veſicæ ferę immunes, quibus aluus lubrica. 203
Lapides in homine in cũctis corporis cauitatibus fieri poſſunt. 267
Laſſitudo quid. 75
Laſſitudinum genera duo. 346
Laſſitudo eſt tantum partium, quæ flectuntur. 189
Laſſitudo cur morbum prænuntiet. 75
Laſſitudo in quo genere affectuum ponenda. 75
Laſſitudo verum morbus an ſymptoma. 75
Laſſitudinem habentibus in febribus; in articulos, & circa maxillas potiſſimum abſceſſus fiunt. lib.4.aph.31. 346
Lectus penſilis. 315
Leges ſcire omnes tenentur. 4
Legumina in ſe pituitam craſſam habent. 250
Λεπτύνωμενοι qui. 78
Leucophlegmatia quid. 750
Leucophlegmatia, quomodo fiat. 750
Leucophlegmatia an ſit Hydrops conſumata, vel rudimentum Hydropis. 750
Leucophlegmatia à quo oriatur. 750
Leucophlegmatia, cur á ſorti fluxu ventris ſoluatur. 751
Lien an in dextra, & iecur in parte ſiniſtra vmquam viſum ſit. 677
Lien, vbi floreſcit totum corpus contabeſcit. 257
Lien aliquando ita augetur, vt inſtar Zonæ cingat ipſumq. etiam iecur complectatur. 677
Lienis morbi poſt xiiij. annũ redeunt, qñ criſis non fuit perfecta. 91
Lienoſis difficultas inteſtinorum ſuperueniens bonum. lib.6.aphoriſm.48. 688
Lienoſi quomodo fiant. 689
Lienoſis dyſenteria, cur bona. 689
Lienoſi, quibus longa ſuperuenit diſenteria, cur moriantur. 678
Lienoſis, cur os fœteat, & gingiuæ corrumpantur. 689
Lienteria quid. 307. 591
Lienteria quis affectus. 307
Lienteria eſt exitialis in prægnantibus. 516
Lienteria non oritur à leuitate inteſtinorum. 519
Lienteria, quomodo in lienoſis ſequatur dyſenteriam. 678
Lienteria Hipp. quæ. 592
Lienteria cur ſit morbus diuturnus. 592
Lienteria poſt dyſenteriam longam, cur ſequatur. 808
Lienterici non ſunt vomitu tractandi, & cur. 308
Λιμὸς. 793
Lingua ab imaginatione mouetur. 765
Lingua nullum ſaporem habet naturaliter. 823
Lingua in morbis ſemper conſideranda, & cur. 822
ſi Lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit tale eſt melancholicum. 764
Lingua nigra, atque cruenta cum quid horum ſignorum abeſt malum validum non eſt, & imbecilliorem luctum ſignificat. lib.8. aph.8. 822
Λίπαρα. 758
Lippitudo quomodo fiat. 624
Lippitudo ſeu ophthalmia triplex. 625
Lippitudo quælibet, an ſit contagioſa, & quomodo. 625
Lippientibus quomodo alui fluxus iuuet. 624
Lippientium oculorum ſpiritus oculos ſanos inficiunt. 464
Lippientem alui profluuio corripi bonum. lib.6.aph.17. 624
Locus plus poteſt ad indicandam euacuationem, quam natura humoris. 327
Lotium ſubſtillum. 433. 778
Lubricitatis alui cauſſæ, quæ. 115
Lectuoſa ſuſpiria, cur mala in morbis acutis. 700
Lumbago. 260
Lumborum dolores ſunt potius grauatiui, quam extenſiui, aut corroſiui. 304
Lumbricorum genera tria. 267

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 854 sur 867

©BIUM

Luxatio facit maciem, & macies luxationem. 710
Λύτε, quid apud Hipp. importet. 119
Lypiria. 575
Lypiria febris cholera terminatur. 804
Lypiriam, quando sola cholera soluat. 375
Lypothymia, seu Lypopsichia, quid. 167
Lypothymia Lypopsichia, & syncope ad quas facultates spectet. 63

M

Macro cephali, qui. 205
Meror quid. 640
Meroris causa externa, quomodo interna fieri possit. 641
Mestitia fit grauato ventriculo. 641
Magi numquam plorant, & hoc inditio prodi dicuntur. 814
Magnitudo corporis iuuente quidem, neq; indecēs, neq; illiberalis senectute verò inutilis, & deterior paruitate. lib. 2. aph. 54. 204
Mala, quæ fiunt ab externis caussis non sunt ita periculosa, quemadmodum quæ fiunt ab internis. 623
Malorum deterrimum est illud qui fit in capitis medulla. 377
de Mammarum capillitio Aristoteles notatus. 424
Mādragoræ poma premādunt Elephātes ad libidinē excitandā. 107
Mandragoras concupiuit Rachel pro concipiendo. 107
Mania quid. 526
Mania quomodo fiat. 575
in Mania, cur non fiat febris. 705
Mania in quo differat à phrenitide. 526
Mania fit varicibus curatis. 575
Marasmati, cur non conuellantur. 737
M. Antonij remedium ad curuitatem. 685
M. Curius Dentatus. 264
Mares, quomodo arte generari possint. 541
Marem in utero esse mamma dextera tumidior indicat. 523
Mare, cur non glaciatur. 37
Masculorum, & fœminarum causlæ. 530
in Masculorum conceptu, cur color mulieris melior. 530
Masculus imaginem discretam in utero in diebus 30. fœmina in 42. recipit. 33
Materia purganda qualis esse debeat. 62
Materia praua existente in partibus internis corporis ad externas arte est trahenda. 644
Materia semel in cutim deposita inde medicamentis auferri nequit. 302
Materiæ turgentia à quo fiat. 60
Materia, cur rarò turgeat in principio. 60
Mechioacham. 317
Medicari æstate superiores, magis hyeme verò inferiores: lib. 4. aph. 4. 288
Medicari in valde acutis si materia turget eadem die, tardare enim in talibus malum est. lib. 4. aph. 10. 300
Medicamenta benigna, quæ. 803
Medicamenta, quæ vrinam, & quæ menses prouocāt eadē sunt. 520
Medicamenta, quibus sanis quandoque prosint. 157
Medicamenta, cur à cibo quandoque magis operentur, cum antea non operaretur, vel parum. 317
Medicamenta sanis non sunt adhibenda. 159
Medicamenta egentibus tantum danda. 159
Medicamenta in acutis mutanda si non prosint, & alia, atque alia experienda. 199
Medicamenta mutanda sunt. sed non medicationes. 196
Medicamentis egent, qui in victu frequenter errant. 239
Medicamentorum conferentia attēditur penes dispositionem præternaturalem. 11
Medicamentum in alimento optimum. 103
Medicina quid. 120. 197
Medicina ars muta dicitur à Virgilio. 6
in Medicina nil temere audendum, aut negligendum. 133
Medicina constituitur ex occasione experientia, & iuditio. 7
Medicina, quomodo ars longa, & quomodo breuis. 6
Medicina per excellentiam ars apud Veteres dicta. 6
in Medicina facienda non minus valet medici curantis authoritas, & existimatio, doctrina, & vsu parta, quam remedia. 332
Medicus potius generalia, quam particularia in quibus sepè hominum iuditia falluntur cognoscere debet. 407
Medicus tenetur immitari naturam rectè operantem. 10. 56. 343
Medicus, quando rectè operatur. 61
Medicus debet cognoscere an mulier habeat in utero an id quod habet bene, vel male habeat an ad legitimum partum sit perseuerarum, vel intermoriturum. 546
Medicus, cur in diebus criticis ab euacuatione abstinet. 353
Medicus non tantum debet spectare vtilitatem operationis circa ægrotos, verum etiam securitatem, atque iucunditatem. 287
Medici moderni potius gustum, & delicias ægrorum, quam vtilitatem sequuntur. 324
Medicus debet potiùs mala, quam bona cognoscere. 406
Medicus, quando debet à purgando abstinere, & quando non. 286
Medicus, circa ægros ante tertiam diem, quicquam mouere debet ex Ægypt. doctrina. 138
Medici Diatritarii. 138
Medici in prædicendo, cur minus vera aliquando proferant. 103
Medicus, quæ primum ab ægris percunctari debeat. 601
Medicus ille plus sanat, qui plures ægros sibi obedientes hēt. 8. 147
Medicus, circa ægros mouere quicquam numquam debet, nisi necessitas vrgeat. 56
Medicus animum ægrotantium, & gustum delectare debet, quantum sibi ab arte conceditur. 161
Medici opus præcipuum est vitam tueri, ac prorogare. 9
Medicus assidens vix vnum tantum ægrum curare potest. 8
Medicum oportet esse exercitatum, atque natura prudentem. 200
Medici aliquando coguntur quantitatē auxiliorū transcendere. 197
Medicus non potest curare nisi morbum cognoscat. 200
Medicus, & æger concordes esse debent aduersus morbum. 9
Medicus non modo oportet cognoscere oportunum operandi tēpus, verumetiam quiescendi. 53
Medici solercia in cibando in quo maximè eluceat. 29
Medici Σκατοφάγοι. 2
Mediocritas in cunctis aurea. 72. 810
Melancolia quid. 704
Melancolia, quando abscedat in grauiores morbos. 404
Melancolia naturalis. 328
Melancolia præternaturalis. 328
Melancolia dominatur vesperæ ex partibus diei, & autumo ex partibus anni. 706
Melancolici qui. 612
Melancholicis, cur sanguis exiens ab hemorrhoidibus prosit. 612
Melancholici indigent assidua medicatione. 705
Melancolici, cur diutissimè viuant. 705
Melancolicorum species tres. 297
Melancolicus humor est cunctis partibus infensus. 297
Melancolici, cur fiant interdum apopletici. 704
Melancolici, quomodo fiant epileptici. 704
Melancolici, quomodo fiant Maniaci. 705
Melancolici morbi habent suos terminos ad quos antequam perueniant si irritentur medicamentis fiunt multo acerbiores, & contumaciores. 128
Melancolici, quomodo fiant cęci. 705
Melancolicos plenius inferiores eadem ratione contraria apponentes libri 4. aph. 9. 297
Melancolicus humor, quomodo timorem, & mestitiam influat. 527
Mellicratum quid. 527
Mellis vsus laudatus in senibus. 589
Mens turbata si diù perseueret trahit in consensum Os ventriculi, & inappetentiam inducit. 148
Menses amissi vt reuertantur, curandum. 515
Mensium mensura. 555
Mensium suppressionis causlæ. 555
Mēsibus suppressis mulierib. barbā pullulasse obseruauit Hipp. 514
Mensibus non prouenientibus capitis dolores accerbissimi fiunt, vel quælibet alia pars morbo infestatur. 554
Menstruus sanguis quid. 512
Menstrua optima, & naturalia, quæ. 519
Menstrua non naturalia. 519
Menstrua à xij. vsque ad L. annum fluunt naturaliter. 519
Mēstruis deficiētib. sāguis ex narib. fluens bonum. l. 5. aph. 33. 513
Mēstruū sanguiné per māmas, & per vmbilicū exisse, quandoq. 512
Menstruę purgationes præternaturales, quot modis fiant. 554
Menstruæ purgationes semper turbant corpora mulierum etiam non grauidarum. 561
Mentham tempore belli serere, cur vetitum erat. 566
Mente, qui valent, & prompte cibum capiunt à graui morbo non exercentur. 146
Mentis operationes maximę; experientia, & iuditium. 7
Mentis torpor, cur ijs, qui plus iusto balneis vtuntur accidat. 474
Meri potio, quando in oculorum affectibus conueniat. 656
Metuentes, & qui ad suplicia ducuntur, nec non qui laborant febre epiala sitiunt, & cur. 375

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 855 sur 867

©BIUM

INDEX

Mictio noctu plurima facta paruam significat deiectionem, lib.4. aph.83. 437
Mictio cruenta duplex. 428
Mæcenas ob Zelotipiam Vxoris ergà Augustum per bienium non dormiuit. 737
Molles boni, crudi verò mali. lib.5.aph.67. 578
Molles carne, sunt apti ingenio. 793
Monogrammi qui. 205
Monstra quandoq; fiunt in medicina. 133
Morbus quid. 798
Morborum genera duo. 300
Morbi non fiunt subito: sed eluceſcunt. 61
Morbi fiunt omni ætate, & omni tempore: sed alios magis in vna alios magis in altera. 472
in Morbo quolibet quatuor spectanda, & quæ. 22
Morbi natura ante omnia à medico spectanda. 201
Morborum genera trecenta ex Plinio. 228
Morbi tribus modis finiuntur, & quibus. 152
Morbus nullus ægrotantes robustos facit: 143
Morbus difficilis iudicij, quis dicatur. 32
Morbus magnus dicitur tribus modis. 142
Morbus dupliciter consideratur. 142
Morbi faciliores cognitu, qui. 112
Morbi initium, vbi auspicandum. 125
Morbis quibuslibet incipientibus si atra bilis, vel supra, vel infra exierit lethale. lib.4.aph.22. 331
Morbo nouus vetusto accedes malũ maximè periculosũ reddit. 470
Morbi initium, quomodo sumatur apud medicos. 331
Morbi omnes exteriores sunt tutiores, & tanquam signa, & tamquam causæ. 605
Morbum ab exterioribus ad interiora verti, cur non bonum. 643
in Morbis nil temere asserendum præsertim acutis. 132
in Morborum curationibus semper à leuioribus est inchoandum si periculo vacet morbus. 21
morbi à quibus fiant omni tempore. 251
morborum causæ tres, & quæ. 251.333
morbi longitudo ex copia materiæ, atq; cruditate indicatur. 380
morborum longitudinis causæ tres, & quæ. 367
morbi constantes, qui. 222
morbi inconstantes, qui. 223
morbi a calore natiuo superantur. 796
morbi, qui cum febribus coniuncti, sunt mitiores. 351
morbus remedium indicat. 20
morbis extremis extremas medicationes paruis paruas mediocrib. mediocres conueniunt. 21
morbi extremi, qui. 22
morbi fiunt per excessum, vel defectum à medio. 805
morbi deteriores sunt, qui ab ægris non percipiuntur. 76
morbi ex decidentia. 123
morbi acuti, cur xiiij. diebus iudicentur. 123
morbi calidi iuuentutis finiunt in senectute. 164
morbi, qui in diebus paribus exacerbantur serius iudicantur, qui verò in imparibus citius. 355
morbi inclinatio non est pars paroxismi. 27
morbi mali signum est celeriter emarcescere. 135
morbi, vbi abscedũt non facta perfecta humorũ peccantium euacuatione, nec ægro appetente, aut vires recuperante prædicendum est morbum esse reuersurum. 91
in morbis lethalibus nil in principio mouendum, & cur. 139
morbi læthales, quomodo statim cognoscantur. 139
morbi acuti, quinque de caussis fiunt, & quibus. 23
morbi acuti omnes ex bile secundum Aristot. 220
morbi acuti omnes à succis calidis prodeunt. 365
morbi acuti à bile fiunt. 754
morbi diuturni ægrè per sudores iudicantur. 355
morbi ex repletione soluuntur inanitione. 379
morbi corporis an animi deteriores. 76
morbi in pluuiarum multitudine magna ex parte fiunt febres longæ alui profluuia putredines morbi comitiales, & attoniti quos Apoplexias Græci vocant, & anginæ in siccitatibus autem tabitudines, lippitudines articulorum dolores stillicidia vrinæ, & difficultates intestinorum. lib.3 aph.16. 240
morbi, qui fiunt in vna constitutione finiuntur in subsequenti. 127
morbi hyemales perniciosiores, quam æstiui. 128
morborum, quoq; alij ad alia benè, vel malè se habent, & quædam ætates ad tempora, & loca, & victus genera. lib.3.aph.3. 212
morbi omnes, quidem in omnibus temporibus fiunt, quidam verò magis in quibusdam ipsorũ, & fiunt, & excitantur. l.3.aph.19. 250
morbos pariũt, & soluũt Canis, orion, Virgiliæ, Arcturus, & cur 290
morbi æstiui, cur breues. 126
morbus solstitialis. 127
morborum alii in æstate, alii in hyeme feliciter finiũtur, & qui. 213
morbi autumni peculiares, qui. 256
morbi hyemis exitiales, & cur. 249
morbi quilibet omni tempore fiunt. 250
morbi siccitatum, qui. 241
morbi omnes anni pestilentis in ipsam pestem conuertuntur. 601
morbi à quibus fiant mutationibus. 210
morbi ætatis consistentiæ. 274
morbi, temporis temperamenta sequuntur. 221
in morbo diuturno fastidium cibi, & deiectiones syncerę malum. lib.7.aph.6. 721
morborum ex decidentia terminus est quadragesimus dies. 471
morbus regius, quid. 393
morbo regio laborãtibus si fiat epar durum malum. l.6.aph.42. 676
morbi à melancholia leuiter tractandi. 298
morbilli ponuntur inter papulas, seu exanthemata acuta variolæ verò lata. 608
mordax duplex. 484
mors vtrum esse possit absque febre. 503
mors sine febre in quibus sit morbis. 28
mors maximè contingit post vtrumque solstitium, & cur. 214
mors hominibus contingit in diebus mẽsibus, & annis imparib. 122
mors subitaria, quæ propriè vocetur. 167
mortis signa certa sunt innumerabilia salutis verò nulla. 70. 111
mortale, hæc vox, quid importet. 619
motus corpora perturbat. 314
motus tribus modis vitiatur. 408
motus omnis morbosus, & præternaturam contrario motu compescendus. 307
mouendum ea hora, qua natura mouet. 141
mouere, & nouare, quomodo inter se differunt. 54
muccus narium quid sit. 596
mulier, cur facta. 558
mulieres æquæ ac viros corporis operationibus, ac disciplinis aptas oriri. 772
mulieres ad operationes obeundas, cur viris impotentiores. 772
mulieris corpus triplicem habitum habet in vniuersali. 533
mulier ambidextera non fit. lib.7.aph.44. 771
mulieres in quibus primum sanguis mittitur facilè exoluuntur. 168
mulieres æquè, ac Viri debent iisdem corporis, & animi studiis exerceri, & cur. 35
mulieres æstate libidinosiores. 236
mulier vtrum deflorata sit, an non, quomodo cognoscatur. 558
mulieres crassæ concipiunt si gracilibus iungantur. 538
mulieres bibaces non concipiunt. 536
mulieres, cur post purgationes facilius concipiant. 235
mulieris, quę Vterinis molestatur, aut difficulter parit super veniẽs sternutatio bonum. lib.5.aph.35. 517
mulier podagra non laborat nisi menstrua defecerint. lib.6.aphorism.29. 652
mulieres ætate Hipp. non laborabant podagra. 649
mulier detenta marasmo non concipit. 534
mulieri si velis menstrua cohibere, cucurbitulam quam maximam ad mammas appone. lib.5.aph.50. 543
mulieri menses decolores, nec per idem semper tempus uenientes purgationem indicant esse necessariam. lib.5.aph.36. 519
mulieri sanguinem euomenti mẽstruis erumpentibus solutio. lib.5. aph.32. 511
mulieribus cum menstrua incipiunt summa tunc diligentia custodiendæ. 271
mulieres cum menstrua incipiunt malè olent. 271
mulieres semper de menstruis percunctandæ. 504
mulieri vtero gerenti si lac multum è mammis effluat fœtum imbecillem significat, si verò mammæ solidæ fuerint fœtum significãt saniorem. lib.5.aph.52. 546
mulier vtero gerens sanguine misso ex uena abortit magis si fœtus sit maior. lib.5.aph.31. 510
mulieri in vtero gerenti si aluus plurimum profluat periculum est ne abortiat. lib.5.aph.34. 515
mulier prægnans haud pro sana dabatur in uenditione. 231
mulieri vtero gerenti si tensio superuenerit facit aborsum. lib.7. aph.27. 748
mulieri vtero gerenti si altera mamma gracilis fiat geminos habet si alte-

©BIUM

ei alterum abortit siquidem mamma dextera gracilis fiat marem si verò sinistra fœminam. lib. 5. aph. 38. 522
mulieres vtero gerentes si peripneumonia capiantur necessariò pereunt. 459
mulieres, quæ non concipiunt haud possunt longa sanitate frui. 282
mulieri vtero gerenti si mammæ graciles repente fiant abortit. l. 5. aph. 37. 520
mulierem vtero gerẽtem capi ab aliquo morbo acuto lethale est. lib. 5. aph. 30. 508
mulier si marem concepit bene colorata est, si verò fœminam malè colorata. lib. 5. aph. 42. 529
multum est naturæ inimicum. 198
mumia ad sanguinem grumosum educendum mirificè valet. 635
mundi principium. 227
mundus, quando factus, 252
muschum quid. 773
musculi Thoracis rarò omnes mouentur. 171
musculi sunt pura instrumenta facultatis motricis. 171
mutatio omnis repentina mala. 190
mutationes temporum potissimum pariunt morbos, & in temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alui pro ratione eodem modo. lib. 3. aph. 1. 209
myrrha inter odoramẽta antiquitus primum locum obtinebat. 559
myrrha apud ægiptios omnibus vnguentis nomen dedit. 505

N

NAres, cur latorum meatuum sint factæ. 336
Nares humidæ, quæ. 594
Nares humidiores habentes, quibus morbis tententur. 594
Nares aqua frigida, quanto magis tractantur tanto copiosior exit sanguis. 494
Nares, & semen humidi, cur potius malam constitutionem humidam corporis designent, quam sudorẽ, & cætera excremẽta. 595
Nares emungere apud Persas, cur opprobrium fuerit. 595
Natiuitas est primum hominis principium. 33
Natura est vera medicatrix. 56
Natura apud medicos, quomodo accipiatur. 150
Naturæ terminos excedens nunquam bonum. 73
Natura semper studet, vt vitam conseruet. 27
Naturarum hæ quidem ad æstatem hæ verò ad hyemem benè maleuè se habent. lib. 3. aph. 2. 211
Natura optima à mala viuendi ratione corrumpitur. 536
In Naturæ pugna cum morbo, quæ contingant. 95
Nauigatio, cur corpora perturbet. 315
Ne quid nimis. 198
Νέοι qui. 202
Νεφέλη. 413
Nephritis, quæ propriè dicatur. 277
Nephritis in senibus, cur non sanetur. 432
Nephriticis sanguis ex hæmorrhoidibus, cur profit. 612
Nero Popeam graui pedis percussione abortire, fecit. 535
Nerui, quomodo ab eadem causa possint elõgari, & abbreuiari. 672
Nerui à fluxu pedagrico affecti. cur non conuellantur. 619
Neruus, quomodo siccus, & vna humidus. 131
Nichomacus Smynnacus præpinguis. 175. 535
Nigredo quid. 331
Nigredo fit à frigido, & cur. 478
Nimium omne malum. 810
In Niue animalia gignuntur. 564
Niue, quæ fuerint refrigerata, cur non damnanda. 502
Nix, & Glacies detrimenta exitiosa inducunt, & quæ. 497
Noctu, cur melius audiamus. 245
Non febricitantibus si tormina acciderint, & genuum grauitas, & lumborum dolor, purgari inferius oportere significatur. lib. 4. aph. 20. 326
Non pura corpora quanto plus nutries tanto magis lædes. lib. 2. aph. 10. 86
Non repletio non fames, neque aliud quicquam quod modum naturæ excesserit bonum 2. aph. 4. 73
per Noctem subsequentem Crisim, quam intelligant. 95
Nox crisim præcedens, cur molesta. 94
Nox sequens crisim deteriorem in morituris. 96
Nutricatio duplex. 87
Nutrimentum quid. 158
Nutrimentum multipliciter sumitur. 158
Nutrimentum propriè quale sit. 158
bene Nutritus si in imbecillitatem perseueret malum. 143
Nutrimentum nullum datur lactè præstantius; 579
Nutrientia multum, non facilè coquuntur. 89
Nutritionis opus fit per nutrimenti appositionem, atque assimilationem. 14
Nutritionis, & excretionis celeritas, vel tarditas, quo tempore metienda, 109
In Nutriendo ægros cõsuetudinis. regionis, ætatis ratio habẽda. 48

O

OBesa corpora, cur rarò sudent. 219
Obesæ minus menstruantur, quam graciles. 520
ad Oblata bene sese habere bonum, & cur. 147
Occasio an præceps. 7
Occasionis simulachrum. 7
Occasionem, qui cognoscit omnia bona cognoscit. 7
Oculi, cur non rigeant. 582. 245
Oculi hominum solum transuertuntur. 576
Oculi a vomitu læduntur. 292
Oculi in vomitu constringendi, & cur. 57
Oculi ægrotantium, cur in somno spectandi. 697
Oculi, cur rubeant iratibus. 717
Oculi menstruatarum mala pati, & efficere. 549
Oculus præciosissima pars. 656
Oculis affectis vinum, quando concedendum. 778
Odor, & timor maximè omnium corpora perturbant. 315
Oculorum album, cur ægrotantibus dormientibus aliquando appareat. 697
Oculorum humores ab humiditate conseruantur à siccitate læduntur. 237
In Oculorum doloribus, cur non sunt applicandæ cucurbitulæ nisi prius per venam cubiti facta sit totius euacuatio. 580
Oculorum palpebræ, quando non commituntur in ægrotis, Phrenitidis periculum imminet. 697
Ocurrendum primo ijs, quæ magis vrgent. 483
Oculorum doloribus an meri potio iuuet. 655
Odorum in victu instituendo, est habenda ratio. 88
Odores solum spiritus recreant. 88
Odores esculentorum in ipsis quoque sudoribus conseruantur. 319
Oleum cedrinum vulvæ ante coitum inditum conceptum prohibet, & cur. 545
Omentum quid. 707. 787
Omentum foras excisum, cur necessario putrescat. 708
Omentum, cur facilè pinguescat. 537
si Omentum excidat necessariò putrescit. lib. 6. aph. 58. 707
Omnes ferè, qui malè se habent, circa initia bene cibati, nec quicquam proficientes circa finem rursus cibum non appetunt. Qui verò circa initia cibum valde non appetunt postea benè appetentes ij melius euadunt. lib. 2. aph. 32. 144
Omne nimium est periculosum, natura quippe in mediocritate conseruatur, 16
Omnia secundum rationem facienti si non succedat secundum rationem non est transeundum ad aliud stante eo quod à principio visum est. lib. 2. aph. 52. 199
Operationes medici tàm circa ægros, quàm circa sanos. 12
Operationes naturæ noctu magis integræ sunt. 437
Operationes spõtaneæ, siue naturales differẽtias multas habẽt. 285
Operationum omnium robur, atque firmitas in soliditate partium solidarum est collocata. 246
Opiata, cur vitanda. 151
Oporæ tempus. 291
Oportet verò, & considerare oculorum in dormientibus suspectiones, nam si quid album cõmissi palpebris sub inspicitur, neq; ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud contingat malum est signum, & lethale valde. lib. 6. aph. 52. 696
Ophthalmiæ an sanguinis missio competat. 625
Ophthalmia arida. 626
Ophthalmiæ curatio. 626
Ophthalmiam alui fluxus iuuat. 625
Oppio vtuntur Turcæ ad libidinem. 107
Optimũ semper solet corrumpi in contrariã, quod est, & cur. 433
Ora quid. 225
Oræ tempus. 291
Ὀργᾶν propriè quid importet. 59
Ὄρεξις. 793
Ὄρχος. 824
Origenes se ipsum castrauit. 648
Orion. 290
Orione oriente dies variantur. 222
Oris amaror semper fit à bile flaua. 321

Oscita-

©BIUM

INDEX.

Oscitatio. quid & eius causæ. 789
Oscitationum continua um medella: 789
Os & cartilago, cur non augeantur discissa, nec coalescant. 631
Ossa cur à canibus, & lupis rodantur. 481
Ossa denudata ab vlceribus, cur desquammentur. 684
in Ossis exutione erysipelas lib. 7. aph. 19. 738
Osse putrefacto, cur superior eius caro fiat liuida, & sit malum signum. 715
Ossa cur in corporibus viuentibus possint putrescere non autem in mortuis. 715
Ossa putrefacta, cur necessariò adhimenda, vel exurenda. 716
in Osse ægrotante caro liuida malum. lib. 7. aph. 2. 715
Ossibus abscessis, cur vlcera caua fiant. 684
Ossibus abscessis, cur aliqñ etiã vlcera nõn relinquantur caua. 684
Oua. 18
Oua sorbilia. 90
Oua in cibandis ægris vtilia. 88
Oua vim protus, & cibi obtinent. 88
Oua sunt imbecillimæ materiæ. 17

P

PAlea hordeacea per vrinam excreta. 423
Palpebræ, quomodo exiccentur. 697
Palpitatio, & conuulsio opera sunt solius morbi non vllius facultatis. 179
Panis est proprium, & naturale hominis alimentum. 18. 82
Panis maximè nutrit. 18
Panis corruptio omnium eduliorum pessima. 18
Panis calidus sitim inducit. 503
Papularum in curatione an cucurbitulæ conueniant. 608
Papulæ latæ an potius vomitu, vel deiectione per aluum euacuanda earum materia. 608
Papulæ latæ sunt minus periculosæ. sed difficilius curantur, & acutæ magis periclitantur: sed facilius curatur, & cur. 608
Papulis apparentibus an liceat euacuare. 102
Paralysis in quo differat ab Apoplexia. 169
Paroxismus quid. 27. 51
Paroxismi, & constitutiones morborum indicantur etiam ab incrementis accessionum inter se comparatarum. 30
Paroxismi anticipantes longas febres portendunt, è contra vbi tardant, breues. 30
Parsimonia maximè conuenit in æstate. 251
Partes omnes exangues sunt cæteris frigidiores. 480
Particularia præcedunt vniuersalibus. 248
Parum deterior potus, aut cibus, suauior autè, melioribus, quidem: sed minus suauibus est præferendus. lib. 2. aph. 38. 160
Passiones partium principalium magnum morbum ostendunt. 171
Patognomonica signa, quæ. 31
Pauores in pueris. 262
Pectus eorum, qui diutius per niuem ambulant cur lædatur. 498
Pedes cur famelicis intumeant. 158. 370
Pedes in acutis semper curandum, vt sint calidi. 368
Pediculi cur tabidorum capita deserant cum sint de proximo perituri. 463
Πέπονες homines insulsos, & bardos dixit Homerus. 58
Per tempora anni verè, quidem & prima æstate pueri, & qui hos sequuntur ætate optimè degunt. & sanissunt maximè. æstate verò, & autumno, vsque ad aliquid senes reliquum, & hyeme, qui mediam ætatem habent. lib. 3. aph. 18. 247
Periodus quid. 51
Periodus quid. & quomodo à Paroxismo differat. 28
Peripneumonia quid. 622
Peripneumoniam pleuritidi superuenire cur malum. 729
Peripneumoniam sequi à pleuritide est securius, quã è cõuerso. 729
in Peripneumonia cauendum à medicamentis purgantibus. 623
Peripneumonia, cur pleuritide læthalior. 459
Περιῤῥοῦς alui fluxus. 383
Persuasio à quo potissimum desumenda. 1
Persuasionum tres causæ. 377
Pestis in qua genitalia amputare necesse erat. 821
Pestis in regionibus meridionalibus fit tantum hyeme. 258
Pestilentes febres ferè insensibiles. 23
Periculis apparentibus, quando secanda est vena, & quando cucurbitulæ applicandæ. 609
D. Petro genæ præ lachrimis exulceratæ. 381
Phagedæna. 531
Φαρμακεύειν, quid apud medicos Poetas, & alios scriptores significet. 59
Pharmachum quid significet apud Hipp. 746
Φάρυγξ quid. 98
Philites gracillimus. 535
Philoteus notatus. 588
Philoxenus voraciſſimus. 99
Phimata, quæ sint. 100
Φλέγμονη. 556
Φλόγωσιν. 556
Φλόγωσις quid. 575
Phocyon Athenienſis nunquam lachrymatus est. 814
Φρένας, cur septum transuersum dicatur. 412
Phrenitis quid. 412
Phrenitis cur fiat ex peripneumonia. 730
Phrenitis vera rarò fit ex peripneumonia, & cur. 731
Phrenitici, qui post 40. annum fiunt tales rarò sanantur. 412
Phtisis. 296
Phtisis propriè, quid sit. 456. 734
Φθίσις nomen tria significat, & quæ. 456
Phtisis tria genera, 456
Phtisis vera an à sola siccitate causari possit. 242
Phtisis & fluxus, cur fiant à puris sputo, & quomodo. 734
Phtisici cur pollutiones nocturnas habeant. 456
Phtisicos non omninó febrire est impossibile. 573
Φύματων, & ἐξανθημάτων duplex figura, & natura. 608
Pili capitis, cur tantũ in phtisicis cadũt non aũt in alijs partib. 465
Pili cur in morbo gallico cadant in vniuerso corpore. 465
Pili in mortuis augentur, & cur. 462
Pilorum casus absq; vlcere an dici possit malignus. 599
Pili superciliorum nimia venere vrentes decidunt. 465
Pillulæ, & boli, cur introducti. 324
Pinguedo cur aquæ inatet. 176
Pinguedo à frigido fit secundum medicos. 155
Pinguedo est vitæ incommodum. 155
Pinguia, & crassa omnia sterilia. 538
Pingues breuioris sunt vitæ, & paucioribus diebus moriuntur graciles è contra, & cur. 175
Pingues ex pinguibus, & graciles ex gracilibus nascuntur. 291
Pingues valde, ad vouendum sunt ineptissimi secessui aptissimi. 295
Pisces cur magis crescant, quam animalia terrestria. 37
Pisorum iusculum Maximiliano ij. Imp. propria quadam conditione dilectum. 162
Pituita ad intestina, cur potius defluat à capite, quàm à venis. 752
Pituita spumosa rarò à stomaco prodit, & parum durat. 752
Pituitę & Melãcolię naturalis, cur nõ sint syncerę deiectiones. 744
Pituita nasi est index cerebri sicut semen iecoris, & totius sanguinis. 595
Pituitosi humoris tres differentiæ ex Hipp. & quæ. 806
Pleuritis quid. 471. 622. 660
Pleuritis vera quę. 453
Pleuritidis signa pathognomonica. 454
Pleuritidis vnicum præsidium sputum facilitare. 454
Pleuritis totidem diebus ab initio expuitionis iudicatur quantis à morbi initio sputum incipit. 454
Pleuritis an per aluum possit expurgari. 623
Pleuritis per vrinam iudicata. 472
Pleuritidem mutari in peripneumoniam est facilius, quam peripneumonia in pleuritidem, & cur. 729
Pleuritis cur conuertatur in febrem ardentem. 730
Pleuritis sanguinea, quæ dicatur. 373
in Pleuritide cauendum à medicamentis purgantibus. 623
in Pleuritide si dolor sit supra per sanguinis missionem si infra per secessum purgandum. 322
Pleuritici nisi xiiij. diebus repurgẽtur empici euadunt, & cur. 455
Plinius notatus. 376
Plurimæ autem passiones puerilis iudicantur nonnullæ quidem in XL. diebus nonnullæ in vii. mensib. nonnullæ verò in annis septem, quędam verò, iàm ad pubem accedentibus. Quę verò permanserint, nec in pubertatem finierint puerilis aut feminis, cum menstrua erumpunt consenescere consueuerunt. l. 3. aph. 28. 270
Plurimum atque repente euacuare, vel replere calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere periculosum, quoniam omne nimium est naturæ inimicum. sed quod paulatim fit tutum est. tùm alias, tùm cum ab altero ad alterum transitus fit. lib. 2. aph. 51. 196
Podagra quid. 702
Πρὸς quid significet. 350
Podagræ causæ externæ. 702
Podagræ causæ immediatæ. 702

Podagra

Podagra filia Bacchi, & Veneris. 649
Podagræ exbile, cur non fiant in æstate. 703
Podagræ, quæ fiũt in vere, vt plurimũ sunt à pituita, & sanguine. 703
Podagræ cur potissimũ fiant, vel reuertantur, verè & autumno. 707
Podagra cur generetur potissimum à Venere, & vino. 650
Podagræ quæ in autumno fiunt, sunt à bile cohibita à refrigerescẽte aere. 703
Podagra cur tententur mulieres defficientibus mensibus. 652
Podagram producit naturalis, & hereditaria promptitudo. 650
Podagræ cum alui adstrictione incurabilis. 203
à Podagra non liberat veneris sola abstinentia: sed etiam euitatio aliorum errorum. 655
Podagram ad euitandam nil vtilius, quam Veneris abstinentia, aut eius parcissimus vsus. 649
Podagricorum inflammatio, cur X L. diebus finiatur. 690
Polyphagia. 117
Pomponius Atticus fame sibi mortem intulit. 793
Πομφόλυγες, quomodo fiant, & quid significent. 756
Πονος quid significet. 348
Post longum morbum alui defluxio malum, vel in morbo diuturno fluxa aluus malum. lib. 8. aph. 5. 818
Potus ad sitim extinguendam animalibus datus. 473
Potus calidus, neque à beluis expetitur. 473
Potus febricitantibus paulatim, & sæpè dandus. 386
Potus frigidus cur damnetur à medicis. 478
Potus frigidi, cur corpora non denigrent. 478
Potus in iri, quando omnibus horis concedi possit. 503
Præcepta sunt seminibus similia. 68
Præceptum in medicina facienda maximè seruandum. 133
Prædictio ad quæ conducat. 550
Prædictiones tuto, qui faciant. 113
Præsicendi facultas, vnde pendeat. 113
Prægnantes, quando purgandæ. 284
Prægnans cur pallida, & debilis. 231
Prægnans cur per sectam venam abortiatur. 510
Prægnantes semper, vt morbidæ habebantur à venditoribus. 282
Prægnantem acuto morbo tentari lethale est. 283
Prægnantes sunt semper languidiores, ac virium imbecillium. 509
Prægnãtibus, cur melicrato colicus, siue iliacus dolor excitetur. 528
Prægnantem sine remedijs melius cur sit permittere, quam abortum procurare. 552
in Prægnantibus satius est aliquid cum aliquo periculo tentare, quam & fœtum, & matrem certo exitio permittere. 284
Prægnantium cura coacta non regularis existit. 284
Prægnationis signa. 521
Præparatio quando facienda. 85
Præparantia qualia esse debeant. 85
Præparatio an ante purgationem semper sit necessaria. 84
Præparantia vacuo stomacho summi debent, & cur. 85
Præputium quid. 633
Prænsi largius lassitudine, & crebris eructationibus agitantur. 48
Principium morbi triplex. 65
Principium morbi verè non est morbus. 355
Principii nomen tria apud medicos significare solet. 138
Proceritas in senectute deterior, quam paruitas. 205
Prodicus medicus, cur ab Hipp. damnatus. 316
Prodigalitas est propior liberalitati, quam sit auaritia. 175
nil Proficere, cur malum. 144
Profluuium ventris in tabidis, vnde. 463
Proœmij conditiones. 6
Prudentia est veluti sal quo condiuntur oẽs humanæ actiones. 200
Πταρμός. 781
Ptisana vim medicamenti, & alimenti habet. 88
Puberes cur febribus, & fluxu sanguinis narium capiuntur. 269
Pubertas. 269
Pubertas quæ, & quantum perduret. 451
Pubertas in corporibus magnas mutationes producere solet. 271
Pudendum virile est quodam animal separatum. 493
Puer quis. 654
Puer decem annorum nutricem compressit, & impleuit. 654
Puer podagra non laborat ante vsum venereorum. l. 6. aph. 30. 653
Pueri cur somnolenti. 69
Pueri ante dentium ortum mortui non cremabantur. 264
Pueri podagra laborant ob voracitatem, vel hereditariam proprietatem, absque veneris vsu. 654
Pueri in Germania statim, ac nati sunt in aquam fluminis gelidam merguntur, & cur. 231
Pueri cur prudentes esse non possint. 192
Pueri & Mulieres, cur non calescant. 746
Pueri ætate Hipp. podagra non laborabant. 649
Pueri quando plus iacẽt humiliori capite eo minus à tussibus tentantur, 262
Pueri lactentes non tàm arctè cibandi vti senes, & viri. 35
Pueri & Athletæ hyeme, & veris initio calidiores vẽtres habẽt. 43
Pueri decrepiti, & conualescentes facilè syncope tentantur. 168
Pueris non imponebantur nomina nisi octaua die & cur. 262
Pueris cur sanguinis missio denegata. 168
Pueros à spasmo sicco facilius tentari, quam humido falsum est. 131
Puella veneno nutrita concubentes cum ea perdebat. 319
Pueritia est à vii ad xiiii. annum. 247
Pulmones tussi tantum expurgantur. 461
Pulmonis vulnera, cur irremediabilia. 459
Pulsus vehemẽs in vlceribus, cur profluuium sanguinis indicet. 741
Pulsus vehemens in vlceribus, quomodo fiat. 741
Pulsus magni post cibum fiunt à spiritibus recreatis. 110
Pulsuum peritiam Hipp. aut non habuit, aut contempsit. 31
Purgatio quid. 10. 140
Purgatio tempore canis nocte fienda. 291
Purgatio per inferiora minus molesta. 327
Purgatio importuna, quę mala faciat. 160
Purgatio ad hoc, vt rectè fiat quatuor requirit, & quæ. 56
Purgatio æstate per superiora hyeme, per inferiora facienda. 254
Purgatio in facienda medicina medici prudentia vigilantia, & memoria eger. 287
Purgatio celer in acutis, quæ bona afferat, & quæ mala, si fuerit tarda. 302
Purgatio potest fieri omni tempore, vbi in verè sit dimissa, & metus sit futuri morbi. 688
Purgare aliquando licet in augumento. 61
Purgare τὰς ἄνω, & purgare ἄνω in quibus differant. 289
Purgandum est materia turgente, & cur. 60
Purgandum rarò in acutis, & cur. 65
Purgandum non est priusquã humores sint cocti, ac præparati. 287
Purgans medicamentum non reperitur, qui noxam naturæ non afferat. 53
Purgandus pridie ieiunare debet. 302
Purgantia tempore Hipp. erãt grauiora, quam hiscè temporib. 282
Purgantia, quæ prægnantibus conueniant. 284
Purgantia an idonea in constitutionibus humidis. 239
Purgantia medicamenta in morbis acutis, cur suspecta. 65
Purgantiũ vsus nimius corpora in malã consuetudinẽ perducit. 238
Purgantur vrbani magis rustici minus. 316
in Purgatione recta, quæ spectanda. 55
Purgationis necessitatem, quæ inducant. 283
Purgatio cur in prægnantibus periculosa. 285
Purgationes æstate, cur laboriosæ. 291
in Purgationibus quid potissimum spectandum. 66
Purgationes veterum erant periculosiores. 282
Purgationes difficulter ferunt, qui partes circa vmbilicum extenuatas habent, & cur. 156
Purgationes adhibendæ, quando in longis, & quando in acutis morbis. 65
Purgationes cur sunt cane, & ante canem, & primis, ac postremis prægnationis mensibus vitandæ. 282
Pus quid, & quomodo generetur. 185
Pus an per asiationem, an per elixationem fiat. 185
Pus optimum quale. 775
Pus vbi oculi, & tactui non subiicitur, quomodo cognoscẽdum. 675
Pus quando expuatur. 734
Pus vbi conficitur, cur dolores, ac febres fiant maiores facto autem cessent. 185
Pus duplex. 186
Pus sine vlcere. 540
Pus fit à calore putredinali, & à naturali vincente. 775
Pus an à renibus an ab Vreteribus an à vesica prodire, quomodo cognoscatur. 422
Puris sputum cur malum. 734
Puris expuitio sequitur tantum eam sanguinis spuitionem, quæ fit à pulmone. 733
Postulæ latæ non admodum pruriunt. lib. 6. aph. 9. 607
Putredo differt à suppuratione, & quomodo. 739
Putrescit quicquid à putrefacto contangitur. 87. 809

Q

Qva parte corporis sudor est ibi significat morbum. l. 4. aphorism. 38. 357

©BIUM

INDEX.

Quæ corrupturæ ſunt fœtus his mammæ extenuantur,ſi verò rurſus duræ fiant dolor aut mammas, aut coxas, aut oculos, aut genua infeſtabit,& eum corrumpent.lib.5.aph.53. 547
Quæ ducere oportet, quo maximè natura vergit per loca conferentia,eo ducere. lib. primi aph.21. 55
Quæ ex longo tempore conſueta ſunt, & ſi deteriora ſunt inſuetis minus moleſtare ſolent,oportet igitur ad inſueta permutari. lib. 2.aph.50. 193
Quæ fluunt ſponte naturæ, vt ſiſti debeant à medico opus habent tribus conditionibus, & quibus. 286
Quæ iudicantur, & iudicata ſunt integrè, neque mouere, neque nouare aliquid ſine medicamentis, ſiue aliter irritando. ſed finire. lib.1.aph.20. 52
Quæ longo tempore extenuantur corpora lente reficere oportet, quæ verò breui breuiter. lib.2.aph.7. 78
Quæ per veſicam excernuntur inſpicere oportet ſi talia qualia ſanis excernuntur, quæ igitur minimè ſimilia ſunt his, hæc morboſiora, quæ verò ſunt ſanis ſimilia,hæc minimè morboſa. lib.7. aph.64. 797
Quæ relinquuntur in morbis poſt iuditium recidiuas facere conſueuerunt. lib.2.aph.12. 91
Quæ vtero gerunt his vteri os comprimitur. lib.5. aph.51. 545
Quæcumque frigidos, & ſpiſſos vteros habent non concipiunt, & quæcunque prehumidos vteros habent non concipiunt, extinguitur enim in eis genitura, & quæcunque ſiccos magis, & aduerentes. nam ex defectu alimenti corrumpitur ſemen,quæcunque verò ex vtriſque mediocrem habent temperaturam hæ fœcundæ ſunt. lib.5.aph.62. 564
Quæcunque mediocriter corpora habentes abortiunt ſecundo, aut tertio menſe, ſine occaſione manifeſta his acetabula vteri plena mucoris ſunt, & non poſſunt ex pondere fœtum continere: ſed diſrumpuntur. lib.5.aph.45. 535
Quæcunque præter naturam craſſæ non concipiunt vtero, his omentum os vteri comprimit, & priuſquam extenuetur non concipiunt. lib.5.aph.46. 537
Quæcunque præter naturam tenues exiſtentes vtero gerunt abortiunt priuſquam craſſeſcant. lib 5.aph.44. 533
Quæcumque refrigerata ſunt ex calefacere oportet exceptis his quibus ſanguis fluit, aut fluxurus eſt. lib.5.aph.19. 487
Quæcunque rupta ex dorſo ad cubitum deſcendunt venæ ſectio ſoluit. lib.6. aph.22. 638
Quæcunque vtero gerente à febribus corripiuntur, & fortiter calefiunt,ſine occaſione manifeſta difficulter pariunt, & cum periculo,aut abortum facientes periclitantur. lib.5.aph.55. 550
Qualia fuerint veſicæ, aut alui excrementa, & ex carnibus, & ſicubi alibi à natura corpus exierit ſi parum paucus eſt morbus, ſi multum multus,ſi valde multum læthale eſt. lib.7.aph.77. 810
Qualitates paſſiuæ operantur virtute qualitatum primarum. 210
Quando æſtas ſit veri ſimills ſudores in febribus multos expectare oportet. lib.3.aph.6. 218
Quando morbus in ſuo vigore conſtiterit tunc victu tenuiſſimo vtendum eſt. lib.1.Aph.8. 23
Quando os, aut cartilago, aut neruus abſcinditur in corpore non augetur. lib.7.aph.28. 749
Quantitas per ſe non habet vim agendi niſi ratione qualitatis, & formæ. 106
Quantitas tres partes habet. 62
Quartana Saturni filia dicta. 254.585
Quartana qualis febris. 585
Quartana quantum ſit ex ſe neminem iugulat quinimo ab aliis magnis malis liberat. 585
Quartana ſuperueniens,cur liberet à conuulſione. 586
Quartana cur longior in autumno. 127
Quartana nunquam incipit bruma,nec hybernis menſibus. 127
Quartana ſuapte natura longiſſima,atque ſecuriſſima eſt. 254
Quartana non protrahitur vltra annum. 126
Quartanæ ſynonima. 585
Quartanæ non fiant hyeme,neque curantur. ſed vere. 213
Quartanarii cur magnis morbis non exercentur. 130
Quartanarii magnis mortis non tentantur, vel ſi tententur ea ſuperueniente liberantur. 129
Quartanarii cur conferat vomitus. 297
Quercera. 585
Querquera. 585
Qui à conuulſione, aut diſtenſione neruorum tenetur,febre ſuperueniente liberatur. lib.4.aph.57. 389
Qui acidum eructant non valde morbo laterali corripiuntur.lib.6. aph.33. 659
Qui alba pituita detinetur ſi fortis ventris fluxus ſuperuenerit à morbo liberabitur. lib.7.aph.29. 750
Qui bene ſe habent corpore difficulter ferunt medicationes. lib.2. aph.37. 159
Qui creſcunt plurimum habent calidi innati plurimo igitur egent alimento alioquin corpus abſumitur ſenibus verò parum calidi innati eſt paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur hanc etiam ob cauſſam febres ſenibus non ſimiliter acutæ fiunt frigidum enim eorum corpus. lib.1.aph.14. 35
Qui conſueti ſolitos labores ferre, etſi fuerint imbecilles, vel lenes conſuetis fortibus, atque iuuenibus facilius ferunt l.2.aphoriſm.49. 190
Qui frequenter,ac fortiter, abſque cauſſa manifeſta exoluuntur de repente moriuntur. lib.2.aph.41. 166
Qui in febribus ardentibus tremores fiunt delirio ſoluuntur. lib.6. aph.26. 644
Quibus in vrinario meatu tubercula fiunt his ſuppuratione facta, & eruptione ſoluitur dolor. lib.7.aph.58. 791
Qui medicamentis purgati non ſitiunt non quieſcunt priuſquam ſitiunt. lib.4.aph.19. 323
Qui natura admodum craſſi ſunt citius intereunt, quam graciles. lib.2.aph.44. 174
Qui noctu bibere appetant his admodum ſcientibus ſi ſuperdormierint bonum. lib.5.aph.27. 502
Qui regio morbo laborant non multũ ventoſi ſunt.l.5.aph.72. 588
qui ſalubritatem corporis habent per medicamenta euacuati cito exoluuntur,& qui prauo vtuntur cibo.l.2.aph.36. 156
qui tabe moleſtantur ſi ſputum, quod extuſſiunt graue olet iectum carbonibus, & capilli à capite defluunt læthale.lib.5.aphoriſm.11. 461
quibus in alui profluuiis excrementa ſpumoſa ſunt his ex capite pituita defluit. lib.7.aph.30. 751
quibus bilioſæ deiectiones ſuperueniente ſurditate ceſſant, & quibus ſurditas ſuperuenientibus biliioſis deiectionibus ceſſat.lib.4. aph.28. 341
quibus autem bilioſa ſedimina ſupra tenuia acutum morbum ſignificant. lib.7.aph.32. 754
quibus cerebrum ſphacelatum,ideſt corruptum eſt in tribus diebus pereunt ſi verò hos euaſerint ſani fiunt.l.7.aph.51. 780
quibus cerebrum aliqua ex cauſſa concuſsum fuerit neceſſe eſt ſtatim mutos fieri. lib.7.aph.59. 791
quibus circa dentes in febribus quidem lentores naſcuntur his fortes fiunt febres. 383
quibus dolor circa ilium fit abſque inflammatione his febris ſuperueniens morbum ſoluit. lib.6.aph.40. 672
quibus cutes circumtenduntur aridæ,& ſiccæ, ſine ſudore moriuntur,quibus verò laxæ,& raræ cum ſudore moriuntur.lib.5.aphoriſm.71. 587
quibus febres longę his tubercula, vel labores in articulis fiunt. lib.4.aph.44. 367
quibus in febribus morbus regius ante diem ſeptimum accidit malum.l.4.aph.62. 398
quibus in febribus ſanguinis fluxerit multitudo quacunque ex parte cum reficiuntur alui his humectantur.l.4.aph.27. 339
quibus in febribus ſexto die rigores fiunt difficile iuditium ſequitur. lib.4.aph.29. 342
quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel vndecimo, vel quartodecimo ſuperuenerit bonum niſi dexterum ilium obduruerit ſi verò non,non bonum.l.4.aph.64. 401
quibus in febribus aures obſurduerunt ſanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata ſoluit morbum. lib.4.aph.60. 395
quibus in febribus quotidie rigores fiunt quotidie febres ſoluuntur. lib.4.aph.63. 400
quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit his venter aqua repletur,& moriuntur. lib.7 aph.56. 787
quibus igitur ſtatim morbus in vigore conſiſtit ijs etiam ſtatim tenuis victus adhibendus eſt, quibus verò poſterius debet conſiſtere iis, & in ipſo conſiſtendi tempore, & epar ante illud cibus ſubtrahendus prius verò vberius victus adhibendus eſt, vt æger ſufficiat. lib.1.aph.10. 26
quibus ilia ſuſpenſa murmurantia lumborum dolore ſuperueniente his alui humectantur niſi flatus erumpant, aut vrinæ multitudo proueniat hæc verò in febribus.lib 4.aph.73. 417
quibus iuuenibus adhuc aluus humecta eſt his ſeneſcentibus exſiccatur. Quibus verò iuuenibus adhuc aluus ſicca eſt his ſeneſcentibus humectatur. lib.2.aph.20. 113
quibus nares natura humidiores, & genitura humidior minus integra ſanitate fruuntur,quibus verò contraria ſalubrius degunt.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 860 sur 867

©BIUM

INDEX

lib.6.aph.2. 593
Quibus plurimum ſiccæ tuſſes leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum ſiti infeſtantur. lib.4.aph.54. 385
Quibus autem morbo renali laborantibus prædicta accidunt ſigna doloreſq; circa ſpinæ muſculos fiunt ſi quidem circa loca exteriora fiant, abſceſſus quoque exterius futuros expecta; ſi verò dolores magis circa loca interiora fiant, etiam abſceſſus expecta futuros interius. lib.7.aph.36. 460
Quibus ſperatur abſceſſum futurum ad articulos liberat ab abſceſſu vrina multa craſſa, & alba facta, qualis in laborioſis febribus quarto die quibuſdam incipit fieri, ſi vero etiam ex naribus fluxerit ſanguis breui admodum ſolutio fit. l.4.aph.74. 418
Quibus ex ſtillicidio vrinæ ileos ſuperuenerit in ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperueniente ſatis vrina fluxerit. l.6.aph.44. 679
Quibus ſubſidens pingue, ac ſimul totum, his renum vitium acutum ſignificatur. lib.7.aph.35. 758
Quibus ſeptima iudicatur his nubeculam habet quarta die vrina rubeam, & alia ex ratione. lib.4.aph.71. 413
Quibus tormina, & circa vmbilicum labores, & lumborum dolor, qui neque à medicamento, neq; aliter ſoluitur, in hidropem ſiccam firmatur. lib.4.aph.15. 303
Quibus tubercula, vel in articulis dolores fiunt: hi pluribus vtuntur cibis. lib.4.aph.45. 368
Quibus tumores in vlceribus apparent non conueſcuntur maximè, neque inſaniunt verum his euaneſcentibus de repente quibuſdam à tergo conuulſiones, & diſtentiones fiunt quibuſdam, autem inſania, vel dolor lateris acutus, vel ſuppuratio, vel difficultas inteſtinorum ſi tumores ſunt rubicundi. lib.5.aph.65. 575
Quibus à venis ſanguinem mittere confert, his verè venam oportet ſecare. lib.7.aph.54. 786
Quibus inter ventriculum, & ſeptum pituita repoſita eſt, & dolorem affert non habens exitum, neque ad alterum ventrem, his per venas ad veſicam pituita verſa ſoluitur morbus. lib.7.aphoriſm.55. 786
Quibus vrinæ perturbatæ quales ſunt iumentorum his dolor capitis, vel adeſt, vel aderit. lib.4.aph.70. 411
Quibus vrinæ albæ & perſpicuæ, malæ, præſertim ſi in delirantibus appareant. lib.4.aph.72. 415
Quibus in vrinis bullæ ſubſiſtunt morbum renalem, & longum ſignificant. lib.7.aph.34. 756
Quibus in vrina craſſa, furfuracea quædam ſimul exeunt, his veſica ſcabie laborat. lib.4.aph.77. 426
Quibus in vrinis arenoſa ſubſiſtunt his veſica laborat calculo. l.4. aph.79. 429
Quibus vrinæ craſſæ grumoſæ paucæ non ſine febre multitudo veniens ex his tenuis iuuat, præcipuè verò tales veniunt, quibus ab initio, vel breui ſedimen ineſt. lib.4.aph.69. 409
Quibus in vrina craſſa exiſtente caruunculæ paruæ, aut veluti capilli, vna exeunt his à renibus excernitur. lib.4.aph.76. 423
Quibus in vrinaria fiſtula tubercula naſcuntur his ſuppuratione facta, & eruptione ſolutio. lib.4.aph.82. 436
Quibus os vteri durum eſt is vteri os comprimi eſt neceſſarium. lib.5.aph.54. 550
Quibuſcũq; acceſſiones fiũt quacumq; hora febris dimiſſerit ſi eadem eras occupauerit iudiciũ habent difficilem. l.4.aph.30.344
Quibuſcumque in ægritudinibus oculis ex voluntate lachrimantur bonum, quibus verò citra voluntatem malum. lib.8.aph.2. 413
Quibuſcunque præciditur cerebrum his neceſſe febrem, & bilis vomitum ſuperuenire. lib.6.aph.50. 691
Quibuſcumque à coxendicum dolore moleſtatis diuturno excidit coxa, his crus tabeſcit, & claudicant ſi non vrantur. lib.6.aphoriſm.60. 710
Quibuſcunque à coxendicum dolore diuturno moleſtatis excidit coxa, & rurſus incidit his muccores ſuperueniũt. l.6.aph.59.709
Quibuſcunque Criſis ideſt iudicatio fit, his nox grauis, ante acceſſionem, quę verò ſubſequitur magna ex parte leuior cõſiſtit. l.2. aph.13. 93
Quibuſcumque cruda deorſum ſecedunt ex atra bile ſunt ſi plura copioſiore ſi pauciora pauciore. lib.7.aph.66. 801
Quibuſcunque febricitantibus in vrinis fiunt ſedimina veluti farina craſſior longam ægritudinem fore ſignificat. l.7.aph.31. 753.
Qui gibbi ex aſthmate, aut tuſſi ſiunt ante pubertatem moriuntur. lib.6.aph.46. 684
Quibuſcunque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſiue quouis alio modo extenuatis nigra bilis, ſiue vri ſanguis niger de ſubter exierit poſtridie moriuntur. l.4.aph.23. 332
Quibuſcunque morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt, quibuſcunque autem vigeſimo quinto commoriuntur. lib.5.aph.7. 450
Quibuſcunque mulieribus ad mammas ſanguis colligitur furorem ſignificat. lib.5.aph.40. 525
Quibuſcunque in quartanis febribus ſanguis è naribus defluxerit, malum eſt. lib.8.aph.3. 815
Quibuſcunque reſurgentibus ex morbis ſi quid laborauerint hic ſuot abſceſſus. lib.4.aph.32. 347
Quibuſcunque ſuppuratio in corpore exiſtens non innoteſcit, his ob craſſitudinem puris, aut loci non innoteſcit. l.6.aph.41. 674
Quibuſcunque tabe laborantibus pili à capite defluunt his aluſ profluuio ſuperueniente moriuntur. lib.5.aph.12. 464
Quibuſcunque venę ſectio, vel purgatio cum medicamento conuenit, hos uerè purgare, uel uenam incidere oportet. lib.6.aphoriſm.47. 687
Quibuſcunque urinæ diſtantes ſunt; his turbatio fortis in corpore fit. lib.7.aph.33. 755
Quicunque aluos humidas habent ſiquidem iuuenes fuerint melius degunt his, qui ſiccas habent ad ſenectam uerò deterius degunt, nam ſeneſcentibus magna ex parte exiccantur. lib.2.aphoriſm.53. 202
Quicunque ab Angina liberantur, his ad pulmonem uertitur, & in ſeptem diebus pereunt, ſi uerò has effugiunt ſuppurantur. lib 5 aph.10. 450.
Quicunque calui ſunt his magnæ uarices non fiunt, quibus uerò caluis magnæ ſuperueniunt his rurſus capillati fiunt. lib.6.aphoriſm.34. 660
Quicunque à diſtentione corripiuntur in quatuor diebus pereunt ſi uerò hac effugerint ſani fiunt. lib.5.aph.6. 450
Quicunque dolentes parte aliqua corporis omninò dolorem non ſentiunt, his mens ægrotat. lib.2.aph.6. 76
Quicunq; euomunt ſanguinem ſi ſine febre, quidem ſalutare ſi uerò cum febre malum curare uerò adſtringentibus, & refrigerantibus. lib.7.aph.37. 761
Quicunque in febribus, uel in alijs morbis ſponte illachrimant nihil abſurdum, qui uerò non ſponte abſurdius l.4.aph.52. 387
Quicunq; Hepar circum dolent his febris ſuperueniens ſoluit dolorem. lib.7.aph.53. 784
Quicunque iuuenes morbo comitiali laborant mutatione maximè ætatis, & temporum, & locorum, & victuum, quoque liberantur. lib.2.aph.45. 177
Quicunque lienoſi difficultate inteſtinorum capiuntur, his ſuperueniente longa difficultate inteſtinorum aqua intercus, aut leuitas inteſtinorum aduenit, & moriuntur. lib.6.aph.43 677
Quicunque ex morbo laterali ſuppurãtur ſi in quadraginta diebus purgantur à die à quo fit ruptio liberantur, ſi uerò non, ad tabem tranſeunt. lib.5.aph.15. 471
Quicumque morbo laterali laborantes in xiiij. diebus non repurgantur, hi ad ſuppurationem uertuntur. lib.5.aph.8. 453
Quicunque morbi podagrici fiunt, hi ſedata in quadraginta diebus inflammatione finiunt. lib.6 aph.49. 689
quicunque morbi ex repletione fiunt curat euacuatio, & quicunque ex euacuatione repletio, & aliorum contrarietas. l.2.aphoriſm.22. 119
quicunque ſani dolore capitis repente capiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit. lib.6.aph.51. 693
quicunque ſponte ſanguinem mingunt his à renibus uenulam rupram ſignificatur. lib.4.aph.78. 428
quicunque ſpumoſum ſanguinem expuunt his è pulmone eductio fit. lib.5.aph.13. 467
quicunque ſupra quadraginta annos phrenetici fiunt, non omninò ſanantur minus enim periclitantur quorum naturæ, & ætati morbus affinis fuerit. lib.8.aph.1. 815
quicunque ſuppurati, aut aquam intercutem patientes uruntur, aut ſecantur, ſi pus, aut aqua uniuerſim effluxerit omnes moriuntur. lib.6.aph.27. 645
quicunque ſuppurati uruntur, uel ſecantur ſi pus purum fluxerit, & album euadunt, ſi uerò ſubcruentum, & fęculentum, ac fętidum pereunt. lib.7.aph.45. 773
quies cur humectet. 311
quies cur laſſitudinem arceat. 189
quies & ſomnus uomitum ſiſtit. 317
quies quæ laſſitudinem non curat, quid ſignificet. 189
quieſcendum eſt poſt aſſumptionem medicamentorum per aluum purgantium, & cur. 313
quintana eſt febris peſſima. 366
quo natura uergit per loca conferentia, eo quoque medicum debere ducere. 289

Quorum

©BIUM

Quorum alui intestinorum lenitate laborant hyberno tempore supra purgari malum. lib.4.aph.12. 307
Quorum epar suppuratum aduritur si pus purum fluxerit, & album euadunt, in tunica enim his pus continetur si verò qualis amurca fluat, pereunt. lib.7.aph.46. 775
Quoscumque morbos medicamenta non sanant, ferrum sanat, quos ferrum non sanat, ignis sanat quos verò ignis non sanat hos sanari non posse putato, vel hos incurabiles existimari oportet. lib.8.aph 7. 820
Quotidianæ autem constitutiones aquilonizæ, quidem corpora dens sant, & bene firma, & bene mobilia. bene colorata, & melius audientia faciunt, & aluos exiccant oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obsederit, dolorem augét, Austrinę dissoluunt corpora, & humectãt, auditum obtundunt, capita aggrauant, & vertigines faciunt oculis, atque corporibus difficilem motam præstant, & aluos humectant. lib.3.aph.17. 244

R

RAnarum rubetarum copia annum morbosum indicant. 240
Rarò quod accidit non meretur obseruari. 296
Raucedines, & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt. lib.2.aph.40. 164
Recidiuario quid. 92
Recidiua duplex. 92
Recto intestino, aut vtero inflammationem pariente vrinæ stillicidium accidit, & renibus purulentis, vrinę aduenit stillicidiũ, epati autem inflammationem patienti singultus aduenit. lib.5.aphorism.58. 556
Recutiti. 633
Refectio expetitur in principio conualescentiæ. 145
ad Reficiendum plures actiones requiruntur, quam ad consumendum. 80
Refrigeratio extremarum, quando est mala, quomodo fiat. 748
Refrigeratis, qui frequenter vruntur morbos articulares irremediabiles incurrunt. 499
Regio in corporibus humanis quid possit. 12
Regiones ad ingenia faciunt. 49
Regius morbus post febrem prodest. 398
Reminiscentia. 4
ad Rempublicam bene beatęq. gubernandam, quæ sint necessaria. 66
Renes carent sensu exquisito. 422
Renes minus præmuntur, & eorum calor retunditur hæmorrhoidibus à sanguine euacuatis. 613
Renibus affectis mittere sanguinem est vnicum præsidium. 761
Renibus, quando adhibenda calida præsidia. 758
in Renum affectibus, tùm supernæ, quàm infernæ venæ possunt incidi. 779
Renum dolor à dolore vreterum, quomodo cognoscatur. 422
Renum & vesicæ vitia in senioribus difficulter sanantur. lib.6.aphorism.6. 602
Renũ dolor quantũcunq; asper tamen dolore vesicę est mitior. 603
Renum & vesicæ morbi, cur difficile sanantur. 603
Renum & vesicæ morbi in senibus difficillimè curantur, & cur. 603
Renum & vesicæ morbi in senibus an difficile curentur. 604
Replera cur contrahantur. 672
Replendi modi qui. 120
Repletio euacuationi, cur antepositа. 120
Repletio an inanitio sit curatu difficilior. 121
Repletio nimia, cur periculosa. 16
Repletio nimia potius, quam inanitio eligenda. 74
Res nulla tàm mala, quæ aliquid commodi secum non afferat. 649
Respiratio animalibus, cur data. 407
Pῆξις. 429
Rigor. 370
Rigor quid. 343
Rigor à quo fiat. 393
Rigor in quo differat à frigore. 400
Rigor duplex. 370
Rigor qui est morbus recens qualis. 370
Rigores, vbi fiunt non desinente febre, mali. 371
Rigor & delirium ex nimio vini potu, quale malum. 724
Rigorem absque febre non cognouit Hipp. 581
Rigor cur à lumbis potissimum in mulieribus inchoet. 582
Rigores fiunt bile effusa per corpus. 400
Rigores incipiunt mulieribus, quidem ex lumbis magis, & per dorsum ad caput: sed & viris parte corporis posteriore magis, quàm anteriore veluti femorum cubiti: sed & cutis rara inditio, autem est pilus. lib.5.aph.69. 581
Rigori febrili, quomodo succurrendum. 585
Robusti cur citius intereant. 125
Romulus proprietatem naturalem habuit ad rapas. 162
Ructus accidus tres conditiones habere debet ad hoc vt sit signum bonum. 592
Ructum acidum emittentes an rarò pleuritici fiant. 660
Ructus qua arte prouocetur. 593
Ructus cur bonum signum. 593
Ructuosi. 589
Ructus accidi causæ. 659

S

SAbinus Galeni præceptor. 418
Sæpius opus est ea inculcare, & diligenter monere, quę maximè ad Salutem sunt momenti. 20
Sal animalia saginat, & cur. 81
Sal maximè ad fęcunditatem, & venerem conducit. 37
de Salubri dieta liber non est Hipp. germanus. 308
Sanguis est vitæ thesaurus. 483
Sanguis semper nigrescit extra propria vasa. 328
Sanguinis congelationis, seu grumefationis causa, quæ. 635
Sanguis cur grumescat extra proprium locum. 432
Sanguis quibus caussis effundatur. 634
Sanguis in aliquam corporis cauitatem effusus an necessariò debeat suppurari. 634
Sanguis è naribus ad surditates tollendas an à medico prouocandus. 396
Sanguis è naribus profluens ab abscessu liberat. 349
Sanguis è naribus, cur vni homini solum. 270
Sanguinis euacuatio, cur iuuet, vbi dolor ex dorsi ruptura ad cubitum transfertur. 639
Si sanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut vesicæ exulcerationem significat. lib.4.aph.75. 421
Sanguinis mictio ex renibus, quomodo curanda. 429
in Sanguinis missione ad animi deliquium, quæ obseruanda. 64
Sanguinem vsque ad animi deliquium mittere an licitum sit. 63
Sãguinis missio, & purgãs medicamentũ eadẽ die adhibitum. 352
Sanguinis missio à cubito respectu dorsi est mittere sanguinem à contraria parte, & cur. 639
Sanguinis missio in cruditatibus recentibus mala. 363
Sanguis ab ore prodiens statim compescendus si per inferiora fluat vbi ater, & prauus si diminutè exeat prouocandus. 338
Sanguinis sputum non curatum ante quatuor, aut quinque dies facit vlcera insanabilia, & quando. 735
Sanguinis fluxus vndecumque manet mensibus superuenientibus pęnitus inhibetur, aut saltem mitigatur. 513
Sanguis quidem supra qualiscunque fuerit malum, infra autem nigra deiecta bonum est. lib.4.aph.25. 336
Sani à medicamentis purgantibus, cur exoluantur. 157
Sanitas duplex. 694
ad Sanitatem retinendam maximè facit alui lubricitas. 102. 245
Sanitas in mediocritate, atque temperamento quatuor qualitatum constituta est. 209. 359
Sanitas est vnicus medici Scopus. 771
Sani nullas medicorum leges seruare tenentur. 196
Satyriasis. 208
Satyrismus quid. 268
ad Sapientes pertinet sententias proferre. 150
Sapientibus absque ratione credendum. 150
Scopus Hipp. in 2.aph.lib. 177
Scopus tertii libri Aphorismorum. 208
Scopus libri quarti aphorismorum qualis. 281
Scopus medici in purgando qualis. 286
Scopus medici primus qualis. 821
Scotus puncturas graues quandoque non percepit in estasim raptus. 77
Scythę arctè secundum ventrem se cingunt, vt diù famem in bello sustinere valeant. 794
Sed & si ante morbũ aliqua parte laborauerint, hic morbus firmatur. lib.4.aph.33. 348
Sedimenta vrinarum interdum per se sola morborum naturas indicant. 754
Sellularii, cur non appetant. 563
Sem Noes filius natus est, absque præputio. 633
Semen humanum optimum, quod. 569
Semen humidius habentes, quibus morbis tententur. 594
Seminis solà dracma si ex X L. dracmis sanguinis. 270

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 862 sur 867

©BIUM

INDEX.

Seminis vis prolifica in calore posita est. 564
Semitertianæ febres sunt lethales. 366
Seneca incisis venis se in aquam calentem iniecit, vt cito moreretur. 476
Senectutis diuisio. 165
Senectus est morbus naturalis. 163
Senes difficulter strenuunt. 783
Senes minus iuuenibus ægrotant, & cur. 163. 275
Senes sicciore victu esse nutriendos. 40
Senes facillimè ieiunium ferunt secundo loco, qui ætatem consistentem habent minus adolescentes omnium minimè pueri præsertim, qui inter ipsos sunt iuniores. l. 1. aph. 13. 32
Senes, cur pauco egent alimento. 40
Senes opus habent alimento frequentiori, & validiori licet non maiori, quo ad molem. 34
Senes proceri cur curuentur. 206
Senes verè, & subitantialiter fiunt sicci, & cur. 116
Senes cur febribus acutis non tententur. 39
Senibus, cur oculi lachriment itemq. à naribus assiduè quasi guttę decidant. 278
Senibus, & pueris lapides fiunt in vesica. 267
Senibus spirandi difficultates distillationes cum tusse vrinæ stillicidia, vrinæ difficultates, articulorum dolores, renum passiones, vertigines, apoplexiæ mali habitus, pruritus totius corporis, vigiliæ, alui, oculorum, & narium humiditates, visus obtusus, glaucedines, auditus graues. lib. 3. aph. 31. 277
Senum morbi qui 277
Senum corpora à peste non tentantur. 163
Senum febres, cur sepultæ. 39
Senum mala (licet exigua) sunt formidanda. 768
Seniores iuuenibus plurimum ægrotant minus. Qui verò morbi ipsis accidunt longi magna ex parte committantur ad mortem. lib. 2. aph. 39. 162
Sensus est certissimus iudex. 7
Septenorum quartus est iudex alterius septimanæ octauus principium, est autem, & vndecimus contemplabilis, ipse enim quartus est alterius septimanæ, rursus verò & decimus septimus contemplabilis ipse siquidem quartus est à quartodecimo septimus verò ab vndecimo. lib. 2. aph 24. 124
Septi transuersi vulnera, cur exitiosa. 628
Septum transuersum, cur phrenas dictum. 628
Serui ira, & terrore aliquando suspendebantur deinde detracti è suspendio medicis dabantur, vt ipsos curarent. 172
Serum quomodo parandum. 571
Sexta dies, cur adeo perniciosa. 344
Si à febre habito collum peruertitur, & vix potest deuorare sine vllo tumore; lethale est. lib. 4. aph. 35. 352
Si à febre habito tumore non existente in faucibus, strangulatio repente superuenerit; lethale. lib. 4. aph. 34. 349
Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti superinfusa solutio fit febris. lib. 7. aph. 43. 768
Si quis febrem non habens abstineat à cibo, & cordis morsum seu vertiginem patitur, & oris amaritudinem sentit, purgatione indigere per superiora significat. lib. 4. aph. 17. 320
Si menstrua plura fiant accidunt morbi, & si non fiant ex vtero morbi contingunt. lib. 5. aph. 57. 554
Si à morbo cibum assumens, quis non corroboratur pluri alimento corpus vti significatur, quod verò non assumente cibum hoc accidat scire oportet, quod indiget euacuatione. lib. 2. aph. 8. 81
Si mulier non concipit scire autem velis si conceptura sit pannis circumtectam desubter suffias, & si odor videatur per corpus ire ad nares, & os, scito quod ipsa non ex se ipsa sterilis est. lib. 5. aph. 59. 558
Si mulier, quæ neque grauida est, neque peperit lac habet, huic menstrua defecerunt. lib. 5. aph. 39. 523
Si mulieri cessent purgationes, neque febris, neque rigor superueniat, & fastidia incidant, iudica ipsam in vtero habere lib. 5. apho rism. 61. 562
Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impossibile est fœtum esse sanum. lib. 5. aph. 60. 560
Si mulieris grauidæ in vtero fiat erysipe, las lethale. l. 5. aph. 43. 531
Si quis cibum febricitanti dederit, vt sano robur, sic laboranti morbus. lib. 7. aph. 63 795
Si qualia oportet purgari purgentur confert, & facilè ferunt, si contra difficulter. lib. 1. aph. 25. 66
Si qualia oportet purgari purgentur confert, & leuiter ferunt, contraria verò grauiter. lib. 4. aph. 3. 286
Si quod intestinorum gracilium discindatur, non coalescit. lib. 6. aphor. 24. 642
Si rigor incidat febre non deficiente ægro iam debili lethale est. lib. 4. aph. 46. 370
Si quis sanguinem minxerit, & grumos, & stillicidio vrinæ laboret, & dolor inciderit in femur, & imum ventrem, pectinem, q quæ circa vesicam malè se habere significatur l. 7. aph. 39. 763
Si sanguinem, aut pus minxerit, aut squamulas, & grauis odor adsit, vesicæ exulcerationem significat. lib 4. aph. 81. 434
Si senioribus supra modum purgatis singultus superuenerit, non bonum. lib. 7. aph. 42. 768
Si sanguinem mingant, aut grumos, vel stillicidium vrinæ habeant, & dolor in imum incidat ventrem, & pectinem, & fœmen circa vesicam labor est. lib. 4. aph. 80. 432
Si timor, atque mœstitia longo tempore habentes perseuerent, ex eo atra bilis significatur. lib. 6. aph. 23. 640
Si timor, atque mœstitia longo tempore hominem habentes perseuerint, tale est Melancolicum. l. 7. aph. 41. 768
Si velis noscere an conceperit mulier cum dormitura est ei aquam multam potandam da, & si alui tormina patietur concepit, si minus non concepit. lib. 5. aph. 41. 527
Si in ventrem sanguis præternaturam effunditur, necesse est suppurari. lib. 6. aph. 20. 634
Si verò æstas sicca fuerit, & aquilonia, autumnus verò pluuiosus, & australis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tusses, raucedines, atque grauedines, quiquidam autem, & tabes. l. 3. aph. 13. 233
Si verò hyems australis, & pluuiosa, & serena fuerit ver autem siccum, & aquilonium, mulieres, quibus partus ad ver inest ex quacumque occasione abortiunt. Quę verò parient imbecilles, & morbidos infantes pariunt, qui vel statim intereunt, vel tenues, & valetudinarii viuunt cęteris verò mortalibus difficultates intestinorum, lippitudines siccę fiunt, senioribus autem destillationes, quæ citò interiment. lib. 3. aph. 12. 230
Si verò aquilonius, & siccus his qui naturam habet humidiorem, & mulieribus confert, reliquis autem erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauedines, nonnullis verò, & atræ biles. lib. 3. aph. 14. 235
Si Vterus in coxam vergens suppuratur, necesse est Ἐμπυον fieri. lib. 5. aph. 47. 539
Sicca difficilius humectantur, quam humida exiccentur. 131
Siccitas cur dolores acerbissimos faciat. 131
Si ebrius quispiam repente obmutuerit conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut vbi ad horam peruenerit qua soluuntur crapulæ vocem recuperet. lib. 5. aph. 5. 447
Signa sine ratione quæ. 132
Signis non fidendum. 133
Signa mala cum ratione facta formidanda, sine ratione non sunt valde timenda. 133
Signa mala plus habent malitiæq. bona bonitatis. 147
Silicernia. 206
Silius Atticus volens fame perit. 793
Similiter autem & in maribus, aut enim propter corporis raritatem spiritus extra fertur, vt semen non transmittatur ad os, vel propter spissitudinem humor non exit foras, vel propter frigiditatem non concalescit, ita vt ad hunc colligatur locum, vel propter caliditatem hoc idem accidit. lib. 5. aph. 63. 568
Similitudo decipit, etiam quandoq; peritos. 285
Singultus causa. 445
Singultus est veluti stomachi conuulsio. 557
Singultum esse stomachi conuulsionem quomodo intelligatur. 446
Singultus in pueris. 447
Singultus cur tollatur potu, & spiritus retentione. 617
Singultus sternutamento finitur. 542
Singultus cur ab inflammato iecore fiat. 736
Singultus in volulo. 728
Singultus, vel est passio ventriculi, vel partium spiritualium. 616
Singultus quibus tollatur. 617
Singultus quando significat iecoris inflammationem. 736
Singultus in iecoris inflammatione cur malus. 737
Singultus an tantum fiat ab inanitione, & repletione. 671
Sitis quid. 473
Sitim mitigantia. 504
Sitis magna est ardentium febrium character. 385
Siti magis angimur, quam fame. 161
Sitis verè fit à partibus spiritualibus inflammatis. 375
Sitis cur post purgationes. 324
Sitis cur data animalibus. 502
Sitis sola si absque vllo alio simptomate ex purgatione remanserit, signum est omnes humores prauos fuisse euacuatos. 325

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 863 sur 867

©BIUM

INDEX.

Sitim inducit os hians, & multum loquens. 503
Sitientes suauius bibimus, quam famescentes edamus. 161
Socrates à Platone laudatus, quod bene potaret & numquam ebrius fieret. 447
Soliditas, & duricies in quo differant. 146
Solita iuuare si non iuuant pessimum. 68
Soluere morbum quem Apoplexiam vocât fortem impossibile, debilem verò non facile. lib. 2. aph. 42. 168
Somnus cunctis animalibus ob salutem traditus. 68
Somnus bonus qualis. 72
Somnus non naturalis. 69
Somnus, quando procurandus. 71
Somnus, vigiliæ, vtraque modum excedentia, morbus. lib. 7. aphorism. 69. 805
Somnus, & vigilia immoderata, cur noceat. 73
Somnus in principio accessionum, cur malus. 69
Somnus iuuat materiæ morbificę coctionem. 405
Somni mala præcipua sunt terror, & conuulsio. 406
Somnus, atque vigilia vtraque si modum excesserint malum. lib. 2. aph. 3. 71
Somnus vi medicamentorum factus aliquando lædit. 71
Somnus in initio, & declinatione accessionum, quando prohibendus, & quando permittendus. 70
Somnus in declinatione accessionum pessimus. 69
Somni hyeme profundiores, & longiores. 43
in Somno prouocando, quæ seruanda. 71
Somnum prouocantia medicamenta. 71
Somnus sorbilis. 694
ad Somnum cur magis æstate inclinemur. 43
Somniculosi sunt decolorationes. 71
Somnifera caloremnaturalem ingulant. 71
Sophocles Hipp. coetaneus fuit. 419
Sorbitiones febrientibus sunt vtiles. 89
Sordes aurium dulces mortem portendunt: 341
Sordes aurium cur amaræ. 341
Sororiare quid. 521
Spadones qua ratione calueſcere possint. 651
Spadonibus crura fiunt tumida, & vlcerosa. 649
Spasmus quid. 318. 390. 440. 477.
Spasmus, vel est ab inanitione, vel à repletione. 318
Spasmus ex siccitate, an humiditate deterior. 131
Spasmus pro maximo malo à populo imprecatur. 439
Spasmus vulneri superueniens cur læthalis. 442
Spasmus ab Helleboro fit quinque modis, & quibus. 440
Speciosior, vbi quis factus est eum suspecta sua bona hîc debere. 13
Spermaticæ partes in pueris facilius conglutinâtur, & regenerantur, quam in senibus. 631
Spermaticæ partes an possint regenerari, vereq. coalescere. 632
Spermaticæ partes, vbi perduntur, aut diminuuntur, cur amplius non possint reparari. 780
Sphacelus quid. 780
Spirandi difficultas, siue facilitas magni momenti est signum, & cur. 378
Spiritus in cerebri ventriculis elaborâtur secundum medicos. 169
Spiritus omnes ab aqua fiunt. 305
Spiritus siccus animum prudentem facit. 245. 474
Spiritus sunt animæ instrumenta. 169
Spontaneæ lassitudines morbos prænuntiant. l. 2. aph. 5. 74
Spontè fieri, quæ dicantur. 328
Spuma quid, & quomodo generetur. 172
Spuma quomodo fiat. 468
Spuma circa os in strangulatis, cur sit exitialis. 174
Spuma cur generetur in laqueo suspensis. 173
Spuma cur hat iratis. 178
Spuma circa os epilepticorum non est vera Spuma: sed quid ipsam emulans. 174
Spumosa excrementa, quomodo fiant. 712
Sputi fœtor, cur igne exploretur. 416
Sputum phthisicorum, cur aqua exploretur. 416
Sputi retentio, quando signum & causa morbi. 715
Sputus sanguinis causæ. 213
à Sputo sanguinis deterius habent, qui dolore carent, & cur. 467
Stare in morbis, quid sit. 201
in Statu quiescere, cur melius. 139
Stercora vomentes ex Ileo non euadunt. 728
Stercus quo diutius in corpore retinetur eo minus fœtet. 110
Steriles mulieres frequentius ægrotant magis senescunt, & diutius iuuentutis florem conseruant. 568
Steriles viri qui. 568
Sternutamentum quid. 787
Sternutamentum fit ex capite calefacto cerebro, aut humectato eo quod in capite inani, aer enim intus contentus extra erumpit, sonat autem, quoniam per angustum ipsi est exitus. l. 7. aph. 52. 781
Sternutamentum procurandum pro educendis secundinis. 781
Sternutamentum quomodo compescatur. 518
Sternutamentum quomodo fiat. 618
Sternutamenti causa finalis. 782
Sternutamentum est signum augurale, & sacrum. 518
Sternutamentum cerebrum bene valere significat. 518
Sternuentibus, cur bonum præcemur. 542. 783
Sternutamentum habitum fuisse pro signo salutari, & sacro. 783
Sternutamentum cur penna, vel solem aspiciendo excitatur. 782
Sternutamentum principaliter pro tollendis cerebri molestiis inseruit. 542
Sternutationes vehementes ramices producere solent. 543
Sternutamenta in morbis pulmonum sunt exitialia in aliis verò vtilia. 784
Sternuendi appetitus, cur definit oculis confricatis. 782
Sternutamentum cur dormientibus non fiat. 782
Sternutamentum cur à Veteribus vti res sacra fit habitum. 782
Sternuentes cur in peste illa statim peribant. 783
Sternutamento pulmones stomachum, & vterus valde compatiuntur, vnde humores illi inexistentes extenuantur, & detrudantur. 619
Sternuendi desiderio, cur qui patiuntur grauedinem teneantur, nec tamen sternuere possint. 542
Sternutatoria. 342
Stertor. 694
Stillicidium vrinæ est purum signum superueniens inflammationibus. 557
Strangulati, ac dissoluti nundum mortui, non referuntur quibus spuma circa os fuerit. lib. 2. aph. 43. 172
Stranguria quid. 433. 778
Stranguriæ causæ. 434
Strangurioſi, & Ileoſi simul facti, cur in septima pereant. 681
Stupefacientia periculosa sunt. 501
Stupor quid. 733
Stupores quomodo fiant ex percussionibus capitis. 733
Stupor, & delirium in capitis percussionibus, cur malum. 733
Sub cane, & ante canem difficiles sunt medicationes. lib. 4. aphorism. 5. 290
Succi graues, vbi abundant per inferiora sunt ducendi validioribus medicamentis, contra vbi leues abundant. 299
Sudor fit per expressionem. 818
Sudor in æstate magis prouocandus, & cur. 42. 190. 219
Sudorum, qui non prodeunt in diebus decretoriis incommoda. 356
Sudor cur falsus. 219
Sudor omnis est res quodammodo violenta. 219
Sudor omnis est quid præter naturam, ex Diocle. 361
Sudor omnis est præternaturam, & cur. 817
Sudor multus calidus, vel frigidus semper fluens humorem abduci robusto quidem supra, debili verò infra significat. l. 7. aph. 62. 795
Sudor multus ex somno factus, absque causa manifesta corpus vti pluri cibo significat, si verò cibum non accipienti hoc accidat scire oportet, quod euacuatione indiget corpus. lib. 4. aphorism. 41. 261
Sudor multus calidus, vel frigidus superfluens, frigidus magis. calidus minus significat morbum. l. 4. aph. 42. 364
Sudor magis fit dormientibus, quam vigilantibus, & cur. 361
Sudor est malus, quando febrem non tollit. 388
Sudoris frigidi causa in morientibus, aut syncopè laborâtibus. 365
Sudor frigidus, cur mortem portendat. 357
Sudor rarò perfectas crises facit, & cur. 364
Sudores in diebus iudicatoriis vehementes, & celeres si fiant periculosi præsertim, qui ex fronte, tamquam gutte, & fistulæ salientes pelluntur, frigidiq. valde, atque multi, necesse est enim talem sudorem multa vi, & labore, & longa expressione exire. lib. 8. aphor. 4. 817
Sudores febricitanti si inceperint boni, & tertio die, & quinto, & septimo, & nono, & vndecimo, & quarto decimo, & septimo decimo, & vigesimo, & vigesimo septimo, & trigesimo quarto, hi enim sudores iudicant morbos, qui verò nô ita fiunt, laborem significant, & morbi longitudinem, & recidiuam. l. 4. aph. 36. 353
circa Sudores quatuor consideranda. 356
Sudores frigidi, quomodo fiant. 357
Sudores milliares. 817

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 864 sur 867

©BIUM

INDEX.

Sudorem quæ generent. 219
Sudare multum est mali morbi signũ maximeq; sudore frigido. 364
Sudamina cur circa pudenda non autem in ipsis pudendis fiant. 256
Sues angina laborant. 353
Succi cur sustinendis laboribus parum idonei. 207
Sugillatio. 433
Suffitus aromatum muliebria ducit sæpius verò ad alia vtilis esset, nisi capitis faceret grauitatem. lib. 5. aph. 28. 504
Suffimenta cinere facta acrius olent, & diutius odorem conseruant. 567
Sussitium qualis facultas. 559
Suffocatio quid. 359
Super inspiratio. 408
Superpurgatio quid. 768
Suppuratio à quo calore fiat. 185
Suppuratio etiam interdũ fit ex sola antecedente destillatione. 762
Suppuratio in vlceribus semper attendenda. 489
Suppuratio in ventris dolore diuturno à qua causa fiat, & quomodo. 743
Suppuratio, quæ superuenit diuturnis ventris doloribus an semper mala sit. 743
Suppuratio sanguinis, quomodo intelligenda. 655
Suppuratio, & pus ab erysipelate, cur mala. 749
Suppuratio vera non fit in erysipelate, & cur. 749
Suppurantia, & emollientia in quo differant. 490
Suppurantia debent esse calida, & humida, ac obstruentia. 485
Suppuratum non reuertitur cum in suppuratione fit crisis, coctio, & abscessus. 436
Supra præcordia dolores purgatione indigere per superiora significant, quicunque verò inferiora molestant per inferiora. lib. 4. aph. 18. 322
Suspensis, vt citissimè intereant, vbi laqueum alligandum. 266
Suspensorum curationem instituit Aetius. 172
Suspirium. 277
Suspirio laborauit Seneca. 277
Sydera cur obseruentur a medicis. 290
Syderum ortus obseruandi. 291
Syderatio. 780
Συμμέτρον à temperato differt. 412
Symptomata omnia triplicis sunt ordinis. 388
Symptomata sunt leuiora in initio, & fine morborum. 141
Symptomata plura, eaque mala maiorem indicant morbum, vbi verò pauciora, minorem. 801
Symptomatica euacuatio an cohibenda. 286
Synceræ deiectiones in morbis longis, cur malæ. 722
Synceræ deiectiones, quæ. 722
Syncope, & animi defectus in quo differant. 167
Syrmæi genus medicamenti apud Aegiptios. 158
Syrmæismus. 309
Syruppi quantitas qualis esse debeat. 85

T

Tabis genera ex celso, & Hipp. 226
Tabes vera. 226
Tabes cur contagiosa. 463
Tabes fiunt maximè ætatibus ad xviij. vsque ad trigesimum quintum. lib. 5. aph. 9. 455
Tabidi quando magis pereant. 153
Tabidi cur neque per superiora, neque per inferiora purgandi. 296
Tabidis sanguis non mittendus. 296
Tabidorum sputa, cur supra carbones explorentur. 462
Tabidos verò cauentes ad superiores. lib. 4. aph. 8. 295
Tabidorum sputum, aqua marina, cur exploretur. 462
Tabefactis cibus, atque potius paulatim exhibendus. 79
Τὰ χωρέοντα. quid propriè significet. 61
Talia & qualia, quid designent. 287
Telum doloris species. 260
Temperamenta paroxismos, & constitutiones morborum indicant. 30
Tempestiua conuiuia. 222
Tempestiuum. 222
Tempora constantia, quæ dicantur. 222
Tempora inconstantia, quæ dicantur. 222
Tempora, & ætates euacuandi, ac medendi occasiones, ac iudicationes ostendunt. 281
Temporum mutationes apud Gal. quæ. 209
Temporum mutationes pariunt, & curant morbos. 378
Tempus, & regio proportionaliter se habent. 48
Tempus statusue morbi quid. 95
Teneſmi causæ. 748
Teneſmus quid. 748
Teneſinus cur faciat abortum. 748
Teneſmus est exitialis in prægnantibus. 516
Tertiana exquisita periculo vacat. 118
Tertiana exquisita, cur inter morbos acutos commemoretur. 220
Tertiana exquisita septenis circuitibus, quod tempus longissimum est iudicatur. lib. 4. aph. 59. 393
Testis. 824
Testis dexter frigidus conuulsusq; mortiferum est. l. 8. aph. 9. 823
Tetanus. 390. 450
Tetanus quid. 390. 477
Tetanus à frigidæ superfusione curatur. 487
Theriacæ vis exploratur si statim superpurgationes sistat. 317
Thraces cur stupidi. 594
θρόμβωσις. 433
Θώρηξις. quid significet. 118
Tibia mas inflexibilis. 207
Timere ex somno mali morbi est. 404
Timor quid. 133. 640
Timor, & horror in vulneribus cerebri, quomodo causetur. 693
Timor & odor maximè omnium corpora perturbant. 315
Timores & mœrores continui non modo signa, sed etiam causæ sunt melancholici morbi. 641
Timores in febribus exitialibus, quomodo fiant. 406
Tolem. 266
Tolerantia facilis attenditur penes virtutem. 15
Tolerantia maximi faciendа in purgatione. 63
Tormina. 403
Torminum causæ. 303
Tormina egent purgatione per inferiora, & cur. 326
Tragus. 745
Transire ad alia quid sit. 200
Trauli, cur non possunt rectè proferre elementum r. & t. 658
Τραῦμα. 577
Tremor, 370. 820
Tremores in febribus ardentibus soluunt deliria. 405
Tremores cur fiant in febribus, & post eos delirium. 644
Tremores atque concussiones in initio febrium, cur primum circa dorsum fiunt, atque sentiuntur. 583
Tremorem accipi quandoque ab Hipp. pro motu conuulsiuo. 645
Τριταίους. 395
Τριταιοφυέες. 393
Triticea, & Hordeacea cibaria nullum fastidium, neque satietatem pariunt. 194
Τριχίασις quid, & quæ eius causæ, ac differentiæ. 424
Τρῶμα. 577
Tubernaculum in pulmone, quomodo gibbositatem producat. 686
Tubernaculi ruptio in stomacho thorace, & intestinis, quomodo exolutionem faciat. 725
Tucidydes Hipp. coetaneus fuit. 419
Tumores articulorum, atque dolores absque vlcere, & podagricos quoque, atque conuulsa horum plurima frigida aqua large effusa leuat, & extenuat soluitq. dolorem, nam modicus torpor dolorem soluit. lib. 5. aph. 25. 499
Tumor in collum si fiat ab Angina quare bonum. 667
de Tumoribus secandis præceptum. 388
Tumores vlcerum duri, quomodo tractandi. 579
Tumor in vulnere euanescens lethalis, & cur. 442
Turgere quid apud medicos. 60. 300
Turbatio in Crisi, vnde. 95
Tussis est necessaria ad educenda excrementa in pulmone cumulata. 733
Tussis mala, quomodo fiat in Hydropicis. 664
Tussis non lethalis, quomodo fiat in Hydropicis. 664
Tussis sicca qualis. 385
Tussis siccæ causæ, quæ. 385
Tusses siccæ in febribus, & præsertim quæ conse quuntur lassitudines desinunt in morbos articulares. 386
Tympania pro maiori parte fit a flatu. 305
Typhos febris quo tempore oriatur. 290

V

Venti importuni Oriente Orione fiunt. 222
Vacca fuit Perinthi cui anus oceluſa per vrinam excrementa alui extenuata egerebat. 438

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 865 sur 867

©BIUM

INDEX.

Varix quid. 661. 636
Varicum cauſſæ. 636
Varicum Hiſtoria. 636
Varices crurium, & fœmorum, an tantum inſanientibus proſint. ſed etiam aliæ ſcilicet inguinum, & Scroti. 637
Varices, cur ad teſtes, & crura ſupernenientes liberant à caluitio, non item vlcera ibidem erumpentia. 662
Varicibus in ſcroto laborantes ſteriles ſunt. 661
Varices mulierib. ſuperueniétes, an eis barbā poſſint producere. 663
Varicibus curatis fit mania. 575
Varicoſi cur infecundi. 569
Variolæ, & morbilli non erant tempore Hipp. 268
Vbi cibus præter naturam plus ingeſtus eſt, hic morbum facit oſtēdit autem ſanatio. lib. 2. aph. 17. 105
Vbi in toto corpore mutationes, & corpus refrigeratur, & rurſus calefit, aut colorem alium ex alio commutat, longitudo morbi ſignificatur. lib. 7. aph. 61. 795
Vbi in febre non intermittente difficultas ſpirandi, & delirium acciderit læthale. lib. 4. aph. 50. 378
Vbi fauces ægrotant, aut tubercula naſcuntur in corpore excretiones inſpicere oportet: nam ſi bilioſæ fuerint corpus vna ægrotat, ſi verò ſimiles ſanis tutum eſt corpus nutrire. l. 2. aph. 15. 99
Vbi igitur morbus peracutus eſt ſtatim, & extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt. Vbi verò non ſed pleniorem victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum eſt, quantum morbus extremis eſt mollior. l. 1. aph. 7. 21
Vbi ſanguis plurimus fluxerit, ſingultus, aut conuulſio ſuperueniens malum. lib. 5. aph. 3. 444
Vbi ſomnus delirium ſedat, bonum. l. 2. aph. 2. 70
Vbi ſudor ibi morbus. 348
Venæ parum, aut nihil ſentiunt. 393
Venæ tres in interna brachij parte earum nomen item qualis vtilitas ex earum ſectione. 638
Venarum ſtatus ſignificatur ab Vrinis. 102
Venæ hemorrhoidales ortum habent à liene. 612
Venæ ſectio haud conuenit in declinatione. 140
Venena interdum in corpore deliteſcunt. 252
Venenum Regis Africæ validiſſimum. 62
Venenis non poſſumus diú impune nutriri. 195
Venenoſa materia ſtatim purganda, & cur. 60
Vbi fames laborandum non eſt. l. 2. aph. 16. 103
Venti; tempus, & aerem perturbant. 215
Venti non ſolum corpora ſed animos, & ingenia mutant. 210
Ventres hyeme, & verè natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi quare per ea tempora alimenta copioſa ſunt adhibenda, etenim tunc calor innatus plurimus eſt, vnde & pluribus egent alimentis inditio ſunt ætates, & Athletæ. l. 1. aph. 15. 41
Venter hic quid Hipp. 41
Ventris nomine, quid intelligat Hipp. 742
Ventris dolores, quibus de cauſſis fiant. 742
Ventris dolor fortis quis. 747
Ventris dolores diuturni an neceſſariò fiant ab inflammatione. 743
Ventris diuturnus dolor, cui ſequitur ſuppuratio qualis. 743
Venter cur motu extenuetur. 155
Ventriculus á frigidis rebus maximè læditur. 151
Ventriculum calidum, qui habēt ſi in eum materia labatur ex capite peſſimè agunt ſi adſtrictam habent. 203
Ventriculi ore malè agente animæ operationes lædūtur, & cur. 321
Ventriculo inflammato, cur rubeant oculi. 717
Ventriculi vulnera, cur inſanabilia. 628
Venus prima vaſa etiam ſupernarum partium apperit. 558
Veneris incitamentum maius eſt viris in hyeme fœminis in æſtate, & cur. 212
Ver incipit ab æquinoctio. 247
Ver apud medicos eſt principium anni. 252
Ver cur minimè mortiferum. 225
Ver morborum minimè ferax. 224
Ver quomodo morbos producat. 225
Ver temperatum an calidum, & humidum. 225
Ver quomodo ſaniſſimum. 225
Ver auſtrinum. 228
Ver & autumnus, cur morbis obnoxius. 214
Ver, & autumnus, cur tabidis malus. 227
Verè etenim furores, & atræ biles, & morbi comitiales, & profluuia ſanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tuſes, & impetigines, & vitiligines, & puſtulæ vlceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores. lib. 3. aph. 20. 252
Veratri genera duo album, & nigrum. 309
Veratro albo ſagittæ, tanquam veneno inficiuntur. 318
Veratrum molle. 311
Verminatio. 303
Vertigo. 321
Vertigo quid, & quomodo fiat. 246
Verucæ. 268
Veſica ex quibus conſtet. 627
Veſica ſciſa, ſecundū vnam tantum mēbranam pót coaleſcere. 627
Veſicam inciſam conſolidatam narrat Ariſtot. 627
Veſica diſciſſa, aut cerebro, aut corde, aut ſepto tranſuerſo, aut aliquo ex tenuioribus inteſtinis, aut ventriculo, aut iecore, lethale eſt. lib. 6. aph. 18. 626
Veſica vlcerata, vel vulnerata, cur non ſolidatur amplius. 627
Veſicæ ſcabies. 160. 410
veteres veſperè plus edebant, quam mane, aut meridie. 503
victus ratio, cur primo inſtituenda. 67. 138
in victus contemplatione, quæ ſpectanda. 17
in victu inſtituendo, quæ ſpectanda. 18
victus ratio à quibus varietur. 26
victus per ſe à virtute iudicatur à morbo negatur. 20
victus indicatio à viribus non à morbo. 17. 22
victus ratio ſecundum morbi tempora quomodo inſtituenda. 26
victus indicatur etiam ab ætate. 32
in victu propior medio eſt defectus, quam exceſſus. 19
victus copia, quando diuidenda. 46
victus ad ingenia formanda non parùm valet. 20
victus humidus febricitantibus omnibus confert maximè verò pueris, & aliis, qui tali victu, vti conſueuerunt. l. 1. aph. 16. 44
victus liquidus, & ſorbilis pro humido intelligit Hipp. 44
victus tenuis ſemper periculoſior. 19
victus tenuis, atque exquiſitus in paſſionibus, quidem longis ſemper, in acutis verò in quibus non conuenit periculoſus, & rurſus, qui ad extremum deuenit tenuitatis grauis eſt; Nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt graues ſunt. l. 1. aph. 4. 16
victus tenuiſſimus apud Hipp. 23
victus extremè tenuis cur periculoſus. 18
victus tenuis differentiæ. 17
victus tenuiſſimus, cur in ſtatu conueniat. 23
victus tenuis damnoſus in morbis quibuſdam acutis. 17
vigilia quid. 72
vigilias graues, quæ faciant. 738
vigiliæ puerorum. 262
vigilare plus, deterius eſt, quam dormire. 73
in vigilia conuulſio, vel deſipientia. lib. 7. aph. 18. 737
villi ſunt inſtrumenta facultatis naturalis, 171
vinum cito ſpiritus deficientes recreat. 790
vinū cū pane in nutriēdo cito, & multū, primū ſibi vindicat locū. 90
vinum abſque pane haud nutrit. 90
vinum meracum reddit corpora debilia. 119
vini potio cur famem ſedet. 119
vinum in anxietate. 119
vinum pro fame curanda quale. 119
vinum Maroneum adeo potens eſt, vt vna pars vini miſcenda ſit, cum partibus xx. aquæ. 791
vinum merum tempore caniculæ bibendum. 291
vini multus potus, quomodo cauſſet rigorem. 723
vini potus, quando rigorem, & quando frigus cauſſet. 724
vini multus potu delirium facit. 723
vinum ſanum bullas excitat, quæ cito diſſoluuntur è contra ſi ſit corruptum. 757
vinorum recentium incommodum. 251
vir magno corpore præditus minus ingenio, & ſapientia valet, quā paruo vtriſque autem ad omnia melior eſt, qui in mediocritate conſtitutus eſt. 206
viri boni ſunt ſicut numeri perfecti. 112
viri, ac mulieres eiuſdem intemperamenti ſi ſimul copulētur, haud concipiunt. 560
viri mulieribus vberius nutriendi. 35
vires noſtri corporis poſitæ ſunt in articulis. 347
vires in caloris natiui temperamento poſitæ ſunt. 33
vires quotuplices, ac quib. ſignis earum robur cognoſcatur. 25
vires in morbis non ſunt augendæ, & cur. 17
vires quomodo in acutiſſimis morbis diminuatur à medico. 17
vires ad partum faciliter edendum neceſſariæ ſunt, tùm mulieris, tùm fœtus. 551
virgiliæ. 290
virtutis nullus eſt exceſſus. 72
virtutes, & artes vita præferendæ. 9

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 866 sur 867

©BIUM

INDEX.

Virtus ſemper reſpici debet a medico, & cur. 11
Virtus à medico quot modis conſideretur. 25
Virtus nutritiua augens, & generans vna eſt, & eadem. 632
Virtus per reſolutionem, & per oppreſſionem fit debilis. 24
Vita breuis, ars lóga, occaſio præceps, experimentum periculoſum, iudicium difficile. Nec ſolum ſeipſum præſtare oportet opportuna facientem, ſed & ægrum, & aſſidentes, & exteriora. lib. 1. aph. 1. 5
Vita quibus ſubſtentetur. 353
Vita hominis clauditur annis LXX. 114
Vitæ longiſſimæ ſunt homo, & Elephas. 6
Vitæ ſpacium indeterminatum. 33
Vitæ finitæ non haberi certas notas dixit Democritus. 70. 333
in Vita tria requiruntur, & optantur. 248
Vita xj. diebus, abſque cibo protracta. 79
Vitam & ſanitatem tria conſeruant, & quæ. 654
Vitæ temperantia corrigit prauas naturas. 225
Vitalis calor. 36
Viuimus tamdiu, quam diù ſpiramus. 350
Vlceribus frigidum mordax cutem obdurat dolorem inſuper abſtiem facit liuorem obducit rigores febriles conuulſiones diſtentiones. lib. 5 aph. 20. 484
Vlcera quomodo caua fiant, abſque oſſis abſceſſione. 684
Vlcerum labia, cur frigore denigrentur. 486
Vlceribus frigus inimicum. 486
Vlcera Hidropicorum, cur difficile ſanentur. 607
Vlcera in mari, & in piſcatorum corporib. facilius ſanari, & cur. 607
Vlcera cur diù durent. 683
Vlcera ſunt lethalia quoties in locis vbi vulnera ſunt lethalia reperiantur licet citius vulnera, quam vlcera interimant. 630
Vlcera quæcunque annua ſunt, aut etiam diuturniora os abſcedere eſt neceſſarium, & cicatrices causas fieri. l. 6. aph. 45. 682
Vlcera vetuſta non ſunt intempeſtiuè ſananda. 615
Vlcera vetuſta quæ, & quomodo fiant. 683
Vltra hanc ætatem aſthma, ideſt creber anhelitus morbi laterales pulmonis inflammationes lethargi phrenitides ardores diuturna profluuia cholere difficultates inteſtinorum leuitates inteſtinorum hæmorrhoides. lib. 3. aph. 30. 274
Vngues nigri digiti pedũ frigidi nigri dimiſſi, vel proclinati, mortem proximam eſſe protendunt. lib. 8. aph. 10. 825
Vniuerſale nunquam ex vno tantum particulari infertur. 120
Vocem acutam, & tremulam, cur emittunt pueri mulieres ſenes metuentes, & ſpadones. 168
Volucres in magnis ſiccitatibus bene valent, & cur. 221
Voluptates abeuntes reſpicendæ, & cur. 195
Voluulus quid. 238
Voluuli ſynonima. 727
in Voluulo vomitus, quando fiat. 728
in Voluulo vomitus ſingultus delirium, & conuulſio cur mali. 728
Voluulus poſt ſecundum annum redit quando Criſis fuit imperfecta. 91
Vomitus quomodo ſponte fiat. 671
Vomitus difficilis cauſſæ. 294
Vomitus quibus vtilis. 294
Vomitus tempore Hipp. vſitatiſſimus. 291
Vomitus, quomodo fiat in ruptionib. tuberculorum. 725
Vomitus inter euacuationes in pregnantibus minus affert incommodi. 284
Vomitus in hyeme tantum vrgente neceſſitate faciendus. 293
Vomitus in diarrhoea, aut cito finitur, aut cito finit hominem. 621
Vomitus vomitu, & fluxus fluxu vtrum curetur. 621
Vomitus in antiquis diarrhoeis an arte concitandus. 621
Vomitus à cibo prouocatus eſt vtilior ad alui profluuium. 622
Vomitus ſanguinis fit in magnis vulneribus capitis. 692
Vomitus bilis in vulneribus capitis, quomodo fiat. 692
Vomitu tantum homo, & canis exercetur ex Plinio. 621
Vomitus ſpontaneus in longis alui fluxionibus, quando fiat. 621
Vomitu facto, cur ſingultum, vel oculorum dolorem, vel vtrumq; ſuperuenire ſit malum. 177
ad Vomitum propenſi, cur valida vomitoria, itemq. ad alui fluxum valida medicamenta non ſunt propinanda. 294
Vomitu non eſſe purgandum in hyeme ſecundum Hipp. 608
Vomitum nigerrimum primo vidit Mercurialis in filia ſua trieni, quæ mortua. 332
Vomentes verò difficulter, & mediocriter bene carnoſos per inferiora cauentes ætatem. lib. 4. aph 7. 294
Vomituris oculos velabant veteres. 292
Vreteres ſenſu pollent exquiſito. 422
Vrina quid. 437. 755
Vrinarum genera duo. 416
Vrinæ indicant ſtatum venarum. 754
Vrina quo magis retinetur eo deteri? olet ſtercus è cõtra. 110. 435
Vrina copioſa eſſe debet, vt ſanentur ſtrangurioſi, & iliaci. 682
in Vrina, quæ ſpectentur. 413
Vrinæ prouocatio valet ad morbos articulares. 421
Vrina prouocanda in doloribus ventris, qui nõ facilè finiuntur. 787
Vrinæ ſtillicidium, & mingendi difficultatem vini potio, & venæ ſectio ſoluit, incidere, autem interiores. lib 7. aph. 49. 778
Vrinæ ſtillicidium quid. 243. 679
Vrinæ ſtillicidii cauſſæ. 679
Vrina in ſtrangutia an prouocanda. 682
Vrina craſſa, quæ. 409
Vrina grumoſa quæ. 409
Vrinæ farinaceæ, quæ ſint. 753
Vrinæ farinaceæ, quomodo fiant. 753
Vrinæ farinaceæ, quando mortem, & quando longitudinem morbi ſignificent. 753
Vrinæ farinaceæ in quibus febribus fiant. 753
in Vrina furfuracea contenta, quæ. 420
Vrinæ turbidæ, quando & quomodo clareſcant. 412
Vrinæ claræ, quomodo turbentur. 412
Vrinæ turbatæ dolorem capitis, aut adeſſe, aut adfuturum eſſe portendunt. 414
Vrinæ turbatæ, cur quandoquè clareſcant ad ignem, vel in aqua calente poſitæ, aliquando non. 412
Vrinæ turbatæ ſunt trium generum. 415
Vrinæ iumentorum turbidæ minguntur, & ſemper turbidæ manent. 411
Vrina qualis iumentorum, quid ſignificet. 756
Vrinæ graueolentia, & ſquammæ ſunt propriæ ſymptomata veſicæ. 435
Vrina craſſa copioſa alba, cur liberet ab abſceſſu. 349. 419
Vrina pe[illegible]cua, & alba maximè in delirantibus conſpicitur. 416
Vrina diuuna quid ſignificet. 755
Vrina tenuis eſt eadem, quæ aquoſa. 754
Vrina nigra, nunquam bona. 336
Vrinarum pinguedo in triplici eſt differentia. 759
Vrinarum ſedimentum, quando bonum, & quando non. 419
Vſtio quomodo coxam exciſam curet. 711
Vſtionis modus apud antiquos. 711
Vt ſecunda procidat ſternutatorio appoſito, & nares apprehédito, & os l. 5. aph. 49. 541
Vteri ſitus. 556
Vterus malè affectus, quomodo animi deliquium afferat, & conuulſionem. 553
Vtero gerentes ſunt medicandæ ſi materia turget, quarto menſe, & vſque ad ſeptimum: ſed has minus, iuniora autem, & ſeniora vereri oportet. lib 4. aph. 1. 282
Vteri præfocatio. 517
Vteri præfocationis cauſſa. 517
Vteri reſiccati promptius ſemen attrahunt, & retinent. 235
Vulnera dupliciter conſolidantur, vel per primam, vel per ſecundam intentionem, & quid hæc prima, vel ſecunda intentio importet. 629
Vulnus magnum dicitur tripliciter. 577
Si in vulneribus, fortibus, & prauis tumor non appareat ingens malum. 577
Vulnera lethalia quæ. 629
Vulnera quibus de cauſſis ſint lethalia. 630
Vulnera lethalia num conſolidantur, neque per primam, neque per ſecundam intentionem. 639
Vulnera circum glabra praua ſunt. lib. 6. aph. 4. 598
Vulnerati in cerebro, quando, & quomodo fiant apopletici. 693
Vulpes depaſtis amigdalis amaris ni biberint moriuntur. 324
Vulpes, corui, lepores, ſi candida, vnde. 478

Y

Υ ἐάτισμος. 417
Υδρωα quid, & eius cauſſæ. 256
Υπόσαρκος. 413

Z

Zancles poſt Ciiii. annum ſuæ ætatis dentes iterum emiſit. 264

FINIS.

Carolus Feron. D. 1571.

Hieronymi Mercurialis,... In omnes Hippocratis Aphorismorum libros ... - page 867 sur 867